ACTA
SANCTORUM

2

JANUARII
TOMUS
SECUNDUS

ACTA
SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY ET SOC., VIA GARANCIÈRE, 5



PARISIIS APVD VICTOREM PALMÉ VIA DICTA SAINT-SVLPICE. M.DCCC.LXIII.

ACTA
SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

QUÆ EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLEGIT, DIGESSIT, NOTIS ILLUSTRAVIT

JOANNES **BOLLANDUS**, Theologus,

SOCIETATIS JESU

SERVATA PRIMIGENIA SCRIPTORUM PHRASI.

Operam et studium contulit GODEFRIDUS HENSCHENIUS, ejusdem Societatis Theologus.

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

JANUARII TOMUS SECUNDUS

X MEDIORES DIES COMPLECTENS.

PARISIIS

APUD **VICTOR PALMÉ**, BIBLIOPOLAM,

VIA SANCTI-SULPICII, 22.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI VICECANCELLARIO.

Sanctorum animæ, Eminentissime Princeps, in manu Dei sunt. Acta eorum, et corpora pleraque, præsidio exemploque relicta in terra mortalibus : quamquam et hæc rediviva olim pompa triumphali evehentur in cœlum : illa vero jam Dei digito descripta sunt in libro Vitæ. At quæ humanis monumentis, ad eruditionem posterorum, ipsorumque laudem Sanctorum, consignavere Majores nostri, ea et diaboli furor quondam Gentilium armatus crudelitate, nunc etiam Hæreticorum, abolere conatur, et ipsa consumit vetustas, et (fatendum est enim) ævi fortassis superioris inscitia suppressit, nostri fastidium.

Ea me stimulavit caussa, ut eruere e latebris, ac deterso diuturni situs squallore proferre in lucem discussa apteque recensita molirer. Opus vero universum de Sanctis cui dicarem, nisi Sanctissimo Patri Urbano, quem Christus Divinæ suæ voluntatis interpretem, Vicarium potestatis constituit, omnisque Judicem sanctitatis? Ab eo Tu secundus occurristi, cui vellem deberemque alteram illius consecrare partem operis. Non diffido fore, ut ultro Urbano Patruo probetur labor hic meus, quem, ac vitam omnem, Sanctorum gloriæ, Ecclesiæ dignitati, ipsiusque nominatim propugnandæ auctoritati dicavi : sed ubi Tu Patronus accesseris, multo etiam serenior affulgebit, animosque ad reliquum consummandum opus sufficiet, benignissimæ radius Urbanitatis.

Jussisti me pridem, Eminentissime Princeps, hunc a Te favorem sperare, qui me in extremis hisce oris terrarum commorantem nosse non es dedignatus; vilem homuncionem, in eminentissimo ipse constitutus dignitatis et sapientiæ fastigio. Nempe ut magni Numinis proprium est, cuncta intime pervadere ac rimari; ut Supremi Pastoris, nullam vel in ultimo orbis angulo, quantumvis abjectam oviculam gregis sui negligere; id videris Tuum esse voluisse, qui tam propinquo ad utrumque gradu accedis, ut intelligas quid singuli ubique moliantur ac designent operis, quod quidem ad Ecclesiæ videatur utcumque ornamentum pertinere.

Suscipe igitur, Eminentissime Princeps, lucubrationes has meas, quarum ultro sæpius apud varios e nostro ordine dignatus est meminisse. Eas si Tibi probari sensero, tanto impensius reliqua Divorum gesta dilucidanda

dilucidanda aggrediar : et si quid minus assequar ipse, exemplo fortassis alios provocabo, majore præditos eruditione; ut quæ me fugerunt, ipsi e ruderibus venerandæ antiquitatis exsuscitent. Fuit ea temporum nostrorum felicitas, ut multa Sanctorum corpora, dudum oblivione consepulta, reperta sint, ipsiusque auctoritate et munificentia URBANI in honorificentiorem locum reposita. Annuant quoque illud Cœlites, ut pridem ignorata, vel fœde vitiata ipsorum Acta, veteri quidem habitu plenoque gravitatis, sed pura et a suo repurgata squallore, vulgentur. Tu conatus tenues meos, PRINCEPS EMINENTISSIME, qua hactenus, benevolentia provehe. Id te submisse obtestor, æternum

Eminentiæ tuæ devotissimus cliens

JOANNES BOLLANDUS.

BENIGNO LECTORI.

Quæ in Præfatione generali ad Abbatem Lætiensem ante priorem tomum explicavi, hic non repeto: ea ut consulas, Lector, si tanti est tibi consilium in hocce adornando opere meum intelligere, rogo; aut saltem commentationes has de Sanctis prius ne censoria severitate notes, quam quæ isthic omnium exposita ratio est, perlegas.

Nam primum, quæ hic traduntur, non esse ea ejusmodi contendo, ut auctoritatem obtineant ac pondus, quod illa habent quæ sunt Ecclesiæ sacrosancto judicio comprobata: licet nihil a me dictum scriptumve existimem, quod non ejusdem Sanctissimæ Matris Ecclesiæ sit Decretis ac voluntati consentaneum: aut si quidquam imprudenti excidit, quod Summorum Pontificum legibus, aut Conciliorum scitis censeri possit ullo modo repugnare, id ipse ultro abdico, damno, respuo, ac repudio funditus. Nominatim vero ne ulla cujusquam, qui non videatur *per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii,* cultum venerationemque obtinuisse, *miracula, vaticinia, arcanorum manifestationes,* narrarem, sedulo cavi: quibus cœlestes jam olim honores decretos, aut pio populorum consensu, conniventibus Christianæ religionis Antistitibus, prærogatos, non putavi; eorum vel res gestas, etsi ab aliis traditas litteris, non edidi, vel iis certe *Beatorum* aut *Sanctorum,* dignitatis plenissimam, appellationem non tribui. Plane vero et ingenue testificor, cupere me ut universa quæ scripsi hic et edidi, eo solum loco habeantur, quo Historia Humana, cui tantum esse fidei debeat, quantum singuli merentur, a quibus accepi, auctores. Si quid a me observatum, aut spectatum narro, nec alio firmatum testimonio; id sic accipi velim, ut ab homine traditum, qui errori sim, pro imbecillitatis humanæ modo, propriaque ingenii et judicii infirmitate, obnoxius; qui tamen et multum operæ ac temporis in iis, quæ trado, discutiendis posuerim, et mori millies malim, quam ut sciens quemquam fallam.

Hæc autem aliaque luculentius in ea Præfatione explicavi. Hic solum rogare te volui, Lector, ut quæ isthic scripsi, inspicere ne dedigneris. Intelliges qua occasione, qua Majorum auctoritate, quorum secutus exempla, ad hæc elucubranda accesserim: quamobrem hæc olim Heribertus Rosweydus noster, post Surium ac Lipomanum, sit aggressus; qualem universi operis formam adumbrarit; quid in eam rem coacervarit veterum monumentorum; quæ interea scripserit vulgaritque opera, quæ alia meditatus sit, perpetuo hortatore ac stimulatore, Lætiensium Monachorum sanctissimo Archimandrita Antonio Winghio: tum quid ego spectem, quatenus Rosweydi insistam vestigiis in quam molem provehere opus nitar, cujus tum eidem, dum viveret, sapientissimo Winghio, tum aliis gravissimis viris, probata ratio est.

Perspicies deinde quem ordinem ac methodum sim secutus, ac quamobrem: ut primo Sanctorum, qui singulis diebus coluntur nomina grandiori sint charactere expressa, servata temporum quibus singuli vixerunt ratione: tum ut rejecti quidam in alios dies, quorum vel multiplex uno loco, vel eadem non eodem die variis in locis agitur solennitas; alii prætermissi omnino, quorum mihi de sanctitate non erat certo exploratum Ecclesiæ judicium. Prolegomenων quoque, seu præviarum ad quamque vitam dissertationum ratio est explicata, eorumque ac vitarum ipsarum partitio; cur miracula relata Sanctorum, Translationes, aliaque id genus, utque singulis capitibus brevia subjuncta scholia, sive annotationes, doctis non necessariæ, vulgo utiles, et probatæ viris eruditis. Ipsarum litterarum explicatum discrimen, et quæ alia ad perspicuitatem et Lectorum commodum excogitata, cujusmodi hæc sunt: Dies et annus mortis cujusque Sancti indicatus in margine, singularum tituli paginarum, in earum unaquaque nomen expressum scriptoris, a quo vita est, quæ isthic datur, composita: capitum divisio ac tituli: compendia in margine omnium quæ traduntur.

Tum Indicum explanata ratio est et varietas: quis eos concinnarit, qua industria ac judicio.

judicio. Eorum duo, videlicet *Alphabeticus* Sanctorum, quorum quoque tomo gesta narrantur, vel illustratur natalis, et *Chronologicus* perbrevis, Vitis præfixi, post Præfationem. Reliqui quatuor ad calcem tomi cujusque rejecti, videlicet *Historicus*, nomina complectens hominum quæ hoc tomo memorantur, etiam Sanctorum, sed non eorum quorum est in primo Indice peculiariter recensitus natalis, nisi ipsorum in aliis Divorum Actis iterum mentio fiat; *Topographicus* locorum; Grammaticus, vel *Onomasticus*, vocum barbararum vel abstrusiorum; et, cujus maxima erit utilitas, *Moràlis*, earum rerum, quæ in concionibus, explanationibus Scripturarum, asceticis institutionibus, pertractari solent, non solum virtutum ac vitiorum. Singulis autem tomis sui sunt Indices.

Styli denique ratio est explicata; cur proprius cuique auctori assertus, nec expolitus qui rudis ac semibarbarus; cur meus obvius minimeque operosus. Invidiosæ disceptationes de quarumdam gentium Apostolis, Sanctis aliis, Scriptoribus, consulto a me declinatæ: aculeatus in neminem a mea discrepantem sententia, ne hæreticos quidem, extra eas controversias quæ ad fidem pertinent, stylus vibratus: Ordines religiosi qua decuit reverentia laudati. Demum quæ alia mediter opera, si Deus Sanctique annuerint, perspicies.

Satis prolixe in eadem Præfatione disputavi, quæ sit eorum Actorum, quæ edo, probabilitas: qui gradus Historicorum: horum quam multa postea interpolata opera, et quandoque perperam: quam multa ex fama et vulgi narratiunculis conscripta, quam illa fidem mereantur, quo a me studio discussa, ac ponderata. Multa ab hæreticis vitiata; ab aliis quoque conficta, vel fidem supra ornata, parum laudabili exemplo: vitata utraque mihi, qua licuit. Monui tamen ne temere commentitia et fabulosa esse quis ea conclamet, quæ ipsi fortassis paradoxa videntur, priusquam illa accurate examinarit. Neque enim viri prudentis est, ita præcipitem esse in iis, quæ non probat, continuo proscribendis ac damnandis. Apocrypha quoque esse multa ostendi, quæ non ideo falsa omnia, etiam veterum Patrum scripta nonnulla, et Sanctorum quidem, ut Alexandrini Clementis, et alia a S. Gelasio olim vetita in Ecclesiæ conventibus publice legi, quæ tamen privatim legi fructuose possint.

Exposui quibus adjutoribus, quibus scriptorum adminiculis, tum vulgatorum et publici jam juris, tum manu exaratorum, sim usus; ac præsertim quam amica, fideli, certa et constanti, GODEFRIDI HENSCHENII nostri opera; quam ille multa monuerit, suaserit, ipseque digesserit ac illustrarit: quam ob caussam toto fere opere, plurali verbo offero, quæ invenisse me, ab amicis accepisse, observasse, contulisse, edidisse, prius etiam scripseram, ut cum eo communicem quam meretur laudem, ejus præsertim operis, cujus ab eo sperari posse absolutionem confido, si quid mihi humanitus eveniat; ut est egregia memoria, judicio, plurimarum disciplinarum scientia præditus. Quamquam neque ego hic ullam vel specto, vel inesse arbitror laudem, præterquam diligentiæ; quam si Deo et Sanctis probavero, præclare me operam collocasse existimabo; neque idem fidus et indefessus adjutor meus, aut sibi aut ulli, præterquam Deo et Sanctis, quidquam ex suo labore accedere laudis exoptat.

De Martyrologiis Fastisque Ecclesiasticis tum Latinis, antiquis et recentibus, tum Græcis gentiumque aliarum disserui, sed brevius fortassis, quam multi optarent. Verum licebit alias, ut spero, plenius, cum pleraque ex iis edam; præsertim si, quod unice te rogo, Lector benevole, quæ nanciscere vetera ejusmodi Martyrologia communicaris, ut cum iis quæ habeo conferam, aut si nullum antea habui exemplar, id certe quod tuo beneficio nactus ero, tuo nomine publicem. Atque utinam quæ alibi latere dicuntur tum Græca Menologia, ut illud sæpius Baronio citatum, quod Basilii Imperatoris jussu ab 800 prope annis scriptum dicitur, tum Russorum Catholicorum, Syrorum, aliorum Kalendaria, consequi possim!

Postremo id te precor, ut quid a ceteris hujus mei operis lectoribus petierim, in animum inducas vel cursim pervolvere; et votis tu quoque annuas meis, et quæ me quantumvis sedulo omnia indagantem fugerunt Sanctorum Acta, Translationes, miracula, et quæcumque alia amplificandæ ipsorum gloriæ existimabis conducere, benigne suppedites: neu sinas defossos latere veteres illos maximi pretii thesauros, sed ad communem Ecclesiæ utilitatem, tuamque, in publicum efferas. Habebunt gratiam posteri, referent Sancti.

Si

Si quid scripsi, quod cum certioribus quæ habes monumentis non consentiat, non solum ignoscas velim, sed et moneas viamque commonstres. Libens retractabo. Esse me hominem scio, et labi posse, in tanto præsertim opere, et in rebus ita procul a finibus nostris atque ætate gestis. Cui sit ita cautum, ut non in auctorem aliquem minus solidum aliquando incidat, vel cum inciderit, non sequatur imprudens, aut non in investiganda veritate uspiam hallucinetur?

Nec difficile erit ad me in hanc urbem, ad quam ex omnibus Europæ provinciis, singulis fere hebdomadis, veredarii adventant, litteras dare, si voles. De aliis monumentis quæ majoris esse molis videbuntur, quo pacto possint huc deferri, dispiciam, ubi tuam cognovero propensam voluntatem.

Demum id te obtestor, ut Deum ac Sanctos pro me ores, ut horum adjutus patrocinio illius gratia, ita ipse quæ describo alienæ virtutis exempla imiter, itaque rationes omnes meas instituam, ut quæ nunc eminus speculor, coram aliquando contemplari merear ipsorum decora atque ornamenta.

INDEX

SANCTORUM

DECEM MEDIORUM DIERUM JANUARII.

Hic Index eos solum continet Sanctos, quorum natalis secundo tomo, sive decem mediis diebus Januarii, agitur; sive eorum res gestæ narrentur, sive tantum memoria illustretur. Quorum fit in aliorum Actis mentio, sed ad tertium tomum, aut alios menses natalis pertinet, eorum nomina tertio Indice, sive Historico referuntur, uti et horum quoque, si alibi hoc ipso tomo rursum, non in propriis Actis, occurrant.

Præfigitur cuique Sancto dies quo colitur. Additur ordo, laureola, locus mortis vel præcipuæ venerationis. Tum quidquid de eo hic traditur an Vita? quo auctore? unde? quid singula capita contineant? an præfixa? Prolegomena, sive præviæ de rebus ad eum Sanctum pertinentibus dissertationes? an in paragraphos distributæ? denique summa eorum quæ de unoquoque dicuntur, objicitur oculis.

Non est præfixa littera S aut B vel † ut in tertio Indice: nam cum omnes vel plerique Sancti sint aut Beati, qui hoc Indice continentur, non est necesse eum titulum ad differentiam usurpare. Litteræ A, B, C etc. quæ, ut in quatuor posterioribus Indicibus, certum expressæ paginæ spatium designent, raro additæ sunt, quia cum majori charactere impressa Sanctorum nomina sint, non est difficile unico oculi conjectu ea reperire : ideo nec ad marginem eædem consignatæ hic sunt litteræ.

Notæ contractionum hic usurpatæ, sunt istæ communiores : Mrol. *Martyrologium.* Mroll. *Martyrologia.* MS. *manuscriptum* MSS. *manuscripta.* Mlog. Gr. *Menologium Græcorum.* Men. Gr. *Menæa Græcorum.* M. *Martyr.* MM. *Martyres.* Presb. *Presbyter.* Ep. *Episcopus.* V. *Virgo.* VV. *Virgines. Reliquæ obviæ sunt.*

B

F

H

N

O

P

Q

R

S

INDEX

CHRONOLOGICUS

DECEM MEDIORUM DIERUM JANUARII.

Quæ hoc tomo de Sanctis, iis præsertim quorum x mediis diebus Januarii aguntur natales, memorantur, ea, non tamen omnia, sed præcipua, suis hic temporibus breviter assignatur, vel ex certis chronologicis notis vel probabili aliorum conjectura. Accuratior ceteris editis tomis, atque universalior contexetur Chronologia.

In annis a Christi ortu computandis secuti sumus vulgarem et passim receptam epocham: in digerendis annis Imperatorum ante Constantinum, consulares Fastos aliosque proprios characteres.

Qui ante Christi ortum vixere Sancti, hoc tomo pauci occurrere; quorum proinde in hoc Indice habita ratio non est: fiet id alibi accurate.

Litteræ A B C etc., non sunt margini adscriptæ, ut in quatuor ultimis Indicibus, quia rarior hic earum usus, et quid sibi velint facile erit ex tertii Indicis præfatione cognoscere.

I SECULUM A CHRISTO NATO.

II SECULUM.

III SECULUM.

IV SECULUM.

VI SECULUM.

VII SECULUM.

VIII SECULUM.

IX SECULUM.

X SECULUM.

XI SECULUM.

XII SECULUM.

XIII SECULUM.

XIV SECULUM.

XV SECULUM.

XVI SECULUM.

XVII SECULUM.

XII JANUARII.

SANCTI QUI PRIDIE ID. JANUAR. COLUNTUR.

S. Maximus, Episcopus Taurominitanus in Sicilia.
S. Tatiana, Martyr Romæ.
S. Probus, Episcopus Veronensis in Italia.
S. Euthasia Martyr.
S. Arcadius, Martyr, Cæsareæ in Mauritania.
S. Satyrus,
S. Cyriacus,
S. Moscentius, Martyres, in Achaia.
S. Mertius, sive Meortius, Martyr.
S. Petrus,
S. Philoromus,
S. Zoticus,
S. Castulus,
S. Aventinus, Martyres in Ægypto.
S. Zoticus,
S. Rogatus,
S. Modestus,
S. Castulus,
S. Quinctus, Martyres in Africa.
S. Biccianus,
S. Caroticus,
S. Castulinus et xxxvi socii, Martyres, in Africa.
SS. VIII Martyres Nicææ in Bithynia.
S. Tigrius Presbyter,
S. Eutropius Lector, Martyres, Constantinopoli.
S. Joannes II, Episcopus Ravennas.
S. Cæsaria, Virgo Arelate in Gallia.
S. Victorianus, Abbas in Hispania.
S. Nazarius, monachus in Hispania.
S. Fergeolus, Episcopus Gratianopolitanus, Martyr.
S. Benedictus Biscopius, Abbas in Anglia.
SS. XXXVIII monachi Martyres, Ephesi.
B. Aelredus, Abbas Rievallensis in Anglia, ord. Cisterciens.
S. Nainii,
S. Jacobini,
S. Anselmi, Martyrum Inventio Brixiæ in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Petrus Abesalamites. *Menæa. Is est* Absalamus, *de quo egimus* III *Januar.*

S. Fœlanus *in veteri* MS. *Conventus Dungalensis inter Hibernienses Sanctos refertur. Suspicamur* Felanum *esse, sive* Filanum, *quem dedimus supra* IX *Januar.*

S. Nicanor Diaconus, *in quibusdam excusis Kalendariis refertur hoc die. De eo egimus* X *Januar.*

S. Valentiana,
S. Arabicus, Martyres, *referuntur in vetustissimo* MS. *Conventus Dungalensis in Hibernia. Verum quod dubitemus num alteruter is sit, qui ab aliis* Aventinus, *vel* Aventina *appellatur, cujus in eo* MS. *nulla mentio est, ideo omisimus, dum aliunde majorem nanciscamur lucem. De* Aventino *infra.*

S. Joannes Episcopus Hierosolymitanus, *memoratur hoc die a Molano in addit. ad Usuard. a Galesinio, (qui addit,* cujus res divinæ leguntur) *Ferrario, et aliis. Accepimus instituti Carmelitani virum perquam eruditum commentarium meditari quo* Joannis II, *Episcopi Hierosolymitani 44, sanctitatem et publicam venerationem asserat. Ante eum fuit* Joannes, *septimus ejus Sedis, qui ultimis Trajani vixit temporibus.* Joannes III, *supra laudatus est in* S. Theodosii Cœnobiarchæ *vita. Alii deinceps aliquot eo nomine nuncupati eam Cathedram administrarunt. Verum de* Joanne II, *agere se citati auctores ostendunt, dum Joannem Palæonydorum, sive ab Aqua-veteri, Batavum citant, quem* Alemannum *perperam quidam eorum appellant : hic vero lib. 2 operis tripartiti cap. 6, tradit eum hoc die obiisse. Idem refertur* VI *Martii in* MS. *Florario SS.*

S. P. N. Eliæ Thaumaturgi commemoratio *hodie fit apud Græcos, ut patet ex eorum Menæis. Raderus eum esse censet anachoretam, qui a Ruffino lib. 2, de vitis PP. cap. 12, et Palladio in historia Lausiaca cap. 51, laudatur. At de ejus miraculis, a quibus* Thaumaturgus *sit appellatus, nulla ibi mentio. Alius celebratur in iisdem Menæis* III *Novembris.* Elias Abbas. *At quis sit* Miraculorum patrator Elias, *nobis non liquet. Plures hujus nominis in vitis PP. et alibi memorantur viri sanctitate illustres.*

S. Firiacus Episcopus. MS. *Martyrol. Ecclesiæ Bruxellen. An forte* Cyriacus, *de quo hoc die? an* Fiacrius XXX *Augusti? At neuter* Episcopus *fuisse traditur. An* Finanus?

Joannes VI, Papa Martyr. *Martyrolog. Germanicum, et* MS. *Florarium. Catholicæ zelo religionis, caritate, reliquisque virtutibus illustris cumprimis* Joannes Sextus *fuit. Haud tamen alibi legimus aut coli publice, aut martyrium subiisse, quod citata habent Martyrologia. Ejus mentio facta est in vita* S. Agathonis *Papæ* X *Janu. littera h.*

Guilielmus Abbas S. Theodorici, ac deinde monachus ordinis Cisterciensis, *auctor libri primi vitæ S. Bernardi, hoc die refertur a Chrysostomo Henriquez et* Beatus *appellatur, qui et vitam ejus in Fasciculo SS. Ord. Cisterc. describit. Ab Hugone quoque Menardo recensetur in catalogo SS. et BB. ejusdem ordinis. Nondum comperimus an colatur; ideo hic omittimus.*

S. Potitus Martyr *a quibusdam hoc die colitur, ut videre est in Sanctaario Capuano Michaelis Monachi. Vitam dabimus* XIII *Januar.*

S. Hermylus,
S. Stratonicus, Martyres. *Galesinius in Notis. At Mart. Roman. et Menæa atque ipse Galesinius in Martyrologio* XIII *Januar.*

S. Hilarius, Episcopus Pictaviensis, *a quibusdam Ecclesiis colitur hoc die, Idibus octava Epiphaniæ occupatis, ut Sanctuarii Capuani parte 4, adnotavit Michael Monachus, et nos in veteri Kalendario Cameracensi aliisque observavimus. Vitam ejus dabimus* XIII *Januar.*

S. Theodorus Euchaita Martyr. *Menæa. Duo in* Euchaitarum *urbe sepulti feruntur* Theodori, *quorum alter* Dux *colitur* VII *Februar. alter* Tiro IX *Novemb*

S. Eulelia Virgo et Martyr, Uxenti in Salentinis *Ferrar. qui in Notis addit eamdem videri cum* Eulalia Barcinonensi, *de qua* XII *Februa*

S. Pastor,
S. Victor, Martyres Nicomediæ, MS. *Martyrol. Ecclesiæ Bruxellensis. At Martyrol. Romanum* XXIX *Martii.*

S. Theodora, Virgo Alexandrina. *Menæa. Colitur cum* Didymo xxviii *Aprilis.*

S. Alexander Martyr. *Menæa. Haud levis caussa est suspicandi hunc pro* Didymo *relatum. Nam ut* Didymus Theodoram *Alexandriæ e prostibulo, sui capitis periculo, liberavit; ita* Antoninam Alexander *Constantinopoli, ut dicemus* iii *Maii.*

S. Germanus, Episcopus Constantinopolitanus. ms. *Florar. At Martyrol. Romanum* xii *Maii.*

S. Basilla. ms. *Florar. De ea agemus* xx *Maii.*

S. Joannes Episcopus, alias Papa et Martyr. *Carthus. Col. in Addit. ad Usuardum Andr. Saussaius in Martyrol. Gallicano adnotat* S. Joannis Papæ *agi hoc die Leodii memoriam. In vetusto quoque Kalendario monasterii S. Maximini ante complura secula exarato, et aliis pluribus Belgicis, habetur :* Et S. Joannis Papæ. *Quod de Joanne* I, *remur accipiendum. Colitur* xxvii *Maii.*

Joannes II, Papa. *Maurolycus et Martyrol. Germanicum. Necdum comperimus an publice colatur. Id disquiremus, quo die a pluribus, licet alio videatur obiisse, occasione* S. Joannis I, *Papæ et Martyris, refertur* xxvii *Maii.*

S. Eugenius I, Papa. *Usuardi edit. Colon.* 1521, *et Martyrol. Germanic. De eo nos* ii *Junii.*

S. Claudius, Episcopus Vesontinus, ms. *Kalendarium Sanctorum ord. S. Benedicti. Vitam dabimus* vi *Junii.*

S. Zoticus Martyr Tibure. *Martyrol. Roman. Notat Baronius, et Ferrar. in Catalogo SS. Italiæ, eumdem esse qui* Getulius *dicitur, maritus* S. Symphorosæ; *et colitur, ut dicemus* x *Junii.*

Joannes Papa III. *Maurolycus et Martyrol. Germanicum. Haud dum exploratum nobis est, an colatur, licet Henricus Spondanus in Epitome Annalium ad an.* 572, *num.* 1, *ita scribat :* S. Joannes Papa obiit III Idus Julii. *De die consentiunt reliqui. Ergo cetera examinabimus* xiii *Julii.*

S. Agatho Martyr. *Galesinius, Martyrol. Germanic. At Romanum* vii *Decemb.*

S. Olympia matrona, Constantinopoli. *Galesin. Martyrolog. Germanicum, Ferrar. Molanus in* i *edit. Hæc est* S. Olympias vidua. *De qua* xvii *Decemb.*

S. Eugenia. ms. *Florar. Nos* xxv *Decemb.*

S. Claudia, mater S. Eugeniæ Virginis et Martyris, *in Martyrol. Germanico, Carthus. Colon. Addit. ad Usuardum,* ms. *Florario (in quo perperam* Eulodia *appellatur) refertur hoc die, rursumque in quem potius eam rejicimus* xxvii *Decembr.*

DE S. MAXIMO EPISCOPO,

TAUROMINII IN SICILIA.

Seculo I. XII Januarii.

Tauromenium, *quæ et* Tauromenia, *et plerumque* Taurominium, *Græcis* Ταυρομένιον, *et* Ταυρομένειον, *vulgo nunc incolis* Taormina; *antiqua et celebris Siciliæ urbs est, medio inter Messanam et Catanam intervallo. Olim proprium habuit Episcopum, ut ex Registro S. Gregorii Magni patet, cujus plures ad* Secundinum Taurominitanum Episcopum *extant epistolæ. Atque a Joanne Diacono memoratur* S. Procopius *ejusdem urbis Episcopus, an.* 909 *martyrio coronatus. Nunc Archiepiscopo Messanensi subest Taurominium, ut testatur Fazellus de rebus Siculis dec.* 1, *lib.* 2. *Primus isthic sedisse* S. Pancratius *traditur, Apostolorum Principis discipulus de quo* iii *Apr. agemus.*

Taurominium olim urbs Episcopalis.

2 *Ei suffectus* S. Maximus, *cujus hodie natalem celebrari scribit Ferrarius in generali catalogo SS. his verbis :* Tauromenii in Sicilia S. Maximi Episcopi a S. Petro ordinati. *Eadem habet Octavius Cajetanus in Idea operis de Sanctis Siciliæ. De eo Metaphrastes* 29 *Junii in Commentario de gestis SS. Petri et Pauli :* Et cum venisset *(Petrus)* Tauromenium, diversatur apud Pancratium virum sapientissimum. Quo in loco cum quemdam Maximum catechesi instituisset et baptizasset, et Episcopum ordinasset, Romam appellit. *Plura de eo necdum comperimus.*

S. Maximi, Episcopi, natalis.

DE S. TATIANA MARTYRE.

Sub Alexandro Imper. XII Januarii. *S. Tatianæ natalis.*

Romæ S. Tatianæ Martyris *agitur pridie Id. Januarias natalis, ut habet Martyrol. Romanum,* quæ sub Alexandro Imperatore uncis atque pectinibus laniata, bestiis exposita, et in ignem projecta, sed nil læsa, gladio demum percussa migravit in cælum. *Acta ejus, quæ Baronius testatur extare in veteri* ms. *S. Mariæ Majoris Romæ, inde accepimus, sed omnino eadem sunt quæ* S. Martinæ, *ut* 1 *Januarii diximus. Inciditque nonnumquam suspicari unam et eamdem esse* Martinam *et* Tatianam. *Certe vetus Romanum et cetera Latinorum Martyrologia,* Martinam *celebrant, nullum, præter Romanum ac Molanum in Addit. ad Usuardum,* Tatianæ *meminit. Græci in Menologio, Anthologio, Menæis* Tatianam *habent hoc die, nusquam* Martinam. *Utut sit, visum non est integra hic dare Acta, ne et operis nostri moles frustra excrescat, et Lectori generetur fastidium, si eadem sæpius repetantur : præsertim quod ad oram illius Romani codicis hæc recenti manu adscripta sunt :* Confunditur hæc historia in multis cum rebus gestis S. Martinæ Virginis. Ideo caute legenda, corrigendaque videtur, *etc. Initium tantum et finem eorum Actorum hic dabimus :*

Acta similia Actis S. Martinæ.

Eorum initium.

2 Regnante cælo terræque Domino nostro Jesu Christo, adversante vero servo diaboli Rege Alexandro, quarto anno regni ejus edictum proposuit novum et inhonestum : sacrificare Galilæos, aut si non sacrificarent, morti damnarentur. Et misit Præpositos et Principes per diversa loca, ut Christiani vincti traherentur ad sacrificandum idolis, quod et polliciti sunt Imperatoris jussa in omnibus adimplere : et accipientes talia præcepta in multis litteris regalibus scripta circumferebant nova, expositionem sacrificii immundæ culturæ explentes, sicut jusserat eis Rex Alexander. Statunculas vero ostendentes Deorum, sacrificantibus maximos honores dari præcipiebant; non sacrificantes vero diversis pœnis interimerentur. Talia vero præcipiente Alexandro, jubet per omnia sacrificium consummari Romæ Apollini et sacrificia offerri; Christianos autem viros ac mulieres cum suppliciis violenter trahi ad sacrificandum Apollini. Ministri autem satanæ erant viri pessimi, Vitalis quidam habens dignitatem Comitis, et Bassus Cubicularius, et Cajus Domesticus. Isti destinati erant, ut devastarent cultores Christi.

3 *Finis vero ita habet :* Et facta hac voce ceciderunt carnifices, et mortui sunt. Veniens autem Episcopus Rhetoricus cum omni Clero suo, et etiam cum omni Senatu Romano, et tollentes sanctum corpus ejus, condiderunt eam in thecam crystallinam in regione xii, glorificantes Deum qui est in cælis, quoniam his, qui confidunt in eum, mors secunda non habet potestatem. Rex autem comprehensus est a doloribus in eadem hora, et lacerans comedebat carnes

Finis.

nes suas, et suspirans et tremens dicebat : Miserere mei Deus Christianorum, scio enim quia irritavi nomen tuum, vel etiam innocentem famulam tuam excruciavi. Juste enim in omnibus flammis pœnarum affliges me, secundum opera mea retribues mihi, et omnibus qui abnegant te Domine. Vox autem de cælo facta est : Ingredere in clibanum ignis Alexander, et vade in interiores tenebras, quæ tibi præparatæ sunt, cum ignitis tormentis. Et factus est terræ motus magnus. Crediderunt autem in Domino mille animæ virorum, ac mulierum duo millia ducentæ. Consummata autem est passio Sanctæ Tatianæ mense XII, IX die ipsius mensis, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen.

Similia S. Priscæ Acta

4 *His quoque Actis similia sunt* S. Priscæ, *ut* XVIII *Januarii dicemus, nisi quod sub* Claudio *interfecta dicitur.* Tatiana *et* Martina *sub* Alexandro, *et hujus utriusque necem secuta funesta mors tyranni traditur.*

Tatiana etiam Datiana dicta.

Utriusque, Martinæ, *inquam, et* Tatianæ *separatim vitam edidit Italice Antonius Gallonius in lib. de Romanis virginibus. Nec illud omittendum ducimus, quod quæ Græcis, Baronio, Gallonio, Molano cæterisque* Tatiana *est, ea in Actis perpetuo fere* Datiana *appellatur.*

Ex variis Actorum compendium ex Græcis

5 *Galesinius* X *Januarii in Notis isthæc habet :* In Græcia hoc ipso die S. Tatianæ Martyris, cujus præclara pro gloria Christi dimicatio, Græce scripta legitur. *Menologium a Canisio editum, ejus martyrium ita recenset :* Certamen S. Martyris Tatianæ, ex antiquiore Roma, Alexandro Imperatore, quæ propter Christi fidem oblata Imperatori, et in templum idolorum cum eo ingressa, precibus simulachra evertit, atque in terram collisit : quare in faciem verberatur, et uncis ejus palpebræ dilacerantur, deinde suspensa pectinibus laniatur, raso capite : postremo cum igni et feris objecta illæsa mansisset, securi percussa evolavit in cælum. *Ast Anthologium a Clemente VIII approbatum :* Hæc erat ex veteri Roma oriunda, Alexandri Imperatoris temporibus, patre ter Consule nata, et pro ritu Ecclesiæ Diaconissa, sed propter Christianam religionem ad Imperatorem deducta, et cum ipso in fanum idolorum ingressa, precibus simulachra dejecit, et humi afflixit, ac confregit. Quapropter os ejus everberatum est, et uncis palpebræ cum cute abrasæ, tum suspensa cæditur, et caput raditur. Postremo cum nec ab igne nec a feris lædetur, securi percutitur.

DE S. PROBO EPISCOPO VERONENSI.

XII Januarii

S. Probi natalis

Sextus *Veronensis Ecclesiæ Antistes memoratur* Probus, *de quo hoc die Martyrolog. Romanum :* Veronæ S. Probi Episcopi, *addit Galesinius,* et Confessoris. *Vitam ejus scripsisse dicitur Augustinus Valerius Cardinalis; ex quo hanc epitomen confecit Ferrarius in catalogo SS. Italiæ.*

Vita ex Ferrario

2 Probus Veronæ Episcopus sexto loco post S. Senatorem circa annum salutis CCXXXVI, Veronensem rexit Ecclesiam. Quo tempore Maximinus Imperator, qui Alexandro successerat, Christianos exagitabat. Hic sanctus Episcopus vitæ sanctimonia et egregiis virtutibus clarus, cumprimis vero caritate præditus, munus Episcopale præclare gessit; atque pridie Id. Januar. ex hac vita discessit : cujus corpus in basilica S. Stephani humatum creditur.

3 *Hæc Ferrarius, qui deinde in Annotatione hæc monet* · Dissident Veronenses de S. Probi corpore, alii enim in basilica S. Stephani sepultum tradunt, id ex tabula marmorea ibi extante probantes; alii vero in basilica S. Proculi, quod etiam ex tabula lapidea, ex constitutione Synodali, et ex imagine ejusdem depicta cum hac inscriptione, S. PROBUS demonstrant. Ipsi Veronenses viderint. *De S.* Senatore *egimus* VII *Januarii, et licet isthic Ferrarius scribat* Diocletiani *et* Maximiani *ætate vixisse; ex ipsomet tamen ostendimus id dubium esse, cum S.* Proculum *ejus decessorem* XXIII *Martii dicat sub* Claudio Maximino *floruisse, hic quoque* Probum *successorem circa annum* 236, *eam Ecclesiam administrasse. Deinde, quod alibi quoque idem monet, omnium consensu receptum est S.* Zenonem, *octavum illius urbis Episcopum, sub Gallieno Imperatore coronatum esse martyrio*

Corpus ubi

Quando vixerit.

DE S. EUTHASIA MARTYRE.

XII Januarii

Eodem die, *inquiunt Menæa,* Euthasia gladio cæsa est, *adduntque hoc distichon :*

> Ipsi Deo Salvatori mundi offert
> Caput suum amputatum Euthasia.

Hæc porro ignota alibi; nisi sit Euthalia, *de qua* XXVII *Augusti plenius agetur.*

DE S. ARCADIO MARTYRE

CÆSAREÆ IN MAURITANIA.

Circiter an. CCLX XII Januarii S. Arcadii natalis

Celebrat *S.* Arcadii *Martyris natalem Martyrologium Romanum his verbis* · Eodem die S. Arcadii Martyris, genere et miraculis clari. *Eadem habent Beda excusus, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, et pleraque* MSS. *etiam Usuardi nomen præferentia. Brevius vetus Martyrol. Romanum et* MS. *Centulense* Arcadii Martyris. *Ast antiquissimum Martyrologium monasterii S. Germani de Pratis Parisiis, vel ipsius Usuardi manu exaratum, ut quidam viri docti existimant, vel certe eadem ætate; aliudque ibidem a* 400 *aut circiter annis scriptum .* In Cæsarea Mauritaniæ S. Arcadii Martyris, genere et miraculis clari. *Galesinius .* In Mauritania S. Arcadii Martyris, qui variis iisque novis suppliciis excruciatus, demum in suo sanguine volutatus, certaminis, quod constantissime pro Christo Domino subierat, palmam accepit. *Agit de eo quoque Petrus de Natalibus lib.* 2, *cap.* 67, *et Martyrologium Germanicum.*

Ubi passus sit.

2 *Duo controversa sunt, ubi et quando martyrium subierit. Acta habent* in Achaia *passum Sed facile est ut mendum irrepserit. Chronicon Dextri nomine editum ad an.* 110 *Christi num.* 8, *ista habet :* S. Arcadius Ursaonæ in Bætica patitur XII die Januarii. *Ad quem locum Bivarius :* Debemus Dextro loci tanti Martyris sanguine consecrati notitiam. *Ursaoni quoque eum adscribit Rodericus Carus lib.* 3 *Antiquitat. Hispalen. cap.* 5, *idem Chronicon secutus, quod unicam esse lucem ait sacrarum Antiquitatum Hispaniæ. Recte; si omnino constaret Fl. Dextrum illius Chronici auctorem esse, aut alia proferrentur Ursaonensis Ecclesiæ monumenta. Est* Ursao, *aliis* Urso, Genua Urbanorum, Orsona, *nunc* Ossuna, *in diœcesi Hispalensi oppidum, Ducatus titulo et academia illustre. De quo Ludovicus Nonius* V. CL. *Hispaniæ illustratæ cap.* 15 *et Carus loco citato.*

An Ursaoni?

An potius Cæsareæ Mauritaniæ?

EX AGONIBUS MART.

citato. Verum quod supra Usuardus et Galesinius, idem tradit Petrus de Natalibus lib. 1, cap. 43, ubi de S. Zenone agens Veronensi Episcopo, ejusque libros recensens, inter alia, scripsisse ait Epistolam *(an fortassis* martyrium *voluit dicere?)* Arcadii Martyris, tempore suo apud Mauritaniam passi. *Legimus in MS. codice Ecclesiæ S. Martini Ultrajectinæ brevia* S. Arcadii *Acta, in quibus passim* Cæsareæ Mauritaniæ *passus dicebatur.*

NOT 2. *Quando vixerit*

3 *Ætatem satis indicat Petrus, dum ait* S. Zenonis tempore *coronatum. At Gallieni tempore (non Constantii, ut vult Matthias Lamberti) floruisse S. Zenonem ejusdem Petri ac Martyrologii Romani aliorumque auctoritate receptum est : de quo nos ad ejus vitam 12 Aprilis. Bivarius, quod idem Petrus lib. 2, c. 67, secessisse ab Urbe* Arcadium *scribit* propter rabiem persecutionis, *addit,* haud dubium Trajanæ, *ex sui scilicet Chronici fide. itaque vult sibi ipsi illum auctorem repugnare. Matthæus Lamberti scribit videri martyrium obiisse Arcadium tempore Antonini. verum cur ita sentiat argumentum nullum profert.*

Acta.

4 *Acta* S. Arcadii *edita sunt olim in Agonibus Martyrum Lutetiæ. Iis subjungimus S. Zenonis in ejusdem Martyris laudem sermonem, collatum cum veteri codice S. Mariæ de Ripatorio, aliisque MSS. sunt vero ambo ita etiam stylo similia, ut vel Acta ex sermone concinnata, vel ad ea Adumbratus esse sermo videatur. Eadem Acta ex S. Zenonis sermone expressit Lippelous, Rosweydus, Gabriel Flamma, Henricus Adriani, Matthias Lamberti Episcopus Brugensis, aliique.*

ACTA

Ex Agonibus Martyrum editis.

a Dira persecutio in Christianos.

Cum in *a* Achaia sævus debaccharetur furor, et diabolus suos satellites in Dei populum armaret, tota familia Christi variis turbabatur lupi sævientis incursibus, et in Deum et in ejus cultores gravissimum committebatur bellum. Per singula tecta, ubi Christi, ubi veri Dei cultor, sola opinione aut esse aut fuisse credebatur, scatebat publicum scelus : nec erat locus in quo non committeretur pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus vanis superstitionibus interesse; et aut libamina incesta in cultum nefandi ritus profundere, aut victimas sertis corollisque ornatas trahere, aut redolentia thura succendere, et inter fumidos ignes nideresque arvinæ, bacchantium ritu psallere; ut his illisitis sacrificiorum exhibitionibus, a Christianorum mentibus Deus posset expelli.

S. Arcadius tantisper latet

2 Sed dum hic bellum diri certaminis geritur et **familia Domini, cælo spectante, provocatur; Arcadius** Christi miles, videns urbem funesta confusione turbari, et singulos quosque ad ferale illud spectaculum trahi, contemptis facultatibus suis, censuit celeri ex ea urbe fuga id malum declinandum. Itaque foris inveniens latebras, aliquantulum temporis latuit, omni voto in abdito vigiliis, orationibus, et omni vitæ sobrietate Christo serviens. Verum cum sacrificiis invenitur absens, repente in ejus *b* domicilium grassantium satellitum hostilis et furore præceps irruit manus, sperans celeri festinatione famulum Dei præoccupari posse : quem propinquus Martyris, qui forte in illas ædes descenderat, pro posse defendit absentem. Hunc vero, eo quem quærebant non reperto, ad nefanda rapuerunt. Quem sibi oblatum crudelissimus Provinciæ Rector, jubet acri custodiæ observatione detineri, donec prodat locum, in quem Arcadius diffugisset.

b Perquiritur.

Capitur pro eo illius propinquus

Arcadius ultro se Judici sistit

3 Beatus vero Christi miles Arcadius id intelligens, jam pleno martyrii ardore fervens, continuo latebras, quas aliquamdiu foverat, deseruit; nolens neque Christi confessionem diutius dissimulari, neque propinquum suum sua caussa afflictioni relinquere. In urbem igitur rediens, voluntarie se Rectori Provinciæ obtulit. Si inquit, mea caussa propinquum in vinculis detines, nunc absolve innocentem : nam ipse veni ut liberem insontem, plane dicturus, quæ ille de me tibi indicare non poterat; et eorum quæ petes redditurus pro me rationem.

Intrepide ei respondet

4 Dixit Provinciæ Rector : Do huic fugæ tuæ veniam, omni futuræ pœnæ sublato timore; si vel sero sacrificare acquiescis. Cui Arcadius : Quid ais, Iudicum vanissime? putasne istius perdendæ fugacissimæ vitæ metu, aut properandæ mortis minis famulos Domini posse terreri, cum sciamus scriptum esse : Mihi vivere Christus est, mori vero lucrum? Excogita quibusvis potes suppliciis graviora tormenta; quibus vis potes maximis furorum stimulis te accende; quibusvis in nos malitiis te exerce; nos a Deo vero non potes separare.

Phil. 1. 21

5 Statim igitur crudelissimus Provinciæ Rector, vipereo veneni sui felle commotus, cogitat quomodo nova et inaudita animadversione, nec solita in reos lege, in Martyris membra possit desævire : illi vilescunt ungulæ : inutiles illi videntur ictus plumbatarum : stat contemptus equuleus : negligitur (majoris pœnæ contemplatione) fustium imber : crudeli observatur menti novum stupendumque supplicium, quo se stulte putat in homine posse vincere Deum. Jubet tunc beatum Martyrem tradi sui furoris consciis, quibus nihil aliud mandat, nisi ut præ satietate pœnarum, præ optato vitæ discessu, Martyris spiritum cogant emigrare. Expectet, inquit, mortem suam, et per membra dissectus proprii laniatione corporis, trunco similis, vivum cadaver adspiciat : incidatur per singulas corporis juncturas, et omnis compago dissolvatur. A digitorum *c* condylis incipite, dein manus a lacertis dissocientur, lacerti a cubitis, mox a thorace dissuantur humeri : et sic ab articulis pedum gradatim ascendentes, facite articulos a pedibus, pedes a cruribus, crura a poplitibus, et quod supererit, femora a coxendicibus dislocate : et sit in artificio vestro mora : ut diuturnitate tormentorum, miseriam suam agnoscat, qui patriorum Deorum sacrificia fugiens alienum voluerit colere Deum.

Jubetur lente per juncturas incidi.

c

6 Tunc lictores acceptis immanis animi mandatis accedunt ad Arcadium, et ducunt ad victimæ locum, justis et vitæ perennis amatoribus exoptatum. Perductus autem Arcadius, orans et intuens in cælum stetit, Deo invocato, securus : et jam paraverat colla bipennis suscipiendis ictibus parata, putabat enim cita morte, se feralem Judicis rabiem posse satiare cum subito jubetur manus extendere. Profert illico manus; et cum articulatim secaretur, orabat : **Manus tuæ Domine fecerunt me, et plasmaverunt me; da** mihi intellectum. Et carnifices magis deficiebant ab exequenda crudelitate, quam ipse quiescebat a laude. Insanus furore Judex primum amputandam linguam mandare nescierat, quæ jugiter Dominum in colluctatione martyrii confitens, tyrannum devictum ostendebat, et deos nihil esse, sed solum Christum verum Deum et victorem acclamabat. Et ipse jam summa parte truncatus, in dorsum supinari jubetur. Resupinus in terga, Deum magis glorificans, quod in martyrio cælum suspiceret, unde peteret auxilium, pedes alacris porrigit, et crura, et femora, simili crudelitate secanda : et protinus pedes articulis, crura pedibus, femora coxendicibus, venter quoque coxis, sæva carnificum arte viduantur. Et tanta fit martyrio constantia, tanta patientia, tanta denique gratiarum actio; ut crudeles adstantium oculi lacrymas continere non possent, et cælestem plane agnoscerent virtutem, quæ tantam caussaret patientiam et jam dolerent, qui aliquas illi intulerant molestias.

Præcidunt ei illi manus ac cetera membra

Deum laudat

Spectatores illacrymantur

7 Nam post tot martyria, quot divulsæ compagum *d* articulæ, quot resecta sunt membrorum fragmenta; truncum Martyris corpus proprio sanguine innatat : et inter hæc omnia Martyris spiritus in morarum diuturnitate servatus perdurat invictus, ante se corporis

d Arcadius exultat et hortatur adstantes ut fiant Christiani

ris sui impedimenta, et funeris sui exuvias præmittens ad palmam : et videns laceras corporis sui partes jacere in terra, dicebat : O vos felicia membra, quæ meruistis Deo vestro famulari, numquam vos sic amavi in corpore sita, ut nunc exulto vos intuens separata : sic nos decuit ad tempus sejungi, ut tandem nostro Regi occurramus in gloria; et pro mortalibus membris vos eadem mihi restituamini immortalia : vos estis nunc Christi; et me nunc Christi esse sentio, quod semper super omnia optavi. Et adjecit : Parum est hoc, o viri qui circumstatis, spectatores insoliti theatri; hæc facile est tolerare, qui novit de futura immortalitate cogitare. Deos vanos, qui vos nihil juvare possint, relinquite. Deum meum, qui me confortat, agnoscite, pro quo mori vita est, pro quo pati deliciæ : cujus amor non tepescit, cujus honor semper crescet, ad quem pro tam parvo supplicio accedo semper victurus, numquam amplius ab eo recessurus.

Moritur

8 Et hæc dicens, sine ulla molestia, pridie Idus Januarii, Christo Domino gloriosam reddidit animam. Videntes autem gloriosi Martyris exitum, mirabantur etiam ii qui amore tenebantur idolorum : Christiani autem magis animabantur ad suscipiendum martyrium, qui et sepelierunt corpus Martyris cum honore, et reliquias ejus dispersas colligentes, ei adjunxerunt, laudantes in Martyre Christum Dominum, qui dat pugilibus suis virtutem omnium superandorum tormentorum, cui est honor et gloria in secula, Amen.

Sepelitur.

a *Alii, ut diximus, probabilius* in Mauritania *occisum asserunt, quidam Oscomæ in Hispania.*

b *Matthias Lamberti interpretatur domum suburbanam, in quam se Sanctus abdiderat, atque cum cum hospes isthic esse negaret, elata voce sese prodidisse. Petrus de Natal. et Martyrol. Germanicum, cum latitaret comprehensum a paganis, adductumque ad Judicem, utrumque Actis repugnat.*

c Condylus, *κονδυλος, junctura est articulorum in digitis.*

d *Haud meminimus nos alibi hanc vocem feminina inflexione legere.*

DE S. ARCADIO SERMO

S. ZENONIS EPISCOPI VERONENSIS,

Cum veteribus MSS. *collatus.*

Acta SS. utiliter referuntur

Dum Beati Arcadii Martyris gesta, cælestis triumphi honore sublimia, fidei Annalibus recensenda mandamus, in agone immortalis laudis Christianus semper ardor animatur : fit geminum de religiositate commercium, cum ad cæleste præmium populus accenditur, et de Martyris meritis non siletur. Sed quis illustris martyrii palmiferam tot tropæis coronam competenti valeat sermone disserere, cum in spiritali palæstra multiplex luceat sui numerositate victoria; cum in uno corpore tot martyria videantur esse, quot membra?

Persecutio adversus Christianos.

2 Armaverat diabolus satellites suos in Dei populum veterano odio desertor antiquus, et totam familiam Christi impastæ feritatis grassatione turbabat. Indixerat in homine Deo bellum, et infaustæ superstitionis busto in nefas conscium toto mundo funereum fecerat rogum. Scatebat per tecta culminum publicum scelus; nec fuerat locus in quo non erat pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus vanis superstitionibus interesse, atque in cultum nefandi ritus, nunc aut libamina incesta profundere, aut ornatas sertis victimas trahere, aut gravia nidoribus thura succendere, aut inter fumidos ignes pallenti arvina funesto sanguine prolitare; ut illiciti administratione ministerii Christianis mentibus Deus posset expelli.

Latet tantisper Arcadius

3 Sed dum bellum duri certaminis geritur, et familia Domini cælo spectante *a* probatur, Arcadius beatissimus Martyr hujus inopinati nuntii horrore perculsus, paululum distulit pugnam jam *b* debitus ad coronam. Nam posteaquam turbari urbem funesta conventione cognovit, ac singulos quosque ad funebre illud spectaculum trahi; contemptis universis facultatibus suis, amputatis radicibus seculi, delitescens, secessionis se commendavit umbraculo : *c* utrumque Christiano explicans voto, ut et non longius videretur a prælio, et secedendo Evangelicæ jussionis animaretur exemplo.

Auctore S. Zenone Episc.

Matth 10. 23

Perquiritur

Capitur ejus propinquus

4 Ecce in ejus hospitium, velut in hostilem prædam grassantium satellitum præceps irruit manus, sperans occupatione festina Dei famulum posse deprehendi. Quem beati propinquus Martyris, qui in ejus forte degebat habitaculo, absentem esse assiduis vocibus inclamabat. Hunc vero profitentem, ad nefandam custodiam noxiæ mentis *d* mancipes rapuerunt. Quem oblatum sibi jubet crudelissimus Rector acri observatione detineri. Ad futuræ gloriæ testimonium tale Beatus Arcadius debiti martyrii quodammodo sequestraverat pignus; in quo nec Christum relinqueret, nec propinquum. Statim itaque beatissimus Martyr se latere non passus est : se ultro offerens Judici, moram suam voluntariæ oblationis præjudiciis excusavit. Cui cum provinciæ Rector, pristinæ ejus fugæ veniam sub pactione promitteret, si se vel sero nefandis superstitionibus immiscuisset, talibus in eum sanctissimus Martyr vocibus exiliit : Quid, inquit, vanissime omnium Judicum? putasne, aut de lucis istius incongruis usuris, aut de properæ mortis subitis damnis famuliam Domini posse terreri, cum sciamus Apostolica fide esse præscriptum : Mihi vivere Christus est, et mori lucrum? Excogita quibus potes suppliciis tormenta graviora : majoribus te furoris stimulis accende : quamvis cruciatus exerce molem : nos a Deo non poteris separare.

Ultro se Judici sistit Arcadius, eique intrepide respondet

Philip. 1. 21.

5 Statim igitur crudelissimus Rector, viperei veneni felle commotus, jubet non usitata animadversione pœnarum, nec usuali in reos lege, carnificum manus in Martyris membra sævire. Viluerunt ungulæ : inutiles ictus visi sunt plumbatarum : stetit contemptus eculeus : crebri fustium imbres, majoris pœnæ contemplatione neglecti sunt. Excogitatur novum stupendumque supplicium, quo se in homine vincere crederet Deum. Jubet sanctissimum Martyrem furoris sui consciis tradi : quibus nihil aliud imperat mandatorum, nisi ut non præpropero discessu Martyris spiritus migraret ad cælum. Expectet, inquit, mortem suam, et per membra distentus, proprii corporis laniatione vivum se cadaver adspiciat. Incidantur, ait, ab articulis manus, a cruribus pedes. Cui B. Arcadius ait : O insane hominum, fraudavit te furor tuus : adhuc erat in victima Domini, quod posses offerre. Amputandam linguam mandare nescisti, quæ in colluctatione martyrii prior solet Domino confiteri.

Jubetur lenta membrorum præcisione enecari

6 Ductus est tandem B. Arcadius ad exoptatum justis orationibus locum. Et intuens cælum, stetit Deo spectante securus. Paraverat extensa futuris ictibus colla : nudaverat gladiis venientibus jugulum : putaverat se feralem Judicis amentiam citæ mortis sorte satiare : cum subito manus jubetur extendere, ac super cespitem nudus projectus in faciem e pedum extrema nu lare. Ecce inter ipsa supplicia vacare non sinitur, sed orationis instar per carnificis tormenta meditatur. Erexerat securim percussor insanus, et signans oculis vulneris lineam, feralis ictus assidua contemplatione vibrabat : hæserant confessionis suæ glutino intrepidæ Martyri manus, nec salientes digiti futuræ mortis exitio palpitabant. Tanta fuit in Martyris devotione constantia, ut omni corpore paratus veniret ad gloriam. Mox itaque, ut devotum vulneribus corpus carnifex vidit, statim cadentis securis ictu nervorum connexa dissolvit, et cunctas compage discussa juncturas corporis rupit : exilierunt sectæ manus, et redeunte in se venarum meatu, paululum stupore fugitivo, rursus in se rivos sanguinis, ruens unda cruoris effudit. Dehinc poplitibus surisque perrectis,

Præciduntur singula membra.

e

Mira Martyris constantia

Ex variis

rectis, a germana conjunctione naturæ, gladio sævi latronis; plantarum limes inciditur, et obsequio pedum corpus Martyris viduatur.

Commendatio illustris martyrii.

7 Numerent martyria, qui possunt numerare supplicia : et in uno corpore quantum diabolus publicatus est furere, tantum agnoscatur Dominus triumphasse. Sed durat inter hæc Martyris spiritus, et morarum numerositate servatus perstat vivus, parte sui corporis jam sepultus : remoratur in luce detentus, cujus membris jam plenus est tumulus. O dignus gloriosi exitus finis! Ascensurus altitudinem cæli, corporis sui impedimenta præmittit, et exequias funeris sui ipse præcedit. Cui hæc comparanda confessio? Machabæorum est jungenda numero. Eleazari est adæquanda proposito, comparanda consilio. Arcadius beatissimus Martyr adhuc demoratur in seculo, et jam Martyr recitatur in cælo, ut sit nomen Domini benedictum, qui regnat in secula seculorum, Amen.

a Ms. *Ripat.* provocatur. b *al.* deditus.

c Ms. *Rip.* verumque Christianum exhibens voto

d Manceps *publicanum, et universum cujusvis rei redemptorem, sectoremve significat, hic videtur pro satellite aut lictore accipi. Sic alibi qui sicarios conducit ad aliquem necandum, aut qui prædonum Dux est. Ita S. Cyprianus ep.* 69, latrones mancipi, obsequio pleno humilitatis, obtemperant. *Et paullo post sese quasi explicans.* Præpositus ille agnoscitur et timetur, quem non sententia divina constituit, sed in quem factio perdita, et nocens caterva consensit.

e Ms. *Rip.* pedem extendere, manum dare

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SATYRO, CYRIACO, MOSCENTIO.

XII Januarii

Celebris est in omnibus Martyrologiis S. Satyri *memoria, socios pauciora recensent, nec satis constat simulne occisi sint, an diverso tempore, sed eodem loco. Utinam Acta, sicubi extant, nanciscamur! Hic solum possumus Martyrologiorum verba dare, tantillum saltem ad eorum illustrandum nomen collaturi.*

S. Saturi natalis

2 *Usuardus :* Apud Achaiam natalis B. Satyri Martyris, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit, ob quam caussam decollatus est. *Consentiunt Martyrologium Romanum, Maurolycus, Bellinus, variaque* MSS. *At Beda excusus, et plurima sub Usuardi nomine* MSS. *morque citandi auctores, addunt* civem Arabiæ *fuisse. Idem habet Ado. Sed duo ejus* MSS. *exemplaria, Lobiense, et Leodiense monasterii S. Laurentii, non* apud Achaiam, *sed* apud Antiochiam, *id factum tradunt. Consentit vetus Romanum :* Antiochiæ Satyri Martyris. *Notavit discrepantiam exemplarium auctor* MS. *Florarii* . Apud Achaiam, *inquit*, alias Antiochiam, natale S. Satyri Martyris, civis Arabiæ, decollati anno salutis 267, sub octava persecutione, anno ejusdem nono. *Galesinius in Martyrologio in* Arcadia *id ait accidisse; sed in Notis monet restituendum*, in Achaia MS. *monasterii S. Martini Treviris :* In Arabia Saturi Martyris, quo sufflante idolum corruit : unde tentus, mox decollatus est. *Consentit Notkerus mox citandus.*

Ubi passus

Mortis ratio.

3 Ms. *S. Martini Tornaci :* In Achaia natalis Saturi, Arabiæ civis; de quo fertur, quia dum ante cujusdam idoli templum transiret, et idem idolum in fronte insufflaret ac consignaret, statim corruerit. Cujus cultores hoc videntes, Duci ducunt, narrantes quod fecerat. Qua de caussa decollationis ictum accepit.

Quando occisus

4 *De tempore, diximus ab auctore Florarii statui annum Christi* 267, *qui erat* Gallieni 14. *Est in Galesinii Notis grave mendum a librarii incuria :* Passus est, *inquit*, quo primum tempore Domitianus contra Christianos persecutionem concitavit, anno Domini circiter CCCV. *Immane quantum distant* Domitianus *(qui an. Christi* 96 *occisus est* XIV *Kal. Octob. cum imperasset annos* 15 *et* 6 *dies) et annus Christi* 305. *Verisimile est scripsisse Galesinium*, XCIV, *sive* VIC, *qui fuit* Domitiani 13, *quo vehemens exarsit adversus Christianos persecutio. Unde vero hanc chronologiam hauserit Galesinius, non prodit.*

5 *Hactenus de solo* Satyro, *quem quædam* MSS *Kalendaria* Saturinum *vocant. Solum* Cyriacum *refert vetus* MS. *Kalendarium monasterii S. Maximini :* Et S. Cyriaci. MS. *Rhinowiense :* In Achaia Cyriaci. *Wandelbertus :*

SS. Cyriaci et Moscentii natalis

Plebs et Achæa suum pridie recolit Cyriacum

Mendose edidit Molanus Plebs Ithacia suum *et in priori editione*, Itachia. *At* Cyriacum *et* Saturum *habet Notkerus :* In Achaia Cyriaci. In Ægypto Philoromi. In Arabia Saturi, qui transiens ante templum cujusdam idoli, cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit. Tenentes eum ibidem observantes duxerunt ad Ducem, et indicantes factum, decollatus est. *Eadem Rabanus, nisi quod cum aliis Martyrologiis habeat*, qui transiens ante templum cujusdam idoli, insufflans. *Annotat Henric. Canisius pro* Moscentii *forte legendum* Innocentii. *Ambiguum erat in* MS. *S. Max. an* Inoscentii *esset an* Moscentii. *At* MS. *S. Hieronymi :* Pridie Idus in Achaia Cyriaci, Muscenti, Saturi. MS. *Dungallense :* Muscenti, Satyri, Zotici, Cyriaci. *De* Zotico *post.*

6 *Meminit* S. Satyri *Petrus de Natalib. lib.* 2, *cap.* 66, *ubi non tantum prolapsum idolum ad Sancti exsufflationem, sed et* in pulverem redactum *scribit. Idem scribit Doubletius, insultasseque Martyrem misero illi Deo, qui unico flatu dissiparetur. Operæ pretium addere, quod eruditissimus Molanus hic notavit*, sufflare *idem esse ac jactare;* exsufflare *vero* contemnere. *Sic S. Augustinus ep.* 56, *ad Dioscorum :* Nomen Anaxagoræ, quod propter litteratam vetustatem, omnes, ut militariter loquar, litteratiores libenter sufflant. *Et epist.* 162, *contra Donatistarum pertinaciam :* Conscinditur unitas Christi . blasphematur hereditas Christi, exsufflatur baptisma Christi. *Et postea :* Violatam pacem, conscissam unitatem, iterata baptismata, exsufflata sacramenta, quæ in sceleratis quoque hominibus sancta sunt, plangimus et lugemus. *Sic Dungalus in prologo Responsorum contra Claudium Taurinensem :* Quia Christus exsufflatur *etc. :* Adversus dissipatores Ecclesiæ, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Sanctorum ejus. *Idemque postea* sufflare *eadem significatione usurpat :* Unus homo blasphemare, reprehendere, conculcare, projicere, ac sufflare *præsumat?*

Sufflare, et exsufflare, quid significent

S. Saturi reliquiæ

7 S. Satyri reliquiæ, *inquit Saussaius*, Maclovio-polim in Armorica delatæ, celebrem ejus memoriam ibidem reddiderunt. *Nulla tamen in propriis officiis Ecclesiæ Macloviensis ejus mentio fit.*

DE S. MERTIO SIVE MEORTIO, MARTYRE.

Sub Diocletiano XII Januarii

Mertius, *sive* Meortius, *fortassis* Martius, *a Græcis celebratur hoc die Ita Menologium :* Eodem die S. Martyris Meortii, qui verberatus per septem dies, migravit ad Dominum. *Fusius Menæa* Mertius Diocletiano imperante miles adversus Mauros in aciem productus est. Sed idolis sacrificare jussus,

S. Mertii natalis,

Acta ex Menæis.

jussus, nec persuasus, primum discingitur et exauctoratur, deinde flagris conciditur. Cum vero supplicia tam fortiter sustineret, ut ne vocem quidem ullam mitteret, tyrannum in admirationem et stuporem dedit. Cumque tormenta sine fine ingererentur Martyri, in nulla tamen corporis parte lædi vel vulnerari posset, remissis suppliciis in carcerem abjectus est. Octavo post die magna vis cruoris et sanies e corpore profluxit, et locum multo fœtore complevit : ac demum exhaustus laboribus nobilissimus Martyr pretiosam animam in manus Domini emisit. *Hactenus Menæa. Contigisse hoc* Mertii *certamen videtur, cum* Maximianus Herculeus *adversus* Quinquegentianos *Africam infestantes expeditionem suscepit. Fuisse hos, vel gentem unam, vel potius colluvionem e quinque gentibus conflatam verisimilius est, quam, quod Cuspinianus et quidam alii scribunt, Romanos milites* quinquagenarios. *Videtur autem et a quinque gentibus nomen iis factum. Zonaras to.* 1, *in Diocletiano* . πέντε πυῶν γεντιανῶν τὴν Ἀφρικὴν καταχόντων.

Quando passus sit

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

PETRO, PHILOROMO, ZOTICO,

CASTULO, AVENTINO.

XII JANUARII

Horum Sanctorum Martyrum meminere antiqua Martyrologia. Nam MS. Florarium, Martyrol. Ecclesiæ Bruxellensis, aliaque MSS. ita habent :* In Ægypto, Petri, Aventini, Castoli. *Notkerus* . In Ægypto Philoromi, *Carthusiani Colon. in Addit. ad Usuardum* . In Ægypto Aventini et Castoli. *Vetustissimum* MS. *S. Hieronymi :* In Ægypto Philoromi, Zotici, Castoli, Petri, Aventinæ. *Iidem omnes, præter* Aventinum, *recensentur in* MS. *Dungallensi, sed nullo adscripto loco, alitsque permixti, adduntur que* Valentiana *et* Arabicus : *incertum an pro* Aventino *vel* Aventina *alteruter positus sit, et num his, an Africanis adjungi Martyribus debeant.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

ZOTICO, ROGATO, MODESTO,

CASTULO, QUINCTO, BICCIANO VEL EBICIANO,

CAROTICO, CASTULINO, ET SOCIIS XXXVI.

XII JANUARII

D*e his Martyrologium Romanum :* In Africa Sanctorum Martyrum Zotici, Rogati, Modesti, Castuli, et coronæ militum quadraginta. *Horum nomina restituisse se in sacros Fastos fatetur Baronius ex veteri* MS. *testaturque eorum Acta penesse extare, quæ necdum nos vidimus. Martyrologium S. Hieronymi :* In Africa Zotici, Castoli, Quincti, Rogati, Modesti, Bicciani, Carotici, Castolini. MS. *Rhinowiens.* In Africa Zotici, Castoli, Quinti, Rogati, Modesti *Meminit* MS. *Dungallense* Quincti, Rogati, Modesti, Ebiciani *(qui indubie idem est qui* Biccianus) Corotis, *qui* Coroticus *videtur)* Castulini, *(præter* Castulum *cum Ægyptiis recensitum)* Valentianæ, Arabici, et aliorum XVIII. *Monuimus jam, dubium esse num horum alteruter sit* Aventinus, *vel* Aventina *inter Ægyptios relata. Nulla enim illud* MS. *loca abscribit.*

DE VIII SANCTIS MARTYRIBUS,

NICÆÆ IN BITHYNIA.

XII JANUARII

Eodem die, *inquiunt Menæa,* sancti octo Martyres Nicæni gladio perimuntur. *Subditur deinde hoc distichon :*

Occumbit octonarius gladio chorus,
Ut vitam in ævum consequi octonam queat.

Allusio est in numero octonario, qui faustus censetur, præsertim quod tot Christus beatitudines numerarit Matth. 5 *De his vero Martyribus nihil alibi legimus. Plures Nicææ martyrium subiere. At non hoc simul numero.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

TIGRIO PRESBYTERO,

ET EUTROPIO LECTORE.

SUB ARCADIO IMPER. INITIO SÆC. V.
XII JANUARII

Horum nomina in sacris Fastis

B*aronius tom.* 5 *Annal. Eccl. an. Ch.* 404, *nu.* 53, *scribit* S. Eutropii Lectoris diem natalem reddita Ecclesiæ pace, non Constantinopolitanæ tantum Ecclesiæ, sed toti Christiano orbi anniversaria memoria celebrandum, publicis Ecclesiæ annotatum esse tabulis, una cum Tigrio Presbytero eodem tempore martyrio coronato. *In Græcorum Menæis, Menologiis, aliisque, qui penes nos sunt, Fastis horum nomina non leguntur. E Latinis referunt eos Molanus in addit. ad Usuardum editis an. Ch.* 1568, *ex quodam, quod non nominat, Martyrologio Galesinius et Martyrologium Germanicum :* Sanctorum Martyrum Eutropii Lectoris, et Tigrii Presbyteri, et Olympiæ sanctæ matronæ, de quibus in historia tripartita lib. X, *cap. scilicet* 21. *De* S. Olympia, *seu* Olympiade, *agemus* XVII *Decemb*

cum

Ex Nicephoro

cum Martyrol. Romano, in quo hoc die alii duo consignantur his verbis : Constantinopoli SS. Tigrii Presbyteri et Eutropii Lectoris, qui Arcadii Imperatoris tempore passi sunt.

2 Miraberis sane lector, *inquit Baronius anno citato num.* 52, sub Christiano eodemque Catholico Imperatore pristina adversus pios esse revocata martyria. *Caussam duplicem indicat in Notis ad Martyrol. quod* pulso in exilium S. Joanne Chrysostomo, noluissent cum Arsacio intruso communicare, ac de incendio basilicæ passi essent calumniam. *Prætermisse hæc silentio voluit Socrates lib.* 6 *Hist. Eccl. cap.* 16, *ubi post recensitum incendium ita scribit :* Quibus autem incommodis Optatus urbis Constantinopolis Præfectus, religionis professione Gentilis, et propterea Christianis infestus, Joannis amicos affecerit, et quam gravia supplicia quamplurimis illorum irrogarit, silentio prætereundum censeo. Exhorruit plane, *inquit Baronius*, homo quantumlibet Novatianæ sectæ errore a nobis divisus, adeo crudelia in Catholicos per magistratus exhibita cruciamenta recensere. *Ea paucis enarrat Sozomenus lib.* 8 *hist. Eccl. cap.* 24, *quem locum non satis accurate perlegit Baronius, dum an.* 404, *num.* 52, *eum* unius Eutropii tantum meminisse *scribit, cum etiam* Olympiadis *matronæ et* Tigrii *Presbyteri tormenta recenseat. Ea commemorant quoque Palladius in dialogo, et Georgius Alexandrinus in vita* S. Joannis Chrysostomi, *quam dabimus* XXVII *Januarii. Hoc loco solum proferimus, quæ ex variis collegit Nicephorus Callistus lib.* 13, *hist. Eccles. cap.* 21, 22 *et* 23.

Occasio martyrii

Acta descripta.

Familiaritas S. Tigrii cum S. Joanne Chrysostomo.

3 *S. Joannes Chrysostomus, qua* S. Tigrium *prosecutus sit benevolentia indicat epist.* 12, S. Olympiadi *scripta :* Ac nos, *inquit*, de rebus nostris persæpe ad te scripsimus : tu vero (quo etiam nomine te prius accusavi) raro id facis. Atque, ut intelligas id negligentiæ tuæ, ac non tabellariorum penuriæ, tribuendum esse; dominus meus beati Episcopi Maximi frater cum nudius tertius venisset, ab eoque litteras postulassem, negavit te sibi dare voluisse : atque etiam Tigrium Presbyterum, cum item ab eo petiisset, num quid ad me scribere vellet, id quoque facere recusasse. Itaque hoc ei velim exprobres, ac sincero atque ardenti nostro amatori, ceterisque omnibus, qui cum Cyriaco Episcopo consuetudinem habent. *Hæc S. Chrysostomus Cæsarea. Eumdem* Tigrium *Pseudosynodus Chalcedone in suburbio Ruffini in loco, qui* Δρῦς, *sive* ad Quercum *dicitur, congregata sibi cum* S. Chrysostomo *sisti voluit, litteris huic in dialogo Palladii ita inscriptis :* Sancta Synodus ad Quercum congregata Joanni, Libellos contra te accepimus, mala continentes innumera. Occurre igitur, Serapionem et Tigrim presbyteros assumens tecum : est enim illis opus. *Eadem habet Georgius Alexandrinus, qui* Trigion Presbyterum eunuchum, *et* Tigrionem, *in translatione Tilmanni* Tigrin *appellat.*

VITA EX NICEPH. CALLISTO *lib.* 13

Cap 21 S. Chrysostomo relegato incendium Constantinopoli.

Eodie quo magnum Ecclesiæ sidus, Joannes Chrysostomus, velut occidens in exilium abiit, ignis ex medio throno, in quo doctrinæ illa lux considens coruscaverat, a nemine conjectus, emicans derepente per sacras catenas in sublime prorepsit, et ecclesiam ex omni parte carpsit, eamque prorsus percurrens depastus est : deinde tecto quoque consumpto, ad tergum sacrarum ædium conversus, et vehementi violentoque inde vento exceptus, proximam meridiem versus Senatus curiam, quamvis longiuscule dissitam, invasit.

Miraculose quædam domus, et vasa sacra servantur

2 Cernere erat rem divinam fere, et valde admirandam. Flamma namque veluti animata esset, ædificia quæ in medio erant, præteriens transiliit; ne videlicet proxima quæque carpendo, humanum id quispiam factum esset putaret : tribusque horis opus tantum, quod longo durasset tempore, materia quidem longe pretiosissima, forma autem multo pulcherrima constructum ad excidium vergens conflagravit. Porro incendium hoc proserpens, ædificiis omnibus in circuitu consumptis, ab ædicula ea sola se abstinuit, ubi sacra vasa sunt asservata. Ac ne id quidem absque divino numine factum esse puto, ut ne calumniatoribus occasio esset, sacrarum rerum jactura insignem sycophantiam suendi, virumque sanctum per reprehensionem carpendi. Flamma quæ circiter crepusculum grassari cœperat, ad auroram usque et ulterius progressa, materiam quæ reliqua erat, occupavit et combussit.

Cap 22 S. Chrysostomi fautores, ideo dire vexantur.

3 Sedenim homines perversi, cum id, quod æquum erat, conjicere atque intelligere inde deberent, occasione potius alia arrepta, Joannis fautores criminati sunt : atque in eos, veluti illi grassati incendium id excitassent, *a* graviter animadverterunt : multosque *b* Episcopos, nec paucos Sacerdotes, et Clericos, aliosque item, qui in Joannis partibus erant, et cum eo urbe exierant, statim comprehensos, Chalcedone in vincula conjecerunt. Alii porro in urbe passim obambulantes, si quis eis ut Joannis studiosus indicatus esset, eum quoque citra moram rapuerunt, atque custodiæ mandarunt, et ut anathemate virum sanctum feriret coegerunt. Alios autem quibus Ecclesia malignantium exosa erat, exilia, bonorum confiscationes, neces, et tormenta varia disjunxerunt Erant autem isti, Episcopi et Sacerdotes, et monasticæ philosophiæ sectatores. Oportebat etenim pastore bono impiorum manibus tradito, oves quoque dispergi, et earumdem cum magistro ærumnarum participes fieri.

Multi infamiter et barbare relegati

4 Itaque alii custodias proximas compleverunt; alii in ulteriorem missi continentem, vastum trajicere mare, insulas inhabitaturi, quum quidem multis prius tormentis essent affecti. Quæ vero illis in profectione adversa acciderint, quænam oratio tragicis verbis exposuerit? Feris enim et improbissimis commissi hominibus, crudeliter et inhumaniter ab eis sunt tractati : neque eis quapiam in re est parsum Et nonnulli quidem præter commiserationem omnem in via ita tractati sunt. Nonnulli vero sine amiculo, clitellarum instar, nudis injecti sunt mulis, haud aliter quam hostiæ aut victimæ in caput deorsum transversum sublati. Despicientiam vero, convicia, ludibria, graves sannas, illusiones, quæ acrius animum penetrant; aut plagas, et alternata flagra, quæ mortem optabiliorem reddidere, quæ verba satis expresserint?

Multi in loca inhonesta deducti.

5 Et quod in horum pudore et infamia sibi delicias facerent, in lupanaria, atque alia fœdissima domicilia, et non in honestas ædes diverterunt, aliisque idoneis locis hos incluserunt execratione pleni homines. Quæ tamen parva prorsus et pro nihilo potius isti habuere, quam ut a Joannis partibus sejungi se paterentur. Quod si nonnulli eorum profugere potuerunt, nihilominus, ipsi a seipsis pœnas sumpserunt, ad loca sola inviaque et extremas ad oras seipsos condemnantes. Cum feris quippe illi quam cum hominibus tam agrestibus et truculentis habitare maluerunt.

Alii ultro extorres

Cap 23 Quæstio de incendio

6 Eo tempore maximo excitato motu, quoniam plebem quietam deinceps per seditionem nihil moturam esse constabat, Urbis Præfectus Optatus publice pro tribunali de incendio hoc, et quæ conflagraverat Senatus curia, quæstionem exercuit; multosque eo sub prætextu graviter torsit. Quod enim superstitionem Græcam profitebatur, in nostris malis veluti delicias consectans, et Ecclesiasticis cladibus illudens, casu eo delectabatur, et Presbyterum quemdam, cui nomen erat *c* Tigrius, arripuit : eique vestibus detractis, nudo flagris in tergo plagas intulit et eo usque hominem excarnificavit, donec articuli, ejus

c Tigrius tortus

ejus solverentur. Manibus enim pedibusque arcte vinctus, quam maxime fieri potuit, distentus est.

Ejus conditio, ac virtutes.

7 Tigrius vero iste genere barbarus quidem, et eunuchus non ab ipsa nativitate fuit. Et quoniam in herili domo, pro eo atque debuit, servitutem serviit, præclariorem quam pro servi captu laudem sibi comparavit. Quapropter libertate donatus, propter morum humanitatem et modestiam, multo intercedente tempore ad presbyterii evectus est dignitatem. Erat namque moderatus admodum, et æquabilitate vitæ insignis; erga indigentes, si quis alius, et ipse valde commodus; et in hospites, qui ad eum divertissent, benignus.

d Eutropius dire tortus,

8 Deinde *d* Eutropius etiam Lector productus est, cum quasi incendiarius per indices delatus fuisset. Et primum quidem boiis distentis sæpius tortus est, postea autem ei fustibus et clavis ossa comminuta: ungulis deinde membra, latera, et maxillæ concisæ, postremo flammam accensam inferioris corporis partibus is excepit. Atque ubi nihil est confessus, post eos qui dicti sunt cruciatus, custodiæ inclusus est, quum juvenis et tenero maxime corpore esset. Ubi etiam correptis putredine membris brevi vitam finiit.

moritur in carcere

9 Verumenimvero grave mihi non fuerit, somnium quoque, quod de eo accidit, historiæ huic attexere. *e* Sisinio namque Episcopo dormienti, assistere visus est vir quidam forma et proceritate illustri, habitu etiam honesto et gravi, ad sanctiorem sacrificii aram, templi quod Stephano Protomartyri dicatum est. Consternata vero admiratione mente eum esse apparuit, quod viros bonos non invenerit, cujus rei gratia totam perambulaverit urbem: et quod in tanta proborum hominum penuria solus præclarus esset Eutropius. Hac visione propter novitatem rei Sisinius ad stuporem redactus, celeriter consurrexit, et cuidam Presbytero qui sub eo erat, somnium exposuit: eumdemque per urbem circumeuntem, si alicubi Eutropius quisquam adesset, inquirere jussit. Atque ille conjectura ductus, eum confestim esse dixit, qui nuper diutissime illata in quæstione sibi a Præfecto tormenta fortiter pertulisse ferebatur. Et in ipso carcere diligenter, si quis ibi Eutropius nomine esset, inquisivit: quem ubi invenit colloquutus cum eo, et Sisinii somnio commemorato, flens ut pro se precaretur ab eo petiit. Hæc de Tigrio, et Eutropio.

e

Memorabili somnio ejus virtus declarata.

Ex Nicephoro.

a Extant hactenus duo impia, *inquit Baronius in Notis ad Martyrol.* Arcadii edicta, quorum altero cogebat pios cum Arsacio communicare, altero vero in eos, qui basilicam incendissent, inquirendum præcepit.

b *De variis vinctis, relegatis, et aliter vexatis, alibi sæpius agemus, et potissimum ad vitam* S. Joannis Chrysostomi: *Episcopis et Presbyteris in vincula conjectis scripsit hic epistolam* 118.

c *Hæc de* S. Tigrio *ex Sozomeno desumpta sunt, cujus verba sunt lib.* 8, *c.* 24: Eadem occasione etiam Tigrius Presbyter vestibus exutus, flagris in tergum cæsus, manibus ac pedibus vinctus et extensus, membris dissolutus fuit. Erat hic natione barbarus et eunuchus, sed non a nativitate. Cum autem in familia potentis cujusdam servisset, ab hero probatus libertatem consecutus fuit. Deinde ad presbyterii dignitatem evectus progressu temporis apparuit ingenio mansueto atque miti, et erga pauperes ac peregrinos, ut si quis alius, benevolentissimus. *Non obiit in hac tortura, cum de eo hæc legantur in dialogo Palladii:* Reliqui de communione Joannis, partim quidem Attico communicarunt necessitate compulsi, et ad alias Ecclesias Thraciæ translati, partim nescimus ubi sunt. Aiunt Anatolium in Gallias concessisse. Presbyteri vero in Arabiam, et Palæstinam exularunt. Tigrius in Mesopotamiam relegatus est, *etc. Eadem fere Georgius Alexandrinus:* Tigrius, *inquit,* in Mesopotamiam relegatus, istic remansit. *Atticus autem, cui Confessores illi vi communicare cogebantur, creatus est Episcopus Constantinopolitanus anno Christi* 406, *mense Martio, Arcadio Aug. VI et Probo Coss. uti dictum ad ejus vitam* VIII *Janu. num.* 8.

d *Sozomenus hæc ita narrat loco citato:* Eodem tempore et Eutropius quidam Lector productus, ut eos indicaret qui ignem templo injecerant, quamvis illi et loris, et fustibus et ungulis, latera, genæque discerperentur, quamvis insuper faces ardentes corpore sustineret, et quidem juvenis ac tenellæ cutis existens, nihil tamen se scire confessus est, qui quidem post ea tormenta includitur in carcerem, in quo non multo post moritur. *In Palladii dialogo ita ejus obitus describitur:* Eutropius beatissimus, virgo purus, cantor, cæsus, et latera ac frontem usque adeo sectus, ut supercilia quoque vellerentur: lampadibus postremo ad latera, ossibus jam nudatis utrimque admotis, in ligno moritur, mediaque nocte ab his qui hoc egerant sacerdotalis ordinis viris sepelitur, Deo illius morti dignum testimonium perhibente, quod passionem Redemptoris esset imitatus. Audita enim psallentium cælitum vox Angelicas patefecit exequias. *Georgius Alexandrinus hæc aliquantulum explanat:* Eutropius plane beatus, quique neutiquam contigit feminam, idem et cantor, immaniter cæsus, et secundum latera una cum superciliis et intermedio frontis unica rasione discerptus est, ac tandem utrique ejus lateri reduviis lacti oleo imbutæ lampades, et ad tortuam adornatæ sic admotæ sunt, ut nuda apparerent ossa, donec in ligneis compedibus expiraret. Sepultus nocte intempesta, opera eorum qui sacerdotali fungebantur officio; hujus morti testimonium perhibente Deo, per Angelicum cantum, quod Redemptoris esset passionem imitatus.

e *Sozomenus* Sisinium hunc (*quem* Sisinnium *vocat*) Novatianorum Episcopum *fuisse scribit.*

DE S. JOANNE II, EPISC. RAVENNATE.

Circiter an. ... XII Januarii. Tres SS. Joannes Ep. Raven.

Tres *ab Hieronymo Rubeo memorantur Ravennates Episcopi,* Joannes *appellati, publico cultu ab Ecclesia dignati. Primus cognomento* Angeloptes, *sive* qui Angelum vidit, *S. Petri Chrysologi decessor, quem ipse* VII *Julii, Ferrarius* XXI *Novembris tradit e vita migrasse. Secundus in Martyrologio Romano* XII *Januarii celebratur, consentiente Rubeo: quem* Ferrarius XXI *Novembris refert, et cum* Angelopte *confundit. Præter hos,* Joannes *quidam, haud satis constat quotus, relicto Episcopatu eremiticam vitam complexus est, colitur que in agro Aretino. Ejus natalem contendit Rubeus ad* XXI *Novembris pertinere.*

Secundi natalis

2 *De secundo igitur Martyrologium Romanum et Galesinius hoc die:* Ravennæ S. Joannis Episcopi et Confessoris. *Vitam ejus a Desiderio cive Ravennate scriptam Baronius et Galesinius testantur. Is esse videtur de quo Leander Albertus in Romandiola:* Genuit etiam urbs hæc (*Ravenna*) Desiderium Spretum æqualem nostrorum temporum, non insulsum scriptorem, uti ex libris ejus de amplitudine, de vastatione, et instauratione urbis Ravennæ patet. *At cum eam vitam nondum viderimus, dabimus, quæ de eo tradit Rubeus libro* 2 *et* 3 *Histor. Ravenn. Is* Gervasium Ricobaldum *Ferrariensem, Ravennatis Ecclesiæ Canonicum citat, qui circa annum Christi* 1300 *vixit, opusque historicum collegit in sex digestum partes, quod et* Pomerium *inscripsit.* MS. *in bibliotheca Vaticana asservari idem Rubeus testatur; in bibliotheca quoque Petri Scriverii apud Batavos, Vossius.*

Vita

VITA EX HIERONYMO RUBEO *lib* 2 *et* 3.

a Neoni *Ravennatis Ecclesiæ Antistiti* vita functo (*b* Leone magno adhuc Pontifice) successit in Archiepiscopatum Joannes hoc nomine secundus: qui undique, et universali temporum calamitate, et propriis miseriis atque incommodis male affectus fuit. Nam hac tempestate Attila Hunnorum Rex, adjunctis Herulorum, Alanorum, Gepidarum, et Turcilingorum copiis, *c* in Gallias transgressus, quamquam ab Aetio Romano Duce, apud Tolosam *d* in campis Catalaunicis, *e* maxima clade superatus est; illi tamen haud ita diu post animus denuo rediit, evocatisque ad colloquium, apud *f* Curtam, quam hodie vocamus Budam, barbaris Regibus, hortatus est vehementer, Italiæ provinciam uti aggredi secum vellent; cui cum multis de caussis essent assensi, omnem pene Aquilonem secum trahens, per Aquileiensem regionem in Italiam iter parat.

a b c d e Irruptio Attilæ in Italiam. f

2 Adventu adeo ferocis tyranni, potentisque exercitus, ita animi Italorum deterriti sunt, qui præsertim Venetiam incolebant, ut relictis omnes nobilioribus civitatibus, in vicinas Adriatici sinus insulas sese receperint. Atque hinc præcipua ejus urbis

Venetæ urbis origo

EX HIERON. RUBEO.

origo fuit, quam nunc ingenti prodigio post mille et centum amplius annos, rebus virtutibusque omnibus florentem videmus; antiquoque vocabulo regionis appellamus Venetias. Neque vero, quod plerique scribunt verum est, aut verisimile, ejus initium ab obscuris infimæque plebeculæ hominibus ductum; cum nonii, sed quos nobilitas et fortunarum amplitudo Attilano furori maxime subjecisset, propriæ saluti consulerent. Attila procedens in dies, *g* Concordia primum ferro ignique eversa, mox Opitergio, Altino, (quæ urbs antea ad Ravennæ speciem tota inter paludes erat, tunc tota fere in continentem redacta) Patavio, et Vicetia pari clade occupatis, Aquileiam obsistentem exercitu circumsedit. Longum esset, ac nostro ab instituto alienum, ejus obsidionis acta conscribere. Illud non omittendum, per totum tempus, dum Aquileia obsessa fuit, (quod plerique trium annorum, alii tres æstates fuisse scribunt,) Valentinianum Ravennæ commoratum, transmisisse reliquis urbibus obsessis, Aquileiæ præsertim, subsidia. Ravennam autem ipse firma, egregiaque munitione confirmavit.

Variæ urbes eversæ.

3 Sed Attila, Aquileia tandem capta, Mantuaque, et Brixia, Cremona, Bergomo, et compluribus urbibus præterea ferro miserabiliter cruentatis ac demolitis, Ravennam, ductus nobilitate urbis, profectus est. De quare, Ricobaldus Ferrariensis, Ravennatis Ecclesiæ Canonicus Cardinalis, gravissimus historiarum scriptor, eo libro quem Pomerium inscripsit: In adventu Attilæ, inquit, de Ravenna sic legi in commentario Pontificio ejus urbis: Ravennæ Attila hoc pacto pepercit. Joannes urbis illius Episcopus, sacris viris comitatus, vestibus sacris indutus inalbescente cælo, extra urbem ad Attilam obsidentem pervenit, oravitque urbi et civibus ut parceret. Rex, audita viri sancti postulatione, Deo sic animum inclinante ac flectente, se sine maleficio quidem, respondit, sed dejectis tamen in terram postibus, ab exercituque et equis conculcatis, ingressurum; ne forte Ravennates suis id viribus, aut consilio adscriberent. Eam conditionem libenter Joannes, et Ravennates sunt amplexi, Attilæque aditum permisere. Qui nihil contra fidem perpetrans, mediam per urbem transiit.

Ravennæ parcit Joanne Episcopo deprecante

4 Mox pari calamitate atque Aquileiam et reliquas superiores urbes affecerat, devastatis Ticino, Placentia, Parma, superato Apennino in Etruriam se confert, Romam profecturus. Sed aruspicibus monentibus, uti exemplo Alarici, qui *h* Roma capta, non multo post interiit, eam urbem caveret, in Galliam reflectit iter. Incertus tamen animi, sibi dedecori esse putans, quod inani superstitione ab sempiterna gloria nobilissimæ urbis abduceretur, suspensis itineribus substitit. Quæ cum essent Valentiniano renuntiata, qui ad rumorem adventantis barbari Ravenna profectus, Romam confugerat, Leonem Pontificem, uti ad Regem adeat, hortatur, petatque abstinere ab ea urbe, quam religionis Christianæ caput Deus constituerit. Ravennatis Archiepiscopi exemplum animos addebat. Itaque *i* Leo multis, sed Aurelio præsertim Candido Ravennate, scriba suo comitatus, Attilam ad *k* Mincium adit, persuadetque ne ulterius progrediatur; quod et fecit Attila.

Roma abstinet ad preces S. Leonis.

5 Ducibus vero suis tantam clementiam, qua *l* bis præter morem usus fuerat, admirantibus, respondit, Ravennatem Archiepiscopum sibi Cælitem visum fuisse, dum vero se Leo Pontifex alloqueretur, *m* duos supra illius caput sibi visos homines, qui districtis gladiis, nisi pareret, mortem minarentur. Nec multo post in Pannonias reversus: cui ibidem existenti, Honoria Valentiniani soror, per Eunuchum significavit, cupere se uxorem ejus fieri: quapropter efficeret, ut ab Valentiniano fratre, aut volente aut invito, id impetraret. Quod cum multis modis Attila tentasset, omninoque sese pararet ad rem efficiendam, noctu repente ex profluvio sanguinis de naribus moritur: cum ad multas uxores, quas habebat, aliam adolescentulam adjunxisset, quam tamen plerique Honoriam falso putant, ab Valentiniano traditam, annum Domini circiter quadringentesimum quinquagesimum quartum.

Cur ita utrumque sit reveritus

Moritur Attila

6 Extant *n* Simplicii Pontificis ad Joannem Archiepiscopum Ravennatem litteræ, quibus hominem acriter increpat, quod Gregorium quemdam, Mutinensem Episcopum fecisset invitum: minaturque severiori se in eum sententia usurum fuisse, nisi caussis esset iis retractus, quas *o* Projectus Episcopus, (is autem Forocorneliensis forte est, ab Petro Chrysologo consecratus, qui ab hoc Joanne Archiepiscopo sepulturæ traditus putatur,) præsens esset allaturus; mandari enim litteris illæ caussæ ob turpitudinem non poterant: edicitque nisi abstineat invitis consecrandis, se illi ordinationes Ravennatis Ecclesiæ, atque Æmiliensis erepturum. Ut autem ea, quæ Joannis Archiepiscopi caussa ferre Gregorius cogebatur incommoda, aliqua compensatione leniret, decernit, ut prædio refuso, quod datum sibi ante annum fuisse Gregorius aiebat, ad Ecclesiamque denuo Ravennatem adjuncto, possessionem in Bononiensi, unde liberum triginta solidorum vectigal excipiebatur, assignaret Gregorio, dum viveret. Ecclesiæ tamen Ravennatis, jure proprietatis, ut ipse apellat, integro servato; ad quam, Gregorio vita functo, rediret. Scriptæ sunt hæ litteræ tertio Kal. Jun. *p* Severino Consule, qui annus est a Christo nato quadringentesimus octuagesimus secundus.

n Lib 3

Joannes a Pontifice arguitur, merito

7 Deinceps Joannes cum Italiæ, Ravennæque præsertim a Theodorico Ostrogottorum Rege obsessæ, calamitates in dies crescentes intueretur, pacificatorem se inter eum et Odoacrem constituit. Sed cum utrimque in dispari rerum statu duræ conditiones ferrentur, nec propterea convenirent, passa est Ravenna ingentes difficultates famis et pestilentiæ supra omnium fidem, sic ut sordidissimis quibusque, dictu etiam horrendis, non parceretur.

Dura Ravennæ obsidio.

8 Sub idem tempus *q* Felice III, Pont. Max. vita functo, Gelasius successerat: apud quem Joannes Archiepiscopus *r* conquestus est, in multis Italiæ civitatibus, quæ ad sacratos viros munera magistratusque spectant, ita esse, belli ac famis incommodo afflicta, in eamque vastitatem incurrisse, ut in multis Ecclesiis administri deessent. Quamobrem decreta Gelasius fecit complura, eademque amplissima, quibus antiquas leges, et temporum intervalla eorum qui initiari sacris deberent, sic constituit, ut minori temporis spatio circumscriberet, si quis e monacho Clericus fieret, multo majore si ex populari, (laicum appellat) rejectis bigamis. Quæ quoniam decreta adhuc extant ab ipso Pontifice ad Episcopos Lucanos, Brutios, Siculosque, anno salutis nonagesimo quarto supra quadringentesimum, v Id. Mart. Asterio et Præsidio Coss. missa, non est quod hic ea latius explicemus.

Joannes avocat pro disciplina Ecclesiastica

9 Paullo post Joannes idem Archiepiscopus, summis, credo, obsidionis incommodis jam confecta ætate male habitus, vitam cum morte commutavit. *s*

Moritur

a *Extat* S. Leonis *Papæ ad hunc epistola* 37, *data* IX *Kal. Novembr. consulatu* Marciani Augusti, *anno nimirum Christi* 451, *perperam* Leoni *inscripta, pro* Neoni

b *Sedit* S. Leo *ab an.* 440, Indict. 8, Valentiniano V, et Anatolio Coss. *ut habet Marcellinus Comes, usque ad an.* 461. Dagalaifo et Severino Coss. Indict. XIV.

c *Anno Christi* 450, I Marciani, Valentiniano VII et Avieno Coss. *cum sexennio ante* Theodosio XVIII et Albino Coss. Bledam fratrem et consortem peremisset Attila, *ut scribit Prosper*

d *Fæde hallucinatur Rubeus. Hoc prælium commissum est, ut habet Idatius,* haud longe de civitate, quam effregerant, Metis *sive, ut alii scribunt,* in Campania Catalaunensi, *ad Virdulam flumen*

e *Jornandes ex utraque acie occubuisse scribit* 162000. *Paulus Diaconus lib.* 15, *hist. miscellæ* 180000, *Idatius* 300000.

f Curta *civitas est Pannoniæ inferioris Ptolemæo lib.* 2, *cap.* 16, *tabula*

Curta urbs

tabula 5, *Europæ*. Budam *interpretantur alii quidam viri docti, quam solida conjectura, ipsi viderint.*

g *Supersunt etiamnum pleræque harum urbium*, Altini *fere sola rudera. Harum omnium direptio, quarumdam eversio describitur lib.* 15 *Miscellæ.*

h *Anno* 440, Indict. VIII, Varane Cos. *ut habet Marcellinus.*

i *De hac* S. Leonis *legatione ad* Attilam *suscepta, qua* totam Italiam, *ut ait Anastasius,* a periculo hostium liberavit, *agemus in ejus vita* XI *April.*

Mincius fl.

k *Hic fluvius ex Alpibus ortus, per* Benacum *lacum fluit, urbemque deinceps* Mantuam *nobili stagno circumfundit, ac tandem* Pado *immiscetur, vulgo nunc* Menzo, *at priusquam* Benacum *influat,* Sarca *dicitur.*

l *Paulus Diaconus de solo* Leone *id refert.*

m *Idem Paulus* : Tum Regem respondisse, non se ejus qui advenerat, personam reveritum esse, sed alium se virum juxta eum in habitu sacerdotali adstantem vidisse, forma augusta, et canitie venerabilem, illumque evaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem, nisi cuncta, quæ ille petebat, explesset.

Ex variis.

n *Creatus est Pontifex an. Christi* 467, Indict. V, Pusæo et Joanne Coss. *ut habet Marcellinus. sedit annis* 15, *colitur* 2 *Martii. Extat hæc epistola tom.* 2 *Conciliorum, inter* Simplicii *epistolas* 2.

o *Colitur* XXIII *Septemb.* Fornocorelii, *sive* Imolæ.

p *Obiisse eo anno* Simplicium *Marcellinus scribit. Ast aliæ complures* Severino Cos. *datæ leguntur ab eo epistolæ, ut recte Baronius ad annum sequentem ejus obitum referat. Videri tamen posset hic restituendum* : Severo V. Cl. Cos. *qui anno* 470, *cum* Jordane *Consul fuit. Nam sequentes aliquot* Simplicii *epistolæ ante* Severini *consulatum datæ reperiuntur.*

q S. Felix III *successit* S. Simplicio : *ipsi vero* Gelasius *an.* 492.

r *Testatur id ipse Gelasius ep.* 9, *quæ est ad Episcopos Lucaniæ.*

s *Successit* S. Petrus Junior, *de quo agemus* XXXI *Julii. Quod Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, scribit obsidionis tempore* Joanni, II Petrum II *suffectum, refutatur ex citata* Gelasii *epistola, in qua* V *Idus Martii* 494. *data mentio fit* Joannis *adhuc superstitis qui anno fortassis sequenti, aut non multo post, decessit.*

DE S. CÆSARIA VIRGINE,

ARELATE IN GALLIA.

Circiter an. Chr. DXXX. XII Januarii. *S. Cæsariæ natalis.*

Magni antistitis Arelatensis *Cæsarii* soror fuit Cæsaria, *ab eo sanctimonialium cœnobio præfecta, cujus natalem* XII *Januarii agi scribunt Ferrarius in generali catalogo SS. et Saussaius in supplemento Martyrologii Gallicani : etsi hic eam rursus* XIII *Januarii referat. Ejus res gestæ an separatim sint traditæ litteris, haud nobis constat. Ex vita S. Cæsarii, a Cypriano discipulo ante annum Christi* 560, *vivente nimirum Childeberto Rege descripta, quam* XXVII *Augusti dabimus, paucula erui possunt.*

patria.

2 *Ex Cabilonensi territorio oriunda fuit.* Cujus parentes æque prosapiæ quod est magnum et præcipium honoris ac nobilitatis exemplum, super omnes concives suos fide potius et moribus floruerunt. *Massiliæ in virginum cœnobio monasticis disciplinis erudita est, dum frater novum ei aliisque virginibus monasterium Arelate molitur.* Etenim, *inquit Cyprianus,* obsidentibus Francis et Burgundionibus civitatem, jam Alarico Rege a victoriosissimo Clodoveo in certamine (*anno* DVII) perempto, Theodericus Italiæ Rex provinciam istam Ducibus missis intraverat. In hac ergo obsidione monasterium, quod sorori seu reliquis virginibus inchoabat fabricari, multa ex parte destruitur, tabulis et cœnaculis barbarorum ferocitate direptis pariter et eversis. Dumque laborem, quem festinus urgebat *Cæsarius,* manuque propria et sudore construxerat, everti videret ac destrui, geminato cœpit mœrore consumi.

institutio monastica.

monasterium et inchoatum, destruitur.

reædificatur.

3 *Ac paucis interjectis :* Inter ista igitur monasterium præcipuum sorori suæ parare cœperat, instar prioris normæ et singularitatis claustri reædificavit. Ipse vero (siquidem nihil obviat mysterio quod congruit Christiano) quasi recentior temporis nostri Noe, propter turbines et procellas sodalibus vel sororibus in latere ecclesiæ monasterii fabricat arcam. evocataque a Massiliensi monasterio venerabili germana sua Cæsaria, quam inibi ideo direxerat, ut disceret quod doceret, et prius esset discipula quam magistra, in præparatis habitaculis cum duabus aut tribus interim sodalibus intromittit. Conveniunt inibi Virginum multitudines catervatim, facultatibus quoque et parentibus renuntiantes : respuunt mortalium flores fallaces pariter et caducos : Cæsarii patris, Cæsariæ matris expetunt gremium, quatenus cum eodem accensis lampadibus regni cælestis januam præstolentur, et competenter ingressæ Christi perpetuis mereantur amplexibus inhærere; ita retrusæ, ut usque in diem transitus earum nulli liceat foris januam egredi de monasterio.

Ei præficitur Cæsaria.

4 *Demum de Cæsariæ obitu ac sepultura :* Et ut auferre sacris, quas congregaverat, virginibus curam necessariæ sepulturæ; immobiles arcas, corporibus humandis aptissimas, de saxis ingentibus noviter fecit excidi : quas per omne pavimentum basilicæ constipatis sterni fecit ordinibus, ut quæcumque congregationis illius de hac luce migrasset, locum sepulturæ paratissimum et sanctissimum reperiret. Non multo igitur post monasterii Matrem germanam suam Cæsariam sanctam ad præmia Christi migrantem, inter has, quas præmiserat, mihi ad medium throni, juxta eam quam sibi paraverat, condidit sepulturam : succedente eidem, quæ nunc superest, Cæsaria Matre; cujus opus cum sodalibus tam præcipuum viget, ut inter psalmos, atque jejunia, vigilias quoque et lectiones, libros divinos pulchre scriptitent Virgines Christi, ipsam magistram habentes.

Sepulcra monialium.

Cæsaria obitus.

Ei succedit Cæsaria altera.

5 *Hinc liquet non ad* Cæsariam *S. Cæsarii sororem, ut Surius et Vincentius Barralis existimarunt, scriptum esse a Cypriano S.* Cæsarii *vitam, cum ea ante* Cæsarium *obierit, sed ad alteram* Cæsariam; *post quam* Liliola *monasterio præfuit, Venantio Fortunato laudata. Perperam igitur scriptum a Saussaio in Catalogo Sanctorum, quorum natales ignoravit* : Liliola Abbatissa religiosissima, informatrix S. Cæsariæ virginis et Abbatissæ Arelatensis, quæ ei successit. *Imo* Liliolæ S. Marcia Rusticula *successit, ut* XVI *Augusti dicemus.*

huic Liliola

Liliolæ S. Marcia Rusticula.

6 *Ætas* S. Cæsariæ *ex ætate* Cæsarii *fratris colligi potest. Obiit* S. Cæsarius *anno ætatis suæ* 73, *initi Episcopatus* 40. *Constat vero eum ann.* 500 *Christi needum Episcopum fuisse : nam eo anno,* post consulatum Paulini junioris V. C. iterum, III Kal. Octobr. *data ad Æonium ejus decessorem a* Symmacho *Papa extat epistola. Attigit igitur minimum* 541 *Christi annum. Videtur anno* 542, 27 *Augusti mortuus. Nam ad ejus successorem* Auxanium *data est* XV Kal. Nov. P. C. Basilii iterum, *a* Vigilio *Papa epistola. Non etiam verisimile est, si eodem anno obiisset Cæsarius, successorem tam cito eligi, confirmari, consecrari potuisse, ut missis nuntiis pallium a Pontifice Romano peteret idque* 18 *Octobris impetraret. Mortuus est autem* Cæsarius *anno a condito sororis cœnobio* 30. *Ipsa vero ante fratrem decessit, sed cum tamen et suis nonnullas præmisisset. Unde conjicere licet circa annum fortassis* 530 *vita functam.*

Cæsariæ ætas.

7 *Ceterum laudata reperitur* Cæsaria, *interque Sanctas Virgines connumerata a Venantio Fortunato lib.* 8, *car.* 4.

Laudatur a Venantio Fortunato.

His Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant,
Et quascumque sacer vexit ad astra pudor.
Felices quarum Christi contingit amore
Vivere perpetuo nomina scripta libro.
Has inter comites conjuncta Cesaria fulget,
Temporibus nostris Arelatense decus;
Cæsarii monitis luci sociata perenni,

Si

Ex variis.

Si non martyrii, virginitatis ope.
Quos Liliola refert æquatis moribus ambos,
Et claram heredem proxima palma manet.

Et paullo inferius :

Si tibi dulce decus veneranda Cesaria præsens,
Præsule Cæsario non caritura tuo.
Illos corde sequens, mandataque corpore complens,
Ut teneas flores, has imiteris apes.

Notat Brawerus noster, alios codices habere Casaria; *diphthongum certe a Venantio expungi.*

Regula S. Cæsariæ, 8 *Regulæ* S. Cæsarii *et* S. Cæsariæ, *sive a* S. Cæsario *sorori Cæsariæ et sociis sanctimonialibus conscriptæ, meminit S. Gregorius Turonensis lib.* 9 *Histor. Franc. c.* 40, *de* S. Radegunde *loquens quæ* necessitate commota, *ut ait,* cum Abbatissa sua, quam instituerat, Arelatensem urbem expetunt : de qua, Regula S. Cæsarii atque Cæsariæ Beatæ suscepta, Regis se tuitione munierunt. *Iterumque cap.* 43, *ipsa in epistola ad Episcopos Galliæ loquitur Radegundis :* *a S. Cæsario scripta,* Insuper congregationi per me Christo præstante collectæ Regulam, sub qua S. Cæsaria degit, quam sollicitudo B. Cæsarii Antistitis Arelatensis ex institutione Sanctorum Patrum convenienter collegit, adscivi. Cui consentientibus beatissimis et hujus civitatis et reliquis Pontificibus, electione etiam nostræ congregationis, Domnam et sororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui et eduxi, Abbatissam institui; ac me post Deum ejus ordinationi regulariter obedituram commisi : cuique formam Apostolicam observantes, tam ego quam sorores, de substantia terrena quæ possidere videbamur, factis Chartis tradidimus : metu Ananiæ et Saphiræ, in monasterio positæ, nihil proprium reservantes.

9 *De eadem Radegunde, Agnete, et* regula S. Cæsariæ *Venantius Fortunatus lib.* 5, *cap.* 2, *ad* Martinum *Episcopum Galliciæ :*

Cum Radegunde humili supplex pia postulat Agnes,
Ut commendatæ sint tibi, sancte Pater.
a S. Radegunde adscita. Et crescente choro per carmina sancta sororum,
Complaceant Domino, te duce, mite suo.
Atque adscita sibi servetur ab urbe Genesi
Regula Cæsarii Præsulis alma pii.

Urbem Genesi *vocat* Arelatum, *quod ibi nobilis Martyr* Genesius *colatur, de quo* XXV *Augusti. Iterum de* Cæsarii *sive* Cæsariæ *regula lib.* 8, *cap.* 4.

Concipiente fide Christi Radegundis amore
Cæsarii lambit regula quidquid habet.

Ea post oblitterata et ignorata 10 Ceterum Regula hæc, *inquit Brawerus noster,* an formula certa vivendi Cæsariæ sorori ab ipso Cæsario Antistite præscripta, an, quod magis probes legum monasticarum certa fuerit quædam comprehensio, cujus in posteros disciplina abierit, ambigi video. *Et pauculis interjectis :* Itaque regulam hanc utramvis in partem accipias; a S. Benedicti quidem institutis discrepantem, arbitror equidem cum ipso Cæsario ex Lirinensi gymnasio profectam; quæ si legum certis capitibus olim descripta fuit, eam obsolevisse, dies ipsa docet, et illius ignoratus usus, et si Annalium Ecclesiasticorum scriptori hanc videam esse mentem, ut S. Cæsarii constitutiones velit in D. Benedicti instituta migrasse, et in hujus regulam, ut rivum in flumen, derivatas, sicut et ipsum Lirinense cœnobium S. Benedicti familiæ tandem cessit, id quod proclivem assensionem meretur, in tanta similitudine et asceticarum legum magna inter se cognatione.

Hic primum editur. 11 *Eam regulam diserte fatetur Baronius tom.* 6, *ad an.* 508, *n.* 20, *non extare. Brawerus sibi visam non esse declarat. Neque nos eam typis cusam reperimus. Quare facturos operæ pretium duximus, si eam hic daremus. Cogitamus quidem, si vitam viresque, Sanctorum patrocinio propitiatum Numen annuerit, priscorum Patrum Regulas et alia monastica instituta colligere, inque lucem emittere, adeoque et asceticas Sanctorum* *præceptiones. Verum quia longinquum adhuc id est opus, ut hic pio Lectori illius orexin provocemus, Sanctæque Cæsariæ, cujus res gestæ fere ignorantur, vel sic gloriam illustremus, eam hic* Regulam *proferemus, absque tamen iis, quas post meditamur, notationibus. Multa in ea sunt, hausta ex epistola* 109 *S. Augustini.*

NOT 3.

REGULA MONASTERII S. CÆSARIÆ,

Sive Statuta sanctarum Virginum, a S. Cæsario Episcopo scripta.

a § I. *De admittendis, ac probandis.*

a Prologus

Sanctis et plurimum in Christo venerandis sororibus in monasterio, quod Deo spirante et juvante condidimus, constitutis, Cæsarius Episcopus.

Quia nobis Dominus pro sua misericordia inspirare, et adjuvare dignatus est, ut vobis monasterium conderemus; quomodo in ipso monasterio vivere debeatis, secundum instituta antiquorum Patrum, monita vobis spiritalia ac sancta condidimus : quæ ut Deo adjuvante custodire possitis, jugiter in monasterii cellula residentes, visitationem Filii Dei assiduis orationibus implorare, ut postea cum fiducia possitis dicere : Invenimus, quem quæsivit anima nostra. Et ideo vos sacras virgines, et Deo deditas animas rogo, quæ cum incensis lampadibus, et secura conscientia, Domini præstolamini adventum, ut quia me pro construendo vobis monasterio laborasse cognoscitis, vestri me itineris socium fieri, sanctis orationibus postuletis; ut cum in regnum cum sanctis ac sapientibus virginibus feliciter introieritis, me cum stultis non remanere foris vestro suffragio obtineatis, orante pro me sanctimonia vestra, ut inter pretiosissimas Ecclesiæ gemmas micantem, favor divinus et præsentibus repleat bonis et dignum reddat æternis. *S. Cæsarius virgines rogat ut pro se Deum precentur.*

2 Et quia multa in monasteriis puellarum ac monachorum inter se instituta distare videntur, elegimus pauca de pluribus, quibus seniores cum junioribus regulariter vivant, et spiritaliter implere contendant, quod specialiter suo sexui aptum esse prospexerint. Hæc sanctis animabus vestris prima conveniunt : Si qua relictis parentibus suis, seculo renuntiare, et sanctum ovile voluerit introire, ut spiritalium luporum fauces, Deo adjuvante, possit evadere, usque ad mortem suam de monasterio non egrediatur, nec in basilicam ubi ostium esse videtur. *Perpetua clausura monialium*

3 Juramentum et maledictum, velut venenum diaboli, fugere et vitare contendant. *A juramento et maledicto abstinendum*

4 Ei ergo, quæ Deo inspirante convertitur, non licebit statim habitum religionis assumere, nisi ante in multis experimentis fuerit voluntas illius approbata : sed uni e senioribus tradita, per annum integrum in eo quo venit habitu perseveret. De ipso tamen habitu mutando, vel lecto in schola habendo, sit in potestate Prioris; et quomodo personam vel compunctionem viderit, vel celerius vel tardius studeat temperare. *Probandæ candidatæ*

5 Quæ ante viduæ, aut maritis relictis, aut mutatis vestibus ad monasterium venerint, non excipiantur, nisi antea de omnibus facultaticulis suis, cui voluerint, chartas, vel donationes aut venditiones faciant; ita ut nihil suæ potestati, quod peculiariter aut ordinare aut possidere videantur, reservent, propter illud Domini : Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ possides, et, Si quis non reliquerit omnia, et secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus. Hoc ideo dico, venerabiles filiæ, quia sanctimoniales quæ possessionem habuerint, perfectionem habere non poterunt. Quam rem etiam et illæ quæ virgines convertuntur si implere noluerint, aut non excipiantur, aut certe vestimenta religiosa non permittantur accipere, *Rerum omnium abdicatio.* *Matth. 19. 21* *Luc. 14. 33*

cipere, donec se ab omnibus impedimentis mundi istius liberas fecerint.

Quid si minorennes sint, aut vivant parentes?

6 Illæ vero quæ adhuc vivis parentibus substantiam suam in potestate habere non possunt, aut adhuc minoris ætatis sunt; chartas tunc facere compellantur, quando res parentum in propria potestate habere potuerint, aut ad legitimam ætatem pervenerint. Ideo hoc sanctis animabus vestris præcipimus, timentes exemplum Ananiæ et Saphiræ, qui cum totum dixissent se Apostolis obtulisse, partem obtulerunt, partem sibi infideliter reservaverunt; quod fieri nec decet, nec licet, nec expedit.

Act. 5

Qua ætate admittendæ.

7 Ancillam propriam nulli, nec Abbatissæ, liceat in servitio suo habere, sed si opus habuerit, de junioribus in solatium suum accipiat. Et, si potest fieri, aut difficile aut nulla unquam in monasterium infantula parvula, nisi ab annis sex aut septem, quæ jam et litteras discere, et obedientiæ possit obtemperare, suscipiatur. Nobilium filiæ, sive ignobilium, ad nutriendum, aut ad docendum, penitus non accipiantur.

a *In ms. exemplari, quo usi sumus erat hæc Regula in brevia capita distributa, quorum post Prologum tituli simul erant descripti. Eos ideo hic omisimus quod neutiquam ab auctore additos existimemus, quippe qui etsi summarium eorum quæ traduntur fere contineant sæpe tamen non satis adæquate iis respondent. Deinde non nisi media pars hujus Regulæ ejusmodi erat distincta capitibus. Aliquot tamen capitum titulos hic lubet subjicere, ut Lectori secus, ac conjicimus, fas sit, si visum erit, arbitrari.*

1 In primis observandum est, ut de monasterio usque ad mortem suam nulla egrediatur.

2 A maledicto et a juramento abstineant.

3 De habitu non mutando, et obedientia exhibenda.

4 Ut nihil ex his quæ secum exhibuit, sibi reservet, nec per seipsam eleemosynas faciat.

5 Ut nulla infantula, nisi a sexto anno, excipiatur.

6 Ut unaquæque, non quod ipsa voluerit, sed quod ei jussum fuerit, operetur.

7 Ut nemo cellulam peculiarem habeat.

8 Ut dum psallitur nemo loquatur.

9 Nemo filiam cujuscumque de fonte suscipiat.

10 Ut signo tacto nulla tardius veniat.

§ II. *De disciplina operibusque domesticis.*

Opus non eligendum

8 Nemo sibi aliquid operis vel artificii pro suo libito eligat faciendum : sed in arbitrio senioris erit, quod utile prospexerit imperandum.

Particularitas.

9 Nulli liceat semotam eligere mansionem, nec habebit cubiculum vel armariolum, aut aliquid hujusmodi, quod peculiarius claudi possit : sed omnes divisis lectulis in una maneant cellula. Quæ vero senes sunt et infirmæ, eis taliter convenit obtemperari, vel ordinari, ut non singulæ singulas cellas habeant, sed in una recipiantur omnes, ubi et maneant. Numquam altiori voce loquantur, secundum illud Apostoli : Omnis clamor tollatur a vobis; quod fieri nec decet omnino, nec expedit.

Eph. 4. 31

Silentium dum psallitur

10 Similiter dum psallitur, fabulare omnino, vel operari non liceat.

Ne de fonte suscipiant.

11 Nullam cujuslibet filiam in baptismum, neque divitis neque pauperis, præsumat excipere; quia quæ suorum libertatem pro Dei amore contempsit, aliorum expetere vel habere non debet : ut sine aliquo impedimento Deo vacare jugiter possit.

Promptitudo obedientiæ.

12 Quæ signo tacto tardius ad opus Dei vel ad opera venerit, increpationi, ut dignum est, subjacebit. Quod si secundo aut tertio admonita emendare noluerit, a communione, vel a convivio separetur.

Correctio

13 Quæ pro qualibet culpa admonita, castigatur, corripitur, arguenti respondere penitus non præsumat. Quæ aliquid ex his quæ jubentur implere noluerit, a communione orationis, vel a mensa, secundum qualitatem culpæ, sequestrabitur.

Opera domestica

14 Quæ coquunt, singuli illis meri pro labore addantur. In omni ministerio corporali, tam in coquina, vel quidquid quotidianus exigit usus, vicibus sibi, excepta Matre vel Præposita, succedere debent.

Auctore S. Cæsario, ex Mss.

Somnolentia

15 In vigiliis, ut nemo per otium somno gravetur, ea opera fiant, quæ mentem non retrahant a lectionis auditu. Si qua gravatur somno, aliis sedentibus, jubeatur stare, ut possit a se somni marcorem repellere, ne in opere Dei aut tepida inveniatur aut negligens.

Opus lanificii.

16 In ipsis lanificiis faciendum suum opus quotidianum cum humilitate accipiant, et cum grandi industria implere contendant.

Nihil cuiquam proprium.

17 Nemo sibi aliquid vindicet proprium, sive in vestimento, sive in quacumque alia re. Nemo cum murmuratione aliquid faciat, ne simili judicio murmuratorum pereat secundum illud Apostoli : Omnia facite sine murmurationibus.

Philip. 2. 14.

Mensa

18 Matri post Deum obediant : Præpositam sufferant. Sedentes ad mensam taceant, et animo lectioni intendant. Cum autem lectio cessaverit, meditatio sancta de corde non cesset. Si vero aliquid opus fuerit, quæ mensæ præest sollicitudinem gerat, et quod est necessarium nutu magis quam voce petat. Nec solæ vobis fauces sumant cibum, sed aures audiant Dei verbum. Omnes litteras discant.

Lectio

Silentium.

2. Thes. 3. 12.

Prov. 10. 19.

19 Omni tempore duabus horis, hoc est a mane usque ad horam secundam, lectioni vacent : reliquo vero diei spatio faciant opera sua, et non se fabulis occupent, propter illud Apostoli : Cum silentio operantes, et illud : In multiloquio non effugies peccatum. Et ideo hoc vobis omnino loquendum est quod ad ædificationem vel utilitatem animæ pertinet.

Lectio in opere.

20 Cum autem necessitas operis exegerit, tunc loquantur. Reliquis vero in unum operantibus, una de Sororibus, usque ad tertiam legat, de reliquo meditatio verbi Dei, et oratio, de corde non cesset. Sit vobis anima una, et cor unum in Domino. Sint vobis omnia communia. Sic enim legitur in Actibus Apostolorum : Quia erant illis omnia communia, et distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat.

Act. 4. 32

§ III. *De humilitate, pietate, castitate, aperiendis alienis defectibus.*

Quæ aliquid habebant in seculo, quando ingrediuntur monasterium, humiliter illud offerant Matri communibus usibus profuturum. Quæ autem non habuerunt, non ea quærant in monasterio, quæ nec foris habere potuerant. Illæ vero quæ aliquid videbantur in seculo, non fastidiant sorores suas, quæ ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. nec sic de suis divitiis superbiant, quas monasterio obtulerunt, quomodo si eis in seculo fruerentur. Quid prodest dispergere, et dando pauperibus pauperem fieri, si misera anima diabolica infletur superbia? Omnes ergo unanimiter et concorditer vivite, et honorate in vobis invicem Deum, cujus templa esse meruistis. Orationibus sine intermissione insistite, secundum illud Evangelii : Orantes omni tempore, ut digni habeamini. Et Apostolus : Sine intermissione orate.

Humilitas in opum erogatione.

Luc. 22. 36.

1. Thess. 5. 17

Attentio in psallendo

22 Cum vero psalmis et hymnis oratis Deum, id versetur in corde quod profertur in voce. Quodcumque operis feceritis, quando lectio non legitur, de divinis Scripturis aliquid ruminate. Ægrotantes vero sic tractandæ sunt, ut citius convalescant. Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad feliciorem abstinentiæ consuetudinem. Non sit notabilis habitus vester : nec affectetis vestibus placere, sed moribus, quod vestrum decet propositum.

Infirma

Custodia oculorum

23 Nulla in vobis concupiscentia oculorum; cujuscumque viri, diabolo instigante, consurgat. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si oculos impudicos habeatis; quia impudicus oculus impudici cordis est, nuntius. Nec putare debet, quæ in virum non simpliciter convertit adspectum, ab aliis se non videri

cum

AUCTORE S. CÆSARIO, EX MSS.

cum hæc facit. Videtur omnino, a quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat, ut a nemine hominum videatur, quid facit de illo super inspectore, cui omnino latere non potest? Timeat ergo displicere Deo: cogitet ne male placeat viro. Quando ergo simul statis, si aut Provisor monasterii, aut aliquis cum eo virorum supervenerit invicem vestram pudicitiam custodite, Deus enim qui habitat in vobis, etiam in isto modo vos custodit.

Aliena defectus Matri aperiendi.

24 Si quam vero liberius quam decet agere videritis, secretius corripite ut sororem. Si audire neglexerit Matri in notitiam ponite. Nec vos judicetis esse malevolas, quando hoc sancto animo indicatis. Magis enim innocentes non estis, et peccato ipsius participes vos facitis, si sororem vestram, quam castigando corrigere potuistis, tacendo perire permittatis. Si enim vulnus haberet in corpore, aut a serpente percussa, et vellet hoc occultare dum timet secari, nonne crudeliter hoc taceretur, et misericorditer proderetur? Quanto ergo magis consilia diaboli et insidias illius manifestare debetis, ne in deterius vulnus peccati augeatur in corde, ne concupiscentiæ malum diutius nutriatur in pectore? Et hoc facite cum dilectione sororis, et odio vitiorum.

§ IV. *De cavenda proprietate. De cura vestium.*

Litteras dare aut accipere nefas.

Quæcumque autem (quod Deus non patiatur) in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo litteras, aut qualibet mandata, aut munuscula accipiat, si hoc ultro confessa fuerit, indulgentiam mereatur, et oretur pro ea. Si autem celans proditur vel convincitur, secundum statuta monasterii gravius emendetur. Simili etiam districtioni subjaceat, si vel ipsa cuicumque litteras aut munuscula transmittere sacrilego usu præsumpserit. Pro affectu tamen parentum ad cujuscumque notitiam, si aliquam transmittere voluerit eulogiam panis, Matri suggerat; et si ipsa permiserit, per Posticiarias det, et ipsæ nomine illius transmittant cui voluerit, ipsa sine Præposita, aut Posticiariis, per se non præsumat nec dare nec accipere quidquam.

Eulogiæ.

Furtum, et convicia ut plectenda.

26 Et quamvis non solum cogitare, sed omnino nec credi debeat, quod sanctæ virgines duris se sermonibus vel conviciis mordeant; tamen si forte, ut se habet humana fragilitas, in tantum nefas aliquæ de sororibus ausæ fuerint, diabolo instigante, prorumpere, ut aut furtum faciant, aut in se invicem convicia mittant; justum est ut legitimam disciplinam accipiant, a quibus regulæ instituta violantur. Necesse est enim ut in eis impleatur illud, quod de indisciplinatis filiis per [a] Salomonem prædixit Spiritus sanctus. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Et iterum: Tu virga eum cædis, animam ejus de inferno liberabis. Disciplinam tamen ipsam in præsentia congregationis accipiant, secundum illud Apostoli: Peccantes, coram omnibus corripiantur.

Eccli. 30. 1. *Prov. 23. 14.* *1. Tim. 5. 20.*

27 Et quia monasterii Mater necesse habet pro animarum salute sollicitudinem gerere, et de substantiola monasterii quod ad victum corporis opus est, jugiter cogitare, salutantibus etiam affectum impendere, et epistolis quorumcumque fidelium respondere; omnis lanificii cura, unde vestimenta sanctis sororibus ministrentur, ad sollicitudinem Præpositæ, vel Lanipendiæ pertinebit: per quarum industriam ita fideliter, cum zelo, et amore Dei, vestimenta quæcumque necessaria sunt, præparentur, ut quotienscumque sanctis sororibus opus fuerit, Præposita offerat; et Mater monasterii, quibus necesse fuerit, cum sancta discretione dispenset.

Vestimenta a quibus curanda.

28 Quæ tamen vestimenta cum tanta industria in monasterio fiant, ut ea numquam necesse sit Abbatissæ extra monasterium comparare. Et non ad vos pertineat, quale vobis indumentum pro temporis congruentia proferatur. Si autem hinc inter vos contentiones, et murmura oriuntur, si aliquæ ex vobis minus forte dignum aliquid acceperint, quam prius habuerunt; hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis murmuratis. Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut amplius quam usus quotidianus exigit habeatis, in uno tamen loco, sub communi custode, quod habueritis reponite, et claves de arcellis, vel presuriolis vestris Regestoraria teneat.

Ubi asservanda.

29 Nulla sibi aliquid proprium operetur, nisi cui Abbatissa præceperit, aut permiserit, sed omnia opera vestra in commune fiant, tam sancto studio, et tam frequenti alacritate, quomodo si vobis propria faceretis.

Nil proprium.

a *Non est* Salomonis *hoc pronuntiatum, sed* Jesu Siracidæ. *Scripsit fortassis S. Cæsarius per Sapientem, et librarius reposuit per* Salomonem. *Quanquam par est Salomonis Prov.* 13, 24 *sententia*: Qui autem diligit filium, instanter erudit.

§ V. *De Celleraria, Infirmaria, aliisque.*

Ad cellarium, ad posticium, vel lanipendium, tales a seniore eligantur, non quæ voluntates aliquarum, sed quæ necessitates omnium, cum timore Dei considerent. Et ideo quidquid ad manducandum vel ad bibendum pertinet, nulla de sororibus præsumat circa lectum suum reponere aut habere. Quæcumque autem hoc fecerit gravissimam districtionem sustineat. Ante omnia coram Deo et Angelis ejus obtestor, ut nulla de sororibus vinum occulte aut emat, aut undecumque transmissum fuerit accipiat, sed quod transmissum fuerit præsente Abbatissa, vel Præposita, posticiariæ accipiant, et cavenariæ tradant, et per ipsius dispensationem, secundum institutionem regulæ, illi cui transmissum est, quomodo infirmitati suæ convenit, ita dispenset. Et quia solet fieri ut cella monasterii non semper bonum vinum habeat ad sanctæ Abbatissæ curam pertinebit, ut tale vinum provideat, unde aut infirmæ, aut illæ quæ sunt delicatius nutritæ, palpentur.

Esculenta et poculenta omnia in communi.

31 Lavacra etiam cujus infirmitas exposcit, minime denegentur. Sed fiat sine murmuratione, de consilio medicinæ, ita ut etiam si lavari nolit illa quæ infirma est, jubente seniore fiat, quod opus fuerit pro salute. Si autem nulla infirmitate compellitur, cupiditati suæ non præbeatur assensus.

Balneo quæ utentur.

32 Ægrotantium cura, sive aliqua imbecillitate laborantium, uni satis fideli, et compunctæ debet injungi; quæ de cellario petat quodcumque opus esse perspexerit. Et talis eligi debet, quæ et monasterialem rigorem custodiat, et infirmis cum pietate deserviat. Et si hoc necessitas infirmarum exegerit, et Matri monasterii justum visum fuerit, etiam cellariolum, et coquinam suam infirmæ in commune habeant. Quæ cellario, sive cavenæ, sive vestibus, vel codicibus, aut posticio, vel lanipendio præponuntur, desuper Evangelium claves accipiant, et sine murmure serviant reliquis. Si quæ vero vestimenta, calceamenta, utensilia, negligenter expendenda, vel custodienda putaverint, tamquam interversor rerum monasterialium, severius corrigantur.

Infirmariæ quales.

§ VI. *De jurgiis et conviciis corrigendis.*

Lites nullas habeatis, secundum illud Apostoli: Servum Dei non oportet litigare. Et illud: Abstine te a lite, et minues peccata. Aut si fuerint, quam celerius finiantur, ne ira crescat in odium, et festuca convertatur in trabem, et efficiatur anima homicida. Sic enim legitis: Qui odit fratrem suum homicida est. Et: Levantes sanctas manus sine ira et disceptatione. Quæcumque convicio vel maledicto, vel etiam criminis objectu læserit sororem suam, meminerit culpam satisfactione purgare. Quod vitium si iterare præsumpserit,

2. Tim. 2. 24. *Eccli. 28. 10.* *Non litigandum.* *1. Joan. 3. 15.* *1. Tim. 2. 8.*

præsumpserit, districtione severissima feriatur, usquequo per satisfactionem recipi mereatur. Juniores præcipue senioribus deferant.

a

34 Si qua vero pro quacumque re *a* excommunicata fuerit, remota a congregatione, in loco quo Abbatissa jusserit, cum una de spiritalibus sororibus resideat, quousque humiliter perendo indulgentiam accipiat. Si autem, ut fieri solet, stimulante diabolo, invicem se læserint, invicem sibi veniam petere, et debita relaxare debebunt, propter orationes, quas utique quanto crebriores, tanto puriores habere debent. Quod si illa, cui venia petitur, indulgere sorori suæ noluerit, a communione removeatur, et timeat illud : Quia si non dimiserit, non dimittetur ei. Quæ autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit; aut a qua petitur, si non dimittit, sine caussa in monasterio esse videtur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite : quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera.

Venia invicem petenda, danda

Marc 11 26.

Præfectæ veniam an petent?

35 Quando autem vos, quæ Præpositæ estis, necessitas disciplinæ pro malis moribus coercendis dicere verba dura compellit, si etiam in ipso modos vos excessisse fortasse sentitis, non a vobis exigitur ut veniam postuletis; ne apud eas, quas oportet esse subjectas, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit etiam quas plus juste corripitis, quanta benevolentia diligatis. Matri, quæ omnium vestrum curam gerit, et Præpositæ, sine murmuratione obediatur; ne in illis caritas contristetur. Ipsæ vero quæ vobis præsunt, cum caritate, et vera pietate, discretionem et regulam studeant custodire. Circa omnes seipsas bonorum operum præbeant exemplum : corripiant inquietas, consolentur pusillanimes, sustineant infirmas; semper cogitantes Deo se pro vobis reddituras esse rationem. Inde et vos magis sancte obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsarum miseremini, quæ inter vos quanto in ordinatione superiores videntur, tanto in periculo majori versantur : pro qua re non solum Matri, sed etiam Præpositæ, Primiceriæ, vel Formariæ, cum reverentia humiliter obedite.

Earum munus

a *Vulgo negant Doctores potestatem ferendi censuras Ecclesiasticas posse feminis conferri. Dicuntur tamen Abbatissæ aliæque sanctimonialium Præfectæ excommunicare, cum a communi psalmodia, cæterisque religiosi conventibus, aut usu etiam divinorum mysteriorum tantisper suas jubent abstinere, in pœnam cujuspiam delicti. Consule Egidium de Coninck tom. 2, de Sacramentis disp. 13, dub. 4, num. 33. Henriquez lib. 13, cap. 24, etc.*

§ VII. *De colloquio cum externis.*

Qui viri in monasterium ingredi, et quando possint

Ante omnia propter custodiendam famam vestram, in secreta parte monasterii, et in oratoriis, exceptis Episcopis, Provisore, et Presbytero, Diacono, et Subdiacono, et uno vel duobus lectoribus, quos et ætas et vita commendat, qui aliquotiens Missas facere debeant, nullus introeat. Cum vero, aut tecta retractanda sunt, aut ostia, vel fenestræ sunt componendæ, aut aliquid hujusmodi reparandum, artifices tantum et servi ad operandum, si necessitas exegerit, cum Provisore introeant, sed nec ipse sine scientia aut permissione Matris. Ipse vero Provisor in interiorem partem monasterii, nisi pro his utilitatibus quas superius comprehendimus, numquam introeat; et numquam aut difficile sine Abbatissa, aut alia honestissima teste, ut sanctæ sorores secretorum usum, sicut decet et expedit, habeant.

An mulieres?

37 Matronæ etiam seculares, vel puellæ, seu reliquæ mulieres adhuc in habitu laico, similiter introire prohibeantur.

Abbatissa qua ratione cum externis agat.

38 Observandum est etiam, ne Abbatissa ad salutantes in salutatorium sine digno honore suo, hoc est, sine duabus aut tribus sororibus, procedat. Episcopi, Abbates, vel reliqui religiosi quos magna vita commendat, si petierint, debent ad orationem in oratorium introire. Observandum est etiam, ut janua monasterii opportunis horis salutantibus pateat.

AUCTORE S. CÆSARIO EX MSS.

39 Convivium etiam his personis, hoc est, Episcopis, Abbatibus, monachis, Clericis, secularibus viris, mulieribus in habitu seculari, nec Abbatissæ parentibus, nec alicujus sanctimonialis, numquam, nec in monasterio, vel extra monasterium, præparetis. Sed nec Episcopis hujus civitatis, nec Provisori quidem ipsius monasterii, convivium fiat. De civitate vero nec religiosæ feminæ, nisi forte sint magnæ conversationis, et quæ monasterium satis honorent; et hoc rarissime fiat.

Convivium quibus præbendum

40 Si qua tamen de alia civitate ad requirendam filiam suam, aut ad visitandum monasterium venerit, si religiosa est, et Abbatissæ visum fuerit, debet ad convivium vocari; reliquæ penitus numquam : quia sanctæ virgines et Deo devotæ, magis Christo vacantes pro universo populo debent orare, quam corporalia convivia præparare. Si quis vero germanam suam, vel filiam, ut quamlibet parentem, aut sibi cognatam videre voluerit, præsente Formaria, vel qualibet seniore, ei colloquium non negetur.

Ut cum parentibus agent sanctimoniales

§ VIII. *De ægris, vestibus supellectile.*

Abbatissa nisi inæqualitate aliqua aut infirmitate vel occupatione compellente, extra congregationem penitus non reficiat.

Abbatissæ mensa.

42 Illud ante omnia te, sancta Mater, et venerabilis quæcumque fueris Præposita, etiam cuicumque cura committenda est infirmarum, Primiceriam etiam, vel Formariam admoneo et contestor, ut vigilantissime consideretis, si sunt aliquæ de sororibus quæ pro eo quod delicatius nutritæ sunt, aut defectionem forsitan stomachi frequentius patiuntur, et sicut reliquæ abstinere non possunt, aut certe cum grandi labore jejunant, si illæ propter verecundiam petere non præsumunt, vos eis jubeatis a Cellerariis dari, et ipsis ut accipiant ordinetis, et certissime confidant quod quidquid, dispensante aut jubente seniore, qualibet hora receperint, in illa repausatione Christum accipiant. Cellerariæ vero, et illæ quæ infirmis serviturae sunt, super omnem sollicitudinem, cura illis et diligentia infirmarum coram Deo et Angelis denuntietur. Hoc etiam moneo ut, propter nimiam inquietudinem, ad januam monasterii quotidianæ vel assiduæ eleemosynæ non fiant, sed quod Deus dederit ut possit usibus monasterii remanere, Abbatissa, per Provisorem ordinet pauperibus dispensandum.

Imbecillioribus ultro subveniendum

43 Ante omnia observandum est, ut si filiæ aliquis, vel *a* aliquæ necessitudini ad se pertinenti, vestimenta vel aliquid aliud dederit, sive transmiserit, non occulte accipiatur. Pro qua re omnibus quæ ad posticum observaverint, contestor coram Deo et Angelis ejus, ut nihil de monasterio permittant dare foris, vel in monasterium intus acquiescant excipi, extra conscientiam vel consilium Abbatissæ. Tamen si Abbatissa, ut assolet, cum salutatoribus occupata fuerit, posticiariæ Præpositæ ostendant quodcumque exhibitum fuerit. Quam rem si implere neglexerint, et illæ posticiariæ quæ permittunt, et illæ quæ excipiunt, non solum districtionem monasterii gravissimam sustinebunt, sed propter transgressionem sanctæ regulæ, caussam se mecum ante Deum noverint esse dicturas. Ipsum vero quod transmissum fuerit, si illi opus ad usus suos fuerit, ipsa habeat. Si vero illa nihil indiget, in commune redactum, cui est necessarium præbeatur propter illud Domini mandatum : Qui habet duas tunicas, det non habenti. Indumenta vero ipsæ cum nova accipiunt, si vetera necessaria non habuerint, Abbatissæ refundant, pauperibus, aut incipientibus junioribus dispensanda.

a

Nihil dandum aut accipiendum sine venia

Non habenda superflua

Luc. 3 11.

44 Omnia

AUCTORE S. CÆSARIO, EX MSS.

Color vestium

44 Omnia vero indumenta, simplici tantum et honesto colore habeant. Numquam nigra, numquam lucida, sed tantum laia vel lactena in monasterio, per industriam Præpositæ, vel sollicitudinem lanipendiæ fiant; et Mater monasterii, quomodo cuique rationabiliter necessaria fuerint, dispenset. Tinctura in monasterio nulla fiat, nisi, ut supradictum est, laia et lactena; quia aliud humilitati virginum non opportet. Lectaria vero ipsa simplicia sint : nam satis indecorosum est, si in lecto religiosæ stragula secularia, aut tapetia picta resplendeant. Argentum in usum vestrum non habeatis, absque ministerio oratorii.

Lecti ratio

45 Plumaria, et acupictura, et omne polymitum, vel stragula, sive ornaturæ, numquam in monasterio fiant. Ipsa etiam ornamenta in oratoriis simplicia esse debent, numquam plumata, numquam holoserica, numquam bombycina : et nihil aliud nisi cruces aut nigræ aut lactena tantum operis assutio de pannis aut lacteis apponatur. Nam nec lacerata appendi, nec tabulæ pictæ affigi, nec in parietibus vel cameris ulla pictura fieri debet, quia in monasterio, quod non spiritalibus, sed humanis tantum oculis placet, esse non debet. Si vero aliqua ornamenta, vel a vobis, vel ab aliquo de fidelibus monasteriorum collata fuerint; aut usibus monasterii profuturis, vendantur, aut Sanctæ Mariæ basilicæ, si necesse fuerit, deputentur. Acupictura numquam nisi in mappulis aut facitergiis, in quibus Abbatissa jusserit, fiat.

Templi ornatus.

46 Nulla ex vobis præsumat Clericorum, sive laicorum, nec parentum, nec cujuscumque virorum, sive mulierum vestimenta, aut ad lavandum, aut ad consuendum, aut ad reponendum accipere; ne per istam incautam, et inhonestam, ac inimicam familiaritatem, fama monasterii lædi possit. Quæcumque hoc observare noluerit, tamquam si crimen admiserit, ita districtione monasterii feriatur.

Externorum vestes non curandæ

a *Videtur legendum*, aliqua necessitudine.

§ IX. *Brevis recapitulatio præcedentium.*

Te vero sanctam ac venerabilem Matrem monasterii, et te Præpositam sanctæ congregationis, coram Deo et Angelis ejus, admoneo et contestor, ut nullius unquam vel minæ, vel oblocutiones, vel blandimenta, molliant animum vestrum, ut aliquid de sanctæ ac spiritalis regulæ institutione minuatis. Credo tamen de Dei misericordia, quod non nisi pro aliqua negligentia reatum incurrere, sed pro sancta et Deo placita obedientia ad æternam beatitudinem possitis feliciter pervenire.

Contestatio Superiorum

48 Cum Deo propitio in exordio institutionis monasterii vobis regulam fecerimus, multis tamen postea vicibus ibi aliquid addimus vel minuimus. Pertractantes, enim, et probantes quid implere possitis, hoc nunc definivimus, quod et rationi, et possibilitati, et sanctitati conveniebat. Quantum enim deligenti experimento capere potuimus, ita Deo inspirante temperata est regula ipsa, ut eam cum Dei adjutorio ad integrum custodire positis. Et ideo coram Deo et Angelis ejus contestamur, ut nihil ibi ultra mutetur aut minuatur.

Ut scripta hæc regula

49 Pro qua re quascumque schedas prius fecimus cacuas esse volumus. Hanc vero, in qua manu mea recapitulationem scripsi, sine ulla diminutione, rogo et moneo, ut Deo adjutore fideliter ac feliciter impleatis, incessanter Dei adjutorium implorantes, ne vos veneneso consilio suo antiquus hostis impediat, qui de ipso cæli fastigio sibi consentientes ad inferni profunda consuevit abstrahere. Unde sanctæ ac venerabiles filiæ, moneo, ut cum omni virtute et vigilantissima sollicitudine, suggestiones illius repellere studeatis. Et sic cum Dei adjutorio currite ut apprehendere valeatis, quia non qui cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et licet, credam, quod ea quæ superius scripta sunt, sancta pietas vestra et semper memoriter teneat, et Christo auxiliante non solum fideliter, sed etiam feliciter implere contendat; tamen ut ea quæ constituimus sancto cordi vestro tenacius valeant inhærere, istam parvulam recapitulationem, quam manu mea scripsi, fieri voluimus, quam rogo Deo inspirante, et libenter accipere, et jugiter studeatis cum Dei adjutorio custodire.

Nihil in ea mutandum

Addita hæc recapitulatio a Cæsario

50 Hoc enim est, quod specialiter, absque ulla diminutione, a vobis volumus observari, ut nulla ex vobis usque ad mortem suam de monasterio egredi, vel in ipsam basilicam, in qua januam habetis, aut permittatur, aut per seipsam præsumat exire.

Non egrediendum monasterio

51 Ut nulla cellam peculiarem habeat. Ut familiaritatem, aut quamlibet societatem, nec cum religiosis, nec cum laicis, seu viris seu mulieribus secretam habeat. Nec sola cum solo loqui vel sub momento temporis permittatur . nec vestimenta eorum ad lavandum, vel tingendum, aut custodiendum, vel ad consuendum accipiat Et, sicut in ipsa regula constituimus, nec quidquam ab intus foras occulte transmittere, aut a foris intus excipere audeant.

Communicatio cum externis vitanda

52 Nulla aliquid proprium nec foris possideat, nec intus habeat, nec ad ordinationem suam aliquid reservet : sed, sicut superius diximus, chartis cui voluerit tradat factis, ut ab omni impedimento sit libera, propter illud quod Dominus dixit : Si quis non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et illud : Si quis vult venire post me abneget semetipsum sibi. Qui semetipsum jussus est abnegare, qua fronte præsumit sibi aliquid de impedimentis mundi istius reservare, et non magis quod scriptum est contremiscit, ac metuit, quia impedimenta mundi fecerunt eos miseros? Et illud Apostoli diligenter attendite : Volo, inquit, vos sine sollicitudine esse. Et hæc fideliter observans, secura conscientia dicat : Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Et illud : Omnia ut stercus arbitratus sum, ut Christum lucri facerem.

Omnium abdicatio — Luc 14. 33 — Matth 16. 24 — 1. Cor 7 32. — Gal 6. 14 — Phil. 3. 8

53 Convivium nec Episcopo istius civitatis, nec alterius nec ulli virorum, sicut in hac regula statuimus, præparetur.

Convivia

54 Epistolæ nullius hominis etiam nec parentum, occulte accipiantur; aut sine permissu Abbatissæ ullæ qualescumque litteræ transmittantur.

Litteræ.

55 Moneo specialius, sicut jam diximus, vestimenta lucida, vel nigra, vel cum purpura, vel vibrina, numquam in usu habeantur, nisi tantum laia et lactena

Vestes

56 Capita numquam altiora ligent, quam hoc loco mensuram de incato fecimus.

57 Omnia opera in commune faciant.

58 Quæcumque ad conversionem venerit, in salutatorio ei regula frequentius relegatur. Et si prompta et libera voluntate professa fuerit, se omnia regulæ instituta complere, tamdiu ibi sit quamdiu Abbatissæ justum ac rationabile visum fuerit. Si vero regulam se dixerit non posse complere, penitus non excipiatur.

Admissio

59 Janua monasterii, numquam extra basilicam cum vestra voluntate, aut cum vestro permisso fiat et vespertinis, et nocturnis, ac meridianis horis numquam pateat; ita tamen ut ipsis horis, et quando reficitur, claves Abbatissa apud se habeat. Ipsa tamen Abbatissa sanctæ congregationis, cui nihil possidere licet, aut aliquid peculiare habere permittitur, Deum ei contestor ut in quantum possibilitas fuerit, quæ necessaria sunt, ministare illis studeat.

Janua. — *Claves*

60 Plumaria, et ornaturas, vestimenta purpurea, et omne polymitum, numquam in monasterio fiant propter illud Apostoli : Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.

Ornatus — 2 Tim 2 4

§ X.

§ X. *De electione Abbatissæ. Regula non mutanda.*

Electio Abbatissæ

Quotiens sancta Abbatissa ad Deum migraverit, nulla ex vobis carnali affectu, aut pro natalibus, aut pro facultatibus, aut pro parentela aliqua, minus efficacem fieri velit; sed omnes Christo inspirante unanimiter sanctam ac spiritalem eligite, quæ et regulam monasterii possint efficaciter custodire, et venientibus responsum cum ædificatione, et compunctione, et cum sancto affectu sapienter valeat reddere : ut omnes homines, qui vos cum grandi fide et reverentia, pro sua ædificatione expetunt, Deum uberius benedicant, et de vestra electione, et de illius quam elegistis conversatione spiritaliter gratulentur.

Nihil mutandum in regula

62 Et licet, filiæ et unice mihi in Christo caritate venerabiles, de sanctæ pietatis vestræ obedientia sim securus, tamen pro paterna sollicitudine, quia vos Angelis desidero esse consimiles, iterum atque iterum rogo, et per omnipotentem Deum vos contestor, ut nihil de sanctæ regulæ institutione minui permittatis, sed totis viribus eam custodire auxiliante Domino laboretis, scientes quia unaquæque propriam mercedem accipiat secundum suum laborem.

Adhortatio ad servandam regulam.

63 Et hoc ante omnia rogo, ut admonitionem nostram non transitorie accipiat sanctitas vestra, qui non ex nostra præsumptione loquimur, sed secundum quod scripturis canonicis legitur, antiquorum Patrum libris abundantissime continetur, vos cum grandi affectu et cum vera caritate salubriter admonemus. Et quia legitis, quod qui unum mandatum minimum neglexerit, minimus vocetur in regno cælorum, nolite humilitatis nostræ verba quasi minima despicere, propter illud quod scriptum est : Qui vos spernit, me spernit. Et illud : Qui spernit modica, paullatim defluet. Quomodo enim in quocumque carnali certamine tantum unusquisque abjectior erit, quanto eum minor et inferior persona superaverit, ita et in spiritali luctamine in eo qui negligens fuerit in minimis, implebitur illud quod scriptum est : Qui universam legem servaverit, offendat in unum, factus est omnium reus. Hæc enim ego cum grandi non solum timore, sed etiam tremore cogitans, dum pavescit animus meus ne vos aliqua vel minuta peccata subripiant, non solum admoneo, sed etiam supplico, pariterque contestor, et cum grandi affectu caritatis adjuro, ut in illam æternam beatitudinem ad consortium Angelorum omniumque Sanctorum sine confusione veniatis, simul et cum Sancta Maria, vel cum omnibus virginibus coronas gloriæ accipere, et cælestem Agnum sequi vos feliciter videre promerear, ut toto corde, et toto animo mandata superius comprehensa studeatis implere, per quæ ad æterna præmia possitis feliciter pervenire.

Matth. 5. 19.

Luc 10 16.
Eccli 19 1.

Jac 2 10

Abbatissæ regulam mutare cupienti resistendum.

64 Illud etiam quod non credo, nec Deus pro sua misericordia fieri patiatur, si quocumque tempore quælibet Abbatissa de hujus regulæ institutione aliquid immutare, aut relaxare tentaverit, vel pro parentela, seu pro qualibet conditione subjectionis, vel familiaritatem Pontificis hujus civitatis habere voluerit, Deo vobis inspirante, ex nostro permisso, in hac parte cum reverentia et gravitate resistite, et hoc fieri nulla ratione permittite : sed secundum sacra sanctissimi Papæ urbis Romæ adjutoria, vos auxiliante Domino munire in omnibus studete. Præcipue tamen de infrascripta recapitulatione, quam manu mea scripsi, contestor ut nihil penitus immutatur. Quæcumque enim Abbatissa, aut quælibet Præposita, aliquid contra sanctæ regulæ institutionem facere tentaverint, noverint se mecum ante tribunal Christi caussam esse dicturas.

Contumaces coercendæ

65 Et si forte, quod Deus non patiatur fieri, aliqua de filiabus nostris tam pertinax animo, quæ hujus regulæ recapitulationem salubriter, et secundum institutionem sanctorum Patrum scriptam implere contemnat, a sanctæ congregationis vestræ conventu eam accensæ zelo sancti Spiritus removete : et tam diu in cella salutatoria sit remota, quamdiu dignam pœnitentiam agens, humiliter veniam petat; et donec ad regulæ instituta se corrigat, intus non regrediatur. Hoc ideo dicimus, quia timendum est, ne dum unius negligentia palpatur, et secundum regulam non corrigitur, aliæ quæ proficere poterant, vitientur. Sed credimus de Dei misericordia, quod dum sancte et spiritaliter agitis, et eas quæ negligentes sunt cum vera caritate corripitis, feliciter ac pariter ad æterna præmia veniatis, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium in secula seculorum, Amen.

§ XI. *Psalmodiæ et jejuniorum ratio.*

Ordo psallendi.

Cum Dei adjutorio psallite sapienter. Ordinem etiam quomodo psallere debeatis, ex maxima parte secundum regulam monasterii *a* Lyrinensis, in hoc libello indicavimus inserendum. In primo die Paschæ ad Tertiam psalmi duodecim cum alleluiaticis suis et antiphonis; tres dicantur lectiones, una de Actibus Apostolorum, alia de Apocalypsi, et de Evangelio tertia, hymnus : Jam surgit hora tertia. Ad Sextam psalmi sex cum antiphona, hymnus : Jam sexta sensim volvitur; et lectiones. Ad Nonam similiter dici debent psalmi sex, cum antiphona, hymnus : Ter hora trina volvitur. Lectio, et capitellum. Ad lucernarium directaneus brevis; et antiphonæ tres. Hymnus : Hic est dies verus Dei; quem hymnum totum Pascha, et ad matutinos, et ad vesperam psallere debetis; et ad duodecimam imprimis : Sol cognovit occasum suum : et psalmi decem et octo dicantur; antiphonæ tres, et hymnus : Christe precamur annue. Dei alia ad duodecimam, Christe qui lux es et dies, hymnus dicatur. Et sic omni tempore vicibus isti duo hymni dicantur. Lectiones ad ipsam Paschalem duodecimam duæ, una Apostoli, alia Evangeliorum de resurrectione dicantur. Ad nocturnos psallantur psalmi decem et octo antiphonæ minores cum alleluiaticis suis, et lectiones duæ, hymnus, et capitellum. Hoc ordine toti septem dies sunt celebrandi. Post pascha vero ipsi nocturni dicendi sunt usque ad kalendas Octobris, et usque kalendas Augusti sexta feria tantum et Dominica vigilentur. Post Pascha vero usque ad Pentecosten sexta feria semel reficiendum est. Et post duodecimam sex missæ futuræ sunt, hoc est lectiones decem et octo memoriter dicendæ sunt; et post psalm decem et octo, antiphonæ tres. Post nocturnos vero missæ tres ad librum fieri debent usque ad lucem.

Modus jejuniorum

67 Jejunium a Pentecoste usque ad kalendas Septembris. Ab hinc eligite quomodo debeatis jejunare, id est, quomodo virtutem vel possibilitatem viderit Mater monasterii, sic studeat temperare. A kalendis Septembris usque ad kalend. Novembris secunda, et quarta, et sexta feria jejunandum est : a kalendis vero Novembris usque ad natalem Domini, exceptis festivitatibus vel *b* Sabbatho, omnibus diebus jejunare oportet. Ante Epiphaniam jejunandum est septem diebus. Ab Epiphania vero usque ad anteriorem hebdomadam Quadragesimæ, secunda, quarta, et sexta feria jejunandum est.

De officio divino

68 Natalis Domini et Epiphania ab hora tertia noctis usque ad lucem vigilandum est, ita ut ante nocturnos Missæ sex de Prophetia Isaiæ. Et post nocturnos Missæ sex de Evangelio dicantur. In Epiphania ante nocturnos Missæ sex de Daniele fiant : post nocturnos de Evangeliis Missæ sex. Quotidianis vero diebus ad Tertiam, Sextam, Nonam, seni psalmi cum antiphonis, hymnis, lectionibus, vel capitellis

 suis

AUCTORE S. CÆSARIO, EX MSS.

suis dicantur. Dominica vero die vel Sabbathorum, ad Tertiam psalmi sex; post quos lectiones tres, una de Prophetis, alia de Apostolo, tertia ex Evangeliis; et post ipsas lectiones psalmi sex, antiphona una, hymnus, et capitellum. Cunctis diebus festis ad Duodecimam psalmi qui ad Tertiam dicendi sunt, antiphonæ tres jungantur, Lectiones vero de re, hoc est de ipsa festivitate dicantur.

69 A Kalendis Octobris usque ad Pascha addite secundos nocturnos, id est psalmos decem et octo; Lectiones duas, et hymnum. Ad primos nocturnos, in primo dicite : Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, in fine : Rex æterne Domine. A secundo nocturno : Magna, et mirabilia. Alia nocte ad primum nocturnum dicendum est : Mediæ noctis tempus est. At secundum : Æterne rerum conditor. Ad secundos nocturnos imprimis incipite : Miserere mei Deus, miserere mei. Post nocturnos legantur orationes tres; psallantur Antiphona, et Responsus, et alia antiphona. Post hoc usque ad lucem impleantur Missæ quatuor. Si fieri potest numquam minuantur, numquam maturius, numquam tardius excitentur. Post hoc matutinales Canonici dicantur, privatis diebus cum antiphonis, festis vero diebus cum alleluia psallantur. Omni Dominica sex Missæ fiant, postea matutinæ fiant. Imprimis dicite directaneum parvulum, Confitemini, cum Antiphona, Cantemus Domino, et omnes matutinarii cum alleluiis dicantur. Sabbatho enim et omnibus diebus festis vigiliæ celebrentur. In solemnitatibus vero ipsis impletis matutinis, et hymnum dicant, Te Deum Laudamus. In exteriore oratorio procedendum est, et dicendus est directaneus parvulus, post hoc canticum : Cantemus Domino, deinde benedictio trium puerorum, post benedictionem, hymnus : Gloria in excelsis Deo. Deinde dicenda est Prima cum psalmis sex, et hymnus : Fulgentis auctor ætheris. Lectiones duæ, una de veteri, alia de novo testamento, et capitellum. Hoc modo Dominica vel Sabbatho, et majoribus festivitatibus fieri debet. Ad vesperam simili modo in exteriori oratorio directaneus parvulus dicatur, et Antiphonæ tres, Hymnus una die : Deus qui certis legibus, altera die, Deus creator omnium. Omnibus vero diebus Dominicis, ad vigilias Evangelia legantur, sed semper in prima Missa una resurrectio legatur, altera Dominica, altera resurrectio, sic et tertia, sicque quarta. Et dum illa prima Missa in resurrectione legitur, et semper in prima Missa una resurrectio legitur, nemo sedere præsumat. Postea vero in illis quinque Missis quæ sequuntur, omnes secundum consuetudinem sedeant. Quando festivitates Martyrum celebrantur, prima Missa de Evangeliis legatur, reliquæ de passionibus Martyrum. Privatis vero diebus in vigiliis ordine suo libri novi vel veteris Testamenti legantur. In hyeme omni die post nocturnos tres Missæ fiant. Ante omnia ipsa lectio in vigiliis ita temperanda est, ut et desiderari et semper augere..... Et ideo per singulas orationes binæ, aut certe non amplius ternæ paginæ relegantur. Si vero evenerit ut tardius ad vigilias consurgant, singulas paginas, aut quantum Abbatissæ visum fuerit, legant : in cujus potestate erit, ut quando signum fecerit, qui legit sine mora consurgat, ut canonicus Missarum numerus possit impleri. Pro qua re ipsæ vigiliæ sic temperentur, ut quæ sanæ sunt post vigilias somno non opprimantur. Omni tempore post matutinos usque ad secundam horam legant, postea vero faciant opera sua.

Vigiliæ apud mortuas.

70 Quando aliqua defuncta fuerit, paucæ sorores illam vigilent, usque ad mediam noctem, et legatur Apostolus. Post mediam vero noctem illæ quæ vigilaverunt usque ad matutinos requiescant, et reliquæ vigilantes unam Missam faciant de Evangeliis, reliquas de Apostolo. Et hoc si aliqua senior de hac luce migraverit. Si vero junior fuerit, de Apostolo fiant Missæ usque ad matutinos. Ante omnia studendum est, ut cum aliqua de sororibus defuncta fuerit, sancto Episcopo in notitiam deponatur, ut ipse eam usque ad basilicam, ubi ponenda est, psallendo pro sancta devotione deducat, et Clerici de Sancta Maria.

a *De* Lirino *plenius agemus* XVI *Januarii in vita* S. Honorati *Fuerat isthic monachus* Cæsarius.

b *Cur olim* Sabbathi jejunium *vetitum in Ecclesia fuerit, ac deinde permissum, erudite ut cetera disputat Baronius tom.* 1, *ad an.* 57, *num.* 202 *et* 203

§ XII. *Ordo convivii. Epilogus.*

Ordinem etiam convivii huic regulæ inserendum esse credimus. Ciborum omnibus diebus in jejunio tria, in prandio bina tantummodo præparentur. In festivitatibus majoribus ad prandium, et ad cœnam fercula addantur, et recentes *a* de dulciamina addendæ sunt. Quotidianis vero diebus in æstate ad prandium binos caldellos accipiant. Ad cœnam vero bini caldelli sufficiunt. Juniores vero ad cœnam, et ad refectionem binos accipiant. Pulli vero infirmis tantummodo præbeantur : nam in congregatione numquam ministrentur. Carnes vero a nulla unquam penitus in cibo sumantur, nisi forte aliqua in desperata infirmitate fuerit, jubente et providente Abbatissa accipiat.

Convivii ratio — *a*

Rogat S. Cæsarius ut pro se et suis Matribus orent moniales

72 Vos tamen piissimæ sorores coram Domino Deo nostro obtestor et deprecor, ut humilitati meæ, vel sanctarum Matrum vestrarum, id est, institutoribus monasterii, et regulæ conditoribus, hanc in perpetuum gratiam referatis, ut pro nobis diebus ac noctibus intercessio vestræ caritatis invigilet, et publica oratione, vel in diurnis solemnitatibus, vel in nocturnis excubiis deprecatio vestræ sanctitatis obtineat, ut ascendens ante conspectum Domini petitio vestra dignum vel me Ecclesiæ suæ Pontificem, vel illas sanctæ congregationi vestræ constituat et concedat esse præpositas; et cum ante tribunal illius cœperimus creditori talentorum reddere rationem, si quæ sunt culpæ vel negligentiæ, sive meæ circa curam Ecclesiæ, sive Matrum vestrarum erga sibi creditarum, intercessu vestro Dominus nobis remittere, et culparum vulnera remissionis medicina sanare dignetur, quia nec emendantur culpæ, nisi Sanctorum orationibus ille remiserit, nec remittit nisi fuerint emendatæ.

Ostia a se obstructa vetat aperiri

73 Et quia propter custodiam monasterii aliqua ostia, sive in veteri baptisterio, sive in schola, vel in textrino, vel in turre juxta pomerium, clausi atque damnavi; nullus illa unquam sub qualibet utilitatis specie aperire præsumat, sed liceat sanctæ congregationi resistere, et, quod fame vel quieti suæ incongruum esse cognoscunt, fieri non permittant.

a *Ita* MS. *videtur sensus hiulcus.*

Cæsarius peccator regulam hanc sanctarum virginum relegi, ac subscripsi, notavi sub die x kalendas Julii.

APPROBATIO EJUSDEM REGULÆ.

Paulinus Dilectissimo Fratri Cæsario *a* Hormisda. Exulto in Domino, dilectissime frater, et indesinenter exulto, ita apud te religiosæ studium vigere reverentiæ, ut indefessæ sollicitudinis continuatione pervigiles, quatenus in Ecclesia Dei quidquid ad cultum ejus pertinet, *b* novis quoque profectibus augeatur : et de cetero non aliquid satis officio putes, nisi semper adjunxeris. Est tibi fideli cura specialis infixus propositus : et unde amabilis Deo Propheta cum diceret : Ego semper in te speravi Domine, devotionem hanc sibi non credens suffecisse, subjunxit : et adjiciam super omnem laudem tuam. Amor verus non est solitus esse contentus obsequiis et defectum sui caritas

a

b *S. Cæsarii zelus ab Hormisda laudatus*

Psal. 70. 14.

caritas putat, nisi fervor dilectionis exæstuet. Videat licet inhærentem præcordiis fidem, ut secretorum speculator et cognitor, Deus non tamen dispensationem suam patitur occuli, aut thesaurum suum citra incrementum celari: jubet cultores suos arcanam reverentiam in aperto producere, et laudem suam personanti exultatione cantare. Hæc ideo, quia in Arelatensi Ecclesia, super Clericorum et monachorum excubias consuetas, puellarum quoque Dei noviter choros instituisse te, directis litteris indicasti, poscens ut in præfato puellarum monasterio a te nuper condito nullam potestatem *c* successores quandoque tui habere penitus permittantur; quatenus sacratæ Deo virgines ab omni inquietudine vel molestia absolutæ, omnipotenti Deo liberis mentibus valeant jugiter famulari.

Petit a Pontifice sui monasterii libertatem confirmari

2 Digna providentia sacerdotalibus institutis, ad pudicitiam decantandam Deo corda compungere, et sacro cultui de illis seminibus mysticis fructum virginitatis offerre. Hoc esse summum votum suum in illis voluminibus sacris declaravit Apostolus dicens: Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Quamobrem petitionibus fraternitatis tuæ libentissime annuentes, Apostolica auctoritate firmamus atque decernimus, ut nullus Episcoporum, successorum quoque tuorum, in antedicto monasterio audeat sibi potestatem aliquam penitus vindicare, nisi tantum pro Dei intuitu, pastoralem sollicitudinem gerens, familiam Christi Domini ibidem positam, congruis quibusque temporibus (juxta quod condecet) sincero animo cum suis *b* Clericis studeat visitare. Tum deinde æquum est, ut parili devotione uterque sexus locis sibi congruis consistens, Dei gloriam concinat, sicut stabili atque plenissima fide uterque spem redemptionis exspectat.

2 Cor. 11. 2

Confirmat Pontifex

3 Quod autem venditionem ad dilectionem tuam, *d* donationemque in monasterio earumdem puellarum Dei ante factam, nostra postulas auctoritate roborari, sperans, ut Ecclesiasticorum alienatio prædiorum non præsumatur in posterum, nostris interdicta decretis; probamus propositum tuum, et desiderium in tantum fatemur esse laudabile, ut gaudeamus, vobis quoque eadem non licere. Sed non oportuit distrahi, quod Ecclesiæ servituris de Ecclesiæ substantia ratio suadebat prorsus emptione concedi: boni operis fructum decet esset gratuitum. Exspectanda est recti studii merces potius quam petenda, ne per utilitatem venditionis imminuatur remuneratio caritatis. Confirmamus tamen circa monasterium virginum a vobis vel venditum, vel donatum, et sub eadem via alienationem Ecclesiasticorum prædiorum decretis præsentibus exhibemus, quod per Sacerdotes omnes ad caritatis vestræ diœcesim pertinentes, sub vestra dispositione perferte: æquum est enim ut quæ salubriter ordinantur generaliter obediant. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Confirmat et venditiones, donationesque

e Marcellus Episcopus relegi et consensi.
Joannes consensi et subscripsi.
Severus consensi et subscripsi.
f Cyprianus relegi et consensi.
Contumeliosus Episcopus relegi et consensi.
Montanus Episcopus relegi et consensi.
Petrus in Christi nomine relegi et consensi

a *Non dubium quin hic sit* S. Hormisdæ Papæ, *de quo vide Augusti. Is anno* 514. Symmacho *successit, obiit an.* 523.

b Ms. *habebat* nobis.

c *Ipse in suo testamento* S. Cæsarius (*tom.* 6 *Annalium Baronii an.* 508,) *fatetur* Papæ Urbicani auctoritate *hæc sancita*.

d *In eodem testamento enumerat quæ a se erant illi cœnobio donata*.

e *Est hic fortassis* Saniciensis Episcopus, *qui concilio* Agathensi 2, *subscriptus reperitur an.* 506.

f *Regensis hic Episcopus fuit, subscripsitque concilio Arelatensi IV, anno* 524, *Carpentoratensi an.* 527, *Vasensi* 2, *an.* 529, *etc.*

Incipiunt orationes supra defunctæ corpus; hoc est, quando migrat soror de corpore.

Ex Mss.

Pio recordationis affectu, fratres karissimi, memorationem faciamus caræ nostræ ill. quam Dominus de tentationibus hujus seculi assumpsit, obsecrantes misericordiam Dei nostri, ut ipse tribuere dignetur placitam et quietam mansionem, omnes lubricæ temeritatis offensas, ut concessa venia plenæ indulgentiæ, quidquid in hoc seculo proprius error attulit, totum ineffabili pietate ac benignitate sua compenset. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium suum.

Item alia.

Te Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, supplices deprecamur pro spiritu famulæ tuæ ill. quam de voraginibus hujus seculi ad te accersire præcepisti; ut digneris Domine dare ei locum refrigerii et quietis, liceat ei transire portas infernorum, et vias tenebrarum, maneatque in mansionibus Sanctorum, et in luce sancta, quam olim Abrahæ promisisti et semini ejus. Nullam læsionem sustineat spiritus ejus, sed cum magnus dies ille resurrectionis ac regenerationis advenerit, resuscitare eam digneris, Domine, una cum Sanctis et electis tuis. Deleas ei delicta atque peccata usque ad novissimum quadrantem, tecumque immortalitatis vitam, et regnum consequatur æternum. Per Dominum nostrum, qui venturus est, *etc.*

Supra sepulchrum, quando sepelitur.

Debitum humani corporis sepeliendi officium, fidelium more, complentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpusculum a nobis in infirmitate sepultum, in virtute et ordine Sanctorum resuscitet; et ejus spiritum sanctis ac fidelibus jubeat aggregari: cuique in judicio misericordiam tribuat, quamque morte redemptam, debitis solutam, Patri reconciliatam, boni Pastoris humeris reportatam, Spiritu sancto protectam, in comitatu æterni Regis perenni gaudio, et Sanctorum consortio perfrui concedat. Qui vivit et regnat:

Item alia.

Omnipotens æterne Deus, qui humano corpori a teipso animam inspirare dignatus es, dum te jubente pulvis pulveri redditur, tui sane imaginem tuam Sanctis et electis, una cum Angelis et Archangelis jubeas sociari.

Item alia.

Præsta Domine Jesu Christe, defunctæ famulæ tuæ ill. remissionem ac solatium, ut quæ hodie destitutam se terrenis opibus cernit, nunc ad mirabilem splendorem læta Sanctorum consortio et requie glorietur. Per Dominum nostrum.

Item alia.

Commendamus tibi, Domine, animam sororis nostræ ill. ut propter quam ad terras tua pietate descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Migranti in tuo nomine de hac mobilitate incerta, sempiternam illam vitam atque lætitiam in cælestibus præsta Domine. Qui vivis et regnas Deus in secula seculorum. Amen.

DE SANCTO VICTORIANO

ABBATE IN HISPANIA.

An. Chr. dlx. XII Januarii. *S. Victoriani natalis,*

Osca *Ilergetum in citeriori Hispania antiqua urbs ac celebris,* S. Victorianum *Abbatem solenni cultu hoc die veneratur, quod Petro I, Aragoniæ Regi opem tulisse cælitus in ea urbe a Maurorum servitute vindicanda credatur.* Victorinum *quidam appellant. Ita Wion :* In Hispania S. Victorini Abbatis, *monet in Notis fuisse* Abbatem Cæsaraugustanum. *Eumdem refert Dorganius, et Menardus in Martyrologio Benedictino. Ast Antonius Yepes centur.* 1, *ad an.* 537, *cap.* 1, *negat Benedictini instituti fuisse, si quidem vera sint quæ a Zurita aliisque scriptoribus Hispanis de ejus monasterii origine traduntur; a Giselaico nimirum constructum aliquanto ante ipsius ordinis Benedictini ortum. Verum et prius quam in Hispaniam veniret* Victorianus, *id aiunt ædificatum, et potuit regulam S. Benedicti sibi suisque jam ævo maturus adsciscere, (quod et de S.* Romano *tradunt) cum annis circiter viginti S. Benedicto supervixerit. Ferrarius in generali catalogo SS.* Apud Cæsaraugustam in Hispania S. Victoriani primi Abbatis Asanensis. *Idem iterum* xix *Januarii :* Apud Oscam in Hispania S. Victoriani Abbatis. *Joannes Marietta lib.* 22, *ad eumdem* xix *Januarii diem illum revocat.*

professio,

vita

2 *Vitam* S. Victoriani *Hispanice scripsit e veteribus monumentis Franciscus Didacus de Aynsa-et-Yriarte Antiquitatum Oscanar. lib.* 2, *cap.* 38, 39, 40. *Meminerunt ejusdem Sancti, Rodericus Archiepiscopus Toletanus lib.* 6, *cap.* 1. *Joannes Mariana noster lib.* 10, *cap.* 2. *Zurita lib.* 1, *cap.* 32, *et quotquot Alcoracense prælium commemorant.*

Victoria Alcoracensis, patrocinio S. Victoriani obtenta.

3 *Operæ pretium fuerit Marianæ narrationem hic dare :* Oscensis obsidio, *inquit, (occubuerat ea inchoata Rex Sanctius Petri parens pridie Nonas Junii an.* 1094) diuturna fuit atque semestris, ut quidam affirmant, alii ultra biennium productam fuisse contendunt. Obsessi fatigati omnibus malis, et ad supremam annonæ difficultatem redacti, Almosabenum Cæsaraugustæ Regem auxilio evocant, Garsiam Cabræ Comitem, et Gonsalvum virum principem : nam, in ea temporum fæce morumque labe, Christianos Mauris opitulari adversus Christianos religio non erat. Gonsalvus non venit, misit tamen validam suorum manum : affuit Garsias. Rex Maurus supremo conatu infinitam multitudinem Maurorum sub signis habebat. Cum his copiis Cæsaraugusta movent. Adducta erat res in maximum periculum, et extremum pene discrimen. Garsias ipse, sive syncero animo, sive benevolentiæ simulatione, Petrum monet, nisi res perditas vellet, quamprimum rediret in patriam. Vicit tamen honesti respectus, et sacramenti religio, quo se fratres patri morienti obstrinxerant, nisi capta urbe non cessaturos. Urbi vicina planities protenditur, cui Alcoratio nomen est, hujus prælii eventu maxime nobilis. In ea planitie universi certaminis aleam subire constituunt, freti numine, cujus propitiandi caussa corpus D. Victoriani in castra delatum erat. Concubia præterea nocte oblata Regi species augustior humana, monentis, ut prælium magno animo invaderet, de victoria certus.

Reliquiæ ejus ad castra delatæ.

Pugna.

4 In primo agmine Alphonsus curabat, in postremo Rex ipse, mediam aciem Lisana et Bacalla viri nobilissimi regebant : equites in fronte erant; ab his pugna cœpit. Mox legionum signa invecta adversus Barbaros, qui sua multitudine subjectos campos et vicinas valles compleverant. Acerrima pugna fuit, nulla eo seculo neque major periculo, neque felicior eventu. Gemitus cadentium, clamor pugnantium, fragor armorum, nihil præterea exaudiebatur. Ex urbe viros et feminas, uti Maurorum res erant, modo lætos, modo pavidos considerare fas erat. In noctem pugna producta, haud satis intelligebatur, utra pars meliora tulisset : nostri caussa, virtute, et scientia pugnandi; hostis superabat numero. In armis usque ad sequentem lucem perstitum : tanta erat cupiditas instaurandi pugnam, tantus instantis periculi metus piorum animos occupabat. Cum cognitum esset Mauros deseruisse castra, Almosabenum contenta fuga Cæsaraugustam petere, fugientibus insistunt : cædendi finem satietas, et defatigatio attulit. In pugna fugaque hostes quadraginta millia cæsi; ex nostris vix mille desiderati, pauci quidem, minorque pro tanta victoria numerus, neque ii genere aut laude bellica præstantes. Garsias Comes a nostris captus. Secundum pugnam lecta spolia. Campi cadaveribus strati, arma, tela, vestes, equi jacebant, corpora nondum plane extincta, trunci artus, perfossa ferro pectora, terra perfusa, inundansque sanguine. Quidam D. Georgium inter utrasque acies visum, ejusque præsidio victoriam partam aiunt.

Clades Saracenorum.

Quo die contigerit.

5 *Zurita idem de S. Georgio ex aliis monumentis confirmat, aitque ejus honori ipso pugnæ loco a Rege ædem erectam : commissam vero pugnam* xviii *Novembris, feria* iv, *non, ut vulgo traditur,* xxv *Novembris. At* xviii *Novemb. an.* 1094. *incidit in Sabbatum,* 1095, *in Dominicam,* 1096, *in feriam* iii. *Quo horum annorum contigerit, non satis inter auctores convenit. De* xxv *die eadem est difficultas. Idem Zurita, Rodericum Toletanum secutus,* S. Victorianum *Martyrem vocat. Coluntur quidem aliquot* Victoriani *Martyres, ast huc non pertinent.*

VITA

A FRANC. DIDACO DE AYNSA-Y-YRIARTE

Hispanice scripta.

PRÆFATIO AUCTORIS.

Gloriosum Abbatem Victorianum religiose cumprimis veneratur civitas et diœcesis Oscana, quod ejus præcipue patrocinio a crudelissima Maurorum sit persecutione liberata. Nam *a* Sanctius Rex, ejusque filius Petrus, cum urbem hanc premerent obsidione, sacras sancti hujus viri exuvias arcæ inclusas ad castra deportari curarunt, non vanum, ut recte existimabant, ad victoriam momentum habituras : vel in hoc victoriosi Ducis Josue (pietatem imitati, qui quo Jericho urbe potiretur, arcam testamenti divino monitu jussit circum mœnia deferri, quæ ad ejus præsentiam vi quadam arcana convulsa corruerunt, ac cives cum Rege internecione deleti sunt. Certum quoque Petro, Regi inclyto, a S. Victoriani corpore castris illato victoriæ omen, et præsidium fuit : Nam Oscam urbem feliciter expugnavit, *b* quatuor Reges Mauros cepit, atque interemit, ut alibi fusius narratum est a nobis. In gratiarum igitur actionem Ecclesia et diœcesis Oscana festo duplici S. Victoriani memoriam celebrat. Solebant vero duo de Magistratibus, quos Juratos vocant, cum aliis civibus, quotannis eo die in monasterio Montaragonii, ubi ejus reliquiæ asservantur, sacris interesse. Nunc, propter nescio quas præeminentiæ contentiones, non ipsi eo se conferunt Jurati, sed duos de minoribus Magistratibus eo ablegant, qui binas offerunt candelas ceræ candidæ, vicenas libras appendentes, easque in solemni supplicatione ipsi gestant, ac deinde ante Sancti sepulcrum statuunt.

a S. Victoriani patrocinio Osca recepta Josue 6.

b

Ejus ibi festum

2 Si

Pluvias impetrat.

2 Si quando aut sterilitas agros infestet, aut sterilitatem pluviæ penuria minetur, caput sancti viri ad ædem D. Virginis, de Salas dictam, deportant. Quoties vero id factum est, aut omnino in eum finem prolatum sancti viri corpus, semper immensa vis est imbrium consecuta. Quamobrem in veteri hujus diœcesis Breviario dicitur S. Victorianus esse veluti fons aquæ in tempore necessitatis.

Acta ejus

3 Difficile fuit ejus Acta colligere, a nemine tradita litteris. Nam cum in asperorum montium recessu degeret, seculo maxime incurio et negligente, multa sunt oblivione sepulta. Eorum tamen aliquam epitomen continent Oscanæ et *c* Ilerdensis diœceseon Breviaria; fusius descripta extant in proprio S. Victoriani monasterio, plenissime in monasterio Montaragonio, ubi ejus sacrum reconditum est corpus, vitaque in antiquo Breviario manu exarata in membrana, quam mihi *d* Abbas, qui ei cœnobio nunc præest, tradidit in Hispanicum sermonem accurate conversam.

a *Id plerique post* Sanctii *mortem a* Petro *curatum volunt, ipseque Aynsa lib* 1, *cap* 11, *ubi scribit, paucis annis ante* S. Victoriani *corpus fuisse a* Sanctio *thecæ argenteæ inclusum*

b *Hinc regni Aragoniæ insignia, crux rubea in scuto argenteo, et quatuor Maurorum capita, vitta ceu diademate redimita.*

c Ilerda, *vulgo* Lerida, *urbs est Episcopalis sub Archiepiscopo Tarraconensi*

Insignia Aragonia.

d *Joannes Briz Martinez, cujus extat insignis historia monasterii S. Joannis Rupensis, vel, ut alii vocant, Pinnatensis, vulgo de la Peña*

CAPUT I.

S. Victoriani ortus, institutio, virtutes.

Utile Sanctorum vitas scribere.

Res est sane illustris ac prope divina, gesta et virtutes Sanctorum aut declarare verbis ad eorum qui vivunt emolumentum, aut litteris ad memoriam profectumque posterorum consignare. Inde quippe honor et laus in eum amplissima redundat, cujus gratia tantos labores generose sustinuerunt, æternaque præmia sunt consecuti. Ad illud vero non Patrum duntaxat antiquorum, sed et ipsorum poetarum provocat exemplum. Quantam ii carminum varietate et elegantia, quanta copia et ubertate, Gentilium facinora et triumphos prosecuti sunt? Si enim illi vana humanæ laudis, tenuisque gloriolæ titillatione incitati, ea retulerunt, quæ vel gesta erant, vel geri certe potuerant, sed ita verbis ornata, ut non tantum gesta viderentur, sed vehementer legentium animos possent commovere; quanto potius nos oportet ea primum meditari, quæ ad Dei gloriam amplificandam pertinent, deinde quæ ad gesta Sanctorum illustranda, si non exquisita venustate verborum, at stylo certe humili et ad inflammandam pietatem accommodato; et quemadmodum Apostolus olim, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis? Quoniam vero hic materia redundat veritatis, nihil fabulis opus, ornatuque poetico neque id Deo, qui veritas est, placere potest, si mendaciis ejus exornemus opera. Ejus igitur ope fretus, qui aperit ora mutorum, et ex ore infantium et lactentium perficit laudem suam, vitam, acta, miracula S. Victoriani describere aggrediar : quo ex opere voveo, ut Christo Domino nostro honor et laus accrescat in omni loco, in piorum vero hominum animis vehementius cælestium rerum desiderium accendatur.

1 Cor 2 4

Psal 8 3

S. Victorianus Italus

5 Patriam habuit S. Victorianus Italiam, parentes genere illustres, multo tamen fidei ac virtutis laude illustriores. Ii filium, mox ut in lucem prodiit, continuo baptizandum curarunt. Tenera ætate eam præ se tulit morum honestatem, ut jam tum virum perfectum eum intuentes judicarent. Veluti Duci suo auctoratus miles ejusque mox honorario donandus, membra sua obtulit arma justitiæ in sanctificationem, atque ante certamen, rationem ejus modumque sedulo præmeditabatur. Eum Christus sibi jam tum eximium athletam præparabat, e seculi palæstra deinde ad spirituales cum dæmone hæresibusque congressus educendum. Ita studiis litterarum a primis annis erat deditus, vix ut se a Magistrorum conspectu avelli pateretur.

Pietate et litteris instituitur

Ex Hispanico Franc. Did. Aynsa.

Sacris litteris studet.

6 Cum humanioribus artibus esset excultus, quæ ceterarum aditum aperiunt scientiarum, fabulas poetarum, ceteraque profanæ eruditionis incantamenta repudians, considere ad Christi pedes cœpit, eique veluti doctori operam dare. Ex eo igitur cælestem ac salutarem doctrinam hausit in sacris reconditam voluminibus, in quorum lectionem assidue incumbebat. His in studiis tales in dies progressus faciebat, ut cum ætate morum gravitas, prudentia, judicii maturitas una crescerent. Nam virtutum ceterarum augmenta quid dicam? Ea litterarias progressiones non æquabant solum, verum etiam superabant. Quem non ille vigiliarum constantia, ciborum abstinentia, risus moderatione, carnis continentia, animi submissione, caritatis officiis superabat? Senes quoque quod in eo imitarentur habebant exemplum. Nemo illo in frequentandis divinis officiis ferventior, nemo in largiendis pro facultate eleemosynis liberalior. Mirabantur interea gestiebantque lætitia parentes illius, quod eum essent divino munere filium nacti, qui ceteris esset exemplum virtutis.

Floret virtutibus.

Vanam gloriam fugit

7 Cum his vacaret sanctus juvenis exercitationibus virtutum, ingenti omnibus esse cœpit admirationi, quippe qui in eo venerabilem senectutem contemplabantur, non annorum numero computatam, sed virtutum momentis æstimatam. Ergo passim omnium sermonibus celebrabatur. Quod ubi ille persensit, ingenti correptus est horrore, non secus ac qui lethiferum virus hausit. Metuebat videlicet ne assentatrices hominum linguæ ei virtutis meritum eriperent, cujus præmium a Deo solo expectabat, coronam justitiæ. Inde partim parentum facultatibus, partim aliena pietate collatis sumptibus, monasteria xenodochiaque ædificavit, eaque religiosis hominibus commisit : qui cum hospitium victumque præberent peregrinis, salutarem una monitionem verbo et exemplo iis, ceterisque mortalibus impenderent. Tandem de patria parentibusque deserendis agitare animo cœpit consilia, veritus ne seculi hujus felicitas a proposito fortasse virtutis juvenilem adhuc teneramque ætatem revocaret.

Monasteria et xenodochia ædificat

CAPUT II.

In Galliam, et Hispaniam peregrinatio.

Abit e patria.

Cum igitur recte secum statueret non posse se Christum perfecte sequi, nisi ejus amore omni se carnali affectu exueret; decrevit sanctus juvenis, cum aliquot ejusdem instituti sociis, ex Italia profugere. At vero gnarus non habere se hic manentem civitatem, quamdiu a cælesti patria exularet, ad illam aspirabat habitationem non manufactam, sed æternam in cælis. Transmissis festinato Alpibus in Galliam ingressus est, cujus incolas et prædicationis, et singularis exempli divino quodam splendore, mire ad omnium studium virtutum provocavit. Isthic vero, quoniam elongarat fugiens, eratque jam in solitudine, videbatur certam sibi libertatem securitatemque consecutus, quoniam nec caritas parentum, neque alia necessitudo eum a cœpto virtutis studio jam poterant avellere.

Heb 13 14.

Venit in Galliam

9 Cœpit igitur exteras quas apportarat merces distrahere, persuadendo lascivis honestatem, liberalitatem avaris, superbis humilitatem, iracundis mansuetudinem, dissidentibus pacem ac caritatem. Quoniam vero quod verbo hortabatur, exemplo multo validius inculcabat, maximum consequebatur suæ prædicationis fructum. Vir erat omnino sanctus, fide constans,

Omnes ad virtutem hortatur

Ex Hispanico Franc. Dio. Aynsa.

constans, spe firmus, ardens caritate, patientia invictus, in dandis consiliis prudens, affabilis, benevolus æqualibus, subditis benignus, corpore castus, vultu placidus, denique omnium ornatu virtutum conspicuus.

10 Vulgata ejus sanctitatis fama, magni ad eum fieri concursus, non vulgi solum, sed et nobilium; quorum alii corporis, alii animi salutem consequi optabant. Nam curationum singularem a Deo gratiam impetrarat. Ergo servus bonus, et fidelis dispensator *Miraculis claret.* creditorum sibi bonorum, lac parvulis, robustioribus ac perfectis solidiorem cibum dabat in tempore, arguens, obsecrans, increpans : ac suis precibus varias depellens ægritudines. Certus demum majoribus laboribus ampliorem tribuendam a Deo mercedem, in variis Galliæ provinciis multa ædificavit monasteria, *Monasteria construit.* magnam Deo famulantium multitudinem congregans; atque, ut bonus pastor ac pater, cum cura pastorali paternam conjungens pietatem, omnes assidue hortabatur, ut indefessis virtutum gressibus ad religionis fastigium eniterentur. Ita vero hæreticorum usum *Hæreticos devitat.* familiaritatemque execrabatur, ut secundum Apostolum post unam et secundam correptionem eos omnino devitaret, satis id habens perspectum, nullam esse societatem luci ad tenebras, nullam conventionem Christo ad Belial. *Tit. 3. 10. 2. Cor 6 14 et 15*

11 Cum per universam Galliam late ejus fama spargeretur, omnesque vel Victoriani audito nomine, *Discedit e Gallia* spiritali quodam sensu lætitiæ exultarent; timere cœpit ne quid animo suo paullatim a populari laudatione inanis gloriosæ surreperet. Rursus igitur demigrare inde constituit. Ac quemadmodum dilectus *Cant 2* similis capreæ, hinnuloque cervorum fugit supra montes aromatum, ita vir Dei cor erexit suum ut exaltaretur Deus; atque importunum devitans hominum concursum, illius dumtaxat societatem expetiit, cujus læva sub capite ejus, et dextera cujus amplexabatur eum. Regnabat tunc in Italia Theodoricus, qui cum tutor esset Amalarici nepotis sui admodum adolescentis, *a* Hispaniam quoque ejus nomine administrabat, *b* Consulibus Romanis Boetio et Symmacho. Generoso igitur humilitatis pede, omnem mundi superbiam proculcavit Victorianus, Christi exemplo, *Joan 6 15.* qui cum venturi essent homines, ut facerent eum Regem, fugit seque iis subduxit. Victorianus certe cum magna apud Gallos floreret opinione sanctitatis, omnesque eum quovis honore ornandum et dignitate proclamarent; fallaci humanæ laudis illecebræ se subducens, omnibus quæ ædificarat monasteriis, insigni prudentia et virtute viros præfecit, assumptisque aliquot novæ perigrinationis comitibus in Hispaniam venit. *In Hispaniam venit* Quacunque vero iter agebat, exemplo ac verbo omnes ad studium virtutis pertrahebat. Currebat enim non quasi in incertum, nec tamquam aerem verberans, sed destinatum persequebatur; ad bravium supernæ vocationis Dei. Certans itaque viriliter atque indefesse cum hoste, omnes ad similem conflictum spiritualem animabat. Superatis tandem Pyrenæis in Hispaniam intravit, regnante ut dictum est, Amalarico sub Theodorici tutela, rem Romanam administrantibus prædictis Consulibus; anno Christi *c*.....

12 Cumque locum rerum divinarum meditationi *In aspera rupe degit.* aptum reperisset, in latere asperi montis situm, cujus adeo difficilis erat ascensus, vix ut eum capræ ipsæ silvestres possent superare, reliquam deinceps isthic agere ætatem instituit. Hic spelunca non incommodam habitationem præbebat, quam irrigabat aquæ limpidissimæ rivulus ex ipso montis cacumine scaturiens. Haud procul inde vicus erat cui Asanio nomen, juxta quem ædificatum a *d* Gesaleico Gotho, Rege Hispaniæ, sumptu magnifico monasterium, prædiis, villis, reditibus dotatum, ac magnifico templo S. Martini Turonensis honori consecrato ornatum.

13 In ea specu vitam solitariam magna cum pietate *Ejus virtus.* egit Victorianus, mundi voluptates ac commoda contemnens. Alimentum illi vile et modicum, idque aut manuum opere comparatum, aut eleemosynæ nomine a vicinis ultro oblatum. Offerebat se Deo cum sincero animi dolore, veraque cordis compunctione, cum *pietatis lacrymæ* humilitate spiritus, et carnis mortificatione, solum gemino lacrymarum imbre perfundens, altero nempe præteritam vitam abluens, quam veluti pulverem pedibus conculcabat; altero ex rerum cælestium sancta contemplatione expresso Christi rigans pedes. Qua reverentia ac pietate sacerdotale munus exequeretur, *Missæ sacrificium,* indicio erant lacrymæ, quas ubertim profundebat cum ad altare accederet, revolvens animo et æterni Patris erga hominum genus pietatem, et Filii ejus mortem, unde cælesti quodam incendio correptus ipse se victimam faciebat. Erexerat ad latus speluncæ sacellum S. Michaelis nomine dicatum. In hoc *assidua precatio.* quo magis erat ab omni mundi strepitu remotum, hoc frequentius ac ferventius coram inenarrabili illo divinæ pietatis Sacramento vota fundebat, totiusque salutem Ecclesiæ Deo commendabat : atque in hac sancta exercitatione totum pene diem insumebat.

14 Non diu potuit in angusto specu abscondi civitas in sublimi posita, neque lucerna sancti Spiritus *Discipuli* igne succensa. Illico ad eum ex finitimis villis, pagis, oppidis confluere cœperunt plurimi, etiam genere ac dignitate illustres, ab eo salutares pietatis præceptiones hausturi : quos benigno sermone instruebat, replebatque ingenti suæ prudentiæ admiratione. Explicari verbis non potest, quot ille cœcis visum, vires *miracula* paralyticis, surdis auditum reddiderit : quam multos febrium ardore levarit vel solo jussu quandoque : ex quot energumenis dæmonem fugarit.

a *Annis 15 Hispaniam administravit* Theodoricus, *ab anno Christi 511, usque ad 526. ut videre est in Chronico Lucæ Tudensis.*

b *Fuerunt hi simul Consules an.* 522.

c *Habebat Aynsa, 412, mendum longe fœdissimum . sed non dubium quin librarii incuria*

d *Is Alarici ex concubina filius, eo a* Clodoveo *Francorum Rege anno 507, victo et interempto, Gothorum regnum invasit. tenuitque infeliciter et ignave annis 4, pulsus tandem a* Theodorico.

CAPUT III.

Monasterium Assanense. Victoriani discipuli.

Postquam ejus paullatim per Hispanias nominis *Descendit in plana.* vulgata est fama, tanta certatim advolavit omnis sexus, ætatis, ordinis, multitudo, aut corporibus aut animis medicinam implorans, ut nihil loco illo ante deserto esset frequentius. Convenerunt deinde ad eum cum ingenti plebeiorum hominum comitatu viri nobiles, atque ad ejus pedes prostrati rogare eum suppliciter cœperunt, in plana commigrare dignaretur, quod istius rupis difficilior esset accessus : ipsius igitur Christi sequeretur exemplum, qui turbæ se sequentis misertus descendit de monte in campestrem locum : ut demum majorem duceret publicæ utilitatis, quam suorum commodorum rationem. His tandem victus precibus, ut prodesset pluribus, etsi invitus, ex antro illo in planiora descendit. *Luc 6. 17*

16 Data illi primum ab iisdem migrationis hujus auctoribus possessio non admodum ampla, perpetuo jure ad posteros transmittenda, cui Arrasate nomen, juxta flumen *a* Cinga, qui per montium angustias rapido impetu decurrens, tandem aliis sibi rivis adjunctis in Iberum influit. Hic Victorianus cellas ædificare, sibi ac sociis singulas. *Monasterium ædificat* Porro tantus erat ad eum populi concursus, ut examen apum ad alveare provolantium videretur : tantum erat erga eum omnium studium, ut quasi patrem reverentur, et vere pater erat; tantam ducebat salutis eorum curam. Innotuit nomen ejus non magnatibus tantum, sed et Regibus ipsis.

17 Successerat Theodorico Amalaricus nepos ejus. *Theudes Rex eum visit b* Sed et hic quinquennio post e vivis *b* abiit, regno gloriosissimo,

c riosissimo ac *c* Christianissimo Regi Theudi relicto. Hic, ut Ecclesiasticæ propagandæ dignitatis ac pietatis erat studiosissimus, sæpe Sanctum visebat Victorianum, avide ejus audiebat monita, sequebatur consilia. Ei varia quærenti illud plerumque respondebat Victorianus, ut meminisset Prophetici oraculi : Honor Regis judicium diligit; quasi præcipuus Regis honor in eo situs sit, ut justitiam diligat, atque observet : utque ita temporalis regni administrationem disponeret, ne corona privaretur cælesti. Suadebat præterea Regi ut in ferendis decretis ita se Regem esse meminisset, ut et mortalem esse non oblivisceretur : neu se quod Rex esset nimium efferret, ne supremus ille Rex ob superbiam eum in profundum deturbaret.

ab eo instruitur. — Psal. 98. 4.

18 Cum hæc tam prudenter suadentem Rex audiret, cerneretque in eo elucentem gratiam Spiritus sancti, statuit ad totius utilitatem Ecclesiæ ad majorem eum promovere dignitatem. Quod cum viro sancto suboluisset, omni conatu obstitit. Cum enim in quiete vitæ monasticæ gustasset quam suavis sit Dominus, nolebat ad Ægyptias carnium ollas reverti, et quam in Deo spem habebat, in incerto divitiarum collocare. Qui in monasterio Assanensi versabantur ascetæ, Regem obtestati sunt, sibi ut Victorianum Præfectum ac virtutis magistrum daret. Quo audito Rex, etsi alioqui majori illum ornare dignitate constituerat, motus tamen humili et religiosa eorum supplicatione, illum iis patrem, pastorem, doctorem dedit. Unanimi ergo religiosorum consensu, Cleri suffragio, acclamatione populi, Regis auctoritate, gubernacula illius cœnobii capessivit.

Victorianus dignitates recusat. — *Fit Abbas Assanensis.*

19 Eo munere suscepto strenue vigilabat super commisso sibi grege. Quidam e monachis foris vitam solitariam degebant in diversis oratoriis cellisque : eos ad cœnobium revocavit, certamque iis vivendi regulam ac normam præscripsit; bonum esse prædicans et jucundum habitare fratres in unum, ubi sit cor unum et anima una : necessarium esse junctis viribus adversus antiquum et vafrum hostem pugnare : plurimumque momenti adferre spiritualibus athletis, si mutuo sese exhortationibus et exemplis ad strenue dimicandum excitent : magnas quidem hostis vires esse, sed multum eas debilitari plurium simul repugnantium virtute : non facile expugnari fidelium castra, quæ sunt caritate vallata. His aliisque scripturarum sacrarum monitionibus viam illis caritatis commonstrabat, erigebat virtutum vexilla, ipseque Dei exercituum Dux strenuus, caussas modosque vincendi docens, præibat : sicque nominis sui vim Victorianus implebat. Ita sanctus Abbas carnis appetitus frænabat, tricipitis serpentis fraudes elidebat, acie fidei, spei, ac caritatis. Boni illius pastoris exemplo, custodiebat magno studio oves Christi in loco pascuæ collocatas, ut omnes essent gemellis fœtibus, et sterilis non reperiretur in eis, sed omnes in duplici vita fœcundæ essent.

Revocat suos e privatis cellis in monasterium. — Psal. 132. 1. — Act. 4. 32. — Psal. 22. 2. — Cant. 4. 2.

20 Multi sanctitatis ejus velut odore quodam pellecti suos ei liberos commiserunt, doctrina et probis moribus imbuendos, atque ex his multi variis deinde Ecclesiis præfuere, insigni virtutis commendatione. Nulla civitas erat aut Ecclesia, quæ si ex disciplina S. Victoriani nancisci Antistitem posset, non id sibi honori duceret. Ab hac institutione extitit *d* Gaudiosus magnæ virtutis Episcopus Turiasonensis. Hic inter illustria quæ patravit opera virtutum, multa donaria, prædia, villas, Ecclesiæ, seu monasterio S. Martini, cui S. Victorianus præerat, contulit perpetuo jure possidenda, quemadmodum etiamnum ea possidet. *e* Aquilinus Archiepiscopus Narbonensis, ad eam dignitatem ab hujus sancti gregis consortio vocatus. *f* Tranquillinus cum in eodem cœnobio monachus esset, eruditione ac sanctis moribus præstans, Archiepiscopus Tarraconensis est factus, quam dignitatem multis annis gessit, *g* Euphronymus monachus et S. Victoriani discipulus, Zamorensi infula donatus est. *h* Vincentio quoque ejusdem olim instituti Antistite gloriatur Sedes Oscana. Alii complures ejus sanctissima institutione formati, varias Hispaniarum Ecclesias rexerunt.

Discipuli ejus Episcopi. — *d Gaudiosus Turiasonensis,* — *e Aquilinus Narbonen.* — *f Tranquillinus Tarracon.* — *g Euphronymus Zamoren.* — *h Vincentius Oscanus.* — Ex Hispanico Franc. Did. Aynsa.

21 Sparsus late est odor bonus hujus monasterii, unde et suavissimi fructus. Ac quemadmodum ex horto concluso, aut apotheca aromatum, aut mixtione myrrhæ et thuris, magna exhalatur fragrantia odoris; ita et hujus monasterii opinio late spargebatur, magnamque excitabat venerationem : adeo ut multi eo concurrerent pietatis ergo, alii dona et anathemata mitterent ad ornatum monasterii splendoremque. Ipse quoque Rex Theudes, non solum regiis muneribus vivus illud locupletavit, sed et testamenti tabulis multos ei fundos, villas, prædia legavit.

S. Victoriani monasterium celebre.

a *Ita hic fluvius a Ludovico Nonio V. CL. describitur.* Rapidus potius quam magnus inter Ilergetes citerioris Hispaniæ populos est fluvius Cinga, a Pyrenæis montibus decurrens, Gallicam Flaviam urbem, nunc Fragua dictam, pertransit, et Ibero sociales undas defert. — *Cinga fl.*

b Ab exercitu jugulatus Narbonæ in foro, *ut scribit Tudensis.*

c *Inepte sane homini hæretico hic tribuitur titulus.* Theudas *aliis dicitur. Regnavit ab anno 531, ad 548, et licet* hæreticus, pacem tamen concessit Ecclesiæ, *ut auctor est Isidorus.*

d *Colitur 3 Novembris. Marieta lib. 5, cap. 91, scribit ignorari cujas fuerit aut quando vixerit. De eo pluribus agit Martinus Carillo in catalogo Ep. Turiasonen. Est* Turiaso, *vulgo* Tarazona *urbs Episcopalis, sub Archiep. Cæsaraugustano.*

e *Non extat in catalogo Narbonensium Præsulum apud Cl. Robertum* Aquilini *nomen. Sedisse eum oportet inter* S. Rusticum, *et* Migetium, *qui toto sæculo ab invicem distant.*

f *Deest* Tranquillini *nomen in catalogo Episcoporum Tarracon. Franc. Padillæ.*

g *Hujus alibi necdum nomen reperimus. Hinc vero patet Zamoræ Episcopatum olim fuisse, quem tamen temporum iniquitate abolitum restituit Callixtus II, quasique novum erexit, uti Bononiæ in Belgica II, patrum nostrorum memoria contigit.* — *Zamorensis Episcopatus.*

h *Primus hic est in catalogo Episcoporum Oscensium Martini Carillo.*

CAPUT IV.

Variæ Victoriani virtutes, obitus.

Non in superbiam animi elatus est ob hoc sui monasterii incrementum Victorianus, sed juxta Sapientis præceptum, quanto virtute major erat, tanto omnibus in rebus impensius sese humiliabat, tanto magis sese labori dedebat. Et quoniam nullo superbiæ assultu sinebat se ab arce humilitatis deturbari, tanta eum Deus gratia est muneratus, ut nullum non curaret ægritudinis genus. Solo manuum tactu cæcis videndi vim restituebat, debilibus vigorem, roburque corporis, paralyticis, energumenis, aliisque, quod quisque expetierat. Neque hanc ejus gratiam unquam fallebat eventus, nisi si accedentes quandoque fides defecisset.

S. Victoriani humilitas. — Eccli. 3. 20. — *Gratia curationum.*

23 Cum divina revelatione didicisset magnas in Hispania rerum mutationes futuras, Gothorumque extinguendum imperium, voluit qua licebat sui cœnobii incolumitati consulere. Igitur velut providus pater testamentum condidit, Christumque et Ecclesiam universarum rerum suarum heredes instituit. Jamque gravis ætate, jejuniis, vigiliis aliisque afflictionibus corporis pene exhaustus, assidue precabatur, ut brevi posset dissolvi et esse cum Christo, apud quem repositam sibi sciebat coronam justitiæ.

Prophetia donum. — *Mortis desiderium.*

24 Cum ergo hora felicissimi transitus advenisset, quam jam ante suis prædixerat, omnes ad se convocavit, hisque eis verbis est allocutus : Carissimi filii, invitamur a Domino universorum. Persolvendum est vitæ debitum : hæc est necessitudo naturæ mortalis. Et quamquam Judicis præsentiam reformido, fretus tamen pietate Patris, lætus abeo, invitatus ad cœnam nuptiarum Agni. At vos viscera mea, quos Ecclesiæ matri gratia genuit Spiritus sancti, solliciti estote servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Nulla unquam discordiæ pestilentia caritatem vestram dissolvat, nunquam superbiæ virus humilitatem vitiet :

Ejus prædictio. — *Ultima ad suos oratio.* — Ephes. 4. 3.

Ex Hispanico Franc. Did. Aynsa.

vitiet : numquam avaritiæ scoria liberalitatem inquinet : ne terrenorum bonorum cupiditas, a sancto religionis proposito animos avocet vestros.

Mors

25 Hac pia cohortatione mœrentes suorum animos nonnihil solatus, sanctissimo corporis Christi viatico munitus est : oblatoque omnibus osculo pacis, beatissimum spiritum suum manibus Angelorum tradidit deferendum ad æternæ lucis mansiones, quas esse in domo Patris sui multas Christus professus est: ubi splendet solis instar justus in innumerabili cœtu justorum, sequentium Agnum sine macula. Circumdederunt illico venerabile corpus monachi ex imo corde suspiria ducentes ac lacrymas, ob tanti tamque pii pastoris ac patris jacturam. Mortuus est XII Jan. anno VII, regni *a* Athanagildi Gothi, cum *b* duodecim lustris monasterio præfuisset, omni deinceps dolore cariturus, cum alioquin, quæ ultra LXXX annos producitur vita, labor sit et dolor. Ea igitur ætate cælestibus turbis adscriptus est æternum victor futurus Victorianus.

(Joan 14. 2. — *a b* — Psal 89 10.)

Sepultura

26 Conditum est corpus ejus sepulchro, quod ipse sibi vivus pararat, juxta altare S. Martini Confessoris, ut qua liceret jungerentur in terra sancti Confessoris, quorum animæ conjunctæ essent in cælis. Innumera quæ indies fiunt miracula, satis eum testantur æterna nunc frui beatitudine, gratia et munere Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat in secula seculorum, Amen.

Miracula post mortem.

27 Hæc fere continentur Breviario illo vetusto monasterii Montaragonii. Quæ vero in codice cœnobii S. Victoriani leguntur, licet sententia et rerum fide conveniant, elegantia tamen, stylique curiositate multum discrepant. Nam cum ex hoc cœnobio in illud Montaragonii translatæ sunt S. Victoriani reliquiæ, una et illa authentica scripta advecta sunt.

a Athanagildus regnare cœpit an 554 fidem Catholicam occulte tenuit, ut ex S. Isidoro tradit Lucas Tudensis.

b Id cum iis quæ ante dicta sunt non congruit Nam si in Hispaniam venit anno 522, obiit 560, qui potuit sexaginta annis monasterio præfuisse? Sed videtur manifeste Auctor huic et 80 annorum ætatem tribuere at quæ commemoravit ab eo gesta in Gallia, ea profecto ante 20 annum ætatis geri non potuerunt. Ita ergo hoc accipiendum videtur, quod 60 annos in Italia, Gallia, Hispania disciplinis monasticis exercendis tradendisque tribuerit,

CAPUT V.

Corporis variæ translationes.

Minime mirum videri cuiquam debet, hujus sancti viri corpus in cœnobio proprio S. Victoriani minime asservari. Est id quidem antiquissimum omnium, quæ tota Arragonia extant, monasterium. Nam *a* S. Joannis de la Peña fundavit Garcias Ximenius, primus Rex Suprarbis; etsi antea isthic sancti viri Otho et Felix jam anno septingentesimo habitarint. Monasterium S. Mariæ Alaoni, opus est Comitis Raymundi de Ripagorza anno nongentesimo octavo, quamquam credantur, ex non omnino certis conjecturis, olim isthic Abbates fuisse ac monachi *b*. *c* Montaragonii cœnobium erexit dotavitque Rex Sanctius, cum ad obsidionem Oscanæ urbis se pararet anno millesimo octuagesimo nono : *d* Rothense Alphonsus II, Arragoniæ Rex millesimo centesimo quinquagesimo quarto. *e* Vervelæ, Petrus *f* Atarez Borjæ dominus quinquagesimo octavo ejusdem seculi, ut fuse docet in catalogo Antistitum Arragoniæ D. Martinus Carillo Abbas Montarragonius. At monasterium S. Victoriani, *g* antiquitus S. Martini de Sarasa dictum, extructum est a Rege Gesaleico Gotho *h*..... Mortuus est S. Victorianus anno *i*. .... ut ait Hieronymus Blancas, Gothorum tempore.

(*a* — *Fundationes aliquot monasteriorum Hispaniæ* — *b c* — *d* — *e f* — *g* — *h* — *i*)

Variæ SS corpora translata

29 At quando in peccatorum ultionem universa a Mauris vastata eversaque est Hispania, Catholici rabiem fugientes barbarorum, secum corpora Sanctorum abstulerunt, quæ in variis asservabantur colebanturque Ecclesiis, ut ab injuriis ludibriisque Maurorum ea subtraherent, quemadmodum ex variarum patet Ecclesiarum monumentis, Toletanæ, Hispalensis, Cæsaraugustanæ, Valentinæ, Complurensis, aliarumque, ut alibi dictum est a nobis de translatione *k* SS. Vincentii, Justi, Pastoris, Nunilonis, Alodiæ. Ita et S. Victoriani alio avectum est corpus, donec Montis Aragonii cœnobio donatum est. Nam illius cœnobii fundator Sanctius Rex, Sanctiique filius Petrus id ad exercitum deportari curarunt, atque ejus ope illustres de barbaris victorias retulerunt; uti nostrares historiæ testantur, præsertim Hieronymi Suritæ. In æde Montaragonii cœnobii sacellum est S. Victoriano sacrum, in quo obsidio expugnatioque Oscanæ urbis depicta est, inque medio exercitus arca corporis S. Victoriani.

(*k* — *S Victoriani meritis relata victoria* — Tom.1 lib 1)

Corpus ejus sæpius translatum

30 Idem liquet ex antiquis Breviariis Oscanæ et Jaccensis diœceseon. Nam in iis lectiones de Octava S. Victoriani ita habent . Reliquiæ ejus timore Abderrhamen Regis Panagorum fuerunt translatæ ad S. Rufinam supra *l* Ainsam, ubi per ducentos et sexaginta annos manserunt. Sed divina misericordia operante, timore Paganorum sublato, Dominus Sanctius Rex Aragonum et Pampilonensis ad castrum Alquezar posuit VI Idus Aprilis in octava Paschæ anno ab incarnatione *m* millesimo octuagesimo octavo. Inde translatæ sunt ad monasterium Montis Aragonum prope Oscam; ubi nunc caput cum toto corpore, dempto brachio, honorifice habetur. Ibidem pluries invocatur dum notabilis urget necessitas, et regulariter petitum obtinetur : est enim quasi fons aquarum tempore sterili. Atque in Breviario anno 1547 excuso, cum Jaccensi et Oscanæ Ecclesiæ Episcopus præesset *n* D. Petrus Augustinus, sexta lectio officii diei S. Victoriani sic habet : Postea vero timore Paganorum Hispaniam invadentium ad S. Rufinam supra Ainsam ejus reliquiæ sunt delatæ. Deinde vero anno Domini 1088, jussu Sanctii Regis Aragonum ad castrum de Alquezar sunt delatæ : et demum ad monasterium Montis Aragonum sunt translatæ, ubi nunc caput cum toto corpore, dempto brachio, honorifice habentur.

(*l* — *m* — *Servatur nunc in cœnobio Montaragoni* — *n*)

Arca reliquiarum monachis mortem nuntiat

31 Gloriantur quidem S. Victoriani religiosi ejus penes se exuvias servari, arcæ argenteæ antiquissimæ inclusas, cui hæc insculpta est epigraphe : HIC JACET TOTUM CORPUS INTEGRUM DIVI VICTORIANI, PRÆTER BRACHIUM. Ea vero arca nunquam aperitur. At quando quispiam ex eo cœtu moriturus est, præmonet eos Sanctus triplici ictu arcam quatiens. Ea igitur admonitione excitati ardentius sese virtuti dedunt, ac si singulis mors esset denuntiata, ac tandem anno evoluto unus e toto numero moritur. Sed an id Sancti hujus Victoriani corpus sit, an alterius cognominis, ac Martyris quidem, ut eum Surita appellat, certo statuere non possum. Fortassis utrobique partes aliquæ ejus reliquiarum servantur Deus novit Nobis certum est nihil definire, si quid Lector certius deprehenderit, decernat quod æquum sibi videbitur Sane cum Philippus II, variorum Sanctorum reliquias Reginæ Margaretæ dandas undique colligeret, aliquæ ei S. Victoriani oblatæ sunt ex Montaragonii cœnobio allatæ. Obsecramus sanctum Christi Confessorem ut in hac vita cælestium gratiarum copiam nobis impetret, ac deinde gloriam sempiternam, Amen.

a De hoc monasterio edidit integrum volumen Joannes Briz Martinez iisdem Abbas. Vide de ejus fundatione Ant. Yepez tom 3, ad an. Christi 718 et 719, aliaque et nos infra XXIX Maii cum de sanctis eremitis Voto sive Othone, et Felice Situm est id cœnobium in finibus Aragoniæ et Navarræ, haud procul ab Jacca oppido

(S. Joan de la peña)

b Id confirmat Briz Martinez lib 2, cap 19, ubi de ejus cœnobii principiis agit, ubi et Martinus Carillo.

c Est id leuca una distans ab urbe Osca, Canonicorum regularium ordinis S Augustini, ut scribit ejus cœnobii Abbas Martinus Carillo Agit de eo fuse pluribus locis Aynsa-Vrartis

d Vulgo de Nuestra Señora de Rueda. Est ordinis Cisterciensis

e Est id ejusdem Cisterciensis instituti, juxta Tarraconam

f Carillo

f *Carillo* D. Petrus Atares, Dominus Castelli de la Zarça, quod est Borja. *Agit de eodem Petro et Fervela Caribay tom.* 1, *lib* 2, *cap* 13. g *Carillo idem scribit*

h *Iterum dormitavit hic librarius, scribens* 442, *quod corrigendum ex iis quæ ad caput* 2. *notavimus de* Gesaleici *regno.*

i *Scriptum reperitur,* 560 *excusum est* 500 *intolerabili mendo*

k *De S* Vincentio *agemus* 22 *Januar. de SS.* Justo *et* Pastore 6 *Aug.* Nunilone *et* Alodia 22 *Octob.*

Ex variis.

l Aynsa, *aliis* Ynsa, *oppidum est Aragoniæ inter Oscam et Urgellam*

m *Imo* 1089. *Nam eo anno littera Dominicalis fuit G. inciditque Pascha in* 1 *Aprilis. Sed, ut mox dicitur, videntur illæ reliquiæ translatæ ann* 1088, *ad castrum Alquezar, ann.* 1089, *ad Montisaragonii cœnobium.*

n *Frater hic fuit* Antonii Augustini, *ex Priore cœnobii Rothensis creatus an* 1545, *ut scribit Aynsa-Yriarte lib.* 3, *cap.* 21

DE S. NAZARIO MONACHO,

CUSANI IN HISPANIA.

XII Januarii. S Nazarii natalis

Successit S. Victoriano *in Asanensis monasterii regimine* Nazarius, *ut scribit Martinus Carillo. Idem est fortasse qui Cusani colitur* XII *Januarii; de quo Ferrarius in generali catalogo* SS. Cusani in territorio Ruscinonensi S. Nazarii monachi. *De Cusano monasterio egimus* V *Januarii, cum de* S. Flamidiano. *De* S. Nazario *isthæc scribit Antonius Vincentius Domeneccus in historia SS. Catalauniæ, atque ex eo Antonius Yepes tom.* 3, *Chronic. ord. S. Benedicti ad an.* 745, *cap.* 4.

Vita ex Domenecco,

2 Vita S. Nazarii Confessoris (cujus sanctum corpus cum magna veneratione adservat monasterium S. Michaelis Cusani, ordinis S. Benedicti, diœcesis Helenensis) excerpta ex Lectionibus matutinalibus ejusdem cœnobii.

professio monastica,

3 S. Nazarius natione Hispanus fuit. Cum maturam attigisset ætatem, mundique fraudes jam haberet compertas, ab iis profugere statuit. Neque diu hoc pietatis decretum distulit: religioso mox habitu assumpto. Non facile est definire, cujus potissimum fuerit instituti: vulgo tamen creditur monachus Benedictinus fuisse; sed quod id mihi non omnino sit exploratum, Sanctorum ejus ordinis catalogo eum non adscripsi.

virtutes,

4 Magnos ille thesauros ac divitias congerere in cælis ab ipso religiosæ vitæ tirocinio instituit. Huc magna ejus caritas et misericordia spectabat. Peregrinos igitur excipere hospitio, vestire nudos, famelicos cibo reficere, omni ope afflictos juvare. Quam Numini hæ illius probarentur actiones, magnis miraculis patefactum est. Nam et habitu suo, eoque penitus illæso, ardentem furnum extinxit. Vita tandem religiosissime acta, multisque cumulata meritis, sanctissime obiit, æternum in cælo victurus. Colitur in eo cœnobio XII die Januar. festi duplicis celebritate.

miraculo, festum.

DE S. FERGEOLO MARTYRE,

EPISCOPO GRATIANOPOLITANO.

Sec. VI. XII Januarii

Gratianopolitanæ *Ecclesiæ tertiusdecimus Antistes recensetur a Joanne Chenu* S. Fergeolus, quem Martyrem credimus, *inquit. Consentit Claudius Robertus. At Saussaius :* Gratianopoli natalis S. Fergeoli Episcopi et Martyris, qui post Clarum ea in Cathedra sedens, cum boni pastoris munia expleret, justitiamque et Ecclesiasticam libertatem animo vere Pontificio tueretur, Sede deturbatus ab Ebroino tyranno, cum aliis plurimis sanctissimis Præsulibus, qui ejus nefandis molitionibus, ex Dei zelo, et proximi amore renitebantur; primum in exilium pulsus, deinde etiam dura nece jugulatus est : sicque laminæ Pontificali adjuncta martyrii pro justitia initi laurea, ad æternos triumphos evolavit.

S. Fergeolus sub Ebroino passus.

DE S. BENEDICTO BISCOPIO,

ABBATE IN ANGLIA.

An. Chr. DCCIII XII Januarii Wirus fluvius

Vedra *Britanniæ fluvius est Ptolemæo, Bedæ* Wirus, Wita *aliis, vulgo nunc Anglis* Were, *qui Dunelmensem late rigat Episcopatum,* Brigantum *quondam provinciæ partem : tandemque Oceano miscetur ad* Wiran muth, *ut Beda vocat, nunc, teste Cambdeno,* Monckswere-mouth, *id est,* Vedræ ostium quod ad monachos spectavit. *Ratio nominis colligitur ex Malmesburiensi lib.* 1, *de gestis Reg Anglor. cap* 3. Britannia, quæ a quibusdam alter orbis appellatur, quod Oceano interfusa non multis cosmographis comperta est, habet in remotissima sui plaga locum nativitatis et educationis *Bedæ*, Scotiæ proquinquum. Plaga olim et suave halantibus monasteriorum floribus dulcis, et urbium a Romanis ædificatarum frequentia renidens; nunc vel antiquo Danorum, vel recenti Normannorum populatu lugubris, nihil quod multum animos alliciat prætendit. Ibi est Wira nec egenæ latitudinis, nec segnis gurgitis amnis, qui pelago influus naves serena invectas aura placido ostii excipit gremio. Cujus utrasque ripas Benedictus quidam ecclesiis insignivit, et monasteria ibidem construxit, alterum Petri, alterum Pauli nomine, caritatis et regulæ unione non discrepantia. *Utrasque* Wiræ *ripas aut ecclesiis insignitas, quia in pluribus fortasse vicis ea regione templa ædificavit. Alioquin* S. Pauli *monasterium, in* Girwy, *sive* Jarraw, *fere milliaribus quinque a* Wira *distat, juxta* Tinam *flavium, de quo inferius in Notis.*

Bedæ patria

Wiremuthense et Jarrovense monasteria

S Benedicti eorum fundatoris, festum 12 Jan

2 S. Benedicti *Abbatis, horum parentis cœnobiorum, natalem jam olim annua celebritate, haud diu post ejus mortem, egerunt Wirmudenses monachi, ut ex Bedæ homilia infra citanda liquet. Inscriptum est deinde Romano Martyrologio nomen pridie Id. Janu. his verbis .* In Anglia S. Benedicti Abbatis et Confessoris, *Locum adscribunt Molanus et Galesinius :* Wirimudæ in Anglia S. Benedicti primi Abbatis et Confessoris. *At Menardus :* Londini in Anglia S. Benedicti Abbatis, cognomento Biscopii. *Wion :* Wirimudæ in Anglia S. Benedicti primi Abbatis cœnobii SS. Petri et Pauli Londini, qui edoctus Romæ monasticam disciplinam, reversus in patriam, eamdem multiplicato fœnore propagavit. *Fuit quidem Londini* S. Petro *dicatum cœnobium, quod vulgo* Westmonasterium *appellatur, de quo* V *Januarii in* S. Eduardi *vita et alibi. At nihil illud ad* Benedictum Biscopium. *Hujus porro meminere præterea hoc die Dorganius, et Martyrologia Germanicum atque Anglicanum. At Trithemius lib.* 3,

Ex variis. Alibi 4 Decemb.

de viris illustribus ord. S. Benedicti cap. 151, *scribit ejus* Festum pridie Nonas Decembris celebrari. *Quo die in unico, eoque non antiquo,* MS. *Kalendario SS. ordinis S. Benedicti isthæc habentur :* S. Benedicti Abbatis monasterii S. Petri ad Girvum in Anglia, qui fuit Abbas et Pater Venerabilis Bedæ Presbyteri. S. Pauli *fuit* Girwicense *cœnobium, ut supra dictum, diceturque rursum inferius;* S. Petri *vero* Wirmudense. *Beda tamen lib.* 5, *cap.* 22, *vocat* Ceolfridum Abbatem monasterii beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quod est ad ostium Wyri amnis, et juxta amnem Tinam in loco qui vocatur Ingrivum. *Sic accipiendum quod in Anglicano Martyrologio dicitur, templum a* Benedicto *ædificatum, sanctis Apostolis Petro et Paulo fuisse consecratum. Et licet aliquantulum, ut dictum est, distarent duo illa monasteria, haberentque singulos Præpositos, uni tamen suberant Abbati, unumque censebantur monasterium. In pervetusto* MS. *Hibernico conventus Dungallensis* XVII *Janu. hæc habentur :* Benedicti Abb. *quæ de hoc accipienda suspicamur.*

Et 17 Jan.

Vita a Beda scripta.

3 *Venerabilis Beda post epitomen historiæ gentis Anglorum fatetur, inter cetera scripsisse se,* Historiam, *inquit,* Abbatum monasterii hujus, in quo supernæ pietati deservire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, et Werberti, in libellis duobus. *Hos libellos necdum vidimus. Extat apud Capgravium vita* S. Ceolfridi, *sed non quæ est a Beda scripta. Dabimus hic quæ de* Benedicto *idem Beda scripsit in homilia, die ejus natali habita, tum quædam ex Guilielmo Malmesburiensi lib.* 4, *de gestis Pontific. Anglor. atque ex Floribus Historiarum Matthæi Westmonasteriensis. Ejus præterea meminere Ranulphus Cestrensis lib.* 5, *cap.* 16. *Florentius Wigorniensis sæpius, Nicolaus Harpsfeldius seculo* 7, *cap.* 37, *Antonius Yepez tom.* 2, *centur.* 3, *an.* 703. *Clemens Renerus de antiquitate Benedictinor. in Anglia, tract.* 1, *sect.* 1, § 9. *Joannes Capgravius ex Westmonasteriensi. Baronius tom.* 8 *Annal. ad an.* 703, *nn.* 4 *et* 5. *Alcuinus Flaccus ep.* 49, ad Fratres Wirensis et Gyruensis Ecclesiæ. *Sed quod Clemens Renerus a* Benedicto *et* Ceolfrido *nomen Alcuini in albo fraternitatis inscriptum ait; refelli potest ex vita ejus a coævo scripta, cum ex ea constet illum an.* 804 *obiisse,* 101 *annis a* Biscopii *morte; puerum institutum esse ab* Hechberto *Bedæ discipulo. Fit vero in eadem vita,* Benedicti *mentio.*

4 *Ætatem* Benedicti *sic possumus colligere. Ranulphus loco citato ita scribit :* Hoc etiam anno (654, *quo cæsus a Penda est Anna Rex Orientalium Anglorum)* Benedictus Biscop Abbas et nutritius Bedæ Presbyteri, ministerque Regis Oswy, domum, cognatos, et patriam, amore Christi linquens, anno ætatis 35, Romam adivit, et doctior inde rediit. *Idem refert Wigorniensis, sed anno* 653, *aitque eum tunc annum vigesimum quintum ætatis egisse. Socium itineris primi habuit* S. Wilfridum. *Ita Malmesbur. lib.* 3, *de Pontif.* Post annum datus a Rege *(Ercomberto)* in comitatum industrii juvenis Benedicti, qui postea Wirensis Abbas fuit, Romanum iter maturabat. *Et Beda lib.* 5, *cap.* 20, *de S. Wilfrido loquens,* Veniens, *inquit,* ad Reginam Eanfledam, *Oswii uxorem,* cui notus erat, ejusque consilio et suffragiis præfato fuerat monasterio sociatus, indicavit ei desiderium sibi inesse beatorum Apostolorum limina visitandi : quæ delectata bono adolescentis proposito, misit eum in Cantiam ad Regem Erconbertum, qui erat filius avunculi sui, postulans ut eum honorifice Romam transmitteret. Quo tempore ibi gradum Archiepiscopatus Honorius unus ex discipulis beati Papæ Gregorii, vir in rebus Ecclesiasticis sublimiter institutus, servabat. Ubi cum aliquamdiu demoratus adolescens animi vivacis, diligenter his quæ inspiciebat, discendis operam daret, supervenit illo alius adolescens, nomine Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens et ipse Romam venire, cujus supra meminimus. Hujus ergo comitatui Rex sociavit Wilfridum, atque illum secum Romam perducere jussit. Qui cum Lugdunum pervenissent, Wilfridus a Dalfino civitatis Episcopo ibi retentus est. Benedictus cœptum iter gnaviter Romam usque complevit. *Hæc Beda. Wilfridi, ut Malmesburiensis ait,* mora iratus præcessit. *At Wilfridus* Archiepiscopi fultus consilio, et sublevatus marsupio, cœptam viam aggressus, socium brevi consecutus est; *simulque Romam pervenerunt. Cum vero* S. Honorius *(post eorum ex Anglia discessum) vel an.* 653, *ut vult Wigorniensis, vel* 654, *ut Ranulphus,* 30 *Sept. obierit; inde quoque quando id susceptum sit iter statui potest.*

Anno 653, vel 654, it Romam,

cum S. Wilfrido post Episcopo Eboracensi

5 Wilfridus *Romæ aliquamdiu commoratus, tonsuram Ecclesiasticam Lugduni suscepit dum in patriam rediret : monasterium Ripun ab* Alfrido Oswii *Regis filio accepit, ut anno* 661, *refert Westmonasteriensis; ac tandem anno* 664. *Episcopus ordinatus est Compendii in Gallia ab* Agilberto *Parisiensi Episcopo, ut habet Beda lib.* 4, *cap.* 28 *et in epitome.* Benedictus *videtur annis pluribus Romæ substitisse, ac biennio in monasterio Lirinensi : inde Romam reversus, jussus est a* Vitaliano *Papa* Theodorum *Archiepiscopum in Angliam deducere anno* 668. *Unde corrigas quod in Notis ad Martyrologium scribit Baronius :* Vixit Benedictus aliquamdiu Romæ, usque ad tempora Agathonis Papæ, a quo jussus est reverti in Angliam cum Joanne Archicantore ad imbuendum populum illum Romanæ Ecclesiæ disciplinis. *Longius a vero recedit Pitseus, scribens, cum primum Romam venit,* ab Agathone Papa benevole susceptum; postea in Lirinensi monasterio tonsuram accepisse Clericalem eodem anno quo Theodorus Cilix creatus est Archiepiscopus Cantuariensis. *In Florentio Wigorniensi mendum agnoscas dum bis tertium ejus iter Romanum adnotat an.* 668 *et* 671, *priore anno sic scribit :* Biscopius, qui et Benedictus, tertio *(legendum videtur* secundo) Romam venit. Quo tempore erat Romæ monachus Theodorus, Tharso Ciliciæ natus, seculari et Ecclesiastica philosophia præditus, Græce et Latine sufficienter instructus, probus moribus, annorum 66 ætatis. Hunc die VII Kal. Aprilium, Dominica, ordinatum Archiepiscopum, Biscopio (quia vir sapiens erat ac strenuus) Papa Vitalianus Britanniam perducendum, simul et Abbatem commendavit Adrianum.

Inde discedit anno 668.

Deducit Theodorum Archiep. in Angliam.

6 Anno 669, Archiepiscopus Theodorus, *inquit idem Wigorniensis,* die VI Kal. Juniarum, Dominica, Cantiam venit; et Benedicto (qui et Biscopius) monasterium B. Petri Apostoli, Abbatis jure regendum dedit. *Alii ab Egberto Rege illud ei donatum monasterium volunt. Anno* 671. Venerabilis Abbas Benedictus, qui et Biscopius, *ait idem,* ubi duobus annis monasterio B. Petri Apostoli, Abbatis jure præesset, Archipræsulis Theodori licentia, tertio de Britannia Romam profectus est. Cui in monasterii regimen successit Adrianus Abbas (cujus supra meminimus) vir natione Afer, sacris litteris diligenter imbutus, Græcæ pariter et Latinæ linguæ peritissimus.

Fit Abbas Cantuariæ an. 669.

Iterum it Romam 671

7 Anno 672, *inquit,* Roma Benedictus Biscopius rediit, et ingressus Britanniam, patriam gentem solumque in quo natus est petiit. Egfridum Transumbranæ gentis Regem adiit, qui confestim terram 70 familiarum, ut construeret monasterium ad ostium Wiri fluminis, illi dedit. *Ann dein* 674 Biscopius ad ostium Wiri fluminis, indict 2. *Non ergo an.* 670, *id conditum est cœnobium, ut scribit Pitseus.*

Redit 672

Construit cœnobium 674

8 Anno 676, *scribit idem Wigorniensis,* Benedictus Biscopius cum Ceolfrido religioso monacho, quarto Romam de Britannia petit : Ecclesiastica privilegia ab Agathone Papa, cum licentia, consensu, desiderio, et hortatu Regis Egfridi accepta, quo monasterium suum tutum ac liberum perpetuo redderetur, retulit. Accepit et Joannem Archicantorem B. Petri Apostoli Britanniam perducendum, ut in monasterio suo

It denuo Romam.

suo cursum canendi per annum edoceret. *Verum cum supra ostenderimus, in vita S.* Agathonis x *Januarii, eum anno* 678 *exeunte sedere cœpisse, vel biennio fere moratus fuit Romæ* Biscopius, *vel alia in Gallia et Italia lustravit ex itinere monasteria, vel potius serius Romam profectus est; et ipse* W*igorniensis hunc annum Christi* 676, *facit Agathonis secundum.*

Girvicense monasterium exstruit an. 682.

9 Anno 682, *ut idem ait*, Reverendissimus Abbas Benedictus Biscopius Presbyterum Easterwinum, suum patruelem, sanctitate insignem, de monasterio suo eligens, Abbatem eidem monasterio, regendi jure, præfecit. Egfridus Rex, pro redemptione animæ suæ, etiam aliam 40, familiarum terram Abbati Benedicto donavit. Ubi missis monachis numero 22, et præposito Abbate Ceolfrido, sui per omnia adjutore strenuissimo, jussu Regis monasterium B. Paulo Apostolo, in loco qui dicitur Girvum, construxit. *De hoc monasterio Westmonasteriensis ad annum* 681 Monasterium apud Jarewe fundatum est. *De quo loco Cambdenus:* Infra hunc vicum *(Gateshead)* fere ad ipsum Tinæ ostium, Girwy, nunc Jarrow, cernitur, venerabilis Bedæ natale solum, ubi etiam monasteriolum olim floruit, cujus fundatorem et fundationis tempus docet hæc Inscriptio, quæ legitur in pariete ecclesiæ:

DEDICATIO BASILICÆ
S. PAVLI VIII. KL. MAII
ANNO XVI EGFRIDI REG.
CEOLFRIDI ABB. EIUSDEMQ
ECCLES. DEO AVCTORE
CONDITORIS ANNO IIII.

Regnare cœpit Egfridus *an.* 670, *Kal. Martii, ergo annus regni* XVI, *fuit Christi* DCLXXXV. *Inde patet falli Pitseum qui an.* 673, *conditum Girvicense monasterium scribit.*

Moritur 703.

10 *Tandem an.* 703, *excessit e vita* Benedictus, *anno ætatis* 76, *secundum Florentii Wigorniensis calculum, aut* 86, *secundum Ranulphi: non* 58, *aut* 78, *ut scribit Pitseus.*

An Concordiam regularum scripserit

11 *Sigebertus de illustr. Eccles. scriptoribus cap.* 62, *isthæc habet*. Benedictus Abbas scripsit ad monachos librum, quem vocavit Concordiam regularum, multorum Patrum regulas regulæ S. Benedicti Cassinensis conferens, ut nulla Patrum regula a Benedicti regula discordet, imo Benedicti regula regulis omnium Patrum concordet. *Quæ de S. Benedicto Biscopio intelligunt Trithemius de viris illustribus ord. S. Benedicti lib.* 2, *cap.* 19, *Clemens Reinerus loco citato, Wion in Notis ad Martyrolog. Joannes Pitseus, Antonius Possevinus, Antonius Yepes, aliique: et videtur eadem fuisse sententia Sigeberti, dum eum refert inter* Jonam Abbatem, *et* Theodorum Scotorum *(forte Anglorum)* Archiepiscopum, a Vitaliano missum. *Alii, ut Hugo Menardus lib.* 2 *observationum ad* 12 *Februar. alteri* Benedicto *Abbati Anianæ in Septimania, ac deinde Indensi, sive S. Cornelii juxta Aquisgranum in Belgio, qui sub Carolo Magno floruit, illam Regularum Concordiam tribuunt. Id discutiemus cum ipsas edemus regulas, quod paullo ante promisimus cum de S. Cæsario egimus.*

Alia ejus scripta

12 *Alia porro quædam scripsisse* Biscopium *tradit Pitseus*, Exhortationes ad monachos, lib. 1. De suo privilegio, lib. 1. De celebratione festorum totius anni, lib. 1, et alia. *At librum de celebratione festorum, erit forte qui suspicetur potius Joannis Romani Archicantoris opus esse, propterea quæ dicentur inferius*

VITA EX HOMILIA VEN. BEDÆ.

Matth. 19. 29

Omnis, inquit, qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessionibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quo plus in ejus amorem profecerit, eo plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, et suis gaudeant sustentare substantiis; ejus nimirum possessionibus vitæque consortes, qui se pro Christo pauperem factum in suis domibus agrisque recipere, et majore prorsus quam uxor, parens, frater, aut filius carnalis devotione caritatis refovere delectentur. Centuplum namque quod ait, non numerum amantium in Christo, et servientium pro Christo fidelibus, sed universitatem perfectionemque, qua per caritatem invicem serviunt, ostendit. Cujus rei et in nobis ipsis, fratres carissimi, sæpe exemplum sumpsimus, cum alicubi pro rerum necessitate digredientes, cuncta nobis monasteriorum habitacula quasi propria patere cognovimus; cunctos in nostrum obsequium sincerissima devotione pronos aspeximus.

Auctore Beda.

Centuplum quomodo recipiant a Deo religiosi

2 Et maxime in beatæ memoriæ Patre nostro B. Benedicto, cujus hodie venerandam assumptionis diem debita solemnitate recolimus, totum lectionis hujus tenorem videmus perfectissime compleri. Derelictis enim omnibus secutus est Christum, quando spretis eis quæ in *a* ministerio regali acquisierat vel acquirere valebat, cum esset nobilis natu, ad beatorum Apostolorum limina peregrinaturus advolavit: ut quia rudis adhuc in gente Anglorum fides et Ecclesiarum institutio florebat, ibi potius perfectam vivendi formam sumeret, ubi per summos Christi Apostolos totius Ecclesiæ caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in Christo, *b* illis in partibus attonsus, ibi est monasterialibus imbutus institutis. ibidem totum vitæ suæ *c* erat exacturus, si non Apostolica Domini Papæ prohiberet auctoritas, qui eum propter ducendum in Britanniam sanctæ recordationis Archiepiscopum *d* Theodorum in patriam redire præcepit.

a

S. Benedictus instituendus Romam abit

b

c

Jubetur in Angliam redire

d

3 Nec longo post tempore etiam Reges seculi cognito virtutum ejus studio, locum ei construendi monasterii, non ab aliqua minorum personarum ablatum, sed de suis propriis donatum dare curabant. Quem ille acceptum mox perfectissime juxta regularem disciplinam interius exteriusque constituit, non pro suo captu decreta nobis statuens, sed antiquorum *e* statuta certissima monasteriorum, quæ peregre didicerat, sibi suisque observanda proponens.

Ædificat ordinatque monasterium

e

4 Nec cuilibet vestrum, Fratres, grave debet videri, si nota loquamur, sed delectabile potius æstimari, quia vera loquimur, quando Patris nostri spiritalia gesta narramus, cui manifesto miraculo Dominus, quod fidelibus suis promisit, adimplevit, quia omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc tempore, et in seculo futuro vitam æternam. Reliquit quippe cognatos, quando patriam deseruit: accepit vero centuplum, quia non solum a cunctis in hac terra pro virtutum industria merita veneratione habitus est, sed et in Gallia atque Italia, Romæ atque in maris insulis, ab omnibus qui eum nosse potuerunt dilectus: adeo ut ipse Papa Apostolicus ad profectum monasterii hujus, quod illum nuper fundasse gaudebat, *f* Joannem illi Abbatem atque archicantorem Romanæ Ecclesiæ, sicut caritas vestra bene meminit, in Britanniam Roma deducendum præstaret, per quem idem monasterium morem canendi ac ministrandi canonicum juxta ritum sanctæ Romanæ atque Apostolicæ Ecclesiæ perciperet.

Recepit centuplum, ubique honoratus.

f

5 Reliquit domos et agros quos habuerat pro Christo, de quo agrum semper virentis paradisi, et domum non manufactam, sed æternam in cælis accipere sperabat. Reliquit uxorem et filios; non quidem uxorem acceptam, et filios ex carne natos, sed uxorem prorsus accipere, ex qua filios habere posset, castitatis amore contempsit, malens ad illa centum quadraginta quatuor millia electorum pertinere, qui cantant canticum novum ante sedem Dei et Agni, quod nemo potest dicere nisi illi. Hi enim sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, et sequuntur Agnum

Quomodo reliquerit omnia.

Apoc. 14 et 4.

AUCTORE S. BEDA.

Quomodo centuplum receperit

Agnum quocumque abierit. Et accepit centuplum, quando non in his solummodo, sed et in marinis eum partibus plurimi in domos suas recipere viantem, suorum fructibus agrorum reficere desiderabant: quando *g* patronum perplures illi, quando viri Deo devoti pro animi constantis excellentia, non minori quam conjugibus aut parentibus propriis dilectionis instantia serviebant. Accepit centuplum domus et agros, quando hæc in quibus monasteria construeret, adeptus est. Uxorem namque dimittere pro Christo, et in hoc centuplum accipere est: quia animarum centuplum majus esset tunc meritum caritatis, inter continentes propter fructum spiritus, quam inter lascivientes quondam propter desiderium carnis. Filios, quos carnaliter habere despexit, centuplum accipere meruit spiritales. Centenarius quippe numerus, ut sæpe dictum est, perfectionem figurate significat. Nos namque sumus filii ejus, quos in hanc monachicam domum pius provisor induxit: nos sumus filii ejus, si iter virtutum ejus imitando tenemus, si non a semita regulari, quam docuit, torpendo deflectimus.

Semper laborabat

6 Meminimus namque fratres, qui illum nosse potuimus, didicere crebro auditu, quos post obitum illius in nostræ fraternitatis consortium pietas superna congregavit; quia quamdiu sospes erat corpore, pro gloria sanctæ Dei Ecclesiæ, et maxime pro hujus monasterii pace, honore, et quiete, semper laborare perstabat. Toties mare transiit, numquam, ut est consuetudinis quibusdam, vacuus et inutilis rediit: sed nunc librorum copiam sanctorum, nunc reliquiarum beatorum Martyrum Christi munus venerabile detulit; nunc architectos ecclesiæ fabrificandæ, nunc vitrifactores ad fenestras ejus decorandas ac muniendas, nunc cantandi, et in ecclesia per totum annum ministrandi secum magistros adduxit: nunc *h* epistolam privilegii a Domino Papa missam, qua nostra libertas ab omni extrinseca incursione vitaretur, apportavit: nunc picturas sanctarum historiarum, quæ non ad ornatum solummodo ecclesiæ, verum etiam ad instructionem intuentium proponerentur, advexit, videlicet ut qui litterarum lectione non possent, opera Domini et Salvatoris nostri per ipsarum contuitum discerent imaginum.

Varia Roma defert in bonum monasterii.

Quietissimorum studet.

7 Qui in his et in hujusmodi rebus ideo tam plura laborare studuit, ne nobis sic laborandi remaneret necessitas. Ideo toties transmarina loca adiit, ut nos omnibus scientiæ salutaris dapibus abundantes, intra monasterii claustra quiescere, et cum secura libertate Christo servire queamus. Qui etiam cum corporis infirmitate corriperetur, premereturque acerbius, semper *i* inter debitas gratiarum actiones, de monasteriorum, quas didicerat docueratque, regulis servandis, semper de Ecclesiasticis observationibus, quas per omnes civitates, et maxime Romæ, viderat; semper de locis sanctis, quæ se lustrasse juvenem meminit, loqui et iterare delectabile habebat. Sic longis virtutum studiis exercitatus, longo insuper animo semper infirmitatis martyrio excoctus, post centupla gratiæ præsentis munera, ad vitam transivit æternam.

Patiens in morbo.

Moritur

Imitandus religiosis

8 Unde necesse est, fratres carissimi, ut tamquam boni filii, et tanto parente digni, exempla ac præcepta illius in omnibus servare curemus; neque ulla nos a vestigiis tanti ductoris sequendis animæ vel carnis illecebra revocet: quatenus et ipsi, qui carnales affectus substantiamque reliquimus terrenam, qui uxores ducere, ac filios carnaliter procreare, Angelicæ conversationis amore, fastidivimus, augente spiritualium virtutum merito, et in præsenti centuplum accipere de societate Sanctorum, et in seculo venturo vitam possidere mereamur æternam; præstante gratia Redemptoris nostri, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen

a *Ita legendum conjicimus; excusum erat* monasterio. *At licet ei collatum sit Cantuariense S. Augustini cœnobium; id tamen hic non potest intelligi, cum multo post acciderit, sed potius obsequium* Osuvio *Northumbriæ Regi impensum, ut infra ex Westmonasteriensi dicemus.*

b *In Lerinensi insula, ut infra dicetur.*

c *Videtur desiderari*, cursum, *aut quid simile.*

d *De eo agemus* 19 *Septembris, egimus et superius* 9 *Jan. in vita* S. Adriani. *Roma discessit* 27 *Maii* 668.

e *Videtur præter regulam* S Benedicti, *varia statuta tulisse, in aliis observata, vel ejusdem vel alterius etiam ordinis monasteriis.*

f *Plenius de eodem Joanne idem Beda lib.* 4, *cap* 18. Accepit (a beatæ memoriæ Papa Agathone) et præfatum Joannem Abbatem in Britanniam perducendum, quatenus in monasterio suo cursum canendi annuum, sicut ad S. Petrum Romæ agebatur, edoceret: egitque Abbas Joannes, ut jussionem acceperat Pontificis, et ordinem videlicet ritumque canendi ac legendi viva voce præfati monasterii cantores edocendo, et ea quæ totius anni circulus in celebratione dierum festorum poscebat, etiam litteris mandando. Quæ hactenus in eodem monasterio servata, et a multis jam sunt circumquaque transcripta Non solum autem idem Joannes ipsius monasterii Fratres docebat, verum de omnibus pene ejusdem provinciæ monasteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti, confluebant. Sed et ipsum, per loca in quibus doceret, multi invitare curabant Ipse autem excepto cantandi vel legendi munere, et aliud in mandatis ab Apostolico Papa acceperat, ut cujus esset fidei Anglorum Ecclesia, diligenter edisceret, Romamque rediens referret. Nam et synodum beati Papæ Martini, centum quinque Episcoporum consensu, non multo ante Romæ celebratam, contra eos maxime qui unam in Christo operationem et voluntatem prædicabant, secum veniens attulit, atque in præfato religiosissimi Abbatis Benedicti monasterio transcribendam commendavit.

Cantum Romanum ac ritus docet in Anglia Joannes Abbas

Idem explorat fidem istius Ecclesiæ.

g *Videtur hic aliquid desiderari.*

h *Lib.* 4, *cap.* 8. Petitque et accepit ab eo (*Agathone*) munimentum libertatis monasterii quod fecerat, epistolam privilegii ex auctoritate Apostolica firmatam, *etc*

i *Ita legendum videtur, non ut vulgo habetur*, interim.

DE EODEM EX GUIL. MALMESBUR.

a Omni reverentia custodita pace, solum Benedictum ausim propalare, qui Bedæ nutritius et Abba fuit. Hic Wiræ amnis utrasque ripas (qui apud Northumbros non incelebris famæ habetur) monasteriis prætexuit, sub Apostolorum Petri et Pauli nomine, caritatis et regulæ unione non discrepantibus. Hujus industriam *b* mirabitur, qui leget librum, quem idem Beda composuit, de vita ejus et ceterorum Abbatum suorum; industriam, quod copiam librorum advexerit, quod artifices ædium lapidearum, et vitrearum fenestrarum primus omnium Angliam asciverit; totum ævum pene transigendo talia, peregrinatus. Quippe studium advehendi cognatis aliquid insolitum, amor patriæ, et voluptas elegantiæ asperos fallebant labores. Nec enim lapidei tabulatus in Anglia ante Benedictum nisi perraro videbantur, nec perspicuitate vitri penetrata lucem solaris jaciebat radius. Patientiam, quod in possessione *c* cœnobii S. Augustini apud Cantuariam libenter venienti Adriano cesserit, non reveritus Theodori Archiepiscopi supercilium, sed veneratus magisterium. Fuerat enim illius cœnobii Abbas ab Egberto Rege constitutus, sed, ut dixi, reverentiæ Theodori cessit: cui præceperat *d* Vitalianus Papa ut Adrianum juxta se locaret, speculaturum ne quid in Ecclesia more Græcorum novaret. Quod, dum per alienas terras cursitat diu absens, subintroductum a monachis suis Wirensibus se inconsulto Abbatem, æquanimiter, imo magnanimiter tulerit: domumque reversus parilem illi honorem in consessu, in omni porro potestate communicaverit. Quin et ictus paralysi tam valide, ut nihil artuum ei esset flexibile, tertium constituerit, quod alter (de quo diximus) eadem decoqueretur valetudine non mitius quam ipse. Cumque morbus jam crescens quateret vitalia, socio ad se accito solo nutu valedixit. Sed nec ille præstantius valuit redhibere officium, utpote qui propinquiorem tendebat ad exitum: nam ante Benedictum defunctus est. Hujus ergo corpus magno coemptum pretio *e* Adelwoldus Thorneiam advexit, et obscurioribus Sanctis lucifluum jubar invexit.

S. Benedicti industria.

patientia

Subrogatur absenti Abbas

Paralysi laborat

Ejus reliquiæ translatæ

a Agit

a *Agit de Sanctis, quorum corpora in* Thorneyensis *cœnobii (haud procul ab urbe Eliensi in Cantabrigiensi Comitatu siti) ecclesia asservabantur.*

b *Videtur desiderari*, et patientiam, *quod habetur lib. 1, de gestis Reg. Angl. cap. 3, ubi eadem omnino et iisdem verbis refert Malmesburiensis.*

c *De eo monasterio egimus* 6 *Janu. ad vitam* S. Petri *Abbatis ejusdem monasterii num. 7. Pitseus scribit* Benedictum *videri hujus monasterii Abbatem electum absentem. Discesserat e c Anglia vivente adhuc Ercomberto Rege* Egberti *patre, qui an.* 664 *obiit. At cum prius in Angliam appulissent* Theodorus *et* Benedictus, *quam* Adrianus, *ab Ebroino in Gallia tantisper retentus, tum* Benedicto *illud datum ab* Egberto *aut* Theodoro, *ut supra dictum est.* d *De S. Vitaliano agemus* 27 *Januarii.*

e *Episcopus* Wintoniensis, *de quo* 1 *Augusti. Obiit anno* 984, *cum sedisset annis* 21. *Unde conjici potest quo tempore facta sit hæc* S. Benedict., *aliorumque Sanctorum, ad Thorneiense cœnobium translatio.*

DE EODEM, EX MATTH. WESTMONAST.

S. Benedictus juvenis militat.

Anno gratiæ 703, S. Benedictus Abbas Anglicus, post vitam laudabilem, glorioso fine in Domino quievit. Hic vir Dei de stirpe nobili gentis Anglorum progenitus est, et in adolescentia militiæ rudimentis addictus. Denique cum esset minister Oswii Regis, et possessionem non modicam, ipso donante, percepisset, caduca mundi omnia pro Christo spernens, Romam adiit, ut ibidem Ecclesiastica informatus disciplina militiam assumeret spiritualem, qua sibi prodesset et aliis, utilisque minister in Dominicæ posset cultura vineæ reperiri.

It Romam.

Degit in Lirino.

2 Inde vero rediens, apud Lirinensem insulam se monachorum cœtui conjunxit, tonsuram accepit : ubi per biennium regulariter institutus, ad limina sanctorum Apostolorum Petri et Pauli iterum repedavit. Quo tempore cum Papa Vitalianus Theodorum Cantuariæ Archiepiscopum in Britanniam *a* destinavit, ipse simul adveniens multas secum reliquias Sanctorum reportavit.

Redit in Angliam.

3 Qui postea Regi Northanhumbrorum Egfrido conjunctus; confestim Rex ei terram 60 familiarum, ad construendum Apostolorum Principi Petro monasterium, contulit, ad ostium Wiræ fluminis, anno gratiæ 674, Indictione secunda. Sed et aliud monasterium ad honorem Doctoris gentium Pauli in Girwi non longe ab altero fabricavit, et a Rege præfato prædiis *b* 60 familiarum acceptis, multipliciter illud ditare curavit. Hæc autem monasteria religiosis implens monachis, Ceolfridum in uno, *c* Easterwinum in altero, Præpositos ordinavit. Hoc ideo fecit, ut tam in ejus absentia, quam in præsentia regularis semper custodia servaretur.

Ex variis. Duo monasteria construit.

4 Huic denique famulo Dei Benedicto Beda venerabilis, et Doctor Anglorum, *d* traditur nutriendus, sub quo etiam ad ordinem *e* Sacerdotis legitur fuisse promotus. Quinquies Romam petisse asseritur, qui semper rediens divinorum locupletatus commodorum, subjectos instituere opere pariter et exemplo curavit. Tandem post vitam laudabilem victor vitiorum Benedictus, confessor Christi piissimus, carnis infirmitate victus, pridie Idus Januarii spiritum reddidit Creatori. Successit ei in onere et honore vir sanctus et ejusdem discipulus Ceolfridus, sub quo Beda Christi famulus, ad universalis utilitatem Ecclesiæ, de Scripturis sanctis laborem inchoatum laudabiliter adimplevit.

Bedam admittit. Quinquies it Romam.

Moritur.

a *Anno* 668, *ut supra diximus.*

b *Wigorniensis, ut ante diximus.* 40

c *Capgrav.* Eastwinum.

d *Wigorn. an.* 681. Bonæ indolis puer Beda cum esset septem annorum, suorum cura propinquorum, reverendissimo Abbati Biscopio datus est educandus.

e *Ipse Beda testatur se anno vitæ suæ* 30, *qui videtur fuisse* 704, *aut forte* 703, *gradum presbyteratus*, jubente Ceolfrido Abbate, *suscepisse.*

DE SANCTIS XXXVIII MONACHIS
MARTYRIBUS, IN IONIA.

Sub Copronymo. XII Januarii.

Gloriosi *Martyris* Stephani, *cognomento* Junioris, *Aurentianæ congregationis Archimandritæ, Acta dabimus* XXVIII *Novembris; in quibus aliorum complurium præclara pro sacrarum imaginum cultu certamina narrantur, ac præsertim* Duodequadraginta monachorum, *qui ad extremos Ephesi fines in veteri balneo conclusi, itaque mori coacti sunt. Eorum natalis pridie Idus Janua. in Romano Martyrologio consignatur his verbis :* Ephesi Sanctorum XLII monachorum, qui ob cultum sanctarum imaginum sub Constantino Copronymo sævissime cruciati, martyrium compleverunt. *Aut in Actis S. Stephani, a Jac. Billio editis, aut in Martyrologii tabulis inest mendum : hic enim dicuntur fuisse* duo et quadraginta, *isthic* duodequadraginta, *sive* triginta octo.

Horum SS. natalis.

2 Græci, *inquit Baronius in Notis ad Martyrol.* eosdem præcipuo honore habent. *At nec in Menologio nec in Menæis eorum reperimus mentionem. Eorum agonem* Theosterictus *ipsorum collega, S. Stephano ceterisque concaptivis retulit*, rerum inspector, *at non etiam* hujus temporis scriptor, *ut putavit Baronius tom. 9, ad an. 767, num. 28. Nam quis hunc* Theosterictum *ut scriptorem citat? Aliud est quidpiam viva voce cuipiam commemorare, etiam descripturo et transmissuro ad posteros, aliud propria manu litteris tradere. Tanto tamen majorem fidem hæc meretur narratio, quod erat* Theosterictus *toleratis pro fide ærumnis et tormentis clarus, ac deinceps in Catalogum album relatus est, ut* XVII *Martii ostendemus. Alius est* Theosterictus *aliquanto junior, cujus extat apud Metaphrasten de S. Nicetæ Archimandritæ rebus gestis oratio,* III *Aprilis.*

Acta unde accepta.

3 *Ita vero Theosterieti habet narratio.* Hæc eo (*Antonio Cretensi*) commemorante, Patribusque lacrymis madentibus, Theosterictus quidam, hoc nomen merito consecutus, vir senex ac sacerdotii dignitate ornatus, qui ex pio illo monasterio erat, quod Peleceta nuncupatur, atque et nasum abscissum, et genas ferventi pice ac bitumine illitas, miserumque in modum ambustas habebat, (hos enim cruciatus pietatis caussa pertulerat) prodiens ipse quoque in medium, superioribus sermonibus hæc adjecit : Impossibile est, impossibile, inquam, est, ut vel hic ipse Antistes noster siccis oculis ista commemoret. Quanam enim oratione quispiam illius, qui tum Asiam cum imperio obtinebat, furorem complecti possit? cui Lachanodracon quidem cognomentum erat, verum ipsius fel atque iracundia draconis quoque virus amaritudine superabat. Ad quem B. Stephanus : Narra, quæso, Pater, nihil omittens eorum quæ tum contigerunt, verum omnia oratione prosequens. Etenim per hujusmodi exempla, tum animi promptitudine, tum robore impleti ad eumdem zelum præparamur : si quidem voluntas Dei hoc tulerit, ut pro divina ipsius imagine nos quoque certamen subeamus.

S. Theosterictus Confessor, 17 Martii.

Fructus piæ narrationis.

4 Tum igitur Theosterictus inchoatum sermonem ad hunc modum prosequitur : Cum incruentum sacrificium in monasterio nostro celebraretur (erat autem vespera sanctæ ac magnæ quintæ feriæ, in qua Christus Judæis tradendus erat) hic draconis nomen habens, tyranni jussu cum magna militum manu in monasterium impetum facit. Ac mysticum quidem sacrum evertit, mysticis videlicet hymnis protinus silentio compressis : lectissimos autem monachos duodequadraginta vinculis ferreis astrinxit. Reliquos vero partim verberibus crudelem in modum laceravit, partim eorum barbam pice illitam exussit, nari-

38 Monachorum tormenta, et cædes.

bus

EX VARIIS.

bus prius amputatis. Quorum numerum ipse quoque augeo, quemadmodum faciei meæ notæ certissime testantur. Quibus impius ille nondum expletus, universum monasterium postea inflammavit, ipsas quoque ecclesias, una cum reliquis ædificiis concremans. Mox autem prædictos duodequadraginta Patres ad extremos Ephesi fines relegavit : ubi cum eos in veteris balnei fornice conclusisset, ac deinde aditum obstruxisset, ad hunc modum eos e vita migrare coegit.

NOT. 4.

4 *Wion Martyrologio Benedictino hos inscripsit, quod ex quibusdam monumentis cognoverit,* S. Benedicti *regulam in illis partibus observari solitam.*

DE B. AELREDO SIVE EALREDO,

ABBATE RIEVALLENSI IN ANGLIA.

AN. CH. MCLXVI. XII JANUARII.

Rievallense cœnobium

In *Eboracensi provincia fluvius est* Rhius, *qui, ut Cambdenus in Brigantibus ait,* multorum torrentum aquas secum in Derwentionem evolvit. *Ab hoc* vallis *quædam* læta, amœna, fecunda, XXIII parochialibus ecclesiis ornata, Rhidal *dicitur, quippe quam* Rhius *intersecat. Isthic celebre olim ordinis Cisterciensis cœnobium fuit, ipsius* S. Bernardi *ætate a* Gualtero Especo *fundatum. De quo Guilielmus Neubrigensis lib.* 1, *cap.* 14. Sane paullo ante a nobili viro Walterico Espec invitati, et felicis memoriæ Abbate Bernardo directi monachi Clarævallenses in Eboracensem provinciam venerant, et in loco, qui nunc dicitur Rievallis, (tunc autem erat locus horroris et vastæ solitudinis) mansionem acceperant, præfato viro tradente, et venerabili Trustino Episcopalem cum affectu paterno favorem præbente. *Eadem fere commemorat Harpsfeldius sec.* 12, *cap.* 43.

Primi isthic Abbates.

2 *Primus hic Abbas fuit* Willelmus S. Bernardi *discipulus, vir laudatus, qui a Chrysostomo* Beatus *appellatur, refertur que in Menologio Cisterciensi* 2 *Augusti. Ei successit* B. Ealredus : *huic* Silvanus, *quem idem* 16 *Aprilis celebrat. De iis hi versus referuntur Nicolai Rievallensis a Joanne Picardo in Notis ad Neubrigensem :*

Primitias cepit Villelmus : proximus illi
Aelredus majora tulit : Silvanus adauxit.
Tres sunt præcipue meriti vix imparis, ille
Primus, et alter ei successor, et iste supremus
Claruit officio V denis et tribus annis :
Ter senis fuit Æ Pastor pius in Rievalle :
Ter denis ternisque simul S præfuit annis.
Tempora quattuor hic et quinquaginta recense
Floruit, enituit, his Patribus atque Patronis,
Vallis amœna Rii, vallis sacra, vallis opima.
Anglia de tali præfulges inclyta sole.

Quando ædificatum sit illud cœnobium.

Anno 1131, *incohoatum esse hoc cœnobium tradit Robertus de Monte continuator Sigeberti :* Claravallis, *inquit,* duo cœnobia uno die producit, scilicet Longipontum et Rievallem, et post paucos menses Vacellas. *Eodem anno Valcellense auctarium ad Sigebertum isthæc habet :* Hoc anno inchoatum est monasterium S. Mariæ, Valcellensis Ecclesiæ, in agro Cameracensi. *Consensit Miræus in Chronico Cisterciensi. Id si ita est, ergo vel non ab inchoato, sed absoluto Rievallensi cœnobio* Willelmi *annos Nicolaus numerat, vel aliquod inest mendum, cum a* 4 *Martii* 1131 *usque ad* 12 *Jan.* 1166, *quo obiit* Aelredus, *anni sint fere* 35, *ipse vero Willelmo et Aelredo simul non nisi* 31 *tribuat. De anno fundati illius cœnobii varie disputat Chrysostomus Henriquez in Notis ad Menologium* 16 *April.*

B. Aelredi festivitas 12 Januarii

3 *Obiit porro* B. Aelredus *pridie Idus Januarii, quo die hæc de eo Chrysostomus Henriquez.* In Anglia S. Aelredus Rievallis Abbas, sacrarum litterarum scientia, et morum integritate conspicuus; qui postquam dignitates sibi oblatas humiliter contempsisset, omnium virtutum genere decoratus migravit a seculo, Sanctorum numero post mortem adscriptus. *In Sanctorum album relatum fatetur ipse quoque Joannes Balæus, licet hostis monachorum Catholicæque Ecclesiæ. At* 5 *Januarii refertur in Kalendario Cisterciensi Divione edito his verbis :* Alredus Doctor, Abbas Rievallis. *Et in generali catalogo Ferrarii :* In Anglia S. Ealfredi Abbatis Rhievallensis. *Sed quod in Notis addit* Rhovallum, sive Rhyum oppidum, *ubi eum fuisse Abbatem existimat,* in Cantio esse, a Londino XLVIII millibus passuum distans, *næ ille longe fallitur : nam procul a Londino, Cantiique finibus abest* Rievallis. *Aliud est* Rhium *oppidum Sussexiæ ad Cantii fines. Ast Hugo Menardus* XI *Januarii :* In pago Eboracensi S. Ealredi Abbatis ordinis Cisterciensis. *Demum Martyrologium Anglicanum* XVI *Martii eum refert : in quo corrigendum primo quod ordinis Benedictini dicitur fuisse, deinde quod antiquo monasterio Rievallensi præfectus : nam qui potest antiquum dici, quod ipso vidente atque etiam fortassis adjuvante erat ædificatum? Eodem quoque die Ferrarius :* In Anglia S. Altredi Abbatis.

Alibi 5 et 11 Januar.

et 16 Mart.

Varie ejus expressum nomen.

4 *Varie porro* Aelredi *nomen effertur : nam* Aelredus, Alredus, Ælredus, Elredus, Adelredus, Adilredus, Altredus, Athelredus, Ealredus, Hailredus, Eleredus, Ethelredus *dicitur; quibusdam etiam* Aluredus, *Ferrario* Ealfredus, *Miræo* Valredus. *Priora duodecim ab eadem proveniunt radice,* Athel, *sive* Ethel, Edel, Eel, Ael, *quod* nobilem *significat; et* rad, *sive* red, consilium; *ut sit* Aelredus, Nobilis consilio : *vel ab* Al, *quod* omne, *vel* omnino *sonat, ut sit* Alredus, omne consilium, *vel* qui omnino consilio præstat. *Ast* Ealfredus, *et* Aluredus, omnino pacificus *est, a* fred, *sive* vred, *id est* pax.

Unde formatum.

Vita

5 *Vitam B.* Aelredi *descripsimus ex Legenda Sanctorum Angliæ Joannis Capgravii, ab anonymo compositam auctore. Ejus meminit Trithemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, appellatque eum,* virum in sanctis Scripturis jugi studio exercitatum, et secularis philosophiæ non ignarum, ingenio mitem, eloquio dulcem, devotione præcipuum. *Guilielmo Eysengrenio est, ad an.* 1164, doctrina et eloquentia vir clarus, sacrarum litterarum studiis doctus, et in primis eruditus. *Et ad ann.* 1200, *(videtur autem diversos* Alredum *et* Ethelredum *existimasse)* vir disertissimus, non minus vita quam eloquentia spectatus. *Extat Guilielmi Neubrigensis ad ipsum* Aelredum *epistola, qua profitetur illius se hortatu historiam scribere, licet eam ipso vivente non perfecerit. Recitat Joannes Picardus in Notis ad Neubrigensem carmen quod Nicolaus Rievallensis in Aelredi laudem cecinit .*

Laudes ex variis

Inclytus Ælredus, conditus aromate morum,
Et mellis favus, et dulcedo fuit monachorum.
Flore juventutis hunc Regis * regia fovit;
Quæque nociva procul animoque manuque removit.
De Jerico venit in Jerusalem, duce Christo.
Hic cito fructificat, spinas in lilia vertit :
Sparsa recollegit, et in unum fracta redegit.
Celsior hinc factus, post cœlica præmia nactus,
Si libet et fas est hic dicere, vera retexam.
Nec reor ordiri quicquam de stamine falsi.
Maurus erat maturis moribus, et Benedictus
Exemplo; similis Bernardo, cælibe vita,
Virtutum specimen, vitiorum scopa, decusque
Ordinis et speculum, via pacis, fibula legis.
Prætulit exuvias Pauli Hieronymus auro
Crœsi : nostra pari decoratur gemma nitore.
Intitulant alios præconia multa : sed ipse

* *in MS. Jo. Picardi in margine erat additum* Scotiæ

Pacificus

Pacificus Salomon fuit, et mansuetus ut agnus. Antiquo de consilio, non multa revolvo.

Scripta.

6 *Multos* B. Aelredus *conscripsisse libros legitur, qui a Joanne Pitseo, Chrysostomo Henriquez in Phœnice reviviscente, aliisque referuntur. Eos solos vidimus, quos Richardus Gibbonus noster edidit; nimirum,* Sermones 31, de onere Babylonis, in cap. 13 Isaiæ. Speculum caritatis, lib. 3. Compendium speculi. De spirituali amicitia, lib. 3. Homiliam de Jesu puero duodenni. *Vita S. Eduardi, quam 5 Januar. dedimus, ipsius quoque esse fœtus perhibetur.*

VITA AUCTORE ANONYMO,

Ex Legenda Joan. Capgravii.

CAPUT I.

B. Aelredi adolescentia, ingressus in Religionem.

Venerabilis Alredus cum infantulus in cunis jaceret, venit ad domum patris ejus Archidiaconus quidam, nomine Willelmus, vir quidem *a* præclarus genere, et secundum carnem Alredo propinquus. Is enim ad infantulum respiciens, videt faciem illius in speciem solis conversam, et splendidissimis coruscare radiis, ut suæ manus appositæ umbra succederet : tamque serenus innotuit parvuli vultus, ut tamquam in speculo perfecte videri posset. Affirmavit ergo Archidiaconus illum in oculis Dei magnum futurum, cui tanta gratia in sua infantia arrisisset.

a Omen futuræ sanctitatis.

2 Cum autem puerulus de puerorum ludo regressus domum intrasset, intuens eum pater dixit : Eia fili, inquit, quales nobis edicis rumores? Et ille : Archiepiscopus Eboracensis hodie obiit, pater mi. Ridet ille his auditis cum universa familia, et dixit : Vere fili, inquit, ille obiit, qui *b* male vivit. Et puer : Aliter iste, pater : nam carne solutus ultimum hodie valefecit mortalibus diem. Tertio vero post hoc die, quod puer prædixerat, cunctis de Episcopi obitu verum apparebat.

Alredus puer absentia cognoscit. b

3 In hospitio Rievallis, Eboracensis diœcesis et Cisterciensis ordinis, cum esset, pridie antequam ad habitum reciperetur, in cella Novitiorum ignis in domo illa accensus, usque ad laquearium juncturas sæviens vehementer prævalebat; ut culmen ædificii in momento consumere crederetur. Alredus cum ceteris ad mensam sedens, apprehendit scyphum, et extensa manu siceram, quam continebat, in medium flammarum cum fiducia projecit : et confestim flammam ignis exstinxit.

Incendium mirabiliter restinguit.

4 Adolescens enim tanto amore a Rege Scotorum *c* David complexus est, ut quasi secundus in curia ejus factus, ad Episcopatum eum promovisset, nisi ad Cisterciensem ordinem citus advolasset. Ita pium in omnibus et mansuetum se exhibuit; ut læsus non turbaretur ad iram, maledictis stimulatus non provocaretur ad vindictam : amorem pro odio, bonum pro malo, pro invidia obsequium semper reddere satagebat. Miles quidam videns illum a Rege præ omnibus amari, et plus ceteris honorari, illum persequi cœpit, et gravi odio insectari : quandoque etiam coram Rege illum verbis injuriosis appetere. Cui ille : Bene, inquit, dicis, o miles, optime loqueris : et vera sunt omnia quæ dicis, et mendacium odis : meque, ut credo, diligis. Tandem miles ille considerans Alredum non turbari, a virtute in aliquo non avelli, pœnitentia ductus, veniam petiit : et firmum amicum de reliquo se illi fore spopondit. Cui ille : Fateor, inquit, congaudeo pœnitentiæ tuæ, et idcirco multo magis te amabo; quia odio tuo in amorem crevi Domini mei : et patientia mea per hoc excitata et probata, forte aliquantulum profeci apud Deum.

c Carus Regi Scotiæ.

Patienter fert injurias.

5 Veniens post hæc ad monasterium Ryevallense, et habitum monachorum suscipiens, et in vitæ conversatione proficiens, cum cura Novitiorum sibi injuncta fuisset; quidam Clericus ordinem intrans valde instabilis effectus, velut arundo mutabilis ferebatur. Super quo motus Alredus, dixit Deo in corde suo : Da mihi animam hujus, et quod ipse minus habet salutis, licet indigno gratia tua concedere digneris, Domine Deus meus. Non multo post Frater ille ad seculum redire desiderans, rem Magistro indicat, et desiderium pravæ mentis suæ exponit. Cui Alredus ait : Noli, Frater, perire : nam non poteris, quamquam et velis. Et stultissimum est hoc ipsum velle, cujus contrarium cupiunt omnes Sancti : omnes enim salvari desiderant. Sed ille monita salutis non audiens, a monasterio recessit; et per devia saltus tota die vagabundus oberrat : et parum ante solis occasum ad viam rediens, subito infra murum monasterii transpositum se sensit. Alredus obviam illi occurrens amplectitur collum ejus, deosculatur faciem ejus, et dicit : Fili quid fecisti mihi sic? Ecce flevi pro te hodie multis lacrymis : et credo in Deum, quod sicut petii a Domino, et tibi promisi, non peribis.

Auctore Anonymo, ex Capgravio.

Fit Magister Novitiorum.

In vocatione nutantem mirabiliter confirmat.

6 Fecit enim in probatorio cacellam testeam ad modum parvulæ cisternæ sub terra, cui per occultos rivulos aqua influebat. Ne autem deprehenderetur, os ejus lapide latissimo claudebat. In illam intrans sæpe aqua frigidissima calorem in se omnium extinxit vitiorum.

Pœnitentiæ deditus.

a *Ipsum quoque* Aelredum *Pitseus, Chrysostomus Henriquez in Phœnice cap. 7, et in Fasciculo lib. 2 dist. 26 cap. 23, genere nobilem fuisse tradunt.*

b *Tres reperiuntur* Aelredo *adolescente sedisse Eboraci Antistites,* Girardus, *sive* Gerardus, *qui anno* 1108 *obiit:* Thomas, *qui* 1114, *et* Thurstinus, *qui præfecturam diu administratam, ultro dimisit. At* Thomæ *ac* Thurstini, *a plerisque pietas laudatur:* Girardus *varias fuit vitiis infamis. Sed si de eo hic agi velimus, fuerit sane* Aelredus, *cum anno* 1166 *obiit, plusquam* 57 *annorum, imo minimum* 67 *qui id anno* 1108, *puer pronuntiarit.*

c *Hic Alexandro fratri successit anno* 1125, *ut habet Westmonasteriensis, qui virum magnæ sanctitatis et munificentiæ vocat; obiit* 1152. *Hinc porro corrigas quod scribit Pitseus, postquam Abbas jam esset creatus, innotuisse eum primum Regi Davidi.*

CAPUT II.

Præfectura, virtutes, miracula.

Idem Frater, cujus animam Dominum rogavit ut sibi daretur, pristinæ mutabilitatis incendio conflagratus a monasterio recedere volebat, et veniens ad Alredum tunc Abbatem de *a* Revesby factum, dixit : Domine gravitatem ordinis levitas mea non sustinet. Res omnes contrariæ sunt naturæ meæ : diuturnos labores non fero. Angor et crucior in mora longa vigiliarum : laboribus frequenter succumbo manuum : vestium asperitas carnem penetrat : voluntas mea delicias appetit seculares, et amores mundi et voluptates suspirat. Et ego, inquit Abbas, lautiores cibos et blandiora vestimenta tibi præparo : et omnia, quæ monacho debentur, portabiliora indulgeo. Nolo, inquit ille : licet mihi dederis omnes divitias domus hujus. Et Abbas : Nec ego gusto cibum, donec invitum aut volentem te reducat Dominus. Currit alter ad portam, ut recedat, alter in cubiculum intrat, et orat. Lamentatur pius Abbas filium, et suspiriis intimis cordis erroneum plangit, et consolationem contemnit. Fugitivus autem ad portam veniens, januis apertis, quasi murum ferreum sensit : et sæpius exire tentans, cum propositum suum nullo conatu implere posset, ad Abbatem compunctus redit; et veniam petens, stabilitatem promittit. Cui Abbas dixit : Euge fili mi, bene venisti; vere misertus est mei Deus meus, qui te sanum reduxit.

Fit Abbas de Revesby

a

Iterum tentatum, precibus retinet

8 Nec multo post brachium cujusdam Fratris tumore

Ægrum sanat

AUCTORE ANONYMO, EX CAPGRAVIO.

more inflatum, signo crucis tumorem fugavit, et sanitati reddidit.

Fit Abbas Rievallis.

9 Factus post hæc Abbas Rievallis, ita parcus in cibo extitit, ut eum non hominem, sed spiritum esse putares. Numerum monachorum usque ad centum quadraginta, et quingentos Fratres in monasterio suo ampliavit. Licet enim calculo, et arthritica passione, ante obitum per decennium vexatus fuisset, in humilitate tamen et patientia perseverans, Fratribus sæpius hoc dicere solebat : Filioli, loquimini quæ vultis, tantum non exeat de ore vestro verbum turpe, detractio in fratrem, et blasphemia contra Deum.

Laborat calculo, et arthritide.

Libri ab eo scripti.

10 Scripsit enim vitam *b* S. Edwardi Regis et Confessoris, vitam *c* David Regis Scotiæ *d* S. Margaretæ Reginæ Scotiæ; *e* triginta tres homilias super onus Babylonis in Isaia; tres libros de spirituali amicitia; *f* de natura animæ, et quantitate, ac subtilitate, libros duos; multas quoque scripsit *g* epistolas : et quod in litteris commendavit, hoc in vita complere curavit. Digitum autem suum in os Fratris cujusdam muti posuit, et ipsum loqui præcepit, dicens : Loquere, mi Frater, in nomine Domini. Qui statim omnibus admirantibus respondit. Libenter loquor tecum, benedicte Domine. Et Alredi meritis confestim sanus effectus, laudes Domino referebat.

Isa. 13.

Muto impetrat loquendi facultatem.

Ægrum verbo sanat.

11 *h* Syncopis passio Fratrem quemdam perurgens vexabat, ut neque vox neque sensus in illo apparebat. Cui accedens Abbas dixit : Dilecte fili, salvet te Filius Dei. Nec mora : omnis dolor in eo conquievit.

Et maledicens punitur.

12 Quidam Abbas ei subditus, multa convicia, improperia, et blasphemias Alredo inferens, eum injuste commovit, et spiritum ejus merito contra se provocavit. Cujus malitiam graviter ferens, ad cælum oculos et manus elevans, dixit : Domine Rex æternæ gloriæ, sentiat, quæso, cito iste finem malitiæ suæ, quia tu scis falsa esse, quæ nomini meo nititur ascribere. Cumque Abbas ille cœnobium suum intrasset, in lectum decidit, et die septimo cum magnis cruciatibus vitam finivit.

Galwediæ incolarum pessimi mores ea vitia.

13 Descendens in *i* Galwediam Alredus, invenit *k* Regulum terræ illius contra filios suos iratum, filios in patrem sævientes, et in se invicem fratres. Est autem terra illa fera, silvestris, et barbara, bestiales homines et barbarum omne quod gignit. Veritas ibi non invenitur, sapientia locum non habet. Nam neque fides neque caritas diu perdurat in ea. Castitas toties patitur naufragium, quoties libido voluerit, nec est inter castam et scortum ulla distantia : mulieres per menses viros alternant. Inter religiosos tamen quidam aliorum consilio et ductu satis religiosi existunt, sed propria industria raro perfecti. Sunt enim naturaliter hebetes, et animalem habentes spiritum, voluptatibus carnis semper intendunt. Invenit itaque Alredus Principes provinciæ ira et dissensione turbatos : quorum odia et rancores nec *l* Rex Scotiæ humiliare, nec Episcopus mitigare sufficit, multoque sanguine terram polluerunt. Quos Alredus non tantum pacificavit, verum patrem filiorum habitum religionis suscipere inflexit : et qui multa millia hominum vita privaverat, vitæ participem æternæ fieri docuit.

Principem ferocem ad religionem inducit.

Cuidam precibus succurrit.

14 Iuvene viri, qui aquam potando ranam deglutiverat, digitos imposuit, et elevatis oculis ad cælum, dixit : Domine Rex omnipotens, obsecro per filium tuum Dominum Jesum, respice super hanc creaturam tuam, et fac huic sicut vis et scis. Nec mora, rana ad digitos suos ascendit, et humore magno et putredine sequentibus, in terram cecidit.

Mortificationi deditus.

15 Per quatuor ante obitum suum annos, ab omni vitæ præsentis jocunditate corpus absolvit : ob nimiam corporis maciem, et faciei extenuationem cutis ossibus adhærebat. Parum namque comedens et minus bibens, ciborum appetitum incredibili abstinentia exstinxit : medicorum consilia sprevit, et pro Deo corporis remedia contemnens, animæ sanitati consulere satagebat.

Et piæ lectioni.

Apparent ei et colloquuntur Angeli.

16 Legebat autem libros, quorum lectio lacrymas elicere solet, et ædificare mores : et maxime Confessiones Augustini manibus assidue portabat. Sedebat sæpe in fovea in solo oratorii sui facta, cogitans quia pulvis esset : ubi lux Angelicæ visitationis resplenduit super caput ejus; et quasi cum hominibus, ita cum spiritibus cælestibus loquebatur : et cum solus sæpe esset, plurimorum voces cum illo auditæ sunt.

Spiritu prophetiæ arcana cognoscit.

17 Spiritu quoque prophetiæ claruit : nam Fratribus quibusdam, antequam confiterentur, peccata jussit confiteri, et quæ occulte commiserant, prædixit, locum et tempus adjungens. Fratres duo cum nocte quadam in dormitorio exclamarent, et Fratres ad horrendam eorum vocem excitassent, Fratri illud in crastino Alredo referenti, dixit : Vere, fili, inquit, inter fratres nostros, nocte ista diabolus advenit, et aliquem seducere cogitavit, sed sine effectu attentatæ malitiæ cum confusione quantocyus abscedere compulsus est. Verumtamen aliquantulum ei quispiam consensit.

Item occulta suorum peccata.

18 Post quemdam sermonem in Capitulo factum, inter cetera Fratribus dixit : Videte, Fratres, vitam vestram, corrigite mores, saluti vestræ intendite, quia pro certo affirmo, aliquis vestrum ad damnationem suam ad corpus Christi accedit, quem publicare nolo, ejus correctionem diligo, et rubori parco. His cum admiratione magna auditis, qui reos se cognoverant, venientes secreta cordis sui ei aperire festinabant.

a *Alii* Renesby *scribunt. Monasterium fuit in diœcesi Eboracensi, a Rievallensibus erectum.*

b *Dedimus* v *Janu. vitam* S. Eduardi: *sed ex iis quæ ibidem diximus, colligi potest aliam de* S. Eduardo *ab* Aelredo *scriptam, ac fortassis etiam, quæ isthic extat, non esse genuinam illam ab Aelredo scriptam.*

c *Pitseus vitæ illius initium citat,* Religiosus et pius Rex David, *additque scriptum præterea ab Aelredo* planctum mortis ejusdem.

d *Matris ejusdem* Davidis. *De ea agemus* x *Junii.*

e *Solum extant* 31 *editæ a Gibbono.*

f *Pitseus habet:* De natura animæ, librum unum. De dotibus animæ librum unum.

g *Pitseus:* Epistolarum trecentarum lib. 1.

h *Est* syncope, *gravissima virium concisio, cum proximo mortis periculo. Ea* syncops *dicitur vulgo medicorum.*

i *Gallowallia aliis, et Gallovidia dicitur,* Ab Hibernis, *inquit Camdenus,* qui olim occuparunt, et se Gael sua lingua contracte vocant, facta appellatione. *Regio est Scotiæ, Hiberniæ Angliæque proxima, quam* Novantes *olim tenuere.*

k *Hic erat* Fergusius, *qui factus deinde Edenburgi ad sanctam Crucem Canonicus memoratur.* Uethredum *ejus filium* Gilbertus *frater natu minor prælio vicit, et lingua excisa oculisque erutis misere vita et principatu exuit. Huic tamen postea* Rolandus Uethredi *filius successit.*

l *Scribit tamen Camdenus,* Fergusium, post multas quas dederat turbas, eo a Malcolmo adactum, ut filium Uethredum obsidem dederit. *Sed verisimile est B.* Aelredi *consilio id potius perfectum a* Malcolmo IV, *nepote Davidis, quam armis.*

CAPUT III.

Eximia mansuetudo; morbus, obitus.

Immortalitas ejus dotes Fratri cuidam in visu ostenditur.

Frater quidam aspiciebat in visu noctis, et vidit coram facie ejus quoddam excelsum ædificium artificiose constructum, amplum, et venustum, unoque tantum ostio introitum ostendens. Fenestræ in illo nullæ, nulla foramina, nullum ibi lumen, nisi per parvum solis radium, qui ostio aperto infundebatur. Ligna domus omnia odorifera et fragrantia erant. Quanto propius accedebat, tanto in illius suavitate odoris amplius delectabatur. Et aspiciens per ostium, vidit lectum in pavimento positum; et in lecto jacentem Abbatem suum. Cum autem ingressus Abbatem mortuum videret, ubertim ejulare et flere cœpit. Et elevans

elevans oculos ad tectum domus, vidit imaginem hominis relucentem supra omne quod carnalis oculus in hoc mundo conspexit; totumque ædificium tamquam mille luminaribus illustratum refulsit. Per medium omnium membrorum imaginis ita clare vidit, ac si in parte altera præsens affuisset. In medio autem domus imago in aere apparebat, subtus vel supra nullo adjutorio suffulta. Nubecula tamen quædam subobscura, juxta umbilicum visa est, quæ non adhærebat luci figuræ, sed ibi parumper mutabilis dependebat. Et ecce vir a latere assistens, vultu et habitu gratus, Fratri ineffabiliter admiranti ait : Quid miraris? Quare non potius respicis ad Patrem tuum, qui ante te jacet, ut æstimas mortuum? Et ille : Gloria, Domine, hujus imaginis oblivisci me fecit mortem dulcissimi Patris mei Et alter : Non est mortuus Pater tuus. Nam et figura hæc, quam vides, anima illius est. Tantum autem in operibus ejus restat illuminandum, sicut illa nubecula, quæ circa umbilicum movetur imaginis. Quod cum fuerit illuminatum, migrabit ad Dominum. Et ut scias, inquit, quod hæc imago anima illius sit, ecce ingreditur corpus ejus. In ictu oculi, illa figura in corpus per os ejus illapsa, vidit statim Abbatem se movere, quasi vellet de loco consurgere. Et præ gaudio Frater ille ita valide exclamare cœpit; ut ceteros Fratres de lectis surgentes, eum excitare cogeret.

Siccâ tussi laborat

20 Per integrum ante obitum suum annum tussis sicca pectus ejus ventilans cum aliis infirmitatum generibus in tantum debilitavit eum, ut sæpe Missarum solemniis celebratis in cellam rediens, per unam horam nec loqui, nec se movere prævalens, immobilis in stratu cubaret. Demum vocatis in unum Fratribus, inter cætera illis dixit : Deum invoco testem, quod nullius malitia, detractione, vel lite exarsi, ex quo habitum suscepi religionis, quæ aliqua commotione diei finem in corde meo valuit expectare, semper pacem et fraternam salutem, et propriam quietem diligens. Hoc gratia Dei animo imperavi, ne turbata mentis meæ patientia solis occasum pertransiret.

Auctore Anonymo, ex Capgravio. Diem obitus sui cuidam in somnis prædicit. Moritur a

21 Dormienti cuidam Fratri Abbas infirmus apparens, dixit : Quando, Frater, putas transibo? Nescio Domine, inquit ille. Et Abbas : Pridie Idus Januarii migrabit ancilla Domini anima mea a domo sua terrena, quam hucusque inhabitavit. Et factum est ita. Nam secunda die post hæc circa quartam vigiliam noctis, pridie Idus Januarii, migravit ad Dominum a anno Domini MCLXVI et anno vitæ suæ quinquagesimo septimo.

Laborarat colica et calculo.

22 Abbas iste adhuc vivens, cum passione colica, et torsione calculi multum vexaretur, et super mattam juxta ignem sedens, inter genua caput prorsus habere videretur; supervenit Frater quidam, fremens atque crudeliter dentibus frendens, et manibus suis Abbatem cum matta apprehendit, et totis viribus in ignem projecit, clamans et dicens : O miser, ecce modo te occido, modo te morte dura perdo. Quid hic jaces fictissime? A modo non erit quod mentiaris, quia nunc utique morieris. Inter hæc monachi venientes, Patrem ab igne extrahunt, et zelo accensi in filium pestilentiæ manus injicere voluerunt. Sed oblitus infirmitatis, et caritatis memor, præcepit illis Abbas, dicens : Nolite, quæso, nolite filii, Patrem vestrum tunica patientiæ spoliare. Non sum commotus, non sum læsus, turbatus, non sum, quia filius meus est qui me projecit in ignem, et per hoc purgavit, non peremit. Filius meus est : sed infirmus est. Ego quidem corpore non sum sanus : sed sanavit me in anima infirmus ille. Et apprehendens caput ejus deosculatur, benedicit, amplectitur, et quasi nil mali sensisset, vel passus fuisset, dulciter lenire studuit furorem irascentis in se sine caussa.

Et, qui ipsum in ignem conjecerat, ignoscit.

a *Subscribunt alii, Pitseus, Gibbonus, Henriquez in Phœnice et Fasciculo. Verum hic in Menologio, quod postremo edidit, scribit migrasse anno* 1200, *ætatis suæ* 50. *Trithemius floruisse scribit circa ann.* 1200, *Menardus* 1161. *Joannes Picardus ait translationi* S. Eduardi *interfuisse an.* 1161. *Probabile id quidem videri potest, etsi non recenseatur inter ceteros Abbates qui tum adfuere. Verum non* 1161, *sed* 1163, 13 *Octob.* die Dominica, *facta est illa translatio, ut supra* 5 *Januar. diximus.*

SANCTORUM MARTYRUM

NAINII, JACOBINI, ANSELMI,

INVENTIO BRIXIÆ.

XII Januarii

Horum natalis ignotus

Plures cum SS. Faustino *et* Jovita *(de quibus* xv *Februarii agemus) coronati martyrio feruntur. Ex eo numero traduntur fuisse* Nainius, Jacobinus, Anselmus; *quorum quia nusquam natales reperimus, hic Inventionis memoriam consignamus, ex Petri Galesinii Martyrologio, in quo hæc habentur* Brixiæ, inventio Sanctorum Martyrium, Nainii, Jacobini, et Anselmi, qui una cum beatis Martyribus Jovita et Faustino, pro fide fortiter pugnando coronati sunt. *Eadem habet Martyrologium Germanicum, in quo tamen* Bainius *pro* Nainio. *Ferrarius quoque eos refert ex Galesinio, negat tamen in tabulis Ecclesiæ Brixiensis usquam eorum extare memoriam. At Galesinius Brixiensium Annales citat : quo tamen tempore hæc contigerit inventio, non exprimit.*

XIII JANUARII.

SANCTI QUI IDIB. JANUAR. COLUNTUR.

OCTAVA EPIPHANIÆ DOMINI.
S. Potitus, Martyr.
S. Andreas, Episcopus Trevirensis.
SS. XL Milites Martyres, Romæ via Lavicana.
S. Secundus Martyr, Romæ.
S. Eno, S. Quirio, } Martyres.
S. Ingenuus, S. Vincentius, S. Sattus, S. Saturus, S. Felicitas, } Martyres, in Africa.
S. Cyriacus, S. Ciminus, S. Zoticus, S. Herisus, sive Erisinus, S. Glycerius, S. Felix, S. Januarius, } Martyres, Neapoli in Campania.
S. Pachomius, S. Papyrinus, } Martyres.
S. Athanasius, Martyr.
S. Hermylus Diaconus, S. Stratonicus Commentariensis, } Martyres Singidoni in Mysia.
S. Glaphyra, Virgo, Amaseæ in Ponto.
S. Agricius, Episcopus Trevirensis.
S. Leontius, Episcopus Cæsareæ in Cappadocia.
S. Hilarius, Episcopus Pictaviensis in Gallia.
S. Viventius Confessor, Vergiaci in Gallia.
B. Theodorus, Episcopus Senonensis in Gallia.
S. Designatus, Episcopus Trajectensis in Belgio.
S. Kentigernus, Episcopus Glascuensis in Scotia.
S. Verus, Episcopus Viennensis in Gallia.
S. Enogatus, sive Egnogatus, Episcopus Alethensis in Britannia Armorica.
B. Stephanus, Episcopus Bituricensis in Gallia.
S. Gumesindus Presbyter, S. Servus-Dei monachus, } Martyres Cordubæ in Hisp.
B. Euticius, Abbas Balmensis in Burgundia.
S. Berno, Abbas Cluniacensis in Gallia.
S. Leogisolus Abbas, Vergiaci in Gallia.
B. Heldemarus eremita, Aroasiæ in Belgio.
B. Godefridus, Comes Capenbergensis, post religiosus ord. Præmonstratensis, in Westphalia.
B. Ivetta vidua, reclusa, Hui in Belgio.
B. Veronica de Binasco, Virgo, Mediolani.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Julianus, S. Basilissa, et Socii, } Martyres, Antiochiæ Ægypti. *Rabanus, et* MS. *Martyrol. S. Maximini Treviris. De iis egimus* IX *Januarii.*

S. Bartwaldus, Episcopus Cantuariensis. MS. *Florarium. Nos supra* IX *Januar.*

S. Guillermus Bituricensis *Idibus Januarii* traditur sepulturæ *Kalendar. Cisterc. editum Divione. Vitam dedimus* X *Januar.*

S. Cæsaria Virgo *refertur hoc die a Saussaio, iterumque, quo eam dedimus* XII *Januar.*

S. Hilarius Episcopus et Confessor, Parmæ. *Galesinius. Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ ait S.* Hilarium Pictaviensem *Parmæ ut Patronum coli : Galesinius vero in Notis tradit eum, qui isthic celebratur, Parmensem Episcopum fuisse. Omittimus donec certius quid eruamus.*

S. Eugenius Episcopus. MS. *Florar. At non addit, cujus Sedis fuerit Episcopus. An forte* Eventius *est, de quo infra?*

S. Severus Episcopus et Confessor, apud Lugdunum. MS. *Florarium. Nullum inter Lugdunenses Episcopos* Severum *reperimus; nisi sit* Verus, *quem tamen ut* Sanctum *coli, nusquam legimus. Fortassis* Severus *cujuspiam alterius Sedis Episcopus, isthic mortuus, aut conditus est.*

Monachi plurimi in Lindisfarnensi S. Cuthberti monasterio a paganis Aquilonaribus, Idibus Januarii, interfecti *memorantur a Rogerio Hovedeno* I *parte Annalium ad ann.* 793, *Malmesburiensi lib.* 3, *de gestis Pontif. Anglor. Westmonasteriensi ad an.* 795. *Hugo Menardus eos veluti* sanctos Martyres *Martyrologio Benedictino inscripsit. Nobis nondum constat an ab antiquis ut* Martyres *habiti cultique sint.*

S. Barnitus Confessor, in Scotia. *David Camerar. Idem est, quem* 5 *Januarii a Ferrario relatum, isthic quoque, non satis nobis notum, inter omittendos recensuimus.*

B. Stephanus Abbas monasterii S. Laurentii Leodii. *Kal. SS. ditionis Leodiensis. Ejus mentio fit perhonorifica in vita* B. Wolbodonis *Episcopi* XXI *Aprilis.* Beatum *quoque indigetat Jacobus Lobbetius noster in epistola, qua* Viam vitæ ac mortis *tribus libris a se explicatam, dedicat* Gerardo Sani *ejusdem cœnobii Archimandritæ.*

Henricus monachus et eremita ordinis Cisterciensis in Suevia, *refertur hoc die, et* Beatus *appellatur a Chrysostomo Henriquez in Menol. Cisterc. non tamen exprimit an colatur.*

Antonius Naetinus Tuneti in Africa a Mauris pro Christi fide combustus. *Ferrarius, et Octavius Cajetanus noster.*

Sancti monachi in monte Sina et Raithu interfecti *referuntur hoc die in Martyrologio Germanico. Vitam eorum dabimus* XIV *Januar.*

S. Tosso, Episcopus Augustanus. *Ferrar. De eo agemus* XVI *Januar.*

S. Evantius, *sive* Eventius, Episcopus Viennensis in Gallia. *Ferrar. Joannes Chenu, Joannes Boscius in Bibliotheca Floriacensi, Saussaius in supplemento Martyrologii Gallicani, iterumque quo et nos, die* III *Febr.*

S. Bosa, Episcopus Eboracensis in Anglia MS. *Kalendarium SS. ord. S. Benedicti. At Martyrol. Anglicanum* IX *Mart.*

S. Gregorius Theologus. *Maurolycus, et Petrus de Natal. lib.* 2, *cap.* 69. *Nos* IX *Maii.*

S. Jacobus, Nisibenus Episcopus. *Menæa. At Martyrol. Roman.* XV *Julii.*

Encænia sancti Prophetæ Eliæ in monasterio ad profundum lacum. *Menæa. De* S. Elia *agit Martyrol. Romanum* XX *Julii.*

S. Arigius Episcopus Lugdunensis, *hic refertur a Ghinio. Agemus de eo* X *Augusti.*

S. Januarii Episcopi et Martyris, *reportatæ sunt hoc die*

die Neapolim reliquiæ ab Oliverio Carafa Archiepiscopo Neapolit. Cardinale, ann. 1497, *ut ad ejus vitam dicemus* XIX *Septemb.*

S. Firmini Episcopi Ambianensis primi, et Martyris, Inventio et Translatio. *Ferrar. Maurolyc. Galesin. Petr. de Natal. lib.* 2, *cap.* 70. *Saussaius*, MSS. *De ea agemus ad ejus vitam* XXV *Septemb.*

S. Remigius, Episcopus Remensis, Francorum Apostolus, *hoc die obiit, colitur præcipue, quo die ejus facta est Translatio* 1 *Octob.*

Ex variis.

S. Berewardus, Episcopus Hildeshemiensis. MS. *Florar. Aliis* Bertwaldus *dicitur, de quo agemus* XX *Novemb.*

S. Apra, *sive* Abra, Virgo, S. Hilarii Episcopi filia, *a quibusdam occasione patris hoc die refertur. De ea agemus* XIII *Decemb.*

OCTAVA EPIPHANIÆ.

XIII Januarii

Octava Epiphaniæ *in omnibus fere consignata est Martyrologiis, Romano, Bedæ, Rabani, Notkeri, Maurolyci, Bellini, Molani, Galesinii, et plerisque* MSS. *Agit de ea Amalarius Fortunatus lib.* 4, *de Ecclesiasticis officiis, cap.* 34. *Antiquum officium, teste Gavanto commentar. in rubr. Breviarii, sect.* 6, *cap.* 7, *erat de baptismo Christi, de quo nunc solum est Evangelium. In Breviario edito Venetiis anno* 1521, *(quod ipse citat, et congruit vetus Missale excusum anno* 1508, *quod penes nos est) officium hoc die fiebat semiduplex; quod etiamnum in Kalendario Capuano servatur, ut videre est apud Michaelem Monachum. Breviarium concinnatum a Cardinale Quignonio, Pauli III auctoritate, editumque an.* 1535, *nihil de Octava, solum de S. Hilario officium habebat. In altera editione ejusdem Breviarii, restitutum est officium Octavæ, quod nunc est duplex.*

Officium hujus octavæ.

2 *Græci* 14 *Januarii celebrant* Theophaniorum octavam, *ut patet ex Menæis et Horologio. Ast in Anthologio quod Clemens VIII approbavit, notatur* octava sanctorum Epiphaniorum 13 Januarii.

DE S. POTITO MARTYRE.

An. Chr. CLXVI XIII Januarii

Nulla fere in veteribus Cisalpinis Martyrologiis, *quæ quidem viderimus*, S. Potiti *Martyris memoria.* MS. *Florarium, haud sane antiquum, Kalendis Januarii hæc habet*: Romæ Potiti Martyris, pueri 13 annorum, qui in equuleo suspensus, lampadatus, ac tandem lapidatus est anno salutis CLX, et decollatus. *At* MS. *monasterii S. Martini Tornaci, quod ab aliquot seculis exaratum est, atque* Eusebii, Hieronymi, Bedæ *nominibus est prænotatum,* 3 *Januarii:* Et natalis Potiti, qui sub Antonino Imperatore primo fustibus est cæsus, deinde carceri inclusus, et magno pondere ferri damnatus. Unde eductus, in equuleum est suspensus. Et cum esset jussus ab Imperatore secari, et canibus projici, eum milites tangere non poterant. Inde jussus est frigi in sartagine, frixusque plumbo superfundi. Post vero palo ferreo fixus a capite est usque deorsum. Quo ab Angelo erepto, jussit illi Imperator linguam abscindi, et oculos compungi. Et cum nec sic vinci posset, jussus est capite plecti, cum esset tredecim annorum puer. *Sanctuarii Capuani a Michaele Monacho editi parte* 4 *Kalendarium quoddam monasterii sanctimonialium S. Joannis,* 12 *Januarii isthæc habet*: Passio erit S. Potiti Martyris.

S. Potiti nomen in sacris fastis, 1 et 3 Jan. — 12 Jan.

2 *Ipsis Idibus eum celebrat Martyrologium Romanum his verbis.* In Sardinia S. Potiti Martyris, qui sub Antonino Imperatore et Gelasio Præside multa passus, demum gladio martyrium consecutus est. *In monasterio S. Potiti Neapoli, de quo infra, colitur* 30 *Januarii. Ferrarius* 8 *April. ista habet in generali Catalogo*: Tuscanæ in Hetruria S. Potiti Martyris. *Citat tabulas Ecclesiæ Tuscanensis, traditque ejus isthic reliquias servari, cetera ignorari. De reliquiis post paullo. Idem Ferrarius* 13 *Novembris* Pisis in Hetruria Sanctorum Martyrum Ephysi et Potiti Sardorum, *qui dies est translationis, de qua infra.*

13 Jan. — 30 Jan. 8 Apr. — 13 N.

3 *Acta* S. Potiti *descripserat Rosweydus noster propria manu ex vetustissimo codice M. Velseri, quæ cum alio* MS. *monasterii S. Maximini contulimus. Eadem, sed contracta, extabant in* MS. *Ecclesiæ S. Martini Ultrajecti. Eadem recenti stylo ornatius descripta accepit Rosweydus ex Sicilia. Alia fusiora, ex primis illis, sed ab antiquo auctore, concinnata, Neapoli accepimus ab Antonio Beatillo nostro e pervetusto codice monasterii* S. Potiti *descripta, quæ cum illis damus, collata cum Lectionibus proprii officii ejusdem monasterii, quod a* 100 *prope annis, jussu Mariæ S. Felicis Abbatissæ, ordinatum excusumque idem nobis misit Beatillus, e quo officio hymnos aliquot subjungemus.*

Acta

4 *Agunt præterea de* S. Potito *Marius de Vipera in catalogo SS. Ecclesiæ Beneventanæ, a qua hoc die officio duplici colitur. Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ. Michael Monachus Sanctuarii Capuani parte* 4. *Cæsar Eugenius Caracciolus in Neapoli sacra. Fertur Alexander Flaminius civis Tricaricensis vitam* S. Potiti *versibus exarasse, quam non vidimus; uti nec Joannis Mariæ Arcæ librum de SS. Sardiniæ, Franc. Faram de rebus Sardois, Dimæ Serpi chronica Sardiniæ.*

Alia de eo scripta

5 *Baronius tom.* 2. *Annal. ad an. Christi* 154, *qui fuit Antonini Pii* 16, *secundum ipsum* 15, *enumerans varios Martyres sub eodem Imperatore martyrio nobilitatos,* in Sardinia Potitum *recenset. Ferrarius, de Vipera, Caracciolus anno* 168, *occisum aiunt, qui erat M. Aurelii Antonini Philosophicum L. Aurelio Vero* 7. *Posterior vita anno* 166, *eorumdem scilicet Imperatorum quinto exeunte, id factum tradit.*

Tempus martyrii.

6 *Idem Baronius non solum* Sardum *facit* Potitum, *sed* in Sardinia occisum. Calari in Sardinia natum *scribunt Ferrarius, Caracciolus, de Vipera. Vita recentior, e Sicilia transmissa,* natione Sardum *asserit. Vita* MS. *prior* in infantia constitutum in civitate Sardica *habitasse ait; posterior* orientalium partium civem *vocat, consentiuntque hymni et Lectiones. Eadem vita motæ* in Isauria *contra Christianos persecutionis meminit; Lectionis proprii officii,* in Asiæ partibus. *Unde non obscure colligit ait Monachus,* origine Asiaticum *fuisse, citatque alios* MSS. *codices Neapolitanos, qui e* Sardica *urbe ortum tradunt; Flaminium qui* Sardibus *Lydiæ metropoli. Reperimus in quodam Rosweydi schediasmate isthæc exarata.* Acta habent Potitum constitutum in Sardica, quæ est Daciæ vel Thraciæ. An inde origo de Sardinia? Sane in vita habetur, Potitum in monte inventum, et Dacia montosa. Unde Statius in equo Domitiani

Et attoniti vidit domus ardua Daci

Item hic in fine de Apulia. Apulum, sive Apulensis colonia, Daciæ urbs. *Ita ille. Unum illud modeste possumus pronuntiare*: Non liquet.

Patria

7 *Ut* Potiti *ortu, ita et sacris ejus reliquiis plures civitates gloriantur. In Sicula vita post martyrii ejus narrationem hæc subduntur*. S. Potiti corpus postea ex Apulia non minore honore, reverentia, et cultu, in Sardiniam Sancti patriam est perlatum, in illoque ubi deinde D. Ephysius Martyr egregius sepultus est loco, prope Calarim fuit reconditum, aestetit, donec utriusque reliquias Pisani multo tempore Sardiniam occupantes, anno Domini 1088, in suam metropolim D. Mariæ virgini sacram transtulerunt: quo tum XIII Kalend. Septembris pervectæ, inde usque hactenus, ut summo honore cultu, reverentiaque habitæ sunt: ita

Reliquiæ translatæ in Sardiniam — inde Pisas

Ex variis

ita quoque ab iisdem continuo Pisani præsentissimum senserunt ac sentiunt auxilium. Translationis ipsorum festum conventu maximo, et summa devotione civium, mensis Novembris Idibus celebratur. *Hæc ibi. Nihil* XII *Kal. Sept in ullo Martyrologio de ea Translatione reperimus.*

Festum Translationis

8 *Baronius in eamdem sententiam in Notis ad Martyrologium*. In Sardinia autem et Pisis agitur de Potito et Ephisio Idibus Novembris; sed illa est Translatio. *Ferrarius in Notis ad generalem catalogum SS. scribit ex Tabulis Ecclesiæ Pisanæ, eos tamquam Patronos* XIII *Novembris, cum octava, celebrari. Addit ex Francisci Faræ, ut ait, lib.* 1 *de rebus Sardois*, Potiti *corpus* ex Apulia Noram *ab Angelis esse delatum. Amborum deinde*, Potiti *et* Ephysii *corpora, a Pisanis rerum in Sardinia potitis, in suam urbem advecta. De* Ephysio *agemus* XV *Januarii.*

9 *Cæsar Eugenius Caracciolus scribit, aliquot post Potiti martyrium annis, ejus corpus a Sardis* Noram *deportatum, inde* Calarim; *tandem anno* 1326, Pisas *una cum* S. Ephysii *corpore, ubi utrumque in magnifico sacello intra Cathedralem basilicam conditum. Additque ex Dimæ Serpi chronicis Sardois, cum Clerus Pisanus illorum Martyrum cultum (incertum negligentia an qua alia caussa) intermisisset; jamque eorum festo feriale, quod vocant, officium inchoaretur, utrumque spectabilem adstitisse cum immensa Angelorum caterva, atque elata voce officium de Martyribus auspicatos*, Regem Martyrum Dominum, *et quæ sequuntur occinuisse, monuisseque Clerum ut idem officium prosequeretur: eo enim missos Angelos a Deo ut neglectum ab ipsis festum celebrarent. Stupefacti qui aderant, cœptum a Cœlitibus officium prosecuti, deinceps religiose peregerunt. Spectatur etiamnum in Choro ejusdem basilicæ depictum cœleste hoc ostentum. Ita ille.*

intermissum divinitus restitutum

10 *Potuere aut Pisis, aut antea Calari accepisse Tuscanienses hujus* S. Potiti *reliquias, festumque instituisse annue celebrandum* VI *Id. Aprilis, ut num.* 2 *dictum est : quamquam est alius fortasse Martyr* Potitus, *quem illi venerantur. Scribit Marius de Vipera*, S. Potiti *corpus* a Christianis sepultum, postea Tricarici in ecclesia sanctissimæ Trinitatis in arca anno sal. 1500 repertum coli cœpisse, et Patroni loco haberi. *Idem tradit Ferrarius in Notis ad generalem catalogum SS.* 13 *Novemb. et Caracciolus qui suspicatur partem aliquam corporis isthic remansisse. Paulus Regius in vita S. Januarii cap.* 10, *scribit* S. Potiti *reliquias aliquas asservari in monasterio Montis Virginis.*

Ejus alibi quoque reliquiæ.

11 *Jacobus Pintus noster lib.* 3 *de Christo crucifixo, tit.* 4, *loco* 12, *asserit caput* S. Potiti *etiamnum in Sardinia extare. Agens enim de inventione variarum reliquiarum in Sardinia, num.* 40, *ita scribit :* In altero magnifico et insigniori sepulchro, una cum sacris ossibus inventa est alia concreti sanguinis amphora vitrea. In aliis alia reperta sacra corpora, non sine eisdem, vel similibus sanctitatis vestigiis, et martyrii argumentis, odorisque fragrantia suavissima. Inter argumenta, seu instrumenta martyrii illud præclarum, et singulare, quod in insigniori sepulcro, cum bona ossium parte collecta, et eo translata, grandiori clavo transfixum caput a vertice ad guttur inventum est : quod et si non expressum epitaphio et illustratum Martyris nomine; satis tamen illustre est, neminem Sardorum Martyrum præter Potitum, eo tormenti genere martyrium passum. Cujus reliquias constat Martyrologis in Sardiniam ex Italia translatas, sed unde Pisas, testatur antiquus codex Ecclesiæ Pisanæ, quem ego legi; sed ad quam insulæ partem olim ex Apulia translatæ sint, Pisanus codex non habet. Aiunt nonnulli, Noram. Forte translatæ Nuram, vulgo Nurram; et aliæ ab iis quæ Pisas translatæ, mutato Potiti nomine. Est autem Nura, seu corrupte Nurra, contigua Turribus, ad urbemque Turritanam spectans. *Hæc ille; verum quæ non omnia probamus. Nam etsi* S. Potito *transfixum caput, non tamen eo tormento interemptus est; nec existimamus quo supervixit tempore, hiantem in vertice plagam gestasse; sed divinitus et ferrum extractum, et curatam plagam. Demus id tamen, at* Nora, *vetus sane urbs, ad meridionalem insulæ oram refertur a Ptolemæo tab.* 7 *Europæ; et suspicantur viri eruditi* haud procul dextra Sæpri amnis ripa *fuisse, ubi nunc locus est* Nori *dictus, non longe ab oppido* Servi. *Probatur ex Antonini Itinerario conjectura, in quo sic habetur* : A Sulcis Nura M. P. LXIX. A Caralis Nura M. P. XXII Turris *vero opposita insulæ parte ad Septentriones vergebat. Nam quod ait neminem Sardoorum Martyrum transfixo capite martyrium passum, unde id constat? Cui prius fuere eorum Sanctorum, quorum superioribus annis isthic reperta corpora sunt, nota nomina, nedum certamina?*

Caput an in Sardinia.

Nora urbs.

12 Est Beneventi, *ut scribit de Vipera*, in S. Potiti honorem templum jam pridem excitatum, in ea urbis regione quæ dicitur ad Calcarias, sed vetustate collapsum. *Neapoli quoque ædificatum illi templum cum monasterio a* S. Severo *Episcopo, ut habetur in proprio ejus officio Lectione* 8. Fecit duo monasteria unum S. Martini Episcopi et Confessoris, et aliud S Potiti Martyris. *At de titulo monasterii* S. Martini *agemus cum ipsius* S. Severi *ætatem examinabimus* 30 *Aprilis, cum videatur ante* Martinum *obiisse* Severus, *sed potuit a quopiam e successoribus, propter populi religionem, dicari S Martini honori, quod alio prius nomine esset appellatum. Est vero nuper, Pauli V Pontificis assensu, venditum id monasterium in gratiam Camilli Caraccioli Principis Avellini, cujus palatio luminibus officiebat, atque alio loco novum ædificatum, quod* 30 *religiosæ ordinis S. Benedicti incolunt, quibus sacra sex Presbyteri procurant. Ita Caracciolus.*

Templa S. Potito erecta

VITA EX MS. M. VELSERI.

CAPUT I.

S. Potitus patris minas, dolos dæmonis vincit.

Factum est autem in diebus illis, S. Potitus dum esset in infantia sua constitutus in civitate *a* Sardica, Spiritus Dei super ipsum habitabat. Pater vero ejus, nomine Hylas, idolis, et diis iniquis serviebat, et multis verbis et blandimentis suadebat filio suo, ut sacrificaret diis. S. Potitus dixit : O pater, non utile verbum loqueris mecum, ut sacrificem dæmoniis. Tunc pater iratus jussit S. Potitum sub custodia mitti, et præcepit ut nemo ei escam ministraret, neque aquam ei daret, dicens : Sine, videamus si Deus tuus, quem te dicis colere, ipse dabit tibi panem.

S. Potitus a parente cruciatur fame

2 Tunc S. Potitus fixo genu Deum deprecabatur, dicens : Judica Domine nocentes me : expugna impugnantes me. Te enim Domine Jesu Christe, desidero videre, quia tu es odor suavitatis. Tu humiliasti te pro nobis peccatoribus. Adjuvet me dextera tua, sicut misertus es Danielis in lacu leonum : sicut locutus es Domine Jesu Christe in sancto Evangelio, dicens : Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Sanctus vero Potitus confortabatur a Spiritu sancto, et facies ejus splendebat, ut radius Solis.

cœlitus corroboratur.

Matth. 5

3 Pater autem ejus iterum accessit ad eum, dicens : Fili sacrifica diis, jussum est enim ab Antonino Imperatore, ut quicumque non sacrificaverit diis, multis et diversis pœnis interficiatur, aut feris tradatur. Dolet enim mihi quod te unicum filium *b* habeo. S. Potitus dixit : Quibus diis sacrificare debeo, ut nomina ipsorum sciam? Pater ejus dixit : Non scis, fili, Deum esse Jovem, et *c* Arpam et Minervam? S. Potitus dixit : Ex quo natus sum ex te, pater, numquam audivi ut Deus Arpa dicatur, aut *d* Ariana, aut Minerva, quos tu dicis. O Pater, si scires quanto potens est Deus Christianorum, qui se humiliavit, et salvavit nos, *e* crederes in ipsum. Non enim scis pater

Reddit patri rationem.

Psal. 95. 5. pater Prophetam dicente : Quoniam omnes dii gentium dæmonia : Dominus autem cælos fecit. Hylas dixit : Unde tibi ista verba? S. Potitus dixit : Ego *Matth. 10. 19.* cui servio, ipse loquitur per os meum; sicut in Evangelio dicit : Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

Contemnit tormenta. 4 Hylas dixit : Ergo fili nullam pœnam times? aut cum fueris ductus ad Antoninum Imperatorem, quid de te facturus eris, cum in multis pœnis fueris constitutus? S. Potitus subridens ait : O pater, verbum stultum locutus es : nam Dominus noster Jesus Christus, qui est redemptor animarum nostrarum, ipse me confortabit servum suum. Non enim scis, pater, quia in nomine Domini David singulus Goliam occidit de saxo, et de gladio ejus amputavit caput ipsius, et monstravit coram filiis Israel et coram socero suo. Hylas dixit : Ergo in omnibus istis paratus es? S. Potitus dixit : Credo in Deum Patrem et Filium, et Spiritum sanctum, quia hæc omnia paratus sum in nomine Domini pati. Sed tu, pater, crede in Dominum Jesum Christum, et salvus eris : isti enim dii nihil sunt, et numquam aliquem salvum fecerunt, aut aliquando prævaluerunt. Si vis scire, pater, die *Deos ridet.* ac nocte in igne ardent, et numquam extinguetur ab illis ignis æternus. Quis ergo, pater, æramenta et petras adoret, qui cum ceciderint in terram, erigere se non possunt; sed *f* minutati fiunt, ut pulvis, et vocem non emittunt, muti enim sunt. Vel ad serpentes attendite, si momorderint nocere possunt; illi enim hominem nocere non possunt : quanto magis qui pro Christi nomine patitur, qui conculcavit leonem et draconem?

5 Et admiratus est Hylas pater ejus, et in faciem suam cecidit in terram, dicens : Vere Deus est cum filio meo Potito. Væ enim mihi peccatori, ut filius meus sapientior me inveniatur! Statim enim *g* nubes *Alio transfertur* de cælo rapuit S. Potitum, et deposuit eum in locum, qui dicitur *h* Ephirus. Ibi flectens genua sua *Orat pro patre* orabat, dicens : Deus Angelorum, Deus Archangelorum, exaudi me peccatorem servum tuum : non enim sum dignus invocare te, quia peccata mea multiplicata sunt super me. Da intellectum patri meo, ut cognoscat quia tu es Deus solus, et non glorietur diabolus super eum; sed mitte Spiritum tuum sanctum super eum, ut cognoscat te; et non separetur a me, qui genuit me.

Præmunitur ab Angelo contra tentationes 6 Et statim Angelus apparuit S. Potito, dicens ei : Fiat tibi, sicut petisti : Deus enim tecum est, et ubicumque invocaveris illum, paratus est tibi Deus. Scias enim diabolum, qui est seductor animarum, paratum esse ad impugnandum te; et cum multis verbis fallacibus, suasurus est te, dicens tibi, quia ipse est Christus. Ergo non adorabis eum, sed dic illi : Si tu es Dominus Jesus Christus, flecte genua mecum, et oremus. Observa enim calcanea ejus, quia terram tangere non possunt. Et statim Angelus abscessit ab eo. Tunc S. Potitus orans, dixit : Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.

diabolum sibi sub specie Christi, gigantis tauri insultantem vincit, 7 Et ecce diabolus stetit ante illum, dixitque illi : Ecce ego ad te, Potite, veni : quid tantum crucias animam tuam? vade ad domum patris tui, et epulare ibi. S. Potitus dixit : Non destrues servum Christi. Diabolus dixit : Non vides, quia ego sum Christus, et dolui super lacrymas tuas, et veni ad te? S. Potitus dixit : Si tu es Christus, oremus. Et attendens calcanea ejus, terram non tangebant. Tunc humiliavit se in orationem S. Potitus, dicens : Domine Jesu, expelle a me iniquitatem istam, ut non glorietur super me servum tuum. Tunc videns diabolus, quia non potuisset humiliare eum sibi, magis crevit cubitis quindecim. S. Potitus hæc videns exsufflavit in eum, dicens : Recede inimice; non enim suades servum Christi, sed sicut tibi Dominus dixit, recede *Matth. 4. 10.* retro, et adora Dominum Deum tuum : jussum est enim tibi, ut ipsi soli servias, et statim diabolus mu- *Ex mss* tavit colorem, et factus est sicut taurus, et clamavit mugiens super militem Christi. Tunc S. Potitus facta cruce, ante illum non potuit se jungere. Diabolus amplius clamabat, dicens : O S. Potite dimitte me : *Crucis signo ligat.* quid me obligasti? ardeo enim. S. Potitus dixit : Jura mihi per sanctam Crucem, quæ te obligavit, quia jam non noceas homini Christiano, et dimittam te. Diabolus dixit : Per ipsam Crucem, per quam obligasti me, jam tecum luctaturus non sum.

8 Et exiens dimissus, dixit : O quæ infantia me exsuperavit! ut mihi sic illusisset! væ mihi! ubi mittam sagittas meas? ad senem si misero, ille jam amplius sapere non potest : si in animal misero, ipsum animal mutum est. Sed ingrediar in filiam Antonini Imperatoris, ipsam enim unicam habet : et ostendo *Multa minantem dimittit.* virtutes meas. Et exclamavit diabolus, et dixit : O Potite, usque in finem mortis tuæ, non dimittam te, per fratres meos, et similes mihi, quia ingrediar in cor Antonini Imperatoris, et Gelasii Præsidis, et multis pœnis interficiam te. S. Potitus dixit : O tu falsator inimice, in quas volueris pœnas ibo, et expugnabo te, non ego, sed Dominus meus Jesus Christus. Et statim recessit inde diabolus, et ibat blasphemando : Væ mihi, a quo infante superatus sum?

a Ms. *S. Max.* Serdicia. b Ms. *S. Max.* perdam.

c *Vita Sicula* Arphan. *Ignotum nobis hoc idolum, uti et plurima minorum gentium numina.*

d *Vita Sic.* Arianus. *Forte* Adrianus *Imper., qui in Deos relatus, ut habet Eutrop. et alii.* e *Ita* Ms. *S. Max. al. Vels.* credentes.

f Ms. *S. Max.* imminutati.

g *Vita Sicula* : Hæc autem cum parum ad conversionem parentis valitura prospiceret sanctus juvenis, ab ejus elapsus manibus, pervenit in locum, *etc. Ast in altera vita diserte asseritur parentem convertisse.*

h *In Ms. Velseri erat* Hierusalem, *et appositam alia manu*, Ephirus, *quomodo etiam habebat Ms. Ultrajectinum S. Max.* Ephyrus. *Vita Sicula* Ephis. *altera vita* : in Epirum. *Hic deerat folium in codice Velseri, supplevimus ex S. Maximini Ms.*

CAPUT II.

Multos verbis et miraculis convertit.

In civitate Valeriana mendicat. Tunc S. Potitus descendens ad civitatem, quæ dicitur *a* Valeriana, ingressus est in eam, et sedit in medio foro. Tunc *b* Quiriaca matrona Agathonis Senatoris uxor, *c* qui erat primæ cathedræ Senator, lepram patiebatur, et nullus eam poterat curare. Tunc S. Potitus humiliavit se in pauperem, et sedit ante regias ejus, et aquam petebat sibi dari ab Eunucho, nomine *d* Hyacintho, dixitque ad eum Eunuchus : Huc venisti aquam petere? S. Potitus dixit : Desidero de ista domo aquam bibere, non tantum aquam, sed fidem vestram desidero, ut sit pax super domum istam, et gratia Domini mei Jesu Christi. Eunuchus obstupefactus quod talia verba ab infante audiret, admiratus est dicens : Unde es tu infans? aut quomodo est nomen tuum? S. Potitus dixit : Homo sum ego, qui Domino meo Jesu Christo servio, qui est redemptor omnium animarum, maxime fidelium, qui leprosos et paralyticos curavit, cæcos illuminavit, mortuos resuscitavit. Eunuchus dixit : Ergo si servus ipsius es, tu potes leprosos curare. S. Potitus dixit : Salvat et curat Dominus meus Jesus Christus, et ego per ipsum, sicut ipse in Evangelio dixit : Si *Matt. 17. 19.* habueritis fidem, ut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc, et transit; et nihil impossibile erit vobis. Eunuchus dixit : Ergo tu potes dominam meam curare a lepra sua. S. Potitus dixit : Si crediderit in Domino meo Jesu Christo, faciam eam salvam. Eunuchus dixit : Nonne si tu eam feceris salvam, dominus poteris esse super omnes facultates ejus? S. Potitus dixit : Ego non desidero aurum, neque argentum, neque divitias ejus concupisco : sed solam animam ejus adjungere Christo Domino meo desidero.

Ad leprosam introducitur 10 Et statim Hyacinthus Eunuchus nuntiavit matronæ hæc omnia quæ audierat ab infante. Et jussit eum vocari ad se. Ingressus autem S. Potitus in cubiculum

Ex mss.

biculum ejus dixit : Pax huic domui Domini mei Jesu Christi. Quiriaca Senatoris uxor dixit : *e* Fac me salvam, et ego credo. S. Potitus dixit : Si credideris, salva eris, et bonum opus videbis cum tota domo tua. Quiriaca dixit : Quomodo possum credere? S. Potitus dixit : Baptizare in nomine Christi, et eris salva. Quiriaca dixit : Ego credo alium non esse Deum, nisi quem tu colis; tu fac quod facturus es. Tunc humiliavit se S. Potitus in oratione, et flevit dicens : Domine Jesu Christe, Rex Angelorum, redemptor animarum, tu dixisti ad discipulos tuos : In nomine meo leprosos mundate, mortuos suscitate : et me exaudi Domine famulum tuum, ut fiat gratia tua super mulierem istam, et dicant gentes, quia tu es Deus, et præter te non est alius. Et statim sana facta est mulier illa, et splenduit caro ejus, sicut *f* radii solis : et credidit Quiriaca, *g* et domus ejus tota, et media civitas , et benedixerunt Deum, dicentes : Vere magnum lumen vidimus, et bonum desiderium per hunc infantem, qui redemit nos ex omni peccato. Tunc S. Potitus dixit : Ecce vidistis omnia mirabilia Dei , custodite mandata ejus, ut salvi sitis in secula seculorum. Et statim recessit de domo ejus.

Matth. 10. 8

Eam precibus sanat, et convertit, et multos alios.

a *Nullam adhuc illius nominis civitatem reperimus.* Valeriæ *multæ, urbes ac regiones. Si Sardum agnoscamus* Potitum, *licebit suspicari urbem hic intelligi Sardiniæ, quam Ptolemæus lib.* 3, *cap.* 3. Valeriam *vocat, licet* Valentiam *quidam scripsisse arbitrentur, quidam* Valentinos populos *eadem insulæ parte, haud procul* Caralis, *locet.* b Ms. *Vels.* Quiriacis. *Ult. Sic* Cyriaca. c Ms. *Ultraj.* quæ erat prima in cathedra Senatus. d *Ita vita Sic. Alia* Mss. Jacintho. e *Ita* Mss. *Vels. et Ultra. At S. Max.* Dic infans, omnia quæ audivi potes facere? f Ms. *Vels. hic et supra.* radia. g *Ferrar. et de Vipera habent, etiam Agathonem Quiriacæ maritum esse conversum.*

CAPUT III.

Energumenam sanat, idola evertit.

Tunc diabolus clamabat per os filiæ Antonini Imperatoris, dicens : Nisi venerit Sanctus Dei Potitus de monte, et jusserit me, non recedo a filia tua, Antonine. Illa autem suspendebatur per capillos in aera : et erat tristitia magna in palatio Antonini Imperatoris , et promittebat diis multa, dicens . Deus Apollo, Deus Arpan, et Deus Jovis, si feceritis filiam meam salvam, offeram vobis taurum cum cornu deaurato. Diabolus dixit : Nisi venerit S. Potitus, non hinc exeo. Tunc Imperator misit Gelasium Præsidem cum quadraginta militibus ad comprehendendum S. Potitum. Et ascenderunt in montem, et invenerunt S. Potitum sedentem, et feras multas circa eum stantes. Quod ut vidit Gelasius Præses expavit, feræ autem steterunt contra illos. S. Potitus dixit ad feras : Revertimini ad loca vestra, neminem lædentes. Tunc Gelasius jactavit se de equo, et comprehendit eum. Sanctus vero Potitus dixit ei, ut quid cum tanta turba venisti ad me? Gelasius dixit : Tu es Potitus? At ille respondit : Ego sum peccator servus Domini mei Jesu Christi. Gelasius Præses dixit : Imperator te vocat. S. Potitus dixit : *a* Cum homine Christiano quam caussam habet? Tunc jussit militibus comprehendere eum, et manibus ligatis deducere ad urbem. Et cum venissent ad palatium, ingressus est Gelasius ad Imperatorem. Dixit ad eum Imperator : Ubi est, ad quem directus es? Gelasius Præses dixit : Magna mirabilia vidimus in isto puero, et pene ipsi mortui fueramus. Imperator dixit : Et quid vidistis in eo? Gelasius dixit : Omnes feræ circa eum adstabant, et cum vidissent nos, impetum fecerunt contra nos. Ille autem jussit eas, et statim recesserunt. Imperator dixit : Adducite illum in conspectu nostro.

Accersitur ad Imperatorem, ut filiam a dæmone liberet.

Feras verbo cohibet.

Vinctus ducitur ad Imperatorem.

12 Cum ingressus fuisset, dixit ad eum Imperator : Quis genus es tu? S. Potitus dixit : Christianus sum. Imperator dixit : Non scis præcepta Principum, *c* Qui non sacrificaverit diis, pereat? S. Potitus dixit : Ego hoc desidero. Imperator dixit : Fama tua pervenit ad me. Potes salvare filiam meam? Et si eam feceris salvam, honorabo te divitiis magnis. S. Potitus dixit : Dii tui quare non eam faciunt salvam? Imperator dixit : Quid mihi sic superbe respondes? S. Potius dixit : Si eam fecero salvam, credes in Deum, quem ego credo? Imperator dixit : Credo. S. Potitus respondit : Scio quia induratum est cor tuum : sed propter populum adstantem facio, ut videant et credant in nomine Jesu Christi. Tunc adducunt filiam Imperatoris, et stetit ante S. Potitum. Quod ut vidit diabolus, dixit ad eum : Quid est Potite? non tibi dixeram, quia te facerem invitum venire? S. Potitus dixit : O diabole ecce contradico tibi : recede ab ista puella, quam Dominus Jesus Christus plasmavit. Ipse tibi imperat, diabole, ut discedas ab ea. Diabolus dixit : Et si me hinc expellis, tamen non te dimittam. Tunc S. Potitus insufflavit in faciem puellæ, et data alapa exivit diabolus, et factus est velut draco, ut universus populus videret; et multi ceciderunt in faciem dicentes : Vere magnus Deus hujus pueri.

Expellit dæmonem ab ejus filia.

13 Imperator dixit : Iste per maleficium facit omnia. S. Potitus dixit : Væ tibi, stulte Imperator, quia vidisti mirabilia Dei, nec sic credis. Ille enim cum vidisset filiam suam salvam, dixit : Gratias ago diis meis, qui eam salvam fecerunt. S. Potitus dixit : Erras Imperator, istam enim filiam tuam Dominus Jesus Christus salvavit. Imperator dixit : Dimitte verba quæ loqueris, et sacrifica diis meis , et faciam te in palatio magnum, et dabo tibi aurum et argentum et margaritas. S. Potitus dixit : Numquam tibi bene sit Imperator : aurum enim, et argentum et margaritas in cælo habeo, quod mihi repromisit Dominus Jesus Christus. Aurum tuum, et argentum, et omnia tua ignis consumet. Imperator dixit : Adhuc superbe loqueris? S. Potitus dixit : Pœnas tuas non timeo. Dominus enim meus Jesus Christus ipse me liberabit de manibus tuis. Imperator dixit : Ad injuriam loqueris. Aut sacrifica diis, aut jubeo te diversis exemplis perire. S. Potitus dixit : Pereas tu, et regnum tuum, si non feceris. Imperator dixit : Ad injuriam meam loqueris. Vide quam diu te sustineo. Dolet mihi de infantia tua, quoniam te feris traditurus sum. S. Potitus dixit : De te ipso dole, Imperator, quia magnus infernus tibi paratur, ubi cremaberis tu, et pater tuus diabolus, qui te obduravit.

Imperatorem ad maleficia tribuentem arguit.

Ejus dona et minas spernit.

14 Imperator ira commotus, jussit eum exspoliari, et fustibus cædi. S. Potitus dixit : Gratias ago Domino meo Jesu Christo. Tunc exspoliaverunt eum, et fustibus mactaverunt usque ad mortem. Et dum cæderetur, hilari vultu benedicebat Deum, dicens : Benedicam te Domine : quia hæc omnia propter nomen tuum patior; et nullum dolorem cædentium sentio. Imperator dixit : Quid vis? mori aut sacrificare diis? S. Potitus dixit : Quibus diis? Imperator dixit : Non scis Jovem esse Deum et Arpan, et Arianum, et Minervam? S. Potitus cum risu dixit : Videamus, quales sunt dii tui, et faciam quæ jubes. Imperator autem gaudio repletus, jussit eum duci cum multa turba; et ipse Imperator prior introibat in templum, et dixit : Gratias ago vobis dii, quia vix hunc infantem potui ad vos adducere. Erat enim turba hominum quasi decem millia. Et cum ingrederetur S. Potitus, oravit, et ceciderunt idola ante pedes ejus, et facta sunt velut pulvis minuta. Cum vidit Imperator, reus tactus dixit : Quæ infantia me illusit? S. Potitus dixit : Ubi sunt dii, in quibus me dicebas sacrificare? Imperator dixit : Per maleficia tua deos meos exsuperasti. S. Potitus dixit : Si vere dii erant, quare se non defenderunt? Ecce, ut scias, Imperator, quantum potens est Dominus meus Jesus Christus, cui ego servio.

Cæditur fustibus.

Idola evertit.

Imperator insultat.

a *Ita* Ms. *S. Max. At* Ms. *Vels.* Cum homine Christi antiquum caussam habet. b *Addit* Ms. *S. Max.* Romam.
c Ms. *Vels.* Qui non sacrificaverit, dispereat. Ms. *S. Max.* Qui non sacrificaverit diis, periet.

CAPUT

Ex MSS

CAPUT IV.

Glorioso martyrio perfungitur.

Ferro oneratur in carcere

Imperator confusus jussit eum in carcere recludi, et centum viginti pondo ferri in collum ejus mitti. S. Potitus dixit: Adjuro te Imperator, adhuc alia centum viginti pondo *a* adauge. Et fecerunt ministri sicut eis præceptum fuerat ab Imperatore, et ligaverunt S. Potitum, et signaverunt de annulo Imperatoris, ut nullus ad eum ingrederetur. Tunc S. Potitus oravit, dicens: Domine ad adjuvandum me festina: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me: libera me de hac pœna misericors, sicut liberasti Joseph servum tuum ab iniquitate dominæ suæ. Et statim Angelus apparuit ante eum: et reluxit carcer, sicut duodecim candelabra ardentia: erat autem facies Angeli, sicut nix de cælo, aut ut radii solis. Et statim factum est ferrum sicut cera liquefiens. Tunc S. Potitus dixit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia dignatus es visitare servum tuum. Sed magis conforta me in his pœnis, quas mihi excogitat Imperator Antoninus facere; ut magnificetur nomen tuum in universa terra, ut non glorietur inimicus super servum tuum. Carcer enim sic olebat, quasi aromata. Nam et ipsi *b* custodes carceris admirantes attendebant per regias carceris, quomodo S. Potitus in carcere deambulabat cum Angelis.

Angelus eum solatur, et carcerem illuminat, ac suavi odore replet.

16 Tunc Imperator misit præcones, ut qui non aspectaret spectaculum, gladio puniretur. *c* Et impletus est in amphitheatrum populus, quasi triginta millia expectantium: et jussit S. Potitum, de carcere adduci. Et ingressus S. Potitus amphitheatrum, facto signaculo Crucis, stetit ante tribunal. Tunc Imperator dixit: Ubi te vides? S. Potitus dixit: Video me in terra Domini mei stare. Imperator dixit: Ecce hodie interitus tuus erit; et quis est Deus, qui eripiat te de manibus meis? S. Potitus dixit: Erubesce jam Imperator. *d* Laudo frontem tuam, quia melior est canis quam tu, eo quia plus sapit.

Potitus in amphitheatro generose tyranno respondet

17 Tunc Imperator jussit eum in eculeo appendi et *e* lampadari. Ille autem confidens in Domino, amplius refrigerium accipiebat. Iterum jussit eum exungulari. S. Potitus loquebatur dicens: Ubi sunt minæ tuæ Imperator? Populus autem clamabat, dicens: O infans in tantis pœnis positus securus pugnas? Vere quia Deus Petri operatur cum eo. Tunc deposuerunt eum de eculeo: et jussit eum feris tradi; feras dimitti, quæ cum venissent ad eum, acciderunt ante pedes ejus. Tunc S. Potitus dixit: Quid est Imperator? ecce superavit te Dominus Jesus Christus, ut scias quantum est qui credunt in Dominum Jesum Christum. Nam pœnæ tuæ non dolorem, sed refrigerium mihi præstant.

Lampadatur. Exungulatur

Objicitur feris

18 Tunc Imperator iratus, jussit membra ejus secari et canibus mitti. S. Potitus dixit: Gratias ago Domino meo Jesu Christo, magnam enim coronam mihi parasti, quam promisit Dominus diligentibus se. Dico tibi Imperator, corpus meum in potestate habes, animam autem tangere non potes. Ministri vero præceptum Imperatoris facientes se concidebant, illum autem tangere non poterant. S. Potitus dixit: Erubesce Imperator, superatus ab omnibus quæ mihi fecisti.

Jussus dissecari, tangi non potest

19 Populus autem clamabat: Magnus est Deus Christianorum. Tunc crediderunt in nomine Domini Jesu Christi quasi duo millia hominum. Imperator iterum jussit eum frigi in sartagine, addito oleo. Qui cum frigeretur, plumbum jussit solvi et super eum fundi. Ipse autem confortabat ut adjungerent amplius, quia magnum refrigerium in corpore suo sentiebat.

Multi convertuntur

Ferventi oleo et plumbo torquetur

20 Tum vidit se Imperator in omnibus victum. Jussit acutum fieri adversus *f* statum ejus, *g* et allatum acutum jussit eum capite usque deorsum in eum figi. Stabat in acutum S. Potitus, et amplius illi loquebatur. Tunc Imperator dixit: Ecce modo veniat Deus tuus, et liberet te de acuto. S. Potitus dixit: Dominus meus ipse me liberabit. Et adjiciens dixit: Respice Domine de cælo, et vide et libera me de hoc acuto, sicut liberasti S. Petrum de vinculis catenarum. Et elevans oculos suos ad cælos iterum dixit: Pater altissime, Creator cæli et terræ, cum unigenito Filio tuo Domino nostro Jesu Christo, et sancto Spiritu, jube acutum istum tolli de me, et figi eum in caput Antonini Imperatoris. Statim autem Angelus adveniens, tulit acutum de S. Potito, et fixit eum in caput Antonini Imperatoris. Imperator clamabat dicens: Miserere mei serve Dei; modo cognosco quia Deus tuus satis potest: libera me de acuto, quia cruciatur animea mea. S. Potitus dixit: Dii tui te liberent, sicut Dominus meus Jesus Christus me liberavit. Populus autem cum magna admiratione clamabat: O fides in hac infantia, quæ superavit idola; errant enim omnes qui in illis credunt.

Clavo transfigitur

Clavus divinitus capiti tyranni infigitur.

21 Imperator clamabat: Miserere adolescens, quia morior. S. Potitus dixit: Non mereberis de isto acuto liberari, nisi venerit filia tua, non te liberabo de isto acuto. Magna autem turba erat; nam et omnes Senatores tristabantur. Tunc venit filia ejus, nomine Agnes, et cecidit ante pedes S. Potiti, dicens: Baptiza me in nomine Jesu Christi, quem tu adoras. Et baptizata est coram Deo et Angelis ejus. Tunc oravit S. Potitus, et sublatus est acutus de capite Antonini Imperatoris. Qui clamans voce magna dixit: Gratias tibi ago, Deus Apollo, et Deus Arphe, et Arriane, et Minerva, qui me liberastis de hoc acuto.

S. Potitus baptizat filiam Imperatoris.

22 Tunc ira ductus jussit linguam ejus amputari, et oculos ejus compungi. Et incisa lingua S. Potitus psallebat, dicens: Benedicam Domino in omni tempore. Et iterum dixit: Deus judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio Regis. Quid est Imperator, quia linguam meam amputasti? putas me non posse loqui aut tecum certare? Superat te Dominus Jesus Christus qui superavit Pharaonem, et liberavit filios Israel. Quid amplius facturus eris in me? Imperator confusus in omnibus, vidit se superatum, nihil inveniebat quod ei faceret.

Præcisa lingua loquitur

23 Tunc S. Potitus dixit: Non me poteris superare, nequissime Imperator, nisi gladio caput meum amputare. Sic Imperator gaudio repletus jussit eum decollari. Et dum duceretur ad decollandum S. Potitus, dixit: Deprecor te Imperator, ut ubi petiero, ibi me tu jubeas decollari. Quod permissum est a Principe. Tunc duxerunt eum in *h* Apolia, in loco qui dicitur *i* Milianus, inter *k* Sentianum et *l* Mulianum. Decollatus est autem S. Potitus super flumen qui dicitur *m* Banus, et visus est spiritus ejus sicut columba. Et abierunt ad corpus ejus et custodierunt eum tribus diebus, et sepelierunt eum, et fecerunt planctum magnum in illa die. Martyrizatus est autem Sanctus Dei Potitus sub Antonino Imperatore, Januarias *n* Kalendas. Annorum enim erat tredecim; regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen

Plectitur capite

a Ms S. Max. adjunge. b Ms S. Max. carcerarii. c Ms Vels. Et impletus est amphitheater populo. d Ms S. Max. Lauda.
e Ms S. Max. per latera ejus lampades suppone.
f Ms S. Max. Staturam. g *Addit idem* Ms. et calidum fieri.
h *Ita* Mss. *Velseri. et Ultraj. At S. Maxim. et Vit. Sic. aliique* Apulia; *et passim intelligunt Italiæ provinciam* Apuliam, *in qua nullum nominatorum hic locorum apud auctores expressum reperimus.* i *Ita* Mss. *Vels. et Ultr. Deest hoc nomen in vita Sic. et* Ms S. *Max. In 2 vita et Lectionibus officii propriis* Julia *vocatur.*
k *Vit. Sic.* Terentianum. Ms *S. Max.* Lenetianum. Ms *Ultr.* Sinetianum. *Lect. Off.* Sentianum. l *Altera vita* Juntianum. Ms. *S. Max.* Junianum. Ms *Ult.* Milianum. *Vit. Sic.* Julianum. *Lect. off.* Juvianum. m *Vit. Sic.* Calvius. Ms *S. Max.* Caldinus. Ms *Ultr.* Urbanus. 2 *Vit.* Calabriticus. *Lectiones propriæ offic.* Calabriticus. n *Ita* Ms *Vels. et Ultr. At S. Max.* XI Kal. Februarii. *Vita Sic.* Idibus Januarii, *et secunda vita*

ALIA

ALIA VITA

AUCTORE ANONYMO.

Ex MS. cœnobii S. Potiti Neapoli.

PROLOGUS AUCTORIS.

Dominus et Redemptor noster de cælis per viscera virginea in theatrum hujus mundi desiliens, humanum genus, quod olim æmulationis fraude depravatum fuerat. Conditori omnium Deo Patri reconciliare cupiens, invisibilem ignem sanctæ fidei, et spei, caritatisque misericorditer attulit, ipso in sancto Evangelio asserente: Ignem veni mittere in terram, et quid, inquit, volo, nisi ut ardeat? ut quemadmodum in primis parentibus fervorem fidei

Luc. 12. 49.

Frigidus in horto cantando fregerat anguis
Lividus et nigrum virus perfuderat ægris;

Christus Dux Martyrum

ita mediator Dei et hominum homo Christus Jesus mysticus Adam, per sancti calorem Spiritus invisibili fragiles animos miseraretur industria. Hoc siquidem conflagrati sunt sancti Prophetæ, Apostoli, Martyres, et omnes Sancti utriusque sexus fidelium, qui usque ad sui metas transitus ab ejus dilectionis ardore non tepuere. Et quis interim fuit eorum signifer, nisi idem Salvator omnium, qui in corpore suo crucem levans et ferens, prævius suo sanguine, tolerando passiones, Martyrum effectus caput est? Ad cujus vexillum, tolerando hujus temporis passiones, certatim diversæ Sanctorum phalanges, sub jugo caritatis ejus adversa subeuntes, cum palma victoriæ cucurrere, et præmia supernæ vocationis consecuti cum ipso sine fine lætantur.

2 Unde unum ex his legionibus Martyrem, non incongruum duximus recensere: et ejus passiones, prout Creator scientiæ indulserit, conscribentes, ad lucem veritatis diligentissime perducere; qui agonizando viriliter, æternis gaudiis inter eos nomine simul et opere potitus est, cujus triumphantes agones et tolerantiæ fortitudines qui vult affatim noscere, si fides non absit, sequentia legat, ac ibi qualiter pugnando hostem superaverit, et Regem perpetuum, pro quo tanta perpessus, gloriosissime adierit, enucleatius perspiciet. Habet enim ad incrementum religionis suæ quid ibi credere debeat, quid sperare desideret, quidve amare delectet, per quæ ad civitatem supernæ patriæ perveniens contemplatur facie ad faciem omnium decus Sanctorum, ubi lux immensa Deus illustrat mentes hominum, atque ineffabilis summa felicitatis consistit. His ergo breviter præmissis ad narrationis gestæ ordinem properemus.

Finis hujus historiæ

CAPUT I.

S. Potiti pia adolescentia, constantia in fide.

Regnante igitur *a* Romanorum *b* quarto decimo Imperatore Antonino, anno scilicet ab incarnatione Redemptoris centesimo et sexagesimo sexto, orta est *c* quarta persecutio a Nerone per totum orbem Christianorum, præcipue in *d* Isauriæ partibus ita exercuit; ut jussu nefandissimi prædicti Cæsaris positis circa necessitudinum loca simulachris, nulli daretur prætereundi facultas, qui non adoraret et sacrificaret eis; quatenus qui obtemperaret, honoribus magis extolleretur: qui vero rebellis reperiretur, nudatus propriis rebus nece perderetur.

a b Persecutio sub M. Aurelio c d

4 Hac denique tempestate beatissimus Martyr Christi Potitus, orientalium partium civis, sub paterno jure adhuc puerulus in urbe sua subjectus, seu rosa de sentibus ex pravorum vita florens effulserat. Quem ita Domini virtus omni probitate omnique sanctitate decoraverat, ut non sine quodam magno præsagio tale sortiretur vocabulum; dum et ille præceptis omnipotentis Dei obediendo fortiter consecutus sit, ut multos alios prædicando consequi fecerit regna cælestia. Nam, ut Dominus ait in Evangelio, Non veni pacem in terram mittere sed gladium, hoc quodam modo gladio perculsus, ita se a nefanda patris superstitione sequestraverat, ut non natura, sed nomine tantummodo putari videretur filius. Et quod corporaliter cum ipso conversabatur, nec aliqua eum illexerat mundana persuasio, seu paternæ gentilitatis redemptio, ut prædicationis suæ stimulo valeret eum de mortis umbra eripere, et cælesti vitæ patriæ fide sincerissima reddere. O mira potentia Domini! Siquidem olim suis fidelibus, dixerat pollicens: Si habueritis fidem, ut granum sinapis, dicetis huic monti. Transi hinc, et transibit: Operabatur autem jam tunc per famulum suum simile miraculum, quando talia et tanta pravarum mentium a sodalitate culturæ dæmonum, impulsione prædicationis tanti viri abstrahens, cupiebat trahere ad veritatis et æternæ vitæ consortium.

Potitus an[illegible] puer pa[illegible]

Matth. 10. 34

Matth. 17. 19. Alios convertit

5 Denique cum esset pater ejus, Hylas nomine, idolis deditus, et clarus secundum seculi dignitatem, ac prædives opibus, et non haberet ad posteritatem stirpis suæ alterum filium, qui illius hæreditaret facultates, cœpit eum multis suasionibus per varios amplexus et oscula, per diversorum affatuum blanditias, extorquere ab æquitate fidei, et ut deos suos adoraret, adhortari. Cui Sanctus Dei sic ait: Non das mihi salubre consilium, pater; nam si, ut asseris, filius tuus essem, et paterno me amore dilexisses, id mihi consulere satageres quod saluti animæ meæ proficuum, non quod perditioni fuisset. At quia non boni judicii est, cupio ego tibi magis consulere, et de veritatis via disserere, ut Creatore totius mundi tuique agnito, satisfacias de tantis talibusque nefandis erroribus, quibus irretitus es; quatenus ab iis omnibus correptus, merearis aliquo modo perfrui propitiationis ejus clementia. Sin alias tibi videtur, scito te cum tuis idolis amodo et deinceps per omnia contemptum.

Paternas illecebras contemnit

6 Ad hæc indignatus pater ejus jussit eum in custodiam mitti, sperans terroribus, quem non blandimentis valuerat emollire; et ut nulla ei esca ministraretur præcepit, dicens illi: Sine, videamus si Deus tuus veniet, quem colis, tribuere tibi cibos. Recluso autem eo in custodia, fixis genibus ita cœpit Dominum lacrymis exorare: Deus fortitudinis, Deus pietatis, Deus æterne, Domine Jesu Christe, sine quo nullus vivit, qui pro salute humanæ fragilitatis dignatus es de cælis descendere, respice propitius ad preces humilitatis meæ, et miserere mei, sicut es misertus Danieli in lacum leonum misso; ut quemadmodum illi auxiliari dignatus es, ita me spem in nullo præterquam in te habentem roborare et confortare digneris protectione dexteræ tuæ, ad gloriam et laudem sancti nominis tui. Nunc autem Deus vitæ meæ licet impotens pro puerili ætate viribus sim, tamen ea fiducia eaque ad te accedo confidentia, ut ea omni solamine terreno destituto, quæ humana non prævalet imbecillitas, tuæ gloriæ majestatis suffarcire dignetur potentia. Hæc illo orante, ita Domini virtus affuit, ut confortante Spiritu sancto facies ejus sumeret jucunditatis splendorem. *e*

Fame torquetur

Divinitus roboratur

e

a *Michael Monachus testatur in Breviario Capuano Officium quidem Octavæ extare, sed cum quinta et sexta de S. Potito lectione, quarum hoc initium est* Regnante igitur quartodecimo Romanorum Imperatore M. Antonino Vero, qui æquo jure primus regnavit cum Lucio et Aurelio Commodo annis decem et novem et mense uno, regnantibus usque adhuc singulis Imperatoribus, currente scilicet ab Incarnatione Redemptionis nostræ centesimo sexagesimo sexto anno, Imperii vero ejus sexto anno, orta est quarta persecutio videlicet per totum orbem Christianorum a Nerone Imperatore, maxime in Asiæ partibus ita excreverat, ut jussu nequissimi Imperatoris prædicti simulacra ubique posita si quis adesset qui non adoraret, vel sacrificaret ejus facultatis publicaretur, et qui in hoc sacrificaturus deesset, nudatus propriis rebus morti traderetur, *etc. Nunc vero idem Monachus has lectiones sine dubio initium esse longioris textus recte. Sunt enim ex hac vita uti et ex quæ in proprio officio* S. Potiti *in ejus monasterio Neapoli recitantur, concinnatæ.*

Porro

Porro hic quædam corrigenda, ut recte idem monet. M. Aurelius Antoninus Pio socero successit anno Christi 161 6 Martii sociumque sibi et consortem adscivit L. Ælium Verum, qui cum eo 9 aut, ut alii habent, 11 annis imperavit, M. Aurelius vero annis 19, mensibus 11.

b *Imo decimus septimus fuit. Imperarunt enim hi ante,* Cæsar, Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerva, Trajanus, Adrianus, Antoninus Pius.

c *Alii plures numerant, at qui solum decem, veluti 10 Ægypti plagas statuunt, ii primam a Nerone motam vocant, secundam a* Domitiano, *tertiam a* Trajano, *quartam a* M. Aurelio. *Perperam in Breviario Capuano hæc efferuntur, quasi hanc ipsam quartam* Nero *concitarit. Sic et Lect. 1 off. S. Potiti :* orta est persecutio a Nerone per totum orbem Christianorum.

d *Lectiones propr. off. et Breviar. Capuan.* Asiæ.

e *Lect. 2. prop. off. dicitur* divinis deliciis crebro refectus *in carcere, et Lect. 4, secundo in carcerem a patre retrusus.*

CAPUT II.

Dæmonis insidiæ elusæ. Patris conversio.

Propter quod gaudens et exultans glorificabat Dominum, dicens : Gratias tibi ago Deus meus, qui me indignum famulum tuum de tuis donis spiritualibus complere dignatus es, quæ quanto plus sumuntur, tanto plus ambiuntur. Proinde precor, Deus Angelorum atque Archangelorum, cujus viscera pietatis et misericordiæ omnibus patent, qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, ut exaudias me famulum tuum toto ad te pro genitore meo corde clamantem. Da ei agnitionem veritatis tuæ et fidei intelligentiam, et aperi ei tuorum donorum scientiæ thesauros ad cognoscendum te Creatorem omnium Deum, quatenus tua gratia repletus, non glorietur de eo Christiani nominis inimicus, quin imo glorificetur virtus tua.

Orat pro patris conversione.

8 Ad ejus orationem mox adstitit Angelus Domini confortans eum, et dixit : Fiat tibi sicut petisti, et hoc tibi notum sit, athleta Christi, quod Deus omnipotens, cui te corde toto commisisti, semper est tecum, et quodcumque ab eo poposceris absque dilatione impetrabis. *a* Tantummodo animadvertens provideto, quod arripere debes armaturam Dei adversus imminentes insidias antiqui hostis, quæ ingerendæ sunt tibi per usurpationem nominis Christi. Tu vero ne credens cedas illi, sed eum magis satage orationibus et precibus a te repellere. Et hæc dicens discessit Angelus perpetuæ lucis ab eo.

a

Armatur contra tentationes.

9 Sanctus igitur Confessor et Martyr Christi Potitus fretus potissime misericordia Domini psallebat illi : Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, et in umbra alarum tuarum spero donec transeat iniquitas. Vix expleverat hæc, cum subito apparuit incentor malorum. Ecce, inquit, dignatus sum venire ad te, o innocens homo, ut non affligas multum animum tuam; sed potius revertere et epulare cum patre tuo *b*. Nam Christus, si credere non ambigis, ego sum. Condolui lacrymis tuas, idcirco descendi te consolari. Cui S. Potitus ait : Vade retro Satana inimice veritatis, quia nec vigorem animi destruere, nec suadere vales famulo Dei. Verumtamen si tu es Christus, ut asserere audes, et non potius Antichristus, flectentes genua oremus. Orante autem Sancto Dei, et dicente : Domine Jesu Christe expelle hunc inimicum nominis tui sancti, auctoremque iniquitatis a me, et projice eum in abyssum, ubi deputatus est cum satellitibus suis; factus est adversarius ille statura procerus, et mugiens dedit vocem adversus tirunculum Christi. Contra quem ipse signo crucis munitus : Desine, inquit, maligne spiritus, tentare milites Christi; quia non terrere valebis, quem ipse jam signo crucis suæ passionis redemit. Ad hanc jussionem statim ut fumus evanuit. Vox inimici articulata audiebatur, proclamans : o quæ infantia me exsuperat! væ mihi! ubi sagittas meas jaciam? ubi quiescam? si provectioris ætatis hominem adiero, non multo facilius vincor, quam ab hoc puero victus sum. Nisi forte ingredi potuissem in Antonini Imperatoris filiam, quam unicam habet, et in ea prævalens aliquo modo victor extitissem?

Dæmonem oratione et signo Crucis superat.

b

Auctore Anonymo, ex mss.

10 Igitur Domini innocens præsidio sancti Spiritus innixus gratiarum actiones Deo omnipotenti non desinebat agere, qui in tot ei adversitatibus dignatus est auxiliari. Interea pater ejus adveniens jussit eum de custodia extrahi, quem ita alloquitur : Cum totius orbis universitas generis humani obtemperet decretis Imperatoris, et cultoris divorum numinum, et nullus est qui non eorum quærat eminentissimam potestatem habere propitiam, qua obstinatione cordis nescio sis offensus, ut sanctissimis cupiens privari munitionibus, et multatus justissimis eorum arbitriis pessime mori. At sane quoniam edicta Cæsaris ubique discurrunt, ut qui non libaverit sacris diis, diversis pœnis afflictus, ferarum rictibus tradatur; antequam ad veritatis experientiam venias, accede et subdere decretis illorum; ne acerrime florem adolescentiæ tuæ amittens, cum dolore nimio me orbatum ad inferos deducas : quandoquidem cum te unicum filium habeam doleo te nimis in his superstitionibus, quibus involutus es, perdere. Et S. Potitus : Dic, inquit, pater, quibus numinibus parere debeatur. Et Hylas : Primum Jovi, deinde Arphan, et Minervæ. Et sanctus Innocens : Si nosses, inquit, o pater, quantus et qualis est Deus Christianorum, qui humiliavit se ut nos perditos saluti restitueret, nullos unquam deos haberes, nec diceres: sed magis dæmones, qui nec sibi nec alicui prodessent, omni modo computares. Quinimo si prophetæ credere voluisses, audires illum de diis asserentem, quod omnes dii gentium dæmonia sunt, Deus autem noster cælos fecit.

Rursus a patre tentatur.

Patri fidem suadet

Psal. 95 5.

11 Audiens hæc pater, vehementer admirans ait : Unde tibi hæc verba? Et puer : Spiritus ipse Deus, cui ego servio, loquitur per os meum, qui in suo Evangelio prohibuit dicens : Nolite cogitare quid loquamini : Et genitor : Ecce, inquit, de pœnis et cruciatibus meis haud tibi curæ est, cum vero ad immanissimos cruciatus Antonini Imperatoris perveneris, quid acturus es? Et Christi Martyr : Deus, qui est redemptor animæ meæ, ipse est tutor corporis mei. Nam nescis quidem quoniam in nomine Domini David solus, non armis et galea protectus, Goliam saxo percussit, et amputavit ipsius caput gladio, qua de re gloriosus coram filiis Israel et socero suo inventus est?

Matth. 10 19.

Tormenta contemnit.

12 Ad quem pater : Ergo, ut video, omnia sustinere paratus es pro Deo tuo. Et Domini puer : Sic credo in omnipotentia Patris et Filii et Spiritus sancti, quod pro nomine sancto ejus non solum omnia perpeti, sed etiam mori promptus inveniar. De te sollicite considerare necesse est, qualiter evadere æternas pœnas atque interitum Satanæ queas. Quoniam isti dii tui, quos inaniter colens veneraris, nihil sunt; nec aliis inferre salutis aliquid valent, cum tartarus eos excipiens cruciet, ubi inextinguibilis ignis cum verme immortali sine fine vivere comprobatur. Nam si ad narrationis ejus apicem credere voluisses, hos, quos deos putas, homines scelestissimos et facinorosissimos esse arte diabolica circumventos, absque omni reperire cunctatione valeres, quos lex universalis judicat immisericorditer fore puniendos. Ergo si tales forte advenerint, in terram melius religantur et cineres quam erigantur. Quis rationalis patitur eos colere, cum et divina vox asserat dicens : Similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Et si ita est, imo quia ita est, restat ergo ut unus Deus vivus et æternus credatur in substantia deitatis, et trinus in personis, et rector universorum visibilium et invisibilium, cujus virtute omnes qui persecutionem patiuntur propter ejus gloriosum nomen, immunes periculis reperiuntur, quin

Deos ridet.

Ps 113 8 et Ps 134 18

Verum Deum prædicat.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

Marc. 16. 17

etiam aliorum casibus non sine magna potestate interdicere prævalent, perhibente illo : Signa eos qui in me credunt hæc sequentur : Dæmonia ejicient, serpentes tollent, super ægros manus imponent, et bene habebunt.

Parentem convertit.

13 Cumque ista et his similia diceret S. Potitus, stupefactus pater, et ultra quam credi posset admirans : En, inquit, modo novi quod verus sit Deus Christianorum, qui tanta et talia loquitur per hunc puerum, quemadmodum numquam expertus sum. Denique si non esset in eo aliqua divina virtus, minime quiverat iste ex corde suo omnia hæc proferre, sed, ut video, ipse loquitur per filium meum. Itemque congemiscens ait : Væ mihi peccatori, qualem sophiæ sagacitatem tenere videor, quando sapientior me de his omnibus filius meus omnimode comprobatur? Plane nunc corde video, fide credo, quod non sit similis huic, qui talem gratiam intelligentiæ meo tribuit gnato, ut omnem ambiguitatis squalorem a me emundans, ad veracissimam lucis me valeret perducere rationem. Hæc dicente patre, gratias referens S. Potitus Deo, catechizans et docens eum omnem fidei normam, fidelissimum Christi servum in sanctæ matris Ecclesiæ gremio, Deo annuente, mirabiliter collocavit.

a *Lect. 6 prop. off. diserte promittitur et ab Angelo patris conversio.*

b *Nulla hic aut in priore vita mentio fit matris, veluti tum superstitis, ast in off. prop. Lect. 7 dicit inter alia dæmon :* Compatere lacrymis tui patris, et matris tuæ miserare suspiria.

CAPUT III.

Leprosæ curatio. Conversio multorum.

His ita gestis, sanctus vir Domini, cujus votum dissolvi jam et esse cum Christo multo melius erat, a patria sua in Epirum, ubi est *a* Gargara civitas, convolans, ibi Christum prædicabat. Deinde descendens in unam civitatem earumdem partium, quæ dicitur Valeria, sedens in foro plures suo dogmate ad gratiam Christi fidei perduxit. In qua erat matrona quædam, nomine Cyriaca, cujusdam Senatoris Antonii uxor : is primæ cathedræ Senatus, dives opibus et familiis valde, sed *b* leprosus, cui nulla medicorum ars proficere valebat, sed tamen de die in diem desperata jam carere vita mortis finem operiebatur.

Prædicat in urbe Valeria

Accedit ad Cyriacæ leprosæ fores

Ad cujus domum in similitudine pauperis properans, pro foribus consedit et aquam cuidam ejus famulo eunucho, nomine Jaquinto, quem prætereuntem forte viderat, bibere postulavit. Quem cum intuitus fuisset *c* hermaphroditus, despiciens inquit : Huccine venisti laticem petere? Cui Sanctus : Non, inquit, tantum pro lymphæ stilla huc veni, quantum pro vestræ salutis commodo, quatenus agnoscentes fidei veritatem, gratiam aliquo modo recipere valeatis Domini mei Jesu Christi, sitque pax ejusdem semper abundans domui isti. Talia prosequente Sancto, stupefactus spado : Unde es, inquit, puer? et quod nomen tibi est? B. Potitus respondit : Ex humo sum genitus, sicut et tu, servus fidelissimus Domini nostri Jesu Christi qui est Salvator omnium animarum fidelium et corporum; nomine quidem Potitus nuncupor. Cui eunuchus : Ergo si famulus ipsius es, poteris dominam meam a lepra curare. Auditum est quidem multa eum mirabiliter egisse in hominibus olim : Si ipse est, nempe valet nihilominus et hoc efficere. Et Sanctus : Si fides vera non absit, potens est Domini nostri Jesu Christi virtus salvare eam nunc, quomodo salvavit tunc Centurionis servum, et plures alios. Et eunuchus : Hoc, inquit, certo scias, precor, quia si ad pristinæ salutis incolumitatem eam perducere quiveris, tu eris omnium facultatum ejus dominus. Et Christi athleta : Ego non cupio tam opulentiam illius habere, quam ejus animam Deo omnipotenti suo Creatori conglutinare.

Ad eam introducitur

15 Ad hæc spado : Præstolare ergo paullulum, donec intimentur hæc omnia dominæ meæ. Cui cum retulisset jussit eum introduci. Ad quam cum ingressus esset, dixit : Pax Domini mei Jesu Christi sit huic domui. Et salutata ab eo honorifice ait Senatrix : Dic puer poteris hæc omnia, quæ prolata sunt, ad perfectionis summam perducere? Cui Sanctus : Si credideris, ait, cum tota domo tua in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non solum ad corporis integritatem, verum etiam ad instaurationem animæ, pervenire valebis. Cui Cyriaca Senatrix ait : Quo pacto hæc assequi valeam edissere quantocitius. Nam minime alium Deum in cælo et in terra colere et adorare decrevi, nisi illum per quem salutis utriusque substantiæ meæ experimentum capiam.

Pro ea orat

16 Hæc audiens S. Potitus prosternens se in orationem cum lacrymis ait : Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui de sinu Patris veniens, per uterum Virginis mortalem carnem induens, mortalibus apparuisti, ut mortis vinculis coarctatos ad veram libertatem vitæ perpetuæ perduceres; quique etiam quibusdam ex eis dedisti potestatem filios Dei esse, ad facienda signa et prodigia, scilicet ad effugandos dæmones, mundandos leprosos, mortuosque suscitandos; exaudi me nunc orantem ad te, et tribue huic mulieri poscenti sibi salutem corporis sui, quatenus tua miseratione salvata benedicatur sanctum et gloriosum nomen tuum in secula seculorum. Expleta autem oratione, continuo catechizans baptizavit eam in nomine sanctæ Trinitatis : ad cujus invocationem subito splenduit caro ejus, et est Deo auxiliante sanissima reddita.

Eam baptizat, ac sanat

Multos itidem convertit

17 Videntes autem hoc sui omnes baptizati sunt in nomine Domini. Prædicante igitur in eadem urbe et docente B. Potito multi venientes baptizabantur. Cui Dominus tantam gratiam conferre dignatus est, ut intra exiguum temporis spatium crederet fere mediæ civitatis populus Dominum Christum, et gratias agerent, dicentes : Benedictus es Domine et Salvator omnium, qui dignatus es per hunc famulum tuum eripere nos de laqueo venantium et potestate Principis hujus mundi. Post hæc sanctus Dei cultor Potitus prodiens inde abiit haud procul a civitate super unum montium, et ibidem morabatur serviens Deo.

Secedit in montem

a *Nullam hujus nominis in Epiro urbem adhuc legimus. Nota Troadis Gargara.*

b *Potius ipsam Senatoris (qui hic* Antonius, *alibi* Agatho *dicitur) uxorem leprosam fuisse, et infra patet et ex priore vita.*

c *Haud est verisimile, androgynum ad honoratæ matronæ obsequia adhibitum. Sed existimavit hic Auctor, eum vocem eunuchum significare.*

CAPUT IV.

Filiæ Antonini energumenæ liberatio.

Eodem autem tempore habens Antoninus filiam, nomine Agnetem, obsessam a dæmonio, de qua superius fecimus mentionem, non sine magno tædio cum toto eam palatio mœrebat. Inde etiam voto astrinxerat se diis suis, dicens : Deus Apollo, Deus Jupiter, Deus Arphan, subvenite filiæ meæ salvantes eam, et offeram vobis taurum cum cornibus *a* sanctissimis vestri juris delubris. At vero diabolus magis magisque discerpens clamabat per eam : Nisi venerit Potitus de monte, non hinc excedam. Ad cujus vocem Cæsar perquirere cœpit, quis foret iste, quem tantus dæmon acclamaret nomine. Cujus fama comperta, misit unum illustrem ex amicis suis, nomine Gelasium, qui in illis temporibus Præsidatus officio fungebatur, cum quadraginta militibus, dicens : Ite quantocyus, quocumque reperietis eum, citate festinanter.

a

Perquiritur jussu Antonini

19 Qui cum abiissent ascenderunt Gargara, ubi idem morabatur cum bestiis. Si quidem virtus Domini ita aderat ei, ut bestiæ, ferina rabie mutata, submissa cervice venientes tutarent eum. Ergo ut visi sunt ab eis, impetum unanimiter fecerunt adver-

sus

Feras verbo cohibet, ut cicures

sus eos. Qui territi admodum in fugam conversi sunt. Sed beatissimus Christi Confessor, qui non solum pati, sed et mori pro Christo cupiebat, intelligens jam sibi martyrii tempus imminere, conversus ad bestias dixit : Præcipio vobis in nomine Domini Jesu Christi, ut lustra vestra adeatis, neminem lædentes, neminem contingentes. Hæc eo dicente mox discesserunt. Videns hoc Præses miratus oppido jactavit se eminus de equo, approximansque illi dixit : Tune es Potitus? Cui Sanctus : Quamlibet indignus et peccator ego sum. Ut quid te tantus ac talis vir cum tanta multitudine ad me tantillum fatigare voluisti? Porro tunc Domini puer erat annorum tredecim. Ecce, Gelasius Præses ait, præcellentissimus Augustus de te audiens vult te desideranter videre. Cui Sanctus : Et quæ, inquit, ratio est Cæsari cum hominibus Christianis? Quamquam ergo contra fidei religionem facere videar, veniam tamen vobiscum. Hæc dicens ingressus est viam, veniens cum Præside Romam. Ubi ingressus, demisso cum militibus Sancto proripiens se Præses ad palatium nuntiavit illum Cæsari affuturum. Cui Cæsar dixit : Et ubi est? Et respondit Præses : En cum militibus subsequitur me. Et Cæsar : Ubi eum reperistis? Gelasius dixit : In uno montium cum feris et bestiis, non longe ab urbe Valeriana reperimus. Ubi si ille defuisset, mortem omnes dumtaxat opperiebamur. Et Augustus : Quomodo? inquit. Et Præses : Omnes bestiæ instar muri eum circumdederant, quæ aspectantes nos, impetum apertis rictibus dederunt adversum nos; sed jubente illo statim recesserunt. Cui Antoninus dixit : Præsentetur jam aspectibus nostris.

Perducitur Romam.

Sistitur Cæsari

20 Tunc vero exiit Gelasius, inveniens præ foribus stantem, introduxitque illum. Quem videns Antoninus Imperator ita alloquitur : Cujus generositatis et religionis es puer? S. Potitus respondit : Ex Orientalibus partibus oriundus, et verissimus Christi servus sum. Et Cæsar : Audivimus, inquit, opinionem nominis tui, quod per invocationem nominis cujusdam potestatis filiæ nostræ possis mederi, et pristinæ salutis salvationem ei præstare. Propterea te accersiri præcepimus, quatenus per te ad suæ mentis integritatem redacta, municeps honorum et divitiarum Imperii nostri, maximusque in hoc palatio florere merearis. Audiens S. Potitus dixit : Divitiæ tuæ et honor tuus alteri tribuatur; quia non ideo penitus abnegavimus nostra, ut concupiscentes non sine magno crimine utamur alienis. Tamen isti dii tui, quibus confidentes toto pectore colitis, quare non salvarunt eam? Et Cæsar : Cur, inquit, nobis sic acrius respondes? Et Sanctus : Quia abnegantes relinquitis omnipotentem Deum vivum in cælis, et adoratis potius creaturam quam Creatorem et Salvatorem omnium, qui potestatem habet mortificandi et vivificandi; et cupitis vos liberari ab obsidione malignorum spirituum, qui vos jam mancipatos in æterna sua maledictione retinent. Attamen si ipsum omnium Redemptorem credidissetis, prorsus omnia possibilia fuerant credentibus. Et Augustus : Non aliter ego credere spondeo, nisi quomodo tu doces, si filiam meam ab infestatione tanti inimici liberare et ad suæ mentis integritatem perducere valebis. Cui S. Potitus ait : Certissime novi, quod obstinatus corde es, et credere recusas; tamen propter multitudinem istius spectaculi, ut videant opera Domini mei Jesu Christi et glorificent Patrem ejus qui in cælis est, feratur ipsa puella in medium.

Idololatras arguit

Dæmonem e filia Imperatoris expellit

21 Mox quidem allata ante sancti viri præsentiam; cujus virtutem ut sensit obsessor inimicus, exclamare cœpit per os ejus, dicens : Quid est Potite? animadvertis modo, quod ipse sum, quem superatum modo paullulum ante gloriabaris? Numquid prædixeram tibi illuc me iturum ubi superari ego, magisque tu superare valeres? Proinde ergo huc venire te feci ut si etiam hinc me ejiceres, tunc te penitus desererem. Tunc Sanctus Christi et Martyr Potitus insufflavit in faciem præfatæ puellæ, dicens : Dominus meus Jesus Christus filius Dei omnipotentis, cui omnis creatura cælestis et terrestris obtemperat, ipse tibi in virtute sancti Spiritus interdicit et imperat, execrabilis dæmon, ut exeas et recedas ab hac creatura sua, et ulterius non habeas potestatem introeundi in eam. Et data ei alapa, protinus visus est exire de ore ejus draco teterrimus, et valde horribilis. Quem videns adspectantium caterva, in magnum stuporem versa, non sine ingenti præconio voces ad cælum repetentes : Vere, inquiunt, vere magnus est Deus hujus pueri, qui tale prodigium per eum exhibere dignatus est. Sicque factum est, ut crederent ex eis multi in Dominum Jesum Christum, collaudantes et benedicentes eum.

Auctore Anonymo, ex mss.

a *Deest* auratus *ut patet ex priore vita*

CAPUT V.

Idolorum eversio. Cæleste solatium.

Imperatorem ad maleficia tribuentem increpat

Videns ergo homo nefandissimus Antoninus Imperator, admirans vehementer dixit : Ista equidem per maleficia sunt, non per divini numinis potestatem. Constantissimus Martyr et Confessor Christi Potitus dixit : Infelicissime atque ab omni experientia rationis aliene, qui debuisti sine hoc indagare Deum tuum, qui te creavit, quique animam tuam tibi præstitit, ut per hoc intelligere valeres ad qualem beatitudinis gloriam esses profuturus, et adorans venerareris eum, gratiasque ageres illi; nec saltem modo credis, quando tanta et talia per me famulum suum peregit? Antoninus dixit : Gratias nempe ago diis meis, qui sanitatis remedia misericorditer ei præstiterunt. Et Christi tirunculus : Erras, inquit, Imperator. Hanc quippe filiam tuam, quam per deos tuos astruis erutam a dæmone esse, potuerunt in illam eum immittere, non foras abigere. Sed, si advertere volueris; Domini mei Jesu Christi affuit virtus, quæ illam restituit incolumem, et ad pristinæ sospitatem salutis redegit.

Ejus munera aspernatur

23 Cui Cæsar : Audi me Potite, et ad consilium nostri moderaminis aurem cordis tui accommoda. Accede, et sacrifica diis nostris, et decorabo te, ut præfatus sum, honoribus multis, et magnus et gloriosissimus in hoc palatio eris. Christi miles ad hæc : Numquam, ait, bene sit tibi Imperator, ut his divitiis indigeam, quæ a me veluti stercus cloacæ reputatæ sunt : sed divitias et honores ab æterno Rege opperior, quæ mihi jam in cælesti regno reservata custodit, quæque numquam ablata minuuntur, sed semper augmentantur. Siquidem te et regnum tuum cum tota gloria seculi hujus, ignis inextinguibilis consumet.

Minas contemnit

24 Et Cæsar : Nescis, infelix, decreta invictissimorum Imperatorum, quod quicumque non libaverint sponte omnipotentibus diis, diversis pœnis interficiantur? Et Christi athleta : Ego hoc libentissime cupio, et votis omnibus exopto. Attamen notum sit tibi, quia Deus omnipotens, qui est liberator animæ meæ de æternalibus pœnis, ipse erit et tutor corporis mei in his momentaneis, quæ mihi facere conaris. Cui Imperator : Aut obtemperans sacrifica diis, aut tanta et talia tormentorum genera experieris, quanta numquam arbitratus es experiri. Et Sanctus : Deliras tu et regnum tuum, si non dicta per omnia factis compenses. Cæsar dixit : Ad hunc modum ad imperium altitudinis meæ loqueris? Sed tantum te suffero, quantum annos tuos in tenerrima ætate prospicio; alias morsibus ferarum jam te jactari fecissem, si obstaculum nostræ clementiæ defuisset. Beatissimus Christi Martyr ait : Quidquid minaris, crudelissime Imperator, pro Christo patienti animo

AUCTORE ANONYMO, EX MSS

animo sustinebo, et ob hoc gaudia æternæ vitæ recipere gloriosissime spero. Te autem cum patre tuo diabolo, cujus instinctu hoc machinaris, tartarea Charybdis absorbebit, ubi sine fine cruciaberis non consumendus.

Cæditur fustibus.

25 Ad hæc infelicissimus Cæsar ira repletus jussit eum spoliari et fustibus mactari. Quod quidem factum est. Cumque diu cæderetur Martyr Christi Potitus, opitulante Christi misericordia, ac si nullius aliquid doloris sentiens, gratias Deo omnipotenti agebat, dicens : Magnificans glorifico te Deus meus, quia jam dignatus es me servum tuum recensere fidelissimos tuos inter testes.

26 Cæso autem eo, fecit idem crudelissimus Imperator suis illum in tribunalibus sisti, cui et dixit : Ut quid vis tam pessime mori? Sacrifica diis. Beatissimus Potitus respondit : Quibus diis libare debeam? nomina eorum innotescite. Et Cæsar : Ignoras Jovem, et Arphan, et Minervam, esse sanctissimos deos? Innocens Christi Martyr subridens inquit : Ego tales aliquando numquam novi. Tamen videte quos refertis, ut decentius vestris præceptionibus parere valeam. Ad hæc Imperator gaudio refertus, exiliens de tribunali, ad templum Jovis cum totius populi spectaculo properat. Ubi ingressus cœpit adorare simulachra, dicens : Gratias vestræ omnipotentiæ refero numina, quoniam, licet duriter, tamen dignati estis vestro præsidio illius pueri emollire verecundiam, et clementissimis vestris producere visibus. Et hæc dicens, jussit accersiri S. Potitum, cui ait : Ecce isti sunt, quos dixeram tibi, Potite, dii immortales, quibus paullulum antea contemnens derogaveras. Prosternere nunc celsitudinibus illorum, quatenus sedatis sævissimis furiis illorum, tibi propitiare valeas illorum sententiam.

Idola oratione evertit

Sanctus igitur cum ingressus esset fanum, subito se prosternens cum lacrymis humo, orationem fudit. Cujus precibus ruentia protinus idola redacta in cinerem sunt tetrum. Quorum casus ut vidit execrandissimus Cæsar, plaudens manibus congemuit dicens : O quæ infantia me superavit! Cui Sanctus : Ubi sunt nunc dii tui, quibus me placari præcipiebas excellentissime Cæsar? Et Augustus : Per veneficia nempe tua video illos esse superatos. Et Domini puer : Si vere, inquit, dii tui omnipotentes erant quod aiebas, quare se non defendentes custodierunt? Ergo ut scias quanta sit Domini Jesu virtus, cui ego servio, animadverte et intellige, quod non sit ei similis in cælo sursum et in terra deorsum, qui tanta et talia virtute sua peragere valet.

Ferro gravatus includitur carceri

27 Ad hæc Antoninus Imperator confusus, jussit eum furibundus gravissimi ponderis ferro coarctari et retrudi in carcerem, ut nullus ingrederetur ad eum ut saltem parumper aquæ ministraret : et præcepit carcerem annulo suo signari. At ubi ingressus est Martyr Christi Potitus, statim ad arma sua solita confugit, dicens : Deus innocentiæ restitutor et amator, qui ad te corde clamantibus in tribulatione et in necessitate adjutor et liberator usquequaque esse probaris, quique cum defecerit virtus sperantium in te, non derelinquis nec desistis auxiliari. Exaudi nunc servum tuum subveniens mihi, sicut exaudire dignatus es Joseph retrusum Ægypti in carcere, et libera me de his ponderibus nexuum, quæ præ imbecillitate corporis exigui sufferre non valeo; ut cognoscant omnes, quod non sit alius Deus faciens mirabilia, nisi tu solus semper, qui vivis in secula seculorum.

Solvitur ab Angelo, et cælesti lumine atque odore recreatur.

Hæc eo orante, subito resplenduit carcer totus, et in ipso splendore astitit Angelus Domini confortans eum; et liquefacta sunt continuo vincula ejus sicut cera. Tantæ interim suavitatis fragrantia eumdem locum circumdederat, ut præ nimio odore concurrentes custodes carceris, et intuentes eum tanto lumine coruscare, ipsumque Sanctum Angelico famine frui, stupefacti et conterriti fugerunt insinuantes Imperatori quæ viderant. Sanctus autem Potitus tali levamine roboratus, tantoque beneficio divini numinis suffartus, gratiarum cœpit actiones persolvere Deo dicens : Laudo et benedico te, Deus omnipotens, qui dignatus es me servum tuum invisere et confortare. Quæso ergo te protector meus, ut non desinas consolari me solita clementia pietatis tuæ contra multifaria machinamenta tormentorum nefandissimi Antonini Imperatoris, quatenus tui præsidii munimine adjutus, magnificetur gloria majestatis tuæ, et universa mirabilia enarrent in generationem et generationem.

CAPUT VI.

Varia tormenta divina virtute superata.

Sistitur Imperatori in amphitheatro

Interea Cæsar Antoninus auditis iis quæ a custodibus visa sunt, jubet sibi amphitheatrum parari, ac præconem mitti, ut ad illud omnes confluerent, et qui se eo excusarent, capite plecterentur. Cujus edicto omnium concursus efficitur, et amphitheatrum completur. Tunc Imperator sedens pro tribunali præcepit sibi beatissimum Martyrem Potitum exhiberi. Qui cum ductus fuisset, ut intravit amphitheatrum, Crucis Dominicæ signaculo se muniens, adstitit intrepidus ante tribunal Cæsaris. Quem torvus aspectu, iratus animo, Antoninus ita alloquitur : Dic Potite, ubi te conspicis astare? Et Sanctus : In tellure, inquit, Creatoris Domini mei omnipotentis. Et Augustus : Ignoras quod hodie ad tui interitus spectaculum istud amphitheatrum completum est? Et quis est ille Deus qui te de manibus meis eripere valebit?

Blasphemum tyrannum increpat

Cui Sanctus : Erubescere jam potest frons tua, nequissime Imperator, quoniam insipientius caput tuum esse cernitur *a* canis respersum, quod omnipotentiam Dei mei omni modo expertus, modo asserat tua improbitas me non posse de manibus tuis eripi et liberari.

a

In equuleo suspensus lampadibus uritur

29 Et Cæsar : Quid, inquit, per multa variaris? Quod nunc præfatus loquor, per veritatis efficaciam consequeris. Et jussit mox eum in equuleo suspendi et lampades ardentes ejus lateribus applicari. Quo gesto beatissimus Martyr confisus in Domino, ac si in alieno corpore pati videretur, ita facto animo, hilarique vultu sustinebat pœnas, collaudans et glorificans Conditorem omnium Deum, qui virtute fortitudinis suæ lampades ardentes ad refrigerium, imo ad nihilum redegerat. Videns igitur tantam constantiam Sancti et animositatem impiissimus Cæsar, indignans valde : Visne, ait, Potite, ut addamus ad refectionem tantæ suavitatis et delectationis tibi aliquid, quatenus de una ad alteram pertransiens possis absque fastidio talibus deliciarum epulis uti, ac lætius delectari? Cui innocens Martyr : Quam maxime inquit, id cupio. Desiderabilia enim sunt hæc mihi super aurum et lapidem pretiosum, et dulciora super mel et favum.

Ferreis ungula raditur,

Et Augustus : Addatur ergo ad dignitatem honoris tui quantum sufficienter competit; ferantur scilicet ferreæ ungulæ, et *b* unguletur. Quo peracto, Sanctus Domini toto pectore aiebat Cæsari : Ubi sunt nunc tuæ Imperator? perpaullum antea me promittebas humiliare, numquid superavi eas? Vide ergo et intellige, quod non mihi pœnæ tuæ dolorem accommodent, sed potius magnum exultationis gaudium.

b

Objectus feris non læditur

30 Tunc videns se Imperator valde confusum, amplius indignari cœpit, præcipiensque deponi eum mox de equuleo, jussit tradi rictibus ferarum. Ad cujus vestigia itidem feræ venientes, deposita omni ferina rabie, et occurrentes humiles capite osculabantur pedes ejus.

Insultat tyranno

Ad hæc constantissimus Martyr insultare truculentissimo Imperatori cœpit : Quid dicis inquiens, nequissime Cæsar? putasne, expertus es

virtutem

virtutem Domini mei Jesu Christi? an adhuc dubites? Etenim animadverte quanta sit omnipotentia virtutis ejus. Quod si adhuc aliquid ambiguitatis in tuo obstinatissimo pectore restat, age nunc, et perfice quæ cœpisti, ut pervenire ad majora horum mirabilia valeam, quæ in me famulum suum Dominus dignatur efficere.

Jussus ferro dissecari, tangi non potest.

31 Hæc eo dicente, sævissimus Imperator furore succensus jussit eum membratim ferro secari. Ad cujus vocem lictores cupiebant explere quod fuerat jussum, nec valebant. Nam sicut tentabant quodcumque ex membris ejus abscindere, ita Domini virtus opitulabatur, ut saltem ad exiguum attingere valerent. Pro quo etiam Beatissimus Potitus gratias Redemptori omnium referebat, et jucundo ac sincero animo dicebat Cæsari : Crudelissime et omni virtute pietatis private, intuere quanta et qualia sunt beneficia Dei mei omnipotentis, quoniam per exquisita tormenta me cupis perdere, et non solum in anima quæ immortalis est, sed nec in corpore habes potestatem sine voluntate Dei quicquam mali perpetrare. Et quoniam ita est, restat ergo ut cognoscas te nunc esse in utroque fortiter convictum a Domino meo Jesu Christo, pro cujus amore omnia hæc libenter sustineo.

Multi convertuntur.

32 Aspectante interea multitudine totius amphitheatri hæc, glorificantes crediderunt ex eis circiter duo millia in Dominum Jesum, hujusmodi voces dantes ad cælum: Vere Deus Petri et Pauli est in puero isto, et non potest alius credi sub cælo, nisi ipse qui tantas virtutes et signa per hunc dignatus est ostendere. Tunc videns hæc tyrannus Imperator fremuit, et ex imo pectoris prolixa suspiria trahens, dixit : Potite, per maleficia tua omnia superas, tamen habemus fortiora tormenta, quæ nequaquam possunt deludi, quemadmodum per magicas artes sunt cetera delusa. Hæc dicens continuo fecit ferri sartaginem ignitam cum oleo, et Sanctum in ea jussit poni. Quin etiam desuper plumbum ferventissimum fundi. Quibus peractis sanctus Innocens Dominum Jesum confitendo benedicebat, et placido vultu clamabat : Adjuro te, inquiens, Cæsar per gloriam Augustalium tuorum fascium, ut de ipso plumbo mihi ad sufficientiam addi facias, quia magnum mihi refrigerium præstat.

Oleo fervente et plumbo, perfunditur

a In priore vita : melior est canis, quam tu.

b In priore vita dicitur exungulatus. At prop. off. Lect. 7, Jussit lictoribus, ut ferreis pectinibus carnem ejus discerperent : quod adeo immanissime perfecerunt, ut ossa articulatim detegerent. Et Hymno 7, uncis pectinum clavis lacerus.

CAPUT VII.

Tyranno et cruciatibus superatis, mors

a

a Audiens hæc crudelissimus Imperator, magis ac magis furore accensus, præcepit post hæc fieri clavum ferreum, dicens : Videamus, si veniens iste Deus tuus, in quo te confidere dicis, te eruet de ipso ferro acuto, aut si per calliditatem tuam aliquo modo eum possis evadere. Cui B. Potitus dixit : Non aliter credo in ejus pietatis misericordia, nisi quod, sicut sua potentia liberavit me de tot præmissis generibus pœnarum, ita me et de acuto clavo, quem mihi minaris, eripiet. Tunc, ut protulerat, crudelissimus Antoninus fecit præfatum clavum calefieri fortiter, et sic in capite fortissimi Martyris configi.

Clavo ignito configitur

34 Ipse autem Sanctus cælesti præsidio suffultus, statim oculos in cælum erigens, Salvatorem omnium cœpit invocare dicens : Domine Deus meus, Pater altissime, qui semper in necessitatibus meis adesse dignatus es, qui liberasti sanctos Apostolos tuos, Petrum scilicet unum a ferreis nexibus, alterum viperei virus periculo, quæso te, ut exaudias me servum tuum et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet me de hac pœna, quam nefandissimus Antoninus in me exercuit, retribuens illi secundum nequitiam ejus crudelitatis, ut juxta Vatis sententiam incidat in foveam quam fecit, et convertatur hic dolor in caput ejus, et in verticem ejus iniquitas ejus descendat; quatenus hoc saltem discrimine expertus, desinat quantumlibet de tot talibusque ulterius excogitare fidelissimis tuis famulis. Hæc eo orante mox Domini virtute dolor ab almi Martyris capite abstractus, et in verticem iniquissimi Antonini confixus est, qui magnis vocibus cœpit protinus inclamare S. Potitum, dicens : O serve Dei Potite miserere mei, deprecare Deum tuum ut eripiat me de hoc intolerabili exitio, quia crucior in eo valde. Nam modo certissime credens agnosco, quomodo potentissimus sit ipse Deus, et non est alius præter eum.

Auctore Anonymo, ex mss.

Is Sancto orante, infigitur capiti tyranni.

35 Tunc Christi servus gratiarum actiones non desinebat Deo Creatori omnium agere, dicens : Glorifico et benedico nomen tuum Deus magne et omnipotens, qui adjuvisti et consolatus es me. Et insultans aiebat Cæsari : Dii vero tui quare non subveniunt tibi, quemadmodum Deus meus subveniens auxiliatus est mihi? Obsecra nunc eos ut venientes misereantur tibi et liberent. Omnes autem circumstantes videntes hoc, in laudibus Dei conversi, dicebant : O qualis et quanta est potentia istius pueri Dominatoris, cujus virtute plagas et lampades ungularumque lauiatus derisit, nec non ferarum rabiem sedavit, et sartagines ignitas cum plumbo effuso extinxit; tandemque idolis cum Antonino Imperatore devictis, semetipsum sospitem atque incolumem exhibuit! Et quis sapiens rationalis intellexit hæc, et non desistat adorare tales dæmones, et colens veneretur unum Deum æternum, qui fecit cælum et terram?

Insultat ei Potitus

36 Interea Antoninus atrocissimus angustiatur et torquetur, stridensque vocibus aiebat : S. Potite adjuva me, et miserere mei, quia morior in hac pœna. Cui Sanctus dixit : Nisi tua filia venerit, quam Dominus meus Jesus Christus sanavit, minime curaberis. Eadem hora tristabatur omnis Senatus, quorum jussu accersita est puella. Quæ cum venisset, prosternens se cum lacrymis solo, deosculari cœpit pedes sanctissimi Martyris, dicens : Baptiza me famule Dei in nomine omnipotentis Dei tui, quem prædicas. Statimque catechizans baptizavit eam in fide sanctæ Trinitatis. Et recedente illa, expandens manus suas ad cælum B. Potitus dixit : Deus universitatis Conditor et Redemptor, qui nullius indiges bono, sed bonus essentialiter æternalis existis, qui tuæ benignitatis clementia solem tuum oriri facis, et imbres fundis super justos et injustos, quique tuis fidelibus promittere dignatus es, dicens : Petite et accipietis, quærite et invenietis; exaudi me nunc pro Antonino Imperatore ut eripias eum de intolerabili dolore, ad laudem et gloriam atque potentiam magnitudinis tuæ. Licet enim Domine execrandus et crudelissimus sit, sufficere tamen ei poterit æterna damnatio, quæ illum subsequi post hanc vitam miseram debebit. Expleta vero oratione, dolor ablatus est a cervice ejus, et sanus effectus est.

Baptizat ejus filiam.

Matth. 7. 7.

Eum dolore liberat

37 Quo dolore cum sensisset nequissimus Imperator se erutum, gratias cœpit agere dæmonibus suis, dicens : Actiones gratiarum vobis referre non destituo, dii sanctissimi et omnipotentes, qui dignati estis me vestris virtutibus ab hac eruere angustia. Cui Sanctus dixit : Adhuc errorem patitur sensus tuus Imperator, quandoquidem Deus omnium fidelium exauditor ipse tibi præstitit salvationis et salutis remedium, non dii tui, qui non potuerunt in æterno interitu sibi auxiliari, ubi modo cruciantur. Tunc vehementer iratus Imperator jussit linguam ejus amputari et oculorum luminibus orbari. Quo expleto, puer Domini Potitus benedicere et glorificare Deum potissime cœpit, dicens : Benedicam Dominum in omni

Præcisa lingua loquitur

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

omni tempore; semper laus ejus in ore meo, qui in os meum immisit canticum novum, hymnum Deo nostro. Et hoc psallens superna gratia roboratus, exclamans: Quid acturus es, inquit, crudelissime Imperator amplius? an forte quod incidi fecisti linguam, et lumina mea tolli, ideo te adscribi victorem conaris? Ecce, si noscere non dissimulas, superavit te Deus Dominus meus Jesus Christus per me nunc, sicut olim per sanctum Moysem Pharaonem Ægypti, obduratione tui similem, quando in signis omnimodis et portentis ab ejus dominationis oppressione brachio extento populum suum liberavit? Nisi forsan mucrone decernas caput meum abscindi, et pro remedio solummodo in corpore meo vincere arbitreris.

38 Ad hæc stupefactus nimis Imperator et confusione repletus extemplo ut proposuerat dedit capitalem sententiam. Quo audito beatissimus Christi Martyr et Confessor Potitus, gestiens et exultans, Antonino Imperatori dixit: Precor tuam execrabilem potestatem, Cæsar, ut ubi petiero ubi me puniri jubeas. Cui Cæsar Antoninus: Fiat, inquit, et juxta propositum tuæ postulationis vota tua rite firmentur. In hoc edicto traditus est lictoribus. Qui cum eum accepissent, pervenientes duxerunt ad locum quemdam inter Sentianum et Juntianum, qui vocatur Julia, super ripam unius fluminis, nomine Calabritici, et ibi eum gladio ferierunt. Cujus sancta anima in columbæ specie visa est carnis ergastulo ad alta poli triumphans properare, ubi cum Christo regnans gaudiis felicibus in perpetuum fruitur. Porro ejus exuvias venientes Christicolæ cum omni veneratione collegerunt, et condientes sepelierunt sub die Iduum Januariarum, ad laudem et gloriam Salvatoris nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Plectitur capite

Sepelitur

a *In Lectionibus propr. off. dicuntur sequentia esse gesta in loco qui dicitur* Julia, super ripam fluminis Calabriarici, *ubi sibi tribunal erigi Tyrannus jusserat.*

a HYMNI DE S. POTITO.

Ex Officio proprio monasterii S. Potiti Neap.

I.

Antiphonæ in utrisque Vesperis et Laudibus

O stella Christi fulgida,
Potite Martyr inclyte,
Obscura culpæ nubila
A mente nostra discute.
Tu clarus inter Martyres
Fulges, ut inter sidera
Sol, ac ut inter candida
Ligustra candent lilia.
Luces ut ardens lampada,
Humana lustrans pectora;
Ut sal per orbem spargeris,
Humana siccans vulnera
Non sic Potite cynnama
Attrita spirant, moribus
Ut tu modestis, florida
Ætate, fragras seculo.
Post clara mortis funera
Illustris inter Angelos
Tanto refulges lumine,
Quanto per orbem nomine.

NOT. 6.

a *Erant perquam incorrecte editi hi hymni, totumque officium. An sint majoris poematis pars, an ad hanc solum rem compositi, ignoramus. Sunt certe quidem non inelegantes.*

II.

Hymnus in I Vesperis

Claret Eois puer ortus oris,
Claret illustri patre, claret alta
Matre, quid mirum quod in urbe clara
Clareat infans?
Id magis mirum, quod ab axe claro
Sol eum Christus potiore luce,
Inter atratas rutilum tenebras,
Traxerit ad se.
Ut rosam e spinis, veluti coruscum
Sidus a terra nebula Potitum
Traxit infantem pius auctor orbis
Matris ab alvo.
Traxit, ut vero sibi sole nato
Bruta despectet simulachra: trino
Numine ac uno potiatur, omni
Quo calet æstu.
Martyr o mi, dum frueris Tonante,
Virgines curæ tibi sint, quotannis
Festa condentes tibi: dexter adsis,
Dum sacra complent.
Dum tibi dulces modulantur hymnos,
Thura dum sacras adolent per aras,
Dum parant lychnos, et olente fanum
Flore coronant.
Dum crocum, calthas, violas, ligustra,
Cum rosis nardum, thyma cum marino
Rore, sic dextra, ut calatho per ædem
Undique spargunt.
A Dei regno pie Martyr audi
Virginum suspiria; cerne fletus,
Vota, singultus, ut odora defer
Lilia Jesu.
Summa laus uni Triadi per ævum,
Quæ velut parvo tribuit Potito
Lauream, nobis prece donet ejus
Gaudia Divum.

III.

Hymnus ad matutinum

Potite Martyr inclyte,
Dum sacra reddis annuo
Ritu colenda Virginum,
Adsis choro psallentium.
A Solis ortu pullulas
E stirpe pravi germinis,
Velut rosarum flosculus
E stirpe dura veprium.
Parente natus ethnico,
Afflaris aura Spiritus,
Quo falsa calces numina,
Crucis trophæum provehis.
Cupressus, ut crinitulo
Viburna præstat vertice;
Virtute sic tu parvulus
Præcellis omnes maxima.
Non sic, Potite, cynnama
Attrita spirant, moribus
Ut tu modestis, florida
Ætate, fragras seculo.
Tu prædicator promptulus
In urbe fulges propria,
Jesum parenti prædicas,
Fidemque pandis civibus.
Laus Unitati triplici,
Pro qua Potitus sanguine
Fuso, potitur Martyrum
Palma, in columbæ imagine.

IV.

Antiphonæ ad I Nocturnum

Jesu decora cælitum
Corolla, Jesu Martyrum
Spes, cerne nos, dum militis
Tui canimus prælium.
Cur Antonine perfuris,
O Cæsar angue dirior,
Leone sævo sævior?
Cur bile turges vitrea?
Non sculpta adorat marmora,
Nec ligna credit numina;
Aurum Potitus despicit,
Nec thura libat belluis.
Dura contemnit verbera,
Tetrumque spernit carcerem,

Nec

Ex officio S. Potiti.

Nec voce blanda flectitur.
Minas nec horret efferas.
Flagella sicut lilia
Sumit, et illa dedicat
Deo flagranti pectore,
Sicut rosarum flosculos.
Olor nec albus gestiens
Aquas subintrat vitreas,
Olivum ut intrat bulliens,
Amore Jesu, parvulus.

V.

Antiphonæ ad 2 Nocturnum

Phœnix ut inter cynnama
Exusta fit vivacior;
Sic hic lebete fervido
Mersus, resurget fortior.
Potitus instar Angeli
Factus fide fortissimus,
Numen Minervæ despicit,
Jovique thura denegat.
Cunctis est æqua regula,
Dulcore firmat debiles,
Virtute fortes roborat,
Utrosque amore confovet.
O miles, o fortissime
Athleta Jesu, *a* sanguinem
Dum corpus unda profluis,
Ad astra mittis spiritum.
Sic torque victor aurea
Collum venustas saucium :
Sic morte vitam laureas,
Vita triumphans perpeti.
O ter beate parvule,
Qui sufferendo laurea
Donaris. o quam strenue
Mortem triumphas mortuus!

a *Haud satis assequimur sententiam*

VI.

Hymnus ad Laudes

Ingens Dei potentia,
Et Martyris victoria,
Crudelis ira Præsidis
Et belluarum mititas!
Quæcumque sævit dentibus,
Cornu, vel ungue bellua,
Ad Martyris vestigia
Ut mitis est ovicula.
Tormenta sic amplectitur,
Ut grata cæli munera;
Sic blandimenta respuit,
Ut dira mortis vulnera.
Per hæc, Potite, pignora,
Quæ Jesus ultro contulit,
Sacris roga virgunculis
Candentis Agni nuptias.
Post quem canendo gestiant
Plenis oliva lampadis;
Odora dent vaccinia,
Stolis amictæ candidis.
A vanitate seculi,
A carnis æstu lubricæ,
Et a maligno dæmone
Has tu, Potite, libera.
Deo sit uni gloria,
Qui nos ab omni protegat
Malo, precatu Martyris,
Ac regna det cælestia.

NOT. 7

VII.

Hymnus ad 2 Vesperas.

Ardet o felix anima, ardet igne,
Igne divino, rabiem tyranni
Voce demulcet placida, silendo
Mitigat iram.
Flagra ceu flores (quibus ante Jesum
Serta contexat) patitur, cruenta
(O Dei virtus!) veluti smaragdos,
Vulnera suffert.
Carcerum vinclis puer arctus, uncis
Pectinum clavis lacerus, lebetem
Intrat ignitum : calido triumphat
Mersus olivo.
Vincit, immanes patiendo pœnas,
Cæsarem : lassat lanios, flagella
Mente tranquilla subeundo : victor
Cum nece pugnat.
Angeli verbo monitus, propinquam
Haud secus mortem cupit, ac perennis
Januam vitæ, requiem laborum,
Præmia pugnæ.
Unde transfixo capiti cruento
Clavo, et immerso jugulo mucrone,
Spiritum felix super alta fudit
Astra Potitus.
Morte sic victa, viridante lauro
Verticem cingit : sacra colla comit
Torque gemmata : fruitur Tonante
Martyr in ævum.
Si caro prurit, niveum pudoris
Irriga rorem Sathanæ sagittas
Frange, si dirus jacit hostis; armis
Arma retunde.
Pompa si cæci peritura secli
Ridet, æternæ moderare vitæ
Gloria : pulsis fame, peste, bello,
A lare nostro.
Laus sit æternæ Triadi perennis,
Et Patri, et Nato, et tibi ubique sancte
Spiritus : Martyr quibus alme nostra
Vota referto.

VIII.

a Varia Responsoria

a Grate mi puer aure dextra,
Quas tibi laudes recinunt sacratæ
Virgines Sancte, ac modulos pudico
Pectore promptos.
Hi tibi pro thure et olente nardo,
Pro thymi fasce, et calatho rosarum,
Dantur : ut gemmas et odora, quæso,
Balsama sume.
b Ut puer primum dubiæ dolosum
Attigit vitæ bivium; relicta
Mox via lata, studuit per arctum
Scandere callem.
Totus in sacris vigilat, caduci
Nil cupit : Divum veneratur ædes .
Percolit summa pietate trinum
Numen et unum.
Sic jugo Christi puerile collum
Subdit, et stivam retinens aratri,
Ut decet, sulcat bonitatis arvum
Vomere pacis.
Non minus cælum precibus fatigat,
Quam pio cultu · lacrymis migrantem
Abluit noctem, Sathanam repellit
Dulcibus odis.
Diva scrutatus monumenta Vatum,
Sacra degustat rudimenta Jesu :
Tum Liam stringens, fruitur Rachele,
More Jacobi.
Ut sibi nomen peperit Potiti
Martyr insignis, potiendo dulce
Cælitum nectar, peritura sprevit
Cuncta sub astris.
Sprevit ætatis roseum tenellæ
Flosculum, sprevit titulos avorum,
Purpuram, fasces, galeam, curules,
Prædia, census.

a *Hic exclusum videtur verbum desiderari.* b *Non cohærent hæc inter se, cum post singulas lectiones* [illegible] *ponantur* [illegible]

IX.

Ex OFFICIO S. POTITI.

Varia Responsoria.

IX.

Pauper ad nudum properare Jesum
Pergit amplexa Cruce. Fit supernæ
Prævius Doctor patriæ, fit alti
Præco Tonantis.
Grande virtutum jubar, æqua morum
Norma, doctrinæ schola Christianæ,
Mitis exemplar pietatis, almæ
Lux bonitatis.
Gratus hic mundo fuit a tenellis
Unguibus; matris fuerat ab alvo
Gratior cælo, magis est in astris
Gratus utrique.
Hic feras passus rabidas, leones
Calcat immanes, dominatur ursis :
Sed prius vincens superat furentem
Præsidis iram.
Mortuus mundo, Sathanæ, parenti,
Ac sibi; cælo, Superis, Tonanti
Vivit illustris Domini Potitus
Martyr in ævum.
Ergo si talis tibi vita fulsit
Seculo, nobis super astra regnans
Impetra optatæ bona pacis arrham
Gaudia cæli.
Vernat ut candens rosa rore tacta,
Rore ceu vernat foliis apertum
Lilium, vernat veluti profusus
Rore hyacinthus.
Lux patri factus, meliora vivo
Pandit exemplo documenta : quod nam
Egerit primum, sociis agendum
Præcipit actu.
Unde pro Christi nece tu cruentam
Eligens mortem, velut agnus ensi
Colla flexisti, o pie Martyr, o mi
Dive Potite.
O pia, o felix anima, o beate
Spiritus, terræ spolium caducæ
Deserens carnis, superas ovando
Scandis in arces.

X.

Varia Responsoria

Non pius lædit liquor, aut eburna
Membra tam candens oleum, nec ignis
Quid pili tangit minimum : pudorem
Flamma veretur.
Martyr a summo, precor, axe gratis
Gratiam per te.... præstet orbis
Auctor, ac sacris faveat puellis
Numine fausto.
Centuplum reddant oleæ, per arva
Semen in fruges vireat, Falernum
Vineæ fundant decuplum, precante
Te, pie Martyr.
Pace nos dulci refove, salubrem
Aerem cura, scelerum reatus
Qua vales purga prece, Martyr, ante
Judicis iram.
Pro tuis regnum meritis Latinum
A fame, a bello tueare, quæso,
Quæso ut a peste, a tonitru, a corusco
Fulmine serves.

DE SANCTO ANDREA

TREVIRENSI EPISCOPO.

CIRCITER AN. CCXXXVI. XIII JANUARII

Andreæ *Trevirorum sanctissimi Præsulis gesta aut prodita non sunt litteris, aut deinceps, ut pleraque ejus ævi, interciderunt. Duodecimus eam cathedram insedit, ut Demochares, Claudius Robertus, Petrus Cratepolius narrant. De eo isthæc scribit Christophorus Brawerus noster Annal. Treviren. lib.* 3 : Inter hæc Anastasio *(de quo* 20 *Decemb.)* mortis acerbitate a grege Treverico abstracto Christi liberatoris nostri anno supra ducentesimum vigesimo septimo, Andreas in eodem vigiliarum munere suffectus Episcopus. *Ac paullo inferius ad annum* 235, Andream Episcopum Treverorum posthæc seu sua mors seu gladius persecutoris abstulit; pro illo Treviris Antistes XIII obtigit Rusticus ejus nominis primus. *Andream Martyrem vocat Auctor Florarii* MS. *et hoc die refert:* Apud Trevirim, *inquit,* Andreæ Episcopi et Martyris.

Quando vixerit

An Martyr.

DE SS. XL MILITIBUS MARTYRIBUS

ROMÆ VIA LAVICANA.

CIRCITER AN CHRIST. CCLXII. XIII JANUARII.

Quadragenarius numerus, *inquit S. Augustinus tr.* 17 *in Joannem*, sacratus nobis in quadam perfectione commendatur. *Quare cum alia hoc numero sancta sunt olim, tum sæpius Christi milites lauream quadrageni retulere; ut qui* IX *Martii Sebastæ in Armenia, et qui* XIII *Jan. Romæ. De his Usuardus, Martyrol. Roman. Bellinus, Maurolycus, aliique :* Romæ via Lavicana coronæ sanctorum militum XL quas sub Gallieno Imperatore pro confessione veræ fidei percipere meruerunt. *De iisdem vetus Romanum, Beda, Ado :* Romæ via Lavicana coronæ militum XL sub Gallieno Imperatore.

Horum MM natalis.

2 *Notherus, et Bedæ* MS. *Bavaricum ita habet :* Romæ via Lavicana Secundinæ, Coronæ, et militum XL sub Gallieno Imperatore. MS. *Martyrol. S. Hieronymi :* Romæ Secundi. Via Laviana coronæ militum XV, et alibi Quosquonio, Enonis. MS. *Hibernicum :* Coronæ, Serdi, et aliorum XXV. MS. *Florarium :* Romæ via Lavicana coronæ militum XL quas sub Galieno Imperatore pro confessione veræ fidei percipere meruerunt anno salutis 263 persecutionis vero octavæ anno quinto. *Deinde interjectis aliorum Sanctorum nominibus,* Romæ passio S. Quirionis et aliorum numero XL sub Galieno Imperatore anno salutis 263, anno octavæ persecutionis quinto. *Unde ambigi potest,* 1 *an* Secundus, *sive* Secundina, *aut* Secundinus, *sodalis fuerit et consors martyrii illorum* XL; 2 *an non* Corona *nomen sit proprium;* 3 *an Romæ, vel juxta Romam, passi sint* Quirio *et* Eno; 4 *an bis* XL *fuerint. Dum aliud innotescat;* Secundum *sejungemus;* Enonem *item et* Quirionem : coronam, *cum plurimis Martyrologiis citatis, appellative sumemus secundam quadragenariam turmam omittemus.*

Iidem ambigue relati cum aliis.

3 *De mortis genere nihil ab antiquis traditur. At Galesinus ita scribit :* Romæ via Lavicana sanctorum XL Martyrum, qui Galieno Imperatore ob Christianæ fidei confessionem securi percussi sunt. *Eadem fere Petrus de Natalibus lib.* 2, *cap.* 72. Quadraginta milites ex temporali tirocinio ad Christi militiam transierunt. Qui omnes Romæ via Lavicana sub Imperatore Galieno pro confessione fidei decollati, coronas martyrii a Domino percipere meruerunt, Idibus Janua. ut dicit Ado.

Mortis genus.

4 *Tempus cædis eorum jam diximus a* MS. *Florarii Auctore statui annum Christi* 263, *qui erat* Gallieni 10, *non*

Tempus martyrii

non quintus octavæ persecutionis, sed potius ab inhibita atroci illa Valeriani *persecutione, quæ inter decem octava est, tertius. At Martyrologium Germanicum anno* 260, *occisos habet. Verisimile est post captum* Valerianum *id contigisse, cum absolute dicantur* sub Gallieno *coronati. Captus est autem* Valerianus *a Persis anno* 260. *Quo tempore* Gallienus (*ut inquit Orosius lib.* 7, *c.* 22,) tam claro Dei judicio territus, tamque misero collegæ permotus exemplo, pacem Ecclesiis trepida satisfactione restituit. *Idemque Eusebius testatur lib.* 7, *cap.* 12, *ubi rescriptum* Gallieni *recitat, quo jubebat loca religiosa olim Christianis adempta restitui, vetabatque iis negotium facessi. Verum illæ Sanctorum interea cædes, præter ejus sententiam, Præsidum improbitate perpetratæ sunt. Agit de hisce rebus Baronius in Notis ad Martyrologium et tom.* 2 *Annalium, an.* 262, *n.* 76, *et seqq. et Galesinius in Notis ad Martyrologium, et alii.*

EX VARIIS.

DE S. SECUNDO SIVE SECUNDINO,

MARTYRE ROMÆ.

XIII JANUARII.

Hunc *quoque S. Hieronymi dedit Martyrologium :* Romæ Secundi. *Bedæ* MS. *Bavaricum :* Secundinæ, Coronæ, et militum XL. *Idem habet Notkerus.* MS. *Hibernicum :* Coronæ, Serdi, et aliorum XXV. *Pro* Serdi *scriptum fortassis fuit* Secdi, *id est* Secundi; *et vetus ille scriptor, quisquis fuit,* Serdi *legit. An hic cum prioribus occisus sit, nos latet*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ENONE ET QUIRIONE.

XIII JANUARII.

Duo *nobis hos sanctos Martyres suggessere* MSS. *prius antiquissimum his verbis :* Et alibi Quosquonio, Enonis. *Quid illud tamen* Quosquonio *sibi velit, haud assequimur.* MS. *Florarium utcumque rem explanat :* Romæ, *inquit,* S. Quirionis, et aliorum numero XL, sub Gallieno Imperatore, anno salutis 263, anno octavæ persecutionis quinto. *De his* XL *jam diximus.* Quirio *Romæ passus in hoc* MS. *dicitur; in priore solum habetur,* alibi; *egerat vero ante de iis qui* via Lavicana. *Res obscura.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS,

INGENUO, VINCENTIO, SATTO,

SATURO, FELICITATE.

XIII JANUARII.

Idem MS. *Martyrologium S. Hieronymi hos exhibet his verbis :* In Africa Ingenui, Vincenti, Satti, Felicitatis *et* MS. *Hibernicum :* Idibus Ingenui, Satii, Vincentii, Saturi, Felicitatis. *Mendum inesse suspicamur in* MS. *Rhinawiensi :* In Neapoli, *inquit,* Vincentiæ. In Africa Ingenii. *Legendum videtur :* In Africa Vincentiæ (*vel* Vincentii) Ingenui. Neapoli... *Galesinius :* In Africa sanctorum Martyrum Ingenui et Cyriaci. *Sed eum quoque vitioso codice usum existimamus, cum in nostro antiquissimo diserte* Cyriacus Neapoli *tribuatur, ut mox dicemus.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

CYRIACO, CIMINO, ZOTICO, HERISO

SIVE ERISINO, GLYCERIO, FELICE, JANUARIO,

NEAPOLI IN CAMPANIA.

XIII JANUARII.

Sæpius *citatum vetus* MS. *Martyrologium S. Hieronymi hæc habet :* In Campania Neapolim, Cyriaci, Cimini, Zotici, Herisi, Gliceri, Felicis, Januari. MS *Rhinaw. jam citatum :* In Neapoli Vincentiæ. In Africa Ingenii. *Galesinius, ut jam diximus,* Cyriacum *refert, sed Afris adscribit.* MS. *Hibernicum :* Cymini, Zoticii, Ciriacii, Erisini, Glicerii, Felicis, Januarii.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PACHOMIO ET PAPYRINO.

XIII JANUARII.

Varii Pachomii.

Celebratur XIV *Maii* S. Pachomius *Abbas Tabennensis :* XXVI *Novembris* S. Pachomius *Episcopus Ægyptius, Martyr. Tertius* Pachomius *monachus Tabennensis, unus e præcipuis magni* Pachomii *discipulis, in cujus vita memoratur, non constat nobis an usquam colatur. Quartus* XIV *Maii a Maurolyco, Carthus. Colon. Martyrol. Germanico, aliisque refertur, Abbas in Scithica Ægypti regione, de quo agit Heraclides cap.* 11. *Verum is* Pachon *dicitur Palladio cap.* 29. *Ab his omnibus diversus est is quem hoc die referunt Menæa Græcorum .* S. Pachomius, *inquiunt,* et Papyrinus in flumen dejecti, martyrio coronantur. *Nihil præterea de iis comperimus*

Ex variis.

DE S. ATHANASIO MARTYRE.

XIII Januarii.

Plures Athanasii Martyres.

Plures memorantur in sacris Fastis Athanasii Martyres. *Hunc Græcorum referunt Menæa* virgis exanimatum; *eoque laudant disticho :*

Virgis Athanasi teipsum offers,
Festinans quidem mori, vivere vero meliori bono.

Alludit ad Athanasii *nomen, quod* immortalem *significat. Nullus ex ceteris* Athanasiis *Martyribus hoc necatus supplicio legitur* III *Januar.* S. Athanasius *Commentariensis cum Zosimo, post fidei confessionem, toleratuque tormenta, in specu obdormivit* XXIII *April.* S. Athanasius, *antea magus, sed a S. Georgio conversus, gladio cæsus* XXIII *Jan.* S. Athanasius Lector, *quo interemptus supplicio sit non proditur, sed junguntur illi necis socii Aristocles Presbyter, et Demetrius Diaconus.* V *Julii* S. Athanasius Diaconus *Hierosolymus flagris quidem concisus est, sed ad extremum ferro necatus.* XXIII *Augusti* S. Athanasius *Episcopus ense percussus est Tarsi. Ex quibus concludimus nullum eorum esse* Athanasium *quem hoc die Græci venerantur.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS
HERMILO ET STRATONICO,
SINGIDUNI IN MYSIA SUPERIORE.

An. Chr. CCCXV. XIII Januarii.

Singidunum *urbs est Mysiæ superioris, Ptolemæo lib.* 3, *cap.* 9, *tabula* 9 *Europæ, ad Danubium; aliis* Singidonum, *vulgo nunc Hungaris* Zenderin. *Hic martyrio coronati sunt imperante Licinio* SS. Hermylus Diaconus, *et* Stratonicus Commentariensis. *De quibus Molanus in Addit. ad Usuardum :*

Horum natalis in Fastis Latinis.

Die decimatertia sanctorum Martyrum Hermyli et Stratonici. *Galesinius* : In Græcia SS. Hermili et Stratonici. *Plenius Romanum Martyrol.* Singidoni in Mysia superiori sanctorum Martyrum Hermyli et Stratonici, qui post sæva tormenta sub Licinio Imperatore in Istrum flumen demersi sunt.

et Græcis

2 *Christophorus Patricius et Proconsul Mitylenæus :* Hymnis celebro Martyrem Stratonicum, et certaminis socium Hermylum. *Eosdem refert Horologium Græcorum; at minus Menologium Maximi Cytheræi, solum* Hermylon. *Menologium editum ab Henrico Canisio :* Natalis sanctorum Martyrum Hermilli et Stratonici sub Rege Licinio. Erat autem Hermillus in ordine Diaconatus, qui pro Christi confessione post verbera et dilaniatas carnes, et alia tormentorum genera una cum Stratonico in flumen Istrum conjicitur, ubi uterque beatum finem consecutus est *Plenius Menæa, mox proferenda. In Anthologio officium fit de Octava, solus Canon de sanctis Martyribus psallitur*

Aliis diebus alibi commemoratio

3 *Galesinius in Notis ad* 12 *Januarii :* In Græcia SS. Hermyli et Stratonici Martyrum, *Sed error hic fortasse librarii est. Sanctuarii Capuani parte* 4 *in primo Kalendario monasterii monialium S. Joannis,* 16 *Januarii isthæc habentur.* Et S. Hermuli M. *At rursus Menologium Græcorum* 1 *Junii.* Eodem die sanctorum Martyrum Hermylli et Stratonici. *Et Menæa :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἑρμύλου καὶ Στρατονίκου· τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἐν τῇ Ὀξείᾳ, καὶ ἐν Φύρμου πόλει, καὶ ἐν τοῖς Σπουδαίου πλησίον τοῦ ὀρφανοτροφείου

Acta

4 *Acta horum sanctorum pugilum ab auctore anonymo descripta, atque a Metaphraste relata, Latine edidere Lipomanus et Surius, quæ ad Græci codicis fidem recensita in quatuor Quæstiones, quot de Hermylo habitæ sunt, distribuimus. Eorum epitomen hanc exhibent Menæa.*

Eadem ex Menæis

Rete navigium est Hermylo et Stratonico,
Communis portus, in profundum mersis.

Hermylum et socium decima tertia suffocavit Ister. Hi temporibus Licinii Imperatoris vixerunt. Erat Hermylus ordine Ecclesiastico Diaconus. Qui cum coram Imperatore Christi nomen confiteretur, primum æreis quibusdam ferulis maxillæ illi converberantur exin innumeris plagis laceratur. Interea Stratonicum familiarem suum, ipsius cruciatuum commiseratione permotum, ad fidem libere confitendam provocat. Nam cum Hermylus virgis ferreis ita cæderetur atrociter, ut jam venter eorque aperta hiarent, conversus eumque intuitus Stratonicus illacrimavit. Illico proditus est, quod ejusdem esset religionis. Interrogatus ergo ab Imperatore, Christianum se profitetur. Itaque verberibus quoque multatus, in Istum flumen cum Hermylo mergitur, ubi uterque beatum finem consecutus est. Agitur vero eorum synaxis in æde S Michaelis Archangeli in Oxia.

Sacella

5 *Hactenus Menæa. Est* Ὀξεία *regio quæpiam urbis Constantinopolitanæ. Ex iis quæ ante ex Menæis protulimus, conjici potest plures his sanctis Martyribus ædiculas fuisse, aut sacella, nimirum in* Fyrmopoli, *inque* Spudæi ædibus juxta orphanotrophium. *Dicimus* X *Januarii in vita S. Marciani cap.* 5, *num.* 21, *ab eo reparatam ædem* S. Stratonici, *quæ in* Rhessio, *loco suburbano, videtur fuisse : quod existimamus de hoc* Stratonico *intelligendum.*

Tempus martyrii.

6 *De tempore quo interfecti sint sancti Martyres, ita statui potest. Post prælium ad* Cibalim *Pannoniæ oppidum, quo (anno Christi* 315, Coss. Constantino IV, et Licinio IV, VIII Id. Octob. *ut habent Idatii Fasti) victus primum a Constantino est Licinius, Constantinus* omni Dardania, Mœsia, Macedonia potitus, numerosas provincias occupavit, *ut habet Eutropii Breviarium lib.* 10. *Ac post alterum in Thracia prælium,* pactis induciis, *inquit Zosimus lib.* 2, visum est inter ambos esse debere societatem, et fœdus mutuum, ita quidem ut Constantinus imperaret Illyriis, et nationibus ceteris, quotquot ulterius essent porrectæ. Licinius Thraciam et Orientem et ulteriores provincias haberet. *Et clarius Sozomenus lib.* 1, *cap.* 7. Post prælium circa Cibales commissum, Dardani, Macedones, et quotquot circa Istrum accolunt, Hellas quoque et tota Illyria, ditioni Constantini subjugata est. *Singidunum igitur ac Mysia deinceps Constantino paruit, ut non potuerint isthic a Licinio exerceri judicia. Unde consequens est eodem anno Christi* 315, *illos esse martyrio coronatos. Anno Christi* 313, Coss Constantino III, et Licinio III, *huic suam Constantinus sororem collocavit. Inde gestum adversus Galerium Maximinum a Licinio bellum. Tum sævire in Christianos Licinius cum bellum adversus Constantinum machinaretur. Ita Paulus Orosius lib.* 7, *cap.* 28. Maxentius sæpe multis præliis fatigatus, ultime ad pontem Mulvium victus et interfectus est. Maximianus *(imo* Maximinus) persecutionis Christianorum incentor executorque infestissimus apud Tarsum dum civile bellum contra Licinium disponit, interiit. Licinius repentina rabie suscitatus omnes Christianos e palatio suo jussit expelli. Mox bellum inter Licinium ipsum et Constantinum efferbuit Sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primum vicit, *etc.*

Ea

Ea tamen persecutio ibi solum ingruebat, ubi commorabatur Licinius, *ut testatur Socrates lib.* 1, *cap.* 2. *Pace inter eos restituta, tum Licinius, quod idem scribit,* assentari *Constantino,* amicitiam simulate cum eo jungere, se astringere jurejurando numquam quidquam se moliturum, in quo aliqua tyrannidis significatio existeret. *Etsi paullo post crudeliter toto Oriente sævire cœperit, ut idem narrat, et Sozomenus lib.* 1, *cap.* 7, *et mox in vita S. Glaphyræ dicetur. Potuit tamen hæc Sanctorum cædes fuisse commissa antequam cum Constantino amicitiam iniret Licinius, cum solum* Cæsar *esset : ast in Actis diserte* Imperator *dicitur.*

ACTA EX METAPHRASTE,

AUCTORE ANONYMO,

Cum Græco MS. recens collata.

QUÆSTIO I. *In Hermylum : malæ ei converberatæ.*

Persecutio Licinii

Impio imperante Licinio, et magnum circa idola studium adhibente, ut ea honorarentur sacris et sacrificiis, impendebat mors gravis omnibus Christianis, civitatesque propter ipsos indagabantur, et regiones, vicique, et agri, et familiæ curiose perquirebantur : et quicumque Christianum unum deferebat ad Imperatorem, videbatur is esse ei benevolus et dignus maximis honoribus. Quocirca et ipse, et quicumque ei suberant, hac in re magna utebantur diligentia : cum ille quidem variis diis, hi vero Imperatori gratificarentur impio et scelerato.

S. Hermylus defertur.

2 Ad hunc ergo Licinium aliquando in sublimi sedentem tribunali accedit quidam ex ordine militari, divinum deferens Martyrem. Est, dicens, vir quidam Hermylus nomine, qui ordinem obtinet Diaconi; qui jam dudum quidem ritus colit Christianorum, deos autem et te subsannat, et nihili facit, o Imperator. Hæc cum audiisset Licinius, non distulit, nec rejecit; sed iis qui aderant mox præcepit, eum ubicumque esset comprehenderent, et ad tribunal adducerent. Atque illi quidem cum in omni loco scrutati essent, et eum alicubi orantem, et sanctas manus tollentem comprehendissent, ei significant jussum Imperatoris. Is vero statim alacer alacres est secutus, nihil ignavum nec molle adspectu præse ferens, quibus ex rebus manifesta fit animæ affectio; sed gaudens potius, et magna repletus voluptate, quod propter Christum passurus esset. Imperatori ergo se stitit.

Sistitur Licinio

3 Ille vero Responde, inquit, et aperte significa : An te Christianum fateris esse, sicut audivimus? Hic vero : Non solum hoc, inquit, cum præclara sententia et voce confiteor; sed etiam, quod Deo, qui sub visum non cadit, sum consecratus, et ei assisto, ut qui illius factus sim Diaconus. Imperator autem volens se ostendere urbanum et valde ingeniosum : Ergo te, inquit, diis diaconum, hoc est, ministrum exhibe. Martyr autem in risum vertens ejus promptum et versatile responsum : Videris, inquit, mihi esse surdus, o Imperator, aut etiam stultum agere. Dixi tibi me ministrare Deo, qui non cadit sub aspectum : non autem horum, qui videntur, aut potius ne vident quidem, esse Diaconum, quos ipse, ut qui falleris, perinde ac deos colis, cum sint lapides et ligna omnino inanima, et surda opera manus humanæ, et quæ iis qui sapiunt, sunt potius ridenda, quam adoranda.

Idola et Cæsarem ridet

4 Non tulit Imperator dicendi libertatem, sed statim quibusdam instrumentis æneis, ad sumendum supplicium confectis, jubet genas quidem verberari Martyris, præconem autem hæc proclamare : Ne sis lingua nimium profusus, o Hermyle, honora Imperatorem, diis sacrifica, et liberare a supplicio. Is autem, etiam si sic verberaretur, perinde ac si nihil subiret molestum, contra Tyranno etiam exprobrabat imbecillitatem, ut qui dubii perplexique esset animi,

Cæditur.

et plane victus, et ideo non secus ac ii qui sunt pusilli et abjecti animi, ex ira inferret supplicium. Deinde etiam clariori voce utens : Plagas, inquit, quæ numquam desinunt, et divinas manus experieris; quod eo, qui te fecit, relicto, surdis et mutis diis attendis, et quod est gravius, aliorum veluti saluti invidens contendis ad eumdem trahere interitum.

AUCTORE ANONYMO, EX METAPHRASTE

5 Postquam autem visum est Imperatori sufficere supplicium, et ira aliquid remisit de nimia acerbitate tradit Martyrem carceri, et tres dies jubet in eo manere, Fortasse, dicens, ducetur pœnitentia vanæ suæ pertinaciæ. Martyr itaque abiens in carcerem, psallebat : Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi caro. Jam autem ingrediens custodiam : Qui pascis Israel, dicebat, attende, qui deducis velut ovem Joseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare, et veni ad nos servandos. Sed sic quidem Martyr, et sic quæ erant gravia et molesta, propter Christum pati voluit. Christus autem quomodo se habuit? Num famulum contempsit? Num illo patiente, neglexit ipse consolationem? Et quomodo fuerit hoc nostri Dei, benignitatisque, et clementiæ, quæ omnem superat cogitationem? Non ergo defecit opem ferens, sed etiam incitavit ad animi fortitudinem, et ad eum Angelum mittit consolatorem, dicentem : Hermyle, esto bono animo, et noli timere : loquere, et noli tacere : decerta, et noli timere. Mox enim vinces tyranni machinas, et desuper feres præclaram coronam martyrii. Sic Deus armat potius adversus tyrannum, qui non apparet. Sic accingit virtute, et docet quidem manus ad bellum, dat arcum autem æneum : ponit brachia et clypeum salutis.

Retruditur in carcerem

Ab Angelo confortatur.

Psal. 17.

QUÆSTIO II. *Virgis cæditur.*

Post tertium certe diem, cum tribunal ascendisset Licinius, protinus divino adducto Hermylo : Num modo, inquit, statuisti diis sacrificare, et ab imminentibus terroribus minisque et periculis liberari? An adhuc inquit, ferris per præcipitium, et eadem rursus te cepit amentia? Ad hæc fortiter admodum Christi miles, et pro dignitate ejus, qui illum armaverat : Semel, inquit, dixi tibi, o Imperator, et oporteret contentum prioribus, de iisdem non movere amplius. Est enim mihi Deus in cælis, cui soli vivo, et cui mox meipsum hostiam offerre propero : et a quo spero maximum mihi venturum auxilium. Videam ergo, inquit Imperator, an is qui cælos habitat, satis tibi afferet auxilii. Statimque jussit, et viri sex raptim, quod jussi fuerant exequentes, viri manibus robusti, immites, et crudeles animo, cædem, et furorem spirantes, cum humi Martyrem extendissent virgis cædebant crudelissime. Atque illi quidem sic faciebant, mortali Regi servientes. Martyr autem, perinde ac si nihil haberet commune cum carne quæ sic patiebatur, neque dolorum ullum sensum caperet, intrepide et quiete perseverabat in oratione, et Deo attendebat. Hæc autem erat oratio.

Constanter tyranno respondet

Cæditur virgis

7 Domine Deus meus, qui propter me sub Pontio Pilato flagella et plagas tolerasti, ipse me rursus propter te patientem confirma, ut possim cursum præsentem perficere, ut cum socius fuero perpessionis, dignus quoque sim, qui splendoris efficiar socius. Et talis quidem fuit ejus oratio, vox autem protinus audita est desuper, dicens : Amen, Amen Hermyle, post tres dies liberaberis a præsentibus molestiis præclaras autem et magnificas accipies præsentium laborum remunerationes. Et vox quidem Martyri magnam attulit audaciam et animi fortitudinem; lictoribus autem magnum incussit timorem : omnesque repente in terram procidentes tremebant, et trepidabant, adeo ut nec ipse Imperator, nec ulli alii fuerint immunes ab animi perturbatione, sed omnes

Voce cælesti confirmatur

ex

ex æquo moti fuerint : etiam si ille præ impietate cæcutiens, et gravissime furens, noluit intelligere ut bene ageret, nec malitiam odivit, ut dicam cum divino Davide, nec ullam Dei hæc facientis miracula, vel minimam accepit notitiam : sed in carcerem rursus obscurum et tenebricosum lucisque expertem trádidit Martyrem.

Psal. 35. 4 et 5.

Reducitur in carcerem.

8 Sed mentem adhibere oportet orationi, et Dei sapientiæ arcanum intelligere. Hinc enim proficiscitur id, quod est orationis jucundissimum, et est athletæ conjuncturum commilitonem. Is enim, cui in custodiam fuerat Sanctus creditus, et qui curam gerebat carceris, erat ei valde amicus et familiaris. Quis ille? Stratonicus ille sapiens, qui videbatur quidem eadem sentire quæ amicus, et esse in religione ejusdem sententiæ, nondum autem audebat pietatem libere profiteri, neque Josephi occultam superaverat disciplinam; se amici tamen misereri, et ejus ægre ferre cruciatus, ostendit multorum oculis. Sed de Stratonico quidem illo sapiente in præsentia dicere differamus, ea enim persequitur oratio, quæ ad divinum pertinent Hermylum, nec patitur eorum abrumpi consequentiam.

Stratonicus ei compatitur.

Hermylus luce et voce cælesti animatur.

9 Martyr ergo Hermylus ingrediens carcerem, hæc opportune canebat et prudenter : Dominus illuminatio mea et Salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas; qui tribulant me et inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant adversus me castra, non timebit cor meum. Si insurgat adversus me bellum, in hoc ego sperabo. Sic dixit; et statim lux mirabilis desuper in ipsum erumpit ad confirmandum id quod canebatur : et vox rursus illinc est audita, jubens athletam bono esse animo, et psalmum similiter confirmans, et sicut erat ei pollicitus, post tertium diem finem esse venturum.

QUÆSTIO III. *Rursum cæditur; unaque Stratonicus.*

Iterum intrepide tyranno respondet

Sequenti autem die cum procedendum esse significasset Licinius, et præsedisset in tribunali, proclamari jussit per præconem, ut duceretur Hermylus. Ille vero læto animo ductus est, lætis oculis, et cor habens plenum voluptate, externus enim adspectus hoc aperte significavit. Subridens autem et caput movens Licinius, et veluti Sanctum aperte ludificans : Age, inquit, quam tibi conducibilis fuit illa obscura custodia? Quomodo hoc quod intercessit spatium tibi revera attulit aliquam sententiæ mutationem, et persuasit jussis cedere Imperatoris, et diis reddere ea, quæ debentur? An adhuc nobis opus erit tormentis adversus tantam tui cordis duritiem? Martyr autem : Mihi quidem, inquit, tetrum illud et tenebricosum domicilium magnam lucem conciliavit et nunc mea versatur anima in tranquillitate, et voluptate, et inexplicabili illuminatione, quæ futuri mihi spem bonam porrigit. Ego autem valde miror, quemadmodum quæ in te habitant tenebræ, nullam suscipiunt mutationem : sed semper profundæ et concretæ insident tuis animæ oculis, quæ nequaquam sinunt adspicere veritatem.

11 Cum tam aperte impietatem Imperatori exprobrasset, Licinius illi vehementer et cum magna respondens acerbitate : Nihil aliud, inquit, ut videtur, didicisti, nisi solummodo appetere contumeliis : quod quidem est linguæ intemperantia, et animæ audacia, et, ut semel dicam, amentia. Sed tamen responde, et dic aperte. Disne sacrificabis, et nobis cedes sic imperantibus, an tecum agere oportet ut mereris? Christi autem Martyr Hermylus : Habes, inquit responsa, o Imperator, et nihil eorum a nobis amplius audiveris : fac deinceps quod velis, et exequere ea quæ statueris. His ira percitus Licinius, jubet eum porrectum supinum virgis figura triangulis in ventre verberari. Et erat quidem hoc grave tormentum, et corporibus humanis minime tolerandum. Anguli enim virgarum, non secus ac quidam enses, carnes vehementer tangebant. Sed athletæ, etiam cum verberaretur tam immisericorditer, unum erat solatium, nempe Christum fixis oculis adspicere : unum benignum medicamentum, preces quas ad illum fundebat, quas plagis jucunde adspergebat, dicens : Domine, ad adjuvandum me festina. Ille vero cito ei adfuit, et faciens ut ferret dolores facilius, et annuntians ejus consummationem. Imperator igitur, ut qui esset irritatus eo quod non pareret, et egregiam illam athletæ pro pietate constantiam, existimaret esse suæ contemptum potentiæ, manebat adhuc puniens, et vi se ei persuasurum arbitrans. Quocirca jussit ejus ventrem perfodi aquilarum unguibus : Donec suis, inquit, oculis sua videat intestina. Propter quæ dixit Martyr : Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Sicut ex adipe et pinguedine repleta est anima mea, et labiis exultationis laudabit os meum. Et hæc quidem sic. Quæ autem sunt deinceps consecuta, quomodo?

Virgis trigonis verberatur.

Recreatur divinitus

Tortus cruciatur.

Lacrymis proditus Stratonicus Christum confitetur

12 In animo quidem habebat tyrannus rursus in custodiam dare athletam, ut eum deinde puniret acerbius. Egregius autem Stratonicus (jam enim postulat oratio, ut ad finem deducam promissum) cum vidisset Hermylum sic patientem, nec ei posset omnino opem ferre; faciebat id quod poterat, amici miserebatur, et acerbum dolorem capiebat, vultusque ejus conciderat, et ex ejus oculis guttatim profluebant lacrymæ. Quo factum est ut cum sic se haberet, non potuerit latere : sed cum quidam ex commilitonibus eum tristem vidissent et mœrentem, et caussam rei deprehendissent, ad Imperatorem accedentes, Stratonicus, inquiunt, o Imperator, Stratonicus custos carceris, aperte ostendit se erroris et Christianismi societatem habere cum Hermylo. Videtur enim ejus misereri, et magnum ejus caussa nutrire in animo dolorem. Ille vero cum statim accersivisset Stratonicum, rogavit an esset amicus Hermyli. Discipulus autem veritatis minime est mentitus nec sustinuit ignavam et pusilli abjectique animi pietatem apud se occultare. Sed tempus esse arbitratus, ut hæc Dei otiosa cognitio prodiret ad opus, et magnum sibi pararet fructum per confessionem, se esse amicum Hermyli, et Christianum protinus est confessus, et eos qui colunt simulacra amentes judicare. Timeo enim, inquit, ego solum Deum, qui fecit cælum et terram.

Flagellatur atrocissime

13 His commotus Imperator jubet eum gravissimum subire supplicium. Id autem erat, ut ex illis virgis plagas nudo toto corpore acciperet; atque eousque, donec ipsa vox eum deficeret. Et sic quidem Licinius. Martyr autem etsi esse tot malis implicatus, amicum fixis adspiciebat oculis, et eum in auxilium vocabat, eoque utebatur ad Christum intercessore, dicens : Hermyle, ora pro me Christum, ut cum erga ipsum firmam ac stabilem servavero confessionem, possim facile superare tyranni insidias. Interim autem ipsum quoque deridebat Licinium, cæcis diis sacrificare prohibens, et veri Dei vindictam ei intentans; in cujus manus incidere, vere terribilem habet, et inevitabilem perfectumque interitum.

Voce divina corroboratur

14 Licinius autem cum vidisset S. Stratonicum satis saucium, parcit eum amplius punire. Parcit : non sensu humanitatis aut propenso ad misericordiam animo, sed ut hi cum daret pœnitudini, cum eum prius tormento terruisset. Et ideo eum in præsentia tradidit in custodiam. Ille vero etsi esset in custodia, Jesum ducebat suam esse consolationem, et cum eo per preces colloquebatur, Domine, dicens, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Fer opem nobis, Deus Salvator noster, propter gloriam

riam nominis tui. Et simul vox divina est consecuta, dicens: Cursum consummavistis, fidem servastis. De cetero reposita est vobis corona justitiæ, quam cras accipietis.

QUÆSTIO IV. *Ambo submerguntur.*

Hermylus rursus conciditur.

Cum autem jam esset dies, adductum Hermylum rursus interrogavit Licinius, an diis sacrificaret. Ille autem: Eadem quæ prius, inquit, o Imperator, do tibi nunc responsa. Quamobrem ure, puni, scinde, fac de me quidquid tuo insederit animo. Didici enim non timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Hæc cum audivisset Imperator, et desperasset fore omnino, ut Sanctum in aliam traduceret sententiam, eum suspendit in ligno, et jubet dire concidi. Sed etsi ejus carnes tam acerbe scinderentur, non ignorabat undenam esset salus justorum, nempe quod a Domino, et quod est eorum defensor in tempore afflictionis. Et ideo: Esto mihi adjutor Domine et Redemptor, dicebat assidue, et perinde ac si videretur aliquem desuper audire dicentem: Noli timere: sum enim tecum, et Deus tuus ego sum.

16 Veritus ergo Licinius, et ex auditione veluti conturbatus, ex ligno deducit Martyrem et eum condemnat, ut in Istro fluvio intereat, jubens ut in eum jaceretur: stultus fortasse arbitratus, quod sic passus Hermylus omnino interiret, et nec venerabilis quidem ejus corporis futura esset inventio. Ad ipsum autem adducto Stratonico, visus est suggerere et admonere ea quæ essent utilia: Crede, inquit, mihi o miser, crede, et diis velis sacrificare, ne tu eadem quoque patiaris, quæ amicus, et ambo subeatis eamdem pœnam contumaciæ. Respondens autem Stratonicus: Revera, inquit, miser fuerim, si tibi parens, cum ille sit mortuus propter Christum, ipse velim vivere. Licinius autem: Quid ergo? Vis mori cum Hermylo? Maxime quidem, inquit divinus Stratonicus. Etenim, inquit, si oportet amicos communes habere calamitates, oportet omnino eos quoque bonis frui communiter. Quid autem nobis fuerit jucundius aut honorificentius, quam pati propter Christum? Propter quæ cum desperasset Imperator fieri posse, ut persuaderet Stratonico, similem quoque in eum fert sententiam, et eodem fine utrumque condemnat: quos etiam revera par finis excepit, communisque beatitudo et exultatio.

Ambo in Istrum jubentur projici.

AUCTORE ANONYMO, EX METAPHRASTE.

17 Ad mortem itaque ducebantur Martyres, dicentes: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas: qui quidem est hymnus conveniens iis, qui sunt bonum aliquod consecuturi; non eorum, qui deducuntur ad mortem, aut ad aliquam aliam caussam tristitiæ. Postquam autem jam pervenissent ad fluvium, in rete injecti ab iis, quibus hoc datum erat negotium, transmittuntur in profundum. Cum suscepisset autem fluvius corpora Sanctorum, et quanto oportuit fluento esset sanctificatus, ea rursus tradit manibus fidelium: ut qui talem, quemadmodum arbitror, thesaurum apud se diutius abdere non sustinuisset, et tanti boni jactura afficere Christianos, cum prima eorum non apparuisset bonitas. Tertio ergo die postea, in loco deserto jacentia, visa sunt corpora Martyrum: in quæ cum incidissent quidam viri pii, et quorum erat officium venerari corpora Sanctorum, et ea optantibus manibus pie ac religiose suscepissent, et sacros hymnos cecinissent, et quæcumque mos est Christianis, peregissent, in quodam loco, qui octodecim stadiis abest a civitate Singedone, ea simul deponunt, ut eis essent omnia communia, et amica in Christum confessio, in carcere habitatio, in flumine demersio, superna quies, in uno loco corporum depositio, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor et adoratio, nunc et in secula seculorum. Amen.

Merguntur in flumen.

Emergunt eorum corpora, et sepeliuntur.

DE S. GLAPHYRA VIRGINE, AMASEÆ IN PONTO.

CIRCITER AN. CHRIST. CCCXXIV. XIII JANUARII. S. Glaphyræ natalis,

Glaphyra, virgo Itala, vere γλαφύρα, id est elegans, pietate magis et castitate, quam forma, celebratur in Romanæ Ecclesiæ tabulis ad XIII *Januarii hoc elogio*: Amaseæ in Ponto S. Glaphyræ Virginis. *At Græci* XXVI *Aprilis in Menæis:* Glaphyra in pace quiescit, *adduntque hoc distichon*:

Θεὸν Γλαφύρα ψυχικῶν δὲ ὀμμάτων,
Οὐ γλαφυρῶς νῦν, ἀλλὰ τηλαυγῶς βλέπει.
Deum Glaphyra animæ oculis
Non profunde nunc, sed dilucide intuetur.

gesta,

Ejus gesta Joannes Presbyter *Ecclesiæ Nicomediensis descripsit in Actis* S. Basilei *Episcopi, quocum ante mortem collocutum se testatur. Ea Acta a Lipomano Surioque edita,* XXVI *Aprilis integra dabimus, hic ea solum quæ ad* Glaphyram *pertinent. Cum vero ex Eusebii chronico constet* S. Basileum *anno Constantini* 14, *Christi* 324, *cæsum esse, probabile est eodem anno Idibus Januarii mortuam fuisse* Glaphyram.

Mortis tempus.

VITA EX ACTIS S. BASILEI.

Auctore Joanne Presbytero Nicomediensi.

Post justam Maximini pœnam et divinitus invectam iram, Licinius cum totum Orientem sub se haberet, magno cum apparatu ad nostræ regionis urbem Nicomediam venit, una cum conjuge sua, ut in regia domo habitaret, et Orientis Imperium gubernaret. Jam vero primum summa quædam pax repente per totum nostræ regionis orbem, post vehementes illas insanientis idololatriæ commotas fluctuationes ac pugnas, Licinii arbitrio atque opera invecta est. At bonarum rerum inimicus diabolus, piæ viventium tranquillitatem ac lætitiam non diu ferre potuit. *a* Licinio enim ipsi exemplo non fuit eorum Tyrannorum, qui antea fuerunt, eversio ac pœna, ne et ipse talis esset sed ea quæ justa sunt faceret, atque in illis perseveraret. Nam cum feliciter, quod cupiebat, ei processisset, quæque sperabantur, in ejus potestatem venissent; ostendit non longe postea, qualemnam animum haberet, et cujusmodi revera esset; quod videlicet per simulationem et sub quadam simulatæ fidei specie atque integumento, cum maximo illo Imperatore Constantino versatus fuerat, quo tempore Constantini res gestas considerans, animum suum occultabat.

Licinius prius propter Constantinum favet Christianis, simulate.

a

2 Tunc igitur cum totus scelestus esset et nefarius, totusque ad diaboli voluntatem se accommodasset; solius et veri omniumque Creatoris Dei confessionem reprobavit: idque post jusjurandum illud, quod Dei amantissimo Imperatori Constantino sæpius exposuit, nullo unquam tempore se a Christianorum fide defecturum, sed illius se fore propugnatorem. Quæ sua promissa pro nihilo faciens, Græcorum cultui se ipse totum diligenter tradidit, ardenti zelo in rebus illis execrabilibus permanens, et ubique idolis ipsis sacrificia offerens. Qui et violenter Senatorias mulieres abripiens, in conspectu hominum turpe atque intemperatum facinus committebat, non matribus neque filiis parcens, quo minus intemperanter cum illis coiret. Ad hæc per omnes gentes infinitas calamitates meditari non desistebat.

Rursus idola colit, vitaque incontinenter.

3 Hæc cum magni Constantini germana soror videret atque audiret, eaque ferre non posset; litteras ad pium virum et Dei amicum Constantinum clam misit, quibus significabat quæ Licinius facere ausus fuerat. Ille enim superstitiosæ hominum culturæ studiosus,

Christianos et [illegible]

Auctore Joanne Presbytero.

diosus, et ipse Deo invisus Licinius, omnes Christianos homines e domo sua procul fugavit. Qua re aperte se Christi divino patrocinio nudum ac destitutum ostendit.

4 Cum igitur sine impedimento aliquo talia diutius ab illo fierent; una quædam puella, ex earum numero quæ in Reginæ ministerium ardenti studio affectæ erant, e genere Christianorum exorta, moribusque et temperantia florescent, cum hæc cognosceret, et ad stuprum a Licinio provocata, cum eo misceri exhorreret; simulque ne propter zelotypiam ac suspicionem a domina sua *b* affligeretur, arcanum illud Reginæ ipsi aperire ausa est: Hæc, inquit, Imperator constituit mihi facere. Benignus enim, qui ejus cubiculi Præfectus est, cum tamquam magnum aliquod donum se mihi collaturum speraret, hoc significavit. Te igitur obtestor per Deum illum qui cæli et terræ Dominus est, quem et ipsa times, et Imperator Constantinus colit, ne sinas virginitate mea, nefario coitu vitiata, me privari.

Glaphyra virginitatis tuendæ studiosa

5 Hæc cum Regina didicisset, et puellæ ipsius æquam mentem ac propositum libenter amplexata esset, illam primum occultavit, eo nomine, quod delirio correpta, moritura videretur. Postea vero opportunum tempus nacta, multum auri et argenti regiumque ornatum, ac omnem supellectilem, necnon pueros illi dedit, eamque misit in Armeniæ regionem: atque illis hominibus, qui eam deducebant, præcepit, ut nullo modo, quæ fierent, alicui patefacerent, quænam scilicet, aut unde esset illa puella, quoad Dominus ipse providisset. Illi vero virili veste eam ornarunt, cumque Reginæ de puellæ custodia et benignitate in eam servanda fidem certam dedissent in eum locum, in quem jussi fuerant, proficiscebantur. Ac si qui ab illis quæsivissent, quisnam ille esset; Tribunum quemdam esse respondebant.

Alio mittitur ab Augusta, dissimulato habitu

6 Dei autem providentia factum est ut illi in urbem Amaseam venirent; erat autem urbs illa *c* Ponticæ provinciæ metropolis. Glaphyra igitur (hoc enim erat puellæ nomen) cum urbem munitissimam vidisset, ejus loci specie delectata est: et pueros suos admonuit, ut, si Christianorum genus illic invenissent, in ea urbe permanerent. Cum vero adolescens quidam, qui ad Quintium urbis illius cumprimis illustrem virum pertinebat, audivisset viros illos Christianos esse, et quærere si qui ejusdem fidei essent in urbe illa, ad Quintium pertulit quod audierat: qui nihil moratus, eos convenit, ac rogavit ut in domo ipsius esse vellent, et si gratum eis esset, illic manerent: dicens se quoque Christianum esse, et eo in loco Christianum Episcopum liberius virum egregium, et dignum qui cum Apostolis ipsis conferri posset.

Venit Amaseam — *Benigne excipitur a Quintio*

7 Illi ejus verbis obtemperantes, et in ejus domo partem quamdam capientes, apud clarissimum virum Quintium permanserunt; et Episcopum ipsum convenere, qui Basileus appellabatur. Erat vir ille admodum eloquens, omnique virtute et spirituali prudentia refertus. Cum vero a Glaphyra ipsa quæsitum fuisset, quænam et unde esset; respondit se Italam genere, et Christianam esse, et ex parentibus Christianis, ancillamque Reginæ illius, quæ Constantini Augusti soror, et Licinii Regis uxor erat. Adjunxit etiam deinceps, quænam fuerat caussa ut ad eum locum veniret. Illi cum hæc audivissent, præceperunt ut neque ipsa, neque quisquam illorum, qui ad eam pertinebant, cum aliquibus versaretur; ne aliquo modo urbis Præfecto delati essent, et calamitatis alicujus caussa ea res ipsis foret. Beatus vero Episcopus Basileus dixit, ad Dei gloriam illam discessionis caussam pertinere.

S. Basileo Episcopo indicat, quæ sit

8 Illis ipsis diebus templum Ecclesiæ caussa Episcopus construebat: nam usque ad illud tempus non fuerat intra urbem Christianis ipsis locus aliquis sanctus. Castaigitur illa Virgo Glaphyra multum auri et argenti ad templi ædificationem contulit, et omnes fere suas facultates ad omnia ea suppeditabat, quæ B. Basileus jussisset. Quinetiam et ad dominam suam scripsit, ubinam esset, et apud quem manere sibi proposuisset ac de sacro illo ædificio certiorem eam fecit, petens, ut plus pecuniæ ad eam mitteret, qua templum sanctum Christianis compleri posset. Id libentissime fecit magni Constantinis soror, quæ et plurimas pecunias et multa dona ad eam misit. Scripsit etiam et litteras ad Episcopum, quibus puellam ei commendabat.

Pecunias et tradit ad templi ædificationem — *aliasque ab Augusta impetrat*

9 Temporis intervallo, iniquioris dæmonis arte factum aiunt, ut Glaphyræ litteras Benignus ille de quo diximus, invenerit. Quibus lectis cum audisset puellam vivere, et apud quemdam virum Amaseæ esse, Regi Licinio hoc patefecit. Qui cum mirum in modum furore accensus fuisset, illa ipsa hora ad provinciæ Præsidem edictum misit, quo jubebat Basileum ipsum et famulam Glaphyram ferreis vinculis ligatos ad eum mitti. Prius igitur quam Regis litteræ ad Præsidem venissent, Dei providentia factum est, ut Glaphyra ipsa ex humanis rebus discederet. Corruptor autem ille et inhumanus Præses, cum Regis edictum accepisset, sanctissimum Episcopum Basileum comprehendit, et ferreis vinculis adstrictum ad Regem misit. De Glaphyra autem scripsit quod mortua esset.

Litteris ejus interceptis, jubetur capi — *Moritur*

a *Lege Nicephorum lib. 7, cap. 44, Eusebium lib. 1, de vita Constantini, cap. 1, et alios citandos.*

b *Erminus legit,* fingeretur.

c In Ponto Galatico *collocatur a Ptolemæo lib. 5, cap. 6, tab. 1* Asiæ.

DE S. AGRICIO SIVE AGRŒCIO, EPISCOPO TREVIRENSI.

Circa An. Christi CCCXXXV XIII Januarii

Vicesimus septimus Trevirorum Antistes memoratur a Claudio Roberto, et Christophoro Browero nostro, S. Agricius, *qui Demochario est vicesimusquartus. Ejus natalem Beda et Martyrol. Romanum Idibus Januarii ita consignant:* Treviris S. Agricii Episcopi. *Rabanus locum omittit:* Eodem die S. Agricii Episcopi. Ms. S. *Maximini in pleno, quod cum Rabano consentiens:* Eodem die S. Agritii Trevirorum Archiepiscopi. *At mss. quædam Adonis, aliaque Bedæ nomine insignita:* Treviris Agricii Confessoris. *Martyrologium vetus Coloniense, et Bruxellense Vitæ SS.* ms. *Florarium, ac plurima* mss. *sub Usuardi nomine:* Treviris S. Agricii Episcopi et Confessoris, admirandæ sanctitatis et doctrinæ viri, qui cum esset Antiochenæ civitatis Præsul, ad petitionem S. Helenæ missus est a S. Silvestro Papa ad Treviros convertendos, qui post tempora Eucharii, Valerii, et Martini, ad pristinum paganismi vomitum ex magna parte redierant. Ubi vir sanctus ut alter Eucharius populum ab antiquo errore idololatriæ eripuit: ibique in pace vitam finivit. *Eadem fere habent Carthusiani Colon. in Addit. ad Usuard. Maurolycus, Galesinius, Molanus, Ghinius, et alii. Agunt de eo quoque hoc die Miræus in Fastis Belgicis, et fuse Saussayus: hic tamen perperam* Mauricio *scribit successisse, nam* Mauricius I *illius Sedis* XV *Antistes sexaginta prope annis Agricium præcessit,* Mauricius II, S. Felicem II, *secutus est.*

S. Agricii natalis.

2 IX *Januarii refertur in Martyrologio Colon.* Agetius Confessor, *qui Carthusianis in Addit. ad Usuardum dictum, et Florario est* Agerius, *Martyrol. Germanico* Agrecius, *Maurolyco* Agretius. *Videtur hic noster esse, qui multis* Agritius *vulgo et recte* Agricius *et* Agrœcius, *ut ipse se subscribit Concilio* I *Arelatensi, perperam Maurolyco hoc die* Agnitius.

Nomen varie expressum

3 *Vitam S. Agricii scripsisse traditur ante annos jam fere* 600 *Lambertus de Legia. Eam nec vidimus, nisi illa*

Vita

NOT 8.

illa ipsa sit quam ex vetusto codice monasterii S. Maximini hic damus. Ejus epitomen edidit Antonius Liber Susatensis, seu quisquis secundæ partis Legendæ, ut eam vocat Molanus, est auctor. Agit de eo fuse Christophorus Brawerus noster, lib. 4 *Annalium Trevirensium, quæque hic narrantur pleraque solide confirmat. Agit et auctor* MS. *Historiæ Trevirorum. Lupus in vita S. Maximini* MS. *vita S. Paulini Episcopi Trevirensis. Agrippinensia Chronica. Cratepolius, etc.*

Quando sedere cœperit.

4 *De ejus ætate id solum possumus pronuntiare, anno Christi* 314, *sedisse; nam eo anno,* Aniano et Volusiano *Coss. subscripsit Concilio Arelatensi I, non II, ut volunt Miræus, Ghinius, et quidam alii recentiores cum hoc plusquam* 100 *annis ab* Agricii *morte habitum sit. Atque hinc subruuntur quæ operose auctor vitæ et Brawerus de* Agricio *Antiochia evocato ab* Helena et S. Silvestro, *idque post Dominicæ Crucis inventionem, disputant. Reliquiæ ab Helena postea fortassis ad Agricium sibi familiariter notum missæ sunt. Quod autem passim canunt* Antiochenum *antea fuisse* Patriarcham, *id nec Brawero sat probatur : existimat enim solum e Clero Antiocheno delectum, aut certe* Patriarcham Antiochiæ designatum, Helenæ studio traductum ad æque nobilem Cathedram; *aut Orientalibus motibus offensum ultro cessisse, cum spes amplæ messis alio alliceret. Saussaius ait cum Romæ* magna sanctitate floreret, polleretque doctrina excellenti, a S. Silvestro Papa ordinatum Episcopum : *de genere silet. Haud satis perspicimus, quid caussæ fuerit ut inde e Syria petere Antistitem oportuerit, cum in Gallia multi tum essent viri omni laude præstantes. Quid quod* Agrœciorum *in eadem Gallia celebre nomen? Nisi quis ab hoc accepisse ceteros nomen studio quodam religionis, ut passim nunc fit, arbitretur. Nam præter Senonensem* Agricium, *sive* Agrœcium, *qui* 13 *Junii colitur,* Agrœcius *Antipolitanus Concilio Agathensi* Messala V. C. Cos. *an. Chr.* 506 *Subscripsit, et Aurelianensi* IV, Opilione V. Cl. Cos. *an. Chr.* 524, *ejus nomine* Cataphronius Presbyter; *et Matisconensi II, anno Guntramni Regis* 24, *Christi* 585, Agrœcius *Ep. Ecclesiæ Glannatinæ. Meminit et Gregorius Turonen.* Agrœcii Tricassium *Antistitis. Ausonius in Professoribus Burdegalensibus epigram.* 15, Censorium Atticum Agrœcium *Rhetorem laudat, quem et genere clarum prædicat.*

An fuerit Patriarcha Antiochenus

Agrœcii plures in Gallia

5 *Alter pro* Agricii *nostri ætate constituenda character hic est* . S. Athanasius *a* S. Maximino Agricii *successore honorifice susceptus est, ut scribit S. Hieronym. in Chronico, id vero an. Chr* 336, *Constantini* 30 *contigit, ut constat ex Theodoreto lib.* 1, *c.* 31. *Unde corrigas* MS. *Florarium, in quo dicitur S.* Agricius *obiisse anno* 344, *et Annales Trevirorum* MSS. *qui anno* Dominicæ Incarnationis 368 *Episcopum esse factum tradunt, verum istorum Annalium scriptor videtur aliam quandam secutus annorum supputandorum rationem. Existimamus igitur cum Brawero circiter annum* 335, *vita functum* Agricium. *Concilio Nicæno ut interfuisse suspicemur facit auctor Chronici Altissiodorensis ita scribens :* Fertur quoque S. Agrœcius Senonensis Archiepiscopus prædicto adfuisse Concilio. *Id de Trevirensi potius accipiamus, qui tum vivebat; nam Senonensis* 140 *post annis sedit.*

Quando obierit S. Agricius

NOT. 9.

VITA

Ex MS. monasterii S. Maximini.

CAPUT I.

S. Agricius designatur Trevirensis Episcopus.

S. Helena de Trevirorum conversione sollicita.

Cum igitur piæ recordationis femina Helena, venerabilis Regina, pretiosissimæ Crucis inventione Jerosolymis celebrata, Romam ad filium fuisset reversa; dumque ob multarum gentium tunc temporis ad Dominum conversarum salutem, debito caritatis tripudio gauderet, ob tenebras vero infidelitatis sibi secundum carnem consanguineæ, Trevericæ videlicet civitatis, justo nihilominus pietatis studio doleret, utpote quæ cum gaudentibus gaudere, cum flentibus flere per misericordiæ viscera sciebat; non prius palpebris dormitationem, non oculis somnum, non temporibus requiem indulgebat, non denique gemitibus inenarrabilibus, aut precibus incessabilibus prius abstinebat, quam tandem apud Deum et sanctum Papam Silvestrum obtinebat, quod suæ prædicatorem patriæ directum iri annuebat.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

2 Quamvis autem non modicum temporis, quamplurimum laboris in tam piæ supplicationis devotione, gloriosa Virago Helena consumpsisse sciatur, illud tamen non ignoratur, quod non minori caritatis ac devotionis studio tum ab ipsa, tum etiam a Papa Silvestro diu multumque invigilatur, donec tandem dignus et idoneus tam gloriosæ dignitatis, tam famosæ antiquitatis loco, visitator et prædicator divinæ respectu misericordiæ inveniatur. Revolutis enim sanctus Pontifex Silvester Annalibus, ejusdem civitatis gesta antiquissima continentibus, ejus excellentiæ nobilitatem et antiquissimam dignitatem sagaciter indagavit, eamque tam propter ædificiorum firmissimam præeminentiam, quam propter civium nobiliorum omnibus Galliæ ac Germaniæ civitatibus adeo præstare didicit, ut merito nomen secundæ Romæ, ipsorum judicio Romanorum, susceperit. Qui studio sagacitatis illud etiam ad memoriam revocavit, quod B. Petrus ejusdem loci auctoritatem in tantum aliquando notavit, quod non alium, quam discipulum Domini, scilicet Eucharium ex septuaginta duobus unum, eidem genti prædicatorem delegavit.

Trevirensis urbis laus

3 Quapropter non modicis nimirum deliberationis fluctibus æstuabat, qui dum tantæ auctoritatis urbem auctori omnium Deo subdere desiderabat, eum excellentiæ locum, quem usque ad sua tempora eadem civitas obtinuerat, ipse, in aliquo minuere metuebat. Denique vir sanctus cum muliere sancta, in tam pii desiderii positus angustia, divinæ misericordiæ viscera, quibus non unquam justorum frustrantur desideria, sensit tandem amplissima. Fit enim subito una vox omnium Patriarcham prædicans Antiochenum, nomine Agricium, eumque solum, utpote omnium illius temporis Episcoporum præcellentissimum, Trevericæ civitatis dignitati sufficientem et aptum, maximeque idoneum, sicut unanimiter prædicavit, ita constanter communis omnium assensus asseveravit.

Agricius designatur Trevirensis Episcopus.

4 Nec mora. Legati tanti viri competentes auctoritati Antiochiam pro sancto Patriarcha Agricio Romam deducendo, cum litteris supplicatoriis et caritatis perfectæ monitoriis, diriguntur. Dum ergo ad sanctum Patriarcham pervenitur, dum caussa adventus tam verbis caritativis Missorum, quam litteris deprecativis mittentium aperitur: etsi difficile est narratu, facile tamen est cogitatu, quam fortissimis paternæ pietatis ac fraternæ caritatis spiculis cor tam benigni vulneratur patris, fortissimis quidem, quia fortis est ut mors dilectio; pietatis autem, propter relinquendos quos Christo genuerat filios; caritatis vero propter generandos, et ad veram, quæ Christus est, lucem educendos, qui in tenebris adhuc positi infidelitatis, lumen nondum viderunt veritatis. Vicit tamen in sancta *a* psychomachia caritas perfecta, mori pro Christo non timida, et ob hoc patriam parentesque, filios etiam cum uxore, ac cum totius mundi, ut ita dicam, omni supellectile relinquere secura. Quid multa? ductu sanctæ caritatis vir sanctus Agricius Romanæ visitat Præsulem civitatis. Quem ille cum gloriosa Imperatrice Helena debita suscipiens reverentia, suæ illi replicant voluntatis secreta, suæ illi revolvunt caritatis decreta, prædicandi videlicet officia in urbe Treverica, communi omnium judicio, velut unius hominis judicio, in illum collata.

Evocatur Romam

Cant. 8, 6.

a

5 Hic

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

Suscipit onus impositum.

5 Hic autem licet aliquamdiu obtentu timoris suæ relinquendæ prolis humiliter excusaretur, eisque operationem boni utpote domesticis fidei maxime a se deberi objectaret; perfectæ caritatis interventione ab hujusmodi mox vacuatus est timore, dum ei summæ Sedis Pontifex cum muliere sancta, non solum hominis unius sed et mundi totius subjectione dignissima, humili hujus rei supplicatione se prosternebant. Hujus itaque voti mulier sancta compos effecta, quantum in Dei laudibus, quantum in gratiarum ejus actibus exultaret, ex illo caritatis studio, quod in externas quoque nationes operabatur, aperte declaratur.

Varias reliquias ab Helena accipit.

6 Igitur Regina quæ adstitit a dexteris Domini in vestitu deaurato, velut apes diversis ex floribus nectareum mellis favum componit, sic et ista de diversis Sanctorum reliquiis composuit thecam, in qua B. *b* Matthiam Apostolum de Judæa per ipsam translatum reposuit, *c* clavum quoque quo corpus Dominicum confixum in cruce fuerat, cum cultello quo idem Dominus noster Jesus Christus in sacratissima utebatur cœna, ac cæteris *d* reliquiis Domini in eadem theca recondidit. Qua dignitate admirabili et optanda volebat munire et insignire suam regionem: ut quæ erat toti mundo columna restitutionis per inventionem sanctæ Crucis, esset et speciale decus aliquatenus patriæ suæ. Has autem Sanctorum reliquias civitati Trevericæ libentissime per seipsam inferre voluisset, si filius corporali ejus præsentia, atque animi prudentia vel ad modicum carere potuisset. Sic votis ejus obsistente filio, sancto Patriarchæ Agricio, quem illi patriæ prædicatorem atque Primatem delegerat, easdem venerandas reliquias sub Christi testimonio commendat, et etiam pro ejusdem civitatis cura pastorali quamplurimum supplicat.

Illustri prærogativa ornatur a Papa

7 Prædictus autem Romanæ Sedis Episcopus S. Silvester, qui ei tam præcipuæ auctoritatis Episcopatum regendum commiserat, sollicitus nimirum providere satagebat, ne status dignitatis, quem eadem civitas catenus, ut dictum est, inviolatum obtinuerat, per aliquam successorum suorum negligentiam, vel per injustam quorumlibet mutari potentiam, aut, quod absit, deinceps valeat labefactari: tale namque privilegium per manus sancti Patris Agricii huic loco deferendum idem Papa Silvester conscripsit, per quod antiquam ejus dignitatem, et præcellentem nobilitatem, perpetua stabilitate confixit: cujus hic exemplar inserere non videtur absre, quod hunc ordinem verborum scitur continere: *e* Sicut in gentilitate propria virtute, sortire et nunc Trevir super Gallos specialem et Germanos primatum, quem tibi præ omnibus harum gentium Episcopis in primitivis Christianæ religionis Doctoribus scilicet Euchario, Valerio, et Materno, ac per baculum suum caput Ecclesiæ Petrus signavit habendum, suam quodammodo minuens dignitatem, ut te participem faceret. Quem ego Silvester ejus servus, successione indignus, per Patriarcham Antiochenum Agricium renovans confirmo, ad honorem patriæ Dominæ Helenæ Augustæ, ejusdem metropolis indigenæ, quam ipsa felix per Apostolum Matthiam de Judæa translatum cum clavo ceterisque reliquiis Domini magnifice ditavit, et specialiter provexit. Hujus privilegii conscii nocivi æmuli communione dirimantur, quoniam anathemate maculantur.

a *Est ψυχομαχία, quæ vulgo dicitur acris usque ad extremum contentio. Ita videtur accipi pro animæ lucta.* b *Confirmat hæc de reliquiis Browerus, de S. Matthia dicturus infra cap. 6, num. 26.*

c *De clavis, quibus Christus cruci suffixus est, multa curiose disputat Browerus, probatque multorum gravium scriptorum testimoniis, singulos Christi pedes singulari clavo fuisse terebratos, ut fuerint universim clavi quatuor. At plures asservari variis locis memorantur: nempe quidam ex iis ad primorum figuram efformati atque eorum consecrati attactu fortassis, editisque miraculis celebres religiose asservati sunt.*

d *Enumerat eas Browerus ex veteri additamento ad Eusebii Chronicon.* Dentem S. Petri, sandalia S. Andreæ, caput S. Cornelii Papæ.

e *Recitat eadem Browerus ex vetustissimis, ut ait schedis, et addit pervetustos versiculos diplomatis indices:*

Accipe primatum post Alpes Trevir ubique,
Quam tibi Roma nova lege dat et veteri.

CAPUT II.

Qualem repererit Ecclesiam.

Venit in Belgicam,

Hoc ergo de manu Pontificis Summi suscepto privilegio, de manu autem Reginæ gloriosæ pretiosissimo reliquiarum assumpto thesauro, Galliæ Belgicæ a viro Dei visitatur regio. Qualis itaque in verbi divini dispensatione, quantus in miraculorum coruscatione vir Deo plenus Agricius in hac fuerit profectione, ab illo non poterit dubitari, qui vel ipsius probatissimam sanctitatem, vel reliquiarum, quas ferebat, gloriosam dignitatem, debito venerationis obsequio noverit mirari. Nam verbi quidem divini in agro Dominico seminandi, quantam habuerit scientiam, per ipsam nominis ejus instruimur efficientiam. Quid enim *a* Agricius nisi agri (subaudi colendi) scius interpretatur, cum hoc non plus nominis ipsius compositio loquatur, quam et ipsa ejusdem agri pulcherrima cultura, perpetuæ frugis indeficienti gaudens tritura, hoc ipsum testatur? Indeficienti ideo dicimus, quia licet universitatis conditrix personalis Trinitas atque essentialis unitas primitivo sancti Evangelii fulgore, per horum trium operariorum, videlicet Eucharii, Valerii, et Materni perpetim remunerandum laborem, Trevericam metropolim dignata sit visitare, atque Apostolicæ auctoritatis quadam parilitate ceteris undique secus Ecclesiis adeo eminentius sublimare, ut quamdiu hujus mundi sphæra conoeides volvatur, Trevericus Antistes omnibus Galliæ ac Germaniæ Præsulibus, jure paterno meritoque avito, hoc est in prædecessoribus ac successoribus, speciali Patriarchia præferatur; et ob hoc infinita gratiarum actio justissimæ ordinationis divinæ providentiæ, ab omnibus ejusdem civitatis habitatoribus debeatur; defectum tamen tam sanctæ caritatis ordinatio in nobis, pro dolor, patiebatur, cum antiquus humani generis adversarius disturbandæ pacis Ecclesiasticæ infatigabilis operarius, tantam per membra sua; Diocletianum scilicet et Maximianum, nec non Rictiovarum procellam movit persecutionum, quod ubicumque terrarum orbe aliquis Christianæ religionis conservator, vel videbatur vel audiebatur, sine mora aut idolis sacrificare compellebatur, aut diversis et exquisitis tormentorum generibus interficiebatur.

Treverensis Ecclesiæ dignitas

Labefactatur persecutione Diocletiani

9 Cujus persecutionis quanta fuerit immanitas, quamplurimis sanctorum Martyrum corporibus Romana probat civitas. *b* Agaunus quoque testatur, ubi S. Mauritius cum sociis suis eodem tempore trucidatur. In urbe autem Treverica quam innumerabilium Sanctorum millia hujus tyrannidis fervente procella fuerint occisa, in sanctorum Martyrum *c* Fusciani et Victorici et Gentiani passione hoc ordine verborum aperte docemur: Rictiovarus pondus Præfecturæ sibi deditæ commovens in Sanctos, et eorum sanguinem sitiens, nullum patiebatur vivere, si forte sibi suppeteret posse aliquem invenire ex eis. Ingressus itaque Treverim civitatem, quæ sita est prope ripam fluminis Mosellæ, tantam ex eis in ea cædem exercuit ut sanguinis rivuli defluentes in flumen aquæ permixit: eam in suum colorem converterent, ut naturali claritate remota, peregrino magis quam proprio colore ruberent, ubi et subditur: Inhumatis etiamtum Sanctorum corporibus unda præbebat tumulum, quo redintegrata compage membrorum futuro ea repræsentaret judicio.

10 Legimus etiam in vita *d* S. Hildulphi Trevirorum Episcopi, quod inter magnifica opera, quæ idem B. Hildulphus multiplicia gessit, corpus Beatissimi Maximini ex crypta, ubi illud B. Paulinus Præsul

SS. Agricii, Nicetii, Maximini, et aliorum corpora a S. Hildulpho translata

Præsul dignissimus ex Aquitania revectum tumulaverat, in domum qua nunc veneratur, quam etiam ipse Hildulphus Episcopus a fundamentis susceptam ad perfectum deduxerat, *e* IV Calendas Junii transtulit, cum quo pariter sanctorum Pontificum Agricii et *f* Nicetii, necnon trecenta *g* prædictorum Martyrum corpora, in eadem magnifice reposuit basilica, quem locum et sua supellectile, et suis fundis ditavit, et *h* cœnobitis replens centenum numerum constituit.

Puteus plenus reliquiis Martyrum

11 Præterea sicut omnium relatione majorum nostrorum adusque nostram pervenit notitiam, Christiani qui admodum pauci præfatæ tempestatis procellas declinaverant, quemdam ingentis capacitatis puteum vetustate neglectum, et aquis exhaustum, ex eorumdem ossibus Sanctorum impleverunt, in quo etiam *i* B. Athanasius apud B. Maximinum hospitatus, ob earumdem amorem reliquiarum dicitur *k* moratus fuisse, ibique normam fidei Catholicæ in psalmo cujus initium est, *l* Quicumque vult, composuisse; qui psalmus in *m* Mediolanensi postea recitatus est Concilio, et comprobatus.

Ecclesia S. Paulini.

12 In horum quoque veneratione Sanctorum, necnon sanctæ Dei genitricis honore, reparata tandem per B. Agricium Christiana religione, *n* B. Felix ejusdem metropolis Episcopus, vir tantæ apud Deum dignitatis, ut frequentibus adeo Angelorum uteretur colloquiis, eumque adhuc in carne positum, operatione magnificaret virtutum, præcelsæ operositatis, ac præclaræ dignitatis monasterium construxit, in quo postea sancti Patris *o* Paulini corpus a Phrygia translatum, dum debito honore fuisset collocatum, totum ejusdem loci obtinuit principatum.

a *Ab* agro *quidem ductum nomen, sed Græca derivatione.*

b *De S.* Mauricio *et sociis* Agauni (*qui* Vicus S. Mauricii *nunc dicitur, haud longe supra* Lemanum *lacum situs*) *interfectis, agemus 22 Septemb.*

c *Horum Martyrum Acta, e quibus illa citantur, dabimus 11 Decemb.*

d *Vitam* S. Hildulphi *dabimus 11 Julii.*

e *Agit de hac translatione Browerus in* Hildulpho *lib. 7 et nos 29 Maii.*

f *S. Nicetii vitam dabimus 5 Decembris.*

g Thebæorum, *ut habet vita S. Hildulphi, et Browerus lib. 7.*

h *Hoc est celeberrimum S. Maximini monasterium, ubi inter Confessionis adyta sub altari recondita sunt hæc corpora cum inscriptione, ut ait Browerus,* non veterrima.

Isthic præcipui requiescunt corpore Sancti,
Agricius Præsul, Maximinusque Beatus,
Nicetius meritis sociatus et ordine Sanctis,
Continuis precibus quorum locus iste tuetur.

Alia quæpiam facta videtur S. Agricii *translatio. Nam in quodam non ita vetusto Ms. Martyrologio, 18 Octobr. isthæc habentur:* Translatio S. Agricii Episcopi et Confessoris. *Nisi fortassis prior illa translatio non eodem quo S.* Maximini, *licet ad eumdem locum, facta sit die.*

S. Athanasius Treviris exul

i *Anno Constantini 30, ut scribit Theodoretus lib. 1, cap. 31, ab eodem Imperatore, calumniis Arianorum, relegatus est Treviros* S. Athanasius, *egitque isthic annos duos, menses quatuor, ut testatur idem Theodoretus lib. 2, cap. 1. Non ergo 7 annos ibi latuit in sicca cisterna, ut vult Trithemius de illustr. Eccl. scriptor. et quædam Treverica Mss. Imo ex aliis antiquis scriptoribus constat, benigne a* Constantino *juniore Cæsare et* Maximino *Episcopo esse habitum. Illud de cisterna, in qua 6 annis continuis latuit, postea sub* Constantio *in Oriente contigit, ut ad ejus vitam dicemus 2 Maii.*

Puteus Martyrum

k *Testatur Browerus alte omnium animis insitam esse opinionem,* Athanasium *occultasse se* qua in angustiis et interioribus Martyrum Thebæorum plenis cœnobii S. Maximini sacrariis cryptisve potius ostenditur, quem et ipsis cœnobitis venerari solenne ad hanc usque diem anniversario florum ac lucernæ cultu, seu hanc, quam diximus, ob caussam, seu, quod hospitalitatem in B. Maximini patroni, et Athanasii in Treviros adventum olim forte pia recordatione usurparint majores, *etc. Hæc Browerus qui nonnulla citat, non sane recentia, monumenta, quibus continetur* puteum neglectæ vetustatis a Christianis oppletum ossibus cineribusque Martyrum, *adeoque isthic condita 300 Thebæorum Martyrum capita.* Hinc *inquit,* credulis inter faciles in incurriosusque acceptum fama, reliquiarum amore juxta delituisse Athanasium.

l *Baronius tom. 3 Annal. ad an. 340, nu. 11 et seqq. vult Romæ conscriptum hoc symbolum, exhibitumque Concilio Romano II. sub* Julio. *Et nu. 14, falsam vocat illam Trevirensium traditionem. At rationibus, quas profert, non aliud probat quam non latitasse isthic, sed solum exulasse* Athanasium, *habitumque a Cæsare et antistite honorifice. Browerus sententiæ dubius, ita pronuntiat:* Ets. ejus confessionis apud Treviros exhibendæ caussam vix ullam satis idoneam perspicimus, trahantque nos qui Romæ potius eam fidei profitendæ necessitatem Athanasio impositam edisserunt, quando ejus apud Julium Rom. Pontificem ab Eusebio Ariano oppugnata clam litteris integritas, non diffiteri tamen licet, veri an falsi rumoris incremento, passim scriptores ab annis amplius 400, solis eam Treviris gloriam tribuere, pro Romanis vix quemlibet unum stare. Quin si Athanasium dixerimus Galliæ populis fidem cupiisse testari suam, et adversus improbas opiniones hoc symbolo velut fluctuantium obfirmare pectora, haud ita nobis multum, opinor, refragabitur ista latibuli vanitas, quacum hæc Athanasii meditatio consistere quin possit, sapiens nemo dubitet. *Hæc ille. Et sane vir, quem damus, scriptor latebrarum non meminit, solum frequentasse locum ait, ibique symbolum composuisse. Ac præter Trithemium jam citatum, idem refert Otho Frisingensis lib. 4, Chronic. cap. 7:* Ibidem manens in Ecclesia Trevirorum sub Maximino ejusdem Ecclesiæ Episcopo, QUICUMQUE VULT, a quibusdam dicitur edidisse.

Auctore Anonymo, ex Mss.

Symbolum Athanasii ubi scriptum

m *Illud videtur intelligi Concilium cujus meminit* Liberius *Papa ep. 2 ad* Constantium, 8 *annis ante habiti, nam quod anno post datam eam epistolam, nimirum* Arbetione et Lolliano Coss. *celebratum est, Arianorum fuit. At prioris Acta omnia interciderunt.*

n *Hic est* Felix II. *Trevirorum XXXII Episcopus, de quo agemus 26 Martii.*

o S. Paulini *Ep. Trevir. vitam dabimus* 31 *Augusti. At 13 Maii agitur Translationis memoria.*

CAPUT III.

Labores in excolenda vinea Domini.

S. Agricius Ecclesiam Trevirensem excolit

Sed nos dum vel Sanctorum pietatem mirando, vel tyrannorum crudelitatem execrando, breviter singula notamus, a suscepto sermone, Sancto videlicet Agricio aliquantisper deviavimus. Denique illuc nos oportet redire, unde hujus injectionis occasionem constat prodire. Diximus nempe hunc sanctum Patrem Agritium in agro Dominico cultorem indeficientem fore, divinæ frugis trituram conservis suis præbere; unde sicut ob fidei profectum, cum gaudentibus convenit gaudere, sic ob ejusdem fidei defectum par est cum flentibus flere. Quoniam enim superabundavit prædictorum iniquitas tyrannorum, refriguit et defecit caritas multorum. Quia vero sanctæ caritatis ardor in B. Agricio abundabat, indeficientem in ara Domini ignem, hoc est, permanentem jugiter caritatis frugem, in populo fideli, velut in agro, parabat. Omnes enim infidelitatis spinas ibidem tam longissimi temporis spatio exortas, sicut agricola fortis agri colendi scius ita radicitus exstirpavit, ut nulla se deinceps incredulitatis radix ibi subministravit. Sicut enim diligenti supputatione collegimus ducentos et unum annos inter S. Materni ex hoc mundo gloriosum excessum et B. Agricii felicem in hanc urbem ingressum esse cognoscimus: quo temporis spatio intercurrente cessavit hujus Sedis Episcopatus, paganis ipsam civitatem obtinentibus. Merito itaque hunc Sanctum præscientia Dei Agricium nominavit, cui agrum diuturna positione, et culturæ intermissione durissimum, et vomeris jam penitus oblitum colendum destinavit. Recte, inquam, Agricius est vocitatus, cui ager Domini commendatus ita est, omnibus tribulorum ac spinarum antiquis succrementis, id est, omnium vitiorum ac spurcitiarum vetustissimis impedimentis per ipsius agriculturæ scientiam purgatus, ut nullus in hoc agro postea se erigeret iniquitatis dominatus. Vomerem quippe ejus prædicationis dirigebat ille, cui Psalmista clamat: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum Domine, ut non dominetur mei omnis injustitia.

Psal. 118. 133.

14 Nec mirum, si illum dextera Domini dirigebat, quem omnium mandatorum ejus tam promptum executorem esse cernebat, ut Sedem nobilissimam Ecclesiam scilicet Antiochenam, cum omnibus quos in ipsa Christo genuerat filiis, necnon cum omnibus totius mundi concupiscentiis reliquerit intrepidus, et sanctæ caritatis ordinem in gentem converteret caritatis expertem, et potius in dæmoniis quam in Domino confidentem, suum in hoc secutus prædecessorem ejusdem Antiochenæ Sedis primum sessorem, Apostolorum videlicet Principem, qui dum Ecclesiam Antiochenam in Christo fundasset, et uberem in ea

S. Petro comparatur

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

caritatis frugem multiplicasset, dum tandem juxta sui quoque exemplum magistri, scilicet Domini Jesu Christi, perfectæ caritatis summam esset ostensurus, sicut divina providentia ordinavit, Romam Christum prædicaturus, et pro ipso inibi passurus intravit. Majorem enim hac, ut ait Dominus, caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hunc ergo magistrum antecessoremque suum Apostolum Petrum B. Agricius virili est æmulatione per omnia secutus; dum et eamdem Ecclesiam Antiochenam, quam ipse Apostolorum Princeps Christo primus genuerat, iste Sanctus quasi in Domino parturivit; quando ei maternæ pietatis viscera libenti procuratione impertivit; et quando eam per paternæ curæ strenuitatem adusque virilis animæ luctam ætatem Christo commendavit; et urbem Trevericam, *a* secundam videlicet Romam, sicut Petrus primam, Domino lucraturus intravit.

Joan. 15, 13.

15 Quod autem exemplum quoque martyrii ipsius B. Petri S. Agricius libentissime fuisset secutus, si Domini voluntas extitisset, nulla est ambiguitas. Spero et confido, verissimeque credo, illum testem habere, qui cordis ejus vidit desiderium, et corda novit singulorum, quia si inter multos ad martyrium vocatus fuisset, primus nomen daret, manus tenderet, equuleum ascenderet, et dilectioni Crucifixi, quæ fortis ut mors extitit, dura sicut infernus æmulatione responderet; neque inveniretur impar alicui Martyri ad coronam exultans et ovans, velut ad thalamum sponsi, et ad nuptialis convivii celebres epulas ultro curreret, impatienter properaret, corpus gratanter tormentis attrectandum præberet, tanta gratulatione, ut et inter verbera solemnizaret, atque in craticulis adustus et pene consumptus solenniter gauderet. Sed non defuit B. Agricio Confessori corona martyrii, qui peregrinationis hujus molestias, labores, dolores, atque cuncti hujus seculi ærumnas libenter solo martyrii *b*..... qui sancte et juste vivendo, passioni Domini nostri Jesu Christi adeo se reddidit consimilem, ut jamjam vellet resolvi, et esse cum Christo, qui eum solummodo ad hoc judicavit, ut pro multiplici victoriæ agone, multiplici eum tandem susciperet præmiorum remuneratione.

Multa pro Christo passus.

a [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Augustum Treviris [illegible] Marcellino constat fuisse [illegible].
b [illegible]

CAPUT IV.
Reliquiæ Treviros ab eo allatæ.

Constat enim liquido nullum tunc temporis sanctiorem ipso fuisse, quem constat portitorem fuisse sacrarum utique super aurum et topazion pretiosarum, quibus totum decus humanum [illegible] debet tripudium: clavum autem clavum ter beatum, per quem Deus et homo suspensus est in ligno, in quo velut in statera pretium nostrum seipsum appendens, debitum nostrum solvit, atque in ipso Crucis ligno [illegible] potum cum fletu temperavit, de diabolo perpetuo tripudio triumphavit, et mundum suo cruore redemit. Hunc ergo clavum, si solum, absque aliarum Domini reliquiarum conjunctione, iste Sanctus portaret, nullus antiquus hostis in [illegible], nullus membrorum ejus barbarica manus formidaret, quin eos [illegible] illud in hujus clavi [illegible] Dominicæ majestatis, [illegible] fugaret, aut facto duelli congressum cum ipso tentantes facile prohibitos superaret. Ceterum quod alias quoque Dominicas reliquias, [illegible] ipse tunc venerandus portaret [illegible] tur, et Ecclesia [illegible] Treverica [illegible] honore Princeps Apostolorum ab ipso [illegible] beata [illegible] in suo thesauro

Clavum Christi attulit Treviros.

[illegible]

gazophylacio servatis, in Domino gloriatur. Quibus quam stupenda reverentiæ magnitudo debeatur, patenter ut æstimo declaratur, si unum quod suæ sanctitatis dederunt indicium ad memoriam revocetur.

17 Verissima namque majorum relatione didicimus, quod quidam religiosus multum ejusdem metropolis Episcopus, dum diversas hominum æstimationes de istis Domini reliquiis audiret, dicentibus aliis *a* tunicam Domini esse inconsutilem, aliis autem purpuream vestem, qua erat tempore passionis indutus, quibusdam vero putantibus illud pignus amoris caligas esse mundi Salvatoris, dum has, inquam, opiniones veritatis exquisitione plurimum desideraret dissolvere, communicato tam populi quam Cleri, necnon ordinis monachici consilio, triduanum per totam civitatem indixit jejunium, rogans omnes humiliter quatenus a Deo peterent unanimiter, ut per suam pacem et licentiam alicui ex ipsis tanti sacramenti concederet intuentiam. Peracto igitur jejunio, Clerus et populus convocantur in domum S. Petri, quæ hujus est conservatrix thesauri, ubi unus de tota multitudine præcipuæ religionis et devotionis monachus electus, occultum Domini visurus, et Præsuli manifestaturus, arcam, in quam B. Agricius hunc reposuerat thesaurum, reseravit: sed mox ut opertorium intro specturus levavit, occultum Dei judicium contra quod nullum est consilium, visum ei clausit oculorum. Unde factum est, ut omnes, qui prudentioris consilii, et acrioris apud ipsos erant ingenii, per inductam tanto viro cæcitatem in hoc Dei judicarent esse voluntatem, ut numquam ad hoc contuendum peccator admitteretur, cujus aspectus nec justo concederetur. Post illius itaque horæ transitionem, nemo attentavit hujus arcæ apertionem.

a

Volens illas reliquias videre explorare percutitur cæcitate.

a De hac tunica, quæ hodie Treviris asservari dicitur, erudite disputant Browerus et [illegible], lib. 4, Annal. Trevir. Agitque rursus de ejusdem tunicæ [illegible] sub Joanne I. Antistite an. 1196, facta, lib. 15, cujus cum auctor hic non meminerit, qui alia multa minus ad rem spectantia allegat, satis manifeste liquet ante vixisse.

CAPUT V.
Clavus Christi, miraculis illustratus.

Ne quis autem per hujus miraculi stuporem clavo Dominico aliquam, quod absit, paret derogationem, secum videlicet hujusmodi volvens meditationem: Hæ fortassis Domini reliquiæ majoris sunt meriti ipso clavo Domini. Tale enim nihil dixisti de ipso, quippe qui nec visum intuentium se tollit oculorum, nec manus refugit tangentium se peccatorum. Hoc, inquam, stultitiæ modo ne quis desipiat, ad omnium notitiam volumus ut veniat, quod sicut hæ quæcumque sunt Domini reliquiæ occulto judicio uni soli visum ademerunt, sic clavus Domini aperto miserationum ejus indicio quam plurimis erat et visus reparatio, et dæmonum de obsessis corporibus fugatio, diversorum quoque morborum efficacissima curatio, quorum non pauca nos ipsi præsentialiter vidimus; non modica ab illis qui hæc miraculorum viderant religiosis viris ac sanctimonialibus feminis veraci adeo relatione didicimus, ut de his non minus certi simus, quam si nos eadem perspexissemus. Horum autem enumerationem idcirco non suscepimus, quia melius de his silendum esse diximus, quam pro magnitudine rei parum dicere.

Miracula per clavum Christi facta.

19 Unum tamen, quod dedit idem clavus Dominicæ suæ potestatis insigne, silentio nolumus præterire. *a* Nam cum frater Imperatoris Ottonis I (tres enim fuerant) Bruno vocatus, meliores Lotharingiæ Episcopatus, Treverensem scilicet, et Coloniensem, necnon maximam regni hujus partem in sua haberet potestate, non bono, ut pater, spiritu instinctus, hunc quem de quo loquimur, festivæ memoriæ ac salutis nostræ clavum, quo nescitur, transferre clam, ne dicam furtim, volebat. Corrupto siquidem hujus

a

S. Bruno Episcopus Colonien. conatur auferre hunc clavum.

hujus Dominici thesauri custode, alium huic tam simillimum fecit parari, ut vix, aut minime, verus a falso per aliquam ambos intuentium diligentiam valeat separari.

20 Hunc ergo dum pretio ductus custos de manu Episcopi prænominati suscepisset, dumque opportunum nefando furto tempus se invenisse putaret, machinatum diu dolum tandem perficere frustra conatur. Transposito namque hoc adulterino clavo in venerabilissimi Dominici clavi sacello, ipsum pretiosum nostræ redemptionis testamentum in syndonem mundam diligenter convolvit, quo in sinu suo collocato, adire parat dominum suum Episcopum calle citato. Sed, ut aperte intelligi daretur, quam speciali amoris privilegio Trevericam Ecclesiam per B. Agricium sponsatam Christo amplecteretur, miraculum in primis Domini miraculis merito ferendum, ac toti mundo stupendum, in ipso redemptionis nostræ clavo a Domino exhibetur. Dum enim custos ille perfidissimus, tamquam transfuga vilissimus, pretio iniquitatis corruptus, terga fidei dedisset, ejusque pretiosam arrham de gremio sponsæ Trevericæ asportare pararet, (mira res!) sanguis non modicus de clavo ipso in syndonem profusus, item inde in sinum camisiæ tum multus manavit, ut omnia illius miserrimi portitoris sui viscera pavore frigescerent. Qua de re confusus, et reatum suum et episcopi publice confiteri coactus, facto mox omnium conventu, quos diuturnus campanarum sonitus, tantique miraculi rumor insolitus nec auditus a seculo poterat evocare, statuto in medio eodem fure nefando, extenso coram omnibus sanguinolento panno, ipsoque tusore hujus sanguinis sacratissimo clavo; una vox omnium Deum laudantium elevatur. Quæ cum repetita sæpius iteratione, diu multumque fuisset frequentata, communi omnium, qui ibi aderant, consilio prudentiorum, competens tam præcipuo sacrilegio pœnitentiæ sententia, in illum miserum, ne dicam custodem, est dictata. Dies quoque ipsa, in qua hæc miserationum Dei nobiscum sunt divinitus celebrata, in Martyrologiis statim est notata, duodecimo videlicet Kalendas Julii. Huic autem inaudito licet Domini miraculo, si quis, quod absit, aurem credulitatis dubitat præbere, potest adhuc et eumdem sanguinis notas habentem pannum, et eumdem adulterinum clavum, in domo S. Petri (si permittitur) videre.

Miraculo profluentis a clavo sanguinis deterretur.

Anniversaria miraculi memoria.

21 Illud etiam festivitatis præcelsæ præconium, de hoc verissimo infirmitatis nostræ remedio, quamvis a teste nequissimo salutis nostræ hoste, per os mulieris ab ipso possessæ, suscepimus silendum esse non putamus. Nam mulier quædam, nomine Wimberga, de civitate oriunda, quæ vulgo *b* Regnsbyrch vocatur, duris adeo et insolubilibus antiqui hostis nexibus ligabatur: quæ quamvis ab illo loco usque huc plurima Sanctorum domicilia circumducta fuisset, nullam tamen levigationem aliquatenus sensit. Dum ergo in urbem hanc Trevericam, misera hæc ad mortem pene perducta fuisset; dumque omnes, qui ejus quæ patiebatur tormenta viderant, numquam tam miserabiles hominis cruciatus se vidisse dixissent; omnibus ejusdem loci congregationibus, tam crudeles torturas hominis illius miserantibus, complacuit, quatenus vices orationum, et exorcismorum singulæ in singulis diebus ac noctibus, pro ejus liberatione susciperent.

b

Energumena adducitur Treviros

22 Cum autem hujusmodi vicissitudines ordinatim observantes frustrati labore diu multumque Canonici et monachi fuissent; venit ordo hujuscemodi excubiarum ad monasterium sanctimonialium feminarum. *c* Cumque et ipsæ celebratis quam plurimis frequentationibus orationum, adhibitis non paucis minationibus, per diversas quas habent reliquias nihil profecissent, inito consilio clavum Domini clam sibi faciunt deferri. Hunc igitur mox ut custos illuc

c

portaturus in manus susceperat, dæmon ex muliere alta nimis voce exclamat. Ah mulieres perfide hoc consilio vicistis me, quod clavum Dominicæ passionis paratis mihi adhibere. Dum autem ex ipsis aliquæ eum interrogarent, respondit dæmon. Ecce modo de domo S. Petri ad meum exportatur supplicium. *d* Tunc vero assumpto adjutorio Presbyterorum, tormentis eum cogunt exorcismorum, quatenus eis citius insinuaret, quæ pars Dominici corporis caussa fuisset clavi sanctificationis. Tum ille, quamvis sit caput mendacii, dum tamen potestatem non haberet tacendi veritatem: Vere, inquit, dico vobis, quod hic qui affertur clavus *e* per dexterum Domini pedem in cruce fuit confixus; et quia ibi victor extitit de me, non possum ei hic resistere: hunc enim qui portat hujus victoriæ insigne, jam scio ad domos huic monasterio contiguas venisse. Vix itaque idem portitor pretiosissimi thesauri, limen ejusdem contigerat monasterii, cum dæmon maximum dans igitur mugitum, et mulieris multum discerpens corpusculum, tandem reliquit illud præmortuum. Unde satis est credibile ad hoc maxime testimonium clavo Domini perhibendum corpus mulieris ejus ab ipso esse pervasum: præsertim cum nec antequam ipsi clavo hoc testimonium dedisset, ab illa ullatenus divelli potuisset, nec postea vel modicum in ea moratus fuisset.

Auctore Anonymo, ex mss.

d

liberatur per sacrum hunc clavum.

e

23 Nec minus est ideo putanda veritas esse manifestata, quia ab ore adversarii fuit prolata: cum nemo sit qui nesciat, quod nulla unquam hujus rei controversia inter amicos oriatur, cui et ipsa adversariorum vox licet invita, veraci tamen laudis testimonio suffragatur, sic enim in Evangelio audimus, quod multa dæmonia ab hominibus per Christum expulsa abierunt, dicentia: Scimus quia tu es filius Dei. Sic et Pythonissa quædam B. Paulum verum Christi esse Apostolum per plateas eum sequendo, tamdiu prædicabat, donec ipse spiritu Pythonis ab ea expulso eam sedaret. Sic et B. Nicetii Trevericæ metropolis strenuissimi Archiepiscopi virtutes quam plurimas, a dæmone quidam correptus, in domo S. Petri coram maxima multitudine Cleri et populi, præsente Rege *f* Theodeberto memorabat, cum contra ejusdem Regis scelera non pauca ibidem nudabat.

An credendum hunc esse clavum dextri pedis, quod dæmon dixit?

Luc 4. 41

Act 16 16

f

24 Hunc autem B. Nicetium si breviter et veraciter volumus laudare, possumus eum B. Nicolao Myrensium Episcopo ex maxima similitudine miraculorum, in vita sua ab utroque gestorum merito coæquare. Sicut enim ille piissimæ sanctæque memoriæ Nicolaus in hac adhuc positus peregrinatione, Christianos a maris tempestate in nominis sui invocatione misericorditer liberavit; sic iste ineffabilis meriti Nicetius Episcopus, paganos quoque ad sui nominis invocationem, per cujusdam, qui solus inter eos aderat Christianus, ductos sub monitionem, a simili maris periculo dignoscitur liberasse, scilicet cum maneret adhuc in corpore. Quod cum aliis æque magnis, vel etiam majoribus vitæ ejus miraculis, B. Gregorius Turonensis Episcopus in libro miraculorum quæ scripsit dum memorat, Confessorum quolibet sanctissimo hunc Sanctum in nullo esse inferiorem confirmat.

Digressio in laudes S. Nicetii

de glor Conf. c. 94

a *Hanc eamdem historiam narrat Browerus lib.* 10. *at lib.* 1 [illegible] Theodorico [illegible] Episcopo, Brunonis [illegible] *mus* 11 *Octobr.*

b [illegible] *de qua* 8 *Januar.* in S. [illegible]

c [illegible] S. Gen[illegible] [illegible]

d [illegible] *non ad* [illegible] *pastum, sed* [illegible]

e *Browerus lib.* 4. Trevirensis hic clavus, quem terebrasse Christi

Auctore Anonymo, ex mss.

Christi dextrum pedem majorum habet traditio, prodigiis et tam exempli miraculis est insignis *etc. At lib.* 10 Servant inter Ecclesiæ suæ præcipua ornamenta Treviri clavum sacratissimum quo Christi Domini nostri sacrosancta dextra in crucem suffixa atque perterebrata creditur.

f *Hic Metensium Rex fuit*, Theodorici F. Clodovæi *Magni N. regnat. ique ab anno Chr.* 534 *ad* 547 *Quæ hic de energumeno, illius prædente scelera eadem S. Gregorius Turonensis in vita S. Niceti, quam 5 Decembris dabimus et Browerus lib.* 5

CAPUT VI.

Fides alte radicata Treviris per Agricium.

Laus S. Agricii.

Hæc ergo dum qualicumque dicendi modulo, de speciali amoris prærogativa, de ipso amantissimi Domini clavo breviter notamus, non parvum, ut autumo, laudis cumulum portitori suo beato Patriarchæ Agricio per hæc quoque paramus. Quæ enim cujuslibet turbinis procella contra hunc præsumeret tonare, qui solus erat dignus, tam incomparabilem nostræ redemptionis thesaurum, in Galliarum metropolim, scilicet Treverim, portare?

Reliquiæ S. Matthiæ Treviris.

26 Præterea ossa B. Matthiæ Apostoli portavit, quæ dum celebratis debitis tanto viro sepulturæ solemniis, ossibus sanctorum Christi Confessorum Eucharii, ac Valerii adjunxit, Episcopatum Trevericum perpetuo Apostolatus honore sublimavit. a Baculum quoque Apostolorum Principis Petri de manu ipsius in fraternæ mortis consolatione, nec non Apostolicæ dignitatis honore susceptum, hunc loco B. Eucharius intulisse non ignoratur. Quapropter sicut privilegium in Romano armario repositum testatur, quod etiamnum ejusdem Apostolorum Principis in Romana Sede successor baculi sustentatione non utitur.

Baculus S. Petri.

Treviri post S. Agricium nunquam a fide defecerunt.

27 Igitur Trevirorum civitas, quamvis antiqui hostis fæcibus aliquamdiu sordidata, aliquamdiu fuerit deformata, meritis tamen, et intercessione sanctæ Imperatricis Helenæ, ita est per B. Agricium ab omnibus infidelitatis sordibus purgata, ita est ad imaginem Dei Creatoris sui per ipsum reformata, ut a tempore ipsius in hoc loco Patriarchatus sanctæ Christianitatis status nequaquam sit in ipsa labefactatus, sed illud fidei signaculum, quo eam B. Agricius Christo reformavit, inviolatum hactenus conservavit, et sine fine conservabit, dum sine intermissione in sua clamabit oratione: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quoniam tu Domine singulariter in spe, constituisti me. Spes enim, ut ait Apostolus, non confundit, quia caritas Dei diffusa est in corde hujus Ecclesiæ per Spiritum sanctum, qui datus est ei per impositionem manus B. Agricii Patriarchæ, firmissimæ utique fidei petræ. Namque diœcesis Treverica nequaquam in fide Catholicæ structura vacillavit, [illegible] Dominus super hanc petram fundavit.

Ps. 4, 7 et 10.

Rom. 5, 5.

S. Agricius S. Petro confertur, et ejus laudatur.

28 Igitur sicut Treveris secunda Roma ideirco vocatur, quia in materialis structuræ mirabili prosperitate illam quondam imitabatur, ita et nunc S. Agricius alter quodammodo Petrus potest vocari, dum eum in spiritualium ædificiorum, hoc est, Dei templorum, ædificatione quam plurima sectatur imitari. Sicut etiam hæc eadem urbs Treverica per B. Petrum Apostolum, [illegible] Apostolicis apicis principatum, [illegible] veræ fidei constitutam, promeruit, a priscæ gentilitatis errore est [illegible], atque [illegible] Spiritus [illegible] veteri hominis [illegible] [illegible] Trinitatis [illegible] est [illegible] [illegible] Romanæ Sedis [illegible] [illegible] Apostolicus, [illegible] Apostolorum [illegible] Agricius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rator Deus fortissimum bellatorem dirigeret. Neque enim maximis infima conveniunt. Decebat itaque modis omnibus ut inexpugnabilis Trevericæ infidelitatis murus tanti arietis præduris cornibus dirueretur, ut sicuti dudum a Romano Principe fastus ejus, ut in historiis habetur, est edomitus, ita nunc a Romanæ Sedis spirituali Principe sacrilegia ejus superstitio per gladium spiritus, quod est verbum Dei, salubriter vinceretur. Nulli quippe fas fuit Trevericam aciem cedere, nisi tantum celsitudini Romanæ. Nam sicut consequens fuit, ut per Apostolorum Principem Romani principatus cacumen debellaretur; sic quoque conveniens videbatur ut per successoris ejus Agricii, Patriarchæ videlicet Antiocheni, fide armatam constantiam munitio Treverica, acsi minor Roma in deditionem cederet Christo. Quod autem populus ejusdem civitatis verbum sanctæ Trinitatis prius a tribus, postea ab uno prædicatore suscepit, unitatem Deitatis, quæ est in personis Trinitatis ejusdem, typice significat, sicut ait Apostolus: Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Et sicut primus Patriarcha Abraham juxta radicem Mambre tres vidit, et unum odoravit. Hunc ergo sanctæ caritatis ordinem personalis Trinitas et essentialis unitas nobiscum celebravit, cum nobis fidem sanctæ Trinitatis per B. Agricium ministravit, qui suorum vestigia antecessorum, trium videlicet ejusdem fidei in hac urbe prædicatorum, unice servavit: dum eumdem, quem ipsi prædicaverunt Dominum, eamdem fidem, idem baptisma, validissimæ auctoritatis concordia in hoc loco roboravit.

Ephes. 4, 5.

Gen. 18.

a *De hoc baculo agimus 28 Janu. in vita* S. Valerii, S. Materni 14 *Septemb.* S. Eucharii 8 *Decemb. Meminerunt Harigerus in Materno cap.* 6, *Otho Frisingensis lib.* 3, *cap.* 15, *Browerus lib.* 2

not. 11

CAPUT VII.

Ejus mansuetudo, zelus, ceteræque virtutes.

Acta S. Agricii obscura.

Quantis autem vitæ corporeæ periculis, quantis miraculorum spiculis, tam durissimum Trevericæ infidelitatis murum Sanctus iste, ritu peritissimi agonistæ, perforaret, antecessorum, ut dictum est, negligentia nostrorum non claret. Verumtamen per eum, quem scimus B. Eucharium cum sociis suis mihi habuisse receptum, possumus hujus quoque Sancti ingressus conjicere intellectum. Legitur enim in vita B. Eucharii, quod cum quadam die cum sociis urbem Trevericam, verbum vitæ prædicaturus, intraret, Pontifices Capitolii zelo contra eos accensi, maximam partem populi adversus eos concitaverunt, et expellentes eos extra civitatem lapidibus obruere cœperunt. Quos contra S. Eucharius cum suis arma corripiens orationum, ita omnem illam sævientium turbam cœlitus obligavit, ut alii ipsorum extentis ad jaciendum brachiis starent inflexibiles, alii nihilominus pro colligendis ad idem opus lapidibus deorsum inclinati terræ pronis cervicibus inhærerent, et omnes secundum uniuscujusque motum corporis tamdiu immobiles permanerent, donec promissa viro Dei obedientia credulitatis, statum pristinum ab eo reciperent sospitatis. Qui mox ab eo baptizati, animarumquoque perpetuam sanitatem ab illo receperunt, qui ipsi paullo ante mortem corporalem sæviendo intenderunt.

Ingressus S. Eucharii.

30 Unde non incredibile esse videtur, si istarum progenies viperarum, antiquæ malitiæ venenum in hunc quoque B. Agricium similiter transfudisse diceretur, et ab eo, utpote peritissimo animarum medico, similis medicinæ antidotum recepisse putaretur. Nisi hoc forte attendamus, ut istam quantæcumque ferocitatis turbam, manus tamen ab hoc S. Agricio ideirco continuisse credamus, quia non in ea disciplinæ virga, qua S. Eucharius ad illos intravit, sed in spiritu lenitatis, et ingressu humilitatis, omnes motus crudelitatis,

S. Agricii mansuetudo et humilitas.

delitatis, omnes gestus cervicositatis sapienti suavitatis consilio humiliter sedavit; sicut scriptum est: Sapientia vincit malitiam, attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Nec mirum si per humilitatem vincebat, qui hanc et in seipso ineffabiliter habebat, et in ossibus B. Mathiæ Apostoli afferebat, individuum etiam ipsius nomen mitissimæ humilitatis adjutorium gerebat, quippe qui et nomine et merito altissimæ humilitatis esse probatur, dum Mathias parvus Dei, hoc est humilis interpretatur, dum qui ob ejus meritum humilitatis thronum possedit Apostolicæ dignitatis. Ceterum parva sunt quæ vel de Mathiæ Apostoli, vel de Agricii Patriarchæ humilitate notamus, si ineffabile meritum ipsius Domini et Salvatoris nostri reliquiarum pensamus, quibus ipse formator ac forma veræ humilitatis, usque ad mortem, mortem autem crucis humiliatus vetustos humanæ superbiæ solverat reatus.

Sap. 8, 1

31 Ut ergo de ceteris taceamus, merito pacificum habebat ingressum, qui corporis Dominici sacramenta totius humani generis veneratione dignissima, ferebat; quorum adminiculo dudum cum inimici essemus gratiæ Dei juxta communis captivitatem orbis, diaboli nexus, quibus innodati fuimus, lora projecimus, atque per adoptionis gratiam, filiorum Dei libertatem cælitus nacti sumus. Quid plura? Eucharius virga Apostolorum Principis Petri armatus urbem Trevericam visitavit; quæ dum suum erga illum furorem exagitaret, percussit eam, ut dictum est, rebellantem ut sanare posset obtemperantem. Adhibuit ei prius virgam disciplinæ, ut postea adhibere posset curam salutaris medicinæ. Beatus vero Agricius pretiosis Domini reliquiis, nec non ossibus Beati Apostoli Mathiæ ditatus, eamdem civitatem intravit, quam non legitur percussisse, sed scitur ab omnibus animarum languoribus potenti adeo curationis manu sanasse: ut ex eo tempore acceptabili ac salutis nostræ efficaci, quo ipse S. Agricius Patriarcha, infirmitatis nostræ medicus, hanc speciosis evangelizandi pedibus intravit, jam non sit clamor amplius, neque luctus, nec dolor ullus damnatæ ab illo infidelitatis errore in populo ejusdem civitatis.

Comparatio SS. Eucharii et Agricii.

32 Nec tamen unius contenta fuit tugurio civitatis latitudo quæ in hoc S. Agritio erat caritatis: sed sicut ab una arboris radice maxima ramorum multitudo circumquaque distenditur, ita unicæ caritatis et suavitatis oleum, postquam ab ipso in hanc Ecclesiam est effusum, in totum etiam Galliæ Belgicæ, nec non Germaniæ maximæ capacitatis sinum ex ipsa transfunditur. Quod dum a capite hujus Ecclesiæ Trevericæ in totam Galliam ac Germaniam, velut in barbam aliquam descendit, sicut huic barbæ perpetuam tribuit fidei viriditatem, ita capiti suo perpetuæ servat benedictionis principalitatem. Quod usque hodie monstratur, dum domus beatæ Imperatricis a Helenæ, quæ rogatu ejusdem mulieris sanctissimæ a beato Patriarcha Agricio in honore Principis Apostolorum Petri in Sedem Episcopalem metropolis dicata, et incomparabilis meriti thesauro, clavo videlicet ac ceteris Domini reliquiis, est nobiliter ditata, specialiterque honorata, prima nimirum Galliæ ac Germaniæ Sedes est, et vocatur.

Ceteris Belgis et Germanis prodest S. Agricius.

a Ecclesia metropolitana ex palatio Helenæ.

33 In hoc igitur, quod semen prædicationis Patriarchæ istius in tot gentium nationes diffundebatur, merito et ipse, sicut primus Patriarcha Abraham, pater multarum gentium nominatur. Non enim, ut ait Apostolus, hi qui secundum carnem, filii sunt Abrahæ, sed qui secundum spiritum. Ipse autem Abrahæ, Treveris vero comparetur Saræ: quia sicut in illa præ nimia annositate jam totus libidinis incentivus vel seminis conceptivus sanguis friguerat, hoc est enim scriptum de ea, quod jam desierant ei fieri muliebria, et sicut in ætate jam decrepita potius vitæ exitum exspectabat, quam prolis conceptum sperabat; ita gens Treverica in infidelitatis annositate senuerat: et velut in Sara calor conceptivus tepuerat, sic in corpore gentis istius fervor caritatis conservativus nihilominus friguerat. Unde propter senilem, ut ita dicam, vitiorum ætatem, nihil minus quam animæ sperabat nativitatem: sicut et Nicodemus desperavit cum Dominum interrogavit: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Sicut miseratio Dei omnipotentis, fratres carissimi, propter Abrahæ fidelitatem, Saræ licet decrepitæ tamen dedit fecunditatem; itapropter B. Agricii fidem et humilitatem idem miserationum Dei respectus Trevericam fecundavit licet vetustam sterilitatem: et tamquam lignum, quod ab agricola prudentissimo secus decursus aquarum plantatum, perpetuam foliorum viriditatem, ac perpetuam fructus servat onustatem; ita Sanctus iste, de cujus ventre aquæ fluxerunt vivæ, spiritalem commissi sibi divinitus agri fecunditatem in totam extendit posteritatem. Ritu namque vitis veræ palmites quam plurimos produxit de se, quos dum melliflui liquoris sui repletos sapore, in aliorum item procreationem ex se fecit abundare, perennem vitæ æternæ liquorem in vinea Domini fecit perdurare.

Galat. 3.

Treveris Saræ, Agricius Abrahæ comparatur.

Gen. 18, 11.

Joan. 3, 4.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

NOT. 12

a Confirmat id Brawerus ex aliis auctoribus, et superstitibus monumentis, propenditque in sententiam hujus scriptoris de Helenæ patria, nempe Treverensem fuisse, quod ait jam olim in ea Ecclesia decantatum, et in usus publici Breviaria transfusum. Adstipulatur Otho Frisingensis lib. 3, cap. 45 his verbis: Hanc Helenam ex pago Treverorum oriundam dicunt, unde eamdem Ecclesiam plurimum eam decorasse tradunt. Et Gotfridus Viterbiensis Chronici parte 15, Hanc Helenam quidam ex patria Treverorum oriundam asserunt. Alius de regno Persarum, ubi Constantius ad tributa colligenda transmissus eam legitur contigisse. Citat pro eadem sententia Brawerus Bonnensis Ecclesiæ in antiquis membranis haud spernenda documenta. At Nicephorus Callistus lib. 7, cap. 18. Drepani in Bithynia Constantio natum esse Constantinum ex Helena hospitis filia in concubinam ei a patre oblata. Cedrenus autem: Ex Helena prima sua uxore genuit Constantinum, qui Magnus est cognominatus, apud urbem Daciæ. Eutropius Constantino infestus, ejusque honori passim derogans, tamen lib. 10, solum eum vocat Constantii ex obscuriore matrimonio filium, ubi et auctor Miscellæ lib. 11, cap. 2, et Paulus Diaconus lib. 10. rer. Roman. S. Ambrosius in funere Theodosii, matre stabularia natum tradit. Justus Lipsius lib. 4, de magnitudine Romana cap. 11, et in Notis, Nicephoro subscribit, præcipue Julii Firmici ductus auctoritate, qui vivente Constantino ita lib. 1. Astronomicon cap. 4 scribit: Dominus et Augustus noster ac totius orbis Imperator, pius, felix ac providus Princeps, Constantinus scilicet maximus, Divi Constantii filius augustæ ac venerandæ memoriæ Principis, qui ad liberandum orbem a tyrannicis immoderationibus, et ad comprimenda domestica mala, favore propitiæ majestatis electus est, ut per ipsum servitutis squallore detersa, securæ nobis libertatis munera redderentur; atque captivitatis jugo, fatigatis jam et oppressis cervicibus poneremus, quem pro nostra semper libertate pugnantem, incertissimæ inter casus humanos numquam bella fortuna decepit, apud Tarsum genitus, etc. Tarsum vero hanc, non Ciliciæ metropolim, sed Bithyniæ oppidum, ipsumque Drepanum a curvatura littoris dictum (nam δρέπανον falx est Græcis) contendit Lipsius. Notavimus supra 9 Januarii ad S. Eustratium etiam Tarsum oppidum eo tractu fuisse.

S. Helena an Treverensis

an potius Bithyna

In Britannia natum Constantinum contendit Baronius, planeque in mendaciis assertionem Nicephori censet. Unum illi præcipuum argumentum e Panegyrico qui ipsi Constantino dictus: Pater tuus, inquit, liberavit Britannias servitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti. Ast ortus ille et natalis Constantino in Britannia non vitæ, sed imperii fuit, ut præclare Lipsius. et Brawerus ex Huberto Gipbanio. Coeli Ducis Colcestriæ ac deinde Britannorum Regis filiam Helenam faciunt Westmonasteriensis ad an. Ch. 302. Henricus Huntingdonensis lib. 1, Historiar. Ranulphus Cestrensis lib. 4, cap. 26. Nicolaus Harpsfeldius, et alii recentiores plurimi. Sed hæc 18 Augusti in S. Helenæ vita excutere licebit. Validum e Firmico argumentum est, non tamen ejusmodi, ut, licet Constantini natales Tharsis asseruit, etiam Helenam Belgicæ eripiat. Potuit isthæc e Belgica Constantium comitari conjux vera, etsi non pari nobilitate, ipse quippe Claudii Cæsaris nepos erat. Si, ut ait Nicephorus, concubina fuisset non id siluisset Eutropius.

NOT. 13

CAPUT VIII.

Discipuli successor cælitus designatus, mors.

Inter multos itaque a sancto Dei Pontifice Agricio humectatos palmites duo honestæ proceritatis processerunt, qui tamquam præclara Ecclesiæ Dei sidera refulserunt, et velut candelabra duo, sive olivæ binæ in templo Domini suæ claritatis lumen circumquaque

S. Maximinus et S. Paulinus S. Agricii discipuli et successores.

Auctore Anonymo, ex mss.

que dederunt, Maximinus videlicet, et Paulinus Trevericæ metropolis Antistites, qui virtutum jubare relucentes, et melliti eloquii doctrina exuberantes, in agro Domini fideliter laborando, et bene vivendo, exempla sequacibus proponendo, atque usque ad supernæ vocationis suæ diem inchoati certaminis cursum feliciter percurrendo, divinarum lectionum auctoritate muniti, velut boni pastores a B. Agricio pastore piissimo instructi et imbuti, pro creditis sibi ab Episcopo ovibus contra sævientium rabiem luporum viriliter dimicabant.

35 Enimvero vero B. Agricius non plus quam civitas in monte posita poterat abscondi, dum favus doctrinæ, quæ de labiis ejus stillavit, non solum vicinarum gentium esurientem satiavit, sed in partes longe remotas felicis rumor abundantiæ in brevi se dilatavit. Unde *a* B. Maximinus, et ejus spiritalis filius egregiæ indolis Paulinus gloriosa tanti viri fama perculsi nativum Aquitaniæ solum relinquunt, et sæpe dictam Galliæ Belgicæ metropolim, fontem vitæ a B. Agricio hibituri petierunt. Quos ille suscipiens cum omni benignitate, in omni vitæ custodiens sanctitate, tanta in eos usus est doctrinæ spiritalis studiositate, ut si esset possibile tota in eorum lactatione scripturæ sacræ ubera vellet exprimere. Dubitabile itaque non est, fratres mei, spiritu prophetico hunc virum sanctum fuisse prædoctum, quantum in domo Dei forent necessarii tales agonistæ, quibus tam præcipuum disciplinæ studium sciturimpendisse, ut dum ipsi ab hoc præclaro Christianæ militiæ instructi magistro, omnia Arianæ infidelitatis tela postmodum viriliter propulsarent, illud sapientis cujusdam præconium, de hoc suæ salutis monitore dicere non dubitarent:

Fama S. Agricii

a

Prævidet quanti sint futuri sui discipuli

Si quid alicui placet, laus monitoris erit.

36 His vero robustissimæ caritatis gemmæ columnis in templo Dei super firmam adeo petram fidei ab hoc S. Agricio locatis, ut quamdiu domus Dei harum fulcimento sustentaretur, nullius turbinis flamine, nullius impulsus conamine status ejus labefactaretur; tandem justæ divinæ ordinationis providentiæ placuit, ut Sanctum suum Agricium jam nimio senio gravatum, de ista valle lacrymarum vocaret, eum pro præ decurso viriliter hujus mundi stadio æternæ retributionis donare vellet bravio, Angelico ad eum utitur colloquio, quo ei et suæ vocationis tempus insinuavit et divina auctoritate mandavit, quatenus alterum e duobus suis, imo Christi discipulis, quos ad virilis robur scientiæ jam educaverat, Maximinum videlicet, utpote ætate priorem, Pontificatus successorem ordinaret, et Episcopatum Apostolica censura sibi commissum, divina illi auctoritate commendaret.

Moriturus, divinitus jubetur successorem sibi consecrare Maximinum

37 Non est incredibile, Fratres, huic sancto Patri Agricio propheticæ spiritum haud defuisse, cui constat Angelorum colloquium familiare fuisse. Quod autem desideratissimo Angelicæ relationis oraculo, ineffabili mentis tripudio exultavit, eventus probavit. Convocato itaque, absque retractatione aliqua, ingenti totius civitatis populo, cum omni mentis alacritate suæ dissolutionis tempus in proximo esse, quod ab Angelo Dei se didicit didicisse; hoc quoque non minori vultus et animi alacritate patefecit, quod ab eodem Angelo Dei divinitus sibi injunctum fuisset, ut B. Maximinum in ordine Pontificatus sibi subrogaret, eumque absque dilatione Pontificali benedictione manu propria donaret.

[illegible]

38 Eodem tempore erat vir quidam probatæ sanctitatis, nomine *f* Quiriacus, qui dum in sancta consuetudine haberet, ut per singulas noctes oratoria Sanctorum circuiret, contigit ut dum nocte quadam juxta solitum orationis suæ circuitum, S. Eucharii ingressus fuisset oratorium, astantem sibi videret Angelum Dei, qui et ipse præcepit ei, ut B. Maximino jussu Dei intimaret, ut Pontificatus honorem a S. Agricio sibi deferendum suscipere non dubitaret. Quod quidem vir Dei Quiriacus, prout jussus erat, B. Maximino indicare non tardavit. Sed ipse altissimæ humilitatis, quæ erat in magistro suo, honestus imitator, et propriæ fragilitatis fortis æstimator de se vilia judicavit; seque velut tantæ honoris celsitudini minus sufficientem humiliter excusavit. Postquam vero Dei voluntatem cum magistri sui auctoritate, et totius populi et Cleri studio quam maximo, in hac re vidit concordare, noluit et ipse nutum Dei amplius morando prolongare.

f

S. Maximino [illegible]

39 Consentientibus igitur et gaudentibus cunctis sanctus discipulus Maximinus a sancto magistro Agricio *e* consecratur, et infula Pontificali de manu ipsius decoratur. Quæ res dum juxta Dei voluntatem et hominum necessitatem rite fuisset ordinata; non est gratia benedictionis æternæ a beato Agricio prolongata. Non multum enim spatium temporis post hæc intercessit, cum inter inclytos Christi Confessores, et egregios mundi hujus triumphatores, a retributore honorum omnium Deo collocandus, et mira cælestis gloriæ corona coronandus, in Januarii Idibus carne solutus, hinc ad cælestia decessit.

Consecratur Episcopus.

e

Moritur S. Agricius

40 Cujus sacrosanctum corpus multimodis Christianæ militiæ passionibus, velut aurum purissimum purgatum, et tamquam in ara crucis crematum, insignis Præsul Maximinus cum suo spiritali filio Paulino per omnia Apostolico viro, ut postea in Arriano claruit bello, cum maxima populi ac Cleri frequentia debita sepelivit honorificentia, in eo videlicet *d* loco, eoque positionis modo, quo ipse Pater humillimus adhuc in carne positus dictaverat, ipsisque suis discipulis suæ præcepta sepulturæ proprio ore ordinaverat.

Sepelitur.

d

41 Quomodo dubitari valet, Fratres, hunc S. Agricium multipliciter de manu Dei coronari, pro multiplicibus scilicet suæ structuræ ædificiis super fundamentum, quod est Christus, vel hactenus in hac Ecclesia constructis, vel per omnia deinceps tempora construendis? sicut enim omnis structuræ supereminentia a fundamento erigitur cunctasque consistendi vires inde sortitur; sic ad B. Agricium fortissimum nostræ fidei fundamentum merito post Dominum refertur, quidquid in hoc templo Dei, quod nos sumus structuræ Dei, culturæ Dei, ædificationis Dei, vel usque modo superinferebatur, vel amodo superinferendum esse speratur. Unde non immerito inæstimabiliter a Domino coronatur, per quem ipsi, qui est mundi cordis perpetuus habitator, incomparabilis pretii in æternum mansura habitatio in nobis paratur. Verbum caro factum est, et salutari ipsius suorumque successorum doctrina nobis patefactum habitabat in nobis.

Quantum ei debeat Ecclesia Trevirensis.

42 Instar itaque præclaræ cujuslibet structuræ materialis hujus Ecclesiæ statum quasi quoddam ædificium fabricæ spiritalis quoquo modo descripsimus, cujus fundamentum B. Agricium posuimus, cætera autem huic structuræ appendentia, imo ipsam gloriosam hujus domus Dei magnificentiam quam plurimum augentia, parum quidem compendiosa licet recapitulatione, in hujus tamen materiæ locavimus compositione; eo videlicet locutionis ordine, quo ipsa hujus compositio materiæ unumquemque ex istis lapidibus vivis rationabili occasione nobis videbatur offerre. Hi sunt autem inæstimabilis pretii lapides in domo Dei fulgentes, Maximinus, Agricius qui et primus, atque Nicetius Præsules præclari, sanctitate conspicui, qui templum Domini non parum decorantes, quam plurimum firmantes. De his itaque divæ memoriæ Patribus, Maximino videlicet atque Nicetio, necnon Agricio, ob cujus nominis titulum et memoriam, hæc cunctaque descripsimus, retulimus fidem atque firmam spem habere debemus, quod quantum decore templi hujus præsentialiter exornant tantum ... perpetualiter sufficiunt faciem placare Judicis

Epilogus

Nov. 15

Laus SS Agricii, Maximini, Nicetii

Judicis, et conscii Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat in secula seculorum, Amen.

a *Vita S. Maximini 29 Maii :* Maximinus divino instinctu genitale solum relinquens, atque in Belgicam Galliam commigrans, in Trevirorum urbe substitit, et spectati Præsulis Agricii magisterio se informandum submisit, in quo tanta ubertas gratiæ spiritualis eminebat, ut apicem dignitatis ornaret titulo sanctitatis. Cujus rei fama tum et alios diversis ex partibus, tum etiam hunc Maximinum acciverat. *Idem de* Paulino *alibi*.

b *De hoc* S. Quirinco *agemus* 6 *Martii*.

c *In S. Maximini vita, solum dicitur* S. Agricius *illum* suis benedictionibus confirmatum post se futuram designasse Pontificem. *Post* Agricii *autem obitum, S. Maximinus* consensu sacrorum ordinum, totiusque plebis annisu a vicinis Episcopis Pontificali est excellentia sublimatus. *Idem scribit Brawerus*.

d De sepulturæ *S. Agricii* primo loco, *inquit Brawerus*, veterum discrepant sententiæ: quippe S. Maximini cœnobii documentis, isthic a multis seculis reconditum veneratumque, sicut etiamnum testatissimum est. At publicis nihilominus Trevericorum gestorum litteris sepultus proditur apud corpus S. Eucharii, qui locus in D. Mathiæ monasterio veterum erat Episcoporum sepulturæ dicatus, ubi et S. Agricii extitit quondam titulus. Ceterum hæc res avorum memoria minus prudenter animadversa, exempli pravi dissensionibus locum aperuit, cœnobitis pio non magis quam pertinaci utrimque studio, corpus beati Præsulis sibi vindicantibus. At rebus attenta cura discussis et ad liquidum exploratis, Richardi excellentis memoriæ Pontificis sententia fuit, relicta in medio primæ sepulturæ caussa, quod a majoribus factitatum constaret, in uno B. Maximini cœnobio beatissimi Pontificis et cineres colendos et honorandam memoriam. *Ita ille. Caput traditur Coloniæ asservari*.

Ex variis.

Sepulchrum S. Agricii.

Not. 14.

DE S. LEONTIO EPISCOPO

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

Circiter an. CCCXXXVII. XIII Januarii.

SS. PP. conc. Nicæni laudati a Gregorio Presbytero.

Trecentos et octodecim sanctos Patres, qui concilio Nicæno I interfuerunt, historica oratione laudavit cum anonymus scriptor apud Metaphrasten x Julii, tum Gregorius Presbyter Ecclesiæ Cæsareensis (sive, ut est in Græco, Georgius) qui initio septimi seculi vixisse se his verbis ostendit :* Et nunc apud eos omnes celebratur et nominatur Nicæa, apud quos sanctorum horum trecentorum decem et octo Patrum honorata est synodus. Quantum autem illi pro ea laboraverint, et quantam ejus curam gesserint conjicere licet ex ea re admirabili quæ nostra ætate facta est. Nam cum ingrati fuissent Assyrii, et, per quod eis parta est salus, Romanum imperium depopulati essent et vexassent; et omnia (quid enim aliud dicendum est?) barbarica consumerent insolentia, permansit intacta a Babylonica omni contumelia, *etc. Agit de Cosroe juniori, qui a Mauricio Imper. restitutus in regnum, postea Romanos multis cladibus attrivit, donec ab Heraclio tandem debellatus est. Scripsit autem hanc sanctorum Patrum laudationem Gregorius, rogatu Theophili Episcopi Nicæni.*

S. Leontii natalis.

2 *Horum porro Patrum quidam peculiarem in Ecclesia venerationem obtinent;* Leontius *Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, qui unus e primariis fuit, Idibus Januarii. Quo die ista habentur in Martyrologio Romano:* Cæsareæ in Cappadocia, S. Leontii Episcopi, qui sub Licinio adversus Gentiles, et sub Constantino adversus Arianos plurimum decertavit.

Labores pro fide.

3 *Ejus* multi quidem, *inquit Gregorius Presbyter*, etiam antequam veniret ad Nicænam synodum, emanarunt sudores propter fidem; multi autem per ipsum Martyres et victores athletæ prostraverunt adversarium; multique ejus usi vitæ magisterio cæli cives effecti sunt : quorum unus magnus ille inter victores Gregorius fuit, qui et reliquias sanctarum Martyrum Ripsimes et Gajanæ invenit, et incontinentem Tiridatem dejecit primum, post etiam ad fidem adduxit.

S. Gregorii Armenii gesta.

4 *S. Gregorii Armenii vitam dabimus* 30 *Septemb. in qua tum de nece, inventione, honoribus* SS. Ripsimes *et sociarum, quæ* 29 *Septembris coluntur a Latinis,* 30 *a Græcis; tum de* S. Gregorii *ordinatione agitur.* Anace *patre cum tota familia interfecto, deportatus fuerat Cæsaream, ubi et Christianam hausit religionem : postea in Armeniam cum Tiridate reversus, plurima ab eo fidei caussa perpessus, in profundo barathro annis plurimis mirabili Dei providentia sustentatus; dein, ut Tiridatem ejusque Proceres furore divinitus ob Ripsimes et sociarum cædem immisso liberaret, eductus, fidei quoque mysteriis illum ac regnum prope universum imbuit. Quare tandem ab eo missus est Cæsaream ad* Leontium, *ut ab eo Episcopus consecraretur, addita epistola, quam magna animi submissione Rex scripserat.* Hac accepta epistola, *inquit auctor vitæ S. Gregorii,* Leontius magnum Gregorium et legatos accepit honorifice, et cum eum simul adhibitis aliis, qui aderant, Episcopis, consecrasset, cum pari humanitate dimittit et honore. *Id quando acciderit, inde colligi potest, quod* Ripsime, *ut Diocletiani Imperatoris libidinem declinaret, fugerat in Armeniam; neque multi videntur usque ad Tiridatis conversionem anni intercessisse. Fortassis eo tempore id contigit, quo Licinius in gratiam Constantini aliquam Christianis quietem indulsit. Baronius ad annum Christi* 311 *refert, ubi nu.* 23 *et sequentibus de Gregorio agit.*

Consecratio per Leontium.

filii

5 *Eodem tempore, a Sancto quoque fortassis* Leontio, *in Ecclesia certe Cæsareensi,* Orthanes *et* Arostanes, *quos Gregorius ex legitima conjuge olim juvenis susceperat, ad omnem Christianæ virtutis absolutionem instituti sunt : et prior quidem jam et gradu Presbyter erat, et officio Ecclesiastes, alter vero solitariam vitam complexus Deo vacabat : suntque ambo in Armeniam a Tiridate, tribus illustribus ad eos accersendos missis Legatis, perducti.* Arostanes *post Nicæno concilio interfuit; isque esse videtur qui* Aristæus *in subscriptionibus appellatur, Diospontanus in Armenia majore Episcopus, alius* Acrites, *et* Aristarces.

Episcopus primarius Armeniæ a Cæsareensi consecrandus.

6 *Deinceps, ut a* Leontio *Gregorius, ab Archiepiscopo Cæsareæ Cappadociæ consecrari magnæ Armeniæ Episcopus consuevit. Ita Nicon Græcus auctor (quem Baronius tom. 3, ad an.* 311, *num* 24, *aliique* Sanctum *appellant, putantque sanctum illum monachum esse qui* 26 *Novembr. colitur) in fragmento libri de Armeniorum erroribus :* Deinde cum magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Episcopus, cavisset Armeniæ Episcopum a nullo alio esse ordinandum quam ab illius temporis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, ubi ipse quoque ordinatus est, et horrendæ exsecrationes et anathemata in eos sit intentatum qui aliter faciunt, hæc quidem illi transgrediuntur : a Syriæ autem Amerano universalis eorum Episcopus ordinatur. Sin autem magnum Gregorium hæc constituisse; ostendant nobis ejus ad filios constitutiones, et os eis obturabitur.

Leontio præsente baptismum poscit pater S. Gregorii Theologi.

7 *Anno Christi* 325, Paullino et Juliano Coss. *habita est Nicææ œcumenica prima synodus. Ad eam cum proficisceretur* Leontius, *Nazianzo (quod oppidum est Cappadociæ secundæ) cum aliis Episcopis transiit, videturque ad Gregorii Theologi parentes divertisse, eoque præsente vel baptizatus vel ad baptismum catechesi imbutus S. Gregorius Theologi pater, post illius loci Episcopus. Ita filius in laudatione funebri* 1 *Januarii, num.* 13. Ac proinde cum res ita nata fuisset, ut ad profligandum nuper exortum Arii insanum dogma, quo Divinitas scindebatur, permulti Episcopi Nicæam properarent, Deo sese veritatisque præconibus tradidit, ac desiderium profitetur, communisque salutis auxilium ab iis poscit : in quibus illustris quoque Leontius erat, qui metropolim tunc nostram moderabatur.

Interest Nicænæ synodo Leontius.

8 *Quæ in concilio ediderit* Leontius *suæ eruditionis documenta, licebit ex ipsius concilii Actis qualiacumque ea extant, colligere : alii præclara ejus de altissimis*

nostræ

nostræ religionis mysteriis disputationes lib. 2 edit. Alfonsi Pisani nostri. Et lib. 4, in Catalogo sanctorum Episcoporum, per quos Nicæna sancta et magna generalis synodus, ea quæ in ipsa per Spiritum sanctum judicata sunt, omnibus super terram Dei Ecclesiis transmisit; inter primos ponitur Leontius Cæsareæ Cappadociæ, Ecclesiæ Domini ornamentum, Ecclesiis per eamdem Cappadociam, et Galatiam, Pontum, Diospontum, Paphlagoniam, Pontum Polemoniacum, Armeniam parvam et magnam.

et cum eo Hermogenes.

9 *Videtur, uti cum* Alexandro Alexandriæ magnæ Episcopo *concilio interfuit* Athanasius ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus; et cum Macario Hierosolymitano, Eusebius postea Cæsareensis; *ita et* Hermogenes Leontio *adfuisse. Nam Basilius utriusque in Cæsareensi cathedra successor in epistola* 82, *ad Patrophilum Episcopum ita scribit* : Arium primum secuti, postea ad Hermogenem sunt mutata sententia conversi, qui ex diametro hostis erat Arii improbatæ opinionis, quemadmodum manifestum est ex fide quæ primum ab illo viro Nicææ pronuntiata est. *Fuit vero* Hermogenes, *ut idem ostendit ep.* 74, *Cæsareæ post* Leontium *Episcopus. Neque hic adstipulamur Baronio an.* 325, *nu.* 33, *existimanti Basilium hic memoria lapsum : qui enim potuit non recordari quid decessores sui in ea re egissent, quam ipse in dies pertractaret?*

Leontius senex.

10 *Superstitem fuisse ad annos complures Leontium ex Gregorii Presbyteri conjici oratione potest, qui quæ de Patribus Nicænis indefinite scribit, præcipue videtur de Ecclesiæ, in qua ipse degebat, asserere Antistite voluisse. Ita ergo habet* : Illi autem non secus ac limpidi fluvii ex uno Nicææ fonte divisi, ad suum quisque gregem pervenerunt, fructum referentes beatæ peregrinationis salutare mundi symbolum. Et cum veneranda senectute, et in vitæ ex virtute profectu suæ parœciæ illustrassent curriculum, beatam fortem sunt consecuti.

11 Benignus autem et clemens Deus servorumque suorum amator beneficus, qui eos glorificat qui ipsum glorificant, cum eorum animas dignas censuisset, ut fruerentur deliciis in cœlo repositis; non sine munere ac præmio dimisit eorum castissima corpora, sed miraculo quod est præter opinionem, per hæc quoque suos honoravit ministros. Communem enim mortem tanquam naturalem eis somnum induxit. Unde quæ hos Patres suscepere corpora, manserunt in unoquoque jusque parœciis minime dissoluta. Horum autem fortasse sunt multi quoque alii testes, qui in locis viderunt id quod dicitur, et qui Sanctos ipsos, veluti quondam somno tenerentur, cum aliquando eorum aperirentur loculi, in eis sunt complexi. Quin etiam sumus quoque nos hujus non falsi testes spectaculi. Angelis enim paris Leontii Cæsareensium Ecclesiæ sanctissimi Præsulis, *(interjicit in parenthesi, quæ supra de ejus ante Nicænam synodum laboribus retulimus)* hujus inquam, pretiosas reliquias complures nobiscum videre, quæ neque pilos abjecerant, neque ungues amiserant; erant autem plenæ omni unguentorum fragrantia.

Ejus corpus diutissime post mortem incorruptum.

12 *Hinc liquet primum ad* 300 *annos illud sancti Præsulis corpus mansisse incorruptum, tanto enim post intervallo scripsit Gregorius* 2, *non continuo, ut est in Nicæna synodo domum reversus, diem obiisse. Sepultus est autem in S.* Hesychii *Martyris basilica. Ita enim dicitur in vita S. Basilii* 14 *Junii* : Simulque concurrentibus duodecim Episcopis et multitudine civitatis, deposuerunt eum in arcarisimum marmoreum in templo sancti et gloriosi Martyris Hesychii, ubi et Leontius ante eum Episcopus cum ceteris dormit. *Hunc arbitramur esse Hesychium Antiochenum Martyrem, quem Latini* 18 *Novembris, Græci* 10 *Maii venerantur. Ghinius fœde hallucinatur, dum obiisse eum scribit circa annum* 311, *dum patrem ait baptizasse* : *voluit forte S. Gregorii Theologi patrem dicere, ast illum quoque non baptizavit* Leontius, *sed vel baptismo ejus vel catechesi interfuit, ut diximus. Denique* Angelum pacis *vocat Ghinius ex verbis, ut profitetur, Gregorii Presbyteri : at Gregorius* ἰσάγγελον, *sive* Angelis parem *appellat.*

Ejus sepultura

Ghinius correctus.

13 *S. Leontii* reliquiæ, *ut scribit Saussaius,* ab Oriente in Italiam translatæ Vicentia in Gallias Othone imperante delatæ sunt, atque Metis in ecclesia S. Vincentii repositæ, ibidem cultu condigno observantur. *At Sigebertus in Chronico ad an.* 970 *scribit a* Deoderico *Episcopo corpus* S. Leontii Episcopi et Martyris *Metas deportatum. Alius colitur Vicentiæ* Leontius *Martyr* 20 *Augusti, at non est Episcopus.*

S. Leontii reliquiæ

14 *Quædam scripsisse* Leontius *videtur testante S. Athanasio orat.* 1 *contra Arianos* : Si scripta ista ab orthodoxis proficiscerentur, qualia sunt magni illius et Confessoris Hosii, Maximini Galliæ, aut ejus successoris, aut Philogonii et Eusthatii Orientis Episcoporum, aut Julii et Liberii Romanorum Pontificum, aut Cyriaci Mysiæ, aut Pisti et Aristæi Græciæ Episcoporum, aut Silvestri et Protogenis Daciæ, aut Leontii et Eupsychii Cappadociæ Episcoporum, *etc* nihil esset quod in his scriptis suspicarere : sincera enim et simplicia Apostolicorum virorum ingenia sunt. *Cujusmodi vero illa fuerint scripta, haud comperimus.*

Scripta

DE S. HILARIO EPISCOPO

PICTAVIENSI IN GALLIA.

§ I. *S. Hilarii nominis celebritas, publica veneratio.*

Ex Conc. ...

Pictones Aquitaniæ populi, Ptolemæo Πίκτονες, *in tres hodie tribuuntur Episcopatus,* Malleacensem, Lucionensem, *omniumque celeberrimum* Pictaviensem : *hujus sedes civitas* Pictavorum, *sive* Pectavorum, *ut habet vetus nostra Ms. notitia provinciarum, deinceps* Pictavis, Pictavium, urbs Pictava, Pictaviensis civitas, Pictavia, *et* Pictavium *dicta* : *quæ an* Augustoritum, Limonumve *Ptolemæi sit, disputant alii. Quando isthic Episcopalis erecta sit Sedes, non proditur. Cl. Roberti aliorumque catalogus primum Antistitem exhibet S.* Victorinum, *scriptis et martyrio Diocletiani persecutione obito illustrem, ut 2 Novembris diximus, a quo Christianæ religionis præceptis imbutos Pictavos* Probo *et* Carino Imperatoribus *asserit Gallia* ...

2 *Demochari, Chenu, Roberto decimus memoratur* S. Hilarius, *qui in Mss. ab eodem Roberto citatis nonus est, omisso nimirum* Pascentio I, *quem rectius fortassis* Maxentium I, *diximus,* S. Maximini II, *Treverensis Episcopi fratrem natu majorem, qui sedisse jam tum videtur, cum ille ad S.* Agricium *(de quo jam actum) Treviros profectus est. Et ipse tamen jam an.* 336 *Episcopus erat* Maximinus, *cum isthuc relegatus* Athanasius *est. Hunc vero* Maxentium *quidam cum* S. Maxentio *incluso, de quo* 26 *Junii, plures cum* Maxentio II, *(si fuit secundus aliquis, quem vulgo statuunt decimum quintum ejus Sedis Episcopum) confundunt. Nam quod* Maxentium, Maximinum, *ac* Jovinum *(qui 1 Junii colitur) volunt S* Hilarii *discipulos fuisse, haud satis probamus, cum Hilario* Maximinus *haud paullo fuisse ætate provectior videatur.*

Ejus Episcopus Hilarius

3 *Porro* Hilarium *adhuc superstitem Fratres Concilii Parisiensis I, an. Ch.* 362, *fidelem Dominici nominis*

Laudatus a SS. PP. S. Hieronymo

minis prædicatorem *appellant S. Hieronymus lib.* 17, *comment. in c.* 61 *Isaiæ ad hæc verba :* Gloria Libani ad te veniet, *sic ait :* Ne longo sermone sensum traham; vir sanctus et eloquentissimus Martyr Cyprianus, et nostri temporis Confessor Hilarius, nonne tibi (*Eustochium Virginem alloquitur*) videntur excelsæ quondam in seculo arbores, ædificasse Ecclesiam Dei? *Ab eodem appellatur in Psalm.* 58, *Hilarius,* beatus Antistes, et inter procellas mundi magnus sustentator Ecclesiæ : *quando nimirum, ut ait lib. adversus Luciferianos,* ingemuit totus orbis, et Arianum se esse miratus est. *Ubi et addit :* Alii intra suam communionem remanere : alii ad eos Confessores qui sub nomine Athanasii exulabant, cœperunt litteras mittere : nonnulli mitam societatem meliorum desperatione planxerunt : pauci vero (ut se natura hominum habet) errorem pro consilio defensavere. Periclitabatur navicula Apostolorum : urgebant venti : fluctibus latera tundebantur; nihil jam supererat spei. Dominus excitatur, imperat tempestati; bestia moritur, tranquillitas redit. Manifestius dicam : omnes Episcopi, qui de propriis fuerant exterminati, per indulgentiam novi Principis redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Ægyptus excepit : tunc Hilarium de prælio revertentem Galliarum Ecclesia complexa est : tunc ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit, *etc. Idem Hieronymus præclaris Hilarii doctrinam encomiis celebrat, quorum nonnulla infra citabuntur.*

S. Augustino,

4 *Neque Hieronymo Augustinus cedit : nam lib.* 6, *de Trinitate cap.* 10 : Non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum, et assertione fidei vir extitit Hilarius, *et lib.* 1, *contra Julianum, cap.* 3, Ecclesiæ Catholicæ adversus hæreticos acerrimum defensorem, venerandum quis ignorat Episcopum Gallum? *et lib.* 2, *de doctrina Christiana cap.* 40, *ubi quod ab Ethnicis bene scriptum sit, in nostrum usum convertendum ostendit, his utitur verbis :* Nonne aspicimus quanto auro et argento et veste (*scientiæ Ethnicorum*) suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus, Doctor suavissimus et Martyr beatissimus, quanto Lactantius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius?

Cassiano.

5 *Cassianus quoque lib.* 7, *de Incarnat. cap.* 24, Hilarius vir virtutum omnium atque ornamentorum, et sicut vita ita eloquentia insignis, qui et magister Ecclesiarum et Sacerdos non per sua tantum merita, sed etiam per profectus crevit aliorum; et inter procellas persecutionum ita immobilis perstitit, ut per invictæ fidei fortitudinem etiam Confessoris ceperit dignitatem. *Recentiorum innumera prætermittimus testimonia, et multa aliorum SS. PP.*

Ejus natalis 13 Jan.

6 *Eam* Confessoris dignitatem *sacræ omnium prope Ecclesiarum sanciunt tabulæ. Nam (ut vetus Romanum Sanctique Hieronymi Martyrologia omittamus, in quibus breviter solum de more nomen locusque exprimitur) Centulense, Bedæ prænotatum nomine, ita habet .* Pictavis S. Hilarii Episcopi et Confessoris, fide et virtute magnifici. *Beda excusus, Ado, plurima* MSS. Pictavis S. Hilarii Episcopi et Confessoris, qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur quod mortuum suscitaverit. *Eadem fere Usuardus, Bellinus, Martyrologium Romanum. In Adone* MS. *S. Laurentii Leodii additur :* Filiam etiam suam, Apram nomine, ad virginitatem conservandam in exilio positus, per epistolam cohortatus sit. *Rabanus :* Et in Pictavis depositio Hilarii Episcopi et Confessoris egregii; qui sub Constantio Augusto hæretico propter fidem Catholicam in Phrygiam in exilium pulsus est. De quo inter alias virtutes refertur, quod orando mortuum suscitaverit. *Consentiunt* MS. *S. Maximini, Notkerus, Martyrolog. Coloniense. Plura e vita accepta narrant Martyrologium Germanicum, Ghinius, Saussaius in Martyrologio Gallicano. Florarium* MS. *et Viola Sanctorum,* Patronum *statuunt* mulierum parturientium, ne mortuos pariant fœtus, *propterea fortassis quod puerum non initiatum baptismo suscitarit ad vitam, quo et vitam hauriret spiritalem.*

Ex variis.

7 *In veteri Missali Romano Venetiis excuso anno Christi* 1508, *nulla S. Hilarii mentio extat. Ex Appendice* MS. *Sacramentarii S. Gregorii ejus festivitatem citat Gavantus. In Romano, opera Cardin. Quignonii, auctoritate Pauli III, edito anno Ch.* 1535, *omisso de octava Epiphaniæ officio, celebatur* XIII *Januarii* S. Hilarius. *Verum in eodem Breviario dein recognito, Octava Epiphaniæ restituta est, festumque* S. Hilarii *in* XXXI *rejectum, quo die et in antiquo Breviario Eborensi adnotatur. Tandem Martyrologio Romano hæc clausula adjecta est :* Ejus autem festivitas sequenti die celebratur : *itaque* XIX *Kal. Februarii semiduplici officio, in Romana ac plerisque aliis peragitur Ecclesiis.*

Variis diebus celebratus.

8 *Hoc* XIII *Januarii refertur in Kalendariis* MSS. *et seculo* XV *excusis Missalibus, Suecico et secundum ordinem S. Dominici; Breviariis, Antverpiensi et Britannico ad usum Ecclesiæ Sarum sive Sarisberiensis; item sub initium seculi* XVI *editis Breviariis, Bruxellensi, Brugensi, Ultrajectino, Rotomagensi, Windeshemiensi, et aliis; in quibus post officium de Octava* S. Hilarii *commemoratio adjungitur. In Breviario Sarum lectiones secundi nocturni ejus vitam brevi compendio exhibent. Eodem die Wandelbertus :*

Olim 13 Jan.

Idibus Hilario Pictavæ militat urbis
Plebs devota, suo Pastor quam fulsit honore.

Et 12.

9 *Pridie Iduum celebratur in quarto Kalendario codicis Capuani* MS. *et* 5 *Kalend. Breviarii Capuani impressi, apud Michaelem Monachum parte quarta Sanctuarii :* S. Ylarii Episcopi et Confess. atque Doctoris lect. 3, *quas notat idem monachus, ex Actis a Fortunato descriptis esse compositas. Eodem die in veteri Kalendario Cameracensi aliisque refertur.*

Ac 14.

10 *At* XIV *Jan. ista habet Galesinius :* Pictavis in Gallia S. Hilarii Episcopi et Confessoris. Hic Episcopus factus pastorale munus summa cum laude gessit. Catholicæ fidei defensor, multis Arianorum petitus insidiis, tandem dolo Saturnini Arelatensis Episcopi in Phrygiam relegatur. Inde quatuor post annos ad Ecclesiam suam revocatus, ita egit, ut pastorali suo studio Gallia universa, repudiata Ariana impietate, Catholicam fidem tueretur : aliis præterea rebus mirabiliter, divineque gestis, et doctrina clarus migravit ad Dominum, Valente et Valentiniano Imperatoribus. *Molanus quoque in 2 editione ad hunc diem Usuardi verba transtulit. Martyrol. Ord. Prædicatorum .* Pictavis in Gallia Natalis S. Hilarii Episcopi et Confessoris, qui ob Catholicam fidem, quam strenue propugnavit, quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alia miracula mortuum suscitavit. Migravit in cælum Idibus Januarii, sed ejus festivitas hodie celebratur. Festum duplex. *Kalendarium Breviarii Audomarensis :* Hilarii Episcopi et Confessoris, magnum duplex pro et post, *id est a primis vesperis ad secundas inclusive, ut ex officio patet, in quo de ejus vita Lectiones novem, hymni tres, oratio, antiphonæ, et responsoria propria leguntur.*

§ II. *S. Hilarii vitæ scriptores.*

Quotquot hac ætate Sanctorum vitas collegere, ii omnes S. Hilarii *gesta pluribus prosecuti sunt : fusissime Joannes Gillotius cum ejus opera Parisiis, anno* 1572, *edidit; et Joannes Bouchetus parte* 1 *Annalium Aquitaniæ, cap.* 6, *ac novem sequentibus; Baronius quoque tom.* 3 *et* 4 *Annal. Eccles. His omissis coævos scriptores, aut certe antiquos proferemus : primo quidem S. Hieronymum lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi opera ab eo scripta breviter recenset : tum Sulpitium Severum qui lib.* 2 *hist. Eccl. labores ejus pro religionis Catholicæ defensione adversus Arianos in variis conciliis et exilio susceptos enarrat. Deinde Fortunatum, qui vi-*

Vita unde hic descripta.

Ex variis.

vitam ejus et miracula a morte patrata duobus libris comprehendit, quos cum variis MSS. contulimus. Miraculum his unum addemus ex S. Gregorio Turonensi lib. de gloria Confessor. cap. 2, plura ex Flodoardo lib. 4 hist. Ecclesiæ Remensis cap. 48, nonnulla e Bouchelo. Demum varia de reliquiarum translationibus discutiemus.

12 *Unum hoc loco vocari a quopiam in quæstionem potest: Quis hic sit* Fortunatus, *quis* Pascentius Papa, *cujus jussu conscripta* Hilarii *vita. Fuit* Venantius Honorius Clementianus Fortunatus *Presbyter Italicus, qui extrema ætate, cum diu in Gallia habitasset, creatus tandem Pictaviensis Episcopus, egregia doctrinæ et religionis laude floruit. Eum vitæ hujus auctorem asserit Joannes Tritthemius lib. de scriptoribus Eccles. qui tamen librum* unum *non* duos *citat. Idem Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ, Bellarminus de Scriptor. Eccles. Possevinus in Apparatu sacro, Vossius de scriptoribus Latinis, Molanus in notis ad Usuardum, Matthias Lambertii in vita S.* Hilarii *a se Belgice edita, Jacobus Tigeou in vita Gallice edita, Henricus Fabricius in vita Germanica, aliique sentiunt. Eadem Surii mens fuit, scribentis auctorem* Fortunatum tunc adhuc Presbyterum, *quem post* Pataviensem Episcopum *fuisse addidit in tertia editione Garnveltius, et claruisse circa annum Christi* 570 *sed* Pictaviensem, *ut opinamur, voluit scribere. Gillotius in editione operum* S. Hilarii, *vitam ex Surio præmittit, prætitulatque ipsis Surii verbis* auctore Fortunato tunc adhuc Presbytero, *in propria de gestis* S. Hilarii *commentatione, auctorem vitæ solum* Fortunatum *vocat, alterum Fortunatum citat* Fortunatum Episcopum Pictaviensem, *qui claruit circa annum* 590 *ut videatur duos agnovisse* Fortunatos. *Baronius in Notis ad Martyrol. Roman.* Fortunatus, *ait,* res gestas Hilarii duobus libris conscripsit, sed ex multis vix pauca perstrinxit: habet et Venantius Fortunatus de eodem epigramma lib. 2, *non tamen distinguit* Fortunatos *Baronius, cum unum eumdemque censeat tom. 4 ann. Eccl. an. Christi* 369, *num.* 25. Extat, *inquit,* de eodem S. Hilario epigramma Venantii Fortunati, qui itidem edidit duos libros, quorum prior de vita, posterior de miraculis S. Hilarii inscripti habentur.

An Venantius Fortunatus ejus auctor.

13 *Christophorus Browerus noster in vita* Venantii Fortunati *quam præfixit ejus poematis a se vulgatis et illustratis, cum ob Surii auctoritatem hujus quoque operis parentem agnoscat, licet subtimide ob styli varietatem. Ita ergo scribit:* Hujus itaque (*Surii annuam*) præsertim indicio constat, primo quidem Fortunatum S. Hilarii Pictavorum Episcopi vitam duobus libris, qui ad XIV Januarii leguntur, scripsisse, exilius tamen, nec quasi dicti ubertate, ut manus alienæ vestigium agnoscere queas. Extat ad eam vitam præfatio Pascentio Pictaviensi Episcopo inscripta, qua prolixita modestia sese luxe purgat, quod inter ingentia flumina, Euphraten puta S. Hilarii et B. Hieronymi Nilum, siccos fuerit ausus cursus extendere suos. *Hæc ille.*

Stylus non qui in aliis ejus scriptis.

14 *At* Pascentius *non* Pictavorum, *sed* Pictavorum *Antistes fuit, teste ejus nomine. De quo Claudius Robertus* XXIX Pascentius III. Ei dicat vitam S. Hilarii Fortunatus, eum appellans Dominum sanctum et meritis beatissimum. Papam. Successit Pientio ex jussu Regis Chariberti, *cum antea Abbas basilicæ S. Hilarii esset. Ita Greg. Turon. lib. 4, cap.* 18. *Obiit autem* Charibertus *regni anno* 9, *Christi proinde* 570, *nec multo post ejus mortem annis præfuit* Pascentius. *Nam tempore* Sigeberti Maroveus Episcopatum urbis adeptus est, *ut patet ad* in Turonensis *lib.* 9, *c.* 40. *At occisus est* S. Sigebertus *an. Christi* 575, *regni* 14, *ætatis* 40, *ut notat Greg. Turon. lib. 4 in fine.*

Quando Pascentius Episcopus.

15 *Christ. Browerus ... vidit* Venantium Fortunatum *venisse ex Italia in Galliam an. Christi* 575 *Post mortem vero* Pascentii III *citat Regionis et Sigeberti Chronica ... ille vero* Fortunati *non meminit, hic ita scribit ad eum annum :* Fortunatus poeta veniens ab Italia claret in Gallia. *Citius venisse patet ex carm. 4, lib. 6, ubi* Charibertum *Regem adhuc superstitem laudat. Imo eum anno* 567 *obierit* Athanagildus *Gothorum in Hispania Rex, quo conciliante, filias ejus* Brunichildem Sigebertus, Gelesuintham Chilpericus *duxere; liquet ambarum nuptias ante eum annum contigisse. At* Fortunatus, *quem prius in Sigeberti regnum venisse observat Browerus, jam tamen in Aquitaniam abierat, cum isthic excepta est* Gelesuintha. *Ita namque lib. 6, car. 7, ipse canit.*

Quando Fortunatus.

> Post aliquas urbes Pictavas attigit arces,
> Regali pompa prætereundo diem :
> (Inclytus ille quibus vere amplus Hilarius oris
> Et satus et situs est, ore tonante loquax ;
> Trax, Italus, Scytha, Persa, Indus, Geta, Daca, Britannus
> Hujus in eloquio spem bibit, arma capit.
> Sol radio, hic verbo, genitalia lumina fundit,
> Montibus ille diem, mentibus iste fidem.)
> Hanc ego nempe novus conspexi prætereuntem
> Molliter argenti turre rotante vehi.

16 *Verum esto, inquies, magna fuerit notitia familiaritasque mutua et* Venantii Fortunati *et* Pascentii III, *alium tamen* Pascentium *compellat auctor noster, ut liquido colligi ex ejus præfatione videtur, in qua enutritum a* S. Hilario *asserit :* Me dignatus es, *inquit,* o Pascenti, perurgere, quo de actibus sacratissimi viri Hilarii Confessoris, qui te ab ipsis incunabilis ante sua vestigia, quasi peculiarem vernulam, familiariter enutrivit; ut impensi muneris vel verba rependerem (MS. rependeres) et si non plene vel quadam ex parte complexa perstringerem; quatenus dum gregis auribus vox (*totius scilicet audita*) quodammodo, et vita Pastoris, antiquissimi (*oculis percepta*) resonaret, et ille probaret ministerium et ipse non celares affectum. *Hæc Fortunatus. At* Pascentius III, *annis fere ducentis ab obitu* S. Hilarii *creatus est Episcopus. Alius fuit* Pascentius, *quem secundum statuunt, qui* Maxentium *decessorem* S. Hilarii, Pascentium I, *vocant. Is proxime* S. Hilario *successit, et forte vel ideo electus, quod in ejus domo a puero ita esset educatus, ut in eo doctrinam, zelum, pietatem magistri fas esset agnoscere. Eum discipulum* S. Hilarii *appellat Bouchetus. Is videtur S. Hieronymum rogasse, ut* Hilarii *vitam scriberet; quod ille* recusavit, *ut hic dicitur,* attentare, quia huic materiei se imparem eatenus judicaverit ut taceret.

Senioris Pascentii ætas.

17 *Pergit auctor :* Et cum consultius sit mihi mirari, quam loqui, æquabilius fuerat hæc B. Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus conjuncta sunt. *Potuit S. Ambrosius Mediolanensis ante Episcopatum, vel in natali sibi Gallia, vel in Italia, consuetudinem cum celeberrimo Antistite* Hilario, *vir ipse illustris, et si aliquanto ætate minor, contraxisse; præsertim cum Insubres excoluisse post exilium* Hilarius *tradatur, ubi vel publicam vel privatam rem fortassis tunc curabat Ambrosius, post paullo Liguriæ Æmiliæque præpositus. Rufinum audi lib.* 10, *hist. Eccl. cap.* 30 *et* 31. Singulas quasque Ecclesias abjurata infidelitate ad sanitatem rectæ fidei revocabat *Eusebius Episcopus Vercellensis,* maxime quod Hilarium, quem dudum cum ceteris Episcopis in exilium trusum esse memoravimus, regressum jam et in Italia positum, hæc eadem erga instaurandas Ecclesias fidemque Patrum reparandam reperit molientem. Nisi quod Hilarius, vir natura lenis et placidus, simulque eruditus, et ad persuadendum commodissimus, rem diligentius et aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus et hæreticorum versutias, et nostrorum deceptiones, et male credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, ut et præsentes et longe positos, quibus ipse per sese disserere viva voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Gallias que suo splendore

An S. Hilarius S. Ambrosio notus.

S. Hilarius in Italia tale egit.

splendore radiarunt, ut omnes etiam de abditis angulis et abstrusis hæreticorum tenebræ fugarentur. Hæc Ruffinus de S. Hilarii in Italia laboribus, in quam rursus postea rediit cum Mediolani Valentiniano Imperatori subdolam Auxentii fidem conatus est patefacere. Tunc igitur coaluerit inter eum Ambrosiumque amicitia tam arcta, ut fratres hic Auctor vocet..

18 Gregorius Turonensis lib. de gloria Confessorum, cap. 2, ait virtutes multas ad S. Hilarii sepulchrum ostensas narrari, quas liber vitæ ejus continet, non indicato auctore, quod alibi facit ubi a Venantio Fortunato id præstitum : ita cap. 96. Albinus autem Confessor, cujus nuper vitæ liber a Fortunato est conscriptus Presbytero, etc. et cap. 45, relato de S. Severino Episcopo Burdegalensi miraculo, subdit : Vitam tamen hujus postquam hæc scripsimus a Fortunato Presbytero conscriptam cognovimus, et lib. 5, hist. Franc cap. 8, de S. Germano Episcopo Parisiensi ita scribit : Si quis tamen strenuus virtutes, quasi in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum vitæ illius, qui a Fortunato Presbytero compositus est, legens, cuncta reperiet. Ejusdem carmen citat lib. de gloria Martyrum, c. 42. Factus Episcopus Turonensis S. Gregorius an. 572, obiit circa an. 596, 17 Novemb. Ei Venantius Fortunatus sua dicavit poemata. Nam Turones profectus ad S. Martini visitandum sepulchrum, cum se Gregorio Episcopo mirifice probasset, multos versus ejus rogatu vario argumento fecit, ejusque vitam prope omnem enarravit An non ex hac mutua utriusque benevolentia conjici potest, minime omissurum fuisse Gregorium Fortunati nomen, si eum hujus quoque vitæ scisset auctorem?

Fortunatus S. Gregorio Turon. amicus.

19 Quid si vita antiquior Hilarii, Pascentio illi antiquo dicata, a Fortunato denuo recensita, aucta, editaque est? Bouchetus certe passim in Annal. Aquitaniæ et Saussaius XXV Novemb. S. Justum Presbyterum et S. Hilarii discipulum scribunt ejus vitam tradidisse litteris. Eam ex archivis Ecclesiæ Pictaviensis altero miraculorum libro auctam ediderit fortassis Venantius Fortunatus; atque uti modo qui vitas Sanctorum antiquitus scriptas solum publicarunt earum auctores vulgo habentur citanturque, Metaphrastes, Lipomanus, Capgravius, Surius, aliique ita auctor vitæ creditus sit, adeoque nomen ejus forte proœmiis intrusum, cum ante Justi legeretur. Addiderit etiam præfationem aliam ad Pascentium juniorem Quare cum duobus Pascentiis dicata a duobus auctoribus vita esset, unus idemque existimatus fuerit Pascentius, unicus auctor Fortunatus, omissa posteriore, quæ sola erat ejus, præfatione. Verba Saussaii de Justo sunt Postmodum S. Justus profectus ad S. Hilarium Episcopum Pictaviensem, singulare tum lumen religionis, ascitus ab ipso in disciplinam et contubernium, ob nitidos mores et perspicuam Spiritus sancti gratiam Presbyter ordinatus est, atque ad Petracorienses directus, prædicatione Evangelica cum fideles confirmavit, tum plerosque Ethnicos convertit, hæreticos autem, qui Arianismum exitiosa manu spargebant, forti reluctatione repressit. Deinde reversus ad S. Hilarium, præcipuus ei hæsit assecla ac cooperarius, cui et morienti cum assisteret et odorem percepit suavissimum, et lumen perspexit splendidissimum, quo ille spiritum beatum exhalando totum cubiculum perfudit. Is Justus ille est, qui sedulus beati Antistitis comes gloriosa ejus facinora, quæ viderat, veraci stylo descripsit Ex cujus charta, quæ diu a posteris multa religione servata est, Hildebertus eruditissimus suo ævo Episcopus testimonia tamquam exploratæ auctoritatis Turonis in Patrum consessu laudavit. Nec vero solum gestorum S Hilarii fidelis scriptor fuit Justus, sed et morum ac miraculorum suspiciendus imitator. In quibus mira frequentique captivorum liberatione Pictavis inclaruit. Quem ideo Pictavienses evidentia ejus sanctitatis commoti, in demortui S. Hilarii locum sufficere cogitarunt, atque reipsa sublegissent, ni humilitatis discipulus, tanto se oneri ratus imparem, semet mature subduxisset. Verum ista hactenus.

An S. Hilarii antiqua vita a Fortunato cruderata editaque

S. Justus S. Hilarii discipulus ejus vitam scripsit

Ex variis

20 Bouchetus sancti illius Justi vitam citat, quam necdum vidimus. Hildebertum vero idem vocat Hildebrandum Episcopum Cenomanensem, qui vitam S. Hilarii scripserit tempore Henrici et Alienoræ Ducum Aquitaniæ et Regum Angliæ, quorum nuptiæ inciderunt in annum Chr. 1151, testante Westmonasteriensi, cum tamen necdum Rex esset Henricus. Verum nullus tum Cenomanis sedit Hildebrandus. B. Hildebertus anno Christi 1129, ex Cenomanensi factus Archiepiscopus Turonensis, obiit 19, Decembr. an. 1136, vitamque scripsit S Hugonis Abbatis Cluniacensis, quam 19 Aprilis dabimus, et carmine vitam S. Mariæ Ægyptiacæ, atque aliorum Sanctorum.

Forte et Hildebertus Cenomanensis

21 Verum ut demus a S. Justo aliove scriptam primum S. Hilarii vitam, ac Pascentio fortassis illi seniori dicatam; probabilius tamen existimamus, eam quæ in manibus est, a Venantio fortunato, sive ex veteribus monumentis erutam atque expolitam paullulum, (unde illa fortassis styli a reliquis ejus operibus diversitas) sive compositam de integro. Nam eadem est primo et secundo libro Pascentii compellatio : at secundum librum constat esse Venantii vel ex eo quod miraculo primo narrat vixisse tum, cum ista scriberet, Probianum Episcopum Bituricensem, qui anno 555. Concilio Parisiensi II interfuit, et III, ann. 557, obiitque ante an. 573, cum ejus successor Felix eo anno Concilio Parisiensi IV subscripserit. Nam quod Pascentium dicit ante S. Hilarium, veluti peculiarem vernulam educatum, indicat in Ecclesia Pictaviensi a puero institutum, non aliunde adscitum Quæ de S. Hieronymo dicuntur, nisi sint ex priori vita transscripta, ita possunt exponi, ut velit tam illustria esse Hilarii gesta, ad quæ vel ipse S. Hieronymus conscribenda non facile esset accessurus; et quærendum quempiam S Ambrosii similem, qui, ut ille fratrem Satyrum, ita Hilarium dignis efferat laudibus. Nam si alioquin prior liber a coævo scriptus auctore, cur non Concilia post exilium habita in Gallia recenset? cur eum vocat antiquissimum Pastorem, qui nuper vixisset?

Venantius Fortunatus vel scripsit, vel expolivit.

§ III. *S. Hilarii patria, studia, conjugium.*

Passim Venantius Fortunatus eum Pictaviis genitum, situm, et satum ait, ut lib. 2, car. 16 et alibi, præsertim lib. 8, car. 1, de seipso scribens :

Pictavis residens, qua Sanctus Hilarius olim
Natus in urbe fuit, notus in orbe Pater.

Patria S. Hilarii Pictavium.

Auctor vitæ solum Aquitanum appellat : Igitur B. Hilarius, inquit, Pictavorum urbis Episcopus, regionis Aquitaniæ partibus oriundus fuit, quæ ab Oceano Britannico fere millibus nonaginta sejungitur Saussaius asserit in pago Claro, non procul a castro Passavantiæ, ipso in Pictaviensi agro, nobili familia, cui a Mureto nomen, patre Francario natum. Est Clarus vicus, castrumque Passavantia in agro non Pictaviensi, sed Andegavensi ad fluvium Laionem, qui in Ligerim influit. Testatur Bouchetus cap 6, Annal. Aquitaniæ a nonnullis existimari oriundum ex Santonum oppido Burgo (forte Talliaburgo) ad Carantonum fluvium; ab aliis ex inferiori Pictavorum agro, loco quem Naliers vocant. Burgensem appellat D. Antoninus par. 2, tit. 11, cap. 3. Quo tamen voce Bituricenses significari alicubi observavimus. Addit ipse Bouchetus in æde parochiali S. Hilarii Clissonii (Clesse vocat, juxta Mortanium Pictavorum) parentum ejus repertum sepulcrum fuisse, viginti annis antequam opus suum ederet, nimirum circa an. Ch. 1500. Patrem Francarium appellat, nomen matris non exprimit. Distat Clissonium quinque leucis ab urbe Namnetum, septem Mortanio, ad fluviolum Sebtim.

aut saltem Aquitanus

alius Clarus vicus,

alius Burgum oppid

Parens ejus

23 Bouchetus, eumque secutus Saussaius, aiunt primis ætatis annis obtuso ingenio fuisse; et Romam primum, deinde in Græciam profectum, sapientiæ et raræ eruditionis ac eloquentiæ, assiduo decennii studio,

Ubi studuerit.

EX VARIIS.

studio, ornamenta comparasse, *etc. Quæ forte nituntur auctoritate D. Hieronymi, qui eum ab* Heliodoro *Presbytero, dein Episcopo Altinensi, in litteris Græcis adjutum scribit, epist. ad Marcellam :* Quo, *inquit*, tam familiariter uteretur, ut ab eo quæ intelligere non posset, quomodo ab Origene essent dicta, quæreret. *Sed hæ Doctorum potius invicem consulentium collationes erant. Gallotius ait* de institutione litterarum, et ubinam bonis artibus sit imbutus, quibusve præceptoribus profecerit, nihil reperiri.

An adultus ad fidem sit conversus

24 *Deducunt nonnulli ex ipsius verbis lib.* 1, *de Trinitate, eum jam adultum ex lectione librorum Moysis et Prophetarum fuisse ad Christianam fidem conversum, et lavacro regenerationis ablutum. Verum erit fortassis, qui ex iis verbis deducat, non tam conversum quam ex vera contemplatione ad altiorem sanctissimæ Trinitatis, quibusdam velut gradibus, pervenisse cognitionem, qua mens in novam dicitur* nativitatem per fidem vocata, et ad cælestem regenerationem obtinendam potestati suæ permissa. *De baptismo certe dudum ante Episcopatum suscepto ipse lib. de Synodis in fine testatur :* Regeneratus pridem, et in Episcopatu aliquantisper permanens, fidem Nicænam numquam nisi exulaturus audivi ; sed mihi Homousii et Homœusii intelligentiam Evangelia et Apostoli intimaverunt. *Ubi studium sacræ scripturæ indicat.* Optimum semper fuisse Christianum *scribunt Vincentius Bellovacensis lib.* 14, *cap.* 23, *et ex eo S. Antoninus loco citato. Fortunatus infra in vita :* A cunabulis tanta sapientia primitiva lactabatur infantia, ut jam tunc potuisset intelligi, Christum in suis caussis pro obtinenda victoria necessarium sibi jussisse militem propagari.

Conjugatus ante Episcopatum,

25 *Conjugem duxit, filiamque ex ea suscepit. Deinde, ut Fortunatus addit,* seipsum propria disciplina coercebat intentus, quasi futuram speciem indicans, ut irreprehensibilis in templo Christi præpararetur Sacerdos. *In Breviario Romano dicitur* in matrimonio quasi monachi vitam egisse. *Sciebat enim* semper aut Episcopos virgines esse, aut post nuptias continentes,

post continens

aut viduos qui unam tantum habuissent uxorem, at certe post sacerdotium in æternum pudicos, *ut post a S. Hieronymo scriptum est : cujus hæc exprobatio Joviniano facta lib.* 1, *adversus eum, continentiam Episcoporum confirmat, ut immerito Boucherium negare ab antiquis assertam.* Certe confiteris, *inquit Hieronymus*, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat, alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur.

Filia quando nata

26 *Quando nata sit* Hilario *filia, unde patet quod tempore exilii parentis jam adulta fuerit. Boucherius conjugium inisse ait dudum ante obitum Constantini Magni, qui decessit anno Chr.* 337, *atque ante annum* 340, *Episcopum creatum Aliquantis, ex seu in Episcopatu permansisse, ut supra dictum est, testatur, ante turbas ab Arianis in Gallia excitatas, atque* ὁμοούσιος *et* ὁμοιούσιος *ex sacra Scriptura, non ex synodo Nicæna, didicisse.*

§ IV. *Exilium, tempus obitus.*

[illegible]

H*abita est in Gallia synodus Arelatensis an. Ch.* 353. *In ea, aut certe Biterrensi, de qua mox, a* Saturnino *Episcopo Arelatensi Arianæ factionis, damnatus Hilarius, quasi* quem audiri ut Episcopum non oporteret, *ut de se lib. contra Auxentium testatur. Successit an. Chr.* 355, *synodus Mediolanensis. De ea ipse Hilarius in libello ad Constantium :* Eusebius post Arelatensem synodum, cum Paulinus Episcopus tantis istorum sceleribus contraisset, venire Mediolanum præcipitur, collecta jam illic malignantium synagoga. *Acti tum plerique catholici in exilium Antistites,* Arbetione et Lolliano Coss. *ut Sulpicius infra num.* 2. *S. Hilarius, ut lib. ad Constantium ait,* post Sanctorum virorum exilia Paulini, Eusebii, Luciferi, Dionysii, a Saturnini, et Ursatii, et Valentis communione cum Gallicanis Episcopis separavit.

Non communicat iis Hilarius

28 *Eum tunc adhuc in Gallia fuisse, ex Sulpicio Severo de vita S. Martini constat. Hic enim anno* 356, *a militia missionem impetravit a* Juliano *Cæsare, ut primum hic in Gallias venit, exercitumque apud Vangionum civitatem coegit.* Exinde *S. Martinus, inquit Severus,* relicta militia S. Hilarium Pictavæ Episcopum civitatis, cujus tunc in Dei rebus spectata et cognita fides habebatur, expetivit, et aliquamdiu apud eum commoratus est. Tentavit autem idem Hilarius, imposito Diaconii officio, sibi eum arctius implicare, et ministerio vincire divino. Sed cum sæpissime restitisset, indignum se esse vociferans, intellexit vir altioris ingenii, hoc eum modo posse constringi, si id ei officii imponeret, in quo quidam locus injuriæ videretur. Itaque Exorcistam eum esse præcepit. Quam ille ordinationem, ne despexisse tamquam humiliorem videretur, non repudiavit. Nec multo post admonitus per soporem, ut patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine visitaret, ex voluntate S. Hilarii profectus est, multisque ab eo adstrictus precibus et lacrymis, ut rediret, mœstus (ut ferunt) peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres, multa se adversa passurum. *Hæc Severus, qui prosequitur iter S. Martini in Italiam, habitationem Mediolani, et fugam ad insulam Gallinariam, ex eaque reditum cum S. Hilarius ab exilio in Italiam et inde in Galliam revertebatur. Quare idem Severus censendus est duo Concilia, Arelatense et Biterrense, brevitatis caussa conjunxisse, dum scribit :* Ceterum a nostris tum apud Arelatem ac Biterras oppida Galliarum Concilia fuere. *Nam Biterrense non immediate post Arelatense, sed interposito Mediolanensi coactum est.*

S. Martinum Exorcistam consecrat.

29 *In Biterrensi ergo, eodem anno* 356, *cum hæresim Arianam, præcipuis Episcoporum proscriptis, ingerere parari et apertius audaciusque Saturninus,* gravissimum fidei periculum *longe ante* prævidens *S. Hilarius,* Gallicanis Episcopis per factionem pseudoapostolorum ad Biterrensem synodum compulsis, cognitionem hujus hæreseos obtulit. Sed hi timentes publicæ conscientiæ, audire ingesta ab eo noluerunt : putantes se innocentiam suam posse Christo mentiri, si volentes nescirent, quod gesturi postmodum essent scientes. *Ejectus tum Sede sua a Constantio Hilarius est,* atque exinde toto tempore in exilio detentus, *ut ipse lib. adversus Constantium de se scribit. Et S. Hieronymus infra lib. de scriptoribus Eccles.* Hilarius urbis Pictavorum Aquitaniæ Episcopus factione Saturnini Arelatensis Episcopi de Synodo Byterensi Phrygiam relegatus.

Ejicitur in exilium an. 356.

30 *Quarto exilii ejus anno, Christi* 359, *habita est synodus Seleucensis in Isauria, ad quam evocatus idem erat* Hilarius. *Inde Constantinopolim profectus, audientiam Constantii poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Sed jussus redire in Gallias, per Illyricum et Italiam splendore doctrinæ suæ hæreticorum tenebras dissipavit, adeoque circa finem anni* 360, *ad suos in Galliam pervenit. Quo anno dicitur ab Hieronymo in Chronico,* Gallia per Hilarium Ariminensis perfidiæ dolos damnasse, *quod tamen potissimum factum in Concilio Parisiensi I, habito anno Liberii Papæ II Juliani Aug.* 2, *Christi* 362. *Hanc Hilarii inter redeundum verbi divini prædicationem extollunt Socrates lib.* 3, *cap.* 8 *Sozomenus lib.* 5, *cap.* 12, *et Ruffinus* § 2, *citatus.*

Interest concilio Seleuciensi

Remittitur in Galliam

31 Sexto *tandem* anno postquam redierat, in patria obiit, *inquit Severus. Cum vero dies obitus putetur incidisse in Idus Januarii, referendus videtur ad annum Christi* 367, *quo* Valentinianus *et* Valens *Imperatores tertium imperii annum explebant, et quartum auspicabantur* 25 *Februarii. S. Hieronymus in Chronico :* Hilarius Episcopus, *inquit*, Pictavis moritur. *Ad eorumdem Imperatorum annum tertium plurima MSS. apud Pontacum, et excusum ab Auberto Miræo ea recitant verba, quo videlicet anno dicitur ibidem,* Gratianus

NOT. 17

Moritur, 13 Januar 367

nus Valentiniani filius Imperator Ambianis factus, *quod* IX *Kal. Septemb.* Lupicino et Jovino Coss. *contigit, ut ex Idatio constat. At Gregorius Turon. lib.* 1, *hist. Franc. c.* 36, *aut ut alii distinguunt*, 39. Quarto, *inquit*, Valentiniani et Valentis anno S. Hilarius apud Pictavos, plenus sanctitate et fide, multis undique virtutibus editis, migravit ad cælos. *Quartum vocavit annum, quod cum proximo mense Februario essent inchoaturi. Ita Hermannus Contractus anno* Valentiniani et Valentis 4, *Christi* 367, *verba S. Hieronymi suo Chronico inseruit:* Hilarius Pictavis Episcopus moritur. *Eumdem obitus annum statuit Haræus ad ejus vitam et alii.*

Non 369, nec 10 annis post Conc. Ariminense venit Mediolanum

32 *Existimat Baronius anno* 369 *obiisse, propter verba* Auxentii *Ariani Mediolanensium Episcopi ad Valentinianum et Valentem suggesserat*, etiam importuna interpellatione, *Hilarius, (ut ipse libro contra Auxentium scribit)* Auxentium blasphemum esse, et omnino hostem Christi habendum, *adjeceratque*, eum aliter credere quam Rex ipse et alii omnes haberent. Quibus rebus permotus Imperator, audiri *eos* a Quæstore et Magistro præcepit, considentibus una Episcopis fere decem. *Ibi Auxentius fidem subdole mentitus, tum alia quædam falso asseruit, tum epistolam ad Imperatores dedit, cujus hoc principium est*. Ego quidem, piissimi Imperatores, existimo non oportere sexcentorum Episcoporum unitatem, post tantos labores, ex contentione paucorum hominum, refricari, abjectis decretis ante annos decem, sicut et scripta manifestant. *Baronius anno* 369, *num.* 6, *omnino censet Concilium Ariminense habitum anno Ch.* 359, Eusebio et Hypatio Coss. *hic intelligi. At si vera isthic scribit mendacissimus hæreticus, qui potuit anno* 369, *Idibus Januarii obiisse Hilarius? Non nisi sub finem anni* 359, *aut etiam serius absoluta est synodus Ariminensis, cum* clausi *jam* septimum mensem agerent intra unum urbem injuria hyemis et inopia confecti, *ut Severus infra. Ab exitu vero anni* 359, *ad initium* 369, *non potuit bona fide annos* 10 *numerari Auxentius. Quid quod postquam ea ille scripsit, Mediolano reversus in Galliam est* Hilarius, *librumque contra Auxentium scripsit? Ut si de Ariminensi synodo accipi illa debeant, atque ab ea numerari anni* 10, *usque ad hanc Mediolani habitam disceptationem, spatiumque* Hilario *tribui et repetendæ Galliæ, et conscribendæ ad Episcopos contra Auxentium epistolæ, necessario fatendum sit eum vix anno* 370, *saltem Idibus Januarii, obire dum potuisse. De reditu suo ipse testatur.* Cum hoc mysterium impietatis, *inquit*, diu occultatum jam non taceretur, dicerenque fingi omnia, fidem negari, Deum atque homines illudi, jubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi in ea invito Rege nulla esset libertas. *Sed sit sane de synodo Ariminensi in epistola Auxentii sermo ut numeros corruptos esse fatendum est, sicque fortassis non X annis sed X, aut IV scripserit. Nam non sexcenti Ariminum Episcopi convenere, sed supra quadringentos non multi. Ita Severus infra num.* 4. Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque Magistris Officialibus acciti, aut inacti (*forte coacti*) quadringenti et aliquanto amplius Occidentales Episcopi, Ariminum convenere. *Athanasius epistola de synodis Arimini et Seleuciæ, circa initium* οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ συνελθόντες ἦσαν δὲ ἐν αὐτῇ Ἐπίσκοποι υ' καὶ πλεῖον. Convenerunt illi Ariminum, erant autem Episcopi quadringenti, et Amplius, *et circa medium* Τούτοις ἐπιμαρτυροῦσιν οἱ νῦν ἐν τῇ Ἀριμίνῳ συνελθόντες Ἐπίσκοποι υ' καὶ πλείους. Iis attestantur et qui nunc Ariminum convenere Episcopi quadringenti et plures.

Non fuere in Ariminensi 600 Episcopi

33 *Omnino ergo existimamus* S. Hilarium, *contra Auxentium acturum, Mediolanum venisse, et Valentinianum convenisse, cum hic ipso intercalari die anni bissextilis* 364. *Imperator creatus, diviso cum fratre Valente mox* IV *Kalend. Aprilis imperio, Mediolanum discessit, ut scribit Ammianus Marcellinus lib.* 26, *cap* 10. Tunc enim, *ut lib.* 12, *historiæ miscellæ cap* 3, *refertur*, Episcopi Hellesponti, Bythyniæ, et quicumque consubstantialem Patrem et Filium prædicabant, Legatum ad eum miserunt Hypatium Heracleæ Perinthi Episcopum quatenus dignaretur interesse. Is cum adisset Imperatorem, et Episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus: Mihi, inquit, cum subjecto populo de hujusmodi negotiis curiose agere fas non est. Ut ergo videtur vobis Sacerdotibus, facite. *Idem refert Sozomenus lib.* 6, *cap.* 7. *Subsecutum mox Concilium Lampsacenum, habitum an. Chri.* 364. *Nec segniores Orientalibus interea Occidentales præsertim Gallicani fuere Episcopi, ut patet ex epistola synodica Parisiis antea missa ad Orientales Episcopos, in qua mentio fit litterarum de subjecta controversia ob Orientalibus Episcopis ad S.* Hilarium *missa, ut magis inter se conjuncti orthodoxam fidem protegerent. Extat ea epistola apud Sirmondum tomo* 1, *Concil. Gall. missa, ut ipse opinatur, an. Christ.* 362. *In ea* Auxentium, *inquiunt*, et Ursacium, ac Valentem, Caium, Megasium, ac Justinum, excommunicatos, habemus, secundum litteras vestras; et certe, ut diximus, juxta fratris nostri Hilarii professionem, qui se pacem cum his, qui horum sectantur errorem, habiturum negavit, *etc.*

Concilia in Oriente et Occidente habita post mortem Constantii contra Arianos

Ex variis.

34 *Abiisse porro, seu propria sive Coepiscoporum auctoritate, ex Gallia Mediolanum videtur* Hilarius, *quamprimum eo adventare Imperatorem intellexit, cujus animus contra Auxentii dolos ac versutias erat præoccupandus. Fuit autem Mediolani Imperator mensibus Junio, Julio, Augusto, Novemb. et Decemb.* Joviano Aug. et Varroniano Coss. *an. Ch* 364, *ac sequenti*, Valentiniano et Valente AA. Coss. *toto pene anno. Ita rescripta facile* XL, *hinc per orbem missa, in Codice Theodosiano testantur. Si anno* 369, *hæc acta contra Auxentium ab* Hilario *sunt, cur tam diu distulit? cur periculum neglexit? Cur non opportunius tempus in ipsa Gallia oblatum arripuit? Nam* Gratiano et Dagalaifo Coss. *an.* 366, *a Maio, integro fere anno, adfuit Rhemis, ut testantur rescripta plurima. Anno deinde insequenti* 367, *cum graviter ægrotasset, ut testatur Ammianus lib.* 27, *cap.* 12, *et Zosimus lib.* 4, Lupicino et Jovino Coss. levatus est Gratianus Aug. apud Ambianos in tribunali a patre suo Augusto Valentiniano die IX Kal. Sept. *Ita Idatius. Et cur epistolam suam Auxentius inscripsit*, Beatissimis ac gloriosissimis Imperatoribus Valentiniano ac Valenti Augustis? *Cur non* et Gratiano *jam Augusto, cujus nomen fere apponi solitum quam plurima eorum Rescripta commonstrant? sequentibus etiam annis, fere in Transalpinis regionibus commoratus est* Valentinianus *Augustus, ut pluribus docet perquam erudite Browerus noster lib.* 4, *Annal. Trevirensium. Et quidem, ut Ammianus Marcellinus testatur lib.* 27, *cap.* 22, anni tempore jam recente (368). Valentinianus cum Gratiano Rhenum transgressus, *bellum Alemannis intulit; quibus in monte non procul a Nicri fonte devictis*, milites ad hiberna, Imperatores Treviros reverterunt. *Sequitur annus Christi* 369, *quo contra Auxentium S. Hilarius Valentinianum Mediolani convenisse dicitur. At de eo anno ita Browerus.* Annus insequens, quo Vixentium hiberna Galliæ Prætectum, ab Valentiniano et Gratiano pene totus in ordinanda Rep. et reparatione cum limitis, tum etiam exercitus, Treviris absumptus. Indicant hoc Rescripta ferme omnibus anni partibus hinc ad diversas provincias ac Magistratus transmissa. *Quindecim Treviris* Valentiniano Nobilissimo et Sex. Aurelio Victore Coss. *data legimus. Sed de anno obitus* S. Hilarii *isthæc sufficiant.*

S. Hilarius Valentinianum Mediolani convenit

Quando isthæc fuerit Valentinianus

An. 366, 367, 368, 369, *fere semper in Galliis fuit*

ELOGIUM S. HILARII

Ex S. Hieronymo lib. de Script. Eccl.

Hilarius urbis Pictavorum Aquitaniæ Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de synodo Byterensi Phrygiam relegatus, duodecim *a* adversus

Scripta S. Hilarii

a

10 Arianos

Ex Sulpitio Severo

Arianos confecit libros. Et alium librum *b* de synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit. Et in Psalmos commentarios, primum videlicet et secundum, et a quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, et a centesimo decimo octavo usque ad extremum; in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est ejus et ad Constantium libellus, quem viventi Constantinopoli porrexerat. Et alius in Constantium, quem post *d* mortem ejus scripsit. Et liber *e* adversus Valentem et Ursatium, historiam Ariminensis et Seleuciensis synodi continens. Et adversus Præfectum *f* Salustium, sive contra Dioscorum; et liber *g* hymnorum et mysteriorum alius. Et *h* commentarii in Matthæum: et *i* Tractatus in Job, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit; et alius elegans libellus contra Auxentium: et nonnullæ ad diversos *k* epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum et in *l* Cantica Canticorum, sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis, Valentiniano et Valente regnantibus.

a *Vulgo de Trinitate inscribuntur.* b *Hunc* apud Treviros se manu sua descripsisse *testatur S. Hieronymus lib. 1, ep. 5, ad Florentium, inscribitur* de Synodis adversus Arianos. *Anno Ch. 358, ut [illegible] num. 10, docet Baronius, scriptus est in exilio ad Episcopos Galliæ.* c *Imo* ad sexagesimum nonum.

d *Tres certant libri* adversus Constantium: *quis eorum a morte ejus scriptus sit, disceptatur. Erasmus in præfat. in operibus* [illegible] *post præfationem* [illegible] *scriptum,* [illegible] *Causam adunt.* Forte, enim convenitur, cum cæteri ad eundem duo, quorum alterum scripsit vivo, alterum etiam porrexisse creditur, blandius loquuntur. *Idem in annotationibus marginalibus irridet* S. Hilarium, *quod Constantio minetur audacter, sed post obitum. Baronius an. Christ. 350, num. 3, contendit omnes tres scriptos esse vivo adhuc Constantio, et librum quem S. Hieronymus testatur post obitum scriptum, non extare. Bellarminus de script. Eccles.* [illegible] *post mortem ejus* [illegible] *S. Hilarius* [illegible] Post [illegible] Paulini, Eusebii, Luciferi, Dionysii, quinto ab hinc anno, patet *anno 360* [illegible] *Constantio scriptum esse,* [illegible] *fuerunt enim sancti illi viri an. 355,* Lolliano et Arbetione Coss. *relegati.* e *Hujus fragmenta ex bibliotheca Pet. Pithœi* [illegible] *Nicolaus Faber, et evulgavit an. Christ. 1598,* [illegible] *Consule Fabri præfationem.*

f *S. Hieron. lib. 2, ep. 1 ad Magnum oratorem Romanum.* Brevi libello quem scripsit S. Hilarius contra Dioscorum medicum, quid in litteris possit ostendit. *Non extat.* Julianus Aug. IV, et Secundus Salustius Promotus Coss. *fuerunt an. Chr.* [illegible] *Pictavas et Galliarum* [illegible] *Dioscorum opus in* [illegible] *putat Baronius an. Ch. 362, num. 240.* g *Asserit Gillotius,* a nonnullis S. Hilario tribui hymnum de S. Joanne Baptista [illegible] et de ligno Crucis: Pange lingua gloriosi prælium certaminis. *Constat certe ex Concilio Toletano IV, habito an. Chr. 633, can. 12, seu 13, hymnos aliquot S. Hilarii* [illegible] h *Alii* [illegible] *in Matthæum* [illegible] *aliquot* [illegible] *S. Augustinus lib. 2, contra Julianum* [illegible] *Constantius* [illegible] k *Non tamen* [illegible] *ad S. Augustinum* [illegible] *quæ S. Hilario* [illegible] *Arelatensi,* [illegible] *tur a Gillotio et aliis.* l *Non extat, nec ab eo editum legimus.*

VITA S. HILARII.

Auctore Sulpitio Severo l. 2, hist. Eccl.

Cum sententiam Arianorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab Imperatore propositum, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. Ceterum a nostris tum apud *a* Arelatem ac Biterras oppida Galliarum, Episcoporum Concilia fuere. Petebatur, ut prius quam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent; nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona judicium constituisset. Sed Valens cumque ejus primus Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. Ab hac partium contentione mittitur in exilium *b* Paulinus. Interea Mediolanii convenitur, ubi tum aderat Imperator. Eadem illic contentio nihil invicem relaxabat. Tum *c* Eusebius Vercellensium, et Lucifer a Caralis Sardiniæ Episcopi relegati. Ceterum Dionysius Mediolanensium Sacerdos, in Athanasii damnationem se cedere subscripsit, dummodo de fide inter Episcopos quæreretur. Sed Valens et Ursatius ceterique, metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio studio conservabat, non ausi piacula profiteri, intra palatium congregantur. Illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt, omni pravitate refertam: eo nimirum consilio, ut si ea æquis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent; sin aliter fuisset excepta, omnis invidia esset in Rege, et ipsa venialis quia etiam tum *d* catechumenus, sacramentum fidei merito videretur potuisse nescire.

Concilia Arelatense, Biterrense.

Mediolanense.

2 Igitur lectam in ecclesia epistolam populus aversatur. Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur: statimque ejus in locum *e* Episcopus subrogatur. Liberius quoque urbis Romæ, et Hilarius Pictavorum Episcopus, dantur exsilio. *f* Rhodanium quoque, et Dosanum Antistitem (qui natura lenior, non tam suis viribus, quam Hilarii societate non cesserat Arrianis) eadem conditio implicuit: cum tamen homines parati essent Athanasium a communione suspendere, modo ut de fide inter Episcopos quæreretur. Sed Arrianis optimum visum, præstantissimos viros a certamine submovere. Ita pulsi in exsilium, quos supra memoravimus, abhinc annos *g* quinque et quadraginta, Arbetione et Lolliano Coss. Sed Liberius paullo post Urbi redditur, ob seditiones Romanas. Ceterum exsules satis constat totius orbis studiis celebratos, pecuniasque eis in sumptum affatim congestas, legationibus quoque eos plebis Catholicæ ex omnibus fere provinciis frequentatos.

Mittitur S. Hilarius in exilium.

3 Interea Arriani non occulte, ut antea, sed palam ac publice hæresis piacula prædicabant: quinetiam synodum Nicænam pro se interpretantes, quam unius litteræ adjectione corruperant, caliginem quamdam injecerant veritati. Nam ubi ὁμοούσιον erat scriptum, quod unius est substantiæ, illi ὁμοιούσιον, quod est similis substantiæ, scriptum esse dicebant: concedentes similitudinem, dum adimerent unitatem: quia multum ab unitate similitudo distaret, ut, verbi gratia, pictura humani corporis esset homini similis, nec tamen haberet hominis veritatem. Sed quidam ex his ultra processerant, anomoeousion, id est, dissimilem substantiam confirmantes. Eoque his certaminibus processum, ut istiusmodi piaculis orbis terrarum implicaretur. Nam Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens et Ursatius, ceterique, quorum nomina edidimus, infecerant. Gallias nostras Saturninus Arelatensium Episcopus, homo impotens et factiosus, premebat. Osium quoque ab Hispania in eamdem perfidiam concessisse, opinio fuit: quod eo mirum atque incredibile videtur, quia omni fere ætatis suæ tempore constantissimus nostrarum partium, et Nicæna synodus auctore illo confecta habebatur: nisi fatiscente ævo (etenim major centenario fuit, *h* ut S. Hilarius in epistolis refert) deliraverit. Quibus rebus perturbato orbe terrarum, et morbo quodam Ecclesiis languentibus, segnior quidem, sed non minus gravis cura Principem excercebat: quod licet Arrianos, quibus favebat, superiores viderentur, necdum tamen de fide inter Episcopos conveniret.

Conc. Nicæn. depravata per Arianos.

4 Igitur apud Ariminum, urbem Italiæ, synodum congregari jubet; idque *i* Tauro Præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent; promisso eidem consulatu, si rem effectui tradidisset. Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque magistris officialibus, acciti aut *k* coacti quadringenti et aliquanto amplius Occidentales Episcopi, Ariminum convenere: quibus omnibus annonas et cellaria dare Imperator præceperat. Sed id nostris, id est, Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens visum: repudiatis fiscalibus, propriis sumptibus vivere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprii, publico usi sunt, cum oblatam a ceteris collationem respuissent, sanctius putantes fiscum gravare, quam singulos. Hoc ego Gavidium Episcopum nostrum, quasi obtrectantem

Conc. Ariminense anno 359

tem referre solitum audivi; sed longe aliter senserim: laudique attribuo Episcopis, tam pauperes fuisse, ut nihil proprium haberent, neque ab aliis potius quam fisco sumerent, ubi neminem gravabant, *l* ita in utriusque egregium exemplum. De reliquis nihil memoria dignum traditur, sed redeo ad ordinem.

5 Posteaquam omneis, ut supra dictum, in unum collecti sunt, fit partium secessio. Ecclesiam nostri obtinent; Arriani, tum ædem tum de industria vacantem, orationis loco capiunt: sed hi non amplius quam octoginta. Reliqui nostrarum partium erant. Igitur frequentibus Conciliis nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus. Ad postremum placuit, decem Legatos mitti ad Imperatorem, ut quæ esset partium fides et sententia cognosceret, sciretque pacem cum hæreticis esse non posse. Idem Arriani faciunt, mittuntque numero pari legatos, qui adversum nostros coram Imperatore confligerent. Sed ex parte nostrorum leguntur homines adolescentes, parum docti, et parum cauti: ab Arrianis autem missi, senes, callidi, et ingenio valentes, veterno perfidiæ imbuti, qui apud Regem facile superiores extiterunt. Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem inirent, omniaque integra synodo reservarent.

Legati ad Cæsarem mittuntur.

6 Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, Imperator jubet cunctos fere Episcopos apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari. Qua tempestate Hilarius, quartum jam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Episcopos, per *m* Vicarium ac Præsidem data evectionis copia adesse compellitur; cum tamen nihil de eo specialiter mandasset Imperator. Judices tantum generalem jussionem secuti, qua omnes Episcopos ad Concilium cogere jubebantur, hunc quoque inter reliquos *n* volentes miscuere, ut ego conjicio. Dei nutu ita gestum, ut vir divinarum rerum instructissimus, cum de fide disceptandum erat, interesset. Is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus, omnium in se animos, et studia converterat. Ac primum quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum Arriani prava de nobis vulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebamur, trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse, sed exposita fide sua, juxta ea quæ Nicææ erant a Patribus conscripta, Occidentalibus perhibuit testimonium. Ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis, nec non etiam in societatem receptus, conciliisque ascitus est. Agi deinde cœptum: repertique pravæ hæresis auctores, atque ab Ecclesiæ corpore avulsi. In eo numero fuere, *o* Georgius ab Alexandria, Acacius, Eudoxius, Uranius, Leontius, Theodosius, Evagrius, Theodulus.

S. Hilarius interest Concil. Seleuciensi.

7 Sed confecta synodo, decreta ad Imperatorem legatio, quæ gesta insinuaret. Damnati quoque ad Regem profecti, satis freti sociorum viribus, et Principis societate. Interea Legatos Ariminensis Concilii ex parte nostrorum compellit Imperator uniri hæreticorum communioni; eisdemque conscriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam disciplinam, perfidia latente, loqueretur. Namque Usiæ verbum tamquam ambiguum, et temere a Patribus usurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum, sub specie falsæ rationis abolebat, ne unius cum Patre substantiæ Filius crederetur. Eadem fides similem Patri Filium fatebatur: sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset æqualis. Ita dimissis Legatis, Præfecto mandatum, ut synodum non ante laxaret, quam conscriptæ fidei consentire se omnes subscriptionibus profiterentur. Ac, si qui pertinacius obsisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur. Sed regressis Legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio.

Cum legatis nihil ad Imperatorem.

8 Enimvero compertis quæ decreta erant, major rerum et consiliorum perturbatio: dein paullatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere se adversariis, jam post reditum Legatorum superioribus, et ecclesiam nostris inde detrusis obtinentibus. Factaque semel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram concessum: donec ad viginti usque nostrorum numerus imminutus est. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erant: constantissimusque inter eos habebatur noster *p* Fægadius, et Servatio Tungrorum Episcopus. Hos, quia minis et terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora uti consulerent. Clausos intra unam urbem Episcopos jam septimum mensem agere: injuria hiemis et inopia confectis, nullam spem reversionis dari: quis tandem esset finis? sequerentur plurium exemplum auctoritatem saltem ex numero sumerent. Et enimvero Fægadius paratum se exilio, atque ad omne supplicium, in quod deposceretur, profiteri, se ab Arrianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine aliquot dies tracti. Ubi parum ad pacem proficiebant, paullatim et ipse infractior, ad extremum proposita conditione evincitur. Namque Valens et Ursatius affirmantes, præsentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus, Imperatore auctore, prolatam, cum piaculo repudiari, ut quis discordiarum finis foret, si quæ Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret? Postremo si quid minus plene præsenti fide editum videretur, ipsi adderent, quæ addenda putarent: præbituros se, in his quæ essent adjecta, consensum. Favorabilis professio pronis omnium animis excepta: nec ultra nostri repugnare ausi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein conceptæ a Fægadio et Servatione professiones, edi cœpere: in quis primum damnatur Arrius, totaque ejus perfidia: ceterum non etiam Patri æqualis, et sine initio, sine tempore Dei Filius pronuntiatur. Tum Valens, tamquam nostros adjuvans, subjecit sententiam, cui inerat occultus dolus: Filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas; fefellitque audientes fraus professionis. Etenim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arrianis, professiones vero postea adjectæ pro nostris erant: præter illam quam Valens subjunxerat, quæ tum non intellecta, sero demum animadversa est. Hoc vero modo Concilium dimissum bono initio, fœdo exitu est consummatum.

Ex Sulpitio Severo

Lapsus Occidentalium Episcoporum

Fraus Arianorum

9 Igitur Arriani rebus nimium prospere et secundum vota fluentibus, Constantinopolim ad Imperatorem concurrunt: ibi repertos Seleuciensis synodi legatos, vi regia compellunt, exemplo Occidentalium, pravam illam fidem recipere. Plerique abnuentes injuriosa custodia ac fame vexati, captivam conscientiam dedere. Multi constantius renitentes, adempto Episcopatu in exilium detrusi, atque in eorum locum alii dati. Ita optimis Sacerdotibus aut metu territis, aut exilio deductis, perfidiæ paucorum cuncti concesserant.

Orientales Episcopi dure vexantur

10 Aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia Legatos secutus, nullis certis de se mandatis, opperiens Imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis, Orientales per scelus vinci; *q* tribus libellis publice datis audientiam Regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Id vero Arriani maximopere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminarium et perturbator Orientis, redire ad Gallias jubetur, absque exilii indulgentia. Verum ubi permensus est orbem pene terrarum, malo perfidiæ infectum, dubius animi, et magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem, qui Ariminensem synodum recepissent, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad

S. Hilarius remittitur in Galliam.

sed adhuc exul.

AUCTORE FORTUNATO

Lapsos Episcopos reducit.

ad emendationem et pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere Episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, et in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelatensium Episcopus, vir sane pessimus, et ingenio malo, pravoque: verumetiam præter hæresis infamiam, multis atque infandis criminibus convictus, Ecclesia ejectus est. Ita partium vires amisso duce infractæ. f Paternus etiam a Petrocoris æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus: ceteris venia data. Illud apud omnes constitit, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Ceterum Lucifer tum Antiochiæ longe diversa sententia fuit. Nam in tantum eos, qui Arimini fuerant, condemnavit, ut se etiam ab eorum communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent. Id recte, an perperam constituerit, dicere non ausim. Paullinus et Rhodanius in Phrygia defuncti. Hilarius sexto anno postquam redierat, in patria obiit.

Moritur.

a Conjungit [illegible] ergo duo concilia, ut § 1 monuimus, Arelatense anno 353, et Mediolanense 355, Biterrense 356, [illegible] Sirmondum tomo 1, Conciliorum Galliæ. b S. Hilarius in fragmentis: In Arelatensi oppido frater et comminister meus Paulinus Ecclesiæ Trevirorum Episcopus, [illegible] perditionis simulationique se non miscuit. [illegible] sententia, exponam, a qua referens voluntate non dignus Ecclesia ab Episcopis, dignus exilio a Rege est judicatus. [illegible] S. Paulino [illegible] Colitur S. Eusebius 1 Augusti. Dionysius 25 Maii. De Lucifero [illegible] 20 Maii. Putat [illegible] a Caralis [illegible] Calaris Ptolomæo lib. 3, aliis Caralis, clarissima Sardiniæ civitas [illegible] Sub mortem [illegible] est ab Eudoxio Ariano Episcopo. Socrates lib. 2, cap. 46. e Carolus Sigonius legit: Episcopus Auxentius subrogatur. De eo intruso agunt S. Athanasius [illegible] vitam agentes. S. Ambrosius in orationibus ad Valentinianum. f Baronius ad an. Chr. 356, num. 109, corrigit ex antiquiori exemplari, uti et Catellius, Rhodanium [illegible] Tolosanum Antistitem. Meminit ejus [illegible] S. Hieronymus in Chronico. Rhodanius dicitur in vita S. Athanasii et apud Martyrologium [illegible] [illegible] S. Paulinum [illegible] esse mortuum. g Scripsit Severus [illegible] Constantium [illegible] 359, et [illegible] Mediolanensi, ex quo [illegible] S. Hilarius. h Sigonius suspicatur [illegible]

[illegible]

VITA
AUCTORE FORTUNATO.
LIBER I.
PRÆFATIO AUCTORIS.

Domino sancto, et meritis beatissimo Patri, Pascentio a Papæ Fortunatus.

Rel[illegible] pectoris tui [illegible] Papa beatissime, divinis in actibus cum sacri conversatione propositi jugiter exercitaris intentus, et intendis exercitandus: ut facile sit perspicuum, ad culturam Ecclesiasticæ disciplinæ et fuisse te genitum et esse provectum; cum irrefragabiliter veteris dispositionis Catholici dogmatis fundamenta custos observas; et ad ædificationem plebis amantissimæ, veluti bonus instructor adjiciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore divino. Cujus operis amore præventus, me dignatus es perurgere, quo de actibus sacratissimi viri Hilarii Confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi peculiarem b vernulam, familiariter enutrivit, ut impensi muneris vel verba c rependerem, et si non plene, vel quadam ex parte complexa perstringerem: quatenus dum gregis auribus vox quodammodo et vita pastoris antiquissimi resonaret, et ille probaret ministerium, et ipse tuum non celares affectum.

Pascentius incitat Fortunatum ad hanc vitam scribendam.

2 Sed cum mei ingenii brevitatem mensuro, adeo B. Hilarii immensitatem fortem cognosco, ut pene mihi videatur æquale, tam istud posse dicere, quam digito cælum tangere: præsertim quod etiam Beati (ut audio) Hieronymi torrens illud eloquium recusaverit attentare, qui huic materiei sese imparem eatenus judicaverit, ut taceret. Ego vero, cui nullius scientiæ irrigua fluenta succurrunt; quem vix stillicidii pauperis attenuata gutta perfudit, nihil proprio de fonte respirans, qua temeritate inter ingentia flumina, Euphratem B. Hilarii, et Nilum Hieronymi, siccos velim cursus extendere, cum de illo, etiam doctissimi viri quidquid dicere potuerunt, minus est quam meretur? Et cum virum sanctissimum consultius mihi sit mirari quam loqui, æquabilius fuerat hæc B. Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus conjuncta florebant. Tamen et si cum mea verecundia vobis quidem obedientiam, et illi impendo, de quo non digne loquor, fortasse injuriam: sed concedi per veniam credimus, quod devotione peccatur. Et ne protracta pagina fastidium potius generet, quam provocet auditorem, nunc de ejus vita proponamus.

Excusat humanam tenuitatem.

a Ita Venantius Fortunatus in præfatione poematum quæ S. Gregorio Episcopo Turonensi dicavit: Domino sancto et dote meritorum sacris altaribus adsciscit pariter et electo Gregorio Papæ Fortunatus. Hoc nomen Papæ [illegible] olim patuit, quam ut in solum Romanum Pontificem convenaret, et [illegible] Patrum, qui seculo 4 et 5 vixerunt, inspicienti [illegible] Brouwerus. De Pascentio Episcopo Pictaviensi, et Fortunato scriptore supra actum.
b Alii vernaculum [illegible] Ms. S. Mar[illegible] rependerem.

CAPUT I.
S. Hilarii conjugium, Episcopatus, exilium.

Igitur B. Hilarius Pictavorum urbis Episcopus regionis Aquitanicæ partibus a oriundus fuit, quæ ab Oceano Britannico finitimis b limitibus conjungitur. Apud Gallicanas familias lampade nobilitatis non obscurus, imo magis præ ceteris gratia generositatis, ut a spectoribus addito rutilans, quasi refulgens lucifer inter astra processit. Cujus a cunabulis tanta sapientia primitiva lactabatur infantia, ut jam tunc potuisset intelligi, Christum suis causis pro obtinenda victoria, necessarium sibi jussisse militem propagari. Denique conjugem habens et filiam, ita plenitudine Domini venerabiles artus Ecclesiasticæ regulæ tradidit informandos, ut adhuc in laicali proposito constitutus, divino nutu Pontificis gratiam possideret: ita se ipsum propria disciplina coercebat intentus, qui futuri operis speciem indicans, ut irreprehensibilis in templo Christi præpararetur Sacerdos.

a
b
S. Hilarii patria.
gens.
studia.
conjux, filia.
innocentia.

4 Nam quod inter mortales adhuc valde videtur difficile, tam cautum esse quemquam, qui se a Judæis vel hæreticis cibo suspenderet; adeo vir sanctissimus hostes Catholicæ religionis abhorruit, ut non dicam convivium, sed neque salutatio fuerit cum his prætereunti communis. Vitabat hoc Davidico suffultus exemplo, ne cum hæreticis mensam participando, fieret

Hæreticos aversatur adhuc laicus.
Ps. 68, 23

fieret illi in scandalum. O quam perfectissimum laicum, cujus imitatores ipsi etiam esse desiderant Sacerdotes : cui non fuit aliud vivere nisi Christum cum dilectione timere, et cum timore diligere! Cujus sequaces currunt ad gloriam; divertentes ad pœnam : credenti succedunt præmia; recusanti tormenta. Qui omnes de piæ religionis opere commonens, nunc alios de confessione inæstimabilis sanctæ Trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni cælestis invitans, non cessabat in plebem verba veritatis, fructu fidei redundantia, seminare.

Omnes ædificat

5 Quo cognito de S. Hilario, quoniam tantum lumen, etsi voluisset, latere non potuit, (quippe necessarium, ut alienas tenebras in lucem transferret :) concordante favore populi, aut potius Dei spiritu proclamante, vir olim mysteriis deputatus, aliquando sacris altaribus Sacerdos electus est. Crescebat in eo quotidie opinio, famulatrix virtutum : nec erat fama ejus contenta circumjectas tantum Gallias illustrare, sed exteras nationes et regiones implebat, meritorum gratia percurrente, idque actum est, ut in toto orbe velociter beati Pontificis gloria militaret.

Fit Episcopus

6 Igitur *c* Constantii Imperatoris tempore, cum Ariana hæresis, venenata de radice *d* flore toxico pullularet, tunc vir sanctissimus timore nudus, fidei fervore vestitus, quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus, inter hæreticos gladios se ingerebat, Christi caritate securus : nihil de sua morte formidans, illud solum metuens, ne præjudicium religioni, quod absit, illatum prævaleret. Hinc a *e* Valente et Ursatio Episcopis, qui prava credulitate Ecclesiam Dei turbare pertinaciter insistebant, Imperatori persuasum est, ut virum eruditissimum, de quo loquimur, et Dionysium Mediolanensem, et Eusebium Vercellensem exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabilem S. Hilarii facundiam hæreticus obtinere : sperabat enim hostis fidei, aliquas se nebulas splendori Catholico posse prætendere, si retrusus exilio vir talis a certamine defuisset : quoniam si quis perversus voluit cum illo confligere, ac si mutus et claudus, nec verba poterat proferre, nec responsionibus currere; sed quasi natans in pelago, ante fluctum ejus eloquentiæ mergebatur. Itaque in Phrygiam, Asiæ regionem, missus exilio, ad augmentum virtutis gratias egit : quia quantum pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio, tantum merebatur fieri vicinior cælo.

Arianis generose se opponit

In exilium mittitur in Phrygiam

7 Qui dum ad locum pervenisset optabilem, nobis tacendum non est, quod illi divinitus concessum est. Nam eo tempore, sancto sibi Spiritu revelante, cognovit quod Beatissimam *f* Apram filiam suam, quam cum matre Pictavis reliquerat, quidam juvenis nobilissimus, prædives, pulcherrimus, conjugii vinculo sibi quæreret adnectendam. Sed ipse interventu orationis assiduæ, cælestem illi sponsum sine contaminatione providerat. Mox opportunitate reperta, manu propria subscriptam filiæ direxit epistolam, sufficienti sale conditam, et velut aromaticis unguentis infusam, quæ tenetur Pictavis pro munere conservata : indicans ei quod talem sponsum anxius pater illi providisset, cujus *g* nobilitas cælos ascenderet, pulchritudo rosarum et liliorum comparationem præcederet, oculi gemmarum lumen obnubilarent, vestis candorem nivis opprimeret, ornamenta inæstimabili fulgore vernarent, divitiæ intra se regna concluderent, sapientia incomprehensibilis emanaret, dulcedo favi mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suavitate fragraret, thesauri sine defectione constarent. Addit ergo monitis, ut filia nulli se prius a matre divisa conjungeret, quam ut patrem expectaret sibi pollicitum, et sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Apra dulciter excipiens, et quasi sponsum futurum in epistola patris amplectens, admonitionem secuta est, nulli se in conjugio resolvens. Sed qualiter ad illum sponsum pervenerit locus in sequenti servatur.

Apram filiam suam persuadet virginitatem

AUCTORE FORTUNATO

a Pictavis natum *scribit S. Hieronymus ad Paulam et Eustochium in præfatione lib. 2 Comment. in epist. S. Pauli ad Galatas* Hilarius, *inquit,* Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus et Pictavis genitus est. *Vide prolegomena* § 3. b *Alii* octoginta.
c Constantius *cum fratribus* Constantino *et* Constante *cœpit imperare 22 Maii anni* 337 *solus vero anno* 350. *Tunc Ariana perfidia, quæ se* Constantini Magni, *ac deinde in Occidente* Constantis *metu hactenus aliquantulum continuerat, caput erexit.*
d *Alii* floris toxici. e *Sulpitius Severus lib. 2 hist.* Principes mali istius habebantur a Singiduno Ursatius, Valens a Mursa, *etc. S. Athanasius Apol. 2, contra Arianos* homines Pannonios *vocat, et disput. 1, contra Arianos ait* a principio ut novitios cathechismo ab Ario institutos. *De Singiduno egimus paullo ante cum de Hermylo et Stratonico.* Mursa, *Ptolemæo* Mursia colonia, *oppidum est Pannoniæ inferioris.* f *Alias* Abra *dicitur, colitur 13 Decemb. Hinc colligit Bellarminus epistolam ad* Apram, *certo a* S. Hilario *scriptam, quam spuriam dixerat Erasmus.*
g *Hæc ex ipsa epistola desumpta sunt.*

CAPUT II.

Gesta in exilio, reditus in Galliam.

Interea cum toto orbe Arianæ hæresis perversitas pullularet, dato generaliter Imperatoris edicto, jussum est, ut omnes orientales Episcopi apud *a* Seleuciam Isauriæ oppidum convenirent, disceptaturi quid sentirent de fidei veritate. Tunc inter reliquos, *b* quarto jam exilii anno, de Phrygia S. Hilarius in prædictum locum, *c* data sibi pergendi evectione, ad synodum venire compellitur.

Proficiscitur ad concil. Seleuciense.

9 Qui quoddam castellum dum adisset, die Dominico ingressus est templum : moxque *d* Florentia puella gentilis, irrumpens multitudinem populi, voce magna servum Dei illuc advenisse testata est : et ad pedes ejus accurrens, non cessavit petere, nisi signum crucis ab ipso sibi fieri fideliter impetrasset. Quam Florentius pater secutus, et cuncta familia, in nomine Domini meruerunt pariter baptizari. Quæ Florentia, relictis parentibus, vestigiis ejus inhærens, usque Pictavos perducta est. Patrem vero se habere, non a quo generata est, sed per quem regenerata est, prædicabat.

S. Florentiam baptizat

10 Cumque Seleuciam pervenisset, magno favore a cunctis exceptus est, eo quod divina misericordia talem prudentissimum virum, et singulari eruditione compertum, in spectaculum mundi produxerit, ubi erat de fide censendum. Hinc post examinationem agnitis hostibus et oppressis, decretis in scripto conditis : prospera gerens synodi ad Imperatorem dirigitur legatio : cum qua perrexit S. Hilarius, quamvis ei non fuisset injunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogmata respiraret damnata perfidia.

Post concilium adit Imperatorem

11 Sed disserere longum est, qualiter in Ariminensi synodo composita mentione, aliud ex alio referens fraus hæretica, serpentino lapsu subrepserit : et quomodo postea Legatis Seleucensibus per Imperatoris iniquitatem ipsa est illata calumnia. Quod athleta Christi B. Hilarius agnoscens, graviter dolet apud Ariminum diaboli prævaluisse mendacium, intantum ut et Orientales partes similiter composito pravitatis fuco inficeret. Imperatori autem tribus libellis oblatis, preces effudit, ut in ejus conspectu collectis adversariis, esset ei contra hæreticos disceptandi de religione licentia, ne veritatem falsitas obumbraret, ne iniquitas æquitati prævaleret, ne Imperator Deo resisteret, ne fidei perfidia rebellaret.

Poscit publicam cum hæreticis disputationem

12 Unde Valens et Ursatius, conscientiæ reatu perterriti, quoniam si daretur facultas certandi, mox se recognoscebant Hilarii contentione prosterni, sollicitant Imperatoris animum, jam magna ex parte captivum, ut ipsum Dei virum redire ad Gallias perurgeret, dicentes, illo præsente hæretica non posse machinamenta proficere. Quo obtentu, ad Gallias compulsus revertitur, putans amplius se pati exilium, quod illic perturbationem Ecclesiæ relinquebat, termino disceptationis non consecuto. O beatum Pontificem,

Remittitur in Gallias

AUCTORE FORTUNATO.

ficem, qui in summo discrimine, inimico etiam sibi judice, adiit tribunal Imperii, sine timore tormenti! Vere totis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constantium. Nam quod se pro Domino sic ingerebat aperto periculo, optabat martyrium, si non defuisset percussor: et tamen animus sumpsit gloriam, etsi tempus non intulit pœnam. Sed hunc ipsum divino nutu tum servatum testificor, pro correctione multorum. Nam pene totum mundum gravi errore confusum, factis sæpius in Gallia synodis, per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum, confitetur lingua multorum. Quid autem interest, vel sibi pro æterna vita factum fuisse Martyrem, vel amplius vixisse, reliqui ne perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, ipse tamen palmam martyrii non amisit.

Multas synodos celebrat.

13 Itaque dum regrederetur Hilarius ad propria, tunc B. Martinus, æque meritorum lumine non absconsus, qui ab eodem S. Hilario exorcista est *e* postea constitutus, cognito ejus adventu, Romam festinanter occurrit. Quem cum jam præterisse cognosceret, eum usque ad Gallias est consecutus. Neque enim Martinus, qui adhuc catechumenus Christum chlamyde sua tectum videre meruit, illi devotus occurreret, nisi per omnia mysteriis plenum in eo spiritum prævidisset. Nec mirum, si ille, qui Deum prius vidit in paupere, postea illum habitare cognosceret in Doctore.

e S. Martinum itineris et virtutis imitatorem habet.

14 Illud etiam nobis non convenit tam nobile præterire miraculum. Nam cum *f* circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione agnovit vicinorum, ibidem ingentia serpentium volumina sine numero pervagari: et ob hoc quamvis illis hæc insula videretur vicina, propter inaccessibilem tamen locum longius illis videbatur esse, quam Africa. Quo audito, vir Dei sentiens sibi de bestiali pugna venire victoriam, in nomine Domini, præcedente Crucis auxilio, descendit in insulam, eoque viso serpentes in fugam conversi sunt, non tolerantes ejus adspectum. Tunc baculum figens in terram, quasi metam, quousque deberent excurrere, virtutis potentia designavit: nec amplius libertas est illis occupare, quod vetuit; tamquam si hæc insula non sit terra, sed pelagus, dum semper illam partem verentur attingere: facilius erat illis mare transire, quam vocem. O immutabilem terminum, de sermone plantatum! Apparet, quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit: iste serpentes habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede Paradisi projectus est: iste de suis cubilibus serpentes exclusit. Deposuit anguis antiquum mendacium, qui debuit implere mandatum. O Hilarii dulce medicamentum et *g* miraculum, ante quem sine mora venena fugata sunt. Addidit terram hominibus, quia in loco belluæ incolæ transmigrant. Sed revertamur ad ordinem.

f Ex parte Gallinariæ insulæ serpentes in perpetuum fugat.

a *Initio hæc synodus 27 Septemb. an. Chr. 359* [illegible] Laurentio Isaurii Præside, et Leonis [illegible], *Socrates lib. 1, cap. 31.*

b *Idem tradunt Severus supra, et Gregor. Turonensis lib. de gloria Conf. cap. 2.*

c *Severus*, [illegible] *id est, ut Sulpicius exponit*, [illegible] *lib. 12* [illegible] Exorcismum [illegible] *nostra* [illegible]

d [illegible] *S. Martini* [illegible] *Pictaviensis* [illegible] *Decemb.* [illegible] *S. Hilarii* [illegible] *16 Augusti*

e [illegible] S. Martinus a *Sulpicio Severo in ejus vita*, [illegible] S. Hilarii [illegible] *Sulpitius*. Cum S. Martinus S. Hilarium [illegible] Rege [illegible] *fuisse* [illegible] Romam [illegible] profectusque ad Urbem est. Cum jam Hilarius prætergressus [illegible] vestigiis prosecutus.

f [illegible] *insulam S. Martinus* [illegible] *Sulpitius in ejus vita* [illegible] *cap. 13* [illegible]

Gallinaria insula

[illegible] *cap. 2. tradunt a copia gallinarum rusticarum, sive silvaticarum dictam. Templum isthic S. Hilario deinde erectum narrat Bellovacensis lib. 14, cap. 51, occasione hujus miraculi: Quidam puer, inquit, dum ad sepem obdormivisset, jacens ore aperto, ingressum in se serpenti paravit. Quo comperto parentes ejus statuerunt eum secum ire ad basilicam S. Hilarii in Gallinaria insula post serpentium exterminationem exstructam. Et quia nullus ut fertur potest ibi vivere serpens, timebant forte ne puero insulam ingresso, coluber in ejus ventre moreretur. Sed hoc in Sancti pietate constituentes, festinanter ad locum percurrunt, intrantesque mox se pavimento ecclesiæ prosternunt, Deum et S. Hilarium pro salute pueri gementes deposcunt. Tunc ore pueri evomitur, imo quasi jussus coluber progreditur, progressusque, veneno statim coram omnibus effuso qui aderant, moritur. Idem miraculum commemorat Bouchetus parte 1, cap. 15. Sed Pictavis in basilica S. Hilarii, non in Gallinaria insula vult curatum puerum fuisse. Verum in os ejus subiisse serpentem ait non procul ea insula e qua angues omnes ac serpentes S. Hilarius olim fugarat. Eam insulam ait apud Pictones esse et Dyve appellat. Certe Ms. Ripatorii hic ita habet: circa Dives Gallinarum insulam. Eam Bouchetus ad rupes Primaliensis sitam opinatur. Haud procul Rupella Yves locum exhibent tabulæ et Almesio, et pontem d'Yves, forte isthic et insula illa d'Yves fuerit, nisi alia in Pictaviensi diœcesi circa Montcortorum, a Divo anne insula Diva, aut Divi dicta sit.*

h *Alii meritam.*

CAPUT III.

Mortui suscitatio, obitus filiæ, uxoris, et ipsius Hilarii.

Cum de exilio regressus introivit Pictavis, summo favore plaudebant *a* omnes pariter, eo quod Ecclesia recepisset Pontificem, grex pastorem: et acsi omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine illo se exules fuisse deflebant. Itaque B. Martinum in *b* vico Tegrico dum præcepisset consistere, virtute divina meruit ibi B. Martinus mortuum suscitare.

a Summa gratulatione excipitur Pictavis.

16 Denique post aliquot dies infans quidam sine baptismi regeneratione defunctus est, duplici morte damnatus: præsentem amiserat lucem, et pœna futuri seculi non carebat. Tunc mater extincti, quæ jam mater non erat, dum filium non habebat, provoluta ad pedes S. Hilarii, præcedentibus lacrymis, nati sui corpus effudit, exclamans: Martinus adhuc incipiens, catechumenum mortuum revocavit ad vitam: tu Pontifex redde, rogo, filium, aut mihi, aut baptismo. Qui populi Pater agnosceris, ut mater ego vocer, quæso, obtineas. Sic illa plus lacrymis petente, quam verbis, commotus est pietate vir Dei, et spectante populo, ad consueta arma recurrens, in terram prosternitur. Mox paullatim defuncti pallor in ruborem convertitur: frigida membra revocato spiritu intepescunt: oculi apertis palpebrarum januis peregrinum lumen agnoscunt: vox adducto aere de pectoris domicilio conflata profertur: gressus suis vestigiis redivivus extenditur, atque in anterioris fundamenti statum, tota fabrica renovatur. Quid plura? Tamdiu jacuit Sacerdos in pulvere, donec pariter surgerent, senex de oratione, infans de morte. Ecce vita laudabilis, quæ de alterius corpore necem precibus fugavit: spoliavit tartarum, spem habens in Christo. Mors ibi jura non tenuit, ubi Hilarius vim orationis ingessit. Sed tanta res non potest nostris verbis plus ornari, quam ipsius meritis. Nunc vero memorandum est, quod supra *c* promisimus, qualiter miracula reliqua hoc subjecto miraculo cumulavit.

b Mortuum suscitat.

17 Denique cum Beatissimam Apram filiam suam, ad quam de exilio destinavit epistolam, incolumem invenisset, alloquitur eam, quomodo dulcedo poterat patris, et facundia oratoris. Quid dicam? Alloquitur illam Hilarius, cujus eloquentiæ post ipsum comparare aliquem vix audemus, nisi qui fuerit Spiritu divino, ut ille, repletus: tentat ejus animum, si velit sponsum attingere, quem patris gratia providerat. Tunc libenter ac desideranter, ut celeriter ei jungeretur, orabat. Quam ubi paternitatis pater agnoscens, intentus orationibus, non cessavit, donec sine dolore, sine contagio, se præsente, filia de mundi ludibrio migraret ad Christum: quam propriis manibus, ut decuit, venerandæ tradidit *d* sepulturæ. O funeris gloria,

c Apræ filiæ mortem cœlitus obtinet.

gloria, quæ melior habetur quam vita: quia quod terræ subripuit, in cælum transmisit. Vere, ut ego considero, plus fuit, quam resuscitari, sic mori. Certa enim salus est, non contaminari peccatis. Quanti cuperent, rebus cum vita traditis, talem transitum comparare, si mercatorem forsitan invenirent! Quid distat inter vivificati infantis, et filiæ mortificatæ mysterium, nisi quod illum resuscitavit ad baptismum, hanc destinavit ad regnum; et quod in illo adhuc spes peccandi restabat, hæc immaculata vitam finierat?

deinde uxori.

18 Quod cum vidisset mater B. Apræ, a Pontifice postulat, ut et ipsa, si mereretur, erepta de mundi crimine, cum filia præsentaretur ad regnum. Cujus vota considerans, assidua oratione, et ipsam ante se transmisit ad gloriam. e Quis æstimaturus est, talem virum ita dilexisse Dominum, conjugis et filiæ affectu contempto? Tamen in hoc magis illas amasse cognoscitur, cum per ipsum lumini perpetuo transferuntur.

Hilarii libri, *eruditio,* *Matth 10 16*

19 Quis vero abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere, aut ejus verba verbis valeat exæquare? Qualiter ille indivisæ Trinitatis libros f stylo tumente contexuit, aut scripta Davidici carminis g sermone cothurnato per singula reseravit! Quam fuit in discretione providus, in tractatu profundus, per litteraturam eloquens, per virtutem mirabilis, in complexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus juxta prophetiam, imo prudens, juxta Domini vocem, ut serpens, columbæ simplicis gratiam non amittens! Ipse conditi sal ingenii, fons loquendi, thesaurus scientiæ, lux doctrinæ, defensor Ecclesiæ, hostium oppugnator. Cujus dicta qui legerit, non credet dicere, sed tonare. Hoc fuit ultra hominem sapere, tam caute de religione censere. Sed qui vult ipsum agnoscere, ejus exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta perpendat, signa quotidiana percenseat. Qui dum superstes fuit in hoc seculo, aut scripsit Ecclesiasticæ fidei documenta, aut pugnando calcavit hæretica crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia: quæ, volente Domino, usque in hodiernum diem ejus orationibus perseverant. Sed mea lingua non sufficit singulatim de Spiritu sancto, qui per eum operatus est, et locutus, sicut illi dignum est, cuncta proferre. Det mihi pius veniam, quia multa præterii, qui vix pauca conscripsi.

varii labores. *mors*

20 Ita beatissimi Hilarii de præsenti seculo vita, Valente et Valentiniano regnantibus, cum gloria h migravit ad Christum, terra plorante, cælo gaudente, eodem Jesu Christo præstante, qui cum Patre et Spiritu sancto, vivit et regnat Deus in secula seculorum, Amen.

a *S. Hieronymus in dialogo contra Luciferianos*: Tunc Hilarium suum de prælio revertentem Galliarum Ecclesia complexa.

b *Sulpicius in ejus vita*: Cum ab eo gratissime fuisset *Martinus* exceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium constituit, quo tempore se ei quidam catechumenus junxit *quem deinde a morte ejus meritis resuscitatum narrat. Locus monasterii alias* Tyucus, Legadiacus, *et* Goteloicacus *dicitur, in Breviario Sarum* Lugdunacus.

c *Al.* prætermisimus.

d *Saussaius 13 Decembr. ait* purissimum hujus corpus a S. Hilario in ecclesia SS. Joannis et Pauli extra urbicos muros sepultum. *At si statim a patris reditu obiit, nondum ea ecclesia* SS. Joanni et Paulo *erat dicata, quippe qui nondum subierant martyrium.*

e *Saussaius ibidem*: Pone cujus tumulum Virginis beatæ, ejusdem mater in omni pietate consummata paullo post meruit sepeliri.

f *S. Hieronymus lib. 2, ep. 1, ad Magnum oratorem Romanum*, Hilarius *inquit*, meorum Confessor temporum et Episcopus, duodecim Quintiliani libros et stylo imitatus est et numero.

g *Idem lib. 2, epist. 14, ad Paulinum*: S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur, et cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis involvitur, et a lectione simpliciorum Fratrum procul est.

h *De obitu ita Bellovacensis lib. 14, c. 51*: Post multa igitur et magna miracula S. Hilarius infirmatus cum obitum suum imminere cognosceret, fecit ad se venire Leontium ejusdem civitatis Presbyterum, quem maxime diligebat. Dum jam imminente nocte eum exire, et si quid foris audiret nuntiare jussisset, et ipse voces tumultuantis populi civitatis se audisse revertens exposuit. Et cum juxta eum vigilaret, finem ejus expectans, media nocte jubetur exire, et quid audire possit jacenti referret: qui dum se audisse nil renuntiat, mox nimia claritas, quam etiam Presbyter sufferre non poterat, intravit ad eum, et sic paullatim recedente lumine migravit ad Dominum. S. Leontius, *alias* Leonius, *et* Leo, *S. Hilarii in exilio comes, colitur 1 Februarii.*

Auctore Fortunato

LIBER II DE EJUS MIRACULIS.

PROLOGUS.

Domino sancto, et meritis beatissimo Patri Pascentio Papæ, et in Christo florigera perenniter caritate vernantibus Ecclesiæ Pictavensis habitatoribus, Fortunatus.

Caussæ scriptionis.

Cum veteres infidelium conditores voluminum eloquentiæ suæ pompam cunctis ostendere, caussa provocaverit opinionis inflatæ; dum inter Regum vota seu funera, id est prospera vel adversa, confuso vocis ordine, quodammodo a nisi sunt cantare pariter et plorare; ut vel hi qui dixerunt, vel de quibus locuti sunt, saltem in libris viverent, etsi vacuis actibus inaniter defecissent; cur ego melioris spei sollicitatus instinctu, patiar reticere summi Confessoris viventia merita, et victorias, non sine, quod absit, vindictæ cælestis incursu: cum vix debita solverem, si de B. Hilarii indeficientis lampadis splendore, infatigabili voce, die continuata cum nocte pariter decantarem? Qua vero vel irretitus inscitia, vel impulsus offensa, in ea voluntate sub gravi torpore persisterem; ut cum illi decepti plurimo tractatu, de resoluta umbrarum imagine nonnulla conficerent, et in pulverem redacta cadavera falsis quasi laudibus animarent; ego de Sanctis permanentibus, et, quod est felicius, in regno Christi quotidie florentibus, nihil referrem: præsertim ubi diversa diversarum partium videtur esse caussa mercedum, quod gentiles fructum laboris sui in inani tantum favore voluerunt consistere; nos autem oporteat in beatorum virorum intercessione plantare? Quibus hic si verba solvimus, illic gaudia comparamus. Idcirco reddat illi mobilis lingua præconium, a quo prius pectora hunc conceperunt affectum. Nam bonis ejus aperte creditur invideri, si quæ de illo cognovimus, silentio videantur abscondi.

Sanctorum quærenda intercessio.

Multa Hilarii miracula ignota Auctori

2 Merito itaque cum ceteris, et me de se loqui compellit, qui etiam mutos, ut loquantur, absolvit. Sed quam plura superstes in corpore fecerit, vel quanta operatus sit, postquam æternam in requiem, plaudentibus Angelis, ad Christum victor de mundi certamine transmigravit etsi non potui, annorum vetustate subripiente, contingere; attamen vel quæ præsenti tempore miracula misericors præbuit, cupio indigenti memoriæ non fraudare: ut quisquis hæc fideli, sicut condecet, auditu perceperit, et præterita se cognoscere gaudeat, et similia fieri virtute Confessoris in futurum confidat.

a Ms. Rupat. visi.

CAPUT I.

Ægri, cæci, contracti, leprosi sanati.

Probianus moribundus sanatur,

Igitur Probianus cum dubio jam vitæ penderet in fine, et spem convalescendæ infantiæ mors invida parentibus subripere festinaret, nec parvuli funus acerbum considerans, nec desideria ingemiscentis senectutis spectans, avida, quidquid invenit, extra fortem cuncta concludens, sola tamen intercessione B. Hilarii restiterat moribundo salutis cessio. Quem Franco suus genitor, et Periculosa mater, quæ magis converso nomine filii periclitabatur in nece, jam quasi defuncti præmeditantes exequias, cum ingenti luctu et fletu in Confessoris tabernaculum detulerunt. Tunc S. Hilarius ab auctore suo secretæ artis exhibens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia

AUCTORE FORTUNATO.

compendia sanitatis, subito membrorum fluentem fabricam verbo operante erexit, et in statum pristinum, tamquam si nihil in ea fuisset solutum, reformavit : moxque parentum lacrymas lætitiæ mole superveniente siccavit : gemitus voto succedente præclusit; ubi jam per dolorem non erat, sed præ gaudio, quod plorarent. Quas pœnas, quæ tormenta, mors ipsa tunc pertulit, quando illud quod credebat invadere, sic amisit? Profecto quando alterum victrix ferire non potuit, sesejam victa percussit. Qui tamen Probianus postea apicem promeruit obtinere *a* Pontificis, et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici, singulis annis vitæ debitor tributa persolvit.

Is postea Episcopus, quotannis vota solvit.

4 Illud quoque nobis est tam singulare miraculum, pro gloria collatoris, ad memoriam populi revocandum. Nam cum a *b* Cadurcis venissent duo homines, lepræ maculis immutati, spem suæ salutis in S. Hilarii intercessione fundantes persistebant, de pulvere, qui ab ejus sepulcro abstergebatur, sua cum aqua lavantes capita, et membra reliqua perungentes. Tam diu sibi talem curam fideliter impenderunt, *c* donec infirmitatis ipsius ulcerosa varietas de corpore, quod captivaverat, captiva migraret; ut decepta suis solatiis, colorem, quem invaserat, inviolatum relinqueret : et quam secum attulerat, turpitudinis speciem non teneret. Post innumerabilia itaque vulnera, membris omnibus instaurata est cutis una. Vultus ille diuturna deletus sorde, sua cœpit in ambobus repingi imagine, nec agnosci, qualis fuerat per infirmitatem. Per fidelissimum namque pulveris lavacrum Pictavis purificus illis inventus est Jordanis, et non ipsi ad fluvium, sed ipsis fluvius hic occurrit : ex quo tam prædicabilis patuit miseratio Confessoris; quod et laborem eis longinqui itineris abstulit, et salutis vota porrexit. O quam inæstimabilium claruerunt documenta virtutum, ubi sepulcri immunditiæ mundaverunt maculas lepræ! Cujus hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali pulvere ferret beneficia medicinæ? Ex quibus *d* Castricus Diaconus, et *e* Crispus Subdiaconus institutus, ad ejus obsequium usque in finem suum, per quem sanati sunt, adhæserunt. Et merito illius elegerunt sustinere juga *f* Domini, a quo a pœna liberi sunt effecti.

Leprosi duo mundantur pulvere sepulcri S. Hilarii.

Post ad Ordines promoti.

5 Quædam puella in hanc vitam veniens, dexteram mortuam traxerat, natura formante, et debilem manum in speciem globi collegerant nervorum fila contracta : fluxa suo stamine digitorum tela marcebat. Tunc occurrens ad Beatissimi Hilarii sepulturam, intercessione ejus vivacibus est officiis ordinata. Paullatim mobilis vigor articulos stupentes et ungues irrepsit. Post longa tempora manus illi tunc nata est, cum sensit munera Confessoris. Extincta venit matris ab utero, viva redit de sancti sepulcro. Ecce quam larga remuneratoris est pietas, ut quæ natura non genuit, hic membra suppleret.

Manus contracta sanatur.

6 Nec illud quidem præterire convenit, quod cæco post vota *g* feliciter successit. Nam cum ad B. Martini limina pro recipiendo lumine intentus properaret, in S. Hilarii præteriens templum ingressus est. Quo dum vigilias officio solito Clerici celebrarent, mane facto, apertis oculis, ipse diem cœpit aliis nuntiare, qui semper egebat audire. Apud quem una semper nox erat, tenebras illi S. Hilarius ex nocte purgavit. Qui numquam viderat ornamenta diei, cœpit illi novus sol miræ claritatis nasci. Tunc illi fabricata sunt omnia, quando cæcus meruit videre facturam; et ut ita dicam, quodammodo illi post se mundus est natus, cum lætus est genitus. Cæcus ad B. Martini ecclesiam festinabat accedere, iste hunc in suo templo dignatus est illuminare. Quanta micat gratia donatoris, qui prævenit desideria supplicantis?

Cæco visus redditur.

a [illegible] Pro- [illegible]

cilio Parisiensi II et biennio post præfuit Parisiensi III, adeoque attigit tempora Venantii Fortunati, ut § 2 diximus.

b Cadurcorum metropolis in Aquitania prima Cadurcum, ad Oldum fluvium, urbs Episcopalis sub Archiepiscopatu Bituricensi.

c *Bouchetus nono die sanatos scribit.*

d *Bouchetus*, Casterius.

e *Ms. Ripat* Crispio. *Bouchetus* Crispo, *et addit hoc miraculum contigisse statim post translationem reliquiarum, de qua infra.*

f *Al.* domini. g Felix *appellatur a Boucheto.*

CAPUT II.

Victoria obtenta, alia miracula.

Quid dignum etiam referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in Regem collatum? Denique *a* Clodoveus Rex dum contra hæreticam gentem pugnaturus, armatas haberet acies, *b* media nocte meruit de basilica beati viri lumen super se veniens adspicere, admonitus etiam ut festinanter, sed non sine venerabilis loci oratione, adversus hostes conflictaturus descenderet. Quod ille diligenter observans, et orationi occurrens, tanta prosperitate, altero pro se pugnaturo, processit ab bellum, ut intra horam diei tertiam, ultra humana vota sortiretur a Domino victoriam. Ubi multitudo occisorum cadaverum *c* colles ex se visa sit montium erexisse. Ecce terribiliter formidanda prodigia, et delectabiliter amplectenda miracula! Parum illi fuit pro solatio Regis, signum ostendere luminis, nisi aperte monitus addidisset et vocis. Simile quoddam contigit Israeliticæ gentis tempore hujus caussa virtutis. Nam ibi columna ignis populum præcesserat; hic figura lampadis admonebat. Vellem nosse, quod fuerit tanti ardoris secretum mysterium, tam manifeste prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere, non tacebo. Nam contra hæreticas acies, sicut olim in corpore, non cessavit spiritu dimicare; *d* ita credebat sibi contra Alaricum Arianum iterum bellandi redire constantiam. Quanta fuit illi semper pro cultu Catholicæ religionis aviditas, cum in requie posito, adhuc sollicitudinis non desit ubertas! Nam qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractavit victoriæ.

Clodoveo lumine ac voce promittit obtinetque victoriam.

8 Mulier in vico Tonaciaco, dum aquam ad opus suum deportaret die Dominico, (non est meum nosse, quo præventa peccato) manus ejus attracta est, venarum arefacto discursu. Tunc revelatione commonita est, ut ad Sancti limina, si vellet salva fieri, properaret. Quo illa fidens nuntio, tamquam cum ipso salutatis suæ prævitore, læta cucurrit. Et dum in ecclesia psalleretur, similiter in absolutione die Dominico, quo præcesserat pœna, secuta sunt gaudia. Ecce consuetudinem patroni singularis amabilem, qui ut inveniat quod præstet, et caussas exquirit. O beatum Hilarium, omnium corde, ore, voce cantandum! Cujus tam larga benignitas est, ut non solum se alicui non abscondat, sed ultro ingerat! Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi.

Rursus manus contracta curatur.

9 Quædam paralytica, annis adulta puella, sine vitæ vivebat officiis. Cui intra funus extincti corporis tantum superstes anima palpitabat, et in toto cadavere lumina quasi sola vigebant, ac velut mortua in se membra vigilantes oculi custodiebant. Non lingua torpens intra palati cameram volubilis excurrebat, nec imo ducta de pectore vox collata poterat per verba disponi : non manus, cum soluta languesceret, naturæ debita servitia dissolvebat : neque pes instabilis membrorum ruinas sustinebat. Adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. Quæ in ejus solennitatis die intra ecclesiam posita, cum ingenti favore, spectantibus omnibus, est erecta. Sicque in uno debili corpore miracula plura Sanctus complevit : attenuata genuum vestigia roboravit, linguam rigentem flexibilitati vocis et facilitati aptavit, ad usum lanificii debiles quondam palmas armavit,

Paralytica sanatur.

armavit, lineamenta viscerum gratia pii muneris animavit. Aliquando igitur vetus infans in verba prorupit, et quod est conspicuum, voce prima lactis alimenta quæsivit. Ergo ut talis cibus inter omnes posceretur, quid aliud datur intelligi, nisi quando sanata est tunc prius credidisse se nasci?

Repellitur donum, nolentis offerre.

10 Nec illud tam fidele mysterium oblivione noxia subtrahatur. Itaque cum duo negotiatores ad Beati basilicam occurrissent, habentes formam ceræ quasi socialiter in commune; quidam ex his alloquitur alterum, ut eam, etsi tam parvam rem, tamen tanto Confessori vel libenter offerrent. Sed incassum sua verba in animo socii nolentis expendit. Ipse tamen cum collega suo in oratione prosternitur, ceram illam occulte ante tremendi sepulcri cancellos exponit. Mox ad omnem æqualitatem ceræ ipsius forma se divisit, et parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera, videntibus pluribus, volvendo usque ad alios cancellos, nutu divino cum omni contumelia est repulsa : quasi nollet Sanctus invadere, quod alter illi devotus non obtulit : et quoniam semper abhorruit, quod ex fide non venit; tam certus in judicio quam misericors est in voto. O quam incorruptibilis arbiter claret! *f* Castior est iste in examinatione doni, quam in electione florum illa, quæ ceram casta producit. Tunc itaque ille, qui offerre noluit, admissi criminis se teste confusus, et immensi pudoris reatu perculsus, postquam vidit sibi a radice suæ conscientiæ tantæ turpitudinis opprobria pullulasse, et in faciem occultæ cogitationis facinora revelata adspexit, consideravit, ingemuit et deflevit : ut saltem lacrymarum fonte rigante dilueret, quod corde delinquente fœdavit. Qui postea majora obtulit exactus, ceræ judicio castigante.

Ignis non lædit operimentum sepulcri S. Hilarii.

11 Item cum juxta consuetudinem, quadam nocte cereus ibi illuminatus fuisset, casu super sepulcrum ejus, qui intercessione sua mortuos vivificat, ardens corruit, ita ut super *g* mafortem, quo cecidit, sine læsione aliqua perarderet. Nam in quantum fuit cerei longitudo, cera jacens inventa est, papyro consumpta, tamquam si confinium cera ipsa fecisset inter ignem et pallium, ut ab ipsa inveniretur defendi per quam potuisset exuri. Attendite beneficium : ut obediretur Confessoris præcepto, quam semper scit subdere et consumere, hic ceram ignis expavit : quam ad ardendi auxilium sumpserat, ipsa ei visa est repugnasse. Sed inter hæc illud potius admonet, ut dicatur in virtute Confessoris, quas edidit cera flammas, extinxisse, et converso ordine illud a quo vorari potuit præfocasse. Diversæ species suam visæ sunt naturam mutasse : ne quid enim hic incendia læderent, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. Sed quantum est apud illum cerei lumen extinguere, qui cæcorum lumen accendit? aut cum ad alterius cadaveris sepulturam oculorum ignem redintegrat, quam facile credimus de sepulcro proprio ut flammas expellat?

Epilogus libri

12 Vellem adhuc insatiatus sacratissimi viri miracula, quasi peculiariter decantare : sed vereor, ne unde meam cupio devotionem ostendere, auditoris animum, fastidio nascente, videar obturare. Da mihi pie veniam de textus hujus parvitate; da casui culpam : ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar incurrere Confessoris offensam, de quo exigua dicerem, si libros implerem. Sed præsumo plurima de te minus dicere, ut de te legere populum brevitas plus invitet, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, Amen.

a Chlodovæus I regnavit ab anno circiter 481, per annos triginta ad annum circiter 511, qui quinto ante mortem anno, ut testatur Gregorius Turon. lib. 2, cap. 43, Christi 507, cum Alarico Gothorum Rege Ariano dimicavit in campo Vocladensi, decimo ab urbe Pictaviensi milliario, de cæso ejus exercitu Regem ipsum sua pte peremit manu.

b Gregorius Turon. Veniente Rege (Chlodoveo) apud Pictavos, dum eminus in tentoriis commoraretur, pharus ignea de basilica S. Hilarii egressa, visa est ei tamquam super se advenire, scilicet ut lumine beati Confessoris adjutus Hilarii, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem Sacerdos pro fide confligerat, debellaret. Eadem habent gesta Regum Francorum a Frehero primo, deinde a du Chesne tomo 1, scriptorum Galliæ edita. Fredegarius Scholast. historiæ Francorum epitomator cap. 35, ait Chlodoveum multis muneribus ecclesiam S. Martini et S. Hilarii ditasse, quorum fultus auxilio hæc cernitur implesse. Legenda etiam gesta Francorum Roriconis monachi apud eumdem du Chesne, et vita S. Remigii per Hincmarum.

c Al. tanta jacuit in loco, ut collis ipse ab hoc visus sit se erexisse in altum.

d Al. Credebat contra Alaricum Arianum iterum redisse Constantium. Qui sensus haud satis constat. Alludit tamen certe ad certamina ab Hilario contra Constantium Augustum suscepta.

e Al. membrorum structuram sustinebat. Al. membra ruitura sustentabat. f Al. cautior.

g Ad cap. 6, primæ vitæ S. Gudilæ 8 Januar. nu. 21 alia significatione hoc verbum acceptum. Consule onomasticon Rosweydi.

ALIUD S. HILARII MIRACULUM.

Ex S. Gregorio Turon. de glor. Confess. cap. 2.

Hilarius beatissimus quarto exilii anno ad urbem propriam est regressus, impletoque operis boni cursu, migravit ad Dominum. Ad cujus beatum sepulcrum multæ quidem virtutes ostensæ narrantur, quas liber vitæ ejus continet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt. Mons enim erat in *a* Gabalitano territorio, cognomento *b* Helanus lacum habens magnum : ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina projiciebat, ac pannos qui ad usum vestimenti virilis præbentur, nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas casei ac ceræ vel panis, diversasque species, unusquisque juxta vires suas, quæ dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plaustris potum cibumque deferentes, mactantes animalia, et per triduum epulantes. Quarta autem die cum discedere deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo et coruscatione valida : et intantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, ut vix se quisquam eorum putaret evadere. Sic fiebat per singulos annos, et involvebatur insipiens populus in errore. Post multa vero tempora, quidam Sacerdos ex urbe ipsa Episcopatu adsumpto accessit ad locum, prædicavitque turbis ut absisterent ab his, ne cælesti ira consumerentur. Sed nequaquam ejus prædicatio a cruda rusticitate recipiebatur. Tunc inspirante divinitate Sacerdos Dei basilicam in honore B. Hilarii Pictaviensis eminus ab ora stagni ædificavit, in qua reliquias ejus locavit, dicens populo : Nolite filioli, nolite peccare ante Dominum : nulla est enim religio in stagno. Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognoscite Deum, et amicis ejus venerationem impendite : adorate autem S. Hilarium Dei Antistitem, cujus hic reliquiæ sunt conditæ. ipse enim potest pro vobis apud Dei misericordiam intercessor existere. Tunc homines compuncti corde conversi sunt, et relinquentes lacum, omnia quæ ibidem projicere erant soliti, ad sanctam basilicam conferebant : et sic ab errore, quo vincti fuerant, relaxati sunt : sed et tempestas deinceps a loco illo prohibita est : nec ultra in hac solennitate, quæ Dei erat, nocuit, postquam beati Confessoris ibidem sunt reliquiæ collocatæ. *c*

Ad Helanum lacum rustica superstitio.

Tempestas anniversaria a diabolo

S. Hilarii reliquiis compressa superstitio et tempestas

a Gabali Cæsari lib. 7, Γαβαλλοι Ptolemæo, Γαβαλεις Straboni, Gabales Plinio, hodie le pays de Givaudan. Sidonius carmine 24 terram Gabalum satis nivosam vocat. Montem habet altissimum Loseram, in cujus radicibus oritur Elaveris fluvius, ubi in proxima valle est urbs Episcopalis Mimate, de cujus Episcopo S. Firmino XIV Januarii agemus.

b Alias Helarum. Bouchetus, la fontaine et lac des Helles, videtur pars Loseræ, cum qua sub Cevennis montibus continetur, quibus ab Aquitania Galliam Narbonensem separat. Ausonius carm. de Narbon. laudat Cebennas, Cavennæ, Gebennæ, Gebennici et Cemmenici dicuntur.

c Bouchetus scribit hanc ecclesiam, haud procul Rupella distantem, sua ætate parochialem fuisse, dictam S. Hilarii de Palude. Verum cum S. Gregorius dicat in Gabalitano fuisse, quî potuit esse Rupellæ vicina?

Ex Gallico Jo. Boucheti

ALIA MIRACULA.

Ex Flodoardi historia Remensi lib. 4, c. 48.

Paralytica sanata

Sunt hic Remis *a* ecclesiæ duæ in honore S. Hilarii : una infra civitatem, in qua nuper quædam puella contracta et paralytica divina est erecta virtute. Altera quæ est antiquior ecclesia ante portam Martis sita, quam *b* S. Rigobertus Pontifex antecessoribus nostris Clericis ad sepulturam ipsorum dedit. Quæ dudum scilicet ante discessionem vel expulsionem Domni *c* Artaldi Episcopi crebris illustrabatur miraculis. Unde et tunc ab eo, civibus quoque suffragia ferentibus, tectis ac novis est reparata laquearibus. Nam quidam cæcus nomine Paulus, admonitus in somnis ut ad eamdem pergeret ecclesiam, lumen ibi recepturus advenit, et recuperato lumine (nec mora) videns abscessit.

Cæcus illuminatus

2 Quidam ex Episcopi famulis cum ad ipsam pergeret ecclesiam, piscatorem cum piscibus ante fores ecclesiæ obvium habuit : quos apprehendens velut empturus abstulit. At pauper ille piscator, ut inde sibi cum S. Hilario conveniret, devotationum clamores lugubri mente in eum ingessit. At ille despiciens hujuscemodi voces, ecclesiam quasi Missam auditurus intravit. Ubi dum staret, subito corruit, graviterque vexatus ejicitur. De qua vexatione non parvo tempore laboravit. In hujus ecclesiæ cœmiterio quidam *d* Scotigena Dei servus olim sepultus est.

Fur punitus

a *Plurima per Galliam S. Hilario erecta templa variorum nomina induunt. Aliæ ecclesiæ in Remensi territorio referuntur ab eodem Flodoardo lib.* 1, c. 25, *antiquitus ei erectæ.* Fabricaverat enim S. Theodulphus, *qui* 1 *Maii colebatur*, basilicam in honore S. Hilarii, quo cursum sui duplicaret laboris, *etc. Erat* Abbas monasterii S. Theodorici tribus a civitate millibus separati, *ut ibidem Flodoardus l. cap.* 24, *colitur* S. Theodoricus 1 *Julii. Vixerunt ambo sæculo sexto.*

b S. Rigoberti *vitam dedimus* IV *Januar.*

c Artaldus, *vel* Artoldus, XXXVI *Episcopus Remensis ordinatur an.* 932. *De ejus expulsione Flodoardus testis oculatus lib.* 4, *c.* 28.

d *Hic est* S. Merolilanus, *cujus vitam dabimus* XIX *Maii.*

ALIA MIRACULA,

a Joanne Boucheto Gallice scripta.

Infirma sanata

Pictavensis in S. Hilarii basilicam adiit mulier quædam, inopia ac virium languore ex æquo pressa. Ibi prece ad Deum sanctumque Antistitem fusa, levi sopore corripitur, sibique Sanctum videre visa est, monentem ut ad *a* S. Petri ædem se conferret, ejusque imploraret opem, præsentem continuo expertura. Paret illico, viresque recuperat.

Barbarus simulate baptizatus

2 Quo tempore in Aquitaniam Dani irrupere, dirasque late strages dedere, ex iis quidam homo nefarius Christo se nomen dare et baptismo tingi velle professus est, pollicitus plurimum se illi proventurum emolumenti, si se suscipere de sacro fonte Comes *b* Arnulphus voluisset. Annuit Comes. Baptismo ablutus est barbarus, non ut serio religionem Christianam complecteretur, sed ut ritus illius curiose exploraret. Albis igitur de more indutus, in Choro ecclesiæ ad S. Hilarii sepulcrum introducitur. Sudum erat et immobile cœlum ; subita tamen vis venti, candidum, quo indignus erat, amictum a capite ac corpore ejus revellit, variaque turbine per basilicam circumferens, in auras evanuit. Barbarus in avita obstinatus superstitione abscessit.

3 *c* Mulier quædam, Goda nomine, crure ac tibiis pedibusque ita misere contractis, ut absque fulcro incedere adminiculo nequiret, Dei Sanctique Hilarii invocavit auxilium, cœlestemque Pictavensem religiose visitavit, ubi visum gradiendique facultatem divinitus adepta est. Verum vix domum redierat, cum luminibus rursum est orbata. Pictavos redit, ... lumen ... Idque tertio evenit. Tandem in votis continuo ... statuit, quas denuo curata coemit, temploque verendo, et aliis id genus obsequiis religiosam Sancto servivit servitutem. Hoc vero idcirco aiunt accidisse, quod in priori illo domicilio nescio quid identidem perpetrabat delicti, quo divinam provocabat ultionem.

Serpentes fugati.

4 Miserat Frotbandus monasterii S. Genovefæ Parisiis Abbas, S. Hilarii reliquias ad propinquum quempiam vicum, altari inserendas. Id dum fieret vasti duo serpentes, qui sub eo delituerant, cum tetro sibilo prodeunt, atque templo egressi, subito extinguuntur. Adeo serpentibus nusquam tuta statio est, ubi S. Hilarii fuerint pignora : quippe qui et serpentes olim fugarit, et serpentinas hæreticorum linguas vicerit.

Energumena curata

5 Quædam, insidente corpus cacodæmone, sensibus erat ac ratione orbata : Pictavos ad S. Hilarii ædem perducitur : funduntur ad Deum ac Sanctum preces : effugatur dæmon : illa omni deinceps ejus infestatione, adeoque et ægritudine caruit.

6 Circiter annum Christi millesimum octogesimum, Pictonum Comes *d* Guilielmus Gauffredus (is qui *e* Monasterium-novum Pictavis condidit) primo diluculo ad preces matutinas, quæ in S. Hilarii æde peragebantur, duobus solum comitatus famulis, pedisequo altero, altero cubiculario, adibat : ingressus offendit pedibus fasciculum strophio involutum, tolli a famulo jubet, et, cum in eo libras viginti quinque minus quatuor denariis colligatas didicisset, diligenter asservari. Romam deinde cogitans, fasciculum una deportari a famulo imperat, ut, quem cui restituere fas esset ignoraret, eum isthic Deo dicaret. Jam Alpibus superatis ad virum nobilem sibi amicum divertit. Inter cœnandum varii habiti de Sanctorum sepulcris, miraculis, patrocinio sermones sunt, prædicante præcipue Guilielmo quæ ad S. Hilarii reliquias quotidie fierent Pictavis portenta. Refellere hospes dicta : quippe qui vix anno elapso, Compostella revertens, Pictavos venerit, ac summo mane S. Hilarii ædem viserit, et brevi (quod comites jam præcessissent) facta precatione, denarios quatuor obtulerit : sed cum egressurus excidisse sibi reliquum viatici, libras circiter viginti quinque sudario involutas animadvertisset, omnia nequidquam perscrutatus, multisque fusis ad S. Hilarium precibus vacuus abscesserit. Intellexit Guilielmus eum ipsum nempe fasciculum esse, quem reperisset : quærit igitur ex hospite, num eum, si coram produceretur, agnoscere fasciculum posset. Hospes vero ne sibi illudat rogat. Afferri Comes fasciculum jubet, quem illico ut exposuit, hospes agnovit, multoque certius cum nummis numeratis deesse quatuor denarios vidit, quos Sancto obtulerat. Deo igitur gratias agere ac Sancto, ipsique Comiti, haud minus miraculi novitate exultanti.

d *e*

Pecunia reperta

7 Guilielmus Rufus, cum altera careret tibia, singulari tamen erga S. Hilarium pietate, ejus ædem equo vectus, etsi satis alioquin tenui re domestica esset, frequens adibat, equum ad templi valvas, dum feretrum religiose veneratur, relinquere erat solitus. Prætereuns quidam primo mane, in equum insilit, ad urbis se portam proripit, (jam enim urbis muris circumdata S. Hilarii basilica erat) sed egredi vi quadam occulta prohibitus est : ceteras obit portas, nec ulla non arcuit transitu furem. Avertit ea res illius a cœpto jam flagitio animum. At si equum ad basilicæ ostium reduceret verebatur ne Prætor manum sibi injiceret, repeteretque furti pœnas. Committit eum tantisper familiari sibi feminæ custodiendum ipse ad templum abit, consilium in arena capturus. Rufum reperit graviter equi jactura perturbatum, tantumque non succensentem S. Hilario, qui sibi equum sivisset eripi. Solabantur, qua fas erat, hominem ejus coenobii monachi ; cum ecce fur in conspectum se dedit, et sive turbatæ mentis indice vultu,

Furtum impeditum

seu

seu quo divino instinctu agnitus, apprehensus, fassusque crimen est: cujus ei, equo restituto, venia data.

8 Quo tempore Henricus Angliæ Rex conjuxque ejus *f* Alienora rerum in Aquitania potiebantur, vulgatus divina vindicta morbus est, ignotus ac feralis. Is igne quodam, qui cerni tamen non poterat, depascebatur membra tetra tantum ulcera ac plagæ cancro haud absimiles hiabant. His multi extinguebantur mortales, ante in furorem nescio quem acti. *g* Haud satis etiamnum quod genus istud luis fuerit conjicio, nisi si Venerea illa fuit, quam vulgus Neapolitanam vocat. Multis tunc in mentem venit S. Hilarii opem implorare. Et visitata religiose ejus basilica cælestem retulere medicinam. Hujus beneficii, ut fit, didita in populos fama, exciti plurimi undatim confluebant, tum infirmi ipsi, tum eorum parentes et amici. Fuitque pia quædam matrona, quæ divina inflammata caritate ultro curandis miserorum fœda tabe fluentium ulceribus impendit operam, dum in ipsa basilica sacras vigilias peragerent. Ea nocte quadam S. Hilarium Pontificali habitu, aliis comitantibus Episcopis, singulos isthic excubantes circumeuntem et aqua aspergentem vidit, qui omnes postridie incolumes extitere. Tradit vero qui id litteris consignavit, triplex fuisse isthuc convenientium ægrorum discrimen: alii enim visitato Sancti feretro convaluere, alii dum isthuc peregre advenrarent, alii simul suis erant ædibus egressi.

Ardentium morbus sive sacer ignis, curatus.

9 Repertus erat a templi custodibus piarum precationum libellus, argento eleganter ornatus. Hunc sustulit quidam, non furtive usurpaturus, sed descripturus dumtaxat precationes. Adolescens quidam furti accersitur: et quæstione habita, alias fatebatur crimen tormentis victus, negabat alias. ergo torqueri acriùs jubetur, manu bullienti aquæ immersa. Adfuere spectatores plurimi, interque eos qui librum subduxerat. Palam in ecclesiæ meditullio aquæ bullienti inseritur manus adolescentis, neque doloris aut noxæ quidquam perpetitur. Dum vero eam e vase educit, gutta in faciem adstantis rei excussa est. Hic ille ingenti torqueri dolore, facie illi fœdum in modum intumescente. Ergo fateri publice quod erat gestum: itaque adolescente absoluto, ipse quoque dolore liberatus est.

Innocentia defensa.

10 Aliud simile memoratur miraculum. Sacellanus quidam falso crimine arguebatur, ut qui unam e sacris Ecclesiæ trabeis, quas cappas vocant, esset furatus. Inficiari ille crimen, paratus etiam igne refellere. Usitatum ea ætate apud Pictavos genus probationis, a Gothis olim acceptum. In ipsa basilica ingens extruitur rogus. Ille fusis ad Deum Sanctumque Hilarium precibus, fide plenus ac divinæ opis fiducia, per medias graditur flammas, ne libatis quidem minimo ignis ardore vestibus. Et continuo alius qui flagitium designarat deprehensus, vestisque recuperata est.

Reatum ne pedito.

11 Adolescens quidam Pictavis, ab ipso ortu surdus ac mutus, cum multos videret ad S. Hilarii confluere sepulcrum, cœpit ipse quoque illius ecclesiam frequentare, ejusque curatores ac ministros: sacristis et custodibus navare in verrenda æde, peragendisque nocturnis vigiliis operam. Quadam ergo nocte dum solus isthic excubat, ad Sancti tumulum accedit, diducit in crucis formam brachia, pie illum ut sibi adsit obtestatur. Adstitit oranti Hilarius Pontificio cultu, et quid se vellet quæsiit. Audiit antehac surdus, respondit que cupere se, si Deo ita collibuisset, ejus ope audiendi loquendique sibi facultatem impertiri; at Sanctus. Audies, inquit, Deo id mihi gratificante: ut loquaris quoque S. Martini tributum est patrocinio, abisis ad illius tumulum, gratias illi acturus. Audiit ergo, intellexitque postridie quæcumque sibi dicerentur, solitisque gestibus vale templi custodibus dicto, Turones abiit. Ibi cum pernoctare in S. Martini æde vellet, repulsus a custodibus est. Foris ergo ante ipsas valvas noctem vigil exegit, ad Deum identidem Sanctumque Martinum fundens preces. Evicit deinde postridie nutibus gestibusque a sacristis ut intra ipsam ædem insequenti nocte permanere sineretur. Hic vero egregio animi ardore precanti S. Martinus adstitit, et ut loqueretur edixit. Locutus est tum ac deinceps expedite. Rem postridie omnem retulit: quæ tamen credita non est, donec Pictavensium est testimonio confirmata.

Surdus auditum impetrat.

Ex Gallico Jo. Bouchети loquelam ad sepulcrum S. Martini

12 Qui duo hæc miracula litteris tradidit, idem testatur se cum Myra reverteretur, quo *h* S. Nicolai sepulcrum veneraturus abierat, conspexisse quodam loco eversæ collapsæve ecclesiæ muros; atque ex sene isthic reperto sciscitatum, quæ ea fuisset ædes, didicisse, olim S. Hilario Episcopo Pictavensi positam. Nam cum is ab exilio, in quod erat a Constantio relegatus, rediret, sub noctem eo appulsum, cum nulla prope domus aut tugurium esset, ad quod diverteret in cavum quoddam e saxo sepulcrum (cœmiterium enim isthic erat) subiisse, ibique noctem exegisse. Cum postridie inde abiisset, aquam ex eodem sepulcro limpidissimam manasse; ea qui ægri abluebantur, continuo restitutos sanitati. Re vulgata, undique plurimos confluxisse, eorumque donariis constructam, cujus ruinas cerneret, ecclesiam fuisse, quæ bellicis tumultibus neglecta collapsaque jam esset. Addit idem scriptor se illud quoque sepulcrum humidum vidisse.

Morbi varii curati

13 *i* Vasatis (urbs est Vasconiæ) celebritas agi S. Hilarii consueverat, omneque servile opus a primis vesperis religiose intermitti. Mulier tamen quædam solita ecclesiæ lineam lavare supellectilem, publica populi contempta pietate, nescio quid sarcire vestimenti ausa, ingenti primum dexteræ manus dolore correpta est, quæ dein ita contracta est nervis convulsis, ut cubito jungeretur. Intellexit eam sibi divinitus neglectæ religionis pœnam infligi. Multis ergo cum lacrymis Sanctum ut sibi ignoscat obtestatur. Nec tamen ante insequentes ferias sacræ Pentecostes, ut pristinus dexteræ vigor restitueretur, obtinuit. At cum tunc sero in Cathedrali, quam verri curarat, ecclesia esset, in somnum incidit, ac videre sibi magnificum sepulcrum visa est, ex eoque prodeuntem Antistitem, ac sese his compellantem verbis: Deum offendisti, neglecto Ecclesiæ de mea celebranda festivitate præcepto; ideoque pœnas dedisti at tuæ nunc exauditæ sunt preces, pristinamque recuperabis sanitatem. Simul ejus dextram prehendit, inque priorem situm restituit Experrecta validam sibi, ut prius, manum sensit: profecta ergo Pictavos gratias S. Hilario coram egit; ejusque omnino quale dormienti objectum erat, sepulcrum est venerata.

Festi violatrix punita curata

14 Imperante Aquitanis Gulielmo Gauffredo Pictavensi Comite, ejusque filio Guilielmo; e *k* Burgundia, unde erant oriundi, vir quidam nobilis Pictavos venit, consanguineum, ut aiebat, Ducem salutaturus Aliquanto post reditum ad suos paranti varia Dux munera obtulit. Quæ ille omnia urbane recusavit; verum, si Ducis gratia consequi id sibi fas esset, cupere se dixit fundos quosdam, quos in Burgundia Canonici Pictavenses, suæ domui contiguos, pleno dominii jure possiderent, mercari. Acturum se Dux cum Canonicis spopondit. Assensere Canonici, legitime iis transscribente Duce vicum Arsaium in Alnesio prope Rupellam. Insequenti nocte visendum se in somnis Burgundioni illi S. Hilarius obtulit, itaque eum affatus est. Huc venisti, hospes, ut suis Ecclesiam meam possessionibus spoliares? Impegitque illi ter quaterve Pastorale pedum in caput. Excussus homini sopor, valde una vociferanti Advolant famuli somnium iis haud inane exponit,

Avaritia castigata

Ex Gallico Jo. Boucheti.

ponit, plagasque a S. Hilario inflictas ostentat. Dux re comperta, Canonicos et priorem vicum (Longumrete vocant) et Arsaium quoque habere jussit.

15 Cœcus quidam diu multumque S. Hilarium videndi facultatem oravit, ac Pictavos profectus dies complures iisdem votis precationibusque exegit. Nocte quadam S. Hilarium in somnis videre sibi visus est, isthæc sibi edicentem: Crastina luce duos hujus Ecclesiæ Canonicos (nomen expressit utriusque) reperies: eis a me denuntia, ut flagitiosam suam vitam corrigant; ni fecerint, pœnas brevi daturos. Ut vero fidem habeant, cum in Missa solemni, quæ ipso die in eadem fiet basilica, sacrum trisagion de more concinetur, visum recuperabis perspicaciorem firmioremque quam omni retro vita habueris. Experrectus, nec vanum ratus somnium, cum ad Sancti basilicam ductus, duos illos invicem colloqui Canonicos didicisset, eos adit, et proprio quemque nomine compellat, ac visa auditaque refert. Sprevere quidem illi dicta, ceu levia somniorum terriculamenta; tamen quod sibi suorum conscii scelerum essent, nonnullo sunt timore perculsi; et alterius, quo minæ confirmabantur, præsagii exitum studiose opperiebantur, uti et ipsorum collegæ ceterique ejus Ecclesiæ Sacerdotes, quibus visum sibi redditum iri cœcus indicarat. Ubi ergo ad trisagion ventum est, hominem circumstant et simul tertio SANCTUS erat decantatum, aperiri ambos ei oculos, iisque illum clare et distincte cernere cuncta intuentur; et Deo Sanctoque Hilario gratias agunt. Hildebrandus, qui hoc descripsit miraculum, negat sibi compertum an mores duo illi Canonici emendarint, hoc constare eos paullo post e vivis excessisse.

Visus redditus: moniti dyscoli.

16 Gregorius Archiepiscopus Turonensis lib. de gloria Confessorum, cap. 53, scribit, intra ipsum Pictavorum terminum, qui adjacet civitati Namneticæ, id est in vico *l* Ratiatensi, *m* Lupianum quemdam in albis transeuntem requievisse, qui fertur a B. Hilario Antistite donum baptismatis suscepisse, sed mox migrasse a corpore: cui a Deo bonorum omnium largitore tanta est gratia attributa, ut ad ejus sepulcrum cœcus visum, paralyticus gressum, mutus mereretur eloquium.

l m S. Lupianus a S. Hilario baptizatus, clarus miraculis,

17 Idem Gregorius eodem libro cap. 52 narrat, Thaumastum *n* juxta expositionem nominis sui admirabilem sanctitate, *o* Momociacensis urbis Episcopum, de eadem urbe, incertum qua de re, expulsum, Pictavum oppidum petiisse; ibique præsentem vitam in bona perdurantem confessione finivisse, et sepulcrum habuisse ante ipsum atrium B. Hilarii: de quo tumulo erasus a multis pulvis et haustus, ita dolori dentium febriumque medebatur, ut qui hauserant mirarentur effectum. Nam ita ea benedicto assidue expetebatur, ut jam non uno loco sarcophagus appareret transforatus. Arbitror unum esse e sepulcris quæ in S. Bartholomæi visuntur sacello: unum enim pluribus locis perforatum est, et pulverem ex eo etiamnum cultro abradere feminæ consueverunt, parvulorumque suorum escis commiscere ad colicos dolores sanandos. Plura sunt ejusmodi sepulcra, quibus nonnulli parentes S. Bartholomæi conditos arbitrantur. Verum nec certum ejus rei testimonium vidi, neque assequi possum, quis eorum corpora e Palæstina advexisset Pictavos, nisi fortassis adhuc superstites *p* S. Martialem huc sunt secuti, uti S. Amator et S. Verona.

n o S. Thaumastus ad S. Hilarii sepulcrum sanctus mortuus

p

18 Si universa persequi miracula voluero, quæ isthic S. Hilarii meritis nostra memoria patrata sunt, ingens contexam volumen: nam quingenti namimum, quibus turbata mens motaque gradu ratio erat, isthic sibi restituti sunt, paucique adeo eo adducuntur, quin aliquanto post tempore vel sanentur omnino vel mitigantur. Imploratur quoque ad repellendas contra orthodoxam religionem tentationes ab adolescentibus quoque, qui obtusiore ad condiscendas litteras ingenio sunt, et sane quamplurimi mihi jurejurando affirmarunt se præsentem Sancti opem in ea re expertos.

Plurimi a S. Hilario sanati

a *Est ea Cathedralis, ut ex Boucheto et Cl. Roberto patet.*

b Ranulphus *legendum videtur, sive* Rannulphus, *aut* Ragnulphus, *qui* Comes Pictavensis *Ademaro dicitur.* *Reginoni* Dux Aquitaniæ. *Is anno* 867, Hastingum *Normannorum Ducem, qui se in quadam basilica communierat, oppugnans, sagitta ictus, triduoque post mortuus est; ulciscente Numine, ut in gestis Normannorum dicitur, quia S. Hilarii basilicam injuste usurparat.*

Ranulphus Dux Aquitaniæ.

c *Hoc miraculum a Fortunato narrari scribit Bouchetus. Pluribus usi MSS. in nullo id reperimus. Adjectum fortassis ad Aquitanica exemplaria quæ ipse legit.*

d *Is Boucheto est quartus illius nominis, diciturque successisse parenti* Guilhelmo Capiti-stupæ *anno* 1025, *obiisse anno* 1086.

e Abbatia SS. Joannis Evangelistæ et Andreæ Monasterii-novi, *a* Guilhelmo Gauffredo, *sive* Goffredo *ædificata, perfecta traditur amplisque possessionibus dotata anno* 1077, *quamquam multa deinde* Guilhelmus *quintus, quem* Sanctum *vocant, ut* 10 *Februarii diximus, adjecit.*

Monstier-neuf abbatia Pictavis

f *Filia hæc fuit* Guilhelmi V, *conjux primum* Ludovici VII, *Galliæ Regis, sed ab eo consanguinitatis prætextu repudiata,* Henrico *Normanniæ Duci, qui deinde Angliæ Rex fuit secundus ejus nominis, nupsit an.* 1151.

g *Ignis sacer fuit, qui vulgo S. Antonii dicitur, de quo 3 Januarii in Miraculis* S. Genovefæ *pluribus actum.*

h *Ejus reliquiæ Barium allatæ circa annum* 1087, *ut 9 Maii diximus.*

i *Vasatum urbs* Cossio *dicitur Ausonio in Parentalibus car.* 24. Κοσσιον *Ptolemæo lib. 2, cap. 7.* Vasatæ *Paulino,* civitas Vasatica *in Notitia provinciarum, et in* MS. *nostro, forsan vitiose,* Vasateta, *vulgo nunc* Bazas, *aut* Vasas, *ut Vinetus scribit.*

Vasatæ

k *Testatur certe du Chesne lib. 1 historiæ Vergiacæ ab antiquis Scriptoribus,* Guilhelmum *Aquitaniæ Ducem, qui Ranulpho successit et Cluniacum condidit,* Principem Burgundiæ *appellari, propter amplissimas in Burgundia possessiones.*

l *Bouchetus interpretatur* Raiz.

m *Colitur 1 Julii* S. Lupianus *Confessor: an hic nos latet, ut potius alium existimemus inducimur, quod 17 Februarii in* Claromonte *agi dicitur* translatio S. Lupiani Confessoris.

S. Lupianus

n *Mendose igitur in MS. et apud Bouchetum* Theomestus *dicitur: nam* Θαυμαστος *idem est quod* admirabilis. *Nec hujus in Martyrologio Gallicano nomen reperimus.*

o *Bouchetus* Memmiensis. *At meminit idem Gregorius lib.* 9, *histor. Franc. cap.* 20, oppidi Momociacensis.

p *De ipsius* S. Martialis *ætate disquiremus 30 Junii* S. Amator *S. Martialis discipulus, Cadurcorum Apostolus, celebratur in Martyrologio Gallicano 20 Augusti,* S. Verona, *vel* Veronica, *quæ faciem Christi crucem gestantis tersisse traditur* 15, *ab aliis* 4 *Februar.*

TRANSLATIO I S. HILARII.

P*ostquam e vivis excessit* Hilarius *deliberatum quo præcipue tumulari cum loco oporteret. Auctor est Bouchetus par.* 1, *cap.* 14, *suasisse quosdam ut in Episcopalis palatii sacello, quod construxerat, conderetur, ubi nunc abbatia S. Hilarii de cella: alii ipsum sibi in æde SS. Joannis et Pauli, ubi uxorem ac filiam sepelierat, monumentum locasse; ea videri standum ipsius extrema voluntate. Hanc cuncti sententiam ingenti assensu accepere.*

Initio sepulti.

Locus sepulturæ S. Hilarii

2 *Funus comitati Sacerdotes, Patricii plebsque numerosa, lacrymis ubertim manantes universi, multis collucentibus cereis. Conditorium erat muris et fornice, ligneo illo quidem, sed eleganter inaurato tectum. Huc dum efferetur corpus sancti Antistitis, paralyticus biennium jam lecto affixus, prætereuntium fortassis excitus strepitu, et quid rei esset edoctus, sustulit in cælum oculos ac manus, precatus Deum, ut pii Præsulis, quem cælo jam receptum crederet, patrocinio vires sibi restitueret. Vix conceptæ preces erant, et vigore pristino membris diffuso, proripit se de strato, funebremque pompam assequitur. Locatum* Hilarii *corpus inter conjugis Apræque filiæ corpora medium est: marmorei singulis tumuli fuere, sive tum positi, seu proximis post annis, certe reperti in translatione.*

Funus

Paralyticus sanatus

Sepultura

3 *Ante paullo quam Galliarum regno* Clodoveus *potiretur, Pictavenses quidam, homines religiosi, lapideam imposituri monumento testudinem, refodi circum terram jussere. Tum fenestra in dextro latere reperta, parte quondam applicitarum candelarum fumo denigratus. Quæ res argumento fuit, olim monumentum illud in propatulo fuisse, et per fenestram illam patuisse ad ipsum Sancti tumulum prospectum: verum cum bellicis*

Apertum sepulcrum

tumultibus

tumultibus eversa sæpius ecclesia fuisset, opertum terra fuisse illud sacellum, ne qua sancto corpori inferretur injuria. Porro suavissimus ex ea fenestra odor exhalabat: qui sacro quodam horrore cæmentariorum corripuit animos, ut negarent se, quippe peccatis coopertos, id morili audere. Tum Sacerdotes, animis primum exomologesi serio expiatis, fenestram ingressi, retulere fornicem auro oblitum, tres sub eo marmoreos tumulos esse, medium Hilarii. Transferendas in urbem sacras reliquias cives censuere. Sed Sacerdotum uno postridie extincto, altero paralysi, tertio cæcitate percusso, haudquaquam Superis id probari consilium rati, obstructa fenestra destiterunt.

Odor miraculosus.

Translatio impedita

4 *Quæ vero bella fuerint, quorum tempestas Pictavis Sanctique* Hilarii *templo perniciem attulerit, facile intelliget, qui veteres illas Galliarum strages meminerit. Quippe etiam ante Francorum irruptionem,* Wandali *primum* et Alani Gallias trajecto Rheno pridie kal. Januar. ingressi, Arcadio VI et Probo Coss. *ut tradit Prosper, id est, Christi anno* 406 *et ut Beda scribit lib.* 2, *histor. Angl. cap.* 11, multæ cum his aliæ gentes totas per Gallias sævierunt. *Atque ut S. Hieronymus tum scribebat,* Aquitaniæ, Novemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provinciæ, præter paucas urbes populati sunt cuncta: quas et ipsas foris gladius, intus fames vastavit. *Tum vero, ut Bouchetus asserit, pars urbis Pictavensis, ipsaque* S. Hilarii *eversa est basilica.* Hispanias ingressi sunt *iidem* Wandali, Alani, et Suevi æra CCCCXLVII, IV Kalend. Octob. feria III Honorio VIII et Theodosio III Coss. *ut habetur in Idatii Chronico, id est, anno Christi* 409.

Aquitania vastata a Wandalis

Templum S. Hilarii eversum

5 *Paullo post Aquitania Gothis tradita, qui eam annis circiter* 95 *tenuerunt. Victi tandem hi a* Clodoveo *anno Christi* 507 *et cessere Francorum imperio Pictavi. Tum* S. Hilarii *translatæ reliquiæ ubi Catholicæ pietati securitas constitit. Ejus translationis historiam dabimus, ut est a B. Petro Damiano sermone* 2, *tom.* 2, *exposita. Agi festiva ejus memoria solet* XXVI *Junii et* I *Novembris. Et hoc quidem die* S. Hilarium *celebrant Usuardi Lubecæ ann. Christ.* 1475, *excusum Martyrologium, Bellinus, et* MS. *Florarium, nulla translationis facta mentione. Hanc expressere Molanus in addit. ad Usuard. et Martyrologium Germanicum ibidem, uti et* XXVI *Junii Maurolycus; utroque vero die Galesinius, Ferrarius, Saussaius, Bouchetus par.* 2, *cap.* 4, *putat Translationem contigisse* 26 *Junii, quo die deinceps solennitas celebrata, ditata etiam a Pontificibus amplissima indulgentia. Ferrarius ait in tabulis Ecclesiæ Pictaviensis illi diei adscriptam, quod* I *Novemb. festo omnium Sanctorum impeditus sit.*

Ejus Translatio

Quo die agatur

6 *Saussaius hoc elogium habet* I *Novemb.* Pictaviæ in Aquitania translatio S. Hilarii Episcopi et Confessoris, Angelorum ministerio facta, qui beatissimi Confessoris corpus, pretiosum divinæ glorificationis organum, a veteri monasterii suburbani templo, in cujus crypta conditum fuerat, ad novam basilicam urbicam, quam Tredelinus notæ pietatis Abbas divino monitu erexerat, deferentes, in locum ipsi præparatum honorifice reposuerunt. Episcopo spectante et stupente, qui dedicationis templi absolutis solemniis glebam, ma[illegible] gemmam, adeo pretiosam, post nocturnas preces, quibus cum Abbate et monachis insistebat, transferre e veteri situ ad ordinatum sacrarium disponebat, cujus miræ anticipationis gratias Deo uberes cum assistentibus rependit, qui Angelico potius, quam humano famulatu cari sibi Antistitis novas honorasset exequias. *Idem brevius* XXVI *Junii.* Pictavis translatio S. Hilarii Episcopi et Doctoris Ecclesiæ illustrissimi, qua sacratissimum ejus corpus de tumulo, ubi jacebat, Angelico ministerio eductum, atque ad novam cœnobii, quod in ejus honorem Tredelinus Abbas condiderat, basilicam mirabiliter evectum est. *Utroque die de eadem agit translatione. In Supplemento rursus eodem* XXVI *Junii.* Pictavis

Per Angelos facta

translatio S. Hilarii; *quæ verba in Indice ad calcem libri referuntur ad* 2 *translationem, cujus nusquam meminit. Abbas Tudelinus, qui* Tredelinus *et* Tridolinus *in homilia Petri Damiani apud Surium hoc die, et operibus S. Hilarii præfixa;* Fridelinus *est, sive* Fridolinus, *ut in editione operum Petri Damiani Romana* 1606 *et Lugdunensi* 1623 *appellatur; colitur autem* VI *Martii.*

Ex variis.

7 *Duo* S. Hilarii *templa sunt in urbe Pictavorum, unum monasterii ordinis S. Augustini, vulgo S. Hilarii de Cella, ubi creditur habitasse et obiisse. Ejus cœnobii Abbas* Pascentius, *ut supra diximus, seculo sexto Episcopus Pictavensis factus. Aliud est collegiale, cujus Decanus utitur ornamentis Episcopalibus, nec Canonicus ullus in collegium cooptatur, quin ante omnia de ejus moribus inquiratur. Ita Chopinus lib.* 1, *sacræ Politiæ titulo* 8 *num.* 7, *et ex eo Claudius Robertus. Hoc templum est, ut du Chesne ex Boucheto tradit, quod olim sanctis Martyribus* Joanni *et* Paulo *a* S. Hilario *extructum fuerat, ubi ipse dein cum uxore et filia sepultus est. Id enim denuo, veteri sæpius everso, reædificatum, intra urbis muros nunc inclusum, vulgo* basilica S. Hilarii major *dici solet; sive* S. Hilaire le grand.

Templa duo S. Hilarii Pictavis.

DE TRANSLATIONE S. HILARII
SERMO B. PETRI DAMIANI.

Gaudeamus et exultemus, dilectissimi, dum ad recolenda B. Hilarii sublimia merita solemniter convenimus. Ipsa quippe nos insignis vocabuli dignitas provocat, ut mens nostra spirituali lætitia affecta plausibiliter hilarescat. Nihilominus et hoc dignum est, ut dum glebam corporis ejus tenuemque pulvisculum tanto præferri apud homines honore conspicimus, quantum gloriæ pondus in cælestibus possideat, ubi verus et incomparabilis honor est, mens nostra perpendat. Sed libet jam translationis hujus historiam succincte transcurrere, ut nulli deinceps de præclara solennitatis hujus origine prorsus expediat dubitare.

Honorandæ SS. reliquiæ

2 Porro autem dum Confessor Christi Fredelinus B. Hilarii monasterium, quod in Pictavensi *a* suburbio situm est, laudabiliter *b* regeret, ibique sanctæ conversationis insignibus disciplinis et præclara morum honestate polleret, B. Hilarius illi per *c* visionem manifestus apparuit, et inter alia nonnulla hoc illi quadam vivacis imperii auctoritate mandavit, ut videlicet ipse, simul et *d* Pictavensis Episcopus ad *e* Regem Francorum, qui tunc rerum moderabatur habenis, incunctanter accederent, et sumptus impendia, quibus ampliari et augustius fieri monasterium posset, fiducialiter postularent. Quibus verbis insuper addidit, ut instaurato noviter monasterio, locum sibi sanctus Abbas congruum provideret, in quo corpus ejus, facta translatione, reconderent. Quos nimirum felicis oraculi legatione perfunctos, Rex clementer ac benigne suscepit, eisque magnifica regiæ liberalitatis munera contulit.

S. Hilarius jubet reliquias suas transferri.

3 A fundamentis ergo monasterium per latomos ac cæmentarios denuo construentes, et pollicibiliter instaurantes ministri Domini, tamdiu cœptis indefessi laboribus institerunt, donec non modo surgentis structuræ machinam ad consummationem usque perducerent, sed etiam utrumque parietes, hoc est, intus et extrinsecus radiantis musivi decore vestirent. In quo videlicet opere, ubi regii muneris summa defecit, Episcopus ex Ecclesiasticis facultatibus supplere, quod deerat, non cessavit. Tandem itaque monasterio, non modo consummatæ fabricæ structura perfecto, verum etiam sacerdotalis officii benedictionibus dedicato, mox demoliti sunt tumulum, in quo sanctum fuerat corpus humatum.

Instauratur ejus monasterium

4 *f* Constituto igitur die, in quo sancta membra transferrent, præcedente nocte, dum Episcopus, simul

Ex B. Pet Damiano.

Transfertur corpus ab Angelis.

mul et Abbas in vigiliis et orationibus jugiter pernoctarent, repente conspiciunt, quod beati Angeli de tumulo, qui jam terebratus fuerat, sanctum corpus educunt, et in locum, qui sibi præparatus fuerat, propriis manibus inferunt.

5 His itaque peractis, B. Hilarius S. Fridelinum per visionem admonuit, ut *g* Scotigenam quemdam sibi cognatione propinquum in cœnobii regimine substitueret, ipse vero ad *h* Gallinariam insulam in honorem ejusdem B. Hilarii ædificaturus ecclesiam properaret. Qui beati Sacerdotis imperio mox humiliter paruit, et non solum illud quod jussum fuerat, sed et alia *i* quatuor monasteria in ejus honorem construxit. Quamquam B. Fridelini *k* vita, in qua hæc referri perhibetur historia, in manus nostras nequaquam devenerit. Sed quod hic scriptum est, indicio fraternæ relationis innotuit. Hæc igitur hujus sacræ solemnitatis est causa : hæc veneranda celebritatis hodiernæ materia, ut in Translatione sacri corporis merito gaudeat plebs devota fidelium, cui dependit exequias exercitus Angelorum.

Ubi monasteria in ejus honorem exstructa

Miracula S. Hilarii adhuc viventis

6 Porro autem ex occasione venerandæ Translationis hujus, et cetera beati viri gesta nobis in memoriam redeunt, ut quæ longis ante temporibus sunt peracta, vestris nunc reducta conspectibus quodammodo recentia videantur et nova. Mox enim ut disputare de venerabilis viri gestis incipimus, protinus occurrit memoriæ, quam impenetrabilis Ecclesiæ murus hæreticorum telis obstiterit, quam insuperabilis præliator perversum Arianorum dogma gratia Catholicæ veritatis obtriverit. Nec illud vacat, quod cum adversus hæreticorum perfidiam pugnaturus, Seleuciam Isauriæ oppidum peteret, puella gentilis divinitus edocta, tanti Sacerdotis denuntiavit adventum, atque ideo cum patre Florentio, totaque familia divini baptismatis meruit suscipere sacramentum. Nec illud excidit insigne miraculum, quod in Gallinaria insula immanium serpentium venenata rabies virtutem tam præclari Pontificis ferre non potuit, sed tamquam fulmineo fragore perterrita, vilis etiam baculi metam, quam ipse præfixerat, transcendere non præsumpsit. Sed et illud memoriæ consequenter occurrit, quod idem egregius Pontifex puerum sine gratia regenerationis extinctum, non modo matri resuscitatum et incolumem reddidit, sed et veræ fidei rudimentis instructum sanctæ Ecclesiæ filiis aggregavit.

7 Hæc igitur, et alia multa virtutum ejus insignia nobis ex occasione venerandæ hujus Translationis occurrant, quæ nos ad amorem Dei et devotionem præclari hujus Sacerdotis accendunt. Plane cum multorum Translationes justorum sancta veneretur Ecclesia, quæ diligentia procuratæ sunt hominum; quanto devotionis studio hæc est solemniter recolenda, quæ facta est manibus Angelorum? Sed quid est, quod Moysi corpus ipse per se Dominus sepelivit, et tamen sepulcrum ejus hominibus innotescere noluit? Beati vero Hilarii corpus non modo coram hominibus per Angelos transtulit, sed et tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiæ reverentiam sublimavit? De Moyse quippe scriptum est : Mortuus est ibi Moyses servus Domini in terra Moab, jubente Domino : et sepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor : et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem. Quid est ergo, quod ille nescitur, iste vero quotidie cum tanta gloria Christianæ devotionis invisitur? Quid est, inquam, quod Moyses ab hominum notitia removetur, nisi ut tollatur occasio, nequi tum Dei carus et familiaris extitisse cognoscitur, divinus honor illi ab Israeliticæ plebis perfidia præbeatur? Reliquorum vero Sanctorum corpora non celantur, ut dum Christianæ devotionis frequentantur accessu, et per illos fiant rutilantia signa virtutum, et istis accrescat fidelium cumulus meritorum. Præterea cum multi fideles etiam post mortem in tumulis

Cur Moysi sepulcrum ignotum, S. Hilarii ita gloriosum

Deut. 34 v. 5 et 6

editioribus includuntur, ut sui memoriam viventibus ingerant, quatenus eis impendere pietatis opera non omittant. Hinc est quod sepultura vocatur ex more MEMORIA, scilicet ut per eam memorentur vivi, et percipiant refrigerium mortui.

8 Sed quid est, quod nonnulli Sanctorum tantopere studuerunt suis providere sepulcra corporibus? Abraham nempe quadragintis argenti siclis a filiis Heth speluncam duplicem comparat, Jacob et Joseph ad eamdem speluncam totum jam animi desiderium tendunt, et corpora sua post obitum illo perferenda deposcunt. Quid ergo est, quod sancti Patriarchæ, qui se pulverem et cinerem esse perspicue perhibent, qui certe corpora et corporalia quæque cælestium contemplatione despiciunt, in Chananæorum terra corpora sua quiescere tanto desiderio concupiscunt? Cur illum præ ceteris mundi partibus quieti suæ prævident locum, nisi quod humanæ salutis auctorem illic noverant de suo semine nasciturum? Hinc est, quod Jacob filium suum Joseph obsecrat, dicens : Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, et facies mihi misericordiam et veritatem, ut non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, et auferas me de hac terra, condasque in sepulcro majorum. Cur autem ad confirmandæ sponsionis indicium, Jacob manum filii supponi suis femoribus petiit, nisi quia illum, qui summa veritas est, de proprio semine propagandum esse cognovit? Illis igitur terræ finibus beati viri jam medullitus agglisecebant, quam per spiritum jam cernebant Salvatoris vestigiis atteri, quam in interioribus oculis jam videbant pretioso dominici corporis sanguine purpurari, ut illic eorum corpora suam expectarent resurrectionem, ubi resurrecturum esse cognoscebant ipsum beatæ resurrectionis auctorem.

Cur Patriarchæ in terra Chanaan sepeliri voluerint.

Gen. 47 v. 29 et 30.

9 Ad hunc et nos dilectissimi, perspicuam nostræ mentis aciem dirigamus. Ad hunc dum pedum progressione non possumus, æstuantis desiderii festinatione tendamus, et dum Sanctorum quorumlibet reliquiis dignæ devotionis reverentiam exhibemus, ad illud unum et singulare corpus nostræ mentis dirigamus obtutum, quod in paternæ majestatis gloria credimus ineffabiliter sublimatum. Illa nimirum est terra, cui tunc beati Patriarchæ atque Prophetæ suspirabant, lacte scilicet et melle mananti. Lac siquidem de carnis uberibus profluit, mel vero de superioribus venit. Et quia substantia Domini corporis ex Virginis visceribus prodiit, divinitas autem ex paterna majestate descendit, recte corpus Salvatoris terra dicitur repromissionis. Quæ nimirum terra lacte simul ac melle fluere dicitur, quia in Redemptoris nostri corpore, et substantia veræ, et dulcedo est ineffabilis deitatis. In ipso enim (sicut Apostolus ait) habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Et alibi : Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi. Ad hanc viventium terram ille nos dignetur inducere, qui terræ nostræ mortalia non dedignatus est tolerare, quatenus sic ibi lacte et melle vescamur, ut Salvatoris nostri præsentia, et melliflua divinitatis ejus dulcedine satiemur : qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Cur Christi corpus Terra promissionis *dicatur*

Col. 2. 9.

2 Cor. 5. 19

g *Sirmondus supra 1 Notandum ait ceteri sub urbano templo ad novam urbanam basilicam translatas reliquias, adeoque* S. Fridolinum *Abbatem fuisse monasterii* S. Hilarii de Cella.

h *Balduinus part. 2. cap. 4 scribit, cum post reversionem hanc, ad memoriam [illegible] Translationis creatum fuisse Abbatem, ex [illegible] Canisius in vita* S. Fridolini *ab Episcopo et Clero electum, non retardandum a* S. Hilario *admonitum, ut hunc onera [illegible], sed impositum laborem pro Dei gloria et monasterii [illegible] sustineret, neque de Dei voluntate ambigeret, qui illum ad illud obeundum officium vocarat, ultro copiosam ad illud debite exequendum gratiam daturum. Sine mora [illegible] ultimatens, pro [illegible] peregrationis pastorale [illegible] acciperet.*

i *[illegible] supra* S. Hilarius ergo S. Fridolinum se familiarissimum et fidelissimum exhibuit, in spiritu ei sæpius apparuit,

ruit, voluntatem Dei annuntiavit, et plurima futura prædixit. *Et post paullo:* Sæpius ei adfuit, in negotiis et rebus plurimis bona consilia et instructionem dedit.

d *Bouchetus par. 2. cap. 4, putat fuisse* Adelphium *Episcopum, qui Pictavis vicesimus quintus præfuit apud Claudium Robertum. Consentiunt tempora: Nam anno Clodovei 36, Chr. 511 subscripsit Concilio I Aurelianensi.* e *Hic erat* Clodovæus, *a quo mensæ adhibiti Episcopus* Adelphius *et* S. Fridolinus, *quando scyphus crystallinus auro gemmisque ornatus in quatuor confractus partes, absque fractionis vestigio a S.* Fridolino *redintegratus est. Ita Canisius cap. 12, et Bouchetus supra.*

f *Bouchetus de hac Translatione ita scribit:* Dicta translationi futuræ dies 26 Junii. Confluit clerus, populusque ad suburbanam S. Hilarii ædem. Episcopus, peracto Missæ sacrificio, preces indicit: cum Fridolino interea cryptam ingreditur: reliquias S. Hilarii exportant, quas capsæ inclusas repererunt, transferuntque quo Sanctus jusserat, ubi in hodiernum usque diem asservantur. Plurima inter transferendum perpetrata miracula. Admirabile quoddam lumen cryptam ipsam perfudit odorque suavissimus: ægri plurimi sanitate donati. Post Translationem, templum tamen illud vetus monasteriumque jubente Clodovæo reparatum est.

g *Bruschius de monasteriis Germaniæ in* Secani, *vocat S. Fridolinum* Scotorum et Hiberniæ Regis filium. *Bouchetus* oriundum ex interiori Scotia, quæ Hibernia dicitur. *Addit hic duos ejus nepotes advenisse, quos fratris filios dicit Canisius cap. 14. Bouchetus ait 12, aut 13 annis antequam suos Annales ederet in ecclesia* S. Hilarii *eorum corpora inventa fuisse adeo integra, ac si quatuor tantum dies fuissent sepulta.*

h *De* Gallinaria, *insula deserta, ante actum. Mendum hic suspicamur in omnibus exemplaribus, atque* ad insulam Secaniam Rheni *restituendum.* Secanis vel Secanica insula, *inquit Bruschius,* in Rheno sita, a secato Rheno dicta, vel Seeringense cœnobium, *vulgo* Seckingen, *septem supra Basileam leucis: quæ optime exhibetur in fragmento chartæ Vopelianæ apud Theodoricum Piespordium in stemmate Habsburgo-Austriacorum. Lazius de gentium migrationibus ait a* Divo Hilario ad Sequanos Apostolum missum. *Bouchetus,* divina inspiratione discessisse Pictavis ad Burgundos et Sequanos (*en Savoir*) et in horum insula obiisse. *De adventu ejus in insulam Secanicam, habitatione, ædificatione monasterii, atque obitu, pluribus Canisius in ejus vita, et nos vi Martii.*

Monasterium Seckingense

i *Quatuor hæc templa in honorem* S. Hilarii a S. Fridolino *erecta enumerat Bruschius:* Ad Mosellam monasterium Helerain, seu Hylariacum, quod nunc S. Naboris cœnobium existimatur. *Quod etiam annotavit Claudius Robertus. Deinde* in Vosagi altis cacuminibus. *Tertium* Argentinæ. Inde per Burgundionum provincias ambulans, ad Curiam Rhætorum venit: ubi rursus de S. Hilarii nomine ecclesiam construxit. *Agit de iis Canisius cap. 18 et 19, qui cap. 14 et 18, meminit reliquiarum S* Hilarii, *quarum particulas jussus fuerit secum deferre. Bouchetus supra:* Secum detulit partes reliquiarum S. Hilarii, et ædificavit ad ejus honorem quatuor aut quinque templa.

Alia templa S. Hilarii, a S. Fridolino erecta

k *Vitam S.* Fridolini *scripsit B. Notgerus Balbulus monachus S. Galli, qui centum fere annis ante B. Petrum Damiani vixit, sub Ottone I et II Imperatoribus. Eamne an aliam citet sanctus hic Auctor, alibi disquiremus.*

TRANSLATIO II S. HILARII.

An translatæ Parisios reliquiæ S. Hilarii

Parisiosne dein a Dagoberto *asportatæ* S. Hilarii *reliquiæ sint, an Pictavis perpetuo asservatæ cultæque, a recentioribus disputatur: neque utri parti assentiamur, expeditum nobis est pronuntiare.*

2 *Alcuinus Flaccus homilia de natali S. Willebrordi diserte asserit, sua ætate, regnante nimirum* Carolo Magno, *altero post* Dagoberti *obitum seculo, Pictavis fuisse* Hilarii *exuvias:* Beatius, *inquit,* fecunda Pietavia B. Hilarii Pontificis reliquiis exultat, quam venditionum et emptionum alteratione. *B. Petrus Damiani in sermone de Translat. supra num. 7, supponit suo tempore, id est circiter annum Christi 1060, adhuc fuisse Pictavis:* Quod Deus, *inquit,* non modo coram hominibus per Angelos transtulit, sed et tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiæ reverentiam sublimavit. *Idque mox explicat:* Ubi quotidie cum tanta gloria Christianæ devotionis invisitur.

Auctores qui id negant

3 *Bouchetus tum in miraculis supra relatis, idem testatur, tum par. 2, cap. 4. Huc spectat quod Aimoini continuator scribit lib. 4, cap. 44, de auxilio Pictavensibus præstito a S. Hilario:* Secundo anno post hæc, *inquit,* obsedit supradictus Hugo Magnus (*Hugonis Capeti pater*) Pictavos, sed nihil ei profuit. Dum enim obsideret eamdem urbem, quadam die intonuit Dominus terrore magno, disrupitque turbo papilionem ejus a summo usque deorsum: stupor que magnus invasit illum cum exercitu suo, ita ut vix evaderent, statimque in fugam versi recesserunt ab urbis obsidione. Fecit autem hoc Dominus per intercessionem B. Hilarii, qui semper tutor et defensor fuit illius urbis.

Pictavii a S. Hilario defensi

Ex variis.

4 *Ipse Aimoinus lib. 4, cap. 17 et 33, describit templum S. Dionysii a Dagoberto extructum; et cap. 20, spoliatum ab eodem templum* S. Hilarii *his verbis:* Inter alia Ecclesiarum Galliæ spolia ex occasione basilicæ D. Dionysii exornandæ, direptas valvas fusili ære fabrefactas a templo S. Hilarii Pictavensis fertur abstulisse: quas dum per Oceanum in Sequanam devehi jussisset, ut per eam Parisios usque ducerentur, una earum fluvio absorpta, nec postmodum fuisse reperta. *At nihil de S. Hilarii reliquiis; nihil ceteri vetusti scriptores, ut fuse Bouchetus part. 2, cap. 5. Gesta* Dagoberti *edidit plurima Du Chesne tom. 1, scriptorum Galliæ, a coævis, aut certe antiquis scriptoribus tradita litteris; verum nullus ejusmodi* Hilarii *reliquiarum translationis meminit.*

Spoliatum S. Hilarii templum a Dagoberto.

5 *Primum qui factam eam scripserit, ait Bouchetus monachum fuisse S. Dionysii, auctorem magni Chronici Franciæ idiomate Gallicano. Jacobus du Breul lib. 4, antiquitatum Parisiensium vocat hunc* Guilielmum Nangium, *qui florebat an. Chr.* 1300. *Hunc secutus* Robertus Gaguinus *lib. 3, hist. Francor. Ambos tamen hos, quod alia sane enormia peccent, negat Bouchetus fidem mereri. Verba Gaguini sunt:* Tamquam D. Dionysii obsequiis omnia deberentur, æneas ingenti pondere valvas, lavacrum insuper, ubi baptismatis mysterium Sacerdotes explebant, una cum D. Hilarii corpore, nulla compensatione sacrilegii facta, ad D. Dionysium mari ex Pictavis transtulit Dagobertus Rex. Nec tamen tota præda potitus est: altera enim portarum, dum navi per Oceanum exportanda committitur, in fluctus delapsa perpetuo latuit. Verum quia male agentibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur, caussam sacrilegii esse dicunt, Pictavorum rebellionem, quos ut compesceret Dagobertus, omnia ad se belli jure pertinere ratus, postquam agros pervasisset, urbem quoque depopulatus esset, mœnibus omnibus dirutis solum arare, et in eo salem disseminare ad inducendam sterilitatem jubet. *Hæc Gaguinus ex magno Chronico; in quo additur novam urbem distincto a priori loco fuisse reædificatam. Quæ quam credibilia videri debeant, vel ipsa templa loquuntur, quorum quædam aliquot ante Dagobertum seculis extitisse feruntur, asserente Boucheto. Qui fatetur aliquod sacrum pignus* S. Ilari, *non* Hilarii, *esse in abbatia S. Dionysii, cui etiam sacellum sit consecratum. Et sane fuerunt plurimi in Gallia* Hilarii. *Duodecim celebrat Saussaius in Martyrologio Gallicano.*

Qui translationem factam scribunt

6 *Quid quod recentiores igni a Calvinistis absumptas superiore seculo scribunt? Ita Laurentius Surius in Commentario rerum in orbe gestarum ad an. Chr.* 1562. Pictavii quoque suæ atrocitatis exempla insignia isti perditi et miseri ediderunt. Grassatum est quoque ab istis horrendum in modum in templa et ædes Canonicorum. Asservabantur ibi ossa Hilarii sanctissimi Pontificis, quem D. Hieronymus non immerito vocat tubam Latini sermonis contra Arianos, atque etiam Radegundis Reginæ Franciæ, cujus fuit eximia in Deum pietas, et vita sanctissima: aliorum quoque Sanctorum. Hæc ossa et sacras reliquias illi impuri nebulones projecerunt et more suo combusserunt. Et *Saussaius 1 Novemb. cum de priore translatione a S. Fridolino facta egisset, addit:* Unde est, quod fidei avitæ desertores ingenti pudore suffundantur qui beati Dei amici membra, quæ purissimorum spirituum opera Christus voluit contrectari ac in thalamo quietis ac gloriæ reponi, stupendo ausu, præscindendisque manibus, eo ex loco ad fœdandum non tam opprobriis, quam ipso suo profano contactu inquinandum eruerunt, flammisque, quibus digni erant, non exhorruerunt absumere. *Hæc Saussaius, qui tamquam indubitatum supponit, corpus ex eo loco, in quo a S. Fridolino*

Feruntur reliquiæ an 1562, a Calvinistis combustæ

dolino fuerat depositum, fuisse ab hæreticis sublatum.

Ex variis

7 *At non sola Nangii aut Gaguini auctoritate sancti Doctoris exuvias sibi S. Dionysii ascetæ vindicant; sed tum vetustis sui cœnobii monumentis, tum majorum constanti relatione. Testatur certe Jacobus Dubletius Historiæ ejusdem cœnobii lib. 1, cap. 42, sacellum in eodem extare sacrum augustæ Dei Matri Sanctisque Hilario Pictavensi Episcopo et Patroclo Gratianopolitano Episcopo ac Martyri, horumque amborum isthic corpora asservari : ac Hilarii quidem donasse olim Dagobertum, Pictavis sublatum, cum Pictones adversus se cum Vasconibus tumultuantes domuisset.*

Alia argumenta pro Translatione.

8 *In theca porro, cui sacra hæc inclusa pignora sunt, bina reperta diplomata; prius his expressum verbis :* In nomine Domini. Hujus publici instrumenti series ac tenor cunctis evidenter pateat, quod anno a nativitate ejusdem Domini 1394, Indict. 11, die vero festi nativitatis beatæ Mariæ Virginis, octava mensis Septembris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini * Clementis divina providentia Papæ anno 16, coram Reverendo in Christo Patre ac Domino, Domino Guidone, miseratione divina Abbate monasterii S. Dionysii in Francia, Parisiensis diœcesis, necnon venerabilibus et religiosis viris Fr. Philippo Gaudefredi Eleemosynario, Petro Bidauldi Decretorum Doctore et Officiali, Joanne de Fonteneto Præceptore, et Gulielmo Roquemont Cantore ejusdem monasterii, in ecclesia ejusdem, videlicet in capella S. Hilarii, in mei Notarii publici, testiumque subscriptorum præsentia personaliter constituti, Illustris et Excellentissimus Princeps Dominus Comes Stampensis, ac venerabilis, ac circumspectus vir Dominus Anselmus Thesaurarius Ecclesiæ S. Hilarii Pictavensis, asserentes se pro parte Illustrissimi Principis et Domini, Domini Ducis Bituriæ et Alverniæ, Comitisque Pictavensis, ad dictam ecclesiam B. Dionysii missos, humiliter petentes, et requirentes a dicto Domino Abbate necnon Conventu ejusdem loci, quasdam pecias seu particulas Reliquiarum ejusdem S. Hilarii, dicto Domino Duci ab eisdem promissas, ut asserebant. Qui quidem Domini Abbas et Religiosi supradicti, petitioni et requisitioni dictorum Dominorum Comitis et Thesaurarii benigniter annuentes, dictis Dominis Comiti et Thesaurario quamdam particulam seu peciam ejusdem Sancti, a parte posteriori versus aurem dextram ad modum trianguli, continentem in longitudine et latitudine spatium trium digitorum, vel circiter, nomine ipsius Ducis, et pro ipso tradiderant benigniter et concesserunt, necnon maxillam inferiorem seu mentonem ejusdem capitis. De et super quibus dicti Domini Abbas et Religiosi petierunt sibi fieri atque tradi per me Notarium publicum subscriptum publicum instrumentum. Acta fuerunt hæc in ecclesia et loco præfatis, anno, Indict. mense, die et Pontificatu prædictis, præsentibus nobili viro Domino Joanne Marcelli Milite, necnon Joanne de Vivario et Nicolao de Bohemia Domini nostri Regis Aurifabris, una cum pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Joannes Merosse Clericus Belvacensis diœcesis publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius præfatus, requisitioni, petitioni, concessioni et Reliquiarum traditioni, ceterisque omnibus et singulis supradictis, cum dictis die, ut præmittitur, agerentur et fierent, una cum prænominatis testibus præsens [illegible] interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et ideo hoc præsens instrumentum [illegible] subscripsi, et in præmissis [illegible] testimonium hoc [illegible] signum meum publicum apposui requisitus et rogatus.

Comes Pictavensis reliquias aliquas S. Hilarii Parisiis petit et obtinet

* *hic est Antipapa, Clemens sic dictus*

9 *Alterum diploma ita habet :* Joannes Regis quondam Francorum * filius, Dux Bituriensis et Alverniæ, Pictaviensisque, Biturice, et Alverniæ Comes, ac par Franciæ universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quod nos a Reverendo in Christo Patre, necnon dilectis nostris Abbate et Conventu monasterii B. Dionysii in Francia, habuimus et recepimus per donum nobis per ipsos factum, maxillam inferiorem seu mentonem, et quamdam peciam a parte dextra capitis B. Hilarii, per ipsos ex reliquiariis eorum præfati monasterii extractis : quas Reliquias nos propter magnam devotionem, quam erga ipsum B. Hilarium, et maxime in sua Pictavensi, cujus Abbas sumus, Ecclesia, ejus nomine dedicata, gerimus, ipsi Pictavensi Ecclesiæ B. Hilarii, tenore præsentium significamus per nos esse elargitas. In cujus rei testimonium his nostris præsentibus apponi jussimus sigillum. Datum in hospitio nostro de Nigella Parisiis, 10 die mensis Septemb. anno Domini 1394. Per Dominum meum Ducem, vobis et Dominis meis Comitibus Stamparum, et de Sancero præsentibus. Signatum Gontier. *Meminit quidem hujus donationis Bouchetus : at de alio quopiam* Ilario, *seu* Hilario, *interpretatur. Verum qui potuit Dux ignorare, si orbi universo notum erat,* S. Hilarii, *extare Pictavis reliquias?*

* J[illegible] s

Eas monasterio S. Hilarii Pictavis donat.

10 *Anno* 1601, *Kalendis Julii, die Dominico (ut idem scribit Doubletius) Petrus Vermandus Nobiliacensis in Pictonibus (aliud apud Atrebates Nobiliacum, quod vulgo S. Vedasti) cœnobii Prior, et Joannes Bourdillonius Supprior, magno Priori monasterii S. Dionysii totique congregationi libellum supplicem obtulere, flagitantes ut particula sibi reliquiarum* S. Hilarii *tribueretur. Dentem unum et digitum obtinuerunt, atque ad suum cœnobium deportarunt.*

Aliæ donatæ Nobiliacensi monasterio.

11 *Eodem die Canonici et Æditui Romanæ-villæ San-Dionysianorum clientibus, ad ecclesiæ suæ dedicationem exiguum S. Hilarii ossiculum, dens S. Petri Exorcistæ, S. Patrocli Episcopi Gratianopolitani ac Martyris ossiculum, impertita.*

Item Ecclesia Romanæ-villæ.

12 *Cum vero audisset Godefridus de S. Bellino Pictavensis Episcopus, Nobiliacensibus benigne concessas gloriosi sui prædecessoris reliquias, ipse quoque ad congregationem San-Dionysianam ejusque magnum Priorem scripsit. Epistolam e Gallico versam hic reddimus :* Domini. Reversi a vobis Prior et Supprior Nobiliacensis sitæ in Pictavensi mea diœcesi Abbatiæ, nobis nuntiarunt [illegible] favore sese vestro atque ope omni adjutos adversus Abbatis sui commendatarii conatus, quos tantisper vestra opera compresserunt : sed et S. Hilarii olim Pictavensis Episcopi, unius ex Nobiliaci patronis, donatos esse reliquiis. Quam ob rem et gratias ego vobis ago ingentes, et in spem adducor fore ut aliquas ipse quoque consequar in cathedrali mea ecclesia collocandas, quam ego omni ornatu spoliatam, nudos duntaxat parietes ostentantem, accepi. Eo si me beneficio cumulaveritis, tum id grata prosequar memoria, tum omnium quæ in hac ecclesia fient precationum perenni participatione munerabor. Sed velim si petitioni meæ annueritis, eas reliquias inclusas obsignetis, ut illas quæ sunt Nobiliacum allatæ. Collocabuntur vero loco quam fieri poterit maxime decenti et idoneo. Salutem vobis, qua possum animi submissione voveo, Domini *Paternitatis vestræ* Humilis Vester Frater ad omnia obsequia devotus, de S. Bellino Episcopus Pictavensis.

Petit aliquas Episcopus Pictavensis

13 *Cum aliæ ab eodem Antistite et Capitulo Ecclesiæ Pictavensis scriptæ litteræ essent, missa est Pictavos pars occipitis S. Hilarii, cujus rei hoc consignatum publicis tabulis testimonium est :* Godefridus de S. Bellin, Dei et sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Pictavensis, necnon Decanus et Capitulum Ecclesiæ Pictavensis, Illustrissimo Principi Ludovico a Lotharingia Abbati, necnon magno Priori, Religiosis et Conventui celeberrimi monasterii S. Dionysii in Francia Ordinis S. Benedicti Parisiensis diœcesis salutem

p[illegible] aliqua

lutem in Domino. Partem sincipitis Beatissimi Hilarii, olim Pictavensis Episcopi (cujus sacrum corpus ex hac nostra civitate in vestrum monasterium translatum vetustissimorum Patrum vidit ætas, et nos historica fide profitemur) in Ecclesia nostra Pictavensi, non sine magna Christi fidelium hic degentium consolatione, honorifice, ut decet, collocandam; per vos ad requisitionem nostram nobis impertitam et donatam agnoscimus, ac præsentium tenore certificamus. In cujus rei fidem et testimonium præsentes manu nostra signatas, per nostrum et Capituli nostri secretarios fecimus signari, nostrique et Capituli nostri solitorum sigillorum appositione communiri jussimus et fecimus. Datum Pictavis die vigesima quinta mensis Novembris, anno Domini 1602. *Paullo inferius* : Ego Godefridus Pictavensis Episcopus manu propria. Michelet scriba, de mandato dicti Capituli. Bellin, de mandato dicti Domini Reverendi Pictavensis Episcopi.

Item Auscensi Archiepiscopo.

14 *Anno* 1604, 28 *Novemb. Auscensis Archiepiscopus dentem et ossiculum S. Hilarii ab eodem S. Dionysii cœnobio impetravit. Hæc fere Dubletius. Missarum porro Pictavos Godefrido Episcopo reliquiarum meminit et Claudius Robertus in catalogo Pictavensium Episcoporum num.* 97. *At quæ ab hæreticis violatæ, ex ipsæ nimirum fuerint, quas Lutetia Joannes Dux acceperat. Corpus fuisse ad S. Dionysii monasterium translatum scribit præter alios Andreas du Chesne in Antiquitatibus Pictonum. Jacobus du Breul qui utramque sententiam tuentur enumerat auctores, ipse ad utram accedat, non exprimit.*

Aliquæ reliquiæ S. Hilarii Beneventi.

15 *Alibi extare aliquæ* S. Hilarii *reliquiæ feruntur. Marius de Vipera scribit aliquas Beneventi in ecclesia S. Sophiæ esse, et in ipsius honorem templum extra portam auream excitatum, quod Benedictinorum olim monachorum fuit, nunc Capitulo Cathedrali annexum. Antonius Vincentius Domenecceus in catalogo SS. Catalauniæ ad* XI *Augusti de reliquiis agit* S. Hilarii *Arelatensis, licet perperam* 14 *Januarii celebrari scribat.*

Aliqua Waslerii in Belgio.

16 *Est in Belgii finibus, haud procul a Lætiensi monasterio,* Waslerium, *sive* Wallerium, *vulgo* Wallers, *vicus, celebris hominum concursu ad visendas honorandasque* S. Hilarii *reliquias confluentium. Ostenditur autem isthic os brachii, inclusum thecæ argenteæ ad similitudinem brachii humani efformatæ.*

Ex variis.

Festa isthic S. Hilarii.

Isthic S. Hilarii festum insigni religione celebre agitur XIII *Januarii, quam illi diem vigesimam appellant, a Nativitate scilicet Christi. Proprium recitatur perantiquum de* S. Hilario *officium. Minor tum populi frequentia, ob hibernos imbres ac frigora. At Kalendis Maii pene innumera confluit multitudo. Encænia quippe illo die aguntur : fit tamen de sanctis Apostolis Philippo et Jacobo officium, instituiturque solennis supplicatio.*

17 *Iterum quintus dies Maii maxima celebritate a populo peragitur, spectabili hominum concursu, habendaque supplicatione. Eo die allatæ isthuc primum S. Hilarii reliquiæ existimantur, licet nihil traditum litteris reperiatur. Totum de eo officium recitatur. Dicata ei, ut patrono, Ecclesia est, ac summa illius ara, aliudque a dextris sacellum, in quo omnibus sextis feriis decantatur Missa de* S. Hilario *pro sodalibus qui* S. Hilarii *dicuntur. Plurima isthic appensa ad parietes anathemata, fulcra, tibiæque ligneæ, ac cereæ, recuperatæ sanitatis monumenta. Eas vero Sancti reliquias in thecam argenteam includi curavit Carolus Croius Chimacensis Dynasta, qui Ludovicam Albrettam sororem Regis Navarræ uxorem duxerat, anno* 1518, *suntque amborum gentilitia insignia thecæ ipsi insculpta.*

et Sodalitas S. Hilarii

Miracula.

18 *Præcipue ad avertendam apoplexiam, podagram, nephriticos dolores,* S. Hilarii *imploratur patrocinium. Nuper etiam Nicolao Pulaino Maconiensi visum isthic restitutum ferunt. Infinita prope alia edita miracula dicuntur, quæ brevi fortassis descripta vulgabuntur, ut spem superioribus annis fecit D. Philippus Piermanus, Præmonstratensis ordinis ad S. Foillanum Canonicus, Pastorque Waslerii.*

NOT 18

19 *Operæ pretium ad extremum fuerit S. Hilarii epitaphium dare, quod e vetusto codice eruisse se Claudius Robertus testatur :*

Epitaphium S. Hilarii

Hilarius cubat hac Pictavus Episcopus urna,
Defensor nostræ terrificus fidei.
Istius adspectum serpentes ferre nequibant.
Nescio quæ in vultu spicula Sanctus habet.

DE S. VIVENTIO PRESBYTERO,

VERGIACI IN BURGUNDIA.

Circa Ter. Ann. Chr. CD XIII Januarii

In Versiaco monasterio *Idibus Januarii natalis agitur* S. Viventii Confessoris, *ut habet Martyrologium Romanum. Est* Versiacum, *sive* Vergiacum, *(aliis* Verziacum, Vertiacum, Versiatum, Versiachum, Vernacum, Verdiacum, Virzeium, Virgeium, Vergeium, Verginiacum; *Gallice* Vergy, Verge, Vergie, Vergey, Vergier,) *est, inquam, non in Pictavensi situm diœcesi, ut in Romani Martyrologii Topographia scripsit Ferrarius, sed in Burgundiæ Ducatu, haud procul Nuithonio, sive Nuitio oppido. Arx fuit olim munitissima, in edito colle exstructa, unico eoque perdifficili accessu. Henricus IV, Francorum Rex muros dejecit. Subtus eam monasterium* S. Viventii *condidit, amplisque possessionibus dotavit Manasses Comes circiter annum Christi* 924, *cujus genus integro volumine prosecutus est doctissimus Andreas du Chesne, perduxitque usque ad Cleriadum Vergiacum aurei velleris Equitem, Comitem Champlitensem.*

Vergiacum castrum et monasterium.

S. Viventii translatio duplex

2 *In hoc monasterium transferendas* S. Viventii *reliquias curavit Manasses. Sed hæc secunda translatio fuit. Nam Pictonum fines populantibus Normannis, ad Arverensem civitatem deportata sancti Confessoris pignora, Agilmarus Episcopus in monasterio collocavit, quod* in Burgundiæ partibus, in Comitatu Amauso, sex millibus ab Arari flumine, *in avito fundo construxerat. Hoc quoque a Normannis everso, Vergiacum Manasses fundavit; eoque* S. Viventii *et aliorum Divorum reliquias transtulit, fortassis et* S. Leogisoli, *de quo infra. Ludovicus Gollutus in suis Rerum Burgundicarum commentariis lib.* 2, *cap.* 38, *et lib.* 4, *cap.* 20, *eumdem Manassem* Prioratus S. Viventii *prope Dolam facit auctorem, cum idem tamen esse cœnobium videatur, quod est ab Agilmaro Episcopo ædificatum, nisi id fortassis Manasses deinceps restauravit. Sed hallucinatur Gollutus, dum Prioratum illum juxta* Gravionem *castrum locat,* Gravionem *vero castrum Dolanum interpretatur, cum* Gravio *in Pictavis fuerit, prima* S. Viventii *sedes, ut mox patebit.*

3 *Locum vero sacris ejus feriis celebrem pleraque Martyrologia* Vergiacum *nuncupant, quæ proinde post tertiam translationem composita auctare licet conjicere : nam si antiquiora essent,* Gravionem *locumve alium exprimerent. Vetustissimum certe Usuardi MS. exemplar, quod Parisiis in monasterio S. Germani de Pratis asservatur, ita habet* In monte Versiaco S. Viventii Confessoris. *Unde patet, quod quidam viri eruditi existimarant, non esse illud ipsius Usuardi manu exaratum. Abest et locus et* Viventii *nomen a vetustissimo quoque codice nostro, qui olim Augustini Hunnæi fuit. Molanus et Carthusiani Colonienses in eorum classem eum rejeciunt, quos ipsi ad Usuardi Martyrologium adjecerunt. Desideratur et in Parisiensi ejusdem Usuardi*

Ejus natalis in martyrologiis celebris.

14 *editione*

Ex variis.

editione ann. 1536. *At Lubecana anni* 1475, *Florarium, aliaque plurima MSS. Belgicarum Ecclesiarum :* Versiaco natale S. Vincentii Confessoris Christi. *Bellinus :* Ipso die Versiacho S. Vincentii Confessoris. *Maurolycus :* Ipso die Verdiaco monte S. Vincentii Confessoris Samaritani, tempore Hilarii prædicti. *Vetus Coloniense Martyrologium :* Verziaco natale S. Vivencii Presbyteri et Confessoris Christi, qui ad Prædicationem B. Gregorii credidit; quem cxx ætatis suæ anno defunctum apud Gravionem castrum B. Maxentius Abbas sepelivit. *Celebrat quoque ejus natalem Martyrologium Germanicum, et alii quorum quidam* Inventium, *nonnulli* Juventium, et Iventium *vocant.*

Translationis memoria, 13 Jan.

4 *Translationem hoc die agi existimavit Galesinius :* In Verdiaco monte, *inquit,* Translatio S. Viventii Confessoris. Is e Samaritanis parentibus Christiani nominis hostibus natus, B. Georgii Antiochiæ Evangelium prædicantis opera ad fidem conversus, ac deinde Sacerdos factus, Angeli monitu Antiochiam venit; qua in urbe Deciani Præsidis filiam a dæmonio liberavit. Romam denique proficiscens, in itinere multa miracula edidit. Natus annos centum et viginti migravit ad Dominum. *Citat in Notis vitam a* Mombritio *tom.* 2. Adone (Vincentio *voluit scribere*) Belvacensi *lib.* 13, *cap.* 99, *et* Equilino *lib.* 2, *cap.* 71 *editam : apud quos omnes, uti et in vita quam damus, dicitur.* Idibus Januarii apud castrum Gravionem defunctus. *Ast in monasterio Vergiacensi* secunda feria post diem Pentecostes *reliquiarum ejus* Exceptionis memoria singulis annis recolitur, *ut infra dicetur. Ea feria anno* 924 *in diem* 17 *Maii incidit; quo die MS. Florarium :* Sanctorum Episcoporum et Confessorum Vincentii et Honorati et Syri et Martialis Confess. *atque ita plures conglobatim referuntur, ut sæpe in eodem libro, quorum tamen non sunt neque Acta, neque honores ac triumphi conjuncti.* Honoratus *Episcopus est Tolosanus, qui eodem die commemoratur in alio quodam recenti MS., colitur vero* 22 *Decembris.* Syrus *Episcopus Ticinensis, cujus eo die translationem,* 9 *Decembris natalem plurimi celebrant.* Martialem *suspicamur Lemovicum esse Apostolum, qui* 30 *Junii colitur.* Viventius, *sive, (ut auctor Florarii aliique* 13 *Januarii eum appellant)* Vincentius Episcopus *appellatur, uti in titulo vitæ in MS. Andreæ du Chesne, non quod gradu et ordine Episcopus fuerit, sed quod propter Apostolicæ vitæ dignitatem inter sacros Antistites a religiosa plebe venerationem sit consecutus. Solennem illam* Exceptionis *memoriam, peragi* VII *Idus Junii, habet historia Translationis in Vergiacis a du Chesne edita. At non incidit is dies in feriam secundam Pentecostes anno* 924, *sed* 930 *et* 941 *Fortassis horum annorum alterutro latum de ea deinceps agenda celebritate decretum. Aut error in numeros irrepsit, legendumque fuit* XVI Kal. Junii, *pro* VII Id. Junii.

et feria secunda Pentecostes.

Natalis S. Benedicti, socii S. Viventii

5 *Nullo horum dierum* Viventium *memorat Saussaius in Martyrolog. Gallicano; sed* 23 *Octobr. ex antiquis Ecclesiæ Pictaviensis monumentis ista promit :* Benedictus Episcopus de Samaria cum Presbytero, *(hic Viventius est)* et quadraginta sociis ob Paganorum sævitiam fugiens, venit apud Pictavos ad B. Hilarium, quem audierat e Phrygia regressum, et eremum juxta castellum petiit, ubi in excisa * ... Deo serviens usque ad obitum permansit, ibidemque sepultus est. *S. Benedictum eo die referunt Usuardi exemplaria excusa et MSS. ac recentiora passim Martyrologia his verbis :* In pago Pictavensi S. Benedicti Confessoris, *absque ulla S. Viventii mentione, aut sociorum, quorum plurimi pro fide dicuntur interempti, et si eorum nobis necdum compertus est natalis. Meminit* Verziaci *et* S. Viventii, *Glaber Rodulphus in vita S. Guillelmi Abbatis Divionensis supra* 1 *Jan. cap.* 5, *num.* 18, *ubi dicitur hoc* commissum ab Henrico venerabili Duce monasterium etiam Verziaci castri ex latere situm, ubi antiquus Confessor Christi Sanctus requiescit Viventius.

* *Forte specu*

Vita S. Viventii unde descripta

6 *Vitam* S. Viventii, *ex veteri Legendario Cælestinorum Parisiensium descriptam, nobis pro sua singulari humanitate communicavit Andreas du Chesne V. CL. quam cum MS. S. Mariæ de Ripatorio collatam hic damus, etsi correctionis, quod ad chronologiæ ac chorographiæ rationem attinet, haud uno loco indigentem. Translationis accuratior historia est, quam tamen ab eodem compositam auctore tum ipse censet du Chesne in Vergiacis lib.* 1, *par.* 2, *cap.* 3, *tum ex stylo colligi potest. Scripta videtur haud multo ante annum Christi millesimum : nam et* Gisleberti *Ducis in ea mentio fit, quem tradit du Chesne an.* 956 *obiisse; et illa aliquam multos a Translatione usque ad historiæ scriptionem annos fluxisse indicant :* Ac Dei genitricis ipiusque B. Viventii nomini dedicatus nunc usque locus isdem et cognominatus habetur. *Extabat in MS. S. Martini Ultrajecti brevior nec satis accurata* S. Viventii *vita. Extat et in Vincentio Bellovacensi, ut ex Galesinio ante retulimus, in Bonino Mombritio, ac Petro de Natalibus, sed Translatione prætermissa, quam solam in Vergiacis vulgarat du Chesne, partemque in Normannicis.*

Antiquior, S. Maxentio auctore

7 *Antiquiora extitisse* S. Viventii *Acta, ac fortassis sinceriora, hujus vitæ scriptor ostendit, cum cap.* 8, *num.* 45 *de* Algimaro *Claromontano Antistite ita scribit :* Qui venerabilis Pontifex sæpius relegens conversionem ac actus S. Viventii simplices ac pene incultos, atque inerti sermone descriptos, deosculansque dicebat : O beata ac benedicta priorum rusticitas, quæ plus studuit optima operari, quam loqui; et magis novit sancta honestaque esse, quam dicere. *Ejus fortassis historiæ auctor* S. Maxentius *Pictavensis Abbas fuit, qui, ut in vita num.* 32 *dicitur,* audita illustrissimi viri fama, ad requirendum vel visitandum, seu potius se suis orationibus commendandum venerat, et partim audita, partim visa quæque stylo currente depinxit. *Sed quis ille fuerit* Maxentius *non reperimus. S. Maximini Trevirensis frater* Maxentius *Episcopus fuit, et ut alibi diximus probabilius videri, Viventio Hilarioque senior. Alius colitur* 26 *Junii* Maxentius Abbas, *qui nomen dedit nobili apud Pictones oppido ad Separim flumen sito. Verum hic* Maxentius *Clodovæi Magni vixit ætate, centum ab obitu* S. Viventii *annis, ut ex ejus vita patet, et S. Gregorio Turonensi lib.* 2, *hist. Franc. cap.* 37. *An huic suum visenti sepulcrum apparuerit* S. Viventius, *cujus deinde gesta ac miracula mandarit litteris; an potius alius* Maxentius *(familiare in ea provincia nomen) extiterit, nolumus divinare. Fuit certe, cum primum in Pictavensem ditionem ab urbe Agathensi profugus venit* S. Maxentius, *non incelebre monasterium cui præerat* B. Agapitus; *a quo ille in disciplinam receptus, cum antea* Auctor *diceretur,* Maxentius *est appellatus, fortassis ab antiquiore, ut fit, ejusdem cœnobii* Maxentio *Abbate vel Fundatore.*

Quis ille fuerit Maxentius.

VITA

AUCTORE ANONYMO,

Ex duobus veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Viventii conversio, sacerdotium, prædicatio. Conversio S. Cleopatroniæ.

Post gloriosam Domini nostri Jesu Christi resurrectionem, et mirabilem ejus in cælos ascensionem, sanctique Spiritus in discipulos adventum, corroboratis eorum cordibus, quos attigerat, omni sublato timore terreno cœperunt palam sancti Apostoli prædicare Verbum Dei, ut in omnem terram exiret sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Contradicentibus autem adversariorum ministris persistebant

a Georgius Antiochiæ prædicat, et idola evertit. b

bant sancti *a* milites omnia tormentorum genera patientissime pro amore Christi sustinere. Unde contigit ut in tempore Diocletiani quidam Cappadocus, nomine *b* Georgius, Antiochiam prædicans verbum Dei perveniret, quo Daciani Præsidis nequissimi idola minutatim quæque, aurea vel argentea, seu qualibet arte sculpta, per virtutem sanctæ crucis in pulverem redigere fecit.

S. Viventius convertitur.

2 Quidam ergo juvenis, Samariæ civis, nomine Viventius, ortus parentibus non infimis, gentilitatis tamen errore detentis, doctus secundum paganorum ritum litterarum studiis, audita prædicatione B. Georgii, visisque sacris ejus miraculorum factis credidit unum Deum in Trinitate consistentem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Tali denique ac tanta inspiratione repletus petiit se celerius baptizari, solidatus in fide sanctæ et individuæ Trinitatis : erat enim vir miræ simplicitatis, omnium adornatus bonarum virtutum studiis, firmans se orationum undique muniis, et vigiliarum pernoctando custodiis. Non longe vero post per ceteros Christianorum sacratissimos Præsules, qui videntes ejus benignissimam conversationem, et firmissimam in fide Catholica soliditatem, gradatim per Ecclesiasticos conscendendo gradus sacerdotale officium meruit adipisci.

Fit sacerdos.

Christum prædicat.

3 Deinde beatus Deique cultor Viventius Sacerdos effectus, verbum prædicationis longe lateque disseminans, ad patris matrisque pervenit hospitium; qui condolens perditioni eorum, hortatur eos argumentose ab idolorum cultura secedere, et Deum vivum ac verum, Creatorem omnium creaturarum fideliter credere, et cum omni cordis puritate veraciter adorare, quia ipsius est potestas in cælo et in terra sine fine. Videns autem se nihil proficere, caussa orationis genibus in terra fixis, erectis ad cælum palmis, invocans misericordissimum Deum, cum lacrymis pro iis avidissime cœpit orare, quatenus mererentur divina inspirante gratia collustrari, et ad baptismi gratiam conduci. Tandem surgente beatissimo Sacerdote ab oratione, afflante divino Pneumate, jam jamque paullatim scintilla lucis æternæ corda eorum collustrantur lucide, ita ut exhortationes filii obaudirent libentissime. Præclarus autem Sacerdos videns eos cordetenus aurem accommodasse, nimium corde exhilaratus, reddens prius multiplices Deo gratias, iterum exponit eis fidem sanctæ et individuæ Trinitatis, resurrectionemque mortuorum omnium, judicium quoque futurum, et coronam Beatorum, atque pœnam pessimorum. Denique efficitur pater spiritalis, qui prius extiterat filius cum sanguine carnis.

Parentes convertit.

Clam e patria discedit.

4 Baptizatis igitur parentibus ipsis, cum ceteris quos prædestinaverat providentia divinitatis, occulte deserens terram suæ nativitatis, ignorantibus suis parentibus cunctis, peregrinam magis elegit ducere vitam, quam inter sacrilegos diutius commorari, dicente Psalmista : Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris. Proficiscens etenim per longa terrarum spatia Dei famulus, nequaquam cessabat a prædicationis verbo, aut divinitatis ministerio, nihil secum tollens ex omnibus quæ sunt in carnis desiderio : quia illud Domini præceptum semper retinebat corde : Nihil tuleritis in via, et in quamcumque domum intraveritis annuntiate pacem illi.

Psal. 17. v. 26 et 27

Ubique prædicat more Apostolico.

Luc. 9

5 Dum hæc ita gererentur, et fatigatus nocte quadam ob longitudinem itineris se sopori dedisset, Angelus Domini eum blandis alloquens sermonibus fatur : O sancte Viventi, Sacerdos Altissimi, confortare et esto robustior ut viriliter agas, quia sanctæ orationes tuæ, et preces ad aures piissimi Conditoris pervenerunt : ideoque velociter surgens revertere et idola Daciani *c* Asianorum nequissimi Procuratoris in urbe *d* Thessalonica signaculo sanctæ crucis conteras minutatim : quo facto liberabis filiam ejus, quæ decem et octo annis diabolicam patitur vexationem : non enim lætatur Deus in perditione morientium, qui eam vult eripere de faucibus malignorum, et ad agnitionem sui nominis conducere, ut consortio potiatur Sanctorum. Et dicto citius discessit Angelus. Sacerdos autem a sopore expergefactus, gratias referens Deo, cordeque exhilaratus, reliquam partem noctis duxit pervigilem sacris cum orationibus. Igitur Pater beatissimus post sancti admonitionem Angeli tertia die Thessalonicam veniens, per venerandæ crucis signaculum redacto in pulverem nequissimi Præsidis fano cum omnibus simulacrorum titulis, eodem silenter die se continuit, altera siquidem die reversurus.

Jussu Angeli abit ad domum Daciani. c

Ex uss d

Signo crucis idola evertit.

e Orat pro Cleopatronia filia Daciani.

6 Post denique ingressus cubiculum *e* Cleopatroniæ pessimi filiæ Daciani, et flexis solo poplitibus cœpit orare cum lacrymis dicens : Exaudi me Domine Jesu Christe altissime servum tuum te deprecantem, et in tua misericordia confidentem, et ne aspicias peccata nostra vel parentum nostrorum, sed propter gloriam nominis tui libera hanc puellam a faucibus Zabuli, quo per eam in te credant plurimi, quia non est alius Deus præter te Domine, qui vivis et regnas sine fine. Cumque omnes respondissent, Amen; surgens ab oratione, et benedicens aquam cum exorcismo ac crucis signo, dedit ei bibere, et ait : Exorcizo te immunde spiritus per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ut exeas et recedas ab hac famula Dei, ut abhinc libera suo devota serviat Creatori. Ad hanc nempe vocem coactus dæmon exiens cum clamore, dirisque ejulatibus, elisit ante pedes viri Dei puellam exanimem, quam sacer mox signo crucis edito restituit incolumem. Ejectus itaque dæmon, ac taliter a beato Dei tirone victus, magnis cœpit ejulatibus perstrepere, et quasi deprecatoria ratione conquirere, dicens : Obsecro te, o Sacerdos Christi, noli me mittere in abyssum, sed permitte ut introeam in sacrilegum Dacianum. Beatus etenim Viventius teterrimum videns spiritum, inquit : Adjuro te, nequissime spiritus, in nomine unigeniti filii Dei vivi qui immolatus est pro salute generis humani, ut non amplius noceas ullam ex omnibus ejus creaturis, sed per deserta et arida gradiens loca gehennali te citissime non cesses committere igni, qui tibi præparatus est æternaliter, tuisque omnibus sociis. Ad hanc ministri Dei vocem inimicus et totius bonitatis invidus, magnos cunctis astantibus terrores incutiens fœtoresque relinquens, evanuit. Recedente itaque dæmone Sancti imperio glorificaverunt Deum cuncti qui aderant, viso tali miraculo.

Liberat eam a dæmone.

7 Præterea electus Dei athleta convertens se ad Cleopatroniam Præsidis filiam, magnifica voce, constipatis multis populorum globis, his affatur eam sermonibus : O virgo sacrata, et ab ipso omnipotente Deo electa, Dominus meus Jesus Christus misit me ad te, ut ostendam tibi viam salutis, per quam quisque gradiens homo potest pertingere ad perpetuam Angelorum vitam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam scilicet ipse præparavit diligentibus se. Deinde exponens ei fidem individuæ Trinitatis, mysteriumque sacri baptismatis, tropæum quoque venerandæ Crucis, omnimodis ostendit rectitudinem Catholicæ fidei. His et aliis plurimis verbis puella auditis, credidit in Deum creatorem omnium creaturarum, et baptizata est ab eodem viro Dei cum ducentis fere hominibus promiscui sexus, qui ibi aderant, glorificantes Deum ac dicentes : Vere servus Dei es tu, o Beate Viventi, et verbum ejus in ore tuo verum est. His ita gestis, beatus Sacerdos per tres menses prædicans in eadem urbe populo Dei verbum, baptizavit ex eis non minimam

Convertit eam cum 200 et multis aliis

Varia facit miracula

Ex MSS.

nimam multitudinem, quia videbant signa et mirabilia quæ per Dei gratiam faciebat. Veniebant ergo ad eum omnes qui variis detinebantur infirmitatibus, quos ipse invocato Christi nomine curabat : cœcis visum, claudis reddens gressum, leprosos mundans, dæmones ab obsessis corporibus ejiciens, et alia multa medicamina infirmis salubriter præbens.

a *MS. du Chesne* nimistri. b *Mombrit. Vincent et Martyrolog. Colon. supra citatum.* Gregorius. *Sed hic magnus est Georgius, qui ex nobili Cappadocum prosapia ortus, in Legenda Jacobi de Voragine, et pluribus MSS dicitur* passus sub Daciano Præside imperantibus Diocletiano et Maximiano, et Palæstinum Christo favente devicisse. *Quæ discutiemus* XXIII *April.*

S. Georgius

c *MS. du Chesne* Christianorum nequissimi persecutoris.

d *Ita MSS. ambo, ast alii* Besilonica. *Galesinius supra,* Antiochia e *Petrus de Natal.* Eupatronæ *Vincentius* Cleopatrinæ *Colitur* VIII *Martii, ut habent Martyrolog. Germanicum, Carthusiani Colonienses, in Addit. ad Usuardum, Ferrarius, alii, ut ad eum diem dicemus.*

S. Cleopatronia

CAPUT II.

Navigatio Romam. Dona Cleopatroniæ.

S. Cleopatronia Angeli monitu mittit Romam dona.

Beata igitur Cleopatronia, bonis operibus ornata, diebus vitæ suæ Deo devote serviens in operibus mansit bonis, primam conservans stolam baptismatis. Vere beata, quia habet partem in resurrectione prima, per orationum munia, per largitatis xenia. Quadam itaque nocte cum se fatigata sopori dedisset, admonita visione Angelica, de thesauro sibi superfluo duo fabricari fecit candelabra, aliaque utensilia ad Ecclesiasticum cultum pertinentia, quæ cuncta ad Apostolicam Sedem Principis Apostolorum Petri per strenuos misit legatos, *a* Benedictum scilicet Antistitem, Sanctumque Viventium Sacerdotem, deprecans sibi præparari hospitia per tanta intercapedinis terrarum spatia, quatenus tandem adire quiret Sanctorum limina.

Dacianus persecutionem declinant S. Benedictus Episcopus et S. Viventius

9 Interea Daciani rabies acerrime ob suorum confractionem idolorum grassabatur in Christianos. Audientes autem hæc sancti viri Benedictus videlicet Præsul, et Sacerdos Viventius, prodiderunt Cleopatroniæ quod eis Spiritu sancto docente volvebatur in mente, dicentes : O castissima Virgo devota Christo, confortetur cor tuum ut viriliter agas, quoniam per te multi credituri, et hæreditatem patriæ cælestis sunt accepturi. Nos tamen hac in regione manere nequaquam possumus, ne publice ab hac sceleratissima generatione arguamur absque ullo interfici fructu. Unde melius nobis videtur hinc abire, et Dei nostri segetem, quæ jam parata ad metendum fore videtur, in horreum ejus colligere. Nec tamen qua volumus parte, sed transmeato mari quocumque Domini dispositio gressus nostros voluerit dirigere. Tum Virgo sacrata haud minime tristis effecta provolvens se cum lacrymis ad eorum vestigia, percipere meruit ab eis benedictionis gratiam.

Valedicunt S. Cleopatroniæ

Pallium ab ea accipit S. Benedictus

10 Enimvero proficiscentes simul ambo, suorum memores sodalium, gressu fixo, ac tractato invicem quo cuncti possent pariter abire consilio, alter ab altero discessere, uno tamen termino ad mare reversuri disposito. Beatus siquidem Præsul dum reverteretur, ecce viri obviam ei, qui reducentes eum ad Dei Virginem, quæ iteram deprecatur pallium, quod prius omiserat, Romam ab eo perferri. Quo accepto, accersitoque sibi comite suo filiolo, Promoto nomine, cœpit revertens abire. Interim sanctus Sacerdos Viventius collectis secum in Christo quadraginta fratribus onustisque camelis cum septem etiam servis ad littus usque maris noctu proficiscitur : et non invento juxta pactum Præsule contristati sunt cuncti pro ejus absentia.

11 Perpessimus vero Dacianus hauriens quorumdam relatu eos taliter abiisse, missis apparitoribus volebat per sartaginem velut cremia uri, ac multis doloribus ipsos pati per rotas etiam ferreas, quas ad hoc paraverat. Videns vero B. Viventius, ceterique sui sodales tyrannos cum evaginatis gladiis eminus venientes, magno perculsi timore concito navim petiere, ac nutu divino velivole discessere. Inimici etenim ut viderunt eos sic aufugisse, cymbalia comantes aplustria, findendo Neptunia, extensis circumquaque lacertis provolare lembum citissime remis fecere. Videres nautarum pugnam fugientium et insequentium : Sancti ut evaderent; pessimi ut eos punirent, elaborare. Sed inter hæc auxilium quæritur divinum, incumbitur tabulati fundo cum lacrymis et gemitu, palmis ad cælum expansis invocatur Adjutor potentissimus. Protinus ventorum flamine iniquorum pelluntur navalia, atque equitum Pharaonis more demersi pelago cremabundi remittuntur orco, ita absorpti maris edulio, orante sancto Dei viro.

Navi fugit S. Viventius cum sociis 40

Hostes insequentes submerguntur.

12 Sanctis siquidem navigantibus per altum pelagus subito eis nascitur magna difficultas ob sodalis absentiam. Nam Euro retorquente divino instinctu eorum scapham, more vertiginis illico ita fixa perstitit ac si radicitus alte arbor terræ fixa teneretur. Diu namque simul cuncti incassum laborantes, paullisper substitere attoniti, quoniam inanis eorum labor ad nihilum redigeretur, intumescentibus undique secus maris fluctibus ob nimium ventorum flatum. Elabitur spes ultra vivendi : attamen exhortante eos B. Viventio, expansis ad cælum palmis uno simul corde cum voce invocant misericordiam Conditoris, qui sperantes in se nullatenus dereliquit. Subito namque extenditur aqua circumcirca, et per sexagonum convoluta lymphæa domus efficitur intacta permanente navi taliter inclusa : sicque Deo protegente salvantur incolumes per centum quadraginta quatuor horarum spatia.

Ipse naufragium evadit.

13 Dum etenim talia Sancti per altum paterentur salum, beatus Præsul Benedictus cum Promoto filiolo suo ad littus pervenit. Non inventis quoque fratribus secundum eorum placitum, tristis oppido effectus, orationi se cum puero contulit, completaque oratione substitit, et ecce vox lapsa de cælo infit : Noli timere, o Benedicte nomine et actu, sed esto fidens in Domino, cujus regimine totus regitur orbis. Ipse enim mittet Angelum suum ductorem tui, invenesque quos desiderat anima tua salvos et incolumes : nam tentavit eos Dominus, quia timore terreno tremebundi te non expectantes fugerunt. Beatus vero Præsul tali affamine confortatus, expanso supra mare pallio, muniens se Crucis signaculo, ascendit super illud cum suo filiolo, habens gubernatorem omnium creatorem; atque recto tramite pervenit ad locum, quo navis sodalium detinebatur a gurgite. Tunc (mirabile dictu) pallium revolvebatur in gyro super quod sanctus stabat Præsul cum filiolo : ob quod tremefactus erectis ad cælum cum palmis luminibus Deum deprecatur attentius. Dum hæc interim aguntur, in sese retorquens procella Deo jubente detecta protinus puppi invicem se contemplantur Sancti. O miranda atque nimium stupenda Dei miracula! quis putas fletus, quod gaudium inter eorum amplexus? Ideo laudetur in omnibus Christus, quia isti totam cum magno gaudio duxere diem in hymnis et laudibus benedicentes Deum : siquidem eatenus perduxit eos Angelus ad littora boni portus. Ipsi denique firmata protinus anchora, prostratique solo orationis caussa gratias referunt Deo, qui eos de tantis eruit periculis.

S. Benedictus cum filio supra pallium per mare ad S. Viventium fertur.

14 Peracta igitur oratione dum fatigati consedissent eorum archimagirus defecisse stipendium victus promit, unde et ab Episcopo deprehenditur, sed et confortando fratres blande leniens, inquit : Potens est Deus parare mensam in deserto. Inde Beatus surgens Viventius, decantando cursum paullulum sequestratus a ceteris ibat pedetentim per littus maris. Cum ergo eminus alta prospiceret littora, ecce magnus

Fame laborantibus exilit e mari piscis

magnus piscis exiliens a profundo gurgite, sicque palpitans remansit in littore. Vir autem Domini concito gressu ad socios reversus gaudens nuntiavit eis, dicens : Laudate Dominum, fratres, qui non deserit usquam sperantes in se : præcepitque ministris ut irent, et præparato pisce sumerent secum quantum per hebdomadam cunctis ad esum sufficeret. Præparatores quapropter injuncto sibi officio quantocyus peracto, positaque mensa gaudentes discubuere fratres, et refecti dono Dei multiplices illi retulerunt gratias, et laudes.

Romæ offerunt S. Cleopatroniæ munera.

15 Revertente Leucothea, plane sequentis diei, disposito calle profecti, venientes *b* Signorissa, manserunt inibi aliquantis diebus. Quo etiam locatis ad opus Cleopatroniæ hospitiis pergentes habebant semper ductorem Angelum Domini, et quocumque mansissent, sic semper prædictæ Virgini manendi præparabant hospitia. Cumque Romam pervenissent, prolatis candelabris cum ardentibus cereis, ceterisque xeniis prætaxatæ Virginis, posuere cuncta ad Beati sepulchrum Petri : et finitis Dei secretorum ministeriis ad templum Beati venerunt Pauli, indeque loca circumeuntes Sanctorum suarum gratia orationum, ad Apostolorum Principis reversi sunt domum.

a S. Benedictus Episcopus de Samaria *dicitur in antiquis Ecclesiæ Pictaviensis monumentis supra citatis ex Saussaio. Colitur* XXIII *Octobr.*

b Signorissa *hæc forte* Sinuessa, *oppidum maritimum in finibus Latii et Campaniæ. Huic conjecturæ satis congruit iter reliquum Romam versus.*

CAPUT III.

Secessus in eremum. Mortui suscitatio.

a

Benedictione denique a beato Papa gratanter accepta cum eulogiis, lene carpentes iter *a* Herbedilicam attigerunt urbem. Manserunt ergo in prælibata urbe per dies videlicet octo inter se colloquentes, et gratias Deo quotidie pro piissima ejus misericordia, et bonis omnibus sibi ab eo collatis referentes. Receptis igitur in tanto spatio viribus, post grata inter se, dulciaque colloquia placuit eis ab invicem sequestrari, et loca eremi remota ab omni frequentia populi manendi solitarie appeti. Sacer igitur Viventius multis perfusus lacrymis beato fertur dixisse Pontifici : Omnipotens Deus, qui nos de tantis eruit periculis, sit custos ac prævisor nostri a deceptione hostis antiqui, ut sicut fuimus in terris socii, sic tribuente pio Domino simus comparticipes gaudii regni cælestis. Cum enim cuncti flentes respondissent Amen, osculatis et benedictis a Præsule residuis, pars cum eo ex fratribus profecta parsque cum socio relicta ab invicem separantur.

Ab invicem discedunt.

Viventius cum sociis in eremum abit

17 Eo sane tempore quo ista gerebantur, needum firma habebatur illis in partibus Christianitas, sed adhuc maxime error gentilium volvebatur. Ideo quidam ex his qui restiterant fratribus, nomine Domninus, Dei electus Sancto dixit Viventio : Domine, si placet tuæ benignitati, declinantes a facie impiorum istius civitatis habitantium percunctetur cujusque eremi vastitas, si forte poterimus aliquam invenire speluncam, quo aliquamdiu latitando serviamus Creatori nostro diu noctuque. Placuit Dei famulo ceterisque sibi junctis consilium hujuscemodi, quia sic Dominus suis in Evangelio præcepit discipulis, et ipse prius quod jusserat fecit, quando pro Herode delatus est ad Ægyptum, dans nobis exemplum. Perlustrantes autem Herbedilicam circumquaque provinciam, contigit eis Beatum obviare Vertavensem *b* Martinum, a quo clementissime salutati et caussa itineris audita suscepit eos humanitus necessaria ministraturus.

Matth 10. 23

b

Excipitur a S. Martino Vertavensi.

18 Nec prætermittendum reor, quod omnipotens Deus per servos voluit perspicuum delucidare miraculum. Cum inter se divina sererent colloquia, et alternatim nectarea perfunderentur spiramina; en subito semivivum cursim ferens cadaver improba præ oculis eorum nudatis pellibus pectoris, sese flendo infert et ejulando mulier : vocatoque ex nomine quem numquam prius noverat : O Sacerdos Christi beatissime Viventi, inquit, velociter succurre mihi miseræ, nec moreris filium meum sacri unda baptismatis perfundere priusquam præsentis careat spiritu vitæ. Hæc matre interim prosequente, puer tandem inter ulnas matris moritur sine baptismi regeneratione. Respiciens flebilis mulier extincti nati cadaver, quæ jam non mater dum filium non habet, cum ingenti gemitu rugituque projecto eo ante pedes viri Dei præcedentibus lacrymis infit : O Viventi serve Dei viventis, redde mihi filium, quem tuis adhuc conspectibus attuli vivum. Cui Sanctus : Ut quid talia mulier a nobis peccatoribus, quæ sanctorum Apostolorum et Martyrum sunt, requiris? Nos enim ista minime præsumimus. Tunc illa voce reciproca ingeminans ait : Rogo, filium, si non mihi, vel baptismo redde, ut et pius voceris ipse pater spiritualis, egoque mater utcumque vocer, obtineas. Illa in prece ita perdurante, B. Martinus Vertavensis sancto Sacerdoti Viventio dixit : Simul oremus omnipotentem Deum, frater carissime, qui quatriduanum resuscitavit Lazarum, quo propter gloriosissimam suam misericordiam dignetur misereri huic orbatæ mulieri, unicum resuscitando filium, quem a nobis quærit vivificandum. Qui continuo pariter ad orationem conversi, flectentes genua cum lacrymis tamdiu Christo Regi Regum preces fundunt, quousque anima suo corpori, ingensque gaudium redditur matri. Erant autem dies pueri a nativitate bis deni. Quem baptizatum matri incolumem reddens, præcepit ne cuiquam hujus factum rei quoquo modo intimaret.

Ex MSS.

Puerum sine baptismo mortuum suscitat.

Hortatur omnes ad pietatem.

19 Hinc beatus quidem Christi Sacerdos duobus apud Sanctum morans Martinum Vertao manendo mensibus, fratribus in commune caussam sui itineris exposuit vel laboris : intantum etenim flamma divini Pneumatis illorum jugiter pro nectareo ejus dulcoramine sermonis inardescebant corda, ut pene jam viderentur relictis cunctis mundialibus omnimodis rebus sublimia cælorum petere penetralia. Hæc Patre luculenter serente dum adhuc Vertao degeret, didicit quorumdam relatu *c* Justinianum nequissimum Imperatorem, qui Sanctos Dei ubique persequens, quoscumque religioni Catholicæ deditos varie tormentando trucidabat, a Senatu turpiter interemptum, orcoque deductum, et inter flammivomas ollarum Vulcani latebras perpetualiter cremandum, hoc pro munere tali ditatum.

c

20 Exin maritima petiturus cum Aventio et Domnino, ceterisque suis complicibus proficiscitur : quem Martinus Abbas pariter cum suis valedicens et confortens eos in Domino prosequitur, benedicentesque se mutuo, in pacis etiam osculo diu amplexati, haud sine lacrymis sequestrantur, alter cœnobio, alter vero cymba subvehente altissimis se committit gurgitibus sali, habens ductorem et gubernatorem Angelum Domini. Hinc Deo jubente prosperantur venti, tumentia æquorantur undarum Neptunia tranquillitate optabiliter concessa, orantibus et sine interruptione psallentibus Sanctis, ceterisque impellentibus remis. Tandem prospere littus cujusdam insulæ, cujus vocabulum est Vertime, gratanter applicuere. Quid plura? disponente Dei gratia invenitur spelunca, quasi ex concavo manibus Angelicis præparata marmore, quo habitantes longe solitariam, Deo gratanter referendo laudes, duxere vitam.

In quamdam insulam abit cum sociis.

In spelunca habitat.

a Herbadilla, *ut* [illegible] *Sanctorum Britanniæ scribit, civitas fuit Britanniæ Armoricæ haud procul a Namnetum urbe,* Gallice Herbauge, *quæ terræ hiatu absorpta legitur, quod S. Martini Vertavensis* [illegible] *ad fidem Christi noluerint cives converti.* [illegible] *in MS. Chronico apud du Chesne meminit* Rainonis Comitis Arbatilicensis, *qui una* [illegible] *Ranulpho Duce*

Herbadilla.

Ex mss.

Aquitaniæ adversus Normannos dimicavit S. Amandus 6 *Februarii, et* S. Alanus 27 *Novemb. ex* Herbatilico pago oriundi *dicuntur,* in Aquitania *eadem hæc fortassis regio est.*

S. Martinus Vertavensis.

b S. Martinum Vertavensem *scribit Morlaix an. Ch.* 527, *natum, Archidiaconum factum a* S. Felice *Episcopo Namnetensi an. Ch.* 560 *e vita decessisse* 589, 24 *Octob. quo die vitam ejus dabimus. Est autem* Vertavum monasterium, *aliis* Vertanum, *quod mox dicitur adiisse* S. Viventius, *vulgo* Vertou, *duabus ab urbe Namnetum leucis dissitum, extructum a* S. Martino, *qui inde* Vertavensis *dicitur, an. Chr.* 575, *ut quidem tradit Albertus Magnus de Morlaix, hoc tempore Prioratus subjectus Abbati S. Jovini de Marnais in diœcesi Pictavensi. Quis vero hic non videat rationem et temporis et loci admodum confusam? Capite sequenti refertur reditus S. Hilarii ab exilio, qui incidit in annum Chr.* 360 *annis ducentis ante extructum ab hoc* Martino Vertavum. *Quomodo cum eo* S. Viventius *Vertavi egit, atque ejus monachos adhortatus est ad studium virtutis, et mox S. Hilarium ab exilio reducem prosecutus, castellum Gravionem ab eo impetravit? Eadem locorum confusio. Egreditur Roma, mox pervenit* Herbedilicam *et* Vertavum, *quæ loca Galliæ ad Ligerim fluvium. Ingreditur insulam, ex ea sub adventum S. Hilarii egressus, appellit mox eo loci ad continentem, in quem piscis et ac sociis in annonam e mari exiliverat cum Romam peteret, et esse prope Signorissam, unde Romam petiit. Nonne probabiliori conjectura diceretur* S. Viventius *Roma discessisse, forsan in Galliam Cisalpinam, aut certe in Etruriam aut Liguriam, ibidemque moratus ad annum circiter* 358, *quo tempore ibidem aderat* S. Martinus, *postea Episcopus Turonensis, tum recens ad Christum conversus, qui ut furorem declinaret Arianorum coactus fuit secedere in insulam Gallinariam, e qua prodiit, cum S. Hilarius ab exilio rediret, ut in hujus vita dictum est? Cum hoc* S. Martino *conjici potest* S. Viventium, *forte ibidem, collocutum, ejus exemplo insulam aliquam cum suis in mari Ligustico aut Tyrrheno ingressum, atque ad reditum S. Hilarii eam inhabitasse. Inde in Galliam, ad S. Hilarium abiisse, excitatum ab eodem* S. Martino *cui ejus sanctitas apprime perspecta erat. Nulla* Herbedilicæ, Vertavi, *aut* Martini Vertavensis *mentio fit in vita* S. Viventii *compendio apud Bellovacensem, Mombritium, aut Petrum de Natalibus, ut non immerito censeatur ingesta ab imperito scriptore ea digressio, occasione vii nominis nominum. De Vertavo ita Philippus Ferrarius in nova Topographia Martyrologii.* Vertanum monasterium, S. Martino, in Campania in monte Massico apud Carinulam civitatem, quod etiam vulgo monte Massico appellatur. Hoc monasterium quondam sanctitate, postea opibus floruit. Sic ab Episcopo Equilino lib. 9 scribitur. Sed quibusdam videtur Martinus, non in Campania Italiæ, sed in Galliis vixisse, ut ex Gregorio Turon. liquet xxiv Octob. Martinus Abbas sub Justino juniore. Turon. de gloria Confess. *Hæc Ferrarius. Verum qui ab Equilino lib. 9 c. 102 describitur* Martinus, Marcus *dicitur a S. Gregorio Papa l. 3 Dialog. c. 18 neque aut hic aut Equilinus meminerunt* Vertani, *seu* Vertavi, *monasterii. Utrumque et* S. Marcum *in Campania et* S. Martinum *in Vertavo monasterio refert Martyrologium Romanum. Ast Baronius in Notis, et eum secutus Ferrarius S. Martinum confundunt cum* S. Martino *Abbate apud Santones, discipulo,* S. Martini *Turonensis, quem refert Gregorius Turonens. de Gloria Confess. cap. 57, de quo agemus cum Martyrol. Rom. vii Decemb.*

S. Marcus.

c *Infame mendum, cui non facilis occurrit medela. Suspicamur* Julianum Apostatam *intelligi, turpiter in visceribus accepto vulnere* interemptum. *Sed quod dicatur a Senatu occisus Christianorum Ducum conspiratio in ejus necem, quæ vulgo jactata fuit, innuitur.*

CAPUT IV.

Colloquium cum S. Hilario. Mortui suscitatio.

S. Hilarium adit.

Tempore eodem contigit beatum de exilio Pontificem *a* Hilarium reverti: unde repletur terra gaudio ineffabili, quoniam longe lateque per omnes provincias regni nomen tanti Pontificis divulgatum, celeberrime a viris Catholicis diligebatur. Cumque tam venerabilis opinio delata Sancto fuisset Viventio, protinus gaudenter mare cum sociis adiens, cymbali ductu transmeato gurgite idem attigit portum, quo ingentem pridem repererat piscem. Inde dirigendo carpens iter citato calle cum recto tramite venitur Pictavis: conspectique se invicem salutantes divus protelatur Mercurius, quoniam uterque seminiverbius. Perspiciens igitur sanctus Dei Pontifex Hilarius tantam in Dei viro Pneumatis prudentiam, religionisque industriam, percunctatur unde et quo vel quare. Accepto denique responso sacer infit vir Apostolicus: Pessimus Christianorum persecutor Dacianus, de quo loqueris mihi, carissime frater, scelerata periit morte, velut decuit, habenturque jam *b* quatuordecim plus minus anni, unde et pax cunctis Christianis est, postquam data ab exilio revertendi gratia, tranquilla manent omnia. Ideo, Pater almiflue, si ad propria disponis redire, poteris usquequaque diverti secure. Cui Sanctus respondit Viventius: Ut ipse intueri potes, Pater sanctissime, manifestante simul canitie cum rugosa fronte, plenum me dierum fore, nec vacat uspiam molestare vetustissimos artus defectiva lassitudine. Si igitur in conspectu tuo gratiam merui invenire, cordetenus tuam cum omni supplicatione deposco clementiam, quatenus aliqua tuæ possessionis mihi concedatur particula, qua defunctus corpore queam sepeliri, sicque postmodum proselyti fratres.

S. Hilarius ei donat Castellum Gravionem.

22 Venerabilis enimvero Pater Hilarius ovanter ait: Quidquid paternitati tuæ libuerit, sanctissime frater, libentissime impertiri curabo. Sed nominatim vellem exprimeres intimando quæ tuo rimantur corde. Tunc Sanctus: Est tibi, Reverende Præsul, possessio quæ videtur nobis ad id, quod petimus, valde congrua, quam videlicet Castellum *c* Gravionem rustici vocant, hanc, si placuerit tuæ *d* synceritati, poscimus illico dari. Sanctus igitur Antistes Hilarius, animo valde jocundus ex supradicto protinus castro implens quod petitur, facta donationis charta, corroboratam et plenissime confirmatam beato contulit viro perpetualiter habendam. His taliter dispositis, gratia remeandi petit sibi Beatus licentiam dari Viventius. Hinc se invicem valedicentes, corroborati benedictionis signaculo, sed et pacis osculo cum inexplebili fletu vix sequestrantur alter ab altero.

S. Viventius puerum mortuum suscitat.

23 Cum interea Dei electus a prætaxato Præsule regrederetur Viventius, eminus extinctum sibilo serpentis conspicit puerum, qui paullisper gradum figens substitit, seseque signaculo muniens vivificæ Crucis ad extinctum ire perrexit cadaver; hymnidice quoque psallendo more solito cum sodali suo, nomine Marino, lustraturus qualiter propriam amiserit vitam, pervenit. Circumspectoque mœstifero cadavere infesti vulnus invenit serpentis. Sed hominum multitudo plus quinquaginta, ob famam boni operis illum sequentes, plangendo pedibus tanti viri terratenus provoluti precantur ejus meritis puerum resuscitari. Tunc *e* faustissimus Dei amicus misertus lacrymarum populi, ad præclarissima recurrens precum libamina, ita exorsus est: Exaudi me Domine Jesu Christe te deprecantem, et de tua sancta misericordia præsumentem, qui tuis in Evangelio pollicitus es fidelibus, majora facturos opera fideliter credendo. Ne aspicias peccata mea, sed fidem horum in te fidelissime credentium, teque obnixe precantium: resuscita nunc sub oculis omnium præsentem puerum, quatenus tuum, quod est mirabile, laudetur nomen per secula. Enimvero confirmante populo finem mirificæ obsecrationis, Amen dicendo, Dei Sacerdos de pulvere, puer surgens de funere rediviva sorte attonitus pallens resedit in tellure. Cui vir Domini porrigens manum, erexit incolumem, *f* ac commendato viris pro tanto exhilaratis miraculo præcipiens, ne cuiquam id propalaretur sub jurejurando cunctos ad propria remeare jussit. Sed puer præsenti redditus vitæ novum vicinis nequit occultare miraculum.

Miraculum jubet sileri.

Multos sanat.

24 Operæ pretium videtur inserere quod vivat in laude. Cum interim cœptum excellentissimus Dei famulus iter insequeretur, extensa procul acie luminum videns populi multitudinem promiscui sexus expectantem se in littore cum B. Aventio, ceterisque complicibus, celeri gressu ad eos usque pervenit. Salutatis etenim fratribus cum ceteris omnibus, percunctatur quid sibi velit præsens concio: refertur venisse ob sui gratiam, sanitatisque medelam. Divinus, hoc audito, medicus ex misericordia largitoris fisus, hortatur cunctos fratres, Altitonantis quærere præsidia. Qui mox unanimiter ad orationem conversi alta protrahentes suspiria, pugnis tundendo pectora, cælorum pulsant intima, per lacrymosa flumina Dei movent clementiam ad pietatis gratiam. *g* Sancti sic fuso munere surgunt simul a pulvere, plebis sanato vulnere, mente simul cum corpore. Quæ tunc ibi lætitia

titia rimatur et præcordia, extollendo præconia dant voces ad sublimia. Videres quosdam ruere, cognatos et amplectere membratim vel requirere pro sospitatis munere. Haud inventis vestigiis, aut nebula in oculis, luminibus clarissimis lustrantur membra corporis. Gloria hinc altissimo Patri simul ac Filio, cum Spiritu paracleto a cuncto datur populo. Tunc salutatis omnibus data pace fidelibus honoratur Viventius, quem laudat omnis populus. O beate Viventi, valde enim potes admirari, sed virtus tua vel meritum non potest enarrari.

a S. Hilarius *a Constantio remissus in Galliam, cum necdum imperaret* Julianus, *ut ad ejus vitam dictum* b *Hoc iterum mendum, chronologiæ imperitum et negligentem scriptorem arguit* c *Claudius Robertus* Grinionem *appellat. Antiqua Ecclesiæ Pictavensis monumenta apud Saussaium referunt* eremum juxta castellum petiisse S. Benedictum, *qui cum Presbytero S. Viventio*, et quadraginta sociis Pictavos ad S. Hilarium venerat. *Necdum ergo ab invicem discesserant sancti sodales.*

d *MS. Ripat.* serenitati e *Idem MS.* fortissimus.

f *MS. du Chesne* accomodato

g *Hæc ex hymno quopiam officii S. Viventii sumpta videntur*

CAPUT V.

Secessus in Olonicam insulam, inde in eremum. Sociorum martyrium.

a

Fugit in Olonicam insulam.

Prolixius denique fama Sancti pervolante ægre ferens populi frequentiam, anxietatis nimia perturbatione percussus, fugiendo solitarius perquiritur locus: navali remigio finditur pelagus: attingitur insulæ limes *a* Olonicæ, anchoratur itaque cymba, præparantur tuguria, quasi secure Domino ibidem servituri. Protinus maxima oritur difficultas: en terribilis energumenorum in sublime vocis ululatus attollitur. Confestim vir Spiritu Dei plenus rabiem dæmonum intelligens, munitus crucis signaculo cum contubernalibus ad locum diri cruciatus amore Dei ductus absque intercapedine dirigit gressus. Erant quippe ibi viginti a dæmonibus miserabiliter possessi, qui quoscumque poterant pessimis dilaniabant morsibus. Siquidem Beato propinquante fortissime in eum dentibus cœperunt stridere, vocibus fremere, dicentes: Ut quid ad nos Viventi? ergone ut a nostris non velleres sedibus venisti? Tunc Sacerdos ad suos: Hoc genus non expellitur, nisi oratione fortique jejunio. Prostrati denique ad orandum solo jejunii tribus expletis sine intermissione diebus cum imbre lacrymarum terram corpore premendo, altaque polorum mente transvolando, optatum meruerunt impetrare quæstum. Finita plane oratione aquam mox Dei tyro consecrans, bellum cum inimicis, exorcizando et aquam spargendo super energumenos consecratam, fortissimum aggressus est. Quibus devictis, omnimoque expulsis mundantur virorum corpora: ac veste mutata jubet eos cibo potuque refici, et ad propria reverti. Quod videntes incolæ, cunctipotentem pro posse vel nosse laudantes et benedicentes, debitas retulere gratias. Sanctum quoque obnixe provoluti pedibus eum nimiis cogitabant questibus, ne unquam sequestretur ab eis.

Viginti energumenos sanat

26 Nec prætereundum reor illud insigne miraculum, quod omnipotens Deus pro suo dilectissimo dignatus est ostendere famulo. Nam juxta castellum Gravionem immanissima adjacens erat vastitas eremi, quam dimissis fratribus adire vir Dei disposuerat ad ducendam scilicet solitariam inibi vitam. Sed eo eunte accidit obviasse latrones, qui gavisi circumdederunt illum, exquirentes Daciani thesauros, quos pro certo apud eum reconditos esse putabant. Sancto autem id penitus abnegante, pessimi instigante malignitatis spiritu nimium furore permoti manus injecerunt, ac durissima ministrantes supplicia, circumcirca trahendo, ad ultimum per manus eorum gladio interimendum crudeliter affirmant. Quibus Domini Confessor intrepide respondit: Omnia in manu Dei sunt, fiat ideo voluntas ipsius, si ab eo permissum est vobis. Arreptis igitur protinus gladiis ut eum truculentissimi latrones trucidarent, primus eorum latera suo gladio transfixa miserabili morte ruens se interemit; secundus rapido cursu saltum adiens sese suspensum quercui adhæsit: tertius quoque arreptus a dæmone vita privatur tali *b* ultione; quartus amissis luminibus humanis destuitur solatiis, quintus rabie plenus, propriis manus et brachia cum toto corpore dilanians dentibus, amittit præsentis gaudia vitæ; sic in ordine sextus præpete cursu in mare per præcipitium mersus pastu corpore datur piscibus, orco spiritu cum ceteris suis complicibus traditur sine fine cruciandus.

Latrones volentes eum interficere, se ipsos occidunt.

Ex mss

b

In eremo sancte vivit.

27 Fortissimus etenim Dei athleta Viventius redditis omnipotenti Deo grataanter laudibus, cum hymnis et canticis spiritualibus cœpto alacriter procrastinato itinere quo tendebat ad eremum pervenit. Inventa autem Dei instinctu spelunca in rupe concava, quam intrans serviturus Deo die noctuque usque ad suæ stetit limitem vitæ. Et quoniam hoc illi semper mansit in corde, quo a frequentia populi subtractus posset habitare secum solitarius, contra carnis vitia et totius benignitatis æmulum orando cum lacrymis pugnaturus. O virum ineffabilem et laude dignum, qui quanti sit meriti lingua nec mens cujusquam valet explicare.

Socii cum mœsti perquirunt

28 His ita gestis non modica inter reliquos mœstitia oritur Fratres ob tanti Patris absentiam: quoniam quidem ab eis more diligebatur paterno, a quo quaquaversum tuti Deo disponente per orationem servi sui dilectissimi manebant omnino securi. Et quid plura? perquiritur hac illacque discurrendo mutatis animis cum vultibus, ac dolendo cum nimiis fletibus, magno quatiente singultu. Inito denique altiori consilio, quoniam in præsenti non inveniebatur insula, quo longius per vasta eremi loca eum quærere deberent, si forte Deus illos aut ad eum perducere, aut certe ad quosque impios, quo pro nomine ejus paterentur, vellet destinare. Relicta itaque protinus Olonica, profunda silvarum lustraturi loca, et vastitates eremi, simul dum plangentes pergunt, illis obviam subito nequissimus princeps latronum et persecutor Christianorum adest *c* Dacianus cum suis satellitibus. Quos sine mora ut vidit jussit apprehendi, sibique præsentari, volens perquirere cujus essent religionis. Ipsi autem servi Dei, ut a sanctissimo Patre fuerant edocti Viventio, magis elegerunt pati pro nomine Christi quam sanctæ Trinitatis fidem aliquantisper denegare. Ut autem a spurcissimo perquisitum est Daciano de religionis eorum officio, una simul voce, Spiritus sancti repleti gratia, numquam se a Christianitatis divelli respondent jure. Tum pietate carens nequissimus citissime eos jubet gladio in suo conspectu necari. Factum est hoc anno *d* LXV egressionis ex terra nativitatis eorum: *e* quæque prior sit ætas. Ita relictis terræ globis cælum spiritus capessunt concedente Christo Dei filio.

c

a latronibus interficiuntur

d

e

a *MS. Ripat.* Holonicæ *Est autem* Olonia *regio arenosa sabuloque multo abundans in inferiori Pictonum ditione, ad Oceanum Aquitanicum, inter Rupellam et ostium Ligeris fluvii, in diœcesi Lucionensi. Hujus tractus Rupellæ vicinior, ut creditur olim exundante Oceano aquis late obrutus fuit: post arescentes paludes, ob situs commoditatem solique ubertatem, coli ac frequentari cœperunt. Ita fere Massonius in descriptione Franciæ per flumina. Hic portus est vicusque S. Benoit: an a S. Benedicto Episcopo S. Viventii socio?* b *MS. du Chesne* malignitate c *Iterum nomen irrepsit* Daciani. *Videtur auctor omnes sceleratos* Dacianos *appellare.* d *MS. Ripat.* LXII e *Hic aliquid deest*

Olonia

CAPUT VI.

Revelatio instantis obitus. Miracula in morte.

Revertatur ad ordinem pristinum, opus exequendo Patris clarissimum. Enimvero cum omnipotens Deus jam famulum suum fame et siti et ætate senili nimio fatigatum a labore vellet quiescere, ne afflictus tanto onere solus absque humano deficeret solatio, excitavit cujusdam spiritum viri, qui ex servili conditione

S. Viventius invisitur jam senex a Gundicaro.

Sancti

Ex mss.

Sancti Viventii, licet undique secus foret procreatus, tamen in rebus humanis valde opulentus, nomine qui dicebatur Gundicarus. Hic igitur audito domini sui præconio, quem numquam noverat corpore, plurimum diligens mente, Deo inspirante, relictis possessionibus cunctis, præparatisque viaticis longissimum aggreditur iter. Hinc per rura et oppida, civitates, vicos et castella directo tramite, Angelo ducente nusquam deviando, tandem ad Beati perducitur cellam. Videntes autem se invicem præ gaudio se amplexantes flebant. Benedixit igitur faustissimus Sacerdos omnipotentem Deum, qui dignatus est sui reminisci, et sibi adjutorium ex propriis præstitit servis. Percunctatur caussam itineris, et indagationem viæ longioris invenit, ut præfatum est, Deo disponente per Angelum omne factum.

30 Neque hoc mihi videtur fore reticendum, quod in eo divina gratia contulit memorandum. Nam cum se corporea persensit infirmitate quidpiam tangere, priusquam mortis suæ appropinquaret limitem, jussit Gundicaro castellum adire Gravionem, et quoscumque potuisset infirmos sibi præsentari, quo Dei misericordia ante obitus sui diem, aliquam dignaretur impendere ejus orationibus virtutem. *Jubet ad se ægros convocari.* Qui protinus voci obediens jubentis, congregans cæcos, surdos, et mutos, debiles, et claudos, infirmorumque copiosam multitudinem, tam ex castello Gravione quam ex vicis circumquaque adjacentibus, omnes ad cellam Dei perduxit servi, quos etiam sequebatur multitudo virorum ac mulierum. Videns autem eos Dei miles infatigabilis divino Flamine plenus, ita orditur inquiens: Omni tempore, mei fratres carissimi, in prosperis et in adversis Deum benedicere, laudare, credere, et adorare debetis, quia ipse est benignus et pius, justus et misericors, et in omnibus bonis misericorditer exaudibilis. Si etenim vere creditis vos ab eo posse salvari, continuo ab omnibus his infirmitatibus, quibus nimium estis irretiti, eritis absoluti. Illis etenim respondentibus se fideli mente in Deum credere, et ab ipso sanari posse, debitas Deo sanctus Sacerdos retulit laudes. Flexis igitur solo genibus, erectisque ad cælum luminibus, Deum precatur attentius, præmissis psalmorum titulis, dicens: Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ; item: Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi et exaudi me pro servis et ancillis tuis, ut sanes eos omnes propter sanctum et gloriosum nomen tuum, ut videant potentiam virtutemque tuam, et laus tua maneat sine fine. *Omnes precibus sanat.* Dum vero Sanctus adhuc terram premeret corpore vim faciens cælo, fit strepitus infirmorum ob gratiam sanitatis maximus: mirantur cæci mundialia cernentes, exiliunt claudi, leprosi sese intuentur mundati, paralytici resolutis nervorum globis compaginantur ad pristina. Quid plura? cuncta infirmorum corpora ita sanitate firmata se sentiunt, ut numquam se melius habuisse confirmarent. Tunc omnis populus voce consona Deum laudantes, sanctum Sacerdotem Dei servum fore protestantur. Inde famosissimus Dei athleta blande illos alloquitur dicens: *Prædicit suam mortem.* Tempus meæ resolutionis imminens compellit, ideo supplici vos moneo precatu me peregrinum sepeliri in ea, quæ mihi a B. Hilario per chartam data est, possessione. Quod omnes se facturos unanimiter spoponderunt. Osculatis itaque omnibus, atque munitis signaculo crucis, quique gaudentes redierunt ad propria. O felicem per omnia virum, et valde venerabilem, qui et multis largitus est [illegible] sanitatem, et sibi ipsi per Christi gratiam promeruit beatam feliciter æternitatem.

[illegible] 31 Memorandum etenim videtur, nec reticendum, ab Angelis hunc frequentius visitatum: quia quanto tutius ab hominibus voluit esse segregatus, tanto ei aderat Angelorum visitatio [illegible]. Et [illegible] vir iste sanctissimus Spiritus sancti vigore roboratus, virtutibus plenus, vigens sanctitate, ac caritatis ardore semper divinis occupatus officiis, orationibus, et vigiliis, spiritum non relaxabat a supernis, sed quidquid ad cultum divinæ pertinet religionis incessanter implere curabat. At dum his intentus fulgeret plurimum bonis, nocte quadam dum fessus ad recreanda corporis membra paullisper se sopori dedisset, cum magna luce Angelus adest, vocans eum ex nomine, ore inquiens augusto: O viventi Sacerdos Dei altissimi, non est tibi flendum sed magis gaudendum, quoniam audivit Deus orationes, et vidit lacrymas tuas: instat enim gloriosum tuæ vocationis et præsentis ævi tyrocinio tempus, quo jungeris consortio Sanctorum laureatus, centeno diademate fructus complexo epulaturus Christi convivio, manens sine fine cum ipso. Notum itaque hoc tibi pro certo fiat sexto hinc die, octavo scilicet ab Epiphania, hæc omnia Christo concedente complenda. *Diem mortis intelligit.*

32 His ita prolatis Angelus continuo receptus in astris, Sacerdos expergefactus a somnis, valde ex tam mira visione hilaris, ad orationem et gratiarum actionem se ocyus contulit. Sanctus itaque Maxentius Abbas Pictavensis, qui audita illustrissimi viri fama ad requirendum vel visitandum; sed potius se suis orationibus commendandum venerat, his aliquantisper interfuit, et partim audita, partim visa quæque stylo currente depinxit. *Invisitur a S. Maxentio.* O sanctissimum Dei hieroprepem, cui polorum hierarchia in proximo migraturo divina profert oracula! O valde mirabilis et nimium veneranda fides Sacerdotis! Nuntiatur ejus vocatio, quo certior foret de præmio.

33 His etenim talibus gestis quidam intererat, qui a matris utero cæcus numquam lumen præsentis vitæ meruit quippiam percipere. *Cæco a nativitate visum impetrat.* Hic plane audita visione Angelica, secum corde cœpit rimari, et, ut verbis ipsius proloquar, intra cordis arcana apud se tractans, dicebat: Putas fieri posse me unquam quod natura negando non dedit, istius hominis Dei intercessione percipere? Nonne audivimus per Dei filium, qui suis promiserat majora facere sequacibus, cæcum non solum illuminatum, sed quod deerat in eo perfectum? Venio igitur; forsitan per illius potentiam, ejus hic servus me illuminare velit Viventius. Fisus ergo de misericordia Dei accedens ad Sacerdotem dixit: O Sacerdos omnipotentis Dei, per illum te deprecor, miserere mei; ora Deum pro peccatis meis, et ut aperiantur oculi mei. Ad hæc homo Dei: Si ex toto corde te per ipsum credis posse illuminari, non solum cum hominibus et ceteris animantibus corpoream percipies lucem, verum etiam cum Angelis et Sanctis hominibus æterna mereberis Dei claritate perpetualiter frui. His prolatis misericordissimus Pater oratu supplici mox meruit impetrare petitionem cæci. Discedentibus patenter undique tenebris, fenestræ aperiuntur binæ frontis, nato ipsi lumine solis, cunctisque ornamentis diei, cuncta ei noviter sunt fabricata, quia eorum tunc prius meruit propriis oculis intueri facturam; et si fas sit dici, illi post se mundus videtur nasci, cui primitus datur videri. O quanta est misericordia Dei, qui servum suum a propriis noluit frustrari promissionibus, ut Deus per se prius imperfectum supplens hominem, ut magister bonus per servum implens promissum, illuminando a nativitate cæcum! Et hujus miraculi prætaxatus Abbas Maxentius haud expers, imo coævus, qui nec minus sanctitate plenus, virtute robustus omnibusque bonis refertus expectabat eventum rei ex promissione Angeli, diemque vocationis S. Viventii.

34 Transactis in ordine diebus quinque adest gratulabunda, solemnique Epiphaniæ dies octava. *Ultimo die vitæ celebrat.* Sed videtur nobis non prætereundum quid omnipotens Deus per servum suum voluit eadem operari die. Nam cum populi circumcirca degentes tam per B. Maxentium,

tium, quam etiam per Gundicarum diem B. Viventii finitimum cognoscerent, confluentes undique, infirmos secum quosque curandos ad sanctum Sacerdotem adduxere : quos vir Dei vociferantes audiens, motus pietate, postposita infirmitate propria, plus pro eis sollicitus surrexit utcumque oblaturus sacrificium. Quo expleto simul cum S. Maxentio flexis genibus pro indulgentia miserorum cœpit compellare omnipotentem Deum, dicens cum lacrymis : Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me, et super populum istum variis infirmitatibus detentum : sana eos Domine per potentiam et misericordiam tuam magnam, ut notum sit omnibus quia non est Deus præter te, Domine, qui tuam non vis perire facturam. Finita autem oratione protinus omnes recepta sanitate, Deum pura mente cœperunt laudare, sanctumque Sacerdotem benedicere. Inter hanc maximam multitudinem erant viginti quatuor de quorum desperabatur vita : alii ex illis a dæmonibus vexando confracti, alii cæcitate et senio provecti, alii paralysi constructi, alii lepra candidati, alii lymphatici, alii nervis et compagibus dissoluti, manibus aliorum devecti, nunc suis lætantur vadere plantis.

…ægros simul

Moritur natus annos 120

35 Nec mora denique, vel aliqua interpolatione postponitur Angeli promissio : sed statim post tanti miraculi signum non solum dies, sed et hora, grassante corporis incommodo, cum jam fracta ævo membra deficerent, plenus dierum in senectute bona, annorum numero CXX vernans meritorum splendore, terrena commendaturus membra terris, Angelorum interesse choris, celsa conscensurus spiritus cælestis, munitus Christi Eucharistia ultimum diem clausit. Cum subito hora eadem vectes solutis seris concidunt, cippi dissiliunt, bacæ cum catenis et boiis minutatim franguntur, carcerum barathra splendore coruscantia cuncta reddunt aperta, custodes pavore perterriti fugiunt, latrones ceterique vincti absolvuntur, et quiqui fuere damnatitii in eodem Gravione castello, Dei virtute, meritisque B. Viventii pristinæ redduntur libertati.

Captivos miraculose liberat

Anima ejus suscipitur ab Angelis, frustra obstrepentibus diabolis,

36 Beato quoque Maxentio divinitus revelatum est, quod sanctam egredientem animam a corpore, Michael Archangelus cum turba Angelorum occurrens suscepit deducendam in cælis. Protinus ab Aquilone, sinistra scilicet parte, affuit Plutonica innumerabilis caterva sanctam blasphematura animam, dicens : Hic homo noster est socius, qui per fugam timidus coronam amisit martyrii, dicente Christo : Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se : Inobediens et transgressor Dei mandatorum non deberet sociari servis ejus, sed potius nobiscum, quia nostri in hoc est similis. Hæc proferentibus falsidice Zabuli ministris, et alia multa, Angelus Gabriel cum agmine multiplici occurrens adest, factoque magno cum nubibus tonitruo, et ingentibus fulgoribus dispergitur malignorum globus missus in momento in inferiori inferno. Inde cum hymnis et Angelorum canticis cælicola deducitur anima victrici patientia feliciter coronata. Interim B. Maxentius cum ceteris Christi fidelibus sanctum sepulturæ tradit corpus, exequiisque rite peractis ad propria remeant cuncti.

Jacob 1. 12

Sepultura corporis

CAPUT VII.

Miracula post mortem.

Cæca ab Angelo monetur, et mittat ad sepulchrum S. Viventii munera

37 Nec ea videntur opportune silentio premere, quæ post transitum ejus miracula Dominus propter dilectum sibi famulum misericorditer est dignatus ostendere. Nam transacto post gloriosum ejus obitum quinquennio, volens Dominus servum suum miraculorum signis propalare in terris, quatenus magis magisque fides augmentando polleret, misit Angelum suum de cælis; qui veniens Antiochiam, oubiculo filiæ *a* Regis cælesti lumine referto, ante lectum soporantis quamquam cœcæ substitit puellæ, vocataque ex nomine blandis eam alloquitur verbis, inquiens : Juliana surge, et ad Europam ocyus lustratores cum donariis mittens, his scilicet, vestimento sacerdotali, calice, patena, et cymbalo, jube nullatenus cessari, donec inveniatur Sancti *b* polyandrum Viventii, quod etiam superædificetur oratorium in nomine Jesu Christi; datisque inibi prædictis xeniis statim amissum recipies lumen vitæ præsentis, et si indubitanter credideris, lumine perpetuo non carebis. Et dicto citius discessit Angelus. Mane autem facto quantocyus puella procrastinare *c* nitens Angeli jussa, missis exploratoribus cum denominatis sacramentorum eulogiis, Sancti jubet perquiri mausoleum, velociusque construi basilicam, sibique festinanter ab iis renuntiari. Euntes etenim legati, prosperante gratia Christi, recto perducuntur itinere ad tumulum Sancti. Implentur ejus jussa, polyandrum locatur infra, quo et invenitur Sacramentorum codex, per quem idem Sacerdos Missarum sacramenta, et Deo sacrificia offerre consueverat. Quibus patratis nobilis invenitur puella videns, investigataque dies et hora percipitur, qua ad ejus tumulum proni pro ea ejus adoravere legati.

Ex mss.

a

b

c

Eo facto visum recuperat.

38 Neque hoc silendum quod vult omnipotens Deus propalandum. In ipsa etenim die, qua puellam Deus ita voluit illuminare, affuit nihilominus sed a nativitate cœcus ejusdem oratorii liminibus, qui mox ingressus, lumen, quod numquam habuerat, meritis tanti patroni percipere meruit. Sic in his duobus quasi duo nascuntur testamenta : in puella scilicet lex Mosaica, quæ pridem virgo et puritate casta, sed postmodum oboculata, quoniam a via veritatis recesserat; vir autem numquam videns populus gentilis non incongrue potest exprimi, qui numquam lumen divinitatis habuit : Christo nempe misericorditer veniente pariter illuminantur per unam diem qui est Christus; ita ut quotquot crediderunt ex Judæis similiter ut gentiles filii Dei sunt vocati : et ita in duobus testamentis lumen diffunditur æternitatis, sic et quadrifidum per quadrifida totius orbis climata, sicut quatuor oculorum acies sol verissimus radiatur Christus Verbum, quod est quatuor Evangeliorum.

Alius cæcus visum recipit.

39 Post hæc autem insignia atque Catholice divulgata miracula, accidit latrunculos advenisse, et ejus ecclesiam infregisse, perque fenestram noctu intrasse. Captis igitur sacerdotalibus indumentis cum vasis, quibus Eucharistia Christi solet contineri, pallium quoque simul altaris, quæ nimirum vel pro bono opere numquam debuissent esse ausi contingere, prohibente eos divina lege, impudenter cuncta, quæ inventa inibi fuerant, præripientes congesserunt. Quo facto ut vere amentes ecclesiam ab intus gyraverunt, dum exire furtim vellent, nequaquam, per quod intraverant, foramine ullatenus invento. Deo providente, primus ex eis dum quasi per industriam alta conscenderet, uno pede lapso, altero in foramine retento, maceriæ sic miser pendebat miserrime, quasi versa vice pedibus cælum pergeret, capite et manibus terram vellet tangere, cum non taliter cælestia adquiruntur beneficia, sed potius infernalia promerentur æternaliter tormenta. Alius dum simili modo per gyrum evadendi sibi locum quæreret, infelix plenus impia austeritate, quo non debuisset, volens nolensque ad sancti sepulchrum corporis pervenit : Quo (mirabile dictu) inhærentes circuli cum uncinis appensi ita se alterutrum catenatim conglobarunt, capto tam per indumenta, quam etiam per membra iniquo fure, quatenus nequaquam se in alteram posset partem divellere. Tertius nihilominus et ipse furiosus perveniens ad locum quo monachorum

Fures expilata ejus basilica, egredi non possunt.

Ex MSS.

rum Sancti dependebat in basilica cymbalum; qui arrepto quasi hilaris malleolo dulcem cupiens audire tinniendo sonum, percussoque eo subinde sæpius sæpiusque tota repletur aula sonitu. Unde custodes sine mora expergefacti directis paventes oculorum aciebus in gyro deprehendunt se a latronibus circumventos, qui ocyus prosilientes, captisque furibus cuncta quæ ipsi surripuerant receperunt, furesque institis servaverunt usque ad diem nexos. Mane autem jam facto cœperunt tractantes inter se de nece eorum perquirere; sed omnipotentis Dei misericordia, (quæ semper in Beato resplenduit Viventio) singulorum citatim perlustrans corda, datur protinus illis evadendi facultas, refectis prius corporeis sufficienter alimentis.

40 Eo autem tempore percusso divina ultione Daciano, surrexit pessimus in eodem solio Rex, nomine *d* Rictiovarus, in India et Asia regnaturus, qui nominis sui etymologiam nimium exponens rigorem suum, cum hiatu oris linguaque trisulca, avaritiæ facibus exæstuando pessime in Christianos cœpit exardescere, varie scilicet eos deludens. Nam quoscumque per varia promissionum genera a sanctæ Christianitatis lege poterat sequestrare, suisque numinibus inclinare, hos velut amicabilitatis gratia sibi socios præ ceteris amicorum turbis exaltatos habebat. Quos autem nequibat, quoniam fundati supra firmam petram viriliter resistebant, per crudelissima tormentorum machinamenta debacchando perdere satagebat. Hoc in India et Asia per annos tres et menses sex gestum est. Etenim hæc tanta pro minimo ducens, congregata undique secum hostili multitudine, plenus amentia *e* cum Nasarac Deo suo Romanas tali cum expeditione partes irrumpere non distulit, quas per duorum annorum curricula depopulando vastatas, pessimam Romanis tribulationis angustiam vallatim proponens, quo se verteret quatenus Christicolas cæde pessima exterminaret, consultu Dei sui Nasarac et Principum suorum perquirere satagebat. Unde accepto quasi divinitus responso, partes *f* Longobardorum adire disposuit.

Persecutio adversus Ecclesiam

41 His sacerdotes et Longobardorum Principes auditis, ab omnipotenti Deo constituunt esse quærendum auxilium. Missa denique in omni parte regni legatione, indictoque jejunio cœperunt flentes et plangentes peccata sua, Dei misericordiam quærere, quo Sanctorum suorum intercedentibus meritis daretur eis indicium liberandi a tanti infestatione inimici. Adest enim divina subita propitiando clementia, quæ non spernit preces ad se devote clamantium. Quidam militum se in promptu proponens silentio manu porrecta indicto, ita adorsus est famine diserto proloqui dicens. Si tantillæ pusillitatis personæ dignaremini audire verba, puto me probaturum aliquid contra tantam perfidiam Deo concedente profuturum. Hodie, ni fallor, ut mihi visum est, tricesimum et annuale volvitur tempus, quo jussione vestra urgente quemdam carcerali mancipatione constringentes peregrinum, nomine Viventium, cum duodecim latronibus ergastulo clausimus, cujus cum vestimentum ad victuale nobis opus voluissemus distrahere, nequaquam nobis est data uspiam copia venumdandi, et ubicumque ponebatur in nocte fugabantur noctium tenebræ pro immanissima ejus claritudine. Unde et nos vehementer perterriti hæsitantes pro tam mirabili actione, sed et pro ipsius viri evasione, quem Angelus Domini solutum a nostris vinculis, velut B. Petrum de custodia Herodis liberum, abire fecit; inito super hoc consilio, tandem sorte didicimus idem indumentum cum reliquiis, quas ab eo tuleramus, de sancta scilicet Cruce, et de S. Bartholomæo, deberi ad ecclesiam deferri in honore Sancti dicatam Petri: quod ita et factum est. Et hoc mihi ratum videtur super tam paventi negotio. Prædictas Pontificum manibus circumferendo reliquias, quæratur cum actione Litaniarum misericordia omnipotentis Dei ab omni populo, sæpius invocato Christi Sacerdote Viventio, ne exterminari permittat cultores Christianitatis a tanta rabie artis diabolicæ. Placuit denique cunctis tam salubre consilium, et resumptis viribus fiducialiter hæc omnia impleverunt. Dum etenim hæc agerentur, impiissimus cum nimio furore Rictiovarus ad supradictam B. Petri perveniens basilicam, protinus interrogat quorum numinum cultui deservirent. Tunc Pontifices, ceterique Christianorum populi, divinitatis auxilio freti, una voce se Christianos esse testantur. Iratus igitur scelestissimus Rictiovarus jussit eos omnes per diversa tormenta celerrime interimi. Principes autem Sacerdotum cum omni Christianorum plebe Deum fiducialiter invocant, Sanctum Viventium suppliciter implorantes, quatenus ab infestatione tam diri celerrime liberarentur inimici. Nec mora: terræmotus magno cum tonitruo, ignitis crebro volantibus catapultis sævissimo crudeliter perempto, nec unus superstes relinquitur ex suo omni populo. Christiani itaque cuncti superstites tanta Dei mirabilia videntes, magna cum voce gratulationis exultando: Te Deum laudamus cecinere gaudentes.

Vestis S. Viventio erepta vendi non potest, et noctu lucet

Impii divinitus interfecti ope S. Viventii.

42 His ita gestis, Christiani volentes perquirere quid de simulachro deberent agere relicto, suscipientes indumentum B. Viventii posuerunt super illud. Tunc dæmon qui in eo latitabat magnis cœpit vocibus clamare ut tolleretur, promittens se fateri cuncta quæ vellent. Sed cum non acquiescerent, voce qua poterat confitetur se fuisse ad crucem Domini Jesu dum crucifigeretur, requirendo peccatum in eo quod non erat. Hæc eo loquente, fulgurante cælesti fulmine percussus disparuit. O Dei sacerdotem per virtutem omnipotentis Dei laudandum! O quam pretiosissimum indumentum, per quod diabolus vincitur, imperialis dira persecutio sedatur, virtus divina patefacta laudatur!

Veste S. Viventii fugatur e simulachro dæmon.

43 Denique Pontifices et Principes cum omni plebeia manu, tanto exhilarati miraculo, collectisque tam miræ multitudinis spoliis, invicem consulentes qualiter Deo, sanctoque fideli suo Viventio pro tantæ liberationis miraculo grates et munera persolverent, sagaci investigatione perquirebant. Enimvero altiori reperto cum industria investigatione consilio, cuncto id ipsum peroptante populo, digno construitur apparatu basilica in Dei omnipotentis honore, Beatique Viventii nomine, ubi nunc usque divina adsunt beneficia, præstante Domino nostro Jesu Christo, cujus laus, honor, et imperium, cum Patre et Spiritu sancto sive fine manet in secula seculorum, Amen.

Ædificatur S. Viventio ecclesia

a *Reguli cujusplam, aut Præfecti*

b *πολυάνδριον sepulchrum est aut cœmiterium, ubi multi homines sepeliuntur.* c *Potius* nolens.

d *Hic rursus temporum locorumque perturbata ratio et μεταφορικῶς adscita nomina.* Rictiovarus *sub Diocletiano Galliarum Præfectus fuit, ut in Actis SS. Crispini et Crispiniani 25 Octob. S. Macræ Virg. et Martyris supra 6 Januarii, et alibi passim. Ab eo hic tyrannus alius, Wandalus forte aut Gothus* alter Rictiovarus *dictus. Irrepsisse nomen Indiæ et Asiæ ex negligenti schedarum litura sequentia indicant, ubi is dicitur tamquam ex vicino loco accessisse* ad basilicam S. Petri. *Forte Rex Vandalorum intelligitur, qui circa ann. Chr. 407. has regiones depopulatus, egressus ex Arctois plagis, quas Indiam aut Asiam auctor facit, aut Hunnorum Dux quispiam, qui a Mæotide palude et Asiaticis regionibus prodierant.*

e *Ms. Ingat* Narasar. *Mombritius vocat* Nazaret Deum.

f *Nulli adhuc tum in Gallia Italiave* Longobardi *erant.*

CAPUT VIII.

Translatæ reliquiæ Arvernos, inde in Burgundiam, primo Amausum, post Vergiacum.

Est igitur memoriæ commendandum, qualiter post multiplices miraculorum claritudines a loco, ubi primitus reconditum beati Confessoris Viventii corpus fuerat, ad aliud translatum sit territorium. Nam cum

Matth. 24. 12.

cum in Gallicanis, tum etiam in ceteris quibusque terrarum provinciis illud Apostoli impleretur præconium, superabundante videlicet iniquitate refrigesceret caritas multorum, subsecuta est tam dira quam frequens ultio in Christianis, per manus paganorum.

Normannorum incursiones.

Denique, exigentibus peccatorum cumulis, egressa a Septemtrionali plaga *a* Normannorum gens, gladio et igne consumpsit inferiorem Galliarum partem ad mare usque, sicuti Ungrorum superiorem usque Germaniam. Anno quoque Incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimo octavo post Ludovicum ac ceteros præpotentes Reges, regnante *b* Carolo Juniore, supra modum grassatæ sunt undique prædictorum infestationes paganorum, deficientibus tam Regum quam ceterorum nostrorum Principum ad repugnandum viribus. Ergo vulgali plebe passim gladio et fame pereunte, igne pariter concremabantur hominum res et ædificia quæque, præcipueque Sanctorum loca et Ecclesiæ universæ. Eorum vero ministri, id est, Clerici et monachi crudelius damnabantur, altaria funditus eversa dehonestabantur, sepulchra etiam Sanctorum absque reverentia violabantur. Siquidem hæc clades sicuti primitus, ita acerbius in insulis seu territoriis occidentalibus ac mari contiguis desævit.

S. Viventii Arvernos delatæ reliquiæ.

45 Tunc innumerabilia sanctorum Confessorum ac Martyrum corpora a propriis mausoleis per fidelium manus sublata, et ad alias confugii gratia delata provincias. Eo namque in tempore venerandus Confessor et Christi Sacerdos Viventius in Pictavense territorio, Gravione scilicet castello veterrimo, quod ei Deificæ Trinitatis in orbe clarisona tuba Hilarius jubar Pontificum in vita condonans perpetuo stabilivit, honorifico quiescebat cultu : cujus nempe ossa diligenter ipsius monachi colligentes ob timorem prædictæ cladis cum maximo utriusque sexus famulantium comitatu, aliorumque Sanctorum pignoribus ad Arvernensem detulerunt urbem. Erat autem tunc temporis Præsul ipsius urbis *c* Agilmarus, vir nobilis ac Deo devotus, ac cum ceteris hujus rei per omnia executione laudabilis.

Agilmarus Episc. Claromontanus

Hic quippe ad instar magni Hilarii quidquid in dominio B. Viventii erat dulci aviditate suscipiens, ac si geminos fratres aut filios verbis et opibus consolans, secumque eis parare condigne diversorium gestiens, immorari attentius hortabatur. Qui venerabilis Pontifex sæpius relegens conversionem ac actus S. Viventii simplices ac pene incultos, atque inerti sermone descriptos, deosculansque dicebat : O beata ac *d* benedicta priorum rusticitas, quæ plus studuit optima operari quam loqui, et magis novit sancta honestaque esse quam dicere! Interea erat eidem Præsuli in Burgundiæ partibus in *e* Comitatu Amauso possessio a proavis latifundiis propagata, distans sex millibus ab Arari flumine, ita propriis innexa copiis, ut nihil extra se indigeat quærere; solo videlicet opulentissimo, aquis et sylvis, pratis ac vineis abundantissima.

Monasterium S. Viventii condit eo defert reliquias

In qua etiam statuens monasterium cum claustris et monachorum convenientissimis habitaculis, nomini Beati illud dedicavit Viventii, simulque universa quæ possidere videbatur tam in prædicto Comitatu quam in plerisque aliis, cum plurimis auri argentique donariis prædicto contulit loco. Ibi deinde beatum Confessorem cum universo ipsius comitatu famulantium collocavit, in quo etiam loco per aliquod temporis intervallum honestissime quievit.

Normannorum irruptio in Burgundiam

46 Contigit etenim post aliquot annorum curricula, repullulante paganorum sævitia, atque invadente *f* Astingo Normannorum Principe cum suis Burgundionum fines, ut prædicta B. Viventii nuper data possessio cum tota pene provincia ab eisdem Normannis depopulata incendio crem aretur. Præterea paullo post respectu supernæ misericordiæ fortificati viribusque resumptis quidam Francorum ac Burgundionum primores, Duce *g* Richardo præeunte,

A Richardo Duce deleti.

cum jam terna cæde quod supererat iidem Normanni delere molirentur, irruerunt in eos *h* in pago Carnotense, tantaque strage illos deleverunt ut ulterius in exterorum fines minime raptim exire tentarent.

Ex MSS. h

47 Dehinc extitit quidam militiæ studiis ac seculi industria clarus vir strenuus Manasses, prædicti scilicet Ducis Richardi amicissimus, atque post illum in totius Burgundiæ indeptus ducamine, cujus etiam filius *i* Gislebertus ejusdem Burgundiæ Dux postmodum fuit. Qui videlicet Manasses post multa secularis vitæ negotia peracta, suorum memor quærens remedia peccaminum, cum consilio suæ uxoris, Hermengardis nomine, fratrisque sui *k* Walonis Æduorum urbis Pontificis, ceterorumque nobilium amicorum suorum cœpit ædificare monasterium in territorio Augustudunensi, tutissimo in loco montis Vergiaci castri, ad quod etiam B. Viventii ossa cum multorum corporibus aliorum Sanctorum deportari fecit, ac Dei genitricis, ipsiusque B. Viventii nomini dedicatus nunc usque locus iisdem et cognominatus habetur.

Vergiacense monasterium a Manasse Duce fundatum

Quem etiam tam isdem Manasses, quam conjux ipsius, Hermengardis nomine, post ejus obitum diversorum utensilium cumulis ac possessionibus locupletissimum reddiderunt; sicque ab omni seculari subjectione liberrimum, universalis Papæ Romani providentiæ commiserunt.

S. Viventius ibi miraculis claret

48 Ibi ergo nunc usque digne veneratur beatus athleta Christi Viventius, ac frequens claret miraculis et virtutibus, cujus Exceptionis memoria singulis annis secunda feria post diem Pentecostes in jam dicto loco Vergiacensi festive semper recolenda, Æduensis Pontificis aliorumque religiosa virorum devotione est instituta, ad laudem et gloriam Salvatoris nostri, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia seculorum secula, Amen.

a *Singulas Normannorum in Galliam irruptiones recenset du Chesne in Normannicis, antiquorum scriptorum verbis.*

b *Hoc tempore regnabat* Carolus Calvus, *qui ann. 840. Neustriam sortitus, sive Occidentalem Franciam, post mortem Lotharii et Ludovici fratrum, etiam Imperator anno 875, factus, obiit Nonis Octob. an. 877. Et sane eo regnante multas Normanni intulere Aquitanicis provinciis, ubi S. Viventius colebatur, calamitates. Verum* Carolus Junior *vulgo appellari solet Ludovici II, filius* Carolus Crassus, *qui* Carolo Calvo *in Imperio successit. Is Ludovico Balbo et hujus filiis Ludovico III, et Carolomanno Regibus Galliæ defunctis, eorum regna capessivit an. Ch. 885. ob infestationem Normannorum potissimum adscitus a Proceribus; sed nihil dignum fecit, ut ad annum 886. observatur in gestis Normannorum ante citatis Annalibus Fuldensibus, Sigeberti et Reginonis Chronicis. Verum si de eo hic agatur, transpositio numerorum agnoscenda, legendumque:* Anno quoque Incarnationis Dominicæ 880 *(non 868.)* post Ludovicum ac ceteros præpotentes Reges, *id est Carolum Calvum, Ludovicum Balbum, ejusque filios,* regnante Carolo Juniore etc.

Carolus Junior

c Agilmarus *subscripsit Concilio Pontigonensi an. Chr. 876, et Tricassino II, 878, nominatur in epistola Joannis VIII Papæ 47, ad Ludovicum Balbum Regem, et in diplomate Caroli Crassi dato pridie Id. Junii anno ab Incarnatione Domini 88., regni Caroli 8, imperii 5.*

Agilmarus Ep.

d *MS. du Chesne* bene docta.

e *In MS. Ripatorii adscriptum erat margini recentiori manu* : Comitatus Amausanus.

f *In Chronico Turonensi, apud Andream du Chesne in Normannicis, dicitur* Hastingus *anno Lotharii primo, id est Christi* 841, cum innumera Danorum multitudine Franciam ingressus, oppida, rura, vicos ferro, flamma, fame depopulatus *et* anno Lotharii 16. *Christi* 856. Hastingus per pelagus Italiam rediens, Lunam civitatem cepit, et ibi remansit, et factus est Carolo *Calvo* ex inimico amicus. *Eadem a du Chesne referuntur ex Chronico monachi Floriacensis, in quo* Astagnus *dicitur, additurque:* Iste Alstagnus vulgo Gurmund diverso nomine solet nominari. *In Chronico Reginonis Dux Nortmannorum memoratur* Hastingus *an. Ch. 867. et 874. Verum Bello Nortmannis præfuit in subsecutis irruptionibus, ut sequentia indicant.*

Hastingus, Dux Normannorum

g *Chronicon monasterii Beznensis apud du Chesne.* Cum nemo repertus sit, qui eis (*Normannis*) posset ultra aut auderet resistere, fuit illis temporibus (*post annum 888.*) quidam Dux nostrarum partium, Richardus nomine, qui a justitiæ studio dictus est et ipse Justificator. Hic pro libertate patriæ partim zelo succensus, plurimum vero pro Ecclesiis Dei defendendis, Dominum habens adjutorem, expugnare illos aggressus est. *Et infra.* Ad Divionem eos (*Nortmannos*), aspirare nec loci firmitas, nec Ducis nominatissimi, permisit metuenda bellicositas. Quinimo occurrens eis præfatus Dux Richardus in loco vocato Argentilo, commisso cum eis prælio, cæsa est eorum quamplurima multitudo, sicque Dani cum Normannis retrocedere sunt coacti.

Richardus Dux Burgundiæ

h Idem.

Ex variis. Normannos vincit ope Deiparæ

h *Idem Chronicon monasterii Bezuensis* : Anno 891 Incarnati Verbi, XIII Kal. Aug. in sabbatho, cum obsiderent Normanni Carnotinam urbem, et jam esset penitus capienda; supervenientes Richardus, et Robertus cum suis, Dei auxilio et B. Mariæ patrocinio roborati, fecerunt stragem maximam Paganorum, a paucis qui remanserunt obsides capientes *Pluribus de ea re agit Dudo S. Quintini Decanus lib. 2, de moribus et actis Normannorum, et monachus Floriacensis in Chronico, qui victoriam et Ducum strenuitati et patrocinio Deiparæ adscribunt huic soli rei gestæ gloria tribuitur in Chronico Turonensi, et gestis Dominorum Ambaziensium a du Chesne editis In his ad annum a morte Regis Odonis septimum sic legitur* Quo tempore Rollo Normanorum Dux Carnotum obsedit. Qui cum Gentilis adhuc esset, visa camisia B. Mariæ, quam Carolus Calvus a Bizantio attulerat, a Carnoto fugatus est. *Est vetus membrana citata a Petavio par. 1. Rationarii temporum lib. 8, cap. 11, in qua id an. Chr. 911, accidisse legitur, quando ad Carnutum oppidum ab Richardo et Roberto Ducibus pugna commissa est, cæsique* Normanni.

i De Manasse, Ermengarde, *eorumque filio* Gisleberto *pluribus agit du Chesne lib. 1, Vergiacorum par. 2, cap. 3 et 4 et alii ab eo in probationibus allegati.*

k *XLII Episcopus Æduensis, sive Augustodunensis, fuit, apud Claud. Robertum. Plurima de eo du Chesne ex variis*

DE B. THEODORO ARCHIEPISCOPO SENONENSI.

Circiter an. CD XIII Januarii.

Undecimus *Senonensis Ecclesiæ Antistes recensetur a Demochare, Joanne Chenu, Claudio Roberto* Theodorus. *Eum Beatorum albo adscriptum tradit Saussaius in catalogo Sanctorum et Beatorum, quorum ignoravit natales, ubi hæc scribit*: BB. Theodorus, et Sindinus, seu Sidinius, continua serie Metropolitæ Senonenses cum S. Ambrosio proximo superioris successore; ob radiantia merita sanctitatis sepulti sunt honorifice in ecclesia Sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii apud Senonas. De iis in natali S. Ambrosii, III Septembris. *Natalem* Theodori *assignat MS. Florarium Idibus Januarii, his verbis* : S. Theodori Senonensis Episcopi et Confessoris. *Demochares hæc de eo scribit* : Theodorus creatur 356, obiit 394, præfuit 39 annis. *Subscribit Chenu. At Claudius Robertus, testatur in MS. Chronico referri ad annum* 405.

D. Theodori natalis. ætas.

DE S. DESIGNATO EPISC. TRAJECTENSI IN BELGIO.

Initio sæc. VI XIII Januarii. Episcopatus Tungrensis

Civitas Tungrorum *in Germania II, jam olim, ut ex antiquissima Provinciarum notitia patet, Episcopali Cathedra insignis fuit : quæ quo tempore instituta sit, non proditur ab antiquis. Nam quos obscura traditione acceptos posterioris ævi scriptores recensent ante* S. Servatium, *ii Trevirenses fuere. Opinanturque perquam probabiliter viri quidam eruditi, a Treviris primum et Christiana religione imbutos, et sacra petere solitos esse Tungros, usque ad Constantini Magni tempora. Qua de re agemus* 13 *Maii, cum* S. Servatii *vitam dabimus* Servatius *vel imminere Tungrorum civitati excidium cælitus edoctus, vel qua alia caussa, Trajectum, tribus circiter leucis inde dissitum, migravit, ibique excessit e vivis. An ei mox quisquam successerit, an variis Hunnorum, Wandalorum, Alemannorum, Francorum incursionibus pervastata Gallia Belgica, Sedes aliquamdiu vacarit, haud nobis integrum est pronuntiare. Sub tempora certe Clodovæi I, Francorum Christiani Regis ac deinceps sedisse Trajecti Antistites constat. Secundus a* S. Servatio *in catalogis vulgatis refertur* Agricolaus, *de quo* 5 *Februarii agemus.*

Trajectum translatus.

S. Designati Episcopi natalis.

2 *Tertius ab Agricolao* S. Designatus *a Claudio Roberto aliisque memoratur. Ejus natalem Idibus Januarii consignat Sacrarium SS. patriæ Leodiensis, et Ferrarius, qui rursus cum* XVIII *Kal. Februarii refert. Et MS. Florarium hoc* 13 *die* : Apud Trajectum superius (*nam aliud est inferius, quod vulgo Ultrajectum*) depositio S. Designati Tungrensis Episcopi et Confessoris. Hic suscitavit tres mortuos milites, qui suas possessiones Ecclesiæ dederunt. Obiit anno salutis 525 *alii volunt obiisse anno* 508, *alii* 511 *Tungrensem vocat Episcopum, quia etiam translata Trajectum Sede, tamen quidam ex Antistibus Episcopos Tungrorum se dixere, tum quia ipsum in Tungris erat Trajectum, erantque vere Tungrorum Episcopi, tum ad conciliandam ex Sedis antiquitate auctoritatem. Ita Concilio Aurelianensi V, ann. Chr* 549 Domitianus Episcopus Ecclesiæ Tungrensis subscripsit

Cur Tungrensis dictus

Etiam Leodienses dicti Tungrenses.

3 *Idque etiam postquam ad Leodicum Eburonum oppidum Sedes est Trajecto a S. Huberto translata, videtur valuisse Extat enim Zachariæ Papæ epistola anno* 744, *data ad diversos Episcopos Galliæ et Germaniæ, inter quos numeratur* Fulcarius Tungrensis, *qui tamen tertius fuit a* S. Huberto *Imo idem Zacharias epistola ad Bonifacium Archiepiscopum data* an. XXXII Constantini, P. C. ejus an. XI, Indict. V, *Christi an.* 751, *ita scribit* : Et idcirco B. Petri Apostoli auctoritate sancimus, ut supradicta Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi, et successoribus tuis, in Metropolim sit confirmata, habens sub se has quinque civitates, id est Tungris, Coloniam, Wormaciam, Spiraciam, et Trectis, et omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit. *Licet vero ipsum Trajectum ab indigenis accolisque* Trectis *quoque appelletur, vulgo* Tricht, *a Mosæ trajectu ducto nomine, tamen Trajectum inferius, vulgo* Utrecht *dictum, intelligit, in sua epistola Zacharias. Quod autem Tungris civitatem nominat, Sede jam Leodii constituta, inde quoque fieri potuit, quod in Curia Romana nec temere nec cito vetera Episcopatuum nomina antiquantur. Constat enim nobis, non ita pridem in Romano catalogo adhuc Morinensem Episcopatum fuisse, qui a tot annis vel extinctus vel in tres minores diœceses distractus est.*

4 *Alioquin Baudemundus monachus in vita* S. Amandi *ante annos fere mille conscripta, illum ejusque decessorem absolute* Trajectenses, *sive ut habent MSS. quibus usi sumus*, Trejectenses Episcopos *scribit, et* Trajectensem Ecclesiam *iis commissam. Eodemque modo loquitur Harigerus cap* 44 *et cap.* 50, *ubi de* S. Remaclo *agit. At Notgerus in vita S. Remacli, eum* Tungrensi vel Trajectensi Ecclesiæ Antistitem datum *scribit, a* Trajectensibus *postulatum. Sed hæc alibi plenius.*

Trajectenses Episcopi

5 Designati *solum nomen expressit Harigerus Ægidius Aureæ-vallis elogium hoc addidit* : qui placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores justus, assumptus est in requie sempiterna. *Quod de tribus militibus suscitatis habet Florarium, id Joannes quoque Placentius refert, vocatque* Ducis Dalensis filium ex filia Scotorum Regis. *Quod quidem ille non confinxit, sed ex fabulosis Trajectensium Chronicis haustum temere credidit, quemadmodum et alia complura, quæ ut nihil omnino habent probabilitatis, ita nec refutari quidem merentur. Miramur idem Democharem scripsisse in catalogo Trajectensium Episcoporum lib. de divino Missæ sacrific. cap.* 37. *Arripuit id pro gloria Scotorum David Camerarius, natalemque ejus statuit* 8 *Aprilis ubi* Dysignatum *ac* Designatum *eum appellat.*

Designati gesta obscura.

DE

DE S. KENTIGERNO EP. GLASCUENSI IN SCOTIA.

Seculo VI. XIII Januarii. S. Kentigerni patria.

Septemtrionalia Britanniæ Picti tenuere, sive e Scythia longis navibus, ut Beda tradidit, advecti, sive, ut alii conjiciunt, genuini Britanni, qui ante Romanorum adventum eas oras coluerunt, quique servitutem exteræ gentis perosi eo se receperunt. Ii tandem a Scotis debellati, vel penitus exstincti sunt, vel in eorum certe nomen nationemque coaluerunt. Ex iis ortus traditur S. Kentigernus, qui deinde Sedem Episcopalem Glascuæ erexit, etsi alii Scoto patre natum voluere, ut mox dicemus.

Natalis.

2 Ejus natalis Idibus Januarii agitur. Ita Carthusiani Colon. et Molanus in Addit. ad Usuardum, et Martyrologium Germanicum: In Scotia S. Kentegerni Episcopi Glascoensis et Confessoris. Eum quoque hoc die referunt MS. Florarium, Martyrolog. Coloniense, Ferrarius, Wion, Menardus, Dorganus inter Sanctos Benedictinos eum connumerant: at si vera sunt quæ in ejus vita traduntur, diu ante S. Benedictum monachus fuit. Perperam quoque illud traditum a Wione: Hic Episcopali Sede dimissa cœnobium construens, sexcentis sexaginta tribus fratribus præfuit, et sanctitate plenus quievit in Domino. Monasteria quidem construxit, et cum monachis habitavit, non tamen dimissa Pastorali cura; quod Wionem temere secutus auctor quoque Martyrologii Anglicani scripsit, et Hugo Menardus, 1 Julii isthæc habet MS. Florarium et Martyrologium Coloniense: In Scotia Translatio S. Kentigerni Episcopi et Confessoris. Quæ ea Translatio sit, aut quando contigerit, nos latet.

Translatio.

Vita.

3 Vitam S. Kentigerni scripsisse traditur S. Asaphus, nobili genere in Britannia ortus, optimisque disciplinis et pietate a Kentigerno institutus, præpositusque monasterio, quod is ad Cluydæ Elwiique fluminum confluentes in Britannia excitarat, tandemque Episcopus isthic constitutus, cum ad Scotos reverterit Kentigernus: ipsumque, oppidum deinceps S. Asaphi appellatum ab Anglis, Britannis Llan-Elwy. Ea vita an extet, haud scimus: damus, quam Joannes Capgravius in suam Legendam retulit. De S. Asapho agemus 1 Maii.

4 Meminere S. Kentigerni scriptores alii complures. Joannes Major lib. 2, de gestis Scotor, cap. 7. Hector Boetius lib 9, ubi S. Columbam tradit sacro colloquio cum eo congressum, multa de Christianæ religionis arcanis pie et erudite coram Brudeo Rege disseruisse. Aliquanto post tempore una ad castrum Calidoniæ (Dounkeldense nunc oppidum dici ait) profectos, in cœnobio, quod Convallus suadente Columba recens extruxerat, sex mensibus commoratos, Atholis, Calidoniis, Horestis, ac vicinarum regionum incolis, Christianæ pietatis præceptiones tradidisse. Leslæus lib. 4, ubi apud Orcadianos, et occidentalem Scotiæ populum, nec non et apud alias gentes in divinis effatis interpretandis, illisque vita ac moribus pie effingendis, diligenter tradit elaborasse, plurimisque viventem et defunctum claruisse miraculis. Laudatur, quod jure quis miretur, a Joanne quoque Balæo, appellaturque homo ad promovendam religionem veram natus. Meliori fide a Joanne Pitseo celebratur, qui tamen fallitur dum in Elgua civitate Cambriæ natum, fuisseque S. Columbæ comitem individuum scribit. Agit quoque de S. Kentigerno Georgius Conæus V. CL. lib. 1, de duplici statu religionis apud Scotos. Nicolaus Harpsfeldius lib. 1, cap. 28. Franciscus Godwinus in catalogo Episcoporum Asaphensium. Gulielmus Cambdenus in Flintensis Comitatus descriptione. David Camerarius lib. 3, de Scotorum pietate, ubi varia citat Glasguensis Bibliothecæ monumenta.

Laudes, a variis scriptoribus.

5 Ægidius Gelenius in Hierotheca, in æde metrop. Coloniæ testatur extare B. Geronis Episcopi Coloniensis (de quo 27 Junii agemus) antiquam statuam, ad cujus latus dextrum S. Kentigernus, ad sinistrum S. Dutachus (de quo 8 Martii) expressus. Tenet Kentigernus dextra pedum Episcopale, sinistra annulum in ore salmonis, propter miraculum videlicet, quod in vita refertur. Perfunctorie videtur legisse Gelenius quos de S. Kentigerni rebus gestis citat auctores: neque enim Harpsfeldius scribit in Glascoviensi urbe natum; neque a suis pulsum ex Albania, Asapho Episcopatum tradidisse; huic enim Elguensem, sive Lanelwensem Ecclesiam commisit cum Glascuam e Wallia rediret: neque pulsum aliquando negat Boetius, aliud est enim quod ille commemorat ad Caledonios iter, aliud in Walliam.

Effigies.

6 Porro S. Kentigerni sive Kentegerni, aut Kintigerni (ita enim a variis scribitur) incerti natales, ætas obscura. Matrem habuit Thametem, aut Themin, Lothi Pictorum Regis filiam, ut Camerarius, Boetius, Harpsfeldius, Pitsæus, Conæus scribunt, qui et Divam appellant, et Conæus quidem Kentigernum ait non minus maternis meritis quam propriis virtutibus conspicuum fuisse. Ea seu vi compressa, seu dolo, a nobili adolescente (quem quidam Eugenium III Scotorum Regem fuisse arbitrantur) cum uterum gereret, auctorem prodere, vel revera sibi ignotum, vel ne in discrimen eum vocaret, pertinaciter fertur recusasse. Conæus et Camerarius labem illam natalium dissimularunt: atque adeo hic illum parentum studio ad pietatem scribit a prima pueritia fuisse egregie institutum. Testatur Leslæus tradi a nonnullis Eugenium III, ex Anna Aurelii Britonum Regis sorore, et hærede Pictorum Regis legitima Divum Kentigernum suscepisse. Neque id sane fraudis suspicione caret, quod plurium ex eadem Scotorum ac Britannorum gente Sanctorum pari ortus narratur, Fursæi, Davidis, Kentigerni etc. Fortassis cum veterum quispiam scripsisset patres ignorari, arripuere posteri occasionem comminiscendi stupro esse susceptos, ut Melchisedechum Regem nonnulli vere patre ac matre caruisse existimarunt, quod S. Paulus scripserit ejus ignorari genealogiam. Si tamen ita genitus Kentigernus est, maculam, ut recte Harpsfeldius, ita omnem delevit, ut merito cum quocumque ejus seculi viro sancto conferri posset, omni laude virtutis.

Parentes.

7 De ejus ætate id solum possumus statuere, vixisse seculo a Christi nativitate sexto, circiter annum 560, nam tum S. Columba floruit, quem illius fuisse æqualem constat. Quod ad annos 185 fertur vitam produxisse, atque ex iis 160 in Episcopatu exegisse, paradoxum est; licet id Gelenius nitatur stabilire S. Servatii Episcopi Tungrensis exemplo, quem nonnulli 373 annos volunt vixisse: verum hoc quoque, ut alibi dicemus, fabulosum est. Scimus multos tum alibi, tum in Scotorum ac Britonum gente longævos reperiri: verum ea S. Kentigerni ætas adstrui non potest. Nam ut demus ad S. Gregorii tempora pervenisse, et anno 608, quod in Anglicano Martyrologio dicitur, excessisse e vivis, ergo anno 423, editus fuit in lucem; atqui a S. Servano Episcopo S. Palladii discipulo, mox ab ortu baptizatus est; Sanctus vero Palladius non nisi sub annum 429, missus est ad Scotos a Cælestino. Quid quod alii Eugenio III, natum volunt, eumdemque Eugenium anno 535, regni gubernacula capessivisse non admodum grandem natu? Idem rerum Scoticarum scriptores Lothum Kentigerni avum Constantini Aurelii Britonum celeberrimi Regis æqualem faciunt, aut etiam juniorem: quippe qui et adhuc adolescens suppetias contra Hengistum jam rerum in Britannia potentem, exeunte seculo quinto, tulerit. Gelenius obiisse Kentigernum scribit anno 560, unde sequeretur anno 375 natum fuisse. At quem ipse citat, id non habet Godwinus, sed circa annum 560, cœnobium inter fluvios Elwyd et Elwy condidisse, ecclesiamque construxisse. Malgone, sive Ma-

Ætas.

 glocuno,

Ex Capgravio.

glocuno, *Britonum Regulo obsistente primum, mox placato atque opem ferente.*

Scripta.

8 *Postremo nonnulla traditur reliquisse* S. Kentigernus *eruditionis suæ monumenta. Enumerantur isthæc a Pitseo :* Ad Rodericum Regem epistola una, una ad Principem avarum. Orationes *octo*, de obitu S. Davidis, de observatione fidei, de caritate mutua, de pace Christiana, de hospitalitate tuenda, de Scripturarum lectione, de oratione continua, de obedientia hominis. *Eadem recenset Balæus, additque scripsisse* Manuale suorum ministeriorum, libro uno. *Horum scriptorum cum nihil ipsi viderimus, legerimusve ab aliis citatum, fidem esse penes duos hos scriptores, et quem ambo sequi se profitentur Lelandum, volumus.*

VITA EX JO. CAPGRAVIO,

AUCTORE ANONYMO.

CAPUT I.

S. Kentigerni ortus, institutio.

S. Kentigerni genus

Rex quidam in Septemtrionali Britanniæ plaga, paganicis implicatus erroribus, filiam ex uxore sua genuit speciosam; quæ sæpius audita servorum Dei prædicatione ad agnitionem veritatis, idolorum cultu penitus abdicato, meruit pervenire. Et licet baptismi gratiam nondum consecuta, viam tamen mandatorum Dei mente devota et humili custodire satagebat : orationibus crebris et eleemosynis dedita, quantum ad metum patris pagani licebat, Ecclesiasticæ disciplinæ et operibus bonis sedula insistebat.

Matre catechumena, incerto patre conceptus

2 Mariæ Virginis integritatem secundam venerando admirans, et diligens, præsumptuosa audacia, et quadam temeritate feminea, in conceptu et partu illi assimilari, et eam imitari desiderans, assiduis precibus Regem cælorum et Dominum super hoc deprecari sæpius cœpit. Elapso demum temporis spatio inventa est illa in utero habens : et magnificans Deum, desiderium suum adimpletum esse simpliciter credebat. Quod enim in ea natura est, de complexu humano susceperit : sed ipsa multoties asseruit, et juramento constrinxit, quod a quo, vel quando, aut quomodo conceperit, in conscientia non habebat. Populus enim diœcesis S. Kentegerni stultus et insipiens ipsum de Virgine conceptum et natum adhuc astruere non veretur. Sed quis aut quomodo sator terram araverit seu severit, cum Domino dante benignitatem, terra fructum optimum protulerit, absurdum sane duximus indagare arbitramur.

3 Cum autem Rex a filia minis et blanditiis quis eam gravidasset inquireret, omnis virilis consortii se expertem jurejurando protestatur. Offensus itaque Rex, legem a majoribus suis promulgatam prævaricari se nolle constanter affirmabat. Erat enim lex a diebus antiquis in gente illa servata, ut puella in domo paterna fornicata et gravida inventa de montis supercilio præcipitaretur, et corruptor illius capite plecteretur. Statuitur igitur puella, jussu Regis, in montis fastigio, Dunpelder ab incolis vocato, ut deorsum præcipitata membratim dirumperetur. Illa vero graviter ingemiscens, et in cælum suspiciens, Redemptoris misericordiam et auxilium manibus in cælum erectis cum multis lacrymis implorabat. Cum ergo de monte præcipitata caderet, non est collisa, nec læsa, sed placido lapsu et suavi ad terram descendit.

Mater e monte præcipitatur illæsa

Liberatur a naufragio

4 Pagani enim magicis Christianorum artibus hoc adscribentes, Rege consentiente, in navicula parva de corio facta sine omni remigio per aliquot milliaria fortunæ et mari puellam solam et omni humano auxilio destitutam exponebant. Protegente tamen illo, qui ventis imperat et mari, multo velocius ad portum alium navicula percurrebat, quam a quovis velifico cursu, aut multorum remigantium propelleretur annisu.

a Parit Kentigernum

5 Egressa autem de navi puella, in loco *a* Collenros dicto, angustiæ partus apprehenderunt eam : et sine obstetricis cujusquam solatio peperit. In eadem hora *b* S. Servanus post matutinas orationi intentus, audivit Angelicos cœtus mellіflua præconia et laudes Deo in aere resonare. Mane vero accedens ad locum, et visa matre cum filio, patria lingua dixit : Mochohe, Mochohe, quod Latine dicitur, Care mi, Care mi. Et subjunxit : Benedictus, qui venisti in nomine Domini. Suscepit ergo eos, et enutrivit ac baptizavit, vocavitque matrem Tanea, et puerum Kientier, quod interpretatur capitalis Dominus.

b Auditus cantus Angelorum

Kentigernus cum matre baptizatur

Instituitur a S. Servano c

6 Profecit ergo puer bonæ indolis in disciplinis litterarum, et in exercitiis sanctarum virtutum, et præ cunctis consortibus suis, in oculis S. Servani dilectus fuit : illumque *c* Munghu, quod Latine dicitur Carissimus amicus, ex consuetudine appellavit. Quo nomine usque in hodiernum diem vulgus eum vocare, et in necessitatibus suis invocare crebrius consuevit.

a *Perperam Pitseus natum asserit in* Elgin civitate Cambriæ. *Rectius Camerarius institutum ait in Culrossano* S. Servani cænobio.

b Servanum *appellant Major, Conæus, aliique. Camerarius* Servanum. *De eo agemus 1 Julii.*

c *Camerarius* Mungho, *Harpsfeld* Munga.

CAPUT II.

Miracula, secessus a S. Servano.

Videntes condiscipuli Sancti primum quod a patre spiritali plus omnibus amaretur, oderant eum, nec quidquam ei pacifice poterant loqui. Insidiabantur, conviciabantur, invidebant, et detrahebant illi. Quamdam aviculam, ob ruborem corpusculi *a* rubiseam vocatam, de manu S. Servani alimoniam accipere, scapulis ejus et capiti, seu gremio insidere, oranti vel legenti assistere, alarum plausu et vocis suæ sono affectum illi ostendere solitam, inter se mutuo tractantes, caput a corpore avellunt, et extinguunt, Kentegerno absenti crimen imponere non verentes. Puer autem volucrem in manibus suscipiens, et caput corpori applicans, fusa ad Deum prece, signaculum Crucis impressit, et avis vitæ reddita seni de ecclesia revertenti more solito applaudens, obviam prosilivit.

a Aviculæ ab invidis occisæ vitam restitui impetrat

8 Statuit autem S. Servanus, ut unusquisque puerorum per septimanæ circulum, ne aliqua negligentia ob defectum luminis divino obsequio in noctibus eveniret, ignem diligenter dum dormitum irent subcinerarent. Accidit quadam nocte solemni, dum Kentegrinus puer vice sua ignem custodiret, condiscipuli sui, invidia excitati, totum ignem infra monasterii septa clanculo extinguerent. Vigiliarum tempore Kentegernus ignem monasterii extinctum reperiens, ramum cujusdam coruli viridis arripiens, in nomine sanctæ Trinitatis data benedictione insufflavit, et confestim igne cælitus emisso ramus ingentem flammam produxit, et absque sui detrimento ardere cœpit. Accensis autem candelis lumen in ramo amplius visum non est.

Signo crucis ignem elicit.

9 Cocus S. Servani *b* invalescente infirmitatis molestia, vitalem spiritum exhalans, juxta morem sepelitur. Sequenti vero die instigatione ac prece omnium discipulorum ac æmulorum primum sanctus senex Servanus per Sanctum et terribile nomen Domini Kentegrinum adjurans, in virtute sanctæ obedientiæ imperavit, ut in resuscitatione sui servi quid posset saltem attentaret. Adolescens vero adjurationem exhorrens, de tumulo humum projici jussit, et prostratus cum lacrymis misericordiam Domini imploravit, dicens : Domine Jesu Christe, vita et resurrectio mortuorum,

b Cocum S. Servani resuscitat

mortuorum, qui mortificas et vivificas, deducis ad inferos et reducis, cui vita et mors famulantur, qui suscitasti Lazarum quatriduanum; resuscita hunc mortuum, ut glorificetur nomen sanctum tuum super omnia in secula benedictum. Nec mora : qui sepultus fuerat, a mortuis resurgens, reproborum supplicia et justorum gaudia quæ vidit, postmodum enarravit, multosque de malo ad bonum convertit, et bonos ut in melius proficerent suis verbis confirmavit.

Refert ille quod viderit,

10 Asserebat se rebus humanis indicibili dolore exemptum, et ante tribunal tremendi Judicis adductum : ibique vidisse plures accepta sententia in tartara præcipitari, alios ad loca purgatoria destinari, quosdam ad cælestia gaudia cum magna exultatione elevari. Cumque sententiam suam tremulus expectaret, se esse illum pro quo dilectus Domini Kentegrinus oraret, audivit; et a quodam lucido viro ad corpus reduci, vitæ et sospitati pristinæ restitui jubetur : atque ut correctiori vitæ deinceps invigilaret, ab eodem ductore suo sedulo commonetur. Idem enim coccus habitum religionis assumens, et de virtute in virtutem proficiens, septennio supervixit. In cujus tumbæ operculo qualiter resuscitatus fuerat a S. Kentegerno litteris exaratur.

fit religiosus 7 annis supervivit

11 Sancta itaque Kentegrini conversatio, quæ multis proficiendi præbebat exemplum, æmulis ejus majoris odii erat seminarium. Intelligens ergo vir Dei eorum invidiam, simul et timens populi favorem et honorem, loco cedere deliberavit : revelatumque est ei propositum suum in oculis Domini gratum fore et acceptum. Igitur clam recedens ad Mallenam fluvium venit, qui ex maris rheumate influente alveum suum excedens, omnem transeundi spem penitus ademit. Dominus autem qui mare rubrum divisit, et populum Israel siccis pedibus per medium ejus quondam eduxit, ipse Malleniam fluvium servo suo divisit : erantque quasi muri a dextris et a sinistris ejus. Deinde brachiolum marinum per pontem transiens, repentino impetu aquis alveum implere et transitum cuilibet negare vidit. Locus autem ille in posterum transmeabilis fuit, et pons aquis maris deinceps contectus nulli ulterius transeundi præbuit facultatem. Mallena etiam fluvius cursum suum relinquens, in Ledonis fluvii alveum deinceps se retorsit : sicque duo fluvii usque tunc divisi a die illa commixti sunt.

Kentigernus alio abit, flumine miraculose diviso

12 Et ecce S. Servanus seniles artus baculo regente fugientem secutus, supra ripam stetit, et ejulando clamans dixit : Heu me! fili carissime, lumen oculorum meorum, baculus senectutis meæ, quare me deseris? cur me dereliquis? Recogita, quæso, quomodo ex materno profusum utero te suscepi, nutrivi, docui, usque in hanc horam educavi. Noli derelinquere canos meos. Sanctus vero in lacrymas resolutus, dixit : Vides, Pater, divinum esse quod agitur, nec consilium Altissimi immutare, aut voluntati non obtemperare valemus. Rogo, inquit Servanus, ut, sicut ante fecisti, prece tua salum dividas, denudes solum, ut solus pertransiens per siccum perveniam ad te. Efficiar enim tibi de patre filius, de doctore discipulus, et usque ad finem vitæ comes individuus. Sanctus tunc multo fletu madefactus, ait : Regredere, quæso, Pater mi, et discipulos tuos doctrina et exemplo instrue, et disciplina corrige. Retributor omnium bonorum retribuat pro universis beneficiis, quæ mihi exhibuisti. Bonum enim certamen certasti, cursumque jam consummasti. Ego enim pergam quo me misit ille, qui me segregavit ex utero matris meæ. Et sic mutua data benedictione ab invicem discesserunt. Sanctus autem Servanus in senectute bona rite migravit ad Dominum.

S. Servanus frustra eum reditum persuadere conatus, paullo post moritur.

a Rubecula videtur, de qua pluribus Gesnerus.
b Camerarius scribit hunc cocum casu repentino extinctum.

Ex Capgravio.

CAPUT III.

Episcopatus, austeritas, aliæque virtutes.

Procedens inde vir Dei, in loco nomine *a* Glasghu in multa abstinentia vixit : donec Rex et Clerus regionis *b* Cambrensis, cum ceteris Christianis licet paucis, ipsum plurimum renitentem in Pastorem et Episcopum eligerent. Accito autem de *c* Hibernia *d* uno Episcopo, more Britonum et Scotorum in Episcopum ipsum consecrari fecerunt. Mos enim in Britannia inoleverat in consecratione Pontificum, tantummodo capita eorum sacri chrismatis infusione perungere, cum invocatione sancti Spiritus, et benedictione, et manus impositione. Insulani enim quasi extra orbem positi, emergentibus paganorum infestationibus, canonum erant ignari. Ecclesiastica ideo censura ipsis condescendens excusationem illorum admittit in hac parte. Sanctus autem Kentegernus hujus ritus errori, sicut infra dicetur, plenius satisfecit. Cathedralem Sedem in urbe Glasguensi constituit, et magnam congregationem secundum formam primitivæ Ecclesiæ viventem ibidem ordinavit. Extendebatur autem diœcesis sua secundum limites Cambrensis regni, a *e* muro scilicet illo famoso ad arcendum hostes a Britonibus, a mari ad mare quondam constructo, usque ad flumen *f* Fordense, id est, ad mare Scoticum.

S. Kentegernus fit Episcopus

Glasgui Sedem constituit.

14 Anno ætatis suæ vicesimo quinto consecratus est Episcopus : et omni tempore vitæ suæ post triduum, et multotiens quatriduum cibum sumpsit, panem scilicet et lac, vel caseum, aut butyrum. A carnibus et vino, et omni quod inebriare potest, omnino abstinuit. Si vero in itinere, aut cum Rege esset, a consueto rigore abstinendo se temperabat. Postmodum tamen ad sua regressus, quasi *g* genere crimen illud in se vindicans, abstinentiam ampliabat.

Ejus abstinentia,

15 Utebatur ad carnem asperrimo cilicio : deinde melote ex pellibus caprinis confecto, et cuculla stricta, super quam alba candida contectus stolam jugiter gestabat, et Pastoralem virgam, non sphæricam, et auratam ac gemmatam; sed de simplici ligno tantum reflexam : habens in manu librum manualem, semper paratus ad ministerium suum, cum necessitas aut ratio deposcebat.

asperitas vestitus

et pedum

16 Jacebat autem in saxo instar monumenti cavato, habens capiti lapidem, et projectis aliquantis cineribus et cilicio substrato, potius somnum hauriendo, quam carpendo, se a sopore excutiebat. Sicque hausto modicæ quietis sopore, nudum in aquis frigidis se immergens totum psalterium decantabat. Hanc enim consuetudinem, nisi itinera aut ægritudines prohiberent corporales, nec grando, nix, aut pluvia aliquatenus defraudare poterant. Sed et tunc aliquo spirituali exercitio opus illud redimebat.

Somni lectique ratio

Psalterii lectio in aqua frigida

17 Sopitus enim erat in corpore suo stimulus carnis omnis : unde et vice quadam discipulis suis simpliciter asseruit; *h* non amplius ad speciosissimæ puellæ visum vel tactum, quam ad durissimi lapidis se stimulatum. In judicando autem aut corripiendo non personam, sed caussam attendebat. Omnis ejus substantia, pauperum ærarium semper fuit. Multotiens dum sacra divina tractaret, columba nivea, rostrum quasi aureum habens, capiti ejus insidere consuevit. Crebro etiam dum sacris astaret mysteriis, nubes lucida obumbravit caput ejus. Aliquotiens non ipse stare videbatur; sed *i* columna ignea, cujus fulgore intuentium intuitus obtusi sunt. Dum vice quadam sacra mysteria celebraret, nebula quædam odorifera totam ecclesiam implevit, ineffabili suavitate omnes perfudit, et variis incommodis laborantes perfectæ sanitati restituit.

Sopitus in eo fomes libidinis.

Sanctitas variis portentis declarata

18 Omni Quadragesima a conspectu hominum separatus deserta loca petebat, solas radices herbarum in

Ex Capgravio

Quadragesimæ et septimanæ sanctæ pœnitentia

in cibum sumens: aliquoties vero totum illud tempus, Domino virtutem tribuente, absque cibi sustentaculo transigebat. In Cœna tamen Domini multitudinis pauperum et leprosorum pedes cum lacrymis lavans et tergens, ac crebris osculis demulcens, eis postmodum in mensa diligenter ministrabat. In die Parasceves plagis virgarum, et nuditate, et crebris genuflexionibus, diem cum nocte continuavit. Sabbato autem sancto, et usque ad horam resurrectionis Dominicæ, tempore divini officii excepto, in quodam sepulchro se flagellando latitabat.

Zelus animarum

19 Nondum renatos in sua diœcesi ad fidem convertit. Apostatas et hæreticos sua doctrina sana ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium revocavit. Dæmonum simulacra ubique subvertit: nonnullas ecclesias construxit: parochias certis limitibus distinxit et ubique lucrum animarum quærendo, proficiscens non equo vectus, sed more Apostolorum pedes ire volebat.

Glascua *urbs.*

a *Est Glascua, sive Glasgu urbs Scotiæ Archiepiscopalis, ad* Gluydam *flumen Hic S.* Kentigernus *quiescit, ut scribit Joannes Major lib. 2, cap. 7, in cujus honore templum* Glasguense *fundatum est nulli templo in Scotia in ornatu aut in Canonicorum multitudine et prælieudis pinguibus secundum. Georgius Conæus de duplici statu religionis apud Scotos lib. 1, scribit S. Kentigernum* Glasguensis civitatis patronum esse ac tutelarem

Cambria *sive* Wallia

b *Britanniæ pars ea quæ inter* Sabrinam *et* Devam *flumina ad mare Hibernicum jacet,* Cambria *olim, et nunc quoque indigenis, Anglis* Wallia *dicitur in varios olim principatus, sive minora regna divisa, ut ex Gilda patet. Incolæ, veterum Britannorum Romanorumque soboles, sex seculis et ultra Anglis restiterunt, varia fortuna. Hic* Rex Cambrensis *videtur intelligi, qui vicina Scotis tenuit, procul quidem a moderna* Cambria *sive* Wallia, *sed tamen diu a Britannis contra Anglo-Saxones defensa unde et provinciæ nomen* Cambria *sive* Cumbria, *vulgo* Cumberland. *Quando in* Cambriam *sive* Walliam *modernam* S. Kentigernus *migrarit, post dicemus*

Cumbria

c *Hinc colligi potest in* Cambria *tum permistos fuisse Britannis Scotos cur enim aliquin, ex Hibernia, et non e remotiore Wallia accersetur, ubi plures erant variarum Britanniæ urbium, quas jam barbari occupaverant Episcopi?*

d *Joannes Major lib. 2, cap. 2, tradit S.* Servanum *a solo* S. Palladio *Episcopum consecratum et subdit* Ex isto patet quod Episcopus in necessitate ab uno Episcopo consecratur, et non est de Episcopi essentia quod a tribus ordinetur Peccant tamen aliter ordinantes, ubi Episcoporum trinitas haberi potest *Est ea sententia aliorum quoque Doctorum auctoritate non improbabilis*

e *De hoc muro egimus supra 7 Janu ad cap. 1, vitæ S. Cedd\ae, lit. G*

Fortha æstuarium

f *Est id nobilissimum æstuarium, quod putatur Ptolemæo* Boderia, *aliis* Bodotria *dictum. Scotis* Forth, *et* Frith, *Anglis* Edenborrow Frith, *ab* Edenburgo *illustri civitate ad illud æstuarium sita, quam antiqui* Castrum alatum, *Hiberno-Scoti* Dun-eden, *id est, oppidum* Eden *vocant, sive alatum; nam adain alam Britannis significat. Ita fere Camdenus*

Edinburgum urbs

g *Videtur legendum* severe

h *Caute hæc legenda ne temere quis ejusmodi apathiam affectans, in laqueos incidat diaboli*

i *Camerarius hic columbam denuo ponit*

CAPUT IV.
Varia miracula.

Ne autem panem suum otiosus comederet, manibus suis in agricultura laborare consuevit. Et cum boves semel sibi deessent, *a* cervos de saltu in nomine Domini ad se venire, et loco boum terram arare præcepit. Qui statim obtemperantes et mansueti effecti, terram arare, ad pascua ire, et ad opus consuetum redire solebant. Tandem in unum de cervis labore fatigatum lupus irruens suffocavit, et voracem ingluviem ex ejus cadavere saturavit. Quo audito S. Kentegrinus, manum contra silvam extendens, dixit: In nomine sanctæ Trinitatis præcipio, ut lupus qui mihi damnum intulit, satisfacturus sine mora accedat. Et ecce lupus de silva prosiliens cum ululatu corruit ante pedes ejus. Cui Sanctus: Surge, inquit, et in nomine Jesu Christi præcipio tibi, ut loco cervi, quem devorasti, aratro applicatus ares ex integro quod restat arandum. Lupus itaque verbis Sancti obediens, et cervo copulatus, *b* novem jugera arando explens, libere abire permittitur. Et cum multi convenissent ad spectaculum, Sanctus aperiens os suum, dixit: Viri fratres, quid admiramini aspicientes verbum hoc? Credite mihi, antequam homo inobediens suo Conditori existeret, non solum animalia, sed etiam elementa obtemperabant illi. Nunc vero ob ipsius prævaricationem omnibus in adversa versis, leo lacerare, lupus devorare, serpens sauciare, aqua submergere, ignis comburere, aer corrumpere, terra sæpe ferrea effecta fame subruere consuevit: et ad cumulum consueti mali, homo non solum hominem, sed ipse homo in seipso peccando contra seipsum sponte desævit. Sed quoniam plerique Sancti in vera innocentia, et pura obedientia, in sanctitate, dilectione, fide, et justitia coram Domino perfecti inventi sunt, quasi antiquum jus, et naturale dominium a Domino recuperant, dum bestiis et elementis, morbis et mortibus imperare solent.

a Cervos aratro jungit

lupum item cum cervo

Spectantes ad vitæ innocentiam hortatur

21 Et cum totam annonam pauperibus erogasset, assumpta arena, vice seminis in terram sparsit: et messis tempore triticum optimum terra producens, omnes hoc audientes Deum in Sancto ejus laudare et benedicere fecit.

Arenam serit et fruges metit.

22 Dum enim victualia pro Fratribus vice quadam non haberet, et Regem Cambrensem, nomine *c* Morken, adiit, penuriam suorum insinuans, ut suam inopiam illius abundantia, juxta Apostoli monita subveniendo suppleret, humiliter petiit. Ille vero ore blasphemo ironice dixit ad eum: Jacta curam tuam in Domino, et ipse te enutriet: quoniam nihil deest timentibus Deum, sicut ceteros admonere consuevisti. Tu vero cum timeas Deum, et mandata ejus observes, omnibus bonis, et victu etiam necessario indiges? Ego autem, qui nec regnum Dei quæro, nec justitiam ejus, omnia mihi prospera et rerum affluentia (ut cernis) arrident. Inanis ergo est fides tua, et falsa prædicatio tua comprobatur. At vir sanctus sacræ Scripturæ testimoniis, et rationum assertionibus, et exemplis, multos justos et sanctos egestate et siti in hoc seculo affligi, reprobos rerum affluentia, honorum fastigiis sæpe sublimari, asserebat: pauperes vero divitibus patronos fore, quorum beneficiis sustentantur, divitesque pauperum patrocinio, sicut vites ulmi sustentaculo, indigere evidenter edocuit.

c

Psal. 54 23

Blasphemum Regem monet

23 Tandem Rex verba ejus non ferens sic respondit: Si confidens in Deo tuo, absque humano suffragio, *d* omnia blada, quæ cernis in horreis contenta, ad mansionem tuam transferre poteris, libenter annuo, et postulationibus tuis de cetero devotus obtemperabo. Sanctus autem Dei elevatis in cælum oculis et manibus, orationem cum lacrymis fudit ad Dominum. Et ecce eadem hora fluvius Clud subtus decurrens subito intumescere, ripas transcendere cœpit, et horrea Regis integra cum farre usque ad locum ubi Sanctus manere solebat, nomine Mollingdenor, secum traxit. Ita illæsa ab aquis omnia inventa sunt, ut nec arista humecta appareret.

d

Ejus horrea ridicule sibi donata, miraculo transfert

24 Instigante Regem in odium Sancti amico ejus, nomine Catheu, contumeliis et conviciis, furore commotus, vice quadam ipsum affecit et calce percussum ad terram prostravit. A circumstantibus Sanctus levatus omnem injuriam patienter tolerabat. Catheu vero mali hujus inceutor cachinnans equum ascendit, et ante januam de equo corruens fracta cervice expiravit. Regis pedes tumor invasit, tumori dolor successit, morsque dolorem subsequitur.

Percutitur a Rege, a Deo vindicatur

a *Simile quid refertur in vita S.* Leonorii *Episcopi 1 Julii.*

b *Camerarius scribit civitatem alio antea non me appellatam, deinceps Glascu dici cœpisse quæ vox lupum et cervum significet*

c *Id est* Magnum caput, *videtur agnomen fuisse illius Reguli, quem Camerarius* Marlium *vocat*

d *Id est, omne triticum*

e *Hic fluvius* Glascuam *alluit* Clyd *dicitur infra num. 36*

CAPUT V.
Res gestæ in Wallia.

Insurrexerunt contra Sanctum filii Belial, de cognatione Regis Morken, conspirantes in mortem ejus.

Abit Meneviam

a
b
Monasterium construit.
c
Inimicum cæcitate percussum, sanat

ejus. Divina igitur revelatione admonitus, versus *a* Meneviam, ubi S. David virtutibus floruit, iter aggreditur. Juxta *b* Caerleum multos ad fidem convertit, et ecclesiam construxit : et cum S. David aliquantisper moram trahens, a Rege terræ illius Cathwallam locum ad construendum monasterium accepit. Ædificato autem apud *c* Elgu cœnobio, Sedem Episcopalem ibidem constituit. Subregulum quemdam illi minas inferentem, et de loco expellere cum injuria nitentem, et cæcitate a Deo percussum, prece ad Deum fusa sanavit, et adjutorem et protectorem in posterum habere meruit.

d
Varie suos occupat
Assidue cum Deo laudes curat

26 Congregati sunt autem in monasterio illo *d* novies centum, et sexaginta quinque Fratres, sub regulari disciplina in magna abstinentia Deo servientes. Trecentos enim illitteratos agriculturæ et pecorum custodiæ extra monasterium deputavit, alios trecentos operibus infra monasterium exercendis, et cibariis præparandis assignavit, et trecentos sexaginta quinque litteratos divinis officiis jugiter celebrandis intitulavit. Nec facile quemquam illorum egredi, sed tamquam in sanctuario Domini assidue commorari instituit. Divisit enim per turmas et conventus collegium : ut uno conventu servitium Dei in ecclesia terminante, alter continuo intrans illud inchoaret, quo consummato alius sine mora introiret. Sicque turma una exeunte, et altera ingrediente, oratio sine intermissione ab ecclesia illa ad Deum fiebat : et benedicendo Dominum in omni tempore, semper laus Dei in ore illorum resonabat.

Asaphum sanctum discipulum monasterio præficit

27 Erat inter illos quidam, nomine Asaph, genere et specie clarus, ab ipso pubertatis flore virtutibus et miraculis fulgens, qui vitam Magistri in omni sanctitate et abstinentia jugiter sequi satagebat. Et cum S. Kentegrinus more solito Psalterium nudus persolvisset in aquis, nimio frigoris rigore correptus, jussit puero Asaph ignem, quo calefieri posset, sibi afferre. Qui festinans ad clibanum, et non habens in quo prunas deferret, vivos carbones in gremio suscepit, nulloque adustionis signo in veste apparente, coram Sancto projecit. Quem vir Dei in posterum carum habens, curam monasterii illi delegavit, et in Episcopatu successorem suum instituit.

Orantis facies splendet
e
Mortem S. Davidis divinitus cognoscit
Prædicit mala eventura

28 Servo Dei quodam die prolixius orationi intento, facies ejus quasi ignea apparens, stupore et extasi circumstantes replevit. Intuebantur enim faciem ejus tamquam vultum Angeli stantis inter illos. Completa oratione gravissimis lamentis se dedit. Et cum discipuli caussam tristitiæ humiliter ab eo peterent, paullisper in silentio residens, tandem ait : Noveritis, filii carissimi, *e* S. David decus Britanniæ, Patrem patriæ, carnis carcerem modo egressum regna cælestia penetrasse. Credite mihi, quia non solum Angelorum multitudo in gaudium Domini sui illum introduxit, sed et Dominus noster Jesus Christus ei obviam procedens, ad portas Paradisi, gloria et honore coronavit eum, me vidente. Scitote etiam quod Britannia tanto lumine orbata tanti Patroni lugebit absentiam, qui gladio Domini propter malitiam inhabitantium semievaginato super illam, ne penitus usque ad internecionem extractus perexteret, semetipsum opponebat. Tradens tradet Dominus Britanniam exteris nationibus, Deum ignorantibus ; sed et a paganis ab indigenis evacuabitur insula ; Christianæ legis religio usque ad præfinitum tempus dissipabitur in ea : sed in pristinum statum, imo meliorem miserante Deo iterum reparabitur.

f
Septies Romam adit
Ex Capgravio.

29 Vir autem Dei septies Romam adiens, *f* S. Gregorio spirituali Anglorum Apostolo, totam vitam suam, electionem, et consecrationem, et omnes casus, qui ei acciderant, seriatim enodavit. Sanctus vero Papa illum virum Dei et Spiritus sancti gratia plenum intelligens, consecrationem ejus, quam a Deo noverat provenisse, confirmavit : ipsoque multotiens petente, et vix impetrante, quæ deerant consecrationi ejus supplens, in opus ministerii a Spiritu sancto illi injuncti destinavit.

Pelagiano cuidam interitum prædicit.

30 Occurrit autem viro Dei Clericus quidam peregrinus et eloquens, requisivitque qui esset, et unde venisset. Prædicatorem veritatis, et viam Dei in veritate docentem se esse respondit. Quem Spiritu sancto revelante, Pelagiana hæresi irretitum agnoscens, cum a via iniquitatis eum avertere non posset, utriusque hominis interitum vicinum illi fore denuntians, a sua diœcesi jussit eum expelli. Qui fluvium quemdam transire tentans, aquis suffocatus ad tartara descendit.

S. Davidis oppidum

a *In promontorio, quod* Octopitarum *Ptolemæus dixit, Britanni* Pebidiauc, *et* Cantred Dewi, *Angli* S. Davids land *vocant, oppidum est, nunc sane pertenue,* Menew, *sive* Menevia, *Britannis* Tuy Dewy, *id est,* Domus Dewi, *Saxonibus olim* David-mynster, *Anglis nunc* S. Davids, *a* S. Davide *ejus loci Antistite, cujus vitam dabimus 1 Martii.*

Cestria.
Caereon,

b *Duplex est in Britannia* Caerleon : *prior ad* Devam *flumen, prope æstuarium quod* Seteia *Ptolemæo dicitur, pro* Deia, *ut censet Camdenus. Urbs autem est præclara, Ptolemæo* Deunana, *Antonino* Deva *a flumine, Britannis* Caer-Legion, Caer-Leon Vaur, Caer-Leon ar Dufyr Dwy, *et per excellentiam* Caer, *Anglis olim* Legea-cester, *nunc* West-chester, *et* Chester. *Nomen a* Legione vicesima victrice *deductum. Altera est, quæ Antonino dicitur* Isca, Legio II, *Britannis* Caer-Leon, *et* Caer-Leon ar Usk, *id est,* urbs Legionis ad Iscam *fluvium, quem Britanni* Usk *et* Wysk *appellant, quibusdam* Osca *dicitur. Hic* S. Dubritii, *de quo 14 Novemb. agemus, Sedes fuit. Utra hic earum urbium intelligatur, haud paratum est edicere.* Isca *propius* Meneviam *S. Davidis sita est, in Monumethensi Comitatu.* Devam *e Scotorum provincia, et Cambria Meneviam terrestri itinere petentes, pertransire oportet estque non longe a S.* Asaphi *urbe dissita, ubi commoratus est* S. Kentigernus.

S. Asaphi civitas.

c *Isthic etiamnum Episcopalis est Sedes, ubi* Cluida *fluvius, alius ab eo qui* Glasguam *alluit (Godwinus* Elwyd *vocat) atque* Elwy *fluviolus confluunt, in Flintensi Walliæ Comitatu. Vulgo nunc Angli* S. Asaphi civitatem *appellant, Britanni* Llan-Elwy. *Baleus* Elviam *et* Elguam *vocat.*

d *Camdenus,* 663, *e quibus solum* 63 *divinis rebus peragendis vacarent. Godwinus* 660, 60 *sacris celebrandis tribuit. Baleus et Pitseus* 365, *litteris egregie eruditos discipulos habuisse scribunt, ac fere totidem aliis operibus occupatos.*

e *Traditur obiisse* S. David *anno* 584, *cum sedisset annis* 65, *vixisset* 146, *quæ ad ejus vitam 1 Martii expendemus.*

f *Si toties Romam profectus est* S. Kentigernus, *cur demum de sua ordinatione interpellavit S. Gregorium ?*

CAPUT VI.

Reditus ad suos, zelus, miracula.

Apostatæ cælitus puniuntur
a
S. Kentegernus in Scotiam revocatur

In Cambrensi regno omnibus Kentegrini inimicis diversis cladibus et vario morborum genere consumptis, regionis incolæ viam Domini relinquentes, et tamquam canes ad vomitum reversi, ad idololatriæ ritum prolapsi sunt. Cælum igitur, terra, mare, et omnia quæ in eis sunt subtraxerunt eis obsequium, et consuetum adjutorium : famesque super terram multo tempore prævaluit. Suscitavit tandem Dominus Regem, nomine *a* Rederech, a discipulis S. Patricii in Hibernia baptizatum, qui in toto corde quærens Dominum, fidem Christi reparare in regnum studebat. Direxit cum litteris ad S. Kentegrinum nuntios, obsecrans per nomen Domini et obtestans, ne Pastor oves diu desolatas, et sine custodia destitutas, ulterius deserendo sui subtrahat curam : indignum esse asserens, ut sponsus sponsam, pastor ovile, Præsul Ecclesiam suam derelinquat, pro cujus amore animam ponere debet, ne mercenarius fiat. Denuntiavit et defunctos esse, qui quærebant animam ejus.

Dæmones conversionem impedientes fugat

32 Admonitione igitur Angelica S. Asaph successorem suum constituit, et cum sexcentis sexaginta Fratribus terram Cambrensem repetere cœpit. Cui Rex cum ingenti multitudine obviam processit, laudans Deum. Quos cum Sanctus benedixisset, ait : Quicumque saluti hominum invident, et verbo Dei adversantur, in virtute Domini nostri Jesu Christi protinus discedant, ne credituris aliquod impedimentum ingerant. Quo dicto, sub nimia celeritate ingens larvarum multitudo, statura et visu horribilis, a cœtu illo exiens, omnibus videntibus aufugit : ex

Ex Capgravio.

quorum visione timor magnus et tremor omnes apprehendit. Confortans eos Sanctus et corroborans, in quales crediderant denudavit, et ad credendum Deo viventi corda omnium astantium excitavit. Evidenti namque ratione ostendit idola muta, figmenta hominum vana, et igni potius quam numini deputanda. Elementa etiam, quibus inesse credebant numina, creaturas esse docuit, ex conditoris expositione, ad usum hominum et ministerium ac adjutorium esse plasmata. Woden vero, quem principalem Deum crediderunt et Angli, de quo originem duxerant, cui et *b* quartam feriam consecraverant, hominem fuisse mortalem asseruit, et Regem Saxonum, a quo plures nationes genus duxerant. Hujus, inquit, corpore in pulverem resoluto, anima in inferno sepulta æternum sustinet ignem.

Non sine miraculis, Cambros convertit

33 Cumque multa ad fidem pertinentia in planicie campi, nomine Holdelm, plebi prædicasset, terra, in qua sedit, in oculis omnium *c* crevit in monticulum altum, et manet ibi usque in diem hodiernum. Omnes enim hæc mirabilia videntes, in fide instructi, baptismum susceperunt. Conversis ad Dominum Cambriæ habitatoribus, cælum dedit pluviam, et terra prius sterilis protulit fructum suum. Rex itaque Redereth dominium et principatum super universum regnum obtulit Kentigrino: illumque Regem, se patriæ rectorem sub ipso nominari voluit; sicut Constantinum S. Silvestro fecisse cognovit. Sicque nominis sui interpretatio impletur, nam Ken caput, tiern Albanice Dominus Latine interpretatur.

Mirifice a Rege honoratur

Multas gentes per se et suos convertit

34 Regina nomine Langueth, diu sterilis, prece famuli Dei concepit, et filium peperit: quem *d* in memoriam S. Paterni Sanctus baptizans vocavit Constantinum, qui patri succedens omnes prædecessores suos divitiis ac sanctitate præcessit. Pictorum patriam, quæ modo *e* Galwedia dicitur, ab idololatria et pravitate hæretica, doctrina sua purgavit *f* Albaniam convertit: ecclesias construxit, et monasteria multa fundavit. Misit ex discipulis suis ad Orcades, Norwegiam, et *g* Islandiam luce fidei imbuendas.

Multos miraculose sanat

35 Ubicumque fere pergebat vel prædicabat, cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis loquelam, furiosis sensum reddebat: dæmonia ejiciebat, paralyticos erigebat, leprosos mundabat, et omnes languores curabat. Multotiens ex tactu vestimentorum suorum, et crebro ex particulis cibi et potus ejus sumptis, multi ægroti sanitatem consequuti sunt. Aliquotiens etiam ex umbra corporis ejus, velut alter Petrus, infirmi curari meruerunt. Numquam vel pluvia, nive, vel grandine vestimenta ejus maduerunt. Nam dum aeris inclementia ingruente imber mundans deflueret, et spiritus procellæ in circuitu ejus desæviret, immobilis quandoque stans, quandoque gradiens a cujusdam stillæ injuria illæsus semper extitit et intactus. Idipsum etiam turba discipulorum suorum in ejus præsentia suis meritis sæpissime est experta.

A pluvia semper fere intactus

Regina adultera perichtatur in lecto [illegible]

36 Contigit Reginam, pulchritudine cujusdam militis illectam, adulterium commisisse, et pretiosum quemdam annulum ob immensum amorem sibi a Rege commendatum *h* eidem militi contulisse. Qui annulum digito imprudentius imposuit; et Rex per secretarium suum hoc advertens, et iram dissimulans, accito milite venatum perrexit. Discopulatis canibus, et sociis per loca diversa dispersis, Rex solus cum milite juxta ripam fluminis Clyd, in fervore diei soporis ac quietis gratia iter direxit. Fatigatus autem miles, et nihil mali suspicatus, extenso brachio dormire cœpit. Conspecto itaque in digito ejus annulo, Rex turbatus vix manus a gladio, et ab effusione sanguinis ejus continens, annulum de digito suaviter extraxit, in flumen projecit, et excitato milite ad suos rediit. Cumque vultu minaci minas et improperia inferens annulum a Regina expeteret, et illa secrete militi in vanum mittens in medium proferre non posset; triduanis induciis a nobilibus vix impetratis, carceri mancipatur. Regina autem lacrymosis precibus rem gestam S. Kentigerno per nuntium exposuit, et ab illo unico propitiatore suo salutem et auxilium postulavit. Sanctus autem Pontifex ante adventum nuntii totum agnoscens, nuntio cum hamo ad ripam fluminis Clyd festinare præcepit, et piscem primo extractum, scilicet *i* ysicium, qui et salmo dicitur, ad se reportare. Quo facto, et exenterato, annulum in ventre piscis repertum Reginæ transmisit, et illa Regi cum exultatione obtulit. Contristatus Rex pro illatis Reginæ injuriis, et veniam flexis genibus petens gravissimam ultionem in delatores se illaturum juravit. Cui Regina: Absit, inquit, Domine mi, ut mei caussa quidquam mali quisquam patiatur: sed tibi ex toto corde indulgeo, si omnem rancorem animi tui, sicut ego, accusatori meo remittas. Cunctis ergo Reginæ clementiam admirantibus, vocato Kentegerno illa reatum confessa, vitam suam de reliquo emendare curavit.

annulo in pisce reperto, absolvitur.

se emendat.

Mora recentia cælitus impetrat hyeme Sanctus.

37 Rex quidam Hiberniæ audita Regis *k* Rederet liberalitate et munificentia, joculatorem in arte sua peritum mittens, tentare voluit, si famæ late diffusæ veritas responderet. Cumque peracta quadam solennitate munera speciosa ei Rex conferret, et ille accipere renuens, talia in terra sua se satis habere posse assereret; requisitus quid vellet accipere, ait: Si vis, inquit, ut bene remuneratus recedam, detur mihi discus moris recentibus plenus. Et timens Rex, ne honori ejus et famæ derogaretur, si joculator irremuneratus abiret, cuncta retulit Episcopo sancto. Et cum hyemis tempus esset, ad Deum preces vir Dei fudit, et dumum moris recentibus plenum ostendit. Et tollens discum, et moris implens joculatori dedit. Quo viso miraculo, post paucos dies, relicta arte sua, melioris vitæ viam ingrediens, divino se mancipavit obsequio.

Rodericus Rex Scotorum

a *Hic* Rodericus filius Tothail, in Petra Cloithæ regnavit, *ut habetur in vita* S. Columbæ. *Erat* Petra Cloithæ *sive aliis* Petra Cluid, *vulgo tum* Alcluid, *sive* Ar-cluid, *id est*, supra Cluidam, *Britannorum arx munitissima, quam aliquot seculis contra Anglos et Pictos tenuerunt. Sed* SS. Columbæ *et* Kentigerni *temporibus videntur cum Scotis amicitiam coluisse, et hic fortassis Scotus fuit* Rodericus. *Dicitur nunc* Alcluid, Dunbritton, *id est*, *oppidum Britannorum*, *et metathesi quadam* Dunbarton *estque propugnaculum munitissimum ad Levini et Cluidæ confluentes.*

Dunbritton.

Woden

b Wodensdach *inde dictam, et a Belgis* Woensdach *id est*, *Wodeni dies. Recensetur* Woden *inter majores* Hengisti *Britanniarum occupatoris. Tacitus lib. de moribus Germanorum, ex quibus Angli, ait eos* Deorum maxime Mercurium colere. *Lipsius* Wondam *vel* Wonslam *vocatum scribit, a lucro, potius quam* Wodam.

c *Idem de S.* Davide *Menevensi memoratur.*

S. Paternus

d *Colitur* S. Paternus 16 *Aprilis. Fuit* S. Davidis *æqualis. Sed cur in ejus memoriam baptizatus*, Constantinus *appelletur, haud assequimur: nisi fortassis legendum sit in S.* Paterni monasterio, *aut ecclesia in* Ceretica, *sive Cardiganensi Walliæ provincia oppido quod etiamnum* Lhan-Badernuaur, *id est*, templum Paterni magni *appellatur.*

e *De* Galwedia, *sive* Gallovidia, *supra egimus* 12 *Januar. in* S. Ealredi *vita.*

Albania Scotiæ

f Albania *Scotorum provincia est, olim Ducatus titulo insignis. Quamquam Scoti veteres, teste Cambdeno Scotiam* Albin *vocant, et* Albainich. *Ceterum* Albaniam, *quæ* Braid Albin *appellatur, fortis et bellicosa gens incolit, veterum Scotorum genuina soboles.*

g Island *a insula est ad Boream, glaciali cælo, ut ipsum indicat nomen, sub Daniæ Regis imperio. Quidam viri eruditi veterum* Thulen *esse existimant, negant alii.*

h *Camerarius casu deperditum annulum scribit, vocatamque in suspicionem Reginam innocentem, lacrymabundam adiisse ad* S. Kentigernum: *hunc prece fusa ad* Glottam *flumen perrexisse, jussisse eiusdem piscatorem mittere in flumen rete, hunc unicum extraxisse salmonem, cujus ori manum Sanctus inseruit, facto prius signo crucis, annulumque eduxit, atque adstanti et stupenti Reginæ restituit, piscem vero in aquam denuo abjecit.*

i *Hunc* esocem *pro lucio sumi a quibusdam, diximus* 5 *Janu in vita* S. Eduardi *cap.* 5, *lit. k. Sed et salmonibus abundare quosdam Angliæ fluvios tradunt auctores.*

k *Camer.* Regis Scotiæ.

CAPUT

Ex Capgravio

CAPUT VII.

Colloquium cum S. Colomba. Obitus.

S. Columbam ad se venientem religiose excipit.

[a] S. Columba, qui ab Anglis Columkillus vocatur, in illo cœnobio, quod in insula *b* Hy construxerat, virtutibus clarus, sancti viri famam audiens, ad illum venire, visitare, videre, et familiaritatem ejus habere cupiebat. Et cum multa discipulorum turba de monasterio egressus, cum loco appropinquaret ubi sanctus Episcopus manebat, in tres turmas omnes discipulos divisit. Similiter et Pontifex suis trifarie distinctis cum canticis spiritualibus illis obviam processit. In prima turma erant juniores, in secunda provectiores, in tertia senes decora canitie venerabiles, et canebant dicentes : In viis Domini magna est gloria Domini, et via justorum recta facta est : et iter Sanctorum præparatum est. Ex parte S. Columbæ canebant . Ibunt Sancti de virtute in virtutem : videbitur Deus eorum in Sion, cum alleluia. Et ait Columba discipulis suis : Video *c* columnam igneam, in modum coronæ aureæ, in tertio choro super Episcopum sanctum descendentem, et lumen claritatis cælestis super eum. Et appropinquantes ad invicem Sancti in amplexus mutuos et oscula sancta ruunt.

Columna ignea cælitus illustratur.

Furtum divinitus punitum.

39 Venerunt cum S. Columba quidam filii Belial, ad furta et peccata assueti : de grege sancti Pontificis pastore injuriis affecto arietem rapientes, caput ejus auferunt . aries vero concito gradu ad gregem currens corruit, et caput in lapidem mutatum manibus tenentis firmiter adhæsit. Confusi ergo iniquitatis filii, ante pedes S. Kentegerni prostrati, veniam cum lachrymis postulabant. Qui benigne eos redarguens, ne ulterius fraudem, furtum, vel sacrilegium committerent admonuit, a reatu absolvit, et corpus arietis illis tradens ad sua remisit. Caput tamen in saxum conversum in miraculi testimonium usque hodie in eodem loco custoditur. In signum quoque mutuæ dilectionis alter Sanctorum alterius baculum suscepit : et baculus, quem S. Columba contulit Episcopo, apud *d* Ripum in ecclesia S. Wlferi multo tempore in magna reverentia habitus est.

Sancti invicem baculos donant

Crucem miraculose erigit

et aliam

40 Cum crucem quamdam miræ magnitudinis lapideam in cœmeterio Glascuensi multi viri erigere non valerent; fusa ad Deum Sancti prece, Angelus in nocte de cælo descendens, Crucem illam erexit, benedixit, sanctificavit, et recessit. Ibi enim virtute divina sanitatem perfectam multi postea meritis Kentegerni consequi meruerunt. Aliam Crucem in locis illis de sola arena maris erexit : quam nulla aeris inclementia usquam dissolvere valet : ubi variis languoribus gravati, furiosi, et dæmoniis vexati sanantur.

Mirabile construit molendinum.

41 Fabricavit autem molendinum super fluvium *e* Gladum, quod nullam annonam furatam molere præsumit : neque molam, neque ejus rotam post horam nonam sabbati, donec celebretur Dominica dies, rotare aliquis potest.

Mentum fascia sustentat

Moriturus suos hortatur

42 Vir Dei nimia tandem senectute confectus, cum nervorum compago pene emarcens dissoluta fuisset, quodam subligari lineo per medium capitis, et de sub mento circumducto mentum et maxillas sustentavit, ut ad proferendum quæ vellet expeditior redderetur. Demum convocatis discipulis suis de observatione sanctæ religionis mutuæ caritatis, pacis, hospitalitatis, et lectionis, ac orationis instantia hortabatur eos. De sanctorum Patrum decretis, sanctæque Romanæ Ecclesiæ institutis firmiter custodiendis; fortia dedit ac dereliquit præcepta. Quidam autem, qui illum arctius dilexerunt, cum lacrymis prostrati dixerunt : Scimus, Pater et Domine, quia cupis dissolvi et esse cum Christo; sed nostri, quæsumus, miserere, quos in Christo parturisti. Quidquid humana fragilitate deliquimus, semper in conspectu tuo confitentes, ad arbitrium discretionis tuæ emendare curavimus. Pete ergo a Domino dari nobis posse ex hac valle lacrymarum ad gaudium Domini tui tecum commigrandi. Credimus enim, quia quidquid petieris a Deo, dabit tibi Dominus. Indecens autem nobis videtur; ut Pontifex sine Clero, Pastor absque aliquo de grege suo, pater absque filiis intret ad gaudia Domini sui. Sanctus enim pietate commotus, collecto flatu ut valuit, dixit : Voluntas Domini de omnibus nobis fiat, et sicut melius novit, et ei placuerit de nobis omnibus disponat. Et ecce Angelus Domini cum ineffabili fulgore et claritate apparens circumfulsit eum, et dixit : Kentegerne electe et dilecte Dei, exulta et lætare, quoniam exaudita est oratio tua, et præparationem cordis tui audivit auris divina. Fiet enim tibi super discipulis tuis sicut vis. Cras egrediemini de corpore mortis hujus ad vitam indeficientem : et Dominus erit vobiscum, et vos eritis cum eo in perpetuum Et quia tota vita tua in hoc mundo juge fuit martyrium, placuit Domino ut mitiorem ceteris hominibus habeas vitæ finem. Fac tibi in crastinum calidum parari lavacrum, in quo ingrediens absque angustia gravi in manus Dei reddes in pace spiritum tuum. Post te etiam fratres in lavacrum ingressi, et mortis vinculis absoluti, in splendoribus Sanctorum cælestia regna tecum penetrabunt.

Cupiunt cum eo mori.

Omnes postridie morituros, ex Angelo cognoscit.

Odore suavi perfunduntur.

43 Recedente Angelo, miri odoris fragrantia locum, et omnes habitantes in eo inæstimabiliter respersit. In parato igitur lavacro vir Dei ingressus, elevatis oculis et manibus in cælum, quasi in placidum resolutus somnum, inclinato capite tradidit spiritum. Elevato autem a discipulis de lavacro corpore sancto, singuli fratrum antequam aqua frigesceret in lavacrum immersi, ad æthereas mansiones cum Patre sancto commigrarunt.

Moritur cum omnibus suis

Ætas ejus prodigiosa.

44 Sanctus itaque Kentegrinus cum esset centum octoginta quinque annorum, anno Episcopatus sui centesimo sexagesimo, signis præclarus et prodigiis, Idibus Januarii migravit ad Dominum. Ad cujus tumulum in Glascuensi ecclesia cœcis visus, surdis auditus, claudis gressus, mutis loquela, leprosis munditia, paralyticis membrorum valetudo, furiosis sensus, restituuntur : impii, sacrilegi, perjuri, et pacis Ecclesiæ suæ violatores, et sancti loci inquinatores, condigna pœna plectuntur.

Miracula ad sepulchrum.

Fures et luxuriosi isthic puniti

45 Quidam de Glasgu vaccam nocte quadam furtive abducens, vacca viva et ad pedes ejus ligata, divino nutu extinctus reperitur. Multi quoque carnalis flagitii perpetrato contagio, pollutis gressibus locum sanctum temerare non verentes, quandoque repentina morte multati, sæpe membris mutilati, aut incurabili morbo puniti sunt

a S. Columbæ *vitam a* S. Adamnano *scriptam dabimus* 9 *Junii.*

b *Hæc inter* Iiam *insulam et Scotiam jacet,* Iona *dicta, Bedæ* Hy *et* Hu. *Paulo Jovio* Hion *et* Chilca, *vulgo* Columbkill *a S. Columbæ cella, qui et ipse* Columbkill *dictus. Celeberrimum hoc quondam cænobium fuit*

c *Camerarius* columbam.

d *Camer* Ripuun. *an hoc* Rippon *sit, illustre quondam a S* Wilfrido *in ditione Eboracensi extructum monasterium, an aliud quodpiam oppidum, haud scimus*

e *Camer.* Cludam.

DE S. VERO SIVE VIRO,

EPISC. VIENNENSI IN GALLIA.

Circiter an. dxcix. XIII Januarii. Tres Veri Episcopi Vienn.

Tres *Ecclesiam Viennensem* Veri *administrarunt Antistites : primus Trajani vixisse ætate traditur, coliturque* 1 *Augusti; alter concilio Arelatensi I (non II ut in Notationibus ad Martyrologium scribit Baronius) anno Christi* 314 *interfuit; tertius floruit temporibus* Childeberti, *filii* Sigeberti, *et colitur* 13 *Januarii, licet Joannes Boscius in Bibliotheca Floriacensi et Joannes Chenu scribant X Kal. Junii obiisse, quo die illius nomen in nullo reperimus Martyrologio.*

Tertii natalis

2 *Ast Idibus Januarii isthæc habent Ado, Beda vulgatus, Molanus et Carthusiani Colonienses in Addit. ad Usuardum, Florarium, Martyrologium Germanicum, variaque MSS.* Apud Viennam S. Veri Episcopi qui præsedit Ecclesiæ post S. Evantium. *Eumdem refert Galesinius, et cum prolixiore elogio Saussaius. Martyrologium Coloniense et MS. Martyrologium Bruxellense* Severum *vocant, Ferrarius* Virum, *uti et Gregorius Turonensis, Cl. Robertus, Boscius, Chenu,* Verum *et* Virum, *eumque vigesimum septimum ejus urbis Episcopum statuunt, Demochares vigesimum sextum. Ferrarius existimat hunc eumdem esse qui* 1 *Aug. colitur.*

Episcopatus,

3 *De eo S. Gregorius Turonensis hist. Franc. lib.* 8, *cap.* 39 : Obiit et Evantius Viennensis Episcopus, *(anno, ut paullo ante dixerat, Childeberti II qui erat Christi* 586*)* in cujus Sedem Virus Presbyter, de Senatoribus, Rege eligente substituitur. *De* S. Evantio *agemus* 3 *Februarii. Falluntur Boscius et Chenu, dum sedisse eum scribunt sub* Tiberio *ac deinde* Mauricio *Imperatoribus, cum* Tiberius *anno* 582, 14 *Aug. obierit. Sub* S. Vero S. Desiderius *Diaconus Ecclesiæ Viennensis fuit. Ita Ado in Chronico, sub imperio Mauricii :* Viennensis Episcopus Verus claruit. Hujus tempore Desiderius Augustodunensis genere, in ordine Diaconii Ecclesiæ Viennensi serviebat.

tempus Sedis.

miracula.

4 *Baronius in Notationibus ad Martyrol.* 1 *Augusti ait S. Gregorii Papæ extare ad* S. Verum *scriptas litteras. Eas needum vidimus. Extant ad* S. Desiderium *ejus successorem datæ mense Julio, Indict.* 14, *anno Christi* 596, *unde constat antea obiisse* S. Verum. *Saussaius scribit,* conspicuis gloriæ, qua fruitur Beatus, indiciis in tumulo clarificatum. *Nihil de eo aliud reperimus.*

DE S. ENOGATO SIVE EGNOGATO

EPISCOPO ALETHENSI IN BRITANNIA.

Anno dcxxxi. XIII Januarii. Aletha urbs

Aletha, *sive* Aletum, *urbs quondam in Armoricis fuit, ubi, ut habetur in veteri Notitia Imperii,* Præfectus militum Martensium agebat, sub dispositione viri spectabilis Ducis tractus Armoricani et Nervicani. Hanc urbem, *ut in vita S. Maclovii Episcopi* 15 *Novembr. scribit Sigebertus Gemblacensis,* fluvius, nomine Rinctus ex uno latere, ex altero alluebat mare. *Fluvius hic in altera* S. Maclovii *vita apud Boscium mendose* Kinctus *dicitur. Is* Dinanum *nunc urbem pulchram et spatiosam alluit, vulgoque* Rance *appellatur. Visuntur etiamnum* Alethæ *ruinæ, castrique et domorum vestigia, vico qui* Guic-Aleth *dicitur, non* Aleth-Cuc, *aut* Quidaleth, *ut quidam scribunt. Consueverunt Britanni locorum nominibus sæpenumero præfigere has voces* Guic, *quod oppidum significat,* Landt, *sive* Lan, *quod ecclesiam,* Ploue, *sive* Plou, *quod plebem, seu ruralem parœciam,* Loc, *quod locum. Sic* Guic-Aleth, *id est, oppidum Alethæ,* Guic S.nué *oppidum S. Senuani,* Landt-Houarné, *ecclesia S. Hervei,* Plou-Armel, *parœcia S. Armagilli;* Loc-Mazhé, *locus S. Matthæi,* Loc Ronan, *locus S. Ronani. Ita fere Albertus Magnus de Morlaix :* Aletha *Sedem Episcopalem* Macloviopolim *transtulit* S. Joannes de Craticula *anno* 1141, *ut ad ejus vitam* 1 *Februarii dicemus.*

Ejus Episcopus S. Enogatus.

2 Alethæ *vero quintus a* S. Maclovio, *sive* Machuto, *sedit* S. Enogatus, *quem* 13 *Februarii obiisse scribunt Cl. Robertus, Augustinus Paziaus, Joannes Chenu; quo die a Ferrario et Andrea Saussaio in Martyrol. Gallicano, iterumque in supplemento, refertur. At Macloviopoli colitur* 13 *Janu. ut ex propriis ejus Ecclesiæ officiis patet.* Evogatum *vocat Ferrarius, Morlaix* Egnogatum, *Cl. Robertus* Enogatum, *et* Evogatum, *ceteri* Enogatum.

Quando vixerit

3 *Morlaix scribit anno Christi* 628 *ineunte creatum Antistitem, cum rerum in Armorica Britannia* Hoel III *potiretur, Romanam Ecclesiam* Honorius I *administraret, obiisse vero* 13 *Januarii, anno* 631 *juxta Dinanum parœciam extare, ejus de nomine appellatam. Nihil de eo aliud comperimus.*

DE B. STEPHANO EPISC. BITURICENSI.

An. Ch. dcccxxxv. XIII Januarii

Bituricensis *Ecclesiæ quadragesimus tertius* Antistes *recensetur a Joanne Chenu et Demochare* Stephanus, *a Cl. Roberto quadragesimus quartus, rectius forte quadragesimus quintus, cum* Ebroinum *constet ante eum sedisse, quem ille postponit. Ab eodem autem Roberto* Beatus, *ab aliis* Sanctus *appellatur, ab Andrea Saussaio* bonæ memoriæ. *At Chenu, qui peculiari studio Archiepiscoporum Bituricensium res gestas digessit, ait quiescere eum in ecclesia* S. Austregisili de castro *juxta Bituricam urbem,*

B. Stephani natalis.

et ibidem pie coli. *Constantinus Ghinius, qui* Sanctum *quoque vocat, refert eum* 13 *Februarii, at ceteri jam citati, hoc die.*

2 *Cl. Robertus scribit interfuisse conventui ad Theodonis villam pro restitutione* Ludovici Pii 835, *citatque Baronium, in quo id non reperimus, nec omnino verum est, cum isthic* Aiulfus Archiepiscopus *ejus successor adfuerit. Nedum id verum esse queat, quod idem ait Robertus Concilio II Aquisgranensi anno* 836 *interfuisse. Chenu ait anno* 835 *Idibus Januarii obiisse, cum sedisset annis* 8, *temporibus* Gregorii IV *Papæ, qui a* 24 *Septemb.* 827 *ad finem fere* 843 *Ecclesiam gubernavit. Fuit, ut inquit Robertus,* ita modestus, ut uno Sacerdote et uno famulo contentus esset, illud in ore frequenter habens: Bona Ecclesiæ patrimonia esse pauperum. *Idem commemorat Saussaius.*

[illegible]tas.

modestia.

DE S. MARTYRIBUS CORDUBENSIBUS

GUMESINDO PRESB. ET SERVO-DEI MONACHO.

An. Ch. DCCCLII. XIII Januarii. Horum natalis.

Sanctorum Martyrum Gumesindi Presbyteri, *et* Servi-Dei monachi *natalem hocdie refert Martyrologium Romanum, Wion, Menardus, Dorganius; Ferrarius* 19 *Januarii, quo celebrari feruntur in Ecclesia Cordubensi, officio semiduplici, cum commemoratione* SS. *Marii et sociorum. Eorum martyrium describit S. Eulogius lib.* 2. *Memorialis SS. cap.* 9, *atque ex eo Antonius Yepes tom.* 4. *Franciscus Pisa in descriptione Toleti lib.* 3, *cap.* 7, *et fusius Martinus de Roa noster in historia SS. Cordubensium. Meminit eorum Mariana noster lib.* 7, *cap.* 15. *Baronius tom.* 10, *ad an.* 852, *num.* 11. *Marietta, Villegas, Ambrosius Morales. Monet vero Roa,* Gumesindi *nomen frequens esse inter Hispanos, vulgoque* Gomez *efferri; quod argumento est magnum adversus hunc sanctum Martyrem populi semper extitisse pietatem.*

Acta.

ACTA, AUCTORE S. EULOGIO.

S. Gumesindi patria

Sanctus Gumesindus Presbyter ex oppido Toletano olim cum utroque parente puer adhuc parvulus Cordubam veniens, votivo genitorum affectu, per sacrum clericatus ordinem cælesti adscriptus militiæ, apud basilicam *a* Sanctorum trium, qua *b* Faustus, Januarius et Martialis Martyres præsentialibus corporum suorum favillis quiescunt, pædagogorum educatione in Dei timore clarescit. Ubi post aliquod tempus in sancto Diaconii ministerio consecratus; demum cujusdam *c* Campaniæ Cordubensis Ecclesiæ Sacerdos adolescens præficitur. Inde ad urbem descendens, cum B. Servo-Dei monacho, qui tunc in supradicto *d* sanctuario adhuc juvenis cum Paulo Presbytero reclusus manebat, *e* Principibus et judicibus ambo assistentes, sub confessione ceterorum *f* occubuere, Idibus Januarii, Æra octingentesima nonagesima. Quorum corpora furtim a Christianis sublata, in *g* basilica S. Christophori Martyris, quæ est ultra amnem, in parte meridiana, religioso cultu extant recondita.

a b institutio. *c* sacerdotium, *d e f* utriusque martyrium. *g* sepultura

a *Ita vulgo tunc appellatam fuisse docet ex Ambrosio Morale Yepes, nunc* S. *Petri dicitur, ut tradit Roa.*

b *De his agemus* 13 *Oct. Coluntur alibi* 28 *Septemb. ut etiam Morales annotavit.*

c *Planities est ingens camporum, quos veteres a fertilitate laudarunt. Vulgo nunc* Campiña *dicitur, sive, ut Latine effert Morales,* Campenna.

d Sanctuarium *hic templum Sanctorum significat, ut observavit Morales.*

e *Hanc persecutionem moverunt* Abderrahmanus eo nomine secundus Cordubæ Rex, et Mahomad ejus filius. *Mariana.*

f *Plexi capite, ut habent plerique auctores Hispani.*

g *Monasterium hoc fuit ultra* Bætum *amnem. Roa aliique in campo, qui* Veritatis *dicitur, sepultos tradunt, ubi nunc cella est* S. *Jani, ut ex murorum ruinis aliisque indiciis conjicitur.*

DE S. EUTICIO ABBATE BALMÆ IN BURGUNDIA.

Seculo IX. XIII Januarii. Balmense monasterium.

Illustria duo in Vesontino Archiepiscopatu visuntur cœnobia, Balmæ *dicta: unum Virginum ad* Dubim *flumen, Vesontionem inter et* Montem Belicardum, *Palma aliis, Gallis* Baulme les Nonnains. *Inchoatum id fertur, quarto post Christum seculo, a S. Desiderato, perfectum ab ejus successore* S. Germano *Martyre, Vesontinis Episcopis; quorum hic* XI *Octob. ille* XXVII *Jul. colitur; at* XIII *Decemb.* S. *Othilia Virgo, quæ eo loco educata. Quibus diebus isthæc discutiemus. Alterum virorum est monasterium* Balmæ *in eadem superiore Burgundia, quod hodieque florere asserit Aubertus Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis, in elogio* S. *Bernonis, de quo mox.*

2 *Ludovicus Pius Imperator in quadam sanctione Aquisgrani anno Ch.* 817, *lata constituit, quæ regni sui monasteria* dona et militiam facere deberent, quæ sola dona sine militia, quæ nec dona nec militiam, sed solas orationes pro salute Imperatoris vel filiorum ejus, ac stabilitate imperii, *habita nimirum facultatum cujusque ratione. Porro secundæ classi monasterium* Balma, *ut satis opulentum, quod dona sine militia daret, accensetur. Septuaginta circiter lapsi dein sunt anni, quibus omnis vigor religionis* Balmæ *consenuit. Eam* S. Berno, *monachus antea Æduensis, tum Abbas Balmensis, denuo suscitavit, consuetudinibus* S. *Euticii, præscriptis, ut pluribus infra in vita* S. *Bernonis dicetur, ex MS. vita* S. Hugonis *monachi Æduensis, fidissimi ejus in restituenda Balmæ disciplina administri, de quo* XX *Aprilis. Joannes Italus Cluniacensis monachus lib.* 1, *vitæ* S. *Odonis Abbatis sui, quam* XIX *Novembris dabimus, scribit monasterium hoc in valle Balma* nuper a Bernone Abbate constructum; *imo instauratum, ut mox in hujus vita patebit.* Fuerunt autem *(addit Joannes)* institutores ejusdem loci imitatores cujusdam Patris Heuticii, cujus vitæ meritum conversationisque qualis fuerit, huic operi inserere nolui; obitum vero qualem meruerit vestræ memoriæ commendare curavi.

reformatum a B. Bernone, institutore B. Eutic.

3 Fuit isdem vir temporibus Ludovici Magni Imperatoris, carus videlicet Regi, omnibusque amabilis. Nam cum esset laicus, et peregrinis studiis eruditus, deserens ea, unde superbire solet humana fragilitas, totum se dedit beatorum Patrum regulis et institutionibus: ex quibus nempe auctoritatibus diversas consuetudines sumpsit, unoque volumine conligavit. Deinde non multo post monachus est effectus, et in tanto amore apud Regem habitus, ut intra palatium suum illi construeret monasterium. Decurso enim vitæ præsentis stadio, circumstantibus undique Fratribus, subito emisit spiritum. Contigit interea, dum a discipulis pii Patris pararentur obsequia; ecce rediit vivus, qui fuerat mortuus. Illis vero attonitis et mirantibus dixit Pater Heuticius: Deo gratias. Scitis quia ex his quadraginta annis unum tantum diem non memini me cibum sumpsisse, nisi prius flevissem: hodie namque sublato mœrore, consolatus est me Dominus, et inter choros Angelorum tribuit mihi requietionis locum. Dicens hæc quievit perpetue. Ipse enim Pater Heuticius institutor fuit harum consuetudinum, quæ hactenus in nostris monasteriis habentur. Quas vir venerabilis Adhegrinus intuens, quantocyus Patri nostro Odoni curavit nuntiare. At ille sumptis secum centum voluminibus librorum, mox ad idem demigravit monasterium.

B. Euticii vita monastica, scripta, mors, pœnitentia, gloria

4 *Hoc unicum de vita* S. *Euticii superest solidum atque antiquum monumentum. Descripserunt id plerique qui ejus meminerunt: Vincentius lib.* 24, *speculi historialis, cap.* 55 *et* 59. *D. Antoninus par.* 2, *tit.* 15, *cap.* 16 *et alii recentiores. Franciscus de Rivo in Chronico Cluniacensi, jussu Jacobi de Ambasia Abbatis sui, qui ab anno* 1485, *ad* 1510, *præfuit, conscripto, hæc addit; dubites an alibi lecta, an potius e citatis verbis deducta.*

Ex variis. An fuerit Abbas Balmensis.

deducta : Berno, *inquit*, vigorem disciplinæ, quem a S. Euticio loci Balmensis cœnobii fundatore susceperat, successor virtutis illius egregie sequebatur. *Eadem planius exponit Arnoldus Wion in Appendice ad Martyrologium monasticum, quod diem ejus natalem ignorarit* : S. Euticius, *ait*, fundator monasterii Balmensis, ibidemque Abbas primus, nec non et S. Bernoni primi Cluniacensis Abbatis in monasticis disciplinis institutor *etc. Sequuntur Possevinus noster in Apparatu sacro; Claud. Robertus in Gallia Christiana, in* Balma *et* Cluniaco *num.* 1, *Andreas du Chesne in Notis ad vitam* S. Odonis, *Saussaius in appendice Sanctorum quorum sibi ignotos natales fatetur, cum tamen antea illum* XIII *Januarii retulerit* ; *sed quem in appendice* Sanctum *vocat, isthic* Piis *seu* Beatis *tantum adscribit; Miræum secutus, qui in Fastis cum* XIII *Januarii* B. Bernonem *celebrasset, adjungit* B. Euticium, *quem etiam* Balmæ fundatorem *existimat, non tamen* Gigniaci *et* Æthicensis cœnobii, *quod a Saussaio non satis perpensum. Menardus* XIV *Januarii* : In Burgundia S. Euticii Abbatis. *Lib.* 1, *observationum addit* Abbatem eum primum Balmensem scribi in vita S. Hugonis Augustodunensis, *in qua nulla penitus* S. Euticii *mentio. Antonius Yepes tom.* 4, *Chronic. Bened. ad an.* 910. Euticium *perpetuo* Sanctum *appellat.*

Nomen ejus in sacris Fastis.

Consuetudines S. Euticii, Balmæ servatæ.

5 *Consuetudines nonnullæ referuntur a Joanne Italo in vita* S. Odonis, *quas hic addimus, quod in iis* S. Euticius *agnosci videatur, sintque earum nonnullæ etiam cælestibus prodigiis confirmatæ, ut ex eadem* S. Odonis *vita liquet*. Mos, *inquit*, ejusdem loci fuerat ut Magister scholæ solus cum solo puero, nec quoquam iret, saltim nec ad naturæ digestionem. Sed nec solus puer secretius illi loqui præsumeret, sed propter bonum testimonium, alium e pueris, aut unum ex fratribus in comitatu vel locutione semper assumeret. Si autem nox foret, vel casu accidente puer peteret, sine lucernæ lumine et alio fratre extra dormitorium pedem non auderet protendere. Tempore vero refectionis, numquam deerat lectio utrisque mensis. Micas vero quæ ex sectione panum fiebant unusquisque ante se diligenter recolligens, priusquam lectio finiretur, cum gratiarum actione sumebant. Finita itaque lectione, nec eas, nec cibum alium ultra sumere aliquis audebat. Has autem micas sacratiores aliis cibis esse fatebantur.

Cura boni testimonii.

Micarum collectio.

6 Est et alius inter eos taciturnitatis modus. In incompetentibus namque horis nemo intra claustra ejusdem monasterii audebat loqui, nec se cum alio fratre jungere. Quando vero duodecim celebrantur lectiones, nullus intra prædicta claustra, præter ad Capitulum sequenti die audet loqui. Octava enim die Natalis Domini et ejus Resurrectionis summum silentium noctu dieque fiebat in illis. Brevissimum quippe istud, illuc significare fatebatur æternum silentium. Nam quoties necessitas ad exposcendum res instabat, toties diversa signa invicem fiebant, ad perficienda quæ vellent, quas puto Grammatici digitorum et oculorum notas vocare voluerunt. Adeo nempe inter eos excreverat ordo iste, ut, puto, si sine officio linguæ essent, ad omnia necessaria significanda sufficere possent signa ipsa.

Ratio silentii.

7 At vero inter cotidianos dies et reliquas octavas Sanctorum talis discretio tenebatur. Etenim in cotidianis diebus inter diei noctisque cursus, centum triginta octo canebant psalmos; ex quibus quatuordecim nos dempsimus propter pusillorum animos, * exceptas peculiares orationes, quas nostri hactenus frequentant fratres, quæ videlicet modum psalterii videntur excedere. Similiter duabus missis, identidem litaniis. Per singulas vero horas Canonicas, bis flectebant genua. In octavis, quas diximus, septuaginta quinque tantum canebant psalmos inter prædictos cursus, et semel flectebant genua, et bis reficiebant. Sunt namque alia quamplurima, quæ arbitror propter fastidiosos lectores huic operi digne esse parcenda.

Modus divini officii.

* *forte* et certas

VITA B. BERNONIS PRIMI ABBATIS CLUNIACENSIS.

§ I. B. Bernonis *genus, institutio monastica, præfectura Balmensis.*

Anno CMXXVII. XIII Januarii.

Quo *genere, quibusve parentibus* B. Berno *sit ortus, haudquaquam exploratum est. Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundiæ cap.* 12, Brunonem *appellat*, et filium Chilperici Regis, qui in præcipitiis Juræ montis avisque rupibus toto orbe celeberrimum cœnobium inchoavit absolvitque in honorem Ovandi et Lupicini. *Immane quanta hæc rerum temporumque confusio. Cœnobium hoc construxerunt SS.* Romanus *et* Lupicinus, *quibus successit* S. Eugendus, *vulgo* S. Ovant, *et Paradino* Ovantius. *Hujus vitam dedimus* I *Januarii, illorum dabimus* XXVIII *Februarii. His* Chilpericus *Rex necessaria monachis sustentandis alimenta de fisco præberi jussit. Sedem is habuit* Janubæ, *quæ posteris* Geneva *dicta est. Rex ipse Burgundionum circiter annum Chr.* 460, *ut pluribus alibi ostendemus. Francorum Regem alii hunc* Chilpericum *dixerunt, et seculo integro juniorem. Ita sentit Baronius tomo* 7 *Annal. Eccles. anno* 579, *num.* 30, *et in Notis ad* XXVIII *Februarii, ubi eum circiter annum Domini* 565, *asserit regnasse. A neutro horum potuisse* S. Bernonem *seculo nono progigni, nemo non videt.*

Paradini de B. Bernonis patre opinio refutata.

2 *Gulielmus Gollutus lib.* 4, *rerum Burgundicarum cap.* 16, *et alibi* S. Bernonem *natum scribit matre* Iva Burgundiæ Comitissa, *quæ plurimum in dotando cœnobio Cluniacensi Willelmum Aquitaniæ Ducem juverit. Hæc* Iva *eadem est quæ aliis* Eva, Ava, Avia, Avana, Anna, Alba, *et* Albana *dicitur, uxor* Warini, *sive* Guerini, *Comitis Matisconensis, et Cabilonensis, ut auctor est Andreas du Chesne in Bibliotheca Cluniacensi, Notationibus ad testamentum* Willelmi, *et l.* 1 *Vergiacorum par.* 2, *c.* 1, *ubi hos conjuges illustris Vergiacæ familiæ primos progenitores statuit. Aubertus Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis hoc* XIII *Januarii* Avam *dicit* Guilielmi Ducis conjugem. *Verum Ingelberga ei conjux fuit, ut ipse testatur in suo Testamento Willelmus.* Avam *hanc, seu* Ivam, *aut* Avanam *conjicit du Chesne, Willelmi aviam maternam fuisse, quæ præter Theodoricum Comitem Matisconensem genuerit Ermengardem, dein nuptam Bernardo Comiti Bituricensi et Arvernensi, ac Marchioni Nivernensi, quem* Willelmi patrem *scribit lib.* 1, *vitæ S. Geraldi Comitis Aureliacensis S. Odo, ipsi* Willelmo admodum carus, *ut testis est Joannes Italus Odonis discipulus in ejus vita. Baronius tomo* 10, *Annal. Eccles. an.* 912, *num.* 18, *ait* Bernonem *fundasse ex bonis* aviæ suæ Comitissæ Cluniacense cœnobium, *et Sigebertum citat*, *perperam; quod Sigeberti Chronico ad annum Ch.* 895, *adscripserit interpolator quispiam*, ex dono Avæ Comitissæ constructum Cluniacum. *An forte simili occasione lapsus Gollutus,* Ivam *hanc, seu* Avam, Bernonis matrem *dixit?*

Item Golluti de matre.

Baronii de avia.

3 *Alii denique parentum nomina non exprimunt, tamen genere illustres fuisse asserunt. Nam* ex quadam Comitum clarissima familia natus *dicitur in Chronico Chronicorum an. Ch.* 1493, *excuso, et in supplemento Jac. Philippi Bergomatis.* Ex Comite in monachus *Baronio supra, et Boucheto par.* 3 *Annal. Aquitaniæ cap.* 1, *qui* Brenonem *pro* Brunonem *vocat.* Ex Comite Abbas *Chronico Sigeberti supra, Chronico Lemovicensi ad an. Ch.* 890. *Vincentio lib.* 26, *cap.* 53, *S. Antonino par.* 2, *tit.* 15, *cap.* 16. *Trithemio in Chronico Hirsaugiensi ad an.* 892, *et aliis. Bouchetus* ex Belgica

Bernonis genus

patria

gica *vult* oriundum, *alii patria* Burgundum, *aut* in Burgundia claruisse. E Comitibus Burgundiæ Abbatem *nuncupant Franciscus de Rivo in Chronico Cluniacensi, Arnoldus Wion in Notationibus ad* XIII *Januarii, Miræus, et alii. Wernerus Rolewinck in fasciculo temporum* Willelmum Comitem Burgundiæ, *et* Bernonem Ducem Aquitaniæ *scripsit; præpostere. Hæc de Bernonis genere et patria, cetera deinceps certiora.*

4 *Fidissimus* Bernoni *vitæ monasticæ in S. Martini cœnobio socius* S. Hugo *fuit, cujus vitam 20 Aprilis dabimus. Id porro cœnobium Augustoduni a Brunechilde Regina, Sigeberti Francorum in Austrasia Regis uxore, de consilio* S. Siagrii *Episcopi Æduensis fundatum scribit Aimoinus lib. 4 de gestis Franc. cap.* 1. *Verum incursione Normannorum eversum, a Badilone Comite, annuente Carolo Calvo, est restauratum, ipseque isthic Badillo cum nepote Badilone deinde monachus fuit. Ne tamen a solis tironibus inhabitaretur, monasterium S. Savini viros numero decem et octo, eosque monachorum religiosissimos e Diœcesi Pictavensi submisit. Inter hos præ ceteris vitæ sanctitate eximii, nominantur S. Hugo, Oddo mitissimus, et humillimus, Joannes. Abbas constitutus Arnulphus, sub quo* fama bonorum operum loci ipsius in longinquum propagante, multi relinquentes mundi hujus vanitates et pompas, iter mandatorum vitæ perpetuæ arripientes ibidem convertebantur. *Hæc pluribus in vita* S. Hugonis. *Aderat isthac quoque jam tum monachus* Berno; *sed qua occasione a Deo vocatus non exprimitur. Tam inflammato certe studio in virtutem incumbebat, ea religiosæ prudentiæ opinione, ut dignus judicaretur qui aliis, et quidem solutiorem agentibus vitam, monachis præesset.* Tunc igitur, *inquit Auctor,* per diversa terrarum, procul et in vicinis cœnobiis, humiliter exposcentes, rogabant sibi dari ad regimen suorum, correctionemque morum, de personis monachorum ejusdem monasterii, quod utique noverant cunctis excellere in religionis sanctitate. Balmense igitur cœnobium erat tunc temporis omni regulari districtione destitutum, ad cujus regimen invitati, communi consilio delegerunt prætaxati Christi tirones unum, ex sui vigoris regularis tenore acerrimum, ac sanctitate præditum, nomine Bernonem, qui, ut rerum exitus perdocuit, divinitus electus extitit. Qui Abbas constitutus in præfati cœnobii regimine, semper quæ Dei sunt præ oculis habens, magis animarum lucris quam rebus transitoriis insistens, multiplicem in brevi ovilis Christi coadunavit gregem. Cui etiam more solito ut in ceteris Domnus Hugo per omnia fidissimus adjutor extitit, qui creditum sibi talentum a Domino, ut epibata sagacissimus, amplificare studebat. *Hæc ille.* Balma *jam ante inter locupletiora monasteria censebatur, ut in* B. Euticii *vita diximus.*

religiosa vita Augustoduni,

Balmensis præfectura.

§ II. *Restituta Balmæ disciplina.*

E*a Balmense cœnobium caritate et industria complexus est* Berno, *tandem ei ornatus splendorisque addidit, ut etiam haud multis ab obitu ejus annis, illius Fundator sit habitus. Nam Joannes Italus lib. 1 vitæ S. Odonis, de* Balma *ita scribit:* Placuit Adhegrino, *socio S. Odonis,* Romam pergere. Arrepto tandem eundi itinere devenit in finibus Burgundiæ, pervenitque in quamdam vallem, quæ Balma dicebatur ex nomine. In ea namque erat monasterium nuper a Bernone Abbate constructum, divertitque illuc et ab eo officiosissime secundum regulam S. Benedicti, intra domum hospitum est susceptus: ibique more hospitis aliquo tempore commorari voluit, non tamen ut aliquo eorum indigeret, sed ut mores habitantium locique consuetudines posset cognoscere. Fuerunt autem institutores ejusdem loci imitatores cujusdam Patris Heuticii.

S. Odonem in illud cœnobium suscipit

6 Balmæ *fundatorem fuisse* B. Eutricium, *subque eo* Bernonem *monachicum institutum arripuisse scribunt recentiores, de Rivo, Wion, et alii supra citati, his solum nixi Joannis Itali verbis jam relatis. Fortassis de consilio* S. Euticii, *si non ita pridem obierat, aut vitam monasticam Augustoduni auspicatus est* Berno, *aut* Balma *illuc, sanctiori disciplina excitus, migravit; postmodum vel ideo Balmensibus Abbas datus. Abunde tamen ejus imitator factus dicetur, si quas ille ex diversis sanctorum Patrum regulis et institutionibus uno volumine collegerat consuetudines, eas ipse Balmensibus præscribens, ad pristinum illos excitarit studium virtutis.*

Ex variis. Quomodo S. Euticii imitator

7 *Quas dum id molitur perruperit difficultates, idem Joannes, S. Odonis patientiam expositurus, his verbis describit:* Erant, *inquit,* in eodem cœnobio Balmensi quidam Fratres, quorum vitam moresque reperietis in sequenti narratione. Ii audientes, quod domnus Odo conversationis gratia illuc advenisset, fingunt se interrogare. Itaque cum ab eo de hoc quod sciscitabantur, responsum accepissent, aiunt dicentes: Omnes nos quærimus hanc congregationem fugere, ut possimus animas nostras salvas facere, et tu e contra tuam hic velis perdere? Quibus cum respondisset, quare hoc dicerent; rursum adjiciunt: Nostis consuetudinem Bernonis Abbatis: At ille: Nusquam, inquit. Et ille: Heu, heu! si scietis quam dure scit ille monachum tractare! Correptionem vero suam sequuntur verbera, et rursus quos verberat, compedibus ligat, domat carcere, compedibus affligit, jejuniis atterit. Et hæc omnia perpessus, nec sic suam potest miser impetrare gratiam. Hæc audiens domnus Odo, pedetentim titubare de ingressu cœpit. Quem prædictus intuens Adhegrinus, mox prosiliens inquit in medium: Odo Pater noli trepidare, ista verba non sunt sanctis, sed administrantis; animadverte, et quia per eorum ora diabolus loquitur inde. Mox illi confusi, retrorsum redeunt. Pater namque Odo cum Adhegrino collega suo ad suavissimum Christi jugum colla submittunt.

Quidam eum detrahunt, et Odonem tentant

8 *Domnus vero* Adhegrinus, *ut ibidem dicitur,* in unam se coarctavit cellulam, et permittente Bernone Abbate per triennium mansit in ea: nam P. Odoni, qui erat vir scholasticus, laboriosum scholæ imposuerunt magisterium. *Quo in officio consuetudines monasterii, quas in vita* S. Euticii *dedimus, visus a nonnullis non observasse,* in Capitulo vehementer increpatur. *Imo* Abbas suus Berno volens probare adhuc patientiam ejus, fingit se irasci, et protulit sententiam excommunicatione connexam, ut illa die ei ultra veniam non peteret. Ille autem abiens, provolutus Fratrum pedibus rogat ut eant et vice sua eidem Abbati veniam petant. Quod et factum est. Tandem admirans Berno Abbas tantam in juvene constantiæ patientiam, mox eum convocat, et more Regulæ ipsam commotionem benedictione sanat, atque posthinc carior factus est illi; *maxime post hoc miraculum, quod* S. Odo *de se quasi de alio solebat narrare.*

Odonis patientiam probat

9 Erat quidam, *inquiebat,* in eadem congregatione sub S. Bernone Frater tali usus consuetudine; nam cum sederet ad mensam totam mentem suam lectione præoccupabat. Die quadam contigit, ut collectis ex more micis, priusquam eas sumeret, præfatus Abbas lectioni finem imponeret. Sed ille quid ageret prorsus ignorabat: nam eas post finitam lectionem non audebat comedere, nec dimittere, ne casu perirent. Clauso vero pugillo dignum esse censuit, cum post Versum ab ecclesia essent regressi, reservandas fore Patri monasterii. Factumque est ut ab oratorio sunt regressi, mox se pedibus prostravit Patris. Qui cum interrogaretur, cur veniam peteret, et ille quod factum fuerat, patula manu vellet ostendere, omnes prædictæ micæ in margaritarum speciem sunt conversæ. Glorificantes igitur Dominum, mirabiliter stupefacti sunt. Deinde præcepto Patris in quoddam ornamentum ipsius Ecclesiæ intentæ sunt.

Odonis obedientia, atque erga Bernonem reverentia, miraculo illustrata

10 Accepta

Ex variis.

Utriusque zelus animarum

10 Accepta *deinde a S. Bernone* licentia *parentes invisit : in reditu adducit Virginem, quæ ad nuptias invita erat cogenda. Cum Berno ea, quæ de Virgine gesserat, audisset*, turbato aspectu, cur sine licentia hæc agere præsumpsisset, graviter eum cœpit increpare. Mox ille in terram proruit, ejusque pedibus provolutus veniam precabatur. Post hæc Patris jussu a terra elevatus, post reiterata interrogatione respondit, dicens : Domine Pater, ex quo me miserum suscipere es dignatus, in quantam considerare valui, numquam tibi aliud curæ fuit, nisi de animabus lucrandis. Nam ceteri Abbates hoc student, qualiter rebus possint abundare, et hominibus placere. Tu vero pietate misericordiaque fretus soli Deo placere satagis, propter lucrum animarum. Qua de re imitator tuus desideravi esse, idcirco hanc Virginem volui lucrari ad laudem tui nominis. Quamvis enim me etiam tarde vincerent ipsius lacrymæ, non sum tamen oblitus tuam increpationem, quam certissime sciebam me non posse evadere. Sed malui potius pii Patris flagello cædi, quam reus pro ejus anima inveniri. Et utinam omnes mulieres in hac provincia commorantes, quæ carnali vinculo retinentur, potuissem lucrifacere, et tu me per singulas debuisses piissimo tuo more flagellare. His et similibus verbis Patris commotionem delinivit, sed tamen talem obedientiam ei protinus injunxit : Vade, et quemadmodum scisti eam de seculo eruere, ita scias quotidie alere ac sanctis monitis instruere, donec intra paucos dies etiam ne pœniteat aliquando, et revertatur suadente diabolo ad seculum. Cœpitque posthæc Pater Odo per singulos dies cibum ei portare, et Patrum præcedentium exemplis eam instruere, donec intra paucos dies eam ad quoddam monasterium duceret, ac sacris Virginibus sociaret, *ubi sancte narratur obiisse.*

§ III. *Cluniaci laus, situs, origo.*

A*uctor vitæ S. Hugonis Æduensis*, Hoc denique, *ait*, cœnobio, *Balmensi*, domi forisque diversis bonorum copiis referto, plurima ad ipsius exemplum per eosdem viros, *S. Bernonem et S. Hugonem*, aut noviter fundata, seu in melius reformata claruere monasteria. *Tum* Cluniaci *origines describit. Cujus cœnobii, atque ex eo in varias orbis plagas propagatæ Cluniacensis congregationis mirificas e variis Pontificum diplomatis, ac Sanctorum scriptis, laudes congerit Cl. Robertus, ut quod* a mari ad mare uberes fructus honestatis produxisse *asseratur quod* Paradisus *appelletur*, quatuor fluentis Evangeliorum irriguus, et spiritualis campus, in quo cælum et terra congreditur, *quod comparetur* fonti aquæ vivæ, qui veræ religionis pietate ad se venientes, et mihi Deo servientes, plenissime abluit : *quod dicatur* speculum religionis monasticæ, Forma multis provinciis religionis, Commune pietatis asylum, Nobilius regni Francici membrum, Curia, in qua Deo sacra resultant præconia, Lavacrum animarum; Hortus Dei; Ordo in quo Deus posuit mysterium reconciliationis, et negotium salutis, Urbs fortitudinis, de qua egrediuntur millia per Episcopatus, per Abbatias, per regna et Principum coronas. *Quod inde quatuor prodierint Pontifices Maximi, et pene innumeri Antistites, quod denique amplius bis mille cœnobiis caput extiterit. Consule ipsum Robertum, ac Wionem in Ligno vitæ.*

Cluniaci præconia

12 *Situm esse hoc monasterium scribit Glaber lib.* 3, *cap.* 5, in pago Matisconensi super Graunam fluvium, *alias Gronam, qui inde, teste Papyrio Massone*, versus Septentrionem fluere perseverans, quarta parte leucæ a Cabillono influit in Ararim. *Fuit vero ea monasterii atque ecclesiæ ejus amplitudo, ut ex MS. quodam Chronico tradat idem Robertus, isthic hospitio exceptum* Innocentium *Papam cum* 12, *Cardinalibus* 2, *Patriarchis, Archiepiscopis tribus* 15, *Episcopis, cum adessent simul Constantinopolitanus Imperator, Rex Franciæ cum matre, sorore, et fratre Comite Artesiæ, filius Regis Castellæ, et filius Regis Aragoniæ, Dux Burgundiæ, Comites sex, et multi alii Principes et Barones, cum infinita militum multitudine : nec tamen monachos unquam caruisse dormitorio, refectorio, monasterio, Capitulo, Infirmario, cellerario, coquina. Degere in eo monachi circiter ducenti sexaginta consueverunt, ut ex bibliotheca Cluniac. liquet. Certe in choro templi sedilia monachorum visuntur ducenta viginti. Templi regificum ornatum describit Paradinus. Nos, his omissis, præcipuum illud decus spectamus, tot conspicuos sanctimonia Antistites ac monachos, quorum pridem et populi Christiani pietate et Romanæ Ecclesiæ auctoritate consecrata memoria est. Saussaius circiter quadraginta Martyrologio Gallicano inseruit. Nos Kalend. Januariis celebravimus* S. Odilonem *sextum Abbatem, hoc* XIII. B. Bernonem *omnium parentem colimus, alios suo quemque die producturi.*

Situs.

sancti Abbates

13 *Jacobus Severtius lib. de Episcopis Matisconensibus observat ex Bugnonio*, Leduardum XIII, *Matisconensem Episcopum a* Carolo Magno *(cujus Archicancellarium ex ipsis regiis litteris vocat) Cluniacum, sive fundum, in quo postea conditum est cœnobium, velut in augmentum dotis Ecclesiæ Cathedralis* S. Vincentii *accepisse*. Leduardo *an. Ch.* 793 *defuncto, successores eam possessionem tenuisse usque ad* Hildebaldum XVIII, *ejusdem Sedis Pontificem. Hic villam Cluniacum, aliis quibusdam possessionibus et bonis in pago Nivernensi atque Arvernico sitis permutans.* Warino *Matisconensi Comiti et* Avanæ *ejus conjugi transscripsit. Ludovicus Pius Imperator anno Imperii sui* XII *permutationem suo diplomate confirmavit, quod integrum refert du Chesne. Mortuo deinde* Warino, Avana *quidquid in* Cluniaco *possidebat* Willelmo *Aquitanorum Duci testamentario jure concessit, ut mox in hujus testamento dicetur. Hinc fortassis, Bugnonius, Paradinus, Sanjulianus, Severtius aliique monasterium Cluniacense a* Warino *ante constructum, a* Willelmo *fuisse reparatum existimarunt.*

Cujus autem possessio fuerit

§ IV. *Diploma Willelmi Ducis de construendo Cluniaco.*

S*uperest etiamnum* Willelmi *Ducis diploma*, (testamentum *vocat, ut ea passim ætate) de cœnobio Cluniacensi construendo conscriptum anno* Caroli Simplicis 11, *Christi* 910, *Indictione* 13. *Aliquam ejus partem ex bibliotheca Cluniacensi, in qua integrum legitur, hic damus*

Omnibus in unitate fidei viventibus, Christique misericordiam postulantibus, qui sibi successuri sunt, et usque ad seculi consummationem victuri, notum sit, quod ob amorem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, res juris mei sanctis Apostolis, Petro videlicet et Paulo, de propria trado * dominatione, Cluniacum scilicet, quæ sita est super fluvium qui Grauna vocatur, cum cortile et manso indominicato, et capella quæ est in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ et S. Petri Apostolorum Principis, cum omnibus rebus ad ipsam villam pertinentibus : villis siquidem, capellis, mancipiis utriusque sexus, vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, farinariis exitibus et regressibus, cultum et incultum cum omni integritate. Quæ etiam res sunt sitæ in Comitatu Matisconense vel circa, suis unaquaque terminis conclusæ.

forte dominatione

Willelmus quæ donat

15 Dono autem hæc omnia jam dictis Apostolis ego Willelmus et uxor mea Ingelberga, primum pro amore Dei, deinde pro anima senioris mei Odonis Regis, progenitoris ac genitricis meæ, pro me et uxore mea, salute scilicet animarum nostrarum et corporum, pro Avanæ nihilominus, quæ mihi easdem res testamentario jure concessit, pro animabus quoque fratrum ac sororum nostrarum, nepotumque atque omnium utriusque sexus propinquorum, pro

In quorum [illegible]

fidelibus

fidelibus nostris qui nostro servitio adhærent, pro statu etiam ac integritate Catholicæ religionis. Postremo vero sicut omnes Christiani unius compage caritatis ac fidei tenemur, ita pro cunctis præteritorum scilicet, præsentium, sive futurorum temporum Orthodoxis, hæc donatio fiat. Eo siquidem dono tenore, ut in Cluniaco in honore sanctorum Apostolorum Petri et Pauli monasterium regulare construatur, ibique monachi juxta regulam B. Benedicti viventes congregentur, qui ipsas res perenni tempore possideant, teneant, habeant, atque ordinent. Ita dumtaxat, ut ibi venerabile orationis domicilium votis ac supplicationibus fideliter frequentetur, * conversioque cælestis omni desiderio, et ardore intimo perquiratur et expetatur : sedulæ quoque orationes, postulationes, atque obsecrationes Domino dirigantur, tam pro me, quam pro omnibus, sicut eorum memoria superius digesta est.

** conversatioque.*

Qui præcipue admittendi.

16 Præcipimus siquidem, ut maxime illis sit hæc nostra donatio ad perpetuum refugium, qui pauperes de seculo egressi, nihil secum præter bonam voluntatem attulerint, ut nostrum supplementum fiat abundantia illorum. Sint ipsi monachi cum omnibus præscriptis rebus sub potestate et dominatione Bernonis Abbatis, qui quamdiu vixerit secundum suum scire et posse eis regulariter præsideat. Post decessum vero ejus habeant iidem monachi potestatem et licentiam quemcumque sui ordinis, secundum placitum Dei, atque regulam S. Benedicti * promultam eligere maluerint Abbatem atque Rectorem; ita ut nec nostra, nec alicujus potestatis contradictione contra religiosam dumtaxat electionem impediantur. Per quinquennium autem Romæ ad limina Apostolorum ad luminaria ipsorum * concinnanda decem solidos præfati monachi persolvant, habeantque tuitionem ipsorum Apostolorum atque Romanum Pontificem defensorem, et ipsi monachi corde et animo pleno prælibatum locum pro posse et nosse suo ædificent. Volumus etiam ut nostris, successorumque nostrorum temporibus, prout opportunitas atque possibilitas ejusdem loci se dederit, quotidie opera misericordiæ pauperibus indigentibus, advenis, peregrinantibus, summa intentione exhibeantur. etc.....

Abbatis libera electio.

** promulgatam.*

** continuanda.*

Opera misericordiæ.

Subscriptiones.

17 Actum Bituricæ civitatis publice. Willelmus Ego hanc auctoritatem fieri et firmari rogavi, ac manu propria roboravi. Sigillum Ingelberge uxoris ejus. Sigillum Madalberti peccatoris Bituricensis Archiepiscopi. Signum Adalardi Episcopi Claromontani, *aliorumque triginta novem illustrium virorum. Clausula demum hæc additur :* Anno undecimo regnante Carolo Rege, Indictione XIII, Ego Oddo Levita ad vicem Cancellarii scripsi et subscripsi.

Papæ commissum id monasterium.

18 *Ordericus Vitalis lib. 11, historiæ sui temporis de Wilhelmo hæc scribit, quæ et du Chesne in Bibliotheca Cluniacensi ex eo recitat :* Ratum est, et chartis insertum legentibus liquido patescit, quod G. Aquitanicus Cluniacense cœnobium in allodio suo construxit, et illud Romam pergens, Romano Pontifici devotissime commisit. Nec id frustra fieri voluit : nam ipse tunc XII aureos Papæ obtulit, et exinde totidem singulis annis dari decrevit, *etc.*

§ V. *Cluniacence cœnobium construitur.*

Bernonis hospitalitas.

Auctor vitæ *S. Hugonis Æduensis ita Cluniacum constructum commemorat* Erat igitur, *inquit*, tunc temporis Guillelmus Arvernorum Dux et Aquitanorum primorum Celticæ provinciæ liberalissimus : cujus familiares milites sæpius ipsum Balmensem frequentabant locum, qui a præfato Abbate, nec non et a Fratribus ejusdem loci affectuose excipiebantur. At ipsi revertentes ad Dominum suum, quidquid boni vel honestatis ibidem conspexerant, oppido diligenter illi referebant. At ille, ut erat vir omni bonitate conspicuus, cœpit mente tractare, si quo modo valeret reperire locum hujusmodi religionis usibus congruum. Qui protinus mittens ad virum Dei Bernonem, mandavit illi ut ad se quantocyus deveniret. Ipse vero illico occurrens ei devenit ad eum in locum revera a Deo bonorum omnium largitore præelectum, atque æternæ saluti prædestinatum, cognomento Cluniacum : ad quem cum venisset, habens secum clarissimum Hugonem, cujus consultu universa agebat.

Ex variis.

Occasio struendi Cluniaci.

20 Statim vero jam dictus Princeps dum suscepisset eos sommo cum amore, patefecit eis suæ mentis desiderium, de constructione videlicet cœnobii, quod optabat, explere si divinitas annueret illi. Qui dum circumquaque loca circumstantia perspicaciter intuiti fuissent nullum ad hujusmodi congruentiam tam habilem repererunt locum, sicut Cluniacum. Sed cum diceret isdem Dux propter infestationem canum venatoriæ industriæ, quæ ibidem semper morabatur, fieri non posse; fertur Abbas facete ac jucunde, ut erat vir prudentissimus, tale eidem Duci dedisse responsum : Tolle, inquiens, canes exinde, et immitte monachos. Tu enim ipse bene nosti quod præmium restet tibi canum a Domino, vel quæ merces monachorum. At ipse cum summa exultatione gaudens, suscepit verba viri Dei, et ait : Saniore, Pater, prudenter es usus consilio, et sine fictionis fuco : nunc quoque fiat cooperante Christo, ut tua hortatur benignitas.

21. Denique protinus cœptum opus est, atque in brevi perfectum, et tunc in honore Principis Apostolorum Petri consecratum. Perparva tamen primitus Fratrum conciola in eodem est constituta loco, quoniam isdem Princeps dominium in promptu non habebat, quod daret. Sed quam ingens copiosaque seges ex illo paucissimo semine procedens excrevit, soli Deo notum constat, non cuipiam mortalium hominum optimam tamen loci famam inclyte norunt.

Tenuia initia.

Belgicus, et Celtes, Aquitanus, Wester, et Auster.

Hæc auctor æqualis S. Odilonis *Abbatis, cui Glaber quoque coævus subscribit lib. 3, hist. Franc. cap.* 5. Ad ultimum quoque, *inquit*, prædicta videlicet institutio (*ordinis S. Benedicti*) jam pene defessa, auctore Deo, elegit sibi sapientiæ sedem, vires collectura ac fructificatura germine multiplici, in monasterio scilicet cognomento Cluniaco, quod etiam ex situ ejusdem loci adclivo, atque humili tale sortitum est nomen : vel etiam, quod aptius illi congruit, a cluendo dictum; quoniam cluere, crescere dicimus : insigne quippe incrementum diversorum donorum a sui principio in dies locus idem obtinuit. Construxit igitur prædictum cœnobium primitus Pater monachorum * Balinensis monasterii Berno vocatus, jubente Willermo piissimo Aquitanorum Duce, in pago Matisconense, super Graonam fluviolum. Quod etiam cœnobium in primo non amplius, quam quindecim terræ colonias, dicitur in dotem accepisse, Fratres tamen duodecim numero inibi memorantur convenisse. Ex quorum veluti optimo semine multiplicata stirpe Domini exercituum innumerabilis magnam cognoscitur replesse. Qui quoniam his, quæ Dei sunt, videlicet justitiæ, et pietatis operibus incessanter adhæserunt, idcirco bonis omnibus repleri meruerunt, insuperque futuris mirabile reliquerunt exemplum. Nam post præfatum Bernonem suscepit regiminis curam sapientissimus Abbas Odo.

Unde nomen.

** Balmensis*

Incrementa.

22 *Ipse etiam Odilo in vita S. Majoli decessoris sui, Cluniaci tum exordia tum incrementa* B. Bernoni *attribuit :* Favente, *inquit*, Willelmo Christianissimo Aquitanorum Principe, beatæ memoriæ Abbas, Berno nomine, in partibus Burgundiæ cespite Matiscensi, pago qui vocatur Cluniacus, monasterium cœpit construere, et in quantum potuit in eadem constructione elaborare studuit, et piæ devotionis affectum laborioso certamine ad laudabilem perduxit effectum. Hujus enim merito et exemplo plures tranquillum portum monasterii requirentes, convertuntur de seculo.

Bernonis exemplo et merito.

Ex variis.

23 B. Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis IX, Epist. 17, lib. 6, S. Odonem dicit primum Cluniacensis ordinis Patrem. Eumdem Sigebertus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis et in Chronico ad an. Ch. 937. Rolevinckius in fasciculo temporum ad an. 914. Trithemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, et alii, appellant primum Abbatem Cluniacensem. Quia nimirum Odo quod Berno inchoarat, perfecit, et quam plurima Benedictini ordinis cœnobia ad Cluniaci normam pristinamque disciplinam revocavit. In Chronologia Abbatum Cluniacensium dicitur Anno Incarnationis Dominicæ 910, Willelmus Dux Aquitanorum venerando Petro Pauloque venerandum Cluniaco construxisse monasterium, ibique sanctiss. Bernonem ordinasse Abbatem, qui, ut Deus dedit et ipse potuit, congregationem sibi commissam quoad vixit satis strenue rexit, regnante Carolo Rege. Et mox: idem Pater Berno ordinatur a S. Gedeone Archiepiscopo Besontionensi. Eadem referuntur in Chronico Francisci de Rivo.

Idem primus Abbas, non S. Odo.

24 Sed quod de S. Gedeone dicitur, minus expeditum videtur. Nam unicus fuit, et Bernone multo antiquior, Gedeon, qui Autberto Miræo VII Aug. in Fastis Belgicis et Burgundicis, Chiffletio in Vesontione, Cl. Roberto in Gallia Christiana dicitur XXXVI Vesontionensium Antistes, et sedisse anno Ch. 773, tempore Caroli Magni. Et successit Bernuinus, a quo simili errore dicitur in citatis Chronicis S. Odo ordinatus. E vetustis Vesontinorum monumentis constare docet Chiffletius, hunc Constantini VI, Romanorum Imperatoris auxilium ad Ecclesiæ inopiam relevandam coram implorasse. Imperavit autem Constantinus cum Irene matre ab anno 780 ad 790, solus deinceps ad 797. Idem Bernuinus, ut auctor est Eginartus anno 811, Caroli Magni testamento subscripsit. Chiffletius ergo censet S. Odonem a Berengario Archiepiscopo XLI, (de quo plura in vita S. Maimbodi XXIII Januarii) et initiatum sacerdotio et Abbatem consecratum, ac pro B aut Ber. Berengarii nota, Bernuini suppositum nomen. Cumque aut conjectura haberetur, aut certo aliquo testimonio constaret, Bernonem inauguratum fuisse Abbatem ab eo Archiepiscopo Bisontino, qui S. Odonis consecrationem proxime præcesserat, facile fuit Gedeonem Bernuini decessorem scribere pro Theodorico, qui Berengarium immediate antecessit. Theodoricum enim verisimile est Bernonem, (qui prius Abbas fuit cœnobii Balmensis in diœcesi Bisontina, quam Cluniacensis) an. 910 Abbatem consecrasse. Hæc Chiffletius. At B. Bernonem diu ante hunc annum Abbatem Balmæ fuisse constat. Et ipse Theodoricus plures annos Vesontinæ Ecclesiæ præfuit. Nam an. Chr. 876, Jul. 9, sub Carolo Calvo interfuit synodo Pontigonensi: annis viginti post Ecclesiæ S. Stephani villam Pauli vici impetravit a Zuentebaldo filio Arnulphi Imperatoris, Rege Lothariensium, ut e MS. codice, idem tradit Chiffletius.

A quo ordinatus

25 Berengarius aut quisquis S. Odonem consecravit Sacerdotem, sodalis amicus Patris Bernonis dicitur in vita S. Odonis, apud quem obtinuit, ut de illius præcepto Odo tres libellos ex Hieremiæ vaticinio componeret. Nam isdem Episcopus ob hanc caussam ad monasterium Balmam perrexit. Eadem utriusque familiaritas in S. Odonis consecratione innuitur: Prævidens itaque Pater Berno (verba sunt ejusdem scriptoris) honestissimum virum fore futurum Odonem, promovit eum. Et accersito Episcopo sine suo velle consecrare eum fecit Sacerdotem.

Ejus jussu libros scribit Odo, et fit Sacerdos

§ VI. Alia monasteria construuntur, aut reformantur.

Plurima a B. Bernone aut noviter fundata, seu in melius reformata claruisse monasteria, jam supra ex S. Hugonis vita relatum est. In iis Gigniacum numerant plerique, in Lugdunensi diœcesi situm, ut etiam ab Antonio Yepes tom. 4, ad an. 910, cum Balmensi confusum. Chronica Lemovicence et Sigeberti, Chronicon Chronicorum, Vincentius, S. Antoninus, Tritthemius, Wion, supra citati, Bernonem ex Comite Abbatem Gigniacensem, cœnobii a se fundati dicunt: imo cœnobium Cluniacense deinde in cellam Gigniacensem construxisse. In vita S. Hugonis inter reformata videtur censeri: Interea, inquit auctor, (fundato nimirum jam Cluniaco) Gigniaco, nec non Vizelliaco, aliisque quam plurimis ditioni illorum subactis atque strenue emendatis, alacriter in divino proficiebant cultu, Hugo scilicet et Berno. Ast infra § 7, videtur ipse Berno asserere, a se in honorem S. Petri constructum, nisi id dicat quia ædificiis, disciplinaque ornarat. De Vizelliaco ab Hugone ejusque sociis emendato, agemus XX April. et alibi. Berno in Testamento suo, de quo § sequenti, Widonem succedere sibi jubet in cura cœnobiorum Gigniacensis, Balmensis, Æthicensis et cellæ S. Lauteni. Gigniaco XVI minores cellas subesse observat Claud. Robertus: num earum aliquæ extructæ a Bernone, ideoque Gigniacensis ipse dictus Fundator, in dubio relinquimus. Gigniacum ipsum lapsu temporis Prioratus solum titulo censeri cœpit, Cluniaco subjectum: erant tamen (verba sunt ex catalogo Abbatiarum et Prioratuum Cluniacensium descripta) computato Priore triginta duo monachi, sed per definitionem factam anno Christi MCCLXVI, fuerunt reducti ad numerum XXV, et debent ibi celebrari tres Missæ continue cum nota, et sunt ibi X officiarii claustrales perpetui.

Gigniacum an reformarit, an fundarit

27 Balmense quoque monasterium juri Cluniacensi addictum a Pontificibus Eugenio III, Anastasio IV, et Adriano IV, ut hic in diplomati anni 1155 confirmat, quod Fratres ibidem congregati, per quos et odore bonæ opinionis, et religionis decore splendescere ac florere debuerat, veterem hominem cum suis actibus sequebantur, ideo in peccatis eorum diabolo suadente contabuit. Fredericus Imperator suo etiam diplomate jus Cluniacensibus datum confirmavit. Haud parum tamen deinceps controversiæ ac simultatis fuit inter Balmenses et Cluniacenses, horumque Abbates et Archiepiscopos Vesontinos. Quæ omnia uti et Balmensis cœnobii possessiones recenset bibliotheca Cluniacensis. In eo vero cœnobio ex statutis Cluniacensibus quadraginta monachos ali oportere tradit Claud. Robertus. Florere etiamnum monuimus ex Miræo supra in S. Euticio.

Balma post subjecta Cluniaco

28 Alia Berno monasteria curavit, tradiditque moriens S. Odoni; Masciacum scilicet ac Dolense, quod alii Burgidolense vocant. Hoc in diœcesi Bituricensi situm, ad fluvium Angerim, seu Indrum, quinque et quadraginta Prioratibus præest, pluribus Ecclesiis parochos præficit. Fundatum traditur ab Ebbone, qui alias Abo, et Eblo, fuitque Willelmi Ducis Aquitanorum et Cluniaci fundatoris frater natu minor, ut vult Claud. Robertus. Diploma donationis conscriptum est in urbe Biturica IV Non. Septemb. anno regni Caroli Simplicis 29, Ch. 920. Subscripserunt Ebbo et Hildegardis conjuges, Gerontius Archiepiscopus Bituricensis, et Episcopi Lemovicensis B. Turpinus de quo XXVI Julii, atque Arnaldus Claromontanus. Hujus cœnobii mentio fit in vita S. Genulfi lib. 2, cap. 17, infra XVII Januarii, et IV Novemb. in vita S. Lusoris.

Burgidolense monasterium

29 Masciaci hactenus certo assequi situm ac natales potuimus. Du Chesne in Aquitania collocat, et a Ludovico Pio Imperatore constructum opinatur. Fortassis et id quoque a Bernone sanctiori redonatum disciplinæ. Ejus in vita Ludovici Imper. meminit auctor coætaneus tom. 2 scriptorum Galliæ. Et quidem multa sunt, inquit, ab eo in ejus ditione reparata, imo a fundamentis ædificata monasteria, inter quæ monasterium Masciacum decimum numeratur.

Masciacense

§ VII. Testamentum S. Bernonis.

Ex quo divina dispensatio post diluvium constituit ut homo homini præesset, quicumque secundum Deum tam in veteri testamento quam in novo aliis præfuerunt, quantum possibile fuit, procurarunt, ut consultum

consultum subditis in posterum esset. Quod et B. Benedictum et alios quamplures nostri ordinis instructores fecisse, sibique successores dum adviverent elegisse, multa documenta probant. Quapropter tam regalis potestas, quam sacerdotalis auctoritas, sed et Principum sublimitas, necnon et reliquorum fidelium, quos forte hanc scripturam audire contigerit, *ignoscat universitas; quod ego Berno omnium Abbatum extremus Abbas, supremum diem jam vicinari agnoscens, duos ex nostris fratribus, Widonem videlicet meum *a* consanguineum, atque Oddonem adæque dilectum, una cum Fratrum consensu mihi succedere delegavi. Ac post meum decessum, vice mea Deo largiente fungi præcepi. Ita scilicet ut dilectus noster prædictus Wido cœnobio Gigniacensi, Balmensi, Æthicensi, cum cella quæ dicitur *b* S. Lauteni, et cum omnibus rebus ad prædicta monasteria pertinentibus regulariter præsit, præter villam quæ dicitur Alafracta, et res quasdam quæ fuerunt Domni Samsonis in eodem pago consistentes; et quartam partem caldariarum quæ sunt sitæ in loco qui dicitur *c* Leodonis, et medietatem prati, quod fuit Domni Saymonis. At vero carissimus frater Oddo Cluniacum et Masciacum, atque Dolense monasterium ita cum rebus ad eadem loca pertinentibus Deo favente suscipiat ut ea pro viribus regulariter disponat. His igitur ita dispositis obsecro vos per reverentiam quam sanctæ fidei et religioni debetis, o Principes et seniores quicumque terrenarum rerum judices estis, ut hanc scripturam mea vice loquentem in quolibet nostro conventu libenter audiatis; et sicut lex divina jubet, bonis consentientes sitis, et tam Prælatos prædictos, quam et monachos, et loca cum rebus ab ipsa pertinentibus, in eo statu, quo et per regalia præcepta, quin etiam et per Apostolica privilegia dudum sancita sunt, et nunc a me decretum est, permanere consentiatis. Quod si quælibet, vel inter ipsos, vel aliunde controversia, quæ nobis discernenda sit, forte succreverit, justitiam sustentetis, et calumniam reprimatis, quo fiat illud quod in authoritatibus nostris insertum est, ut omnium bonorum, quæ in præfatis locis geruntur, sicut adjutores fueritis, ita quoque participes esse possitis. Villam autem quæ dicitur Alafracta, cum omnibus ibidem pertinentibus, et quartam partem de caldariis quas Leodonis habemus, verum etiam jam dicti prati medietatem ad Cluniacum trado, eo tenore, ut per singulos annos census duodecim denariorum Gigniaco pro vestitura reddatur. Nec injustum videatur, si Cluniaco easdem res assigno, quoniam ibi sepulturam mihi locavi, et locus ipse quasi posthumus morte Domni Guillelmi quondam inclyti Ducis, atque nunc mea *d* imperfectus deseritur. Et certe pauperior est possessione, et numerosa fraternitate. Et ut hoc inferam, si post filios priores, et priorem locum, quibus Testamentum feci, nobis alios divina largitas, et locum, et filios ampliare dignata est, ratum debet videri, ut posteriores filii non exhæredentur; sed aliqua pars hæreditatis nostræ eis proficiat, qui quamvis in alio loco, tamen eidem Domino, id est, B. Petro, in cujus nomine, utrumque locum construximus, servituri sunt.

** an cognoscat.*

B. Berno constituit sibi in variis monasteriis successores Abbates, assentientibus Fratribus.

31 De cetero tam Prælatos quam et omnes Fratres, præsentes videlicet et futuros, per misericordiam Dei qui præsens respicit, deposco, ut inter vos unanimitas ita perseveret, quatenus modum conversationis huc usque retentum, tam in psalmodia, quam in observatione silentii, sed et in qualitate victus et vestitus, et insuper in contemptu rerum propriarum, si non melius, saltem sicut huc usque fecistis, sic deinceps custodiatis. Si autem, quod absit, ab aliquo eorum fuerit pertinaciter erratum, præcipimus per sanctæ regulæ auctoritatem ut utriusque loci Priores ad corrigendum errorem sibi mutuo suffragentur. Si quis autem, quod absit, hanc nostram institutionem in aliquo fregerit, deterreat eum vox divina quæ dicit : Maledictus qui transfert terminos proximi sui, id est, institutionem Præceptorum suorum, et conatus ejus penitus frustretur. Dispositio vero nostra, quæ, ut credo, per caritatem utrisque locis cupit esse consultum, Deo disponente, et B. Petro patrocinante, inconvulsa permaneat. Signum Bernonis Abbatis, qui hanc chartam fieri et firmari rogavit. Signum Widonis moderni Abbatis, qui hoc consensit. Signum Oddonis Abbatis. Signum Geoffredi. Signum Wandanberti. Anno quarto regnante Radulpho Rege.

Hortatur ad observationem disciplinæ.

Ex variis.

Deuter. 27 17

a *Nepotem discipulumque Bernonis, vocat Chronicon Cluniacense.* b *Colitur* S. Lautenus 2 *Novemb.*

c *Eugenius III, Papa in diplomate dato Autissiodori, anno Pontificatus sui 3, Christi* 1147, *Indict.* 10, 25 *Augusti, vocat* Burgum Ledonis, *et venditionem quamdam, seu donationem inibi monasterio Cluniacensi factam a Willelmo Matisconensi Comite memorat. Vide Bibliothecam cluniacensem.*

d *Joannes Italus scribit lib.* 2, *S. Odonem* cœptum pridem a Bernone *ædificium perfecisse. Eo tamen usque ab hoc deductum est, ut Ludovicus IV, Ultramarinus, Caroli Simplicis filius, in quodam suo præcepto id asserat* per manus Bernonis reverendi Abbatis constructum. *Quod et in vita S. Hugonis traditur, atque a S. Odilone in vita S. Majoli et Glabro Rodulpho supra.*

§ VIII. *Bernonis obitus, sanctitas celebrata.*

A*utbertus Miræus Fastis suis hoc* XIII *Januarii adscribit* B. Bernonem; *sed mortuum ait Cluniaci anno Christi nongentesimo decimo, quo scilicet anno Testamentum Willelmi Ducis de cœnobio hoc construendo consignatum meminerat, atque hoc forsan scribere voluit. Potius num eo anno ipse obierit* Willelmus, *ob conscriptum tunc Testamentum, addubitetur. Obiisse certe eum ante* Bernonem, *ex hujus Testamento constat. Ademarus in Chronologia Abbatum S. Martialis Lemovic.* Hujus Abbatis *(de Fulberto VI loquitur)* decimo nono anno obiit Guillielmus Dux, Comes Arvernis, qui Cluniacum cœnobium ædificavit. *Ejusdem Fulberti anno sexto, teste eodem Ademaro,* S. Geraldus apud Aureliacum obiit III Idus Octobris. *Ad hujus vitam quatuor libris descriptam a S. Odone, observat du Chesne, obitum* S. Geraldi *et sextum annum Abbatis Fulberti incidisse in annum Ch.* 907. *Obitus igitur Willelmi Ducis et* XIX *annus ejusdem Fulberti anno Ch.* 920 *terminantur. Ad præcedentem annum, aut certe* 918 *eum refert Chronologia Abbatum Cluniacensium.*

Quando Willelmus Pius Dux obierit.

33 *Baronius tom.* 9 *Annal. Eccl. vult* B. Bernonem *decessisse anno Ch.* 912. Hoc eodem anno, *inquit ibidem num.* 17, Berno Abbas ordinis S. Benedicti Gigniacensis, Cluniacensis cœnobii et instituti fundator moritur. *Citat Sigeberti Chronicon, cui id potius interpolator quispiam attexuit. Perperam uterque. Ipse* Guillielmo *superstes* Berno, *ejus mortem luget in proprio suo Testamento. In Chronologia Abbatum citata dicitur Berno obiisse* Idibus Januarii anni 926. *Consentit de Rivo in Chronico Cluniacensi, ubi memoratur Cluniaci præfecturam annis sedecim gessisse suscepisse nongentesimodecimo, quod et inde Wion describit in annotationibus ad* XIII *Januarii. Denique Testamentum, in quo mortem sibi propinquam non temere præsagit, conscriptum est anno quarto regnante Radulpho Rege. In quo aut mendum agnoscendum, aut non nisi Idibus Januarii anni* 928 *obiit. Non enim Radulphus, sive Rodulphus, Burgundiæ Dux ante accitus est, et apud Suessionas in Regem unctus, quam Robertus regni invasor occubuisset contra Carolum Simplicem prælio dimicans. Contigit ea pugna, teste Flodoardo, anno* 923 *die Dominica* XVII *Kalend. Julii, ut scribit Odorannus. Petrus de Natalibus lib.* 11, *cap.* 64, *initium ordinis Cluniacensis consignat an. Ch.* 912. *Abbatis Bernonis primo, a quo sedecim anni ad* 928 *fluxerunt.*

quando B. Berno

34 *De obitu* S. Bernonis *et ordinatione* S. Odonis *ita in hujus vita legitur :* Per illud tempus exitiali languore cœpit decumbere B. Berno. Mox vicinos Episcopos accersivit, et ab omni ordine se deposuit. Insuper et flebili voce se reum indignumque tali ministerio proclamabat præfuisse. Rogabat autem inter hæc

Moriturus præfectura abdicat, alium eligi jubet

EX VARIIS

hæc verba Fratres, ut sibi quem vellent, Patrem eligerent. Tunc manibus Fratrum Pater noster captus, et quasi violenter constrictus, ac proclamantibus omnibus ut ordinaretur, coram Abbate suo vi est ductus; et cum nec sic vellet cedere et locum Pastoris subire, superatus est tandem Episcoporum consensu et excommunicatione. Ordinatus itaque ille, intra modicum tempus Pater Berno migravit ad Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen.

S. Odo qua occasione migraverit Cluniacum.

35 *Et mox lib.* 2. Igitur Pater Odo electus et Abba ordinatus, mox contra eum prædicti veterani persecutores insurgunt. Ille autem malens locum dare, et beate quiescere, quam contentiose vivere, derelicto eodem monasterio, et quæ ibi fuerant a Domno Bernone Abbate parata, atque ei paterno more tradita, abiit Cluniacum, et cœptum pridem perfecit monasterium. Sequuti sunt autem eum seniores loci illius. *Quid igitur? num* S. Odo *prius designatus fuerit Bernonis in Balmensi præfectura successor, imo et consecratus? Fortassis ob subortam monachorum contra eum seditionem Berno postmodum quod statutum erat mutavit, et Widonem Balmæ, ipsum vero Odonem Cluniaco præfecit, ut ex ejus Testamento colligi potest.*

B. Bernonis mors, sepultura.

36 *Balmæ obierit Berno, an Cluniaci dubium est. Hic sibi sepulturam locavit, ut ipse in Testamento ait, ubi* in veteri ecclesia retro altare S. Benedicti sepultus *traditur in Chronico Cluniacensi.* Inter sanctos Abbates *Cluniacenses, ait Baronius,* Odonem primo loco, ejusque successores Majolum, Odilonem, Hugonem, numerat S. Bernardus, *(epist. ad Guilhelmum Abbatem Cluniacensem.)* Ceterum nec primus Odo, nec tantummodo recensiti egregia sanctitate floruisse narrantur; sed ante Odonem primus numeratur atque laudatur Berno Abbas, cui successit Odo. *Dicitur Berno in vita S. Hugonis* vigoris regularis tenore acerrimus, ac sanctitate decoratus; *S. Majolo in vita S. Odilonis* beatæ memoriæ Abbas; *auctori Chronici chronicorum, Philippo Bergomati, aliisque* ob sanctitatem et clarissimam doctrinam mirifice laudatus, *Tritthemio* vir integerrimæ conversationis, vir fide ac religione præclarissimus, multis virtutibus insignis: *et iterum* vir sanctitate et religione venerabilis, ordinis S. Benedicti in Cluniacensi monasterio gloriosus restaurator. *Omitto aliorum testimonia.*

Ejus sanctitas et doctrina laudata.

Nomen sacris Fastis inscriptum

37 *Fastis Belgicis ac Burgundicis nomen ejus inscripsit Miræus, Martyrologio Gallicano Saussaius, et Beatum ambo indigetant, reliqui* Sanctum. *MS. Kalendarium Sanctorum ordinis S. Benedicti* XIV *Januarii* . S. Bernonis ex Comite primi Abbatis *Cluniacensis. Consentiunt hoc* XIII *Januarii Martyrologia monastica excusa, Hugonis Menardi, Benedicti Dorganii, Arnoldi Wionis, cujus hæc verba sunt :* In monasterio Cluniacensi S. Bernonis primi ejus loci Abbatis, magnæ sanctitatis viri. *Allegatur auctoritas Kalendarii Cluniacensis, quod non vidimus. In Chronicis Cluniacensibus,* Sanctissimus *appellatur. Martinus Marrier, et Andreas du Chesne in Bibliotheca Cluniacensi* Sancti *titulum ejus nomini perpetuo præfigunt : uti et Antonius Yepes, sed in eo impertiendo viris pietate illustribus honore minime parcus addit hic Bernonis reliquias Cluniaci in magna haberi veneratione. Ferrarius quoque ita scribit* . Cluniaci in Burgundia S. Bernonis Abbatis. *Petrus de Natalibus* Sanctis *cum accensuit, quorum diem natalem ignoravit, et lib.* 11, *cap.* 64, *brevem vitæ pertexuit epitomen*

DE S. LEOGISILO ABBATE,

VERGIACI IN BURGUNDIA.

XIII JANUARII

Incertum ubi et quando vixerit

P*rimarium Vergiaci Patronum* S. Viventium Presbyterum *supra hoc ipso die retulimus, ubi et de loci situ, monasterii ædificatione, Vergiacorum nobili familia egimus. Miramur a citatis isthic auctoribus* S. Leogisoli *Abbatis nec nomen exprimi nedum Acta narrari, ne a du Chesnio quidem in præclaro illo et laborioso de Vergiacis opere, ut non immerito dubitari queat, hic an alibi Abbas fuerit. Certe cum* S. Viventii *reliquiis alia quoque multa Sanctorum corpora Vergiacum deportata narrantur in ejus vita; quorum nomina cum a nemine prodantur, fortassis inter eos* Leogisolus *fuit, alterius cujuspiam monasterii Abbas. Nam si postea vixit, mirum est nusquam illius mentionem fieri.*

Ejus nomen in sacris Fastis

2 *Alioquin ejus natalem Ferrarius in catalogo generali Sanctorum* XIII *Jan. consignat his verbis :* In territorio Æduensi S. Leogisoli Abbatis Vergiaci; *notatque in Kalendario Ecclesiæ Augustodunensis, et monumentis cœnobii Vergiacensis ejus extare memoriam. Saussaius in supplemento Martyrol. Gallicani* . In territorio Æduensi S. Leogisoli Abbatis, cujus hodie est clara et sancta recordatio in cœnobio Vergiacensi ejusdem diœcesis. *Petrus de Natalibus lib.* 11, *cap.* 130, Longisius Confessor, cujus festum agitur Idibus Januarii. *Celebratur etiam in antiquis Martyrologiis Suollensi et Coloniensi, MS. Floriario, Usuardo Lubecæ edito an.* 1475. *MSS Ecclesiæ Bruxellensis, S. Pauli Ultrajecti, aliisque compluribus, his verbis :* Ipso die S. Longisi Confessoris. *MS. monasterii Albergensis* Longinum *vocat. Aliud de eo non reperimus.*

DE B. HELDEMARO EREMITA

FUNDATORE AROASIÆ IN BELGIO.

AN. CHR. MXC VI. XIII JANUARII

Aroasiæ congregatio, ...

V*iguit sanctitatis opinione, in Belgio præsertim, a quingentis jam fere et quinquaginta annis,* Aroasiensis Canonicorum regularium congregatio, *quam tres viri religiosi* Heldemarus et Conon *Presbyteri, ac* Rogerus *laicus instituere circiter annum* 1090, *in loco* Aroasia *dicto, unde et nomen accepit. Sita est* Aroasia *altero lapide a Bapalma Artesiæ oppido, vulgoque* Arouage, *vel* Arouaise, *appellatur sed, sævientibus inter Belgas et Francos bellis sæpius everso monasterio, multum a pristino splendore descivit.*

Institutum laudatur.

2 *Commendatur Aroasiensium institutum a Jacobo de Vitriaco tetusto et gravi scriptore in historia occidentali cap.* 23, *his verbis* . Sunt alii regulares Canonici, qui de Aroasia nuncupantur; eo quod prima hujus institutionis Abbatia, quæ caput est omnium aliarum, sic vocetur, in diœcesi Atrebatensi sita. Hi siquidem fundamentum regulæ B. Augustini retinentes, ut carnem suam cum vitiis, et concupiscentiis arctius crucifigerent, carnes a refectorio suo subtraxerunt. Camisiis insuper non utuntur, sed cum tunicis laneis nocte in dormitorio suo quiescunt. Quasdam etiam alias institutiones necessarias et honestas, supra prædictum fundamentum prudenter ædificantes, contra imminentia pericula sibi præcaventes, addiderunt. Et quoniam nihil magis virtutem religionis conservat ubi plures sunt Congregationes et Conventus, quam respectus ad unum Superiorem, qui diversa sub se membra regit et continet, quasi summum et supremum caput; semel in anno sub primo et principali Abbate generale concilium celebraturi conveniunt, ut omnes unanimiter hujus ordinis Abbates, secundum quod religioni viderint expedire, corrigant

Ejus austeritas,

monarchia

gant corrigenda, resecent superflua, instituant, et addant quæ fuerint superaddenda, vel secundum temporum aut rerum mutationem, quæ fuerint commutanda commutent, et novis supervenientibus ita vetera rejiciantur, quod vetustissima veterum, prima scilicet antiquorum Patrum instituta, firmiter et invariabiliter observentur. Principalis siquidem Abbas filias suas, inferiores scilicet Abbatias, per se vel per viros idoneos studiose visitando, quantum religioni subministret fulcimentum, ne per negligentiam defluat, vel per dissolutionem status religionis enervatus corruat, ex his liquet conventibus et congregationibus, quæ ex uno tantum Abbate pendentes et uni soli Superiori intendentes, cum corruente plerumque corruunt, cum non habeant unde alias fulciantur. *Hæc ille, qui et plura subjungit, quamobrem singulæ se tueri haud facile queant religiosorum hominum familiæ, nisi in fœdus et societatem, quasique corpus unum cum aliis coalescant.*

visitatio.

Idem ordo laudatus.

3 *Robertus de Monte Sigeberti continuator, Jacobi de Vitriaco æqualis, ad annum* 1114 *ita scribit*. In civitate Belvacensi a Conone Sedis Apostolicæ Legato Concilium celebratur. Hic est Cono unus ex illis religiosis, qui eremiticam vitam apud Truncum Berenger primo duxerunt, et Arroasiani ordinis auctores extiterunt, qui ordo usque hodie floret et crescit.

4 *Ea porro de Aroasiensium virtute late vulgata erat fama, etiam ante horum Scriptorum ætatem, ut S. Laurentius Dubliniensis Archiepiscopus Ecclesiæ suæ secularibus Canonicis ut id susciperent institutum persuaserit idque qua licuit ipse quoque susceperit. Ita ejus vitæ, quam 14 Novemb. dabimus, auctor anonymus.* Ideo vir sanctus et timoratus, honestatis amator, et zelator religionis, operam dedit et industriam, ut clericos seculares, qui in Cathedrali Ecclesia Dublinensi fuerant instituti Canonici, secundum interiorem et exteriorem hominem commutatos in melius in regulares Canonicos transformaret. Et ut hoc ipsum summi Pontificis auctoritate confirmaret, duos de suis Canonicis misit Romam, propter usum et consuetudinem Arroacensis ordinis, per quos sancti viri desiderium adimpletum est, fecitque regulares stare cantores circa altare ut laudarent nomen sanctum Domini, et dedit in celebrationibus decus, et in sonos eorum dulces fecit modulos. Ut igitur B. Laurentius suo Domino securus militaret, spiritualis certaminis milites electos ordinans, armis eorum et signis se muniens, habitum prædictum regularium Canonicorum, et vivendi normam suscepit, et studuit observare. Nam pene continue dum ei licebat, cum eisdem Canonicis in refectorio comedebat, locis et horis debitis silentium observabat, ad matutinas singulis fere noctibus chorum cum eisdem intrans una cum eis vigilias, et laudes Domini celebrabat. Sciens igitur scriptum, quia vigilia honestatis tabefaciet carnes, devotione fervens vigilabat in orationibus, et attenuabat carnem suam. Finitis enim laudibus matutinis, pausatum euntibus ceteris, ipse in ecclesia remanebat, etsi non semper solus, tamen ut solitarius, et ibat ex consuetudine ante signum Dominicæ passionis, ubi velut in speculo vitæ contemplabatur serpentem æneum elevatum in stipite crucis, et ejus dulci memoria sanabatur a languoribus suis, psallebatque Domino cum tremore, et nunc stando, et nunc sedendo, nunc etiam flectendo genua, totum psalterium resonabat. Affirmatum est equidem a fratribus religiosis, qui præ ceteris frequentius orationibus insistebant, quod vir sanctus cum cruce prædicta dulcissimum habebat colloquium, de qua multa mirabilia memorantur, quæ magna peregrinorum veneratione a multis temporibus frequentatur. Facto vero die exibat in cœmiterium, et illic aliquantisper deambulans commendationem defunctorum fidelium percantabat. *Vixit S. Laurentius seculo* 12 *relatus in album Sanctorum ab* Honorio III. *an* 1225

Introductus in Ecclesiam Dubliniensem a S. Laurentio.

ab ipso etiam susceptus.

Eorum statuta et consuetudines ab ipso servatæ.

Eccli 31. 1

5 *De eadem congregatione agunt plurimi e recentioribus: Joannes Molanus in Natal. SS. Belgii ad 4 Maii. Autbertus Miræus in Originibus Canonicorum regularium cap.* 10 *et* 26, *et in Chronico. Christianus Massæus lib.* 16 *Chronicor. Guilielmus Gazæus in Gallica, et Heribertus Rosweydus noster in Teutonica Belgii Ecclesiastica historia. Ferreolus Locrius in Chronico Belgico. Gabriel Pennottus in historia Canonicorum regularium lib.* 2, *cap.* 38 *et* 62.

Auctore anonymo, ex MSS.

Idem ordo ab aliis celebratus.

6 *Natalem* Heldemari, *qui cum* Canone, *dein Cardinale, eam congregationem primus instituit, hoc die ita consignat Philippus Ferrarius :* Hac die memoria B. Heldemari, fundatoris cœnobii Aroasiensis. Beatum *quoque appellat Gazæus et Arnoldus Raissius in Auctario ad Molani Natales. Recensetur et in Fastis Sanctorum Rosweydi, qui sua manu vitam illius ex monumentis ipsius Aroasiensis monasterii descripserat, sive potius, ut apparet, præfationem libri diplomatum de fundis et privilegiis eidem monasterio olim donatis. In ea quoque* Sanctus *appellatur in titulo Epitaphii.*

Heldemari fundatoris natalis

FUNDATIO MONASTERII AROASIÆ,

Ex fide digno codice MS.

PROLOGUS.

Quoniam paucitas dierum hominum finitur brevi, et quasi militia est vita hominis super terram, in hujus mundi campo pugnantium per temporum successiones, gesta fortia et præclara penitus ignorantur, et pro brevitate temporis, facili ejus transitu (quo nihil excurrit velocius) elabuntur, nisi tenacibus exarata litteris, ad posterorum memoriam alicujus industria transferantur. Cum enim juxta illud poeticum, Ætas omnia ferat; et procaciter insistens transeuntibus oblivio, quidquid apud homines agitur, ventre suæ capacitatis absorbeat; sola viriliter ei se opponens, et adversus eam, quidquid habet virium, exerens, felicem memoriam scriptura perpetuat, et ne quid elabi possit obtinens, quidquid transierit supervenientibus generationibus, quasi præsens sit jugiter, repræsentat. Hujus igitur rationis intuitu religiosi et Deo dediti viri, qui mundum, et ea quæ in mundo sunt, pro Christi nomine relinquentes, et quidquid possederunt commune facientes, Crucifixum Dominum, crucem suam post Christum bajulando, sequuntur, temporalia cuncta non affectu, sed in usu necessitatis habentes, ea quæ ad suam fratrumque necessitates sufficere possint, admittere solent. Et ne a contemplationis arce et optima parte Mariæ nec puncto temporis disturbentur, Marthæ sollicitudinem quibusdam de suis delegare student. Quia cum Rachelis amplexibus affectuosius delectentur, solam in Lia oculorum lippitudinem, non autem fecunditatem ventris abhorrent : sed quia Christum audiunt persæpe loquentem : Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; nunc autem quia de mundo non estis, propterea odivit vos mundus; a mundi filiis in possessione duntaxat temporalium, quæ de mundo habent, et mundi sunt, persecutionem continuam patiuntur. Ad quorum reprimendam instantiam ea quæ possederunt litterarum stipulatione servare, et, ne processu temporis elabantur, ad posterorum memoriam transferre nituntur. Ad exerendum etiam spiritualem gladium adversus eos, qui supra his, quæ de munificentia Regum et Principum, vel oblationibus fidelium possident, ipsos impetierunt, Christi vicarios adsciscunt, et ad confirmationem sibi collatorum, tam munerum quam diœcesanorum Pontificum litteralibus instrumentis, bulla vel sigillo ornatis, se muniunt. Sed quia tam conferentium, quam confirmantium tot sunt privilegia, quot eleemosynæ, non abs re visum est, quibusdam Ecclesiarum Prælatis in unum corpus cuncta redigere, ne dum feruntur, explicantur, leguntur, instrumenta vel sigilla rumpantur, et ut legentes

Authentica instrumenta piarum donationum et privilegiorum in unum corpus redigenda

Joan 15. 19.

 dum

Auctore anonymo, ex MSS.

dum in unum omnia collecta perspexerint, quid cui negotio conveniat, quomodo collatis confirmatio respondeat facilius agnoscere et tenacius retinere possint.

Auctor fuit religiosus Aroasiensis

2 Horum igitur provocatus exemplis, Ego omnium ministrorum Ecclesiæ minimus, Fratrum Aroasiensium servus indignus, cuncta, quæ apud nos scripta erant, ad possessiones hujus Ecclesiæ pertinentia, sub uno corpore colligere studui. Et ut facilius invenias, quod volueris, ipsum corpus per singula capitula distinguere, et distincta cum suis numeris in principio hujus operis afficere, dignum duxi. Libet autem in hac præfatiuncula paullulum evagari, et de tempore fundationis, et meritis fundatorum hujus Ecclesiæ, quæ a majoribus nostris relatione didici, rationem reddere, sub quibus etiam Præsulibus et Pastoribus sive Patronis, domus ista usque ad hæc tempora nostra viguerit, futurorum memoriæ commendare.

CAPUT I.
Situs monasterii Aroasiæ.

Situs Aroasiæ.

Hic itaque locus super stratam publicam constitutus in silva, quæ dicitur Arıdagamantia situs, (quæ quidem silva a castro, quod dicitur *a* Dusta, usque ad fluvium *b* Sambre tunc temporis continua protendebatur;) olim spelunca latronum fuerat, unde et hunc quidam Truncum Berengarii ab ejusdem nominis latronum Principe vulgo denominant, pro eo quod post mortem ejus solitos esse ferunt satellites illius, trunco, quod cavaverant, captos a se quoslibet præsentare; infra quod quidam ex ipsis, quasi idem Berengarius loquens, summam captivis redemptionis imponebant, quam nulli minuere vel mutare liceret.

Martyrium SS. Luglii et Lugliani

4 Sed in *c* historia passionum Luglii et Lugliani Hybernensium, *d* quorum corpora apud castrum, quod Mons Desiderii dicitur, in ecclesia venerantur, perspicue scriptum legitur, quod iidem Sancti per has regiones transeuntes, per manus impiorum, prædicti videlicet Berengarii, et fratrum suorum Bovonis et *e* Helcelmi, et eorum complicum fuerint martyrio coronati. Sed quia hoc scelus in pago Teruanensi fuisse asseritur perpetratum, luce clarius apparet eosdem impios, non in hoc tantum loco, sed et in finitimis circumquaque locis, et maxime per stratas publicas longe lateque discurrentes, quamdiu licuit, suam exercuisse et protelasse malitiam.

a [illegible] Aroasia [illegible] MSS monumentis [illegible], quod oppidum est Francorum inter [illegible] et [illegible]. b [illegible] Sambre Sabis est, vulgo Sambre, qui [illegible] Landrecicum, Hannoniæ oppidum oritur, [illegible] Mosæ ad Namurcum civitatem.

c Quam dabimus [illegible]. d Hæc omissa sunt a [illegible]. Reliquiæ [illegible] in [illegible] oppido asservantur.

e [illegible] In SS. Luglii et Lugliani historia (nisi mendum sit ab [illegible]), [illegible] dicitur.

CAPUT II.
Institutio ejusdem per Heldemarum et Cononem.

Aroasiæ cella [illegible]

Post multos itaque decursi temporis annos, in hoc adhuc loco latrociniis et insidiis pleno, in Episcopatu Cameracensi, et continio Flandriensis et Veromandensis Comitatus, circa annum Dominicæ Incarnationis *a* MXC, ut certius invenire potuimus, in Trinitatis nomine congregati Eremitæ tres (ut ubi abundavit delictum, superabundaret et gratia) cellam sibi ad serviendum Domino statuunt, oratoriumque in honore S. Trinitatis et S. Nicolai Pontificis, cujus ex *b* recenti translatione crebra tunc per orbem evulgabantur miracula, construunt, tectumque ejus, et parietes [illegible] et foliis, sive ramusculis claudunt et contegunt.

Heldemari patria

6 Horum primus Heldemarus nomine, Tornacensis genere, alter vero Cono gente Teutonicus, ambo sanctitate præstantes, officio Presbyteri, professione Canonici, cum fratre Rogero laico de proxima villula *c* Tranloy nato; religionis hic Canonicæ fundamenta jaciunt, et non timentes latronum insidias (quia justus ut leo confidit) omnes etiam transeuntes sua fide et innocentia, sed et corporali præsentia securos inter insidias reddunt. Ex his duos, Heldemarum videlicet et Cononem, in Anglia, ad quam eos studendi cura traxerat, ferunt Canonicæ religionis habitum suscepisse, et sub Rege Anglorum *d* Guilielmo, et Regina Mathilde religiosissima, Capellaniæ ipsorum officium tenuisse.

Prov. 28. 1.

studia,

sacerdotium,

7 Sed cum Regum mollia contempsissent, dum valedictis Anglis suffragia Sanctorum devotionis gratia vellent invisere, prædicto laico hic invento, qui sæpe solus inhabitabat eremum, ex desiderio gratæ solitudinis, quam diu concupiverant, adhæsisse. Quorum Heldemarus *e* ætate et merito qualis et quantus fuerit, quomodo pauper spiritu, et innocens actu, temporalia cuncta contempserit, parumque vel nihil terrenum possederit, vel possidendum hic acquirere voluerit; quomodo etiam signis miraculorum, ut ferunt, et in vita et post mortem claruerit, quomodo Prioratum Canonicorum Viromandensis Ecclesiæ sibi oblatum refutaverit, quia hæc proprium expetunt libellum, malui reticere, quam summatim tangens, pro eo quod ad alia vocor, pauca aut non digna tanto viro dicere.

solitaria vita,

paupertas,

miracula,

humilitas

a Is annus hoc disticho expressus,

Anno milleno Domini decies que noveno,
Norma Berengarii Trunco nova cœpit haberi.

b Anno 1087, corpus S. Nicolai Barum Apuliæ allatum est ut 9 Maii diximus. c Loco Transloy. d Hic est Guilielmus I, Normannus, qui anno 1066 Angliam occupavit, obiit an. 1087, 9 Sept. e Videtur dicere primus.

CAPUT III.
Divisio Atrebatensis Episcopatus a Cameracensi.

Eodem sane tempore gravi schismate laborabat Ecclesia, dum summus Pontifex *a* Urbanus, et prædecessoris sui *b* Gregorii septimi, qui laicos omnes personas Ecclesiasticas per annulos et baculum investientes excommunicaverat, decreta servaret, et per totam latinitatem firmiter observari præciperet. Et quia dolente capite solent et cetera membra dolore, ipsa quoque Cameracensis Ecclesia, defuncto *c* Gerardo Episcopo suo, per duos *d* Walcherum scilicet et Manassen, qui de Episcopatu contendebant, graviter usque ad cædes et homicidia disturbatur. Hinc vero occasione capta *e* Atrebatenses Clerici, favente sibi Widone *f* Lemovicorum Archiepiscopo, et Francorum Rege *g* Philippo, summum Pontificem Urbanum adeunt, et per ejus manum Cameraco tacente quemdam Lambertum *h* Guisnensem, anno Domini *i* MXCIII Episcopum sibi ordinari faciunt, et Ecclesia sua a dominio Cameracensis exempta, cum suæ libertatis privilegiis suo deinceps Episcopo gaudere cœperunt; unde et parochiis Episcopatus utrimque recisis, *k* Rochenias hujus loci matrem Ecclesiæ, infra terminos Atrebatensium contigit remanere.

Divisio Atrebatensis Episcopatus a Cameracensi

a Urbanus II, consecratus IV Id. Martii 1088, obiit IV kal. Aug. 1099. b B. Gregorius VII, consecratus X kal. Maii 1073, obiit 25 Maii 1085. Anno sequenti, die Pentecostes electus est successor Victor III, obiit XVI kal. Oct. 1087. c Gerardus II, Cameracensis et Atrebatensis Episcopus obiit II Aug. 1092.

d Gualcherus appellatur in Lobiensi MS. exemplari chronici Sigeberti, in [illegible] Miræi Gualcherus. e [illegible] antiqua Notitia pr[illegible] Atrebatensi [illegible] Cameracensi proprium olim habuisse Episcopum [illegible] barbaris Galliæ essent, utraque Sedes [illegible] Antistite [illegible]tur, ac tandem S. Vedasto [illegible] Vedulphus, [illegible] Cameracum [illegible], [illegible] Atrebatensis Ecclesia [illegible] Archiepiscopos, et non [illegible] Episcopatum tractarentur. Ita fere ex MS. [illegible] Episcopum impetrarunt [illegible] in Chronico ad an. 1093.

Atrebatensis Episcopatus antiquus

f [illegible] Remorum, quod [illegible] Archiepiscopum, neque ad eorum [illegible] secundæ Metropolitanum. At Remis nullus tum Wido sedit, sed Raynoldus,

dus, *qui Atrebatensibus adeo non favit in hac caussa, ut etiam jubente Pontifice abnuerit* Lambertum *consecrare. Regebat vero tum Lemovicensem Ecclesiam* Guido de Loron, *qui fortassis patronum se Atrebatensibus præbuit apud Regem aut Pontificem.*

g *Hic* Philippus I, *ab anno* 1060, *ad* 1108, *Francis imperavit. Quid hoc in negotio egerit, non prodit Locrius, qui litteras recitat* Urbani *Papæ ad* Robertum *Flandriæ Comitem (cujus soror nupta erat* Philippo) *et novum suæ provinciæ ex restituta hac Episcopali Sede dignitatem gratulantis.* h *Fallitur ergo Jacobus Guisius, qui patria* Insulensem *facit. Alii existimant non solum* Ghisnis *oppido oriundum, sed ex illustri* Ghisnensium *Comitum familia. Fuerat* Ivonis *Carnotensis auditor, Cantor Ecclesiæ S. Petri Insulis.* i *Non nisi* 1093, *et ab ipso quidem* Urbano *Romæ ordinatum scribit Locrius.* k *Vicus est Aroasiæ propinquus, qui infra cap.* 5, Rochim *appellatur, et in privilegio* Lamberti *Episcopi* Rochennies, *aliis* Rocquennies.

CAPUT IV.
Mors S. Heldemari.

Læditur Heldemarus

Episcopante igitur Atrebati Lamberto, sanctæ memoriæ Heldemarus a quodam nomine tenus Clerico, qui se cum eis Deo serviturum simulaverat, interfecto prius ab ipso innocente Rogero laico, lethaliter vulneratur. *Ignoscit homicidæ* Ipse tamen homicidæ plene indulgens, et pro eo Dominum rogans, imo et osculum, si præsens esset, offerre cupiens, nunquam postea curatus *moritur* ad plenum, infra annum tamquam emeritus Idibus Januariis hominem exuens ad meliora transfertur.

EPITAPHIUM
S. HELDEMARI FUNDATORIS
Cœnobii Aroasiensis.

Quem tegit iste lapis, nostri decus exstitit Orbis,
Martha labore gregi, mente Maria sibi.
Mente vigens, actuque potens, signisque refulgens,
Infima despiciens, solaque summa petens.
Claret miraculis. Hæc Heldemarus loca fundans, ipsa salubri,
Arida quæ fuerant, rorifer imbre rigat.
Furis hic impuri transfossus tempora ferro,
Martyr martyrii præmia consequitur.
Idibus huic Jani vitam sine fine, quietem
Absque labore, diem dat sine nocte Deus.
Sancte Heldemare Presbyter Eremita
ora pro nobis.

CAPUT V.
Cono Aroasiam ædificiis et prædiis amplificat.

Cono succedit

Cujus meriti et loci successor et hæres Cono, qui et Hugono, gente Teutonicus, in brevi socios, licet paucos, sed religione præditos, congregat. Et cum probitate et religione præminens esset universis, illustrium et proborum hinc sibi amorem conciliat. Unde et a prædicto Lamberto Atrebati Episcopo tota illi parochia de Rochum possidenda in perpetuum, cum libertatis *a* privilegio, anno Dominicæ Incarnationis MXCVII condonatur. *Hunc varia donantur.* Multa quoque prædia hunc locum adjacentia a Castellano et liberis Peronensibus conferuntur. Locus, qui Margellas, cum aquis et pascuis illi contiguis, ab Odone Hamensi confertur: et oratorium ibidem construere *b* a Balderico Noviomensi Episcopo petenti conceditur.

Ecclesiam novam construit 12 Everso igitur ligneo oratorio, per venerabilis Cononis industriam, ecclesia in hoc loco lapidea construitur, et a *c* Godefrido Ambianensi, et *d* Joanne Tervanensi Episcopis anno Domini MXCVI, IX Kal. Octob. permissu et rogatu Lamberti Atrebati Episcopi, dedicatur. Quem cum monachi S. Quintini de monte super cœmiterio suo graviter impeterent, et ab *e* allodiis, quæ utrisque communia et indivisa tunc erant, penitus deturbare vellent, proborum hominum, qui forte aderant, tunc fretus consilio et auxilio, ad Sedem Apostolicam eos appellat; et commissa pauperculæ suæ domus cura, familiari suo Richero Priori de *f* Lisques hac de caussa de suo monasterio evocato, Paschalem Papam, qui Urbano successerat, *g* Trecis repertum super emancipatione sui cœmiterii sollicitat, et quod petit, impetrat et confirmat. *Cœmiterii libertatem recuperat a Paschale Papa.*

13 Revertensque cum privilegio Apostolico, et cœmiterii sui libertate ex mandato summi Pontificis a monachis impetrata, parvo tempore elapso, omnibus hic ordinatis, ad Pontificem summum, qui eum ad se redire præceperat, Romam recucurrit. Quem summus Pontifex secum retentum, tam vitæ merito, quam doctrina satis approbatum, in Prænestina civitate (milliario ab urbe Roma *h* trigesimo tertio distante) ex consilio Fratrum collateralem sibi *i* Cardinalem ordinavit Episcopum. Post hæc etiam præ ceteris Cardinalibus ab eo eligitur, ut fiat Legatus, Sedis Apostolicæ per provincias Galliarum.

Auctore anonymo, ex MSS. — *Fit Cardinalis* — *Legatus in Galliam mittitur.*

a *Privilegium hoc recitat Locrius, in Synodo Atrebatensi datum an.* 1097, *in quo ista ad Cononem Lambertus:* In adventu enim tuo, et bonæ memoriæ Domini Heldemari Magistri et Consacerdotis tui *etc.* b *Scripserat Rosweydus* ab Alderico. *At nullum hujus nominis reperimus Noviomensem Episcopum.* Baldericus, *auctor Chronici Cameracensis, sedit ab anno* 1098 *ad* 1112.

c *Hic est* S. Godefridus, *de quo agemus* 8 *Novemb.* d B. Joannis *Episcopi Tervanensis vitam dabimus* 27 *Janu.* e *Sic appellantur fundi aliæque possessiones liberæ, quæ non sunt feuda, nec alterius* hominem, *sive* vasallum *faciunt.* f *Est* Lisques, *sive* Liques *in Boloniensi, olim in Tervanensi diœcesi. Isthic primum Canonici seculares constituti feruntur, tum regulares, ac tandem a* Milone *Episcopo Tervanensi introducti Præmonstratenses circiter annum* 1131. g Paschalis II, *anno Christi* 1106, *in Gallias profectus, anno deinde sequenti Concilium Trecis celebravit.*

h *Imo potius* vicesimo tertio. *Ita Tabulæ:* Roma via Prænestina, Gabios XII, Præneste XI. *Antonini itinerarium:* Prænestina, ab Urbe Gabios XV, Præneste XI. *Sed forte in priori numero* XV *pro* XII *positum. Strabo ait Præneste Roma distare stadiis* 200, *id est millibus passuum circiter* XXV. *Hodie alii* XXIII *alii* XX *millia numerant. Sed observatum a viris doctis, veteres Romanos minutioribus usos milliaribus.*

i *Ciacconius ait* Chunrado *Cardinali Prænestino, suffectum. Sed hallucinatur in multis. Scribit enim* ordinis Ambrosiani *fuisse,* Aroasiani *dicere debuit. Tum* Hic, *inquit,* unus ex his religiosis fuit, qui eremiticam vitam apud Truncum Berengeri primitus duxerunt, et Arrossiæ ordinis in Darbatensi diœcesi, sub regula S. Benedicti auctores extiterunt. *Cum non sub regula S. Benedicti, sed Augustini, Aroasiæ apud Truncum Berengarii, in diœcesi Atrebatensi vixerint. Denique ait in Gallias Cardinalem creatum, cum hic diserte asseratur Romam ad Pontificem rediisse.*

CAPUT VI.
Reliquias S. Savini ad Aroasiam mittit, et oratorium super sepulcrum S. Heldemari exstruit.

Hic ad nos manum adhuc incorruptam carneam *a* S. Savini Martyris atque Pontificis, et multorum Sanctorum reliquias, de concessione prædicti Papæ anno Domini MCXII transmittere studuit. Et Legatus jam factus ad nos veniens, super sepulcrum ejus Heldemari, Magistri sui, oratorium construi fecit, et ipse illud vestimentis sacerdotalibus et Leviticis ibidem oblatis in honore S. Mariæ Magdalenæ consecravit.

Reliquias mittit Aroasiam. — *Oratorium supra sepulchrum B. Heldemari exstruit.*

a *Plures celebrantur Sabini Martyres ac Pontifices, ut 7 et 30 Decemb. atque alibi dicemus. Cujus hæ sint reliquiæ nondum comperimus.*

CAPUT VII.
Conon Concilium Belluaci celebrat.

Hinc rediens convocatis Remensi, Senonensi, Bituricensi Metropolitanis, et Suffraganeis eorum Episcopis, civitate Belluaco generale Concilium anno *a* MCXVI celebravit.

Concilium Belluacense celebrat.

a *Robertus de Monte supra citatus, anno* 1114, *celebratum hoc concilium scribit: uti et Baronius, qui pluribus locis tomo* 12 Cononis *constantiam adversus hostes Apostolicæ Sedis prædicat. Hujus porro concilii mentio fit in vita S.* Godefridi 8 *Novemb.*

CAPUT VIII.
Cononis mors.

Tandem expleta legatione, qua in Hierosolyma et per totam Syriam sub *a* Calixto et *b* Honorio summis Præsulibus (*c* quorum tempore fuerat) reversus ad propria, Præneste civitatem Sedis suæ, spiritu suo ad Deum evocato, V Id. Aug. gleba sui corporis honoravit anno Domini *d* MCXVII.

Mittitur in Syriam. — *Moritur.*

a Callistus II *creatus est Pontifex anno* 1119, 1 *Febr. obiit* 13 *Decemb.* 1124. b Honorius II, *Callisto successit, obiit* 14 *Febr.* 1130. c *Jam ante* Paschalis II *tempore in Syria fuerat. Sed et a* Gelasio II *in Germaniam missus* Conon *Coloniæ et Fridlariæ concilia celebravit, ut refert Baronius ad an.* 1118, *num.* 20. d *Non potest hic annus esse, si sub Callisto et Honorio legatione functus.*

CAP.

Ex MSS.

CAPUT IX.

Reliquiæ a Conone ad Aroasiam allatæ.

Variæ reliquiæ Aroasiæ.

17 Nonas Maii anno a Christo nato 1112, ab urbe Roma allatæ sunt in ecclesiam S. Trinitatis et S. Nicolai in Aroasia reliquiæ beatorum Martyrum Sebastiani, Hippolyti, sociorumque ejus. Quatuor coronatorum. Felicissimi. Agapiti. Cæciliæ Virginis. Julittæ. Item sepulcri Domini. Præsepii Domini. Manu Domini Paschalis Papæ II, et Domini Cononis Episcopi Cardinalis Prænestinæ civitatis, qui Legatus erat in Gallias, et postea in omnem Syriam, postquam rexisset monasterium Aroasiense.

CAPUT X.

Aliæ in Aroasia reliquiæ.

18 De sancta Cruce.
De sancta spongia.
De petra calvariæ loci.
S. Augustini Episcopi
a S. Monicæ.
S. Vedasti.
S. Joannis Baptistæ.
S. Joannis Evangelistæ.
S. Andreæ Apostoli.
S. Jacobi minoris.
S. Christophori.
b S. Ignatii.
S. Laurentii.
S. Antonii.
S. Gingulphi.
S. Calixti.
S. Victoris Martyris.
S. Agathæ.
S. Margaretæ.
c S. Castulæ.
S. Cordulæ.
d et plurium aliorum, quorum nomina ignorantur.

a *Has reliquias tradunt* Walterum *Priorem Aroasiensem Ostia Aroasiam detulisse anno* 1162 *Quod ad* 4 *Maii examinabitur*
b S Ignatii *Antiocheni costas duas isthic asservari scribit Raissius, et Halloix noster in vita* S *Ignatii cap* 15
c Castuliam *vocat Raissius, atque fuisse e sodalibus* S Ursulæ
d *S.* Apolloniæ *dentem, ut idem ait Raissius.*

CAPUT XI.

Nomina a *Phil. monasteriorum, quæ olim monasterio Aroasiensi fuere subjecta.*

19 Abbas Aroasiæ caput sui Ordinis, et Pater generalis totius sui Ordinis, habet Ecclesias speciales XXVIII, videlicet.

Ecclesiam de Hinniaco.
B. Mariæ de Bolonia.
S. Crispini in cavea Suessionensi.
S. Ulmari in Bolonia.
De Scizonio.
De Bello-loco.
S. Joannis de Chocques.
De Zinnebeca.
De Eeckoult in Brugis.
De Warneston.
De Castriciis.
De Castellione.
De Dodouilla.
S. Joannis in Valencenis.
De Vratislavia in Polonia.
De Bethleem in Alemannia.
De Falempino.
B. Mariæ de Atreo.
S. Patricii in Hibernia.
De Dulci-valle.
De Formezella.
S. Mariæ de Nemore.
De S. Eligii fonte.
B. Nicolai de Tornaco.
De Calviaco.
S. Leodegarii Suessionensis.
De Mareolo.
De Claro-fageto.

a *Hæc ea nobis accuratius exponit Miræus, atque ex eo Pennottus* *sed duo omittunt, videlicet* De Formezella *et* de Calviaco, *nam etsi hoc nominet Miræus patet tamen idem esse cum monasterio* Fontis S Eligii *De singulis occurret alibi agendi occasio, in variis Sanctorum, præsertim Belgarum, vitis*

B. GODEFRIDUS CAPPENBERGENSIS,

EX COMITE CANONICUS ORD. PRÆMONSTRAT.

Commentatione historica illustratus

A JOANNE GAMANSIO SOCIETATIS JESU.

§ I. *Natalis B. Godefridi.*

An Chr MCXXVII. XIII Januarii.

B Godefridi natalis 13 Januar.

Idus, *seu* XIII *diem Januarii tum vita tum scriptores ceteri B. Godefrido natalem statuunt, et in primis MS. Florarium SS. ista habet hoc die :* Godefridi Comitis Campenbergensis. *Canisius in Martyrol. Germanico :* In monasterio Elstad beata memoria Godefridi Comitis Capenburgi. *Ghinius in Natalib. SS. Canonicorum* Magdeburgi natalis B. Godefridi Comitis, *errat in Magdeburgo, unde enim jam recesserat, inque itinere Ilmstadii, sive Elfstadii, mortuus, ut vita cap.* 10. *Novissime Joan. Chrysostomus vander Sterre Abbas S. Michaelis Antverpiæ in Natalib. SS. ord Præmonstraten* In cœnobio Ilmstadiano B. Godefridi ex Comite Cappenbergensi Canonici ordinis Præmonstratensis *Item in Hagiologio et Sideribus. Cujus, et Serarii annotationes nobis usui, in loco notavimus. Mosander, Hæræus, Fasti Mariani, hoc etiam die vitam compendio narrant.*

non 7 Maii aut 25 Nov

2 *Unde perperam ab Ferrario in generali Catalogo SS. refertur 7 Maii* In Germania S. Gothfridi Comitis Cappenbergensis et monachi. *Citat quidem Martyrolog monasticum, sed ejus auctor Wion nec verbo meminit; item Canisium, Cratepolium, seu Mersæum : sed hic diem certum non ponit, ille vero solum* 13 *Jan. Miræus in Fastis Belgicis de eodem 25 Novembris, non quod Godefrido, sed ipsius cognato, ejusdem exempli, patriæ, religionis, Comiti B Ludovico Arnsteinio natalem adscribat, etsi per lapsum amanuensis, qui 25 Novembris, accepit pro 25 Octobris, seu* VIII *Kalendas Novembris, vero natali B* Ludovici. *Vander Sterre adjicit in Natalibus,* 12 *Feb. Capenbergensis* eptionem, *et* 16 *Septemb.* Depositionem *reliquiarum B. Godefridi; omittit vero celebriorem Translationem primam. De tadio paulo* 13 *Januarii. De illis tamen ex vita cap.* 12 *num.* 57, 58, 59, *meminimus.*

Translat

3 *Ceterum jam undecimo post ejus obitum anno,* *Christi* 1138. *Wernerus Monasteriensium Antistes publicis litteris, quas infra referemus, eum appellat* felicis recordationis, et sanctæ opinionis. *Otto Episcopus,* sanctæ recordationis. *Post vero vitæ scriptor passim, item omnes superius citati, excepto Florario, Baronius tom* 12, *anno* 1126. *Spondanus, Serarius, aliique cum sanctitatis præconio* Beatum, *aut* beatæ memoriæ, *Fasti Mariani* Sanctum, *appellant. Quibus accedit Wernerus Rolewingius Carthusiæ Coloniensis alumnus, scriptor eruditus et pius, quod tam Fasciculus temporum et alii sine nomine impressi libelli, quam inedita volumina testantur, quorum complura in MS. insigni Bibliotheca ejusdem Carthusiæ visuntur. Hic de Westphalorum laudibus l* 3, *c.* 8, *sanctos viros, et reliquias Westphaliæ recensens, addit :* in Campenberch, cœnobio ordinis Præmonstratensis, B. Gotfridus Comes. *Mersæus quoque in Catalogo SS. Germaniæ :* S. Godefridus Comes Cappenbergensis, vir juxta mundum clarus, in militia strenuus, consilio prudens, verum in timore Dei, et pietate non minus promptus et eximius. Claruit sub Henrico IV, Imperatore anno Domini 1124. Cum apud seculum esset clarissimus, et gloriam mundi vanam esse et caducam perpenderet, relictis omnibus, ipsum suum insigne ac permagnificum castrum in monasterium consecrari invitis suis fecit. Ipse deinde monasticum habitum sub S. Norberto assumpsit, et hujus sancti viri consilium et vestigia sequi tam non erubuit, neque tæduit. Factus est velut alter Wilhelmus ille Aquitanus Dux sub Carolo Magno. Hic Godefridus non sine sanctitatis opinione obiit Utrum sit relatus inter Sanctos, sive de eo facta sit apotheosis, ignoratur.

Sanctitas publico encomio celebrata

28 Maii

4 *Mosander et Serarius aiunt, quod quidem sciant, in Sanctos nondum relatum. Constat tamen certe allaboratum ab Archiepiscopo Moguntino jamprudem, ut referretur. Utinam sicut S. Norberti cœpta canonizatio, et* ob

Canonizatio sollicitata

ob publicos motus intermissa, per Abbatem Parcensem juxta Lovanium in Belgio, censura Molani excitatum, ut Miræus in Chronico Præmonstrat. ait ad an. 1578, *est resuscitata, ita simili zelo gloriæ Sanctorum ordinis et patriæ gentis, de integro procuretur* Godefridi. *Ast Cappenberga accepimus, in publicis precibus invocari olim et celebrari solitum fuisse : quod tamen intermissum pridem sit; nec qua utrumque auctoritate factum sit, sciri.*

NOT. 19

§ II. *Vita.*

Vita, scripta a coætaneo,

Vita B. Godefridi *e MSS. partim et impressis, est triplex. Prima prolixa satis, et, nisi omnia fallunt, primigenia. Auctor in prologo diversis locis vel metuit periculum ingratitudinis, si Dei magnalia in* B. Godefrido *professionis suæ filiis exhibita posteritati non commendentur; vel præcavet se suscepta commendatione, nulli alteri eadem tractaturo præjudicatum velle, vel arguit inertiam communem in tam diuturno silentio rerum præclare gestarum. Quæ omnia nihili sunt, alius ante si vitam conscripsit. Porro hanc Ilmstadio e MS. superioris cœnobii Præmonstrat. primus* revocavit in lucem *ut Baronius prædicat tom.* 12, lucis ipse jubar Germaniæ Ecclesiæ Nicolaus Serarius *noster, adjectis pauculis notis. Ab eo accepta, uti in novissima Surii editione, hic adfertur, sed aptius aliquanto capitibus et paragraphis interpuncta.*

Canonico Cappenbergensi

6 *Scriptor hic usque est anonymus, tamen Ecclesiæ Cappenbergensis Canonicus, omnium et suo ipsius præfantis testimonio :* De B. Godefrido Comite Cappenbergensis cœnobii, hoc est, loci nostri, fundatore. *Paria habet num.* 12, 52, 54 *et alus. Cappenbergæ tamen aut alibi locorum, vix cum* B. Godefrido *vixerit; quod gesta ejus a se observata nulla narret, quin adeo diserte præmittit :* Conabimur ea quæ sub oculis Fratrum nostrorum acta vel dicta sunt, explanare. *Et n.* 25 : Hæc senior noster, quæ assidue oculis suis intuitus est, veraci ac fideli mihi testimonio prosecutus est. *Similia passim nn.* 26, 37, 39, 46 *et alibi. Verum tamen post* B. Godefridi *tam Cappenberga, quam e vita discessum, ibidem esse versatum, ex Fratrum Godefrido familiarium ejusque famulorum narratione crebro citata, et aliunde, comprobatur nn.* 12 *et* 46. Nobis adhuc ignorantibus ejus transitum Cappenbergæ, *cap.* 11, *num.* 52 *et alibi. Præterea ibidem adhuc an.* 1149, *vixit in posteriori translatione* B. Godefridi *cap.* 12. *Vossius l.* 2. *de Historicis Latinis cap.* 49, *scribit circa Lotharii II, Imperatoris tempora claruisse* incerti nominis monachum Præmonstratensem, scriptorem vitæ æqualis sui Godefridi Comitis Cappenbergensis. *Ast scriptor ipse num.* 56, regnante Conrado, *qui successor fuit* Lotharii *an.* 1137, *aut* 1138 *defuncti, factam esse primam translationem testatur an.* 1148, *quam postea vel cum ipsa vita primum conscripsit, vel saltem adscripsit.*

non ipse solo

7 *Idem porro pluribus locis, de se loquens solo, multitudinis numero utitur; ac simul quæ Præmonstratensium totique Cappenbergensium familiæ communia, ut in proœmio metum communis ingratitudinis, publicæ negligentiæ ac taciturnitatis culpam, sibi cum auctoritate sumit expianda. Quod cum præsides congregationum ipsi facere, aut si alios facere jubent, illud plerumque præmonere soleant, videtur Cappenbergæ functus officio Præpositi. Quod etiam prope convincit altum ubique silentium de nutu jussuve majorum, quo adactus hanc sit scriptionem aggressus, quod fere nemo illius ævi scriptorum, si in cœnobio sub aliena degit disciplina, non præfari solet. Tum illa num.* 59 : Nos *etc.* hunc nostro Joseph *Godefrido*) votis assiduis domum (*Cappenbergensem*) delegimus gubernandam. *Neque ex temporis ratione alius fuit quam Otto eo nomine primus, minime secundus istius Præpositus, qui anno* 1125, *ut infra dicetur, Cappenbergam venit, circa initia imperii Lotharii, deinde ibidem ab anno* 1135 *Fratribus præfuit, potiori parte sub Conrado Rege usque ad annum* 1155, *quo mortuus ut infra. Ceterum hujus eruditionem produnt multa ex sacris profanisque litteris ad rerum splendorem, legentisque oblectationem, scriptioni eleganter aspersa.*

nemp. Ottone I.

AUCTORE JO. GAMANS.

Appendix ex vita S. Norberti.

8 *Huic vitæ appendicem addidimus ex vita S. Norberti tum MS. tum per Joan. Chrysostomum Abbatem post accuratam cum variis MSS. collationem edita, capita duo, quæ totam conversionem B. Godefridi illustrant, ideoque in MS. Ilmstadiano, quo usus Serarius, alterum saltem adjicitur, at sine vitæ illius citatione...*

Alia vita auctore B. Hermanno de Are, ut conjicimus,

9 *Altera vita MS. est e superiore, ut prologi finis, ac reliqua narratione verborum ac periodorum consensus ostendit, compendio quidem, sed accommodo, digesta, et præter rerum temporumque ordinem meliorem, etiam miraculo uno auctior. Scriptor se Canonicum Cappenbergensem innuit, cum Cappenbergam castrum* Ecclesiam nostram, *ejusque Comites* nostros Comites *appellat. Et forsan alibi etiam Episcopus fuit, quod addat :* Plures de Fratribus nostris extra nos in diversis locis Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Prælaturas, et dignitates alias sunt adepti, *ubi illud* extra nos *interpretatur nonnemo præter nos. Sed refragari ipse videtur, cum Episcopos* ab Ecclesia nostra assumptos *dicit. Non ille Cappenbergensem, aliamve cujus erat professus, sed Ecclesiam propriam, peculiari nexu sibi Episcopo devinctam,* nostram Ecclesiam *potius appellaret. Dein illud* extra nos, *non ad solos Episcopos, sed ceteros etiam minores Antistites ibidem extenditur; adeoque magis probatur Præpositum Cappenbergæ fuisse, et quartum quidem in hunc B. Hermannum Comitem de Are, qui susceptam an.* 1171 *Præposituram moriens anno* 1210 *reliquit.*

non Wernero Monasteriensi.

10 *Dato etiam fuisse Episcopum, ast ubi, aut quis fuit?* Wernerus *Monasteriensium XXI, ut aliquis suspicabatur, certe non fuit; quod nec ille Præmonstratensis, et jam anno* 1152, *defunctus, quo successorem accepit Fridericum, teste Frisingensi infra nullo modo attigerit tempora Episcopatus* B. Isfridi, *quem auctor inter alios citat Episcopum sibi æqualem vel superiorem. Is enim* B. Evermodo *Raceburgensi Episcopo circa annum* 1177, *mortuo subrogatus est. Ita Miræus in Chronico Præmonstrat. Helmoldus Annal. lib.* 2, *c.* 26. *Krantzius Metropol. l.* 6, *c.* 40 *et Wandaliæ lib.* 5, *cap.* 42 *Ex his emendandus in supplemento Surii Mosander, hanc ipsam vitam, mutato nonnihil stylo contractam, adferens, et asserens a contemporaneo* B. Godefridi *esse conscriptam.*

nec æquali

NOT. 20

Aliæ vitæ

11 *Præter has duas, tertiam vitam MS. Latino versu, asservat vander Sterre. Quartam et recentem Historiæ SS. Præmonstratensium rhythmo Germanico conscriptæ inseruit Christophorus Pilckman, Abbas Steinfeldiæ domus Dei, et ordinis per Westphaliam Bohemiamque instaurator zelosus. Quintam denique dedit anno* 1633 *in Bibliotheca Præmonstratensi Joannes Pagius Theologus Parisiensis, Præmonstratensis Canonicus, et ordinis Syndicus. Ast eas ex prima MS Serario, Mosandro, aliisque nove tantum collectas, omittimus : quidquid tamen aliunde inserunt excerpimus.*

§ III. *Nomen.*

Etymon nominis Godefredi

Godefridus, Godfridus, Gotfridus, Gofridus, Gaufridus, Gaudefridus *etc. idem nomen inflexione tantum diversa, tum* divinam *vel* Deo gratam pacem, *tum* hominem pacis *ejusmodi* studiosum *significat, ductaque a Teutonico* Frid, *quod* pax, *barbare* Fredum *est, cui propiora sunt* Godefredus, Gothofredus, Gottofredus, Gaufredus *etc. apud Lanovium in schediasmate de Cancellariis : item* Manfredus, Fredegundis, Alfredus, *etc. In legibus Ripuariorum* 18 *apud Hermannum Comitem Nuenarium,* Fredum *explicatur,* compositio, quam quis pacem a Principe impetrat. *Lazius l.* 3, *de migrat. gent. ait :* Vrede, pax; Frid bellis... inde Freda, mulcta pro pace soluta.

Fredum quid et Freda

13 *Porro nomen hoc isto ævo, viris illustribus fami-*

liare

Auctore Jo. Gamans

Alii tunc Godefridi.

liare fuit; Electori Trevirensi, Comitibus Lovaniensi Barbato ejusque filio; Namurcensi, Arnsbergensi, aliis, et nominatim Duci Bullonio, qui, cum noster adhuc Godefridus *admodum adolescens esset, in terram sanctam movit feliciter, ibique decessit, cujus sigillo in vita Venerab. Petri Eremitæ per D'Oultremannum legitur incisum* Codtfridus, *antiqua orthographia, etiam Romana (ut Lips. de pronunt. ling. Lat. c. 13.) G in C aut K, non tam ob aliquam affinitatem, permutante, quam C seu K lenis et mollis, hactenus innominatæ litteræ, usum veterem attestante : quem exquisita Disceptatione philologica de natura et usu litterarum c. 7, Reverendiss. et Prænob. Ecclesiæ Monaster. Decanus, Mindensis Canon.* D. Bernardus a Mallinckrott, *asseruit nuper, ac diluide ostendit in Germanicis* Gott, *Deus,* geben, *dare, etc. velut* Kott, Keben *pronuntiari solitis.* In omnibus enim istis etsi G scribatur, tamen K lene effertur: qua in re quotquot idiomatis nostri cognitionem habent, sive superiores illi Germani sint, sive nostrates, Belgæve, suffragatores me habiturum confido. *Ita ille, cujus eximia humanitate plurima nobis, ad hanc de* B. Godefrido *concinnandam commentationem, suppeditata sunt.*

G littera in C et K mutata.

§ IV. *Comitatus.*

Comitis *dignitate avi ditionique Cappenbergicæ annexa* Godefridum *excelluisse, præter vitæ scriptores, ipse Suecorum Princeps in Cæsareo conventu cap. 7, magnifice testatur: et Rolevinckius in laudibus Westphaliæ lib. 1, cap. 1, inter Westphaliæ Comitatus, domusque illustres recenset* Cappenberch. *Erant autem isthæc Comites, quales hodienum occurrunt, in una provincia plures, ejusdem tamen provinciæ Comites passim omnes vocantur, etsi portionem aliquam singuli, aut titulum duntaxat obtineant. Ita prorsus Cappenbergensis in Westphaliæ provincia Comes Godefridus, vitæ c. 1,* Comitatus agebat officium, *et in vita MS. S. Norberti c. 31, dicitur* Comes quidam Westphaliæ præpotentissimus. *Eo ergo tempore quando universa Westphalia in Episcopatus a Carolo Magno constitutos, Ducatus, Comitatusque dividebatur, ut modo, complures etiam Comites certo terrarum districtu in eadem Westphalia dominatum exercebant, velut etiamnum haud pauci exercent, vel seorsim singuli, vel pluribus in unum, ut terris, ita terrarum titulis per acta varia pactaque concurrentibus. Imo toto hoc commentario vitaque* B. Godefridi *aliquot Westphaliæ Comites nominantur, etiam hodie illustres. Complures item apud Historicos proprii Westphaliæ Saxoniæque Duces, Magnus ex Billingis,* Godefrido *adhuc puero, reliqua vero vita Lotharius Comes Suplinburgi et Arnsbergæ, tandem Imperator. His inferior, illis par aut superior ad inferioris Lupiæ tractum Comes Cappenbergensis arce et Comitatu suo, uti alia Westphaliæ parte arx et stirps Arnsbergica eminebat, de qua cap. 4, etc. quod in stemmatis, quippe mortalium, assolet alternis fieri. Ideo vitæ S. Norberti cap. cit. titulus additur Godefrido* Comitis Westphaliae præpotentissimi, *et ibidem* Castrum Cappenbergense dominatum Westphaliæ tenere, *et quidem latius, ut vitæ lectio habet, nimirum ampliorem præ reliquis, ac præcipue tota diœcesi Monasteriensi, in qua sola Cappenberga ad Comitatus, ac Stromberga ad vicecomitatus, sive Burggraviatus sacri Romani Imperii dignitatem erecta erat, vide* § 5.

B. Godefridus Comes Westphaliæ,

et Princeps

15 *Ad hæc Serarius notat. 6, observat vita S. Norberti c. 32, Godefridum vocari* Principem: *atque tum quia inter primates patriæ, tum quia regia stirpe natus, opulentia denique, Principibus par erat aut major, quemadmodum quondam Comes Campaniæ Theobaldus vocatur nobilissimus Franciæ* Princeps. *Et Godefridus ipse fundator et quartus, vitæ c. 9, num. 52, ita Fridericum* [illegible] *Comitem Arnsbergium alloquitur:* Principes etenim ex lingua seculi primis ævi vulgari nominantur.

16 *Gentilitia quondam Cappenbergensium Comitum arma fuere : scutum aureum in summo latum modice lunato aut nullo fastigio; ad imum cuneatum et pinnatum, ut fere prisca Samnitum, et posteriora veterum Nobilium. Mediam scuti regionem, tertiamque totius areæ partem implet fascia punicea, velut militare cingulum. Apici insidet adversa rectaque galea, quæ septenis clathris diducta et illustrata, uti Marchionum solent; plumantibus corymbis ceu cristis, folia larga et reflexa exprimentibus, intecta; quibus miscellaneo coloris puniceí aureique metalli jubare alternis effulgente exornatis, cassis ipsa pone juxtimque ac parmula extima, pulchra diffusione ambitur. Eadem Ducum amplæ ac liberæ ditionis privilegio ita coronata est, ut ex aurea circulari bracteola, margaritis intexta, quatuor exsurgant aureæ quercus frondes, totidem echinis per æqua intervalla prodeuntibus. Ab vertice cassidis erigunt sese, velut ad inferendum terrorem, gemina cornua aurea, dorsis obversis, scutario symbolo singula media obligante. Horum similiumque insignium ritus explanat Lipsius lib. 3, de milit. Rom. et plenius Silvester Petrasancta in Tesseris gentilit. cap. 26. Atque hæc genuina insignia hodie in Cappenbergensi curia Monasterii Westphaliæ, in cœnobio ipso sepulchroque BB. Godefridi et Ottonis, depicta visuntur, solo scuto absque galea. Eadem ipsorum Comitum heredes adm. R. D. Cappenbergæ Præpositus, et RR. DD. Canonicorum conventus, etiamnum retinent. Iisdem consentiunt, citra extimum ornatum, insignia Episcopi Monasteriensis, atque urbis ipsius, nisi quod hæc cristis inornentur. Cathedralis vero Ecclesiæ imaginem S. Pauli umbilico tenus scuti fasciæ imminentem exhibent.*

Insignia Cappenbergicæ familiæ.

NOT. 21

17 *Elogii S. Norberti Icone 22, in scuto ovali (quod aliis quoque usurpatum, haud scio an ex veteri rei tesserariæ norma) fascias binas exhibent, scutique coronidem unionibus in summo ambitu confertam, quæ Comitum est propria. Serarius noster scutum argenteum duplici prasina fascia distinctum sculpi curavit; galeam quinquies clathratam, inque apice brachia duo sursum elata, manibus protensis, typis scutariis manicata, interque ea globulum galeæ insidentem ac pavonina cauda fastigiatum.*

perperam alibi expressa

§ V. *Comitatus sedes.*

Cappenberga, *princeps Comitum sedes, in Westphalia, diœcesis Monasteriensis, a* Luna *ad Lupiam flumen sito oppido milliari ferme distat.* Locus excelsus est, munitus et amœnus; *ait Serarius Notat. 2,* Castrum per totam Westphaliam opinatissimum; *B. Hermannus de Scheida B. Godefrido æqualis infra,* permagnæ honestatis ac spectabilitatis; *vita numer.* 23, positum loco spectabili, situque admodum salubri et delectabili; *numer. 5, qualem sane primos arcium conditores rurí elegisse constat, et scriptis humanissime litteris describit* Bernardus a Mallinckrott : Celebris, *inquit,* olim in Cappenbergæ tractu venatio, quam loci genius adhuc suadet, saltu spatioso undique cœnobium ambiente, prospectuque plaga meridionali Marchiæ Comitatum versus, procul patente, in montes Westphalicos, agros, pagos, oppida complura, Tremoniam, Camenam, Unnam, Hammonem, Lunam etc. Ad saltus confinia, qua metropolim Monasterium respicit, adjacet planities compascua duarum horarum longitudine, vulgo *Die maghende:* quæ in Speculo Saxonico inter præcipua regalia banna, id est districtus terrarum silvarumque et venatorum campos, vulgo *Wildtbahn,* refertur. Præterea isthic patriæ munimentum stetisse indicio est tum apparatus bellicus Friderici Arnsbergensis obsidionem molientis, *in vita numer.* 20, tum situs excelsior antiquitus munimentis eligi solitus; cujus generis in Monasteriensi ditione raris montibus, usque parum editis insessæ, alterum tertiumve reperio, Strombergam, olim Burgraviatum Imperii, et Horstmaram, quæ potens dynastia fuit. Quartum illis montanum castrum

Cappenberga in diœcesi Monasteriensi, loco amœno.

NOT. 22

et munito,

accenseri

AUCTORE JO. GAMANS

accenseri potest Huneburgum, *de quo* § 6. Sub Magno Carolo Egbertus Saxoniæ cis Visurgim Comes habitavit in eadem præterlabentis Lupiæ ora, seu, ut Uffingus in vita ejus conjugis S. Idæ 4 Sept. apud Surium, in provincia Dreni; quod nomen (etiam Francorum Annalibus usurpatum) adhuc obtinet tractus ille Monasteriensis Ecclesiæ, ad dexteram Lupiæ ripam a Cappenberga in finibus ejus sita, oppidum Lupiam usque, olim Bructerorum sedes. Hertveldiæ, *vico Lupiæ imminente, basilica ab eodem Egberto Comite Westphaliæ constructa fuit, vicinisque ejus prædiis dotata, inque ea ipsi et uxori, isthic considere solitæ, monumentum sepulchrale locatum.* Hovestadt *adjacens Egberti curia fuisse creditur, et* Eckelburg *vicus cum arce, quasi* Egberti Burgus. *Neque Susatum amplius dimidia hora abest, jam ab Dagoberti Regis et S. Cuniberti ævo celebre.*

in provincia Dreni,

NOT. 23

19 *Supparem Cappenbergæ antiquitatem prodit brevioris vitæ prologus :* Temporibus B. Ludgeri primi Episcopi Monasteriensis et Caroli Magni Regis inhabitabatur semper mons Cappenberg. *Nec abhorret jam tum fuisse recensitum inter* Firmitates, *seu loca provinciæ firmiora, quæ uti et civitates, præter domicilia ruri reliqua (recensentur non pauca in Actis SS. Ewaldorum, Swiberti, Ludgeri, ac veterum donationum litteris) provinciales Carolo ad Bocholdiam victori cessere, in quibus saltem ipsa Cappenberga est numeranda. Cujus etiamtum arcis antiquos possessores ab ejusdem Caroli sororis filia ortum traxisse tradit vita longior c.* 13. *Quin id temporis montem istum saltumque a propriis Westphalorum Regulis, aut Widekindi Carolive Præfectis, habitatum; et assectis frequentatum cum adhærente banno regio, seu venatorum campo, præter raram situs, solique ultra flumen fertilissimi præstantiam, persuadet Francorum Dagoberti, Martelli, Pipini, Carolomanni, hac in Frisiam Saxoniamque prioribus annis sæpius iterata belli ac pacis expeditio. Neque infrequens Carolo Magno istac, Rheno ad Lupiam trajecto, transitus, qui variis locis apud du Chesne tom.* 1. *Histor. Francicæ astruitur. Annales ex MS. Tilii :* Anno DCCLXXX fuit Synodus ad Duriam; et inde per actus, *(id est, vias, ut Festus verbo* actus. *Varr. l. 4 de Ling. Lat.* Actus iter in agris, quod agendo teritur, *ut viæ qua vehebant)* partibus Saxoniæ ad Lippeham; et Saxones voluerunt resistere, in loco qui dicitur Bothslotz, et non potuerunt, sed fugientes reliquerunt omnes civitates eorum, et Franci aperta via introeuntes in Westfaelos, conquisierunt omnes. *Alii Annales ex MS. Loiselii :* An. 779 iter per actus est partibus Saxoniæ ad Lippiaham. Transitur Rhenus fluvius, et Saxones voluerunt resistere in loco qui dicitur Bohhot, auxiliante Domino non prævaluerunt, sed ab inde fugientes reliquerunt omnes firmitates eorum, et Francis aperta est via, et introeuntes in Westfalaos conquisierunt eos omnes. *Iterum Annales ex MS. Tilii :* An. 785 Domnus Rex transiit ad Lippiaham et ingressus est Saxoniam, et misit filium suum contra Westphalos. *Eginhartus in Annal. de eadem expeditione ait :* An. 784, cum exercitu in loco, qui Lippeheim vocatur, Rhenum trajecit. *Hic et alibi, ut posterioris loci varia est lectio* Buoholz, Bouholtz, Bolhoz, Botolz, Bozols, Boueholt; *ita quoque prioris,* Lippia, Lippeam, Lippiam, Lippiham, Lippiaham, Lipihaam, *id est nostro dialecto, ut Eginhartus* Lippeheim. *Utrumque designat Wernerus de laud. Westph. l.* 2, *c.* 5. Anno 779 exercitu traducto in loco qui dicitur Lippekant prope Wesaliam, exadversus Saxones prope Bocholdiam castra posuerunt, volentes impedire Regem. *Nimirum ut* Roerort, Angerort, Iselort, *Roræ, Angeræ, Isalæ fluviorum, ora et extremum, ita Lupiæ Rheno se committentis ipsa crepido et adjacens utrimque ripa, Lupiæ angulus vel extremitas, seu* Lippekant *vernacule dicitur, ut alibi Mosæ tractus die* Maeskant. *Comes Nuenarius Comment. de Gallia Belg. inquit :* Wesaliæ ad mœnia Luppia Rheno conjungitur. Hanc Caroli Magni temporibus

Carolo Magno et Francorum Regibus frequentata

Luppiæmundam vocatam comperi, quemadmodum Angræmunda, et Ruræmunda quoque dicuntur, nam ostium hoc modo Germani soliti sunt appellare, velut fluminis effluentis os, fauces, labrum. *Præter ista Carolus, Rheno apud Lupiæ fines et fauces transmisso, nunc ad ejusdem et Paderæ fontes, per interjectum Cappenbergæ agrum pace belloque progreditur; nunc Tremoniæ sedem regiæ domus vel annonæ collocat, ut to.* 4, *Theatri Urbium dicitur; nunc Sigeburgum vicinum expugnat, recuperat; nunc Heresburgi hibernat cum uxore ac filiabus, etc.*

20 *Quod si eo jam ævo Cappenberga stetit, fit verisimile prius seculis aliquot, ante illa Frisiorum Saxonumque contra Francos diuturna bella, initio castellum fuisse veterum vel Burgum, aut turrim, et stationem insignem priscorum Bructerorum, qui populi regionem Lupia Amisiaque fluviis præcinctam obtinuerunt, ut clarum est ex Tacito Annal.* 1, *Claverio in Germania; quibus eadem regione post Chamavi et Angrivarii successere, Trajani Imp. ævo. Quod testatur et lætatur Tacitus de Germanorum moribus :* Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant : nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse *(in eorum sedes)* narratur *(primo anno principatus Trajani an. Christi* 97, *quo anno de Germania istum librum conscripsit) Tacitus* pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu favore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem prælii invidere. Super LX millia non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. *Prælii locus incertus, vicinus tamen alicui præsidio Romanorum, ut spectari potuerit. Qui tantæ cladi superfuere de Bructeris, Rheni ripam Agrippinæ appositam insedere ut Cluverius demonstrat Germ. l.* 3, *c.* 13, *ex Nazarii Panegyr. et Gregorius Turonensis l.* 2, *c.* 9, *de Arbogaste Theodosii Imperatoris Duce, inquit :* Collecto etiam exercitu, transgressus Rhenum, *(Agrippinæ Coloniæ, ut præmiserat)* Bructeros ripæ proximos; pagum etiam quem Chamavi incolunt depopulatus est. *Hinc conficitur, nec abs re, hisce Bructeris quia confines Chamavi, eos ab illo vetere Bructerorum excidio, Lupiam quoque transgressos, aliquam regionis partem, sive pagum insedisse; a quibus hodierni oppidi* Camene, *seu* Caemen, *milliari a Lupia distantis, velut altera ripa a quali spatio semoti montis aut burgi Chamavorum,* Chamenburg et Chamenberg, *nomen profluxerit. Primum integra voce permansit hactenus; alterum cum ætate unius litteræ mutationem per varium linguæ sermonisque flexum subiit, ut* Campenberch, *et* Capenburgum *nonnullis, ut infra* § 9, Capenberg, *et* Capenberga *usitatius appelletur. Neque litterula unica extrita et usu variata magis obstare potest, quam plures et litteræ et syllabæ alibi recisæ obstare censeantur, quo minus veterem primamque significationem retineant, ut* Aliso, Elsen; Susatum, Soest; Monasterium, Munster; *et alia sexcenta. Porro quali gradatione a Siga et Sygambris (ut eruditi consentiunt, Junius in Batavia, Cluverius in Germ. l.* 3, *c.* 8, 9*) derivata sunt,* Sigen, *et* Sigena *Comitatus Nassovii oppidum,* Sigeburgum, *seu* Sicamburgum, *ut vocat Kærius in oblongo Rheni Tab. ad Roræ et Lenæ confluvium,* Sigeberga *illustris ad amnem Sigam Abbatia; simili prorsus a Chamavis* Caemen, Camenburg, Camenberg, *seu* Capenburgum, Capenberga *sunt propagata. Itaque si prius Bructerorum nullus illic burgus aut statio, certe Chamavorum fuit posterius, omnino opportuna ad fluvium, ditionem eorum lambentem aut interlabentem; in silva omnem fere provinciam obtinente, in monte totius regionis fere unico excelsoque et medio, ipsam Camenam, et ulteriora montium Sicambriæ, seu Westphaliæ et Surlandiæ; pagum Tortmannorum, sive Tremoniam, ut to.* 4 *Theatri Urb. ceteraque camporum et silvarum longissimo et latissimo ductu sub oculos subjiciente. Quem vita longior c.* 1, *indicat istis verbis,* loco spectabili; *et vita brevior initio :* Capenberch a situs sui qualitate, mons speculationis interpretatur

Nomen a veteribus Chamavis ductum videtur.

AUCTORE JO. GAMANS

interpretatur: *quasi ex* Gapen, *et* Kapen, *quod accolis, etiam priscis, fuit* spectare, *et* speculari, *fere otiosorum more. Placuit vero ista ad etymologiam, in vetustis plerumque incertam, utrique scriptori alludere.*

§ VI. *Familia.*

P*robati viri genus est virtus: tamen illa ut veniens e corpore pulchro, ita et claro stemmate gratior est. Hoc decus Godefrido vitæ scriptor cap.* 13, *tribuit:* Antiqui possessores Cappenbergensis castri, de Magni Caroli et Widekindi Regis progenie per Imezam, quæ Xanctis quiescit, (quia, ut aiunt, sororis suæ filiam Carolus, tamquam pacis obsidem, Widekindi filio dedit uxorem, et a cujus posteris curtem Wifde obtinemus) descendisse traduntur. *Scio illustrium cunabula frequenter veterum Imperatorum, Regum, ac in primis in Saxonicis Genealogiis Carolinorum et Witikindeorum insignibus prætexi, ut iis nacentes familiæ fabulis, seu fasciis, involutæ, grandiores primo ortu appareant. Tamen eo argumento, velut comparato ad vetustam nobilitatem subruendam telo, passim magnificis natalibus pro libitu illudere, cum præter incertum præsumentis metum, ratio illos nulla confutat, hominis est, ut levissime dicam, rerum probabilium momenta haud serio expendentis. Quare* Imeza *Caroli Magni ex sorore neptis, etsi hactenus parum ex scriptoribus nota, haud tamen ideo temere explodenda, cum ejus familia jam ab annis* 500, *proprio nomine, mariti que certo sepulturæ loco, certis posterorum fundis, ex longa temporum et majorum attestatione cognitis, confirmetur.*

Imeza Caroli Magni sororis filia

22 *Pari argumentatione Braverus utitur Annal. Trevirens. lib.* 8, *an.* 809, *non in* Ada *modo asserenda, sed et* Officia. *Adam e tenebris jam ante Lazius Bruschiusque eduxerant, prolata etiam sepulchri epigraphe,* ADA ANCILLA CHRISTI, SOROR CAROLI MAGNI. *Clarius vero tum idem Braverus in Annalibus, tum in Maximinianæ cœnobii defensione eam Zillesius vindicavit.* Officiam, sive Effiiciam *ex MSS. Rutilensium codicibus Braverus eruit, quam monasterii olim Benedictinorum post Carthusiensium, Treviros inter et Theodonis villam,* fundamenta ad fastigium produxisse, ac in oratorio S. Stephani sepultam, ædemque a Leone Papa B. Xysto Papæ consecratam, constans est et temporum serie propagata traditio. *Porro Fauchetus in Antiquit. et Magistrat. Franciæ, et gemini Sammarthani in historia Genealogica Franciæ to.* 1, *l.* 3, *c.* 5, *recensent* Caroli Magni *sorores tres ex matre* Bertha, Rothaidem, Adelheidem, *tenella ætate extinctas, Metisque sepultas,* Giselam (*alias* Itsbergam) *Abbatissam, sanctæ conversationis feminam, quam a morte matris velut alteram matrem coluit idem frater* Carolus, *ut ad illius vitam* 21 *Maii dicetur, et tradit idem Bruschius in monasterio* Campidona, *ubi plures adjungit ejusdem* Berthæ *ex Pipino filias,* Adam *ancillam Christi,* Bertham *Rolandi strenui Ducis matrem,* Symphorianam *Amberti Ducis conjugem, illustri prole fecundam. Has omnes asserit Lazius de migrat. Gent. l.* 3, *in catalogo Carolingorum, præter* Adelheidem, *cujus non meminit. Regis Pipini, qui Magno Carolo parens fuit, esse filias ex altera uxore Leuthara, quam, non quidem harum parentem, legitimam tamen* Pipini *uxorem agnoscit Bruschius, et* Leutburgam, vel Tal...nam *vocat,* feminam Saxonicam. *Ast ambo hallucinantur, cum prima et unica fuerit uxor Pipino Bertha, marito an.* 768, 24 *Septemb. defuncto, ad mensem Julium an.* 783, *superstes. Fauchetus et Sammarthani filias illas ex concubina ... pla... velant, si tamen vere Pipini filiæ fuerunt. At ... duæ ... illas a Braxerio ... [illegible] ... Pio Symphorianam, et Bertham, sicut ... [illegible] ... [illegible] ... Berthæ, M... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... neptis*

Plures Caroli sorores

ex Ludovico Pio, B. Ritzæ, *item scriptoribus incognitæ, ad Confluentiam domos ac fundos extitisse testantur Ecclesiæ S. Castoris monumenta, ubi sepulta miraculis et cultu piorum claret. Proinde has omnes eo tantum argumento, quod ab Historicis, solos fere filios recensentibus, omittantur, natalium sedibus, fundis, tumulis, codicillis exturbare, iniquum est, ne dicam sacrilegum. Et cum filiæ Regum Francorum, vel suo vel parentum genio ductuque, ad Rheni et Mosellæ Ripuariam præcipue degerint, minus videri mirum debet* Imezam *nuptui traditam ultra Rhenum, juxtaque eum Xanctis esse sepultam.*

23 *Ceterum eadem* Imeza *num jam dictarum aliqua Caroli sororum, an alia consanguinea vel etiam affini tantum, quæ sororio nomine sæpius honorantur, orta sit, non liquet. Referunt Sammarthani genealogiæ Hugonis Capeti scriptorem (Pontum, ut arbitror, Thiardæum, scriptis clarum, Cabilonensem Episcopum) tradere,* Bertam *Carolomanni Suessionum et Germaniæ Regis filiam, a patruo Carolo Magno, Regi aut Duci Saxonum Widekindo post initam concordiam, fidemque Christi susceptam, in conjugium datam. Id tamen a me alibi necdum observatum; nec ullus filiæ Carolomanni, sed tantum filiorum, ut historici volunt, meminit: eosque una cum Berta matre, Verona capta, in Franciam deductos adhuc adolescentulos ait Paulus Æmilius in Carolo Magno. Nec multo grandiores obiisse, videtur probare reliquæ ætatis in historicis silentium. Nihil alioquin obstat Berthæ et* Imezæ *nominum diversitas, cum ea in Genealogicis vix æstimetur, si verum sit consensio; quæ aliqua apparet, eo quod vetus sit et frequens uxorem fratris ab altero fratre sororem dici.*

Imeza harum alicujus, aut fratris filia.

24 *Sit ergo* Bertha *fuerit Caroli fratria, sive* Imeza *sororis filia; eam ipse magno et seniori, post sancto, Widekindo, pacis tantum obsidem; sed uxorem ejus filio, ut ætate juvenili supparem, dedit. Ast utri filiorum? an* Wigberto *natu majori ac heredi in Westphalia? an* Widekindo *juniori, domino ditionis Salam inter et Albim, ut volunt Genealogi, Lazius, Grantzius, Emmius, Bertius in Germ. l.* 2, *cap.* 11? *De primo suadet* Cappenberga, *Westphaliæ pars, et ab illius patrimonio amplior post decisa. Verum utrique sua conjux apud eosdem:* Wigberto *filia Rabbodi Regis Frisiorum* Sinicilla, *vel* Smicilla, Widikindo Nilada, *vel* Inlada, *suique ex illis liberi. Forte bello Saxonico, cujus dux fere et auctor Widekindus, dubio procul ætate jam maturus ac præstans robore, post annos plures composito, alterutrius filii uxor obierat, ut secundam duceret* Imezam. *Utut sit, illud conjugium confirmat, quod circa idem tempus, eodem Lupiæ tractu, vir potens et illustris* Egbertus *Comes Carolo Magno gratissimus, eoque favente et agente, ex ipsa Gallia Comitis summo loco nati filiam regali* indole uxorem *S. Idam acceperit, et cum ea Westphaliæ ab eodem Carolo præfectus ad Lupiam consederit, ut 4 Septembris dicemus. Quidni et Carolus neptem suam potentissimo Angariæ ac Westphaliæ Duci nuptum dederit? præsertim cum Ducum istorum ac populorum animis in pacem Christique fidem inclinandis et asperis, suaviter Deo ac Francorum genti adjungendis, nihil fuerit opportunius partibusque fœderatis jucundius?*

nupta Widekindi Magni filio.

ad pacem fœderandam

25 *Hinc primi Capenbergæ possessores nati, et non una tantum sed de serie quo... cum infra Otto Episcopus Monasteriensis, Comes de Benthem, dicat se de* Cappenbergensium Comitum consanguinitatis linea descendere, *eosque consanguineos nostros appellet Vitæ quoque Scriptor ait:* Quorum hodieque in multis excellens claret magnanimitas. Unum hunc Hermannum Comitem, una cum devotissima ejus conjuge Gerberga de Huneburg, Dei cultorem præcipuum necessario memoramus. *Unus hic ex multis, probus in primis, miraculis clarus in vita Hermannus, avus B. Godefridi, de quo in vita cap.* 1.

Hermannus avus B. Godefridi.

26 *Avia paterna fuit Gerbergis de Huneburg Lutzelburgica apud Crusium in Annal. Suevic. p.* 2, *l.* 1, *cap.* 12, *et in* Vindicis *Ecclesiæ Wurtenbergicæ.*

Gerbergis avia an Suevica

bergiæ, testantur arcem Huneburgum, *altero ab Hala Suevorum milliari, ejusdem Imperatoris jussu destructam, in fabricam ecclesiæ cœnobii Murrhartensis ab ipso fundati cessisse, interque ceteras res donatos* XXX *ministros, et post :* Nomina autem ministrorum ex arce Hunneburgo, *deinde :* Necnon alios strenuos Equites ejus arcis Diethanum, Waldmarum, Tilum, et Widekindum. *Ex istis ministerialibus vel Equitibus, nobilitatis gradu præstantioribus, an ex Comitibus de* Honburg *et* Hohenburg *in eisdem Vindicus et Metropoli Hundii, et alibi celebratis,* Gerbergis *orta sit, incertum. Secundum probabilius videri potest, ex confirmatione fundationis monasterii Alpirsbacensis ord. S. Benedicti facta per Henricum V, Argentinæ an.* 1123, *ubi inter complures Comites medius adducitur* Folmarus Comes de Huneburc, *qui* Gerberge *nostra ætate aliquanto posterior, B. Godefridi æqualis fuit. Reliqui certe, qui in eodem diplomate testes adhibentur, Alsatiæ vicinarumque ditionum Comites Ducesque : ut conjici queat, et* Folmarum, *et Gerbergim e regione tractu oriundos fuisse.*

an potius Westphala.

27 *At propius ex ipsa Westphalia Hermanno adduci conjux Huneburgica potuit. Nam (ut suis nos litteris docuit sæpius laudatus* Bernardus a Mallinckrott. *V. Cl.)* haud procul Horstmaria, in eodem montium seu collium tractu, quo arx illa Monasteriensis Episcopi sita est, in parochia Laer *celebri a primitiis fidei Christianæ (ibi per SS. Ewaldos cum miraculo plantatæ, teste Wernero Rolevinck ejusdem loci cive de Westphaliæ laudibus l.* 2, *c.* 1, *et l.* 3, *c.* 8, *aliisque)* visuntur etiamnum expressissima vestigia destructi castri Huneborg, pro istius seculi more triplici gyrato murorum ambitu quondam muniti; quod ex parte dominum agnoscit sororium meum Gasparem Valken, dominum in Rokel et Laer ; isque locus hodie et multis retro annis est fagis obsitus. Nec dubito illic antiquitus familiam de Huneburg sedes habuisse, et cognomen traxisse. Vulgus nostrum opinatur ab Hunnis aliquando isthic considentibus appellationem mansisse : (*idem et in Huneburgo Sueviæ refert Crusius*) Comites an Barones fuerint, et quæ occasio destructionis, dicere non habeo. Nec fuit priscis temporibus tam accurata distinctio, quin sæpe iidem hoc loco Comites, alio Domini vel dynastæ appellentur. Quia tamen in diœcesi tota Monasteriensi, præter Cappenbergenses Comites et Stromberga Burggravios, nullos alios reperio; (forte tamen erunt Benthemii, pro usu ejus temporis ex parte inter Comites referendi : inferior enim Comitatus Ultrajectino Episcopo in spiritualibus fuit subditus) et Vechtenses, Ahusenses, Horstmarienses, Lonenses, Ottenstainenses, Gemenses, non nisi titulum Domini usurparunt; putarim etiam ad eamdem classem Huneburgicos pertinere

Pater patrui,

28 *Hermanno porro ac Gerbergi tres nati filii : priores duo intercepti insidiis ac trucidati sunt, ut c.* 13. *Eorum alter Otto fuerit, parens Gerbergis Abbatissæ sanctissimæ, de qua cap.* 2. *At* Godefridus *horum frater, deinde uxorem duxit* Beatricem de Suevia, *quæ Beatam nostram ei peperit. Mater vero* Beatricis, *avia Godefridi, Comitissa de* Hohenloe *juxta Sueviam, soror fuit aviæ* Friderici II, *Sueviæ Ducis. Vide infra cap.* 13, *num* 61. *Beato denique ipsi* Godefrido *nupta nobilissimæ domus Arnsbergensis filia. Adeo ut mirum non sit eum cum fratre tum Henrico Cæsari, tum Friderico Sueviæ Duci, utrique ex regia Francorum et Suevorum stirpe oriundo, aliisque antiquitate ac dignitate præstantissimis familiis, per matrem, uxoremque agnatum censeri, et ab Egberto Episcopo infra* virum nobilissimum ex terra nostra, seu *Westphalia, vocari.*

mater

uxor

29 *Genealogiam vero, etsi imperfectam, locupletius tamen exhibet antiquum Capenbergæ MS.* Carolus Magnus sororis suæ filiam, Imezam nomine, Widekindi Regis filio, uti pacis obsidem, in matrimonium dedisse scribitur : ex his (*post plures generationes*) nascitur Hermannus primus, Comes in Capenberg, Fundatorum avus, qui duxit Gerbergem ex nobilissima familia Huneborg, sive Humberg, ex qua dictus Comes Hermannus suscepit tres filios, quorum natu minimus Godefridus dictus, Godefridi Fundatoris pater; duo majores, quorum nomina non constant, ab Eckerico occisi sunt in silva Grevenlo. De quibus superstes Godefridus uxorem duxit ex Suevia, nomine Beatricem, ex qua genuit Godefridum et Ottonem filios, item filias duas, Beatricem et Gerbergem; illa hic in cœnobio Virginum sacro velamine suscepto vixit et mortua fuit : hæc clam abducta nupsit nobili cuidam Wernero de Erperode. Porro defuncto Godefrido B. Godefridi patre, vidua nupsit Henrico Comiti de Rietbeck, fratri Comitis Friderici in Arnsberg. Ex hac Comes Henricus suscepit unicam filiam, nomine Eleicam, quæ postea matrimonio juncta Engelmaro Comiti de Oldenborg, peperit Henricum, Christianum, et Ottonem fratres, et Eleicam matrem Simonis comitis in Teckeburg. Godefridus autem monasterii Capenbergensis fundator duxit filiam Friderici Comitis in Arnsberg, nomine Juttam, ex qua nullam prolem suscepit. Otto autem in cælibatu ordinem ingressus fuit.

Auctore Jo. Gamans

frater, sorores germanæ,

uterina

§ VII. *Ætas.*

Hanc vita explanate docet cap. 11 Idibus Januarii migravit ad Christum anno Dominicæ incarnationis MCXXVI, ætatis autem ferme suæ XXX. *Consentit minor vita, atque Anselmus Gemblac. in auctario ad Sigebertum. Verum annus ille accipiendus est veteri Gallicanæ Ecclesiæ ritu annum a Paschate ordientis; qui calculus Monasterii et Cappenbergæ ad an.* 1310, *viguit, quo demum abrogatus in Synodo Coloniensi sub Henrico Archiepiscopo, ut in S. Engelberti vita tradit Gelenius. Non ergo juxta modernam Romanamque æram, anno* 1126, *ut Baronius tom.* 12, *Miltzardus Histor. Eccles. Belgicæ to.* 2, *Vander Sterre in vita S. Norberti Belgice scripta lib.* 3, *cap.* 1, *sed anno* 1127, *diem suum obiit* B. Godefridus

Moritur B. Godefridus an 1127. *13 Jan*

31 *Cum enim ante mortem Capenberga cum fratre Præmonstratum sit missus, ut dicitur cap.* 10, *num* 48, *ac post annum revocatus ad Norbertum jam Archiepiscopum, num.* 49, *inchoato an.* 1126, 13 *Janu obiisse non potuit; quod anni istius æstate primum electus sit in Archiepiscopum Norbertus, ut paullo post vitæ contextus docebit, et ipsa narratio mortis, quæ illi obvenit an.* 1134, *feria* 4 *Pentecostes,* VIII *Idus Junii, seu, ut inscriptio sepulchralis habet, anno eodem* 6 *Junii : et consentiunt Anselmus Gemblacensis, Urspergens. Trithem in Chronico Hirsaug. Baronius to.* 12 *Ex quo necessum est, ut Norberto electo, sub autumni finem, ante natalem Domini adfuerit; atque inde Patris accepta benedictione, Ilmstadium declinans, ibidem anni sequentis* 1127, *die* 13, *decesserit. Quia si a tempore obitus S. Norberti anni præcedentes usque ad annum* 1126, *relegantur, octo plane anni minus uno mense conficientur, quibus præfuit Archiepiscopus; eorumque primus erit annus idem* 1126, *quo, ut ex vita relata mortis dies sexta Junii indicat, eodem mense, aut sequente ineunte ante annos octo electus, ac* XV *Kalend. Augusti, seu* 18 *Julii, ut Biblioth. Præmonstr. tradit lib.* 2, *c.* 32, *die Dominica, deductus est in Cathedram Archiepiscopalem. Quæ in vita cap.* 41, *satis probantur fervente studio Canonicorum Magdeburgensis Capituli, Spiræ in comitiis coram Rege Lothario ac principibus de tribus ibi propositis S. Norbertum in vestigio eligentium.* Non potuit, *inquit scriptor,* se homo debilis defendere, non licuit ei cogitare, nec cogitando quicquam de se ordinare : sed quam cito raptus est, a Rege fuit laudatus, et ab omnibus astantibus approbatus, ab ipso etiam Romanæ Ecclesiæ Legato confirmatus. Deducitur homo onus grave aggravatum secum portans, deducitur ad locum quem non noverat : trahitur, inquam, etc. *Itaque eligentium fervorem, mox abducentium, ardor excepit. Ista evolventi*

cum prius visisset S. Norbertum Archiepiscopum.

electum an. 1126

 patet

patet, perperam in Biblioth. Præmonst. S. Norberto Archiepiscopo tribui annos octo minus uno mense, ac una statui annum mortis 1134, 6 Junii, et ingressus in Archiepiscopatum an. 1127. Inter enim utrumque terminum medii sunt tantum anni septem uno mense minus, cum octoni esse deberent uno mense minus, vel ultimus saltem annorum imperfectus, ut vult Baron. to. 12.

32 Neque illis octo annis adjici debent menses aliquot, ut vult auctor vitæ Belgicæ S. Norberti lib. 3, c. 1, quod in Candida militia se fusius ait probaturum. In vita enim et MS. et impressa ubique octonis tantum annis ipsius Archiepiscopatus definitur, nulla mensium accessione qui ad septenos aut undenos excurrerent facile, si Norberti mors octavo anno Episcopatus finito, vel mox finiendo, in sextum Junii incidit manifesto vitæ testimonio: adeo ut etiam novem annos uno mense minus, neque octo tantum Archiepiscopus dici debuerit vixisse. Dein ratio petita ex vita B. Godefridi morientis anno 1126, 13 Jan. et ante mortem accedentis Norbertum jam archiepiscopum, infirma est; quod ille annus, æri istius Ecclesiæque computu, eodem modo explicari debeat, et ita explicatus distincto ordine initia Archiepiscopatus, finemque reddat. Denique an. 1125, quo electum refert citata vita, et Historia Eccles. Mudtzardi to. 2, et Elogia S. Norberti Icone 25, cujusque caussa illos aliquot posteriores illius anni menses adjicere oportet, Norbertus in Westphalia Capenbergæ, et ad Rhenum et alibi versatus est. Inde Præmonstratum veniens, Ratisbonam Romamque eodem anno abiit, eoque exeunte reversus, dein Spiram profectus anno 1126, et archiepiscopus eligitur. Adstipulantur ex cœnobio Steingadensi ord. Præm. in Bavaria Tabulæ gestorum S. Norberti compendiariæ apud Servatium Lairveltz in Optica regular. Speculo CXI. Anno dehinc 1126, in Archiepiscopatum Parthenopolitanæ, alias Magdeburgensis, Ecclesiæ electus est Spiræ. Item Dodechinus Mariani Chronicon ad ann. 1200, continuans: Anno 1126 Arnoldus Spirensis Episcopus obiit, pro quo Sigefridus constituitur, Norbertus vir religiosus Ecclesiæ apud Wormatiam præficitur. Ubi electionis locum variat, utriusque cujus Ecclesiæ præfectus, reticet: sed hanc Magdeburgum, illum Spiram fuisse, ex ceterorum consensu liquet. Neque isto tempore Wormatiæ vel Cathedra vacabat, teste Bruschio to. 1, de Germ. Episc. et Eisingrenio in Episc. Spirens. vel aliquis erat, aut alias fuit Norbertus. Patet ex catalogis Episcoporum Wormatien. apud Bruschium, Democharem, Cl. Robertum, Mersæum, Bertium, Eisingrein. At si apud Dodechinum postrema prioribus, juxta rei gestæ seriem, præponantur, istud etiam clarius eluceret. Arnoldus Magdeburgensis Episcopus occiditur. Norbertus vir religiosus Ecclesiæ, apud Wormatiam, præficitur. Ista confirmat Trithemius in Hirsaug. an. 1127. Mortuo Archiepiscopo præfato Ruttgero, et Arnoldo qui Episcopatum invaserat, a civibus interfecto, clerici ad Imperatorem nuntios mittentes, Episcopum sibi dari petunt. Casu Norbertus isthic adfuit. Crantzius in Metrop. l. 6, c. 12. Magdeburgensis Ecclesia ad initium regni Lotharii tumultuabatur super Episcopis; tres etiam de ejus Pontificatu contenderunt. Horum itaque unus Arnoldus, et ideo a Dodechino dictus Episcopus, etsi catalogus Magdeburgensis eum non recenseat apud Crantzium et alios. Præfuit nihilominus Ecclesiæ Merseburgensi, ut testatur Albertus Stadensis, et una in anno electionis S. Norberti consentit. Anno MCXXVI Arnoldus Merseburgensis Episcopus occiditur. Rotelero successit Norbertus in Sedem Magdeburgensem. Et Compilatio Historica to. 1, Pistorii Scriptorum Germaniæ. An. Domini 1126, Norbertus Archiepiscopus in Magdeborch claruit.

vel 1125

33 Atque hinc refelluntur ceteri, qui ineuntem Archiepiscopatum ejus referunt vel ad an. millesimum centesimum vigesimum septimum, ut Robertus Sigeberti continuator, Baronius tom. 12, vel an. 1128, ut Trithemius in Hirsaug. Miræus in Præmonst. Chronico. Post hæc tandem Godefridus Præmonstrato evocatus, ad Archiepiscopum Norbertum an. 1126, accedit in autumno; et cum benedictione dimissus, Ilmstadii decedit an. 1127, 13 Januar. ut etiam in Chronico Belgico Miræus annotat: Godefridus Capenbergensis in Westphalia olim Comes etc. in Domino obdormit.

non 1127 aut 1128

34 Eo nunc fatali anno stabilito, in promptu est natalis designatio. Si enim anno 1127, 13 Janu. annos ferme 30 natus moritur, ergo an. Christi 1097, nascitur moriturus.

Nativitas B. Godefridi anno 1097

§ VIII. Conversio.

Exemplo prius quam sermonibus Norberti (et vero illud efficacius est) provocatus ad studium eximiæ pietatis est Godefridus. Num ante inter eos notitia intercesserit, sive ex convictu in Aula Cæsaris, sive quod non longe a Sanctis Cliviæ oppido (ubi Præpositus fuerat Norbertus, et ipse illustri in eodem tractu familia ortus) aberat Capenberga, et habebat Godefridus ad Wesaliam Sanctos prope amplas possessiones; non habeo pronuntiare. Unum constat ex Norberti vita, fama creberrime ac celeberrime ob insignia tanti hominis percurrente, compunctum esse paupertatis spiritu Comitem quemdam Westphaliæ præpotentissimum, Godefridum nomine, qui accessit ad eum eo quod de eo multa audisset. Audierat vero tum fortassis admirandam ejus conversionem, tum quæ gesserat Coloniæ, cum isthuc anno 1121, Septembri mense profectus, ut reliquias novo quod meditabatur Præmonstrati templo obtineret, ut in historia Inventionis S. Gereonis, apud Surium 24 Novemb. commemorat, qui adfuit, Rudolphus Abbas. Ibi, ut in ipsiusmet vita Norberti cap. 22, dicitur, libentius in sermone et confessione audiebatur, quod ipsum prius juvenem noverant, et modo mirabiliter immutatum videbant: et quia populorum consuetudo novitatis imitatrix esse solet, multi ad verbum et exhortationem ipsius tam laici quam Clerici concurrentes, imitatores paupertatis Christi effecti, ipsum secuti sunt. Triginta secum Præmonstratum duxit. An cum tunc convenerit Godefridus non statuo. Jacta in ejus animo tum semina videntur, quæ deinceps in uberrimos fructus adoleverunt. Et cœpit vel inde fortassis conjugis fratrisque, haud perinde subito expugnari faciles, paullatim animos sollicitare.

Conversio cœpta an. 1121

36 Serio tandem absoluteque anno 1122, Deo se, illosque ac bona mancipavit, quo, ut brevioris vitæ prologus habet, castrum Cappenberg fit domus religionis. Qui tum adesse potuerit Norbertus, perspiciet qui vitam illius legerit. Colonia Præmonstratum reversus an. 1121, ipsa die natalis Domini regulam S. Augustini cum suis professus est, ut cap. 23 refertur. Dein Christi crucifixi apparitione templi ædificandi loco designato cap. 26, fundamentum effossum per Episcopum Laudunensem consecratum cap. 27. Tum exivit denique ad prædicandum, exivit iterum seminare semen non suum, sed Dominicum, relictis qui præessent cœpto operi, relictis qui præessent reliquis omnibus, cap. 28, ac visitata ex itinere, ut reor, Floreffia, monasterio inchoato 25 Januarii, ejusdem anni 1121, sive, ut nunc inimus calculum, 1122, ad Mosæ Rhenique tractum iterum pervenit. patet ex cap. 2, vitæ Godefridi nu. 9, ubi hæc habentur. Apparuit in Westphalia sub ipso fere tempore eximium quoddam jubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus. Ejus crebris adhortationibus cessit Otto Godefridi frater. Uxori quoque, ne divino Spiritui ultra repugnaret, ipse tandem persuasit Godefridus: qui 31 Maii, anno ætatis suæ 26, Christi 1122, Capenbergam Deo in Præmonstratensis familiæ domicilium obtulit. Adstipulantur Mersæus in catalogo, et Miræus in Chronico Præmonstratensi et Belgico, certaque traditio Ecclesiæ Capenbergensis, atque antiqui numerales versus, quos, ut alia complura, ad laudem sui sancti fundatoris humanissime Canonici Capenbergenses nobis submisere:

perfecta an. 1122, oblata Deo Capenberga

neLLIgIone

ReLLIgIone nItet DIgne norIbertVs aVIta :
CappenbergIaCI ChrIsto fIt CopIa CastrI.

37 *Auctor Bibliothecæ Præmonstratensis id anno* 1123, *factum scribit tum in* B. Godefridi, *tum in S. Norberti vita, citatque Chronicon, quod Cappenbergense, alibi Westphaliæ appellat : sed quæ ex eo depromit, sumpta sunt ex vita* B. Godefridi, *ab ipso anni adjectione interpolata* : Apparuit, *inquit*, in Westphalia circa hæc tempora, anno scilicet Domini 1123, eximium quoddam jubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus. *Hinc vero illi sic sentiendi occasio, quod cum* IV Kalend. Maii, *aut, ut in titulo capitis decimi octavi habet*, quarto die Maii, *consecrationem ecclesiæ Præmonstratensis anno* 1122, *contigisse existimet, non videatur Norbertus, qui interfuit, abire postea in Westphaliam potuisse, ibique* Godefridum *convenire, ac fratrem ejus diu reluctantem ad religiosam vitam inducere, et tandem* 31 *Maii iisdem omnia sua Deo offerentibus adesse : quare id in annum sequentem transtulit. Ast illam ecclesiæ Præmonstratensis dedicationem mensi Maio præmature nimis adscribit. Norbertus enim Colonia reversus, ac professione in Nativitate Domini* 1121, *nuncupata, cœpit tandem templum moliri; de quo eadem Bibliotheca et ipsa Sancti vita cap.* 27 : Crevit celerrime ædificium, et sub tempore novem mensium perfectum et consummatum est, et a supradicto Episcopo Laudunensi consecratum. *Cum ergo non prius quam Januario aut Februario mense cœptum sit, quomodo inde ad proximum Maium novem intercesserint menses? Verisimilius est, Octobri aut Novembri mense absolutum dedicatumque. Etenim et cum ipso dedicationis die, per affluentis populi impetum* motum esset altare majus, et lapis dissolutus, *neque proinde sacris idoneus, iterandæ consecrationi* in Octavis B. Martini diem secreto cum Episcopo instituit *Norbertus. Haud ergo pridem ante prior illa facta consecratio erat : neque enim templi ita celeriter extructi et consecrati usus diu exoptatus, tanto intervallo, a Maio in Novembrem, differretur.*

non anno 1123

Dedicatio ecclesiæ Præmonstratensis.

38 In die vero Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ, *ut scribit auctor vitæ cap.* 4, *n.* 23, quæ summa nobis est solemnitas, hujus loci ambitus ab Antistite est consecratus; *eodem ipso anno, ut Mersæus et Miræus scribunt, traduntque Capenbergenses, Antistes autem ille* Theodoricus de Winzenburgh *fuit, qui alias* Henricus. *Is olim legitime electus, sed ab Henrico IV schismatico Cæsare Burchardum intrudente exturbatus, et ab Henrico V iterum, Burchardo tandem, dum Constantinopolim ab Imperatore mittitur Legatus, in itinere extincto, vel prioris electionis auctoritate, vel nova Capituli suffragatione restitutus est, anno (ut plerique consentiunt)* 1121, *civium contumacia gravibus malis perdomita a Ludero Saxone, aliisque Principibus, arma fortassis etiam jungente B. Godefrido, cujus virtutem bellicam et cum ipsis Monasteriensibus simultates vitæ auctor memorat. Tradunt hæc Urspergensis, Gobelinus, Crantzius, Mersæus, aliique, et nonnulli quidem satis intricate. In ea Theodorici restitutione, fortuito incendio Ecclesia cathedralis parsque urbis maxima conflagravit. Quare ipse, ut Crantzius scribit,* reparationi structurarum, et reformationi morum plurimum necessariæ institit, perfecitque ad bonum modum, priusquam finem vivendi faceret; *quem fecit anno* 1127, *Episcopis pluribus fatalis.*

Dedicata Capenberga a Theodorico Episcopo,

39 *Qui vero ab Antistite consecratus dicitur* loci ambitus, *is claustrum solum cum sacello quodam B. Virgini dicato complectitur. Ecclesia enim post ædificata est reliqua jam arce ad religiosum conventum aptata, celebraturque ejus dedicatio X Septembris. Eodem prorsus anno modoque Floreffiæ initio cœnobii Norbertus ecclesiam parvam cum dormitorio, seu ambitu claustroque dormitorius fere substrui solito, ædificavit.*

id est claustrum cum sacello.

40 *Godefridus* paullo post *cum fratre, ut in vita c.* 2, *n.* 9, *dicitur*, mutato seculari habitu, tonsuram religionis cum habitu sacræ professionis assumpsit. *Non tamen simul ac castrum oblatum Deo* 31 *Maii, vel dicatus ambitus ac sacellum* 15 *Augusti. Sed ut trium cœnobiorum, quæ moliebatur, utilitatibus expeditius consuleret, socerique et aliorum adversariorum retunderet impetus, laica tantisper veste, obsequiis et comitatu famulorum, sed modesto, usus est; ut vita locis pluribus docet. Nam num.* 31, *dicitur* gladio adhuc accinctus *ivisse* ad visitandum Varlarense cœnobium cum famulo suo Giselberto, *et cap.* 8, *nu.* 40 Oportebat quodam tempore hunc Dei servum, adhuc ferentem gladium cum Fratrum ita poposcisset utilitas, ad Imperatoris Henrici cognati sui venire colloquium. *Plura id genus occurrunt. Tandem anno, ut conjicere licet,* 1124, *sacram vestem induit, comamque attondit.*

Quando habitum mutarit Godefridus

AUCTORE JO. GAMANS

NOT 24

§ IX. *Capenberga cœnobium, Ecclesiæ Monasteriensis filia.*

Plura Godefridus *cœnobia condidit. Principem inter ea locum obtinet* Capenberga, *quæ Canisio in Martyrologio* Capenburgum; *Florario, Rolevinckio, Roberto de Monte,* Campenberga *dicitur, sed in veteribus diplomatis ac vita* Cappenberga *et* Capenberga : *quam vocem brevioris vitæ scriptor, ut supra nu.* 20, *diximus, Teutonica notatione* speculationis montem *interpretatur, a* gaepen, *sive* kapen, intueri, *aut* spectare, *et* berg, *quod* montem *significat. S. Norbertus* montem sanctificationis dexteræ Domini *indigitavit. Multis mons hic ostentis cœlitus illustratus, aureæ columnæ, civitatis nive candidioris, Angeli præconio, Spiritus sancti descensu, clari luminis exortu, aliisque, ut alterum censeri* Præmonstratum *queat. Ordinis certe in primo suo ortu in Germaniam adsciscendi, stabiliendi, lateque propagandi, dux auctorque Capenberga : S. Norberto quoque unice in deliciis fuit, qui ejus peculiaris habitus Præpositus, quem titulum, quoad ipse vixit, nemo alius gessit, etsi indubie disciplinam domus quispiam curabat, Cuno primum, dein forte, qui Præpositus post creatus est, M. Otto.*

Capenbergæ dignitas sanctitasque præmonstrata

42 *Insigne Pitchmanni citat de Capenberga elogium, quod in Chron. Præmonst. ad an.* 1157, *recitat Miræus.* In Westphalia præcipuum nostri ordinis monasterium est Cappenberg etc. Ex illo tamquam primario prodierunt diversa alia, utpote Clarholtz, *(in dynastia Rhedensi, prope Lipstadium, ac fundatorem agnoscit Ludolphum de Steinfurt)* Præpositura Canonicorum; sicut et Cappenberga ipsa adhuc Præpositura est, licet omnium aliarum sit mater Ecclesiarum. Item Præpositura dicta Vaerle prope Coesfeldiam in diœcesi Monasteriensi. Item Præpositura virorum dicta Scheida in Comitatu Marcano. Item abbatia Wedinghausen dicta prope oppidum et arcem Arnsberg In hac abbatia ego nunc pro reformatione commoror. *Ita Pitchmannus. Wesaliensem item Ecclesiam Capenbergæ filiam asserit Bibliotheca Præmonstrat. in synopsi monasteriorum quæ adhuc an.* 1320, *supererant. Item Servatius Lairueltz Opticæ regular. Spec.* 112, *ubi et aliam addit ejusdem filiam* Sanctam-Vallem, cœnobium quod quidam dicunt esse diœcesis Verdensis.

Mater fuit aliorum cœnobiorum

43 *Usitatus pluribus Ecclesiis ad dignitatis eximiæ commendationem titulus est, ut* filiæ *dicantur* Ecclesiæ Romanæ; *Moguntina quidem* specialis, *ut auctor est Serarius lib.* 1, *cap.* 1, *rer. Mogunt. Coloniensis* fidelis, *ut Mersæus; Leodiensis* unica, *ut Guicciardinus. Minus hoc quidem, vetustum tamen Ecclesiæ Monasteriensis et Capenbergæ, ac mutuum decus, quod hæc, etsi libera, nullique obnoxia, illius dici se filiam voluit. Id Werneri Episcopi gratiæ datum : et paterno animo eam congregationem complexus ipse posterique Antistites. Fidem faciunt diplomata, quorum aliqua ex Ægidii Gelenii V. Cl. luculenta sacrarum antiquitatum penu deprompta, hic dare visum. Primum est* Werneri, *sive* Warneri, *qui ab anno circiter* 1131, *ad finem* 1151, *Mimigardevordensem rexit Ecclesiam; Cappenbergæ sepultus, licet sepulturæ locus ignoretur. Diploma sic habet.*

Filia Ecclesiæ Monasteriensis

NOT 25

44 Wernerus D. G. Monasteriensis Episcopus. Quia

Auctore Jo. Gamans

De ea re diploma Werneri Episc Monaster

Quia Episcopalis est officii religiosos quosque fovere, et eorum bona manutenere, vel etiam pro posse suo ampliare, quatenus illi tanto devotius, quanto liberius minusque indigenter, divinis laudibus insistere valeant; Notum facimus tam futuris quam præsentibus, quod felicis recordationis et sanctæ opinionis Comites de Capenberg Godefridus et Otto, cum seculo renuntiarent, et castrum in claustrum converterent, ministeriales centum et amplius, cum prædiis quibus inbeneficiati erant, cum uxoribus et parvulis omnique posteritatis spe, S. Paulo et Ecclesiæ Monasteriensi contulerunt, Dominicalia tantum quædam sua, quæ suis usibus specialiter deputarunt, fratribus Christo servituris assignantes. Postea desiderante me, et cum Prioribus nostris instante et satagente, Magister Otto Præpositus et D. Otto Fundator loci, cæterique Fratres ipsam Ecclesiam Capenbergensem, eatenus ab omni subjectione liberam, utpote de libero patrimonio fundatam, Monasteriensi Ecclesiæ in filiam concesserunt. Quo tandem impetrato Majores nostri, omnesque majoris Ecclesiæ Canonici, Ecclesiam Capenbergensem amore et beneficiis dignam judicarunt. Sicque eorum consilio et unanimi consensu, Ecclesias Ahlen et Werne Ecclesiæ Capenbergensi donantes, stipendiis Fratrum illorum superaddidimus, ut in iis vices nostras fideliter agant, et universum fructum earum percipiant, liberam habentes facultatem prædicandi, pœnitentias injungendi, Missas celebrandi, baptizandi, infirmos visitandi, mortuos sepeliendi, et omnia quæ ad curam Pastoralem spectant exequendi. Fecimus hæc pro salute animæ nostræ, et pro animabus prædecessorum nostrorum Canonicorum, vinculo anathematis innodantes seu Ecclesiasticos, seu seculares personas, quicumque modo seu repetendo, seu aliqua occasione inquietando præfatos Fratres vexare præsumpserint. Testes sunt Henricus majoris Ecclesiæ Præpositus. Albertus Decanus major. Engelbertus Præpositus. Baldewinus Lisbornensis Abbas. Gadeschalcus. Joannes. Anselmus Decanus in Wahrendorff. Hartwicus Cantor. Ernestus Cellerarius. Rabado custos. D. Udo, Wilhelmus, Canonici. Laici vero Nobiles, Richardus de Ahahusin, Theodoricus de Hamone, et frater ejus Werenboldus, Cossuinus, Rudolphus. Ministeriales vero, Bernhardus de Dulmania, Wolfardus villicus, Fridericus Dapifer, Gerwinus Pincerna, Rudolphus de Wenhovel, Ludolphus frater ejus. Lupertus de Ahlen, Hermanus de Dulte, Etmarus de Lunen, Boldemarus de Wischels, Hermannus de Sendenhorst, et alii quamplures. Acta sunt hæc an. Dominicæ Incarnationis MCXXXVIII. *Alii scribunt anno sequente, ut proinde descriptum illud mendi suspicione non caret.*

45 *Sequitur nunc ejusdem rei attestatio seu* Charta Domini Ottonis Præpositi Capenbergensis, *post mortem Werneri Episcopi conscripta, ut innuunt ista*, piæ memoriæ D. Wernero, et *iterum* erat vir in ejusmodi rebus valde prudens.

Charta Ottonis Præpositi Capenbergensis

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Otto D. G. Capenbergensis Ecclesiæ Præpositus. Notum facimus tam futuris quam præsentibus, qualiter desiderante ac rogante ob honorem et amplificationem Episcopatus sui piæ memoriæ D. Wernero Monasteriensis Ecclesiæ Episcopo, tam ego quam dilectus frater noster Otto præfatæ Ecclesiæ nostræ devotus cum piissimo germano suo Comite fundator, consensu omnium Fratrum, ipsam Ecclesiam nostram, eatenus ab omni subjectionis jure liberam, utpote de libero et amplo patrimonio fundatam, prænominatæ Monasteriensi Ecclesiæ in filiam concessimus. Quod ea intentione, ea spe et consilio fecimus, quatenus tam temporalis Episcopus, quam omnes ejus successores, sed et omnes Monasteriensis Ecclesiæ nostræ Fratres affectuosius et propensius diligerent, et quæcumque eorum studiosius manutenerent ac defensarent. Unde et idem Pater noster, ne ingratus videretur, quod voluntati ac desiderio ejus assensum præbuimus, ut erat vir in ejusmodi rebus valde prudens ac providus, mox ut ad ejus manum devenerunt, duas Ecclesias Ahlen et Werne Ecclesiæ nostræ donavit; et insuper facultates et possessiones ejusdem Ecclesiæ, ubi et quantum ei opportunum erat, pro remedio animæ suæ alacriter ampliavit, manutenuit, et defensavit. Nos igitur non solum de præsenti sed et de futuro solliciti, idcirco supramemoratæ concessionis tenorem præsentis chartæ monumento notum esse voluimus; ne quis succedentium Episcoporum, vel etiam successorum nostrorum, aut ipsius rei gestæ ignorantia, aut aliqua non simplici interpretatione, aliquod in hac re Ecclesiæ nostræ nocumentum quærat et inferat: quin potius, prædicti viri felicem devotionem imitando, bona omnia et studiose prævideat, mala omnia viriliter ab ea repellat. Hujus igitur paginæ observatoribus sit pax, et peccatorum remissio a Patre et Filio et Spiritu sancto, Amen.

46 *Proximo diplomate præter Antistitum priorum et Præmonstratensium in Westphalia id temporis Præpositorum nomina, etiam Capenbergæ Borkensem Ecclesiam et prærogativam Filiæ confirmat Episcopus Otto; de quo Crant. Metrop l. 7, c. 33.* Monasteriensis Ecclesia Episcopum meruit, post Hermannum, insignem virum Bremensis Ecclesiæ Præpositum, natum de Benthem Comitem, de Capenberg Comitis propinquum.

Diploma Ottonis Episc Monasteriensis

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Otto D. G. Monasteriensis Episcopus. Quoniam generatio advenit, Notum facimus cunctis Christi fidelibus tam posteris quam modernis, quod sanctæ recordationis Comites Godefridus et Otto consanguinei nostri, cum pro salute animarum suarum seculo renuntiarent, centum et quinque ministeriales valde commendabiles, cum possessionibus quibus inbeneficiati erant, cum uxoribus et parvulis omnique posteritatis spe, S. Paulo Apostolo contulerunt, castrum Capenbergense in claustrum convertentes, et militiam secularem in militiam spiritualis exercitii commutantes. Dehinc post aliquot annorum curricula, cum cœnobium Capenbergense in religione proficere videretur, desiderante ac rogante piæ memoriæ D. Wernero Monasteriensis Ecclesiæ Episcopo, Magister Otto Cappenbergensis Ecclesiæ Præpositus, et D. Otto ejusdem loci fundator, consensu omnium Fratrum, ipsam Ecclesiam Capenbergensem, eatenus ab omni subjectionis jure liberam, utpote de libero et amplo patrimonio fundatum, prænominatæ Ecclesiæ Monasteriensis in filiam concesserunt, ea utique spe, ut tam ipse venerandus Episcopus, quam ejus successores, et omnes Monasteriensis Ecclesiæ Fratres in Capenberg affectuosius semper ac propensius diligerent. Proinde jam dictus Episcopus ne videretur ingratus, quod ejus desiderio satisfactum fuerat, duas Ecclesias Ahlen et Werne, pro anima sua, pro animabus priorum suorum, omniumque majoris Ecclesiæ Canonicorum, jam dictis Fratribus contulit: quas Ecclesias iidem Fratres usque ad Præsulatus nostri tempora inconcusse et quiete possederunt, pro eo quod omnes D. Werneri successores, videlicet Fridericus, Ludovicus, Hermannus, venerabiles Episcopi, Fratribus de Capenberg favorabiles ac clementes extiterunt, memores bonorum quæ supradicti Comites S. Paulo contulerunt. Quocirca prædictas Ecclesias Ahle et Werne, earumque decimas, ab antecessoribus nostris Ecclesiæ Capenbergensi collatas, et tam ipsorum, quam etiam Romanorum Pontificum auctoritate confirmatas, sed et Ecclesiam Borck a prædecessore nostro Hermanno Fratribus ejusdem collatam, Nos quoque auctoritate nostra firmamus officii, paginam hanc sigillo nostro munientes; omnemque hominem, qui his contravenire et hæc temere tentaverit cassare, excommunicationis sententia in virtute Spiritus sancti obligantes. In quo

facto

facto nos antecessorum nostrorum vestigiis inhærere, et Capenbergensium Comitum, de quorum consanguinitatis linea descendimus, nos benigne memores esse intimamur; simulque Capenbergensium Fratrum orationibus adjuvari præoptamus. Hujus rei testes sunt Hermannus Cappenbergensis Abbas, Wernerus Lisbuensis Abbas, aliique Prælati, videlicet Jordanus Varlarensis, Fridericus Claholtensis, Hermannus Schedensis, Magister Bernhardus Bremensis, Ulricus de Engeren. Datum in Capenberg, anno Dominicæ Incarnationis MCC.

Archidiaconatus in Alen et Werne Capenbergensibus datus.

47 Alen et Werne *olim absque muris vici, hodie oppida sunt diœcesis Monasteriensis, ubi etiamnum Decani et Pastoris officio funguntur, curantque animas Canonici Capenbergenses: sed vicaria plerumque aliorum Sacerdotum opera, utriusque loci, Archidiaconique munus exercet ipse Præpositus. De his addunt Capenbergensium litteræ:* Wernerus ex tam liberali donatione, suaque propensione in hanc Ecclesiam ei an. 1139, jus Archidiaconale, seu Bannum Ecclesiasticum, in Alen et Werne, perpetuis temporibus administrandum concessit, etiam in filiam Ecclesiæ Cathedralis Monasteriensis assumpsit.

Alia ex filiatione prærogativa jam antiquata.

48 *Illud quoque præcellentiæ olim Capenbergensis Ecclesia habuisse scribitur, ut Præpositus ad electionem novi Episcopi Monasteriensis, non secus atque alius ex Prælatis ejus Ecclesiæ, suffragii edendi caussa evocaretur. Præpositi Capenbergensis munus erat, Episcopum electum Archiepiscopo Coloniensi confirmandum suis litteris præsentare. Ad hæc, si Præpositus cum duobus Sacellanis dedicationi Ecclesiæ, aliisque summis festivitatibus in Choro interesset, Decano assidebat, ipsique et Sacellanis, ut ceteris, eo die oblationes erogabantur. Idem in Comitiis et conventibus Episcopo et Decano proximus erat. Denique si Canonicus Capenbergensis obiisset, ejus memoria velut Monasteriensis Ecclesiæ Canonici, ibidem peragebatur, et vicissim Monasteriensium Capenbergæ. Quæ vetustæ fraternitatis, ac filiationis, de qua jam egimus, argumenta sunt, sed in nullo hodie usu.*

§ X. *Catalogus Præpositorum Capenbergæ.*

Præpositi Capenbergenses 1. S. Norbertus.

O*peræ pretium fuerit, hic Capenbergæ Præpositorum nomina adjungere, partim ex Capenbergensium, partim D. Mallinckrott V. Cl. litteris:*

I. S. Norbertus, postea Archiepiscopus Magdeburgensis, qui licet nomen Præpositi sibi non vendicarit, attamen monasterium hoc ipse per intervalla, tum per alios quibus id commisit, rexit, vitæque monasticæ fundamina jecit, auxiliante quodam fratre dicto Cuno, qui in absentia S. Norberti vices Præpositi supplevit, anno autem 1130, præposuit Ottonem I.

2. M. Otto I dictus Legatus.

50 II. Magister Otto I, dictus Legatus: hic ob multiplicem ac variam rerum cognitionem et experientiam, ab Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Prælatis, ad ardua quævis negotia expedienda adhibitus fuit: diversas namque cum in Germania, tum in Italia, apud summum Pontificem, aliosque Magnates alibi legationes, summa industria ac laude, obivit, unde Legatus dictus. Quare ob felicem legationis expeditionem Princeps et Status patriæ quamdam vice notabilem ipsi pecuniæ summam, triginta scilicet puri et examinati argenti marcas, dono dederunt, quibus suorum consensu duas vineas in villa dicta Reinnagen, alteram in plano, alteram vero in monte, qui Keldemeh dicitur, sitam, comparavit, ut quicquid istic divini numinis largitate vini proveniret, in Capenbergensis Ecclesiæ utilitatem cederet. Sed istæ dictæ vineæ a successoribus per commutationem quamdam abalienatæ. Cum autem esset SS. Theologiæ Doctor, sive Magister, uti tunc dicebantur, instructissimam librorum suppellectilem huic Ecclesiæ comparavit. Præfuit annis 22, sepultus ante altare S. Joannis Baptistæ, an. 1152.

AUCTORE JO. GAMANS.

51 *Monet Mallinckrott ex aliis tabulis, ab anno* 1135 *ad* 1155, *præfuisse; quo anno in Kalend. Aprilis obiit. Idem Otto in defensione cœnobii S. Maximini Trevirensis,* sententiæ Conradi II, Regis *datæ Spiræ pridie Nonas Januarii Indict.* IX, *an.* MCXLVI, *post S. Bernardum Claravallensem, Fridelaum Augiensem, Benedictum Vucenburgensem, N. Morbacensem, præsens testis adscribitur:* Magister Otto Præfectus Cappenbergensis, *et post ipsum* Gerlandus Floreffiensis. *Illud Præfecti nomen, Ottoni Præposito, et Gerlando Abbati hic tributum, ex alibi, unaque locus dignior Capenbergensi, præ Floreffiensi, qui Pater Abbas et tertius universi ordinis. Quia et ipsa Floreffia aliquanto Capenberga prius Ordini accessit. Abbatem vero te consecratum primum accepit a S. Norberto an.* 1128, *eumque unum ex iis Abbatibus sex, qui paullo post generale Capitulum primum celebrarunt; ut habet vita S. Norberti c.* 47, *hæc posterius suum Præpositum; ut est videre in hoc catalogo.*

Idem alibi nominatus

3. B. Otto II

52 III. B. Otto Comitis Godefridi germanus frater, insignis cultor B. Virginis et S. Joannis Apostoli, laudabiliter præfuit annis 18, obiit anno 1172, sepultus in sanctuario. *Ex alio indiculo D. Mallinckrott:* Jam vero tertius Ecclesiæ nostræ Prælatus concordibus suffragiis designatus est D. Otto Comes, B. Godefridi germanus, pius fundator noster; qui officio cum annis fere 16 functus esset, ex hac vita migravit an. MCLXXI, XI Kal. Feb. attumulatus B. Godefrido in tumba, e regione summi altaris in superiori choro, (*sanctuarium* appellant) elevata atque extuberata: quæ quidem tumba ab eo tempore numquam aperta legitur. Prædictus D. Otto fundavit anno Domini 1122, cœnobium Virginum juxta Wesaham, olim dictum Averdorps, quod jam ob inæqualia tempora vel belli tumultus penitus destructum est. *Alii Ottonis mortem consignant* 23 *Februar. De eo rursus infra.*

4. B. Hermannus

53 IV. B. Hermannus Comes Arensis, ex Lothario et B. Hildegunde natus, fundatoris cœnobii Marensis; summa cum laude præfuit annis 40, obiit anno 1210, 6 Augusti, sepultus in choro. *De hoc citatus D. Mallinckrotti catalogus.* Quartus Ecclesiæ nostræ gubernacula suscepit D. Hermannus Abbas, Merensis cœnobii fundator: qui cum annis 40, admodum laudabiliter præfuisset, beato fine quievit anno a Redemptoris nostri exordio MCCX, V Idus Augusti, sepultus in choro. Et hic quidem prælaturæ suæ tempore Abbatis nomen tenuit, quod statim a successoribus mutatum est: quadecaussa id factum, non constat.

Successores triginta quatuor.

V. Andreas, præfuit annis 22, an. 1232, sepultus in sacello B. Virginis.

VI. Hugo, præfuit annis 25, ad 1257, sepultus ante S. Joannis Baptistæ.

VII. Arnoldus, præfuit annis 13, moritur anno 1270, sepultus ante S. Nicolai.

VIII. Bruno, præfuit annis 2, mensibus 9, obiit anno 1273, 7 Octobris, sepultus ante S. Stephani.

IX. Ericus, præfuit annis 2, mensibus 6, sepultus in sacello B. Virginis anno 1275.

X. Hartlevus, præfuit annis 19, sepultus ante S. Augustini an. 1294.

XI. Otto III, præfuit annis 2, minus aliquot septimanis, sepultus ante S. Augustini anno 1296.

XII. Warmundus, præfuit annis 2, cum dimidio; moritur anno 1301, sepultus ante altare S. Stephani.

XIII. Joannes ab Eule, præfuit annis 4, et dimidio, sepultus ante S. Nicolai anno 1306.

XIV. Wenemarus, præfuit annis 2, cum dimidio, moritur anno 1308, sepultus ante S. Augustini.

XV. Theodoricus, præfuit annis 11, obiit anno 1319, sepultus in sacello Præpositi.

XVI. Ludovicus, præfuit annis 18, sepultus ante S. Augustini 1337.

XVII. Theodoricus ab Erm, præfuit annis 2, cum dimidio, sepultus in sacello D. Præpositi anno 1340.

XVIII. Wilhelmus, præfuit annis 2, sepultus ante S. Joannis Baptistæ an. 1342.

AUCTORE Jo. GAMANS.

XIX. Hermannus, præfuit annis 25, sepultus in sacello B. Virginis anno 1367.

XX. Adolphus de Recke, præfuit annis 16, moritur anno 1383, tumulatus in sacello D. Præpositi.

XXI. Everardus Fridach, præfuit annis 5, sepultus in sacello D. Præpositi anno 1388.

XXII. Bernardus de Horst, præfuit annis 17, sepultus ante S. Nicolai anno 1405.

XXIII. Arnoldus de Boenen, præfuit annis 10, mensibus 7, moritur anno 1415, sepultus in sacello Præpositi.

XXIV. Fridericus Rogge, præfuit annis 29, mensibus 3, sepultus in sacello Præpositi an. 1444.

XXV. Hermannus de Konigsberg, præfuit annis 10, hebdomadibus 10, obiit anno 1455, sepultus ante altare sanctæ Crucis.

XXVI. Lambertus Deipenbroick, præfuit annis 13, 9 mensibus, et 9 diebus, obiit an. 1469.

XXVII. Bernardus a Galen, Decretorum Doctor, præfuit annis 14, mensibus 11, obiit anno 1484, sepultus in sacello Præpositi.

XXVIII. Ludolphus de Boenen, præfuit annis 8, obiit an. 1492, sepultus ante S. Annæ.

XXIX. Theodoricus de Oelden, præfuit annis 19, obiit an. 1511, sepultus in choro.

XXX. Godefridus Hane, præfuit annis 12, obiit ad 1523.

XXXI. Joannes Ketteler, præfuit annis 15, moritur anno 1538.

XXXII. Joannes Harman, præfuit annis 8, mensibus tribus, moritur an. 1546.

XXXIII. Hermannus Ketteler, præfuit annis 10, obiit anno 1556.

XXXIV. Conrardus Nagelt, præfuit annis 16, moritur anno 1572.

XXXV. Godefridus de Velmede, præfuit annis 11, obiit an. 1583.

XXXVI. Wenemarus ab Hoete, præfuit annis 30, moritur an. 1613.

XXXVII. Theodorus ab Hane, præfuit annis 11, obiit anno 1624.

Huic successit R. D. Joannes Reinardus Schade, modernus Præpositus XXXVIII.

§ XI. *Ecclesia Capenbergensis. Reliquiæ.*

Ecclesia Capenbergensis.

C*appenbergæ, ut in ejusmodi arcibus, sacellum primitus fuit, eo Godefridi* Capellanus Eppo, *in vita nu.* 40, *Claustro ædificato, mox sacellum B. Virginis (vetusne illud, an, quod potius reor, novum majus aptiusque?) dicatum ab Antistite,* 15 *Aug.* 1122. *Mox amplior cœpta construi basilica. Urgebat opus, ut alibi, Norbertus; acriusque ipsi Fundatores, rati sic firmius Dei cultum iri stabilitum. Ac tum quoque Godefridus* ipse do mum hospitalem, *ut nu.* 45, *dicitur,* per se construxit. *Illius vero basilicæ, secundum Virginem Deiparam,*

Ejus Patroni.

Petrus et Paulus Apostoli, tutelares primum adoptati, ut patet ex Honorii II diplomate, quo eadem in Præmonstratensem an. 1126, Indict. 4, xiv Kal. Martii *confirmavit, recitatuque a Pagio lib.* 2, *Biblioth. Præmon. cap.* 28. *Erin Joannes Evangelista præcipue Patronus habitus, ut ex vita nu.* 61, *patet, ob præclaras ejus allatas istluc reliquias. Ex intra auream crucem inclusæ, quæ* Crux S. Joannis Evangelistæ in Capenbergh *ab antiquo dicta. Unde vero cum aliis thesaurum sint Capenbergenses, tum in vita nu.* 61, *traditur, tum veteri hac illa scriptura.*

Reliquiæ.

55 Noscant universi congregationis nostræ Fratres, quod imperante Henrico IV, fuit matrona quædam prænobilis, nomine Ulhildis, mater Henrici Ducis de Bavaria, qui filiam Lotharii Imperatoris duxit in conjugem. Hæc matrona clarissima mittens ad Imperatricem Constantinopolis materteram suam, petivit sibi dari portionem aliquam de multiplicibus, quibus illic abundare solent, reliquiis. Cujus illa acquiescens precibus inter cetera transmisit crucem auream, cum gemmis, et catenulis aureis; in qua reclusus est sanguis naturalis de corpore Christi effusus, in tribus panniculis conglutinatus: capilli Domini nostri Jesu Christi: pars Crucis Christi: particula de tunica Domini: lacrymæ, quæ fluxerunt de corde Mariæ matris Christi: crines B. Mariæ: flores B. Mariæ, quos in manu habuit, dum Angelus ei Christi Incarnationem nuntiavit: de vestibus ejusdem Beatæ Virginis: capilli, crines, et barba S. Joannis Evangelistæ: in tribus panniculis abundanter de sanguine B. Joannis Baptistæ: et reliquiæ S. Augustini, et S. Catharinæ. Hujus Ulhildis filiam, nomine Juttam, Fridericus Suevorum Dux duxit uxorem, obtinens cum filia crucem præfatam, quam in omnibus bellis collo suo appendit, propter victorias, quas consecutus est per eam.

Unde Capenbergam.

56 His ista gestis factum est ut Comites de Capenberg Godefridus et Otto, relictis omnibus, Christi se jugo subjicerent, et habentes juxta Sueviam castra duo multum solemnia, ministeriales plurimos, et mansos ad duo millia; hæc Friderico Duci præfato, cognationis gratia, quia horum Comitum avia, et hujus mater sorores erant, benigne tradiderunt: quibus pro debita recompensa, licet modica, Dux idem Suevorum quadringentas reddidit marcas, et Crucem memoratam; quam jam dicti Comites incomparabiliter acceptabant libentius pecunia jam præscripta. Norbertus autem initiator ordinis nostri, et primus Ecclesiæ nostræ Pater, per pecuniam hujusmodi in Curia Romana confirmationem obtinuit nostri ordinis universi. Has igitur reliquias venerabilis Otto, Comes olim et tertius Ecclesiæ nostræ Prælatus, quia præcipuus B. Joannis dilector, ad nos lætabundus deduxit, reponens eas in capite deaurato: a quo successores ejus cum cruce separabant easdem. Crucem igitur prædictam auream cum gemmis, et catenulis aureis, et reliquiis memoratis, Ego Otto Comes jam dictus, cum piæ memoriæ fratre meo Godefrido Capenbergensis Ecclesiæ devotus fundator, toti Congregationi Capenbergensi conservandam in ea fide committo, qua Christus matrem suam sanctissimam charo suo Joanni in cruce pendens commendavit.

57 *Hactenus MS. Capenbergense. Postrema ex syngrapha aliqua Ottonis sumpta, sed interpolata. Ea Crux cum catenulis et gemmis integra conservatur. Deaurato vero illi capiti versus sequentes inscripti:*

Hic quod servetur de crine Joannis habetur.
Te prece pulsantes exaudi Sancte Joannes:
Tu pius Ottoni succurre precando datori.

Similes alibi reliquiæ.

De ceteris jam relatis reliquiis, ac similibus, agetur alibi. Apostoli præcipue ob sacros ejus pilos veneratio increbuit. Visuntur aliis locis capilli B. Virginis, S. Joannis Baptistæ, S. Mariæ Magdalenæ, et aliorum Divorum, Christique ipsius. Imo et lacrymæ Christi, publica veneratione, officioque divino, tum alibi, tum in primis Origniaci ad Æsiam flumen in Picardia, præclaro nobilium Virginum cœnobio, et Canonicorum collegio, coluntur. Ad hæc ipsius Joannis dentem venerabunda custodit, ac publice quotannis spectandum exponit Metensis Ecclesia, illuc, ipso vivente, a S. Patiente ejus discipulo allatum, ut 8 Januarii in hujus vita dicimus. Sancti quoque Antonii Magni barba, Coloniæ Agrippinæ in S. Cuniberti æde asservatur ac circumfertur, annui sudoris prodigio ad statum urbis locum celebris. Petri Eremitæ barba Hui ad Mosam in pretio est.

58 *Ulhildis porro, sive Wulfhildis, (quæ prima venerabile hoc pignus ex Oriente missum excepit) Magnone, sive Magno, Saxoniæ Duce, et Sophia Colomanni Hungarorum Regis sorore nata; Henrici IX, post Welfonem II, fratrem suum Bavariæ Ducis, uxor fuit eumque* Conradi, Henrici, et Welfonis, Judithæ, Sophiæ, Mathildis, et Wulffhildis patrem fecit, quos omnes vel factis vel conjugiis nobilitatos *recenset Andreas*

Andreas Brunnerus noster Annal. Boic. parte 3. *Juditha certe Friderico Suevorum Duci, de quo supra actum, nupsit, eique Fridericum Imperatorem progenuit, supra sexum magnanima mulier.*

Aliæ Capenbergæ reliquiæ.

59 *Altus Capenberga Divorum reliquias habuit. ipseque eo permultas Colonia attulisse S. Norbertus existimatur. Verum pleræque ab Hassico milite an.* 1634, 17 *Maii dissipatæ confractæque sunt, incredibili immanitate, monasterio temploque expilato; atque ipsa eversa tumba, qua sanctissimorum Comitum Godefridi et Ottonis, quingentis prope annis corpora quieverant, intra sanctuarium; ac tunc eorum quoque ossa, fœde dispersa et conculcata sunt.*

§ XII. *Alia cœnobia, a B. Godefrido et fratre ædificata.*

Varlarense cœnobium.

A*lia Godefridi atque Ottonis studio ac facultatibus condita cœnobia sunt,* Ilmstandium *præsertim ac* Varlaria, *Hugus nu.* 10 *et* 31, *mentio est, appellaturque* Varlar, Varlare, Varle, Varlarense cœnobium, *et in diplomate Honorii II* Vuallar, *in vita breviore* Valar, *alibi* Valarensis Ecclesia *Prædium fuit matronæ Monasteriensis, nobilis et opulentæ : in jus deinde Capenbergensium Comitum venit, structumque ab iis cœnobium, cujus insignia* S. Odulphi *(de quo* 12 *Junii agetur) referunt imaginem. Nova loco celebritas parta prælio memorabili, quo an.* 1454, *Walramus de Moerse Ericum ab Hoia, Sedis Monasteriensis invasorem profligavit* 18 *Julii, qui anniversaria deinceps celebritate peragi cœpit. Ita ejus Ecclesiæ Necrologion :* Ordinatum est hoc festum ipso die Arnulphi Confessoris ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis; et in crastino ejus festi memoria defunctorum, qui pro defensione Ecclesiæ, et in obedientia sanctæ Sedis Apostolicæ mortui sunt. *Varlarensis cœnobii fundationem hoc diplomate Egbertus Monasteriensis Antistes confirmavit :*

Ejus fundationis confirmatio.

61 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Veritas, quæ mentiri non potest, suos esse fratres per semetipsum asseruit, qui Patris sui cælestis voluntatem fecerint : nec de ipsius æterni Patris voluntate nos dubios reliquit, cum domos vel agros relinquenti, seque sequenti, hic centuplum, et in futuro æternam vitam promisit. Quod ego Egebertus Mimigardevordensis Ecclesiæ, licet peccator, Episcopus, meis temporibus contigisse cum multis bonis gavisus sum, quando unus *a* ex terræ nostræ nobilissimis, Otto videlicet, Godefridi Cappenbergensis Comitis filius, ab omnibus, quæ in mundo possidere videbatur, liberrime se *b* exuens, solumque Deum partem sibi in posterum eligens, ad principalem Ecclesiam Divi Pauli quæ est in Mimigardevordensi civitate, cum multis aliis bonis, quibus eumdem locum liberaliter et gloriose amplificavit, etiam Ecclesiam quæ est in Varle, cum omnibus ad eam pertinentibus, ob sui parentumque suorum, suique unanimi fratris Godefridi, æternam memoriam; ejusdem fratris, qui eodem zelo accensus fuerat, benignissimo consensu, subscripta determinatione contradidit Ipse sane voluit et petivit, *c* ut nos petitioni ejus, quia justa fuerat, assensum præbuimus, ut in præfata Ecclesia secundum B. Augustini regulam canonicus *d* ac perpetuus ordo servetur, ita ut ejusdem monasterii Fratres liberam super Præposito suo electionem habeant : Episcopus eum investiat, nullique nisi soli Episcopo obedientiam servet. Si vero, quod absit, in electione sua Fratres partes fecerint, saniori parti Episcopus faveat. Baptizandi, prædicandi, sepeliendi libera ibi, sicut justum est, habeatur licentia. Advocatus ibi nullus sit, nisi quem ipsi Fratres unanimiter elegerint : qui si incommodus vel inutilis fuerit, si semel, bis, vel tertio correctus non emendaverit, alium eligendi liberam habeant facultatem. Hanc traditionem, tam legitimam, tam ab omni calumnia absolutam, si quis tam nefarius, tam salutis suæ immemor, annullare, mutare, vel minima in parte labefactare præsumpserit, omnes suas sanctiones cassari et evacuari experiatur; in proditoris Judæ sorte deputetur; et perpetuo anathemati, nisi resipuerit, subjaceat. Quod ne attentare quis imposterum audeat, præsentem inde kartam conscribi, eamque Episcopali banno meo confirmari, communique tam B. Pauli, quam mei sigilli impressione insigniri procuravi, subscriptis idoneis testibus. Bruno majoris Ecclesiæ Præpositus. Guntranus Decanus. Engelbertus Custos. Gerhardus Magister scholarum. Henricus, Hermannus, Helmwardus Canonici liberi. Comes Engelbertus. Bernardus. Wicholdus. Hermanus et frater ejus Bernardus. Rudolphus, et frater ejus Ludolphus. Burchardus. Theodoricus, et frater ejus Werenboldus. Ministeriales, Hermannus Camerarius, Wolfthardus, Thietmarus, Bernhardus, Luitbertus, Geltmarus, Waltherus, Luitbertus, Bartholomæus, Bertramus, Ludegerus, Matzo, Rengerus, Hermannus, et quam plures alii. Actum Dominicæ Incarnationis anno MCXXIX, Indictione septima, regnante pio et victoriosissimo Rege Lothario, anno regni ejus quinto.

a al. ex terra nostra nobilissimus

b al. eruens.

c al. et

d al. in perpetuum

Al. Colon. Jo. Gamans.

Primi isthic Præpositi

62 *Primus Varlarensis Præpositus, ut loci annotationes habent, fuit ipse Otto fundator. Successit Henricus e Comitibus de Cosfeldt. Est autem Cosfeldia oppidum diœcesis Monasteriensis ad Berkelam fluvium, Wesalium inter et Monasterium, horæ fere aut paullo ampliore itinere a Varlar cœnobio distans : ubi non tantum jurisdictionem Archidiaconalem et utramque parochialem ecclesiam Varlarenses obtinent, sed in temporalibus etiam diversa possident, interque cetera duo molendina : quin et fundus ipse oppidi ad eosdem pertinet. Quo nomine plerique civium annue denarios aliquot persolvunt.*

Ilmstadium cœnobium

63 Ilmstadium *quinque leucis Francofurto distat, in Wederavia, filia Præmonstrati, cui tamen (ut in Optica regularium, speculo* 112, *Servatius Lairveltz tradit.)* Cella Dominorum, *sive* superior, *prope Herbipolim sita, providet* Eloffstadium *ab undenario numero* Eloff, *quod suavius vulgo nunc* Elff *effertur, et nomen factum quidam autumant, testante Serario In vita breviore mendose, ut reor,* Eldenstat, *in Appendice* Flostat, *tum* Elephstadt, Elepstat, Flostatense cœnobium *ex librariorum incuria, rectius alibi* Elffstat, Elvestat, *in Martyrologio Canisii* Elstat, *usitatius* Ilmstat *Mortem hic Godefridus obiit. Pars magna reliquiarum ejus isthic asservata, ut ex vita nu.* 57 *et* 58 *liquet. Fundatum anno* 1122 *et deinceps, non* 1119, *ut Lairveltz scribit, qui quod* Ottonem *primum ibi Præpositum fuisse scribit, nullius vetusti scriptoris auctoritate confirmat. Operibus præfuisse dum construeretur, ex cap* 6. *nu.* 32, *conjectas*

Tria cœnobia Virginum

64 *In tribus hisce cœnobiis,* multorum Fratrum et Sororum, *ut infra ex S. Norberti vita dicetur,* usque in hodiernum diem viget congregatio, et in cultu divino floret honesta religio. *Gigas in catalogo Monasteriensium Episcoporum, in Theodorico.* Hoc tempore Godefridus et Otto fratres germani, Comites Capenbergenses ordinem Præmonstratensem amplexi, arcem suam in monasterium converterunt; et præterea sex collegia e bonis suis, tria virorum, et totidem virginum fundarunt et sufficienter dotarunt. *Fuere hæc virginum collegia, ut alia itidem principio ejus ordinis, vel solo pariete a virorum cœnobiis interclusa, vel non magno certe intervallo disjuncta* Ilmstadiense *exstat etiamnum, dicitur que,* inferius, *quia in valle situm, jactu lapidis a superiore semotum. Alterius ad pedem montis Capenbergæ rudera etiamnum conspiciuntur*

Aliud Wesaliæ

65 *Aliud Virginum cœnobium a Godefrido et fratre ædificatum juxta Wesalium, dictum olim* Averdorps, *vulgo* das Hoheclolster, *id est,* altum monasterium; *cujus meminere Bruinus to.* 4, *Theatri urbium, Bertius lib.* 3, *rer Germanic.* MS. *Chronicon Cliviæ, in Arnoldo XVII, Comitæ isthæc habet* Quo tempore Godefridus et Otto Comites de Cappenberch, e castro eorum Cappenberch ejusdem ordinis *(Præmonstratensis)* Abbatiam instituerunt : aliud quoque virginum

monasterium

AUCTORE ANONYMO, EX SERARIO.

monasterium extra muros Wesaliæ super Lippiam condiderunt. *Eo post everso, Virgines intra oppidum resident, jam Canonicæ seculares.*

§ XIII. *Efficax B. Godefridi exemplum.*

B. Godefridi exemplo conversi frater, conjux

Nullos B. Godefridus e carnali conjugio liberos suscepit: at Christo plurimos peperit. Longum fuerit vel nomina percensere eorum, qui ejus moti exemplo religiosam vitam complexi sunt. Primarii Otto ejus germanus ac Jutta conjux fuere: de illo supra actum, agetur que rursus in vita. Hæc sacrum velamen, (Capenbergæ, ut creditur, sumpsit, ac cellulæ inclusa aliquamdiu vixit: unde eam raptor Franco vi abduxit, restituit Godefridus in vita cap. 4, num. 21. *Qualis ea cellula fuerit, conjici potest ex vita Ludovici Arnsteinii, a Brouwero nostro in Sideribus Germaniæ edita, ubi isthæc habentur:* Paratur primo omnium Dominæ Gudæ Comitissæ *(de Bonneburg,* in sinistro montis latere mansio specialis, ubi mutato habitu clausa semper, nusquam progrediens, strictioris cibi parcitate ante habitas delicias et numerosa quondam fercula redimebat. Per fenestram in diem divina frequenter auscultabat officia, psalmis et orationibus intenta. *Porro Jutta multa et opulenta prædia sibi retinuerat, quorum deinde colonos manumisit, fundique jus iis concessit. Ea existimantur fuisse quæ etiamnum* libera prædia *appellantur, juxta Beckumb diœcesis Monasteriensis oppidum, vulgo* die trey Beckumbsche hoffen. *Post Hervordiam evocata, illustri Dominarum collegio (olim a B. Widekindo Angriæ fundato, translato dein Hervordiam cum ipsius beati Ducis ossibus) præfecta est Abbatissa.*

soror

67 *Soror quoque B. Godefridi Beatrix, in eodem Præmonstratensi Virginum cœnobio ad Capenbergæ pedem, cum cognata sua Alhende Comitissa de Oldenburg, sub sancta Virgine Hadewige Priorissa, quæ multis claruisse fertur miraculis, in religiosa disciplina et sanctitate omnem vitam traduxit.*

plurimi alii viri feminæque illustres.

68 *Perpulit et Theobaldi Comitis animum Godefridi conversio, ut infra dicetur, ut et ipse seculum relinquere paratus esset. Sileo Namurci Comitem Godefridum, quem vander Sterre Balduinum ex* MSS. *Floreffiensibus appellat. Hermannus Comes de Are et Meer, quartus Capenbergæ Præpositus, cum matre Hildegunde Comitissa Marensi, et Hadewige sorore; Ludovicus Arsteinius cum Guda uxore, Henricus Arnsbergæ Comes B. Godefridi ex uxoris fratre nepos, non alia validius inducti ratione sunt, quam illius exemplo, ut insolita ac prope incredibili conspiratione, spe præcisa omni posteritatis, sese, arces avitas, amplissimos Comitatus, Deo consecrarent. Quid Godefridi famulos et clientes dicam? Quid B. Hermannum Scheidensem? Hic quidem certe, cum antea Judæus fuisset, hoc veluti telo confossum sibi animum testatur in historia suæ conversionis, cujus fragmentum recitat vander Sterre ad vitam B. Hermanni Josephi Steinfeldensis. Ex hoc ex fonte, Comitum de Are, sive, ut hodie vocant, Nurbur, ac præcipue Theodorici in Steinfeldia dotanda, aliisque cœnobiis, munificentia.*

VITA

AUCTORE ANONYMO ORD. PRÆMONST.

Edita a Nicolao Serario Soc. JESU.

PROLOGUS AUCTORIS.

Inæstimabilem beneficiorum Dei magnitudinem humani pectoris angustias excedentem propheta sanctus considerans, quodam loco compunctus ait: Miserationum Domini recordabor, laudem dicam ei super omnibus quæ retribuit nobis. Alius item Propheta supernæ donationis infinitas in se divitias obstupescens, nec dignas gratiarum actiones apud se invenire sufficiens: Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Unde nos quoque auctori omnium de tot donis ac bonis suis ingrati esse metuentes, divina quædam aggredimur commendare magnalia; nobis quidam, hoc est, nostræ professionis filiis specialius exhibita, generaliter vero piorum omnium utilitati non mediocriter profutura. Verum non sublimitate sermonis, sed in Spiritus sancti cooperante gratia, humili ac simplici eloquio dicenda dicemus; quippe qui nemus in domo Domini plantare legali decreto prohibemur. Solummodo res divinitus gestas memoriæ mendare intendimus, nullique meliori ac doctiori hæc eadem diligentius tractaturo præjudicamus. Unde nec æmulorum dentes luridos formidare debemus. Oculum enim columbinum, ut ait quidam Sanctorum, gratanter suscipit pulcherrima ac modestissima caritas; dentem vero caninum vel evitat cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas.

Deuter. 16, 21.

2 Enimvero nostram imprimis arguimus negligentem inertiam, et inertem negligentiam, quod hactenus de beato viro Godefrido Comite, Capenbergensis cœnobii, hoc est, loci nostri fundatore, in laudem quippiam dicere neglegimus, qui tamen tanti viri meritis et industria, ut parum dicam, omnibus hodie bonis repleti sumus. Non enim satis eloquor, quid de hoc viro parturiat cor meum, dum attendo et perpendo sanctissimæ conversationis ejus insignia, tanti viri tam voluntariam paupertatem, tam humilem simplicitatem, ac simplicem humilitatem, tam felicem denique omnium ipsius consummationem. Et ecce ter beatus iste Comes verus, quia verum Regem comitatus, et perseveranter imitatus est, ipse, inquam, in perenni tripudiat gloria, nobiscum autem memoria ejus cum benedictione perseverat in secula. Memoria enim illius, ut scriptum est, in compositione odoris facta, opus pigmentarii manet in seculum seculi, quasi mel, et ut musica in convivio vini. Conabimur itaque de hoc Sancto aliqua locuturi, et gratas compendii metas non excedere, et ea quæ sub oculis Fratrum nostrorum acta vel dicta sunt, piis ac timoratis auribus explanare.

Excusat alacritatis.

CAPUT I.

B. Godefridi vita in seculo acta.

Godefridi parentes, genus, Comitatus

Temporibus gloriosi Henrici, qui hujus nominis quintus Romanum administravit imperium, fuit in Westphaliæ provincia electus ac dilectus Dei Godefridus, qui nobilissimis ac regiæ stirpis ortus parentibus, in timore Domini Comitatus agebat officium: pater ejus Godefridus, mater Beatrix dicebatur. Hic vero reverendissimus atque inter Dei amicos computari dignissimus, avum habuit Hermannum Comitem, qui ut majorum celeberrima relatione cognovimus, cum esset eleemosynator præcipuus, misericordiæ operibus intentus, a tumultu militaris insolentiæ quietissimus, adhuc vivens hujusmodi miraculum operatus est. Cœcus quidam in illius degebat eleemosyna, qui die quadam ostensum sibi divinitus asserebat, quod visum recepturus esset, si aquam, de qua manus Comes ablueret, oculis admovisset. Aquam igitur tulit, oculis adhibuit, protinus vidit. Ad ejus sepulcrum vero ejus hodieque nonnulla ostensarum virtutum demonstrantur indicia, quæ oculis meis vidi, quæque illic in testimonium reliquerunt hi, qui sanitate recuperata sospites inde reversi sunt.

Hermannus ejus avus ... miraculis

4 Hujus itaque tanti viri nepos Godefridus noster, ab ipsis jam adolescentiæ primordiis cœpit Deo devotus existere, et scintillante in se flamma inspirationis divinæ, omni seculari dignitati, universæque suæ facultati satagebat renuntiare. Fuit enim vir mansuetissimus, suavitate venerabilis, benignitate laudabilis, oculis stellantibus mirum in modum gratiosus, facundus eloquio, prudens in consilio, militiæ quidem exercitio strenuus, sed Regi supremo militare, nudamque crucem Christi nudus bajulare ardescens quantocyus.

Godefridi mores sancti

5 Interim vero si quando militari apparatu, seu bellico

Insolentias militares detestatur

bellico procinctu, personæ suæ necessitate detentus fuit, se ab omni circum manentium injuria vel infestatione cohibuit. Cum autem interdum discursantes milites prædari, et aliena, ut assolet, usurpare conspiceret, attestante quodam familiari ejus tunc ministro, postmodum autem Fratre nostro, manus ad cælum expandit, lacrymas fudit, hisque verbis omnipotentiam Salvatoris exoravit dicens : Domine Jesu Christe tuæ bonitatis altitudinem tuam imploro, ut me de medio iniquitatis hujus eripias, et in die illo paratum et immaculatum inveniri præcipias. Scio enim, arbiter justissime, quod in meum redundat caput, quicquid a meis delinquitur, omnisque dissimulationis meæ negligentia, tua merito districtione punietur. Cujus petitionis fructu quemadmodum privatus non fuerit, (nec enim Dominus privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia,) subsequentium rerum tam fidelis quam mirabilis declarabit historia.

a *Nulli sepulchri, publicæ venerationis, anathematum superest memoria nec mirum, post tot bellorum tempestates*

CAPUT II.

Conversio ejus, fratris, uxoris.

Præsagium condendi in Capenberg cœnobii.

Igitur dum habitaret in castro quod Capenberg dicitur, loco nimirum spectabili, situque ipso admodum salubri et delectabili, de loco eodem quod divino quandoque mancipandus esset servitio, diversis fidelissimarum visionum ostensionibus revelatum est a Domino. Presbiter enim quidam, Wiemannus nomine, in visu noctis aspexit quasi columnam auream in Capenberg exsurgere, atque ipsius cæli fastigia penetrare Quo visu divinæ laudationis claritudinem illic exercendam frequenter intellexit, et astantibus quod futurum erat, verissime longe ante prænuntiavit.

7 Unus præterea ex amicis felicissimi Comitis, Egobertus nomine, cum esset in itinere proficiscens ad Comitem, noctu vidit Capenberg urbem fore nive candidiorem, quæ usque ad alta nubium sublimiter conscendens, ipsum cæli cacumen vertice pulsare videbatur.

a *b* *Gerbergis Godefridi cognata sanctitate illustris.*

8 Quid referam de *a* patrui illius filia, quæ Gerbergis nuncupata, Monasteriensis *b* cœnobii extitit Abbatissa? Hæc ergo multa religione venerabilis cum beatum virum unice diligeret, et tam pro ipso, quam pro subditis frequentium orationum excubaret pervigilio; quodam tempore somno paulumper arrepto, vidit sibi juvenem vultu sidereo renitentem, et verba hæc sæpius ejus in auribus iterantem : Locus Capenbergensis habitationis quam idoneus foret conventui spiritualis congregationis; Quod illa jocundissime audiens (jam enim diu idipsum concupierat) cum beato viro retulisset, ille prudenter atque humiliter in hunc modum respondit : Neptis dilectissima, potens est Dominus Deus hoc pro suo velle ordinare, nam ego id per me nequaquam sufficio adimplere.

9 Et revera divina hoc providentia juxta verbum ejus consequenter adimplevit, nec beatum virum sui cordis tam pio fraudavit desiderio Apparuit enim in Westphalia sub ipso fere tempore eximium quoddam jubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus, vir nimirum admirabilis gratiæ, prædulcis eloquentiæ, summæ continentiæ, informator ac propagator religionis Canonicæ, servorum Christi aggregator, cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quam voce strenuissimus veræ pœnitentiæ prædicator, ac per omnia illius propheticæ jussionis executor, qua dicitur : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. De hujus porro vitæ sanctitate, Archiepiscopatus dignitate, sancti quoque transitus felicitate, si quis ad plenum dicere voluerit, singularis profecto libri, ad hoc solum instituti, magnitudine opus erit. Tanti ergo prædicatoris cum circumquaque fragraret opinio, vir beatus una cum germano fratre venerabili Domino Ottone sitienter præconem salutis adiit, verbum

Godefridus hortatu S. Norberti seculum relinquit, cum fratre et uxore

exhortationis devotus accepit, actumque est Deo miserante, uti etiam præfatus Otto sensim atque gradatim seculum calcare inciperet, idemque sanctitatis propositum, quod in beato fratre suo jam dudum eminebat, arriperet Quid multis immorer? Uterque paullo post, mutato seculari habitu, tonsuram religionis cum habitu sacræ professionis assumpsit . uterque sub regula B. Augustini, ac sub obedientia memorati Fratris Norberti, Domino militare devovit. Vir Deo dignus Godefridus conjugem suam Friderici Comitis filiam, sacrum sumere velamen adhortationibus piis ac salutaribus effecit.

AUCTORE ANONYMO, EX SESARIO.

10 Ipse quoque cum esset major natu cum unanimi fratris consensu castrum ipsum Capenberg, et omnia sua Deo fideliter offerens, in die B. Petronillæ Virginis usibus ea pauperum Christi delegavit, tria videlicet exstruens cœnobia, hoc est Capenberg, Varlar, Elofstad, quæ singula prædiis suis copiose locupletans, eadem sub memorati Patris Norberti ordinavit providentia.

Tria fundat cœnobia

a *Gelenius in S. Engelberti vita lib* 3, *cap.* 42, *tradit* Ottonis Bavari *filiam*, Henrici Crassi *sororem*, Ottoni B. Godefridi *patruo nuptam fuisse, et videlicet qui cum altero fratre ab* Eckerico *trucidatus* b S Mariæ, Trans aquas *dicti, ordinis Benedictini Aliud isthic ejusdem ordinis cœnobium*, S. Ægidii, *sed posterius fundatum Transaquense* Lothario *Saxone anno* 1121 Theodoricum *Antistitem reducente, cum pluribus aliis ædificiis conflagrasse creditur* Gerbergis *studio, piique Antistitis, forte et* Godefridi *liberalitate restauratum*

CAPUT III.

S. Norberti virtutes, miracula, vaticinia.

Regula, institutum, propagatio ord. Præmonstrat

Placuit itaque Spiritui Sancto, qui in præcone veritatis habitabat, quique per illum loquens in agro Dominico fructus mirabiles operari dignatus est; placuit, inquam, ei, ut in prænotatis cœnobiis Fratres regulam Beati profiterentur Augustini, eo quidem tenore, uti regulam eamdem aliquanto districtius, *a* quam eatenus usitatum fuerat, observarent, esu scilicet adipis et carnium abstinendo, austeriore quoque habitu *b* pœnitentiæ rigorem exhibendo. Nam et amicus Sponsi Joannes non exquisitis, imo naturalibus et sylvestribus cibis pastus est, et ab ipso Salvatore coram turbis ad eremum confluentibus, de vestitus asperitate laudatus est. Et ecce hic ordo noster, divina prosequente clementia, longe lateque protenditur, et, ut vere confidimus, multo latius in futurum protendetur. Unde nec ambigere præsumimus, quin sancto dictante Spiritu, et inchoatus fuerit, et divinæ ordinationis nutu promulgatus. Numquid enim non vineam istam in brachio excelso ipse Dominus, dux itineris transtulit Ægypto? Nonne ipse gentes, hoc est, prædones, et iniquos hujus loci habitatores ejecit a conspectu nostro? Radices vineæ hujus ipse plantavit, quæ jam usque ad mare, imo et ultra mare palmites suos, opitulatione dexteræ cælestis, extendit? Vereamur ergo id quod sequitur in psalmo, videlicet, ne singularis ferus, hoc est, antiquus noster adversarius, vineam hanc dextera Dei plantatam exterminet. Quod utique idem exterminator, quo pacto, nisi quorumdam cœnobiorum nostrorum scissura et singularitate magis efficere solet? Contra orandus est vineæ plantator atque mundator, uti palmites suos dignanter excolat; incensa igni et suffossa ab increpatione sui vultus perire concedat; vineam tenellam ac novellam in abundantia suæ benedictionis quandoque perficiat.

a *b* Matth. 3 11 Psal 79

12 Ipse autem præfatus Pater Norbertus præ ceteris Capenbergense cœnobium affectuosius diligebat; de quo etiam loco, quod non sileo, in conventu Fratrum aliquando residens asserebat Fratres, inquit, carissimi, cum aliquando non longe hinc positus essem, vidi certissime super locum hunc descendentem Spiritum sanctum. Contemplabar quoque alio tempore magnæ claritatis lumen in circuitu loci hujus exortum atque diffusum. Proinde, dilectissimi, glori-

S. Norberti visio duplex de loco Capenberg

AUCTORE ANONYMO, EX SERARIO.

ficate Deum nostrum, quia hic profecto est mons sanctificationis illius, mons, inquam, est, quem acquisivit dextera ejus. Hæc ego in eodem Fratrum conventu positus audivi, ne quis forte perfidia nobilosus, perspicue derogare præsumat veritati.

Regulam a S. Augustino accipit.

13 Audivi nihilominus eumdem orthodoxæ veritatis assertorem in communi Capitulo hæc, quæ sequuntur, prosequentem : Scio, inquit, unum ex professionis nostræ Fratribus, cui de regula nostra studiosius indaganti, non quidem suis meritis, imo confratrum suorum orationibus Beatus visus est Augustinus, qui auream regulam a latere suo dextro prolatam illi porrexit, seque ipsum luculento ei sermone intimavit, dicens : Quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis Episcopus. Ecce habes regulam, quam ego conscripsi, sub qua si bene militaverint confratres tui, fili mei, securi Christo astabunt in extremi terrore judicii. Et quidem ista humiliter tamquam de alio prosecutus est : nos tamen ipsum fuisse, cui hoc revelatum est, indubitanter advertimus.

Famem prædicit.

14 Sed et duo illius magnalia, quæ in hoc gesta sunt loco, dignum non arbitror præterire silentio. Quodam tempore famem Westphaliæ affuturam, et ipsos etiam Fratres parumper castigaturam in spiritu prædixit, quæ juxta viri Dei præscientiam adeo gravis evenit, ut plerosque dira inediæ calamitas extingueret.

Fiduciam in Deum inculcat, haud vane.

Proverb. 10, 3.

15 Accidit ergo die quadam Fratribus ad refectionem ituris, cum hospitibus ac pauperibus erogarent quicquid sibi abstinendo subtraherent, ut panis deesset alimonia, ita ut etiam unde fieret inveniri non posset. Cumque vir Dei sæpius intimasset quod scriptum est : Non affliget Dominus fame animam justi; ecce subito per fideles suos Dominus tantam panis abundantiam transmisit, quod Fratres et sufficienter refecti sunt et advenientibus cum alacritate obtulerunt. Atque postmodum ex die illa numquam Fratribus defecerunt opportuna subsidia.

Febres verbo pellit.

16 Tempore item alio cum vir sanctus quemdam vellet ex Fratribus pro causa monasterii destinare, inveniens illum valida prostratum febre, injunxit ei caussam obedientiæ in virtute Christi, solo verbo usus imperii : Vade, inquit, et revertere, neque amplius noli febricitare. Statim ergo Frater recuperatis viribus perfecit quantocyus, quod a Patre sancto fuerat jussus. Ita viri Dei sermo et caussam obtinuit, et morbum diutinum repente fugavit.

Defunctus precibus adjutus gratias agit.

17 In prædicto quoque loco Frater erat laudabilis, cui amicus fidelissimus, pro cujus defuncti anima multis invigilaverat precibus, nocte quadam astitit, eique familiari colloquio dixit : Frater mi, gratias tibi ago, quod hactenus etiam cum ceteri amici vel affines immemores essent mei, tu nostri memoriam nullatenus omisisti. Et nunc adhortor, ut stabilis et immobilis in tuo persistas proposito, nec de ordine vestro, tamquam alium potiorem inventurus, fluctues animo, quia nimirum salubriorem, animæque tuæ commodiorem tibi demonstrare non video. Nam et hunc veni nuntiare tuæ caritati, quod orationes confratrum tuorum quotidie recitantur super altare aureum, quod est ante oculos Domini. Hortor quoque, ne unquam obedientiæ subterfugias imperium. Nulla enim virtute, coram Deo, sublimius ac fructuosius consequeris meritum.

Psal. 67, 24.

18 Ait Propheta, quod lingua canum Dei sit ex inimicis ab ipso. Conversi enim ex inimicis Judæis multi facti sunt, et hodie fiunt lingua canum, pro domo Domini contra inimicos latrantes. Et quasi quæreres, Unde tantum bonum; respondet, Ab ipso, hoc est, a gratia ejus, non a seipsis. Hoc diximus propter gratiam, quam operatus est Deus in Fratre in tempore nostro *d* Hebræo, qui post multorum errorum circuitus, Dei munere præventus, cœpit ardenti desiderio fidem Christianam inquirere. Disputabat ergo cum Christianis, conferens de Lege ac Prophetis, cui cum dicerent ex verbis Apostoli, quod velamen maneret super cor ejus, cogitabat, hoc non melius tolli, quam signaculo crucis : cœpitque signare se, occulte tamen propter metum Judæorum. Et quia Judæi signa petunt, jejuniis et orationibus intentus cœpit efflagitare signum a Domino, quo posset advertere, si Dei gratiam percipere mereretur. Quod cum obnixius ageret, ecce videt se Christi throno assistentem, et crucem auream super humerum Dominicum refulgentem, cernensque quosdam ex Judæis prope astare : Nonne, inquit, recognoscetis ipsum hunc esse, de quo Isaias loquitur : Et factus est principatus super humerum ejus? Talique signo jam plene conversus satagebat aliquos etiam suorum de Judaica liberare perfidia, et veniens Mogontiam in domum cognatorum, germanum suum admodum parvulum manu apprehensum de medio Judæorum callide foras civitatem tentabat educere. Sed operante maligno per plateas gyrando una cum puero cœpit errare, ita ut portam, quam egrederetur, invenire non posset. Cumque nimis in ambulando gyrovagus vexaretur, intelligens demum ex maligno hunc fieri errorem, crucis vexillo frontem armavit, et mox apertis oculis portam inveniens lætabundus aufugit. Sicque secum erepto puero in brevi de hinc baptismi gratiam percepit cum illo, ac presequente cælesti dono, simul cum eodem non longe post, nostræ militiæ societati adunatus est.

Judæi duo conversi, signo Crucis confirmatur : arripiunt institutum Præmonst.

2. Cor. 3, 15.

Isa. 9, 6.

a *Quod Regulæ S. Augustini superadditum sit a* Norberto, *docet ejus vita cap. 24, Jacobus de Vitriaco histor. Occident. cap. 22. Biblioth. Præmonst. lib. 1, cap. 5.* b *Laneo videlicet ac niveo, quia, ut ipsemet ait vitæ cap. 24, auctoritate et usu Ecclesiæ pœnitentes in laneis sunt. Solent certe majores nostri peregrinationes vovere (?) nudis pedibus, in laneis, sive absque lineis vestibus. Eo tum aliquam solis ovium pellibus induerat se* Norbertus, *quem habitum in concilio Fritislariensi coram Legato Apostolico accusatus, mutavit.* c *Ursipergensis.* An. 1125, hyemem asperrimam, ver tempestuosum, fames validissima ac mortalitas sævissima secutæ, tantam stragem per universas provincias, maxime tamen de vulgaribus dederunt, ut pene tertia pars populi notaretur occubuisse. *Post refert, feria quarta Pentecostes 28 Maii, fruges vitesque pruina, et quidquid reliquum fuit, 16 Junii tempestate et pluvia in loco dilatum (?) ferra subversum fuisse. De eadem fame ejusque causis agit Robertus de Monte. Capit ergo anno 1125, crevit esse annona, sequenti grassata est fames.* d *Hic est* B. Hermannus, *qui Coloniæ natus, jam non nisi an. 1121 ea urbe introductum Judæis vir doctus disputationi cum Ruperto Tuitiensi aliisque habita conversus, institutum Præmonstratense complexus, Schedano ejusdem ordinis cœnobio in Comitatu Marcano præfectus, sanctissime vixit. Corpus de tumulo elevatum a Joanne Gelenio Archiepiscopo Coloniensis in spiritualibus Vicario, cujus frater Ægidius V. Cl. plura de eo in Fastis SS. Coloniensium brevi editurus.*

CAPUT IV.

B. Godefridi varie probata constantia.

B. Godefridus a socero vexatur.

Sed hæc hactenus. Jam deinceps ad beatum Comitem reflectamus articulum, et qualiter serpens antiquus virtutes ejus videns et invidens, per satellites suos illi obviare tentaverit, jam nunc adducamus in medium. Ubi primum sancti viri religiositas innotuit, Fridericus *a* Comes profanus et Antichristianus potius quam Christianus, avaritiæ facibus accensus infremuit, fallaciæ commenta exquisivit, dicens filiam suam arte circumventam, hereditatis quoque debitæ portionem fraudulenta illi seductione sublatam. Qua occasione diversis beatum virum affecit injuriis, multis vexavit contumeliis, cum ille tamen expeditissimam de omnibus redderet rationem, et impudentem ejus vesaniam, prout dignum erat, confidenter argueret. Veruntamen infelix ille non quiescens, et plus aloes quam mellis habens, cum aliquando suorum concione vallatus, complura genero minaretur, multis astantium tamen ob tanti viri reverentiam lacrymas continere non valentibus, vir Dei conscientiæ vallo munitus, quo grassanti vesaniæ asperitate fas non erat, omnem furoris illius impetum securus irridebat; vocatoque demum uno ex familiaribus suis ait : Forte infelix iste me captivare disponit

Minas ejus contemnit.

disponit, tu vero Patri Norberto dicito, quatenus etiamsi incarceratus fuero, ne quem pro mei absolutione laborem vel exiguum impendat. Ego enim pro lege Dei mei non solum incarcerari, sed etiam in carcere mori utinam condignus inveniar. Ego in carcere Deum meum deprecabor, in carcere misericordiam et miserationes ejus alacriter præstolabor. Opto siquidem, ut quemadmodum scopa usu detrita novissime flammis injicitur, sic corpus meum Christi exhaustum servitio, tribulationis demum igne consummetur. Ecce quanta beati viri constantia, omnia quidem pro Christo perpeti decernebat, sed pius Dominus nostris eum adhuc profectibus reservabat.

Sororii mors infelix.

20 Fridericus præterea inexplebili stimulante avaritia, (Quid enim non mortalia pectora cogit auri sacra fames?) castrum Capenberg, obsidere, ipsumque Patrem Norbertum pro muris suspendere minitans, (nam quis metus aut pudor est unquam properantis avari?) eousque mala malis adjiciens iram sibi thesaurizavit, donec Altissimus, qui patiens est redditor, condigna illum animadversione percussit, quem et unus e Fratribus ante denuntiatum ejus interitum a leone horrendo transglutiri per visum agnovit.

21 Sed nec sic serpens ille, uno licet succiso capite, a veneno suæ conquievit invidiæ, sancto quidem viro tribulationem et dolorem exsuscitans, sed in his quamquam invitus majorem illi virtutis occasionem subministrans. Hæc enim est inscrutabilis abyssus judiciorum Dei, quæ diabolum cum membris suis electorum cogit deservire profectui, cujus profundum et beatus Apostolus intuebatur, cum diceret : Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sola enim est divina vis, cui et mala bona sunt, dum eis competenter utendo, ne quid in regno ejus temeritati liceat, boni alicujus effectum elicit. Quod in sequentibus luce clarius elucebit. Matronam igitur, quæ sacrum velamen assumpserat, Franco quidam scelestus diabolico rapuit instinctu, qui beato viro inermi forte obvianti, tantamque illius nequitiam pie persequenti, cum armatus et elatus diceret : Tune ille es, qui detrimentis meis operam dare perlaboras? Vir sanctus quemadmodum scriptum est, In timore Domini fiducia fortitudinis; et Justus quasi leo confidens absque terrore erit, constantissime respondit : Ego detrimentis tuis nequaquam invigilo, quin potius hostis antiqui dentibus, cujus mancipium factus es, te summe eruere desidero. Cumque ille vesaniens gladium arriperet, dicam, dicam (magnus ab integro seclorum ut noverit ordo) dicam quomodo vir Dei tamquam ad victimam agnus ductus, sine voce astitit, cervicem protinus tetendit; sed nutu divino conterritus ille ferire non prævaluit. Numquid ergo hunc virum Christi Martyrem non dixerim, qui non solum animo, sed et jugulo præparato, tam incunctanter se ingerebat martyrio? Quis hunc athletam separet a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Denique raptam suam variis laborum anfractibus requisitam cellulæ demum restituit, et raptor ille morte pessima, quæ peccatorum est propria, non longe post lancea perfossus interiit.

Rom. 8. 28.

Franco raptor Godefrido mortem minatus male perit.

Prov. 14. 26. et 28. 1.

Godefridi in conviciis patientia.

22 Quid autem de nonnullis insensatis ministerialibus, et servis etiam intimis referam, qui multis illum pulsavere conviciis, dicentes eum amentem factum, se qui falsorum et impostorem illum Norbertum, tam sublimem hujus mundi gloriam stulte deserere, seque desolatos, et quasi acephalos relinquere? Verum inter omnia hæc athleta noster dum omnes excipit assultus, permanet ejusdem patientia, fortis ad omnes telorum nimbos, reddit et has contra venerando pectore voces : Si diligeretis, inquit, me, gauderetis utique, quia ad Deum meum tendo, quia naufragium seculi hujus præterire desidero, quia Creatori meo proximari concupisco.

Auctore anonymo, ex Serario. Item in bonis Deo dicandis.

23 In die vero Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ, quæ summa nobis est solemnitas, quando et hujus loci ambitus ab Antistite consecratus est, quis digne commemoret, quales tentationum impetus, quantos impulsionum fluctus evicerit, aliis eum hinc trahentibus, aliis inde retrahentibus, ac mira improbitate suggerentibus, ne tantæ honestatis, tantæque spectabilitatis castrum desereret, cum et ipse Antistes carnem sapiens, et cor in terra trahens, alterius ei mansionis concambium repromitteret? Sed Christi miles invictissimus, et vere super Christum fundatus, inter imbres et flumina, tot quoque ventorum flamina, immobili persistens tolerantia, nec terrore teri potuit, nec turbine frangi. Fortis enim est ut mors dilectio, et aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. Nihil servo Dei de multiplicis possessionis suæ complacebat specie, quia sola pretiosæ margaritæ, hoc est, caritatis divinæ claritas fulgebat in mente. Ministeriales centum et quinque, præter alias donationes gloriosas, cum sufficientissimis possessionibus Monasteriensi Ecclesiæ donavit, præter eos, quos Ecclesiæ Coloniensi, aliisque locis, prout ipsi oravere, contradidit.

Cantic. 8. 6 et 7.

CAPUT V.

Aliæ præclaræ ejus virtutes.

Humilitas.

Tandem ergo compositis rerum morumque secundis in commune bonis, postquam a concussione dura respirare datum est illi, claustroque fovere pacificos sensus, et in otia solvere curas, quantum purgatissimis moribus enituerit, Deum testor, quod humani sermonis inopia nullatenus explicabit. Studebat primum in omnibus sui despectum appetere, indigna quælibet atque extrema servitia non abhorrere, oblatam sibi a Fratribus venerationem humillime declinare. Alto enim corde retinuit, quod a Magistro humilitatis accepit dicente : Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.

Matth. 11. 29.

Compunctio et assidua lacrymæ.

25 Verbum Dei audiens, seu orationem Domino fundens, uberrimis profluebat lacrymis, quæ satis in illo declarabant ardorem ac devotionem internæ puritatis. Qua de re unus quoque seniorum testabatur dicens : De hoc viro sancto illud ego frequentius videns admiratus sum, quod cum una nobiscum ad communem discumberet refectionem, non modo mira ciborum pollebat abstinentia, verum etiam tam uberrimis atque creberrimis lacrymarum rigabatur fluentis ut stupens hæc intra me reputarem : Deus bone, quid in hoc agitur homine beatissimo? quæ putas horum ratio gemituum? quæ tantarum caussa est lacrymarum? Num ex nimia spiritualis lætitiæ se conficit abundantia, gratias mirorum agens et amantissima consideratione perpendens divina, quæ hoc loco ipse in perpetuum ordinavit, ministeria, quæque jam nunc adeo videt in sui fervere præsentia? Num, inquam, pro his magnificis Dei beneficiis, in tantum gratulatur, ut a lacrymis tam affluentibus temperare non valeat? An vero potius tam immenso, tam impatienti, tam inconsolabili rapitur æternorum desiderio bonorum, ut illius intuitu, terrenorumque fastidio nihil omnino ei nisi flere libeat? Utriusque profecto caussæ salubris et laudanda religiositas, utriusque conjunctionis beata talique Dei servo condigna sublimitas. Hæc senior noster, quæ assidue oculis suis intuitus est, veraci ac fideli mihi testimonio prosecutus est.

Prædicandi gratia.

26 Semen præterea verbi divini fecundo corde percepit, tantaque ac tam crebra exhortationis gratia diffusa erat in labiis ejus, ut Pater Norbertus de ipso gratulatorie dixisse perhibeatur : Postquam ego in prædicationis cursu lassatus defecero, Godefridum filium meum suscitabo more cervorum, qui cum se venatorum instantia supra vires lassari persenserint, alios pro se cervos exagitando suscitare memorantur.

Auctore anonymo, ex Serario

tur. Proinde vel unum ex dictis ejus, quod a Fratribus didici memorabile, piæ menti non ingratum erit advertere. Cum Fratres exhortaretur non curare labia iniqua; et detrahentium inepta mendacia, quia imperitos tantum falsus honor juvat, et mendax infamia terret: Mendacium, inquit, diu subsistere non valet, veritas autem stabilis perseverat et solida. Mendacium enim in præcipiti sedet equo, veritas autem in asino. Et recta plane similitudo, veritatem sedere in asino, quia Dominus meus qui ait: Ego sum veritas, in asino sedere dignatus est.

apophegma de mendacio

Joan. 14. 6

abstinentia

27 Corpus etiam suum et Apostolico castigabat exemplo, ac perenni frangebat jejunio; sciensque, quod

Summa quies nil velle super quam postulat usus
Debitus, ut simplex alimonia, vestis et una
Infirmos tegat, ac recreet me liberiter artus,

modicis omnino contentus erat, aquam frequentius bibens, et pane solo excepto, vix aliud quippiam alimentorum sumpsit.

Rigorem optime suadet

28 Cum autem Fratres quidam tepidi de rigore ordinis relaxando illi suggererent, vir sanctus Dei Spiritu plenus hac similitudine respondit: Qui magnum fluvium navigio transmeare proponunt, longe superius a destinata ripa navigare incipiunt, quia violentia retorquentur incessabili, et velint nolint, cum fluvio quodammodo descendere compelluntur: Ita et nos fratres, qui hoc mare magnum, et spatiosum manibus pertransire contendimus, ubi sunt reptilia, quorum non est numerus, adjungere ascensum, nostrum roboremus propositum, quia humanæ torpor negligentiæ semper in descensu est: et vereor plurimum, ne in futurum ordo noster descendendo vel prolabendo nimium, (quia qui modica spernit, paullatim defluit) ad temporis pristini relabatur decursum.

Eccli. 19. 1

CAPUT VI.

Etiam in seculo sancti mores.

Quodam tempore cum cives Monasterienses adversus Comitem nostrum, seculari adhuc habitu detentum, jurgia concitarent, et bella moverent, unus ex ministris ejus cum suis complicibus, in viciniam illam excurrens, prædam congregavit copiosam, animalia quoque multa, quæ diripuerat, stante in porta Comite, tanquam gloriabundus adduxit. Cumque vir pius æquitatis amicus, inquirens quid hoc esset, rem didicisset ex ordine, continuo sancta indignatione permotus, ministris astantibus: Ite, inquit, dicite prædoni iniquo, ne nostros unquam præsumat adire conspectus, donec eis, quos impie læsit, satisfaciat, omnibus quæ rapuit ad integrum restitutis. Si enim homines civitatis illius ad præsens nobis, prout forte sumus digni, adversantur, numquid ob hoc præsumptor iste villanos et innocentes quosque, nostri sub nominis umbra, deprædabitur? Ad hoc ille perterritus, et nil tunc minus auditurum sese arbitratus, quantocyus discessit, ex rapina nil sibi retinere præsumens, sua cuique multa cum sollicitudine resignavit. Itaque cum in Godefrido multa stupeamus mirifica, ea plus mirari solemus, quæ in seculari dignitate bona executus est.

Alius per suos rapta restitui jubet

In pauperes et ægrotos compassio

30 Inter cetera cælestis gratiæ dona, eximia quoque in viro Dei, necdum seculi rebus exuto, abundabat compassio. Nec leprosos, aut quamlibet infimæ conditionis ægrotos despexit, adeo ut, stupentibus ministris, pauperrimo cuidam apud se languenti pius atque humillimus visitator assideret. De sordidissimo ejus vasculo una bibere non exhorruit, per omnia infirmanti se contemperans, et, juxta Apostolicam eruditionem, ita subveniens, quemadmodum sibi vellet subveniri, si eodem vel simili ægritudine laboraret.

In pauperes liberalis

31 Illud quoque de hac liberalissimi Dei servo nequaquam reguam silentio, quod gladio adhuc accinctus, dum iret ad visitandum Varlarense cœnobium cum famulo suo Giselberto, quem postea Conversum vidimus, occurrit mendicus eleemosynam petens. Mox vir misericordissimus nullatenus ferens vacuum abire pauperem, Giselberto ait: Remansit, oro, quicquam in loculis? Respondit ille, Etiam Domine: Da, inquit, pauperi. Quo facto, rursus quæri jussit, siquid adhuc foret residuum, iterum ergo datum est pauperi. Sed nec sic quievit sancti viri larga benignitas, quousque tertio quoque totum quod remanserat, pauperi donaretur. Ita Trinitatis Deificæ verus confessor et cultor, sine trino munere inopem præterire nequaquam passus est. Famulo quoque suo dixit: Demus, quæso, egenis quidquid valuerimus, quatenus Dei nostri bonitas novellam plantationem Fratrum nostrorum in Capenberg et Varlare confirmare dignetur.

Zelus Ottonis fratris ejus

32 Cujus germanus Otto, quod prætereundum non est, cum esset apud Elofstat, illis in partibus divinæ servitutis cultum dono Dei ampliavit. Manegoldus enim vir nobilis et potens, cujus erant castra duo, Hagen, et Wirberg, ab adversariis suis una cum filio interemptus est. Remansit autem totius possessionis heres unica filia, nomine Aurelia. Quam multis uxorem petentibus (erat enim satis elegantis formæ) venit Otto, et dato ei perpetuæ castitatis consilio, noctu eam non sine vitæ periculo, voluntariam abduxit. Deinde Pontificali et regali auctoritate subnixus, multis et variis exegit laboribus, quod simul cum Aurelia hereditas tota divinis ministeriis mancipata est. Castrum igitur Hagen ipse delevit incendio, in altero autem fratrum et sororum hodie viget religio.

CAPUT VII.

Mundi contemptus, caritas erga proximum.

Quantæ vero puritatis, quantæque simplicitatis devotione Godefridus cuncta reliquerit, et ex responso ipsius, quo Eucruvino satisfecit, plenissime declaratum est. Ea namque tempestate, qua raptam a Francone matronam laboriose requisivit, fama, quæ tam pravi fictique tenax quam nuntia veri est, mox undique percrebuit, Comitem Godefridum pœnitudine ductum, suam recepisse conjugem, Fratresque omnes de castro, quod jam religiosi occupaverant, cum injuria perturbasse. Talibus figmentis ad Mosam usque divulgatis, venit de finibus illis Eucruvinus, nostri Henrici germanus, eumdem Henricum secum sperans abcessurum: et salutato Comite, cum benigne susceptus foret, caussam adventus sui requisitus, exponebat dicens: Veni, Domine, fratrem meum, qui apud vos Conversus est, quem et unice diligo, pristinæ revocare professioni, quia jam pridem vos, receptis omnibus, universos Fratres expellere cœpisse, longe lateque nuntiatur. Tunc vir Dei alacri vultu respondit: Quid ergo? Nonne tuis, amice, oculis in præsentiarum comprobas, ficta esse omnia? Miror quidem valde tantæ impudentiæ figmenta. Qua enim temeritatis audacia mihi ea usurparem, quorum hodie nulla proprietas omnino mihi residua est, quæque Dei solius sunt attributa servitio? Scis tu, Deus meus, quod etiamsi filios nutriendos ex femina illa suscepissem, stipem potius necessitatis nostræ ostiatim mendicando, parvulosque in cervice mea gestando conquirerem, quam eorum quippiam, quæ Dei sunt atque servorum ejus, aliquatenus temerare tollerem. Hæc audientes qui aderant, tantam tanti viri sinceritatem, altissimamque paupertatem usquequaque non sine fletu mirati sunt.

Godefridi constans voluntas in rebus Deo dicatis

34 Tempore quo maxime Friderici Comitis adversus virum Dei fervebat persecutio, quemadmodum ab eodem furore suo vel ad modicum tyranni refracta fuerit immanitas, occultare non debeo. Accidit ut illis diebus apud *a* Trajectum fieret, præsente ac jubente Imperatore Henrico, Comitum, Marchionum, aliorum conventus nobilium, ubi et ipsum

contigit

a

contigit adesse Fridericum. Dum ergo tractatis nonnullis Imperii negotiis seorsim in secretario suo resideret Imperator, considentes forinsecus Principes, ut assolet, multa inter se vario sermone ferebant. Cum ecce unus *b* Suevorum Princeps bene Christianus, dissimulans omnino se, quis esset Fridericus, agnoscere, cœpit illum facetissima urbanitate, in illius senatus audientia, confutare, hoc modo Godefridi nostri, ejusque fratris conversionem inducens: Paullulum, inquit, o Heroes et commilitones dignamini advertere. Auditum est, et celebri sermone vulgatum in finibus nostris memorabile gratiæ Dei miraculum, quod videlicet Capenbergenses Comites duo, divina inspiratione compuncti, omnia sua Domino Deo nostro reddidere, ita ut omnis hereditas ipsorum in obsequium pauperum Christi, Deo jugiter servientium, cedat in perpetuum. Felices nimirum viri multumque beati, quibus a Domino tantæ virtutis est collata ingenuitas, tamque sublimis propositi feliciter est consummata voluntas, qui nostris diebus universis Christi fidelibus magnificum sanctitatis ac voluntariæ paupertatis largiti sunt exemplum, seipsos quoque non dubitantes humiliter in eorumdem Dei pauperum aggregare consortium! Sed ecce (o nefas!) quidam in vicinia illa filius diaboli, Fridericus nomine de *c* Arnesberg, tantæ sanctitatis bonum, ut fama est, præpedire nititur, atque nubilo cœcatus avaritiæ in ipsum Deum, quod nullus ambigit Christianus, infelicia belli machinatur. Ego vero si Deo nostro hic pessimus mortalium aliquando prædo prævaluerit, minus libenter ipsi Deo me deinceps serviturum profiteor, qui tantam nominis sui injuriam propulsare noluerit. Nec tamen desperare queo, in conflictu isto Dei futuram esse victoriam. Inter hæc autem irrisoria Principis verba, infelix ille gravissima confusione dejectus, huc illucque vultum declinabat, loquentis aspectum ferre non sustinens, nec in tali conventu, præ conscientiæ impietate, vel mutire præsumens.

b Coram Imperatore laudatur, socero reprehenso.

Pro captivis intercedit

35 Hoc tamen compertum nobis et certum est, quod post conventum illum regressus domum, aliquantum cœpit agere mitius, missoque nuntio, virum Dei magna cum lenitate deprecatus est, uti dignaretur Arnesberg ad suum venire colloquium. Hic sperans eum de animæ suæ remedio quippiam tractaturum, paucis fidelium suorum assumptis in Assumptione B. Mariæ Virginis confidenter venit ad locum. Ubi dum captivos, compeditos, et incarceratos plerosque reperisset (semper enim homo crudelissimus habebat, quos in catenis maceratos affligeret) super his, more suo, viscerali flexus clementia, primo omnium pro his rogaturus accessit. Verum ad omnes supplicationum blanditias ille velut pelagi rupes immota resistebat, non tantæ solemnitatis gratiam, non tanti viri reverentiam, non denique lamentabilem captivorum miseriam dignatus advertere.

Soceri ejus infausta mors

36 Quid autem mirum si eo tempore homo sævissimus nullum pietatis admisit remedium, qui et ipsa mortis suæ hora nullius preces, nullius consilium admittens, nec unum quidem ex captivis relaxare voluit. Mortuus est impius tam fetri, ut aiunt, putoris molestia, ut matrona quæ illi assidebat, ipsa etiam post paullulum expiraret: et percussione tyranni gratulantes captivi, tunc demum absoluti sunt, frustra tamen, quia ex eis nonnulli diuturno carceris squalore infirmati spiritum in brevi reddiderunt.

Ostentatas ab eo opes contemnit

37 Dolente autem Godefrido, causam sibi, propinqua vocatus esset, non aperiri, assumptum eum circumducere cœpit Fridericus, murorum ædificia, vel ceteram supellectilis suæ varietatem ostentando: cum tamen vir sanctus omnia hæc irrideret, et cuidam suorum, qui idipsum mihi attestatus est, innuens, hæc auribus ejus instillaret: Existimat hic homo, me hujusmodi vanitatibus oblectari, sed ego hac vice velut ex necessitate morem ei gerere compellor, cum tamen pro cunctis ejus, quas ostentat divitiis, putris calami pretium non commutarem. Paucis deinde illum exhortatus, omnis protinus dilationis impatiens, festinavit ad reditum. Semper enim seculi tumultus molestissime ferebat, paradisum æstimans claustrale silentium, et dilectæ sibi solitudinis quietem omnibus Crœsi superponens divitiis.

38 Post hæc vero, cum persecutoris sui cognovisset interitum, veræ compassionis affectu, memor clementiæ, immemor malitiæ, lacrymas fudit, per Spiritum in se habitantem sciens ad quæ vel quanta supplicia talis anima justo Dei raperetur judicio. Venerunt quoque sub idem tempus nonnulli ex ministris ejus dicentes: Ecce Domine, qualis et quam ampla vobis advenisset hereditas, si hujus mundi gloriam, quam possidere valebatis, non ultro placuisset abjicere. Quos ille indignantis vultu reverberans: Quid est, ait, quod pro magno jactatis? Numquid non omnia relicturus eram, quemadmodum et iste moriendo reliquit? Ecce interiit, nec jam sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus. Scis tu Domine Deus, quod etiamsi sic futurum prævidissem, nequaquam ob hoc tamen conversionis distulissem gratiam, nisi forte ad amplius dilatandam laudationis tuæ servitutem. Quid porro magnum feci ea relinquendo, quæ ipsa naturæ conditione mecum permanere non poterant? Nonne

Æterna sola æstimanda docet.

Omnia quæ tempus peragit, quæque exitus aufert,
Vilia sunt brevitate sui?

Respondete quæso: Num si vobis opulentissimam civitatem una siliqua comparare daretur, siliquam illam tam lucroso commercio eligeretis subtrahere, plus diligendo siliquam, quam civitatem amplissimam? Ad quod illi cum respondentes dicerent: Hoc facto stultissimum: Longe, inquit, stolidior, longeque vesanior est, qui quamlibet amplam hujus mundi substantiam pro regno cælesti commutare dissimulat. Quis gloriabitur, imo quis merito de hoc remunerari postulabit, si auctori suo restituat, quod ab ipso accepit? Et tamen pius Dominus, etiam in hujusmodi nobis occasionem salutis constituit, quod sola nimirum dignatione fit ejus inexhaustæ bonitatis.

a *Imperium tenuit* [illegible] Ultrajecti anno 1122 natalem Domini celebrarit Henricus V, ut Urspergensis, et Crantzius Saxon. l. 5, cap. 43. b *Fuit hic fortassis* Fridericus II, *Dux Sueviæ*, Henrico V, *Cæsari, avunculo suo, apprime gratiosus vir, ut Urspergensis scribit*: in bellis fortis, in negotiis ingeniosus, vultu et animo serenus, in sermone urbanus, *etc.*

c *Alias* Arnesburg, Arusburg, Arnsberg. *Braunius to.* 1, *Theatri urbium*: Sunt qui Angersberg haud secus quam Arnsbergh [illegible] quasi ab Ang[illegible] Ducatus [illegible] *ab aquila ductum nomen, et monte in quo situm* [illegible] *olim Comites, nunc qui Archiepiscopus Coloniensis* [illegible] *dominus, albam in scuto rubeo aquilam.* [illegible] *in cujus* [illegible] *oppidum vetus et novum, ad radicem* [illegible] Wedinckhusen, *quasi* Widekindi [illegible] *domum dicas.* [illegible] Henricus *hujus* Friderici [illegible] *fundavit,* [illegible] *professus anno* 1157.

CAPUT VIII.

Sanctitas ejus terrori est diabolis; Principibus venerationi.

Novi præterea quemdam e Fratribus magnæ sanctitatis et gravitatis virum, qui mihi secum de Godefridi meritis conferenti, hoc sermone respondit: Eia Frater, quis est hodie mortalium, qui merita sanctitatis ejus ad plenum æstimare sufficiat? Ego tanti miraculi exhibitionem per sacram illius præsentiam præsens expertus sum, ut longe inferius reputarem si vel cœco mihi visum, vel claudo gressum, seu etiam surdo restauraret auditum. Solo enim intuitu, sacrique vultus ejus efficacia quotidie infestum a me repellebatur dæmonium. His auditis obstupui, fateor, et hæc referenti: Per illum, inquam, te obtestor, qui est vera caritas, ne hujus tam fructuosæ, tamque divinæ rei me fraudes notitia. Tum ille: Eo, inquit, anno quo primum mutato habitu monasterium petii, multis me tædiis hostis antiquus, multisque tenta-

Dæmonum infestatione quemdam vero aspectu liberat

 tionum

Auctore anonymo, ex Serario

tionum aculeis incessanter agressus est, ita ut ipsum dæmonem scapulis meis quodammodo insidentem, et intolerabiliter me ab omni operis devotione retardantem, continua vexatione sentirem. Hunc ego dæmonem aliquando vehementius insistentem, cum pro posse reluctans, in oratione coram altari sancto prostratus, divinum invocarem auxilium, Dominus mihi etiam visibilem ostendit, habitu deformem, vultuque teterrimum. Quotiescumque igitur sic affligebar, currebam et inquirebam sancti viri præsentiam, et continuo eo viso, quasi quodam rore perfundebar, moxque fugam dæmonis, et mirabile tam corporis quam spiritus sentiebam refrigerium. Quod si præsentem forte videre non valebam, sed tantummodo solam vocem ipsius audire merebar, confestim non dissimili consolationis gratia refrigeratus sum, adeo ut nullatenus ambigere possem, talia in eo operari præsentissimam Spiritus sancti efficaciam. Quo Spiritu ille illustratus, meas quoque me tacente cognovit angustias, et velut omnia in se mea expertus incommoda, congruam quoque consolationis vocem formabat dicens : Frater mi, consolare, viriliter age, et quoties in tantum affligeris, ut ne unam quidem orationem coram Domino fundere prævaleas, sustine tempus miserendi ejus, atque in spe futuræ consolationis Dei respira, certissime sciendo, quia juxta Prophetæ vendicam vocem : Si abjecit, et miserebitur secundum multitudinem miserationum suarum. *Thren. 3, 32* Ita me dulcissimo sermone, et mellita Dei melle lingua refovebat, sicque annum fere continuum agonizabam, et quocumque die virum Dei casu aliquo videre vel audire non merui, gravissima, ut præfatus sum, dæmonis infestatione conterebar. Hæc ego dicta vel acta sancti Fratris nostri nequaquam passus sum tegi silentio, quatenus pia omnis cognoscat anima, quanta in Godefrido nostro reposita fuerit supernæ gratiæ magnitudo.

Ab Henrico Imperatore honoratur

40 Oportebat quodam tempore hunc Dei servum, adhuc ferentem gladium, cum Fratrum ita poposcisset utilitas, ad Imperatoris Henrici cognati sui venire colloquium. Erat autem Capellanus ejus Eppo, qui postmodum tanti viri exemplo conversus est, cui tamen interim non valde fuerant accepta conversionis Domini sui principia. Hunc ergo cum paucissimis famulis assumens, dum iter agredi tentaret, ille ausus est dicere : Qualiter, o Domine, tuum Imperator adventum excipiet? quali putas vultu te egenum aspiciet, et pauperem habitu, vel crine deformem? absque solita militum frequentia modo ad se venientem? Cui vir Dei placidissime respondit : Hoc, Frater, Deo nostro totum committo, in cujus manu cor Regis est, et quocumque voluerit, inclinabit illud. *Proverb. 21, 1* Cum ergo venisset ad palatium, Imperator, licet variis occupatus negotiis, eum videns, rejectis omnibus a longe cucurrit in amplexus ejus, exclamans atque dicens : O cognate dilectissime, Deo nostro immensas gratias ago, quod te videre hodie merui. Nec enim hac die talem ac tantum, tamque nobilia præcipuum virum me visurum æstimavi. Ita miro susceptum amore, magno quoque cum honore detinebat, et præ ceteris, ad Capellani ruborem, familiarius habitum, demum non absque affectuoso mœrore dimisit in pace.

CAPUT IX.

Propositum ejus multis modis impugnatum.

Constantia ejus in dic[illegible]

Antistes quoque porro Monasteriensis, cum suggerentibus plurimis, castrum Capenberg, ne in potestatem servorum Christi cederet, obtinere niteretur, pluraque loca beato viro in concambium cunctis acclamantibus offerret, ipse super petram vere fundatus constantissime resistebat, ita respondens Episcopo : Frustra, Pater, moveris, conaris, quocumque terroribus vel blandimentis propositum nostrum de loci hujus mutatione Dei dono inspiratum, impe-

dire laborant; quia nulla feram ratione, ut, me superstite, deinceps in hoc loco mundanæ vanitati serviatur, quin potius id elaborare necesse est, ut ubi hactenus licentiosa militum grassabatur incursio, illic amodo cælestis obsequii succedat assiduitas : sufficiunt enim præteriti dispendia temporis ad stultorum voluntatem consummandam, qui ambulaverunt, ut scriptum est, in luxuriis et desideriis suis. *1. Pet. 4, 3.* Mihi credite, etiamsi quadruplo tantum possessionum recompensantes offerretis, numquam castrum hoc ulterius seculi negotiis occupari consentirem. Tanta beati viri constantia, talique responsionum strenuitate confutati, nil Antistes, nil ceteri omnes ultra super hac re tentare præsumpserunt.

42 Sed et tyrannus, quem sæpe jam diximus, tremendum verborum ejus fulmen expertus est, cum foret ex illis unus vir iste, de quibus legimus, quod si quis eos nocere voluerit, ignis de ore ipsorum egrediens, devorabit inimicos eorum. *Apocal. 11, 5* Dum enim ingenitæ libertatis memor Godefridus, contra se Leviatan, mundi despectu, suscitaret, mox conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit furor, indignati sunt habitatores Chanaan : *Peccatores libere reprehendit. Exod. 15, 15* quorum præcipuus Fridericus avaritiæ flamma succensus (halitus quippe diaboli prunas ardere facit) possessionibus Comitis, filiæ occasione, inhiabat, instabat, exercitum adversus Comitem ductabat, crebro placitabat, impietate pro pietate utebatur. Condicta igitur die in magnæ multitudinis frequentia, collatis multis hinc inde sermonibus, demum vir Dei innocentiæ puritate conspicuus, atque liberrimus, hujusmodi fulminea sancti Spiritus jacula in illum contorsit, dicens : Eia, miser homo, quid tantopere infimis et caducis rebus æstuas? Quid finitimis inhias contempto limite agellis? Numquid tu solus habitabis in medio terræ? Numquid mundum vorabis universum! Esto; Et quid tibi proficit, si totum mundum lucreris, animæ vero tuæ detrimentum patiaris? Tu quidem filiæ nobis occasionem adducis, verum universi novimus, quantus te insatiabilis avaritiæ obsideat morbus, qui, mundo teste, nec defuncti fratris tui filiæ pepercisti, sed eadem avaritia vesaniens, captivitatis eam injuriis affecisti. Inter hæc verba mirabili confidentia, multorum cum stupore, mentum illius apprehensum concutiens adjecit etiam hæc : Ecce facies tua jam jamque marcere incipit, ecce caro vultus tui jam contabescit, velis, nolis, jam tempus imminet, quo resolveris in pulverem, et redigetur in lutum cervix tua. *Friderico Comiti mortem prædicit* Princeps, et unus ex hujus seculi primis, ore vulgari nominaris ; sed timendum æstimo, ne in futuro seculo non inter primos, verum nec inter novissimos ac despectissimos computari merearis. Tunc ille irridens cum timore respondit : Vos quidem, o Domine, non tam a Deo Dei Spiritu repleti estis, quin ego fieri queam salvus æque ut vos, et vester ille servus seductor Norbertus. Ita ergo ignis, ut dixi, de spirituali cælo descendens, veritatis inimicum urebat atque consumebat, cruciabat non illuminabat.

43 Nec multo post infelix ille mortuus est, et respiravit mundus *a* tali peste liberatus. Nam et Fratres universos nunc minitando, nunc militari manu terminis eorum proximando, tantis aliquando terroribus concusserat, ut unanimiter una cum Godefrido ac Patre Norberto facta invicem confessione, tamquam oves occisionis cervices pararent, et portis ultro apertis, martyrium indubitanter atque alacriter expectarent. Sed Dominus qui servos suos, quos per vasa iniquitatis probat, de tentationibus novit eripere, iniquos vero in diem judicii cruciandos reservare, egressum ejus, insaniam, ac superbiam suæ potentiæ irridens, circulum in naribus, et frænum in labiis ejus posuit, et per viam qua venerat, omni quidem labore frustratum, sed voluntate non immutatum redire coegit. *Duci a socero infestatur* Et ille quidem præfatis Christi pauperibus,

pauperibus, tamquam Saul malum David quærebat cunctis diebus; verumtamen Dominus non tradidit illos in manus ejus, istos per tribulationes axaminans, illius vero malitiam mire tolerando contemnens.

a *Gobelinus æt. 6, cap* 48 An. 1123. Fridericus Comes Westfaliæ de Arnsburg, homo ferocissimus, mortuus est; qui castrum Weuelsburg, antiquitus Hunnorum tempore constructum, restauraverat uno anno ante obitum suum, a quo totam viciniam multiplicibus angariis vexare non cessavit. *Consentit Gelenius in Engelberto l* 3, *cap* 42 *et alii*.

CAPUT X.

Humilitas, ægritudo, mors.

Non patitur se Comitem appellari

Cum autem in medio Fratrum positus Godefridus, vita refulgeret Angelica, Fratres eum universi, prout dignum erat, honorabant, et pristino dignitatis nomine Comitem interdum nuncupabant. Sed ille, cujus exemplo humilitatis vitam quisque suam despicere cogebatur, hoc honoris vocabulum vehementer expavendo refugit, Fratribusque dixit : Per caritatem Christi vos obtestor dilectissimi, ne me servum omnium vestrum deinceps unquam tali vocabulo contristetis. Sub hoc enim nomine me in multis excessisse profiteor ; meos quoque sub hujus auctoritate nominis plurimum deliquisse, dolens et gemens recognosco. Sed minimum est hoc humilitatis indicium, cum aliquando etiam, quod ad confutandam superbiam nostram silere non possum, se cloacarium domus nostræ humillima seu extrema servitute dejectus exhibuit.

Vilissima ministeria obit

Pauperibus famulatur

45 Porro caritatis et eleemosynæ tantus amor eum devinxerat, ut ipse domum hospitalem, quæ *a* hodie cernitur, per se construeret, per se quoque inibi pauperum pedes, Dominicæ institutionis minister et custos, frequenter ablueret, ac nummos distribuendo singulis misericordiæ opus impenderet, paternum circa eos affectum gerens per omnia, ita ut cum B. Job veraciter loqueretur affectu : Pater eram pauperum, et cor viduæ consolatus sum. Item : Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mecum crevit miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum. Dispersit enim omnia et dedit pauperibus, ut justitia ejus maneat in seculum seculi, et cornu ejus exaltetur in gloria.

Job 29. 16 et 13 et cap 31. 17

Diligit inimicos

Matt. 7. 24

46 Evangelici etiam præcepti non segnis imitator inimicos innocentiæ puritate diligebat, omnesque obtrectatorum injurias fortissimus patientiæ custos magnanima æquanimitate sufferebat. Recolo quoque verbum bonum, quod a quodam familiarium nostrorum, qui optime noverat sanctum virum, in hunc modum lætus accepi : Vere, inquit, Frater, quid amplius tibi dicam? Vir de quo agis, fundatus erat supra firmam petram.

47 Quis ordo fidelium amplıora his virtutibus expetat miracula, cum hæc ipsa sint tam admirandæ sanctitatis insignia? illa nimirum sunt divinæ operationis prodigia, quæ cum reprobis non possunt haberi communia, et de quibus Propheta gratulatur dicens : Tu es Deus qui facis mirabilia. Verum præter has, aliasque spiritalis gratiæ dotes, quas profecto mortale non capit ingenium, nec digne promit eloquium, vir sanctus mirabili atque inæstimabili ad Christum transeundi flagrabat desiderio, ac inenarrabilibus anhelabat suspiriis, propter quod et Dominus properavit educere illum de medio iniquitatis. Nam et frequenter, sociis in itinere quolibet residendo pausantibus, ipse quemadmodum in exequiis mortuorum membra componi solent, manus et brachia sua composuit supinus, dicens clamore intimo, gemituque vehementissimo : O si veniat hora illa nostri transitus! o si ad hanc horam aptare ac præparare me digneris Domine Deus meus!

Psal. 71. 18

Ad mortem anhelat

48 Denique ut summi etiam Patriarchæ non deesset obedientia, dictum est illi a Patre Norberto : Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero tibi. Ad quod sine mora implendum obedientissime paruit, jamque discessurus una cum venerabili Domino Ottone fratre suo : Ecce, inquit, frater mi, si quid hactenus residuum fuit, quod non perfecta renuntiatione calcavimus, jam funditus in nomine Christi deseramus, nihilque ultra proprium retinentes ad iter obedientiæ alacriter properemus. Venit ergo ad locum vere, juxta *b* nomen suum, a Domino præmonstratum, electum, ac prædestinatum, ubi et origo nostri ordinis cœpit, ubi cum fratre Acolythus ordinatus est, ibique quamplurimos Angelicæ suæ conversationis exemplis roboravit.

Gen. 12

Mittitur Præmonstratum.

b

Ægrotat Elmstadii.

49 Post annum vero revocatus ad Patrem Norbertum jam Archiepiscopum Magdeburgensem, cum seculi pompam vel strepitum sancti viri ægre ferret aspectus, Domino electum suum remunerare disponente, lenta cœpit pulsari ægritudine, acceptaque benedictione Patris Norberti, ad Elofstadense declinavit cœnobium, ubi hoc ordine post non multos dies migravit.

50 Cum languoris molestia sensim per dies ingravesceret, aderat ei devota sollicitudine germanus ejus Otto cum nonnullis Fratribus, quibus ipse transitum suum jam jamque desiderare perhibebat. Cumque astantium unus diceret : Absit Domine. Nequaquam nos desolatos relinquetis, nobis adhuc pernecessarius estis : vir beatus velut indignantis vultu respondit : Eia Frater, quid est quod loqueris? Ut quid, oro, pœnitentiæ habitum suscepimus, ut quid etiam pro Christo tota die mortificari contendimus, si non per labores hos quantocyus ad Christum emigrare concupiscimus? Optandum mihi est via breviori pergere, atque ad conspectum vultus Christi, quem semper optavi, maturius pervenire. Ad hæc dicta cum germanus ejus gravi se mœrore conficeret, consolans eum Beatus ait : Idcirco, mi frater, universa propter Deum abdicavimus, quia nos ad hujus horæ necessitatem perventuros, hoc est, morituros, certissime noveramus, præoptantes atque satagentes, ne hujus nos procella discriminis obruat imparatos. Amplectamur ergo hanc a corpore peregrinationem, faciamus de necessitate virtutem, gaudentes et gratias agentes quod de labore ad requiem, de miseria ad beatitudinem transmigramus. Nec enim poterimus operum nostrorum retributionem desideratam percipere, nisi contigerit hinc per mortis gustum exire. Quia vero initium est retributionis in obitu securitas mentis, videres illum nihil hæsitantem, nihil pavitantem, quinimo vehementer exultantem, ita ut liquido in hoc Sancto recognosceres, quod fidelis servus vicinæ mortis tempus agnoverit, de gloria retributionis hilarescit. Vigilantem enim illum invenit Dominus, castimoniæ zona præcinctum, et lucernas exemplorum lucis gestantem in manibus.

Fratrem aliosque solatur, lætissimus morti instante.

Veniam petit a suis.

51 Deinde cum sacri olei fuisset liquore inunctus, pacis osculum Fratribus dedit universis, ita dicens : Ego quidem, Fratres, gratia ordinis ac zelo divini honoris, quosdam vehementius quandoque allocutus sum. Unde si quem vestrum offendi, quæso, ne dedignetur ignoscere. His dictis, non sermone responsum, sed fletibus, pariterque contristatis omnibus paullo post fratri sic locutus est : Frater mi, audio vocem dicentem : Exite obviam ei. Et facto item intervallo, cum frater qui ei sedulus assidebat, ab eo inquireret, quid spei haberet, vir sanctus Latino sermone respondit : Magnam spem habeo. Jam enim pro toto mundo paullo diutius in hoc nollem morari exilio. Post hæc paullulum conquievit, apertisque mentis oculis cum ingenti subito exultatione dicebat: Benevenerunt nuntii Domini creatoris mei. Quo dicto debitum Creatori reddidit spiritum, atque Idibus Januar. quo die baptismum Christi sancta recolit Ecclesia, beata illa anima carne soluta, æternæ regenerationis induit candidatum, anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI, ætatis autem suæ ferme XXX, migravit

Pie moritur.

AUCTORE ANONYMO, EX SERARIO

migravit ad Christum, cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen.

a *Superest etiamnum domus cum sacello S. Nicolai, ante monasterium sita. Erogant Capenbergenses omnium rerum decimas in pauperes.* b *Nomen a Christi apparitione factum loco autumant quidam: alii dictum prius* Pratum monstratum, *sive* Premonstre, *scribunt. Vitæ S. Norberti cap. 19, dicitur:* Elegit locum valde desertum et solitarium, qui ab incolis antiquitus Præmonstratum vocabatur.

CAPUT XI.
Miracula post mortem.

Apparet Gerbergi in magna gloria, et coronatus

Porro Gerbergis Abbatissa, de qua præfati sumus, unice sanctum virum diligens, sæpius eum discedentem contestata fuerat, uti vel vivus vel mortuus in brevi eam visitaret. Cum ecce illi, in ipso transitu, apparuit miro decore redimitus, aureoque diademate coronatus. Quem illa, transitum ejus ignorans, cum requireret et dicens: Quid est dilectissime, quod sic coronatus incedis? Ille respondit: Noveris me modo sine dilationis interstitio, sine ullo gravis examinationis periculo, ad summi Regis migrasse palatium, ideoque tamquam Regis filium beata immortalitate coronatum. Quod ne aliquatenus dubites, ecce scripturam in diademate meo digestam agnosce. Respondit et attendit, atque hoc modo digestum invenit: Induit me Dominus vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit me, et tamquam sponsam decoravit me corona. Tum illa non ignorans quod scriptum est: Gloria et honore coronasti eum; item: Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso, divinum advertit fideliter oraculum, statimque, nobis adhuc ignorantibus, *a* Missas pro eo celebrari fecit, cum ecce frater ejus post ferme dies decem veniens, felicem illius transitum hora eadem, qua nepti apparuit, completum, omnibus denuntiavit.

Isaiæ 61. 10 — *Psal. 8. 6.* — *Ps. 20. 4*

Claret miraculis

53 Post excessum sancti viri plurima sanitatum beneficia per illum Dominus operatus est, quæ nobis quidem, ad quos vix famæ tenuis perlabitur aura, nec omnia comperta sunt, nec facile a quoquam sigillatim enumerari possunt. Duo tamen ex pluribus operæ pretium reor attingere. Est locus, in quo *b* sanctimonialium cohabitat multitudo, *c* Eltene nuncupatus, ubi una ex sanctimonialibus acerrimo dentium dolore laborabat. Cumque ingravescente per singulos dies incommodo nihil obtinere posset remedii, turbata mens consilium demum invenit. Misit enim Dominus in mentem ejus beati viri memoriam, quem adhuc viventem bene notum habebat, et morte obita de virtutibus ejus præclara multa compererat. Hunc toto cordis affectu cœpit implorare, quatenus suis apud Deum precibus tanto subveniret dolori. Mira res! ubi completa est pie credentis et de sancto viro præsumentis oratio, dolor omnis aufugit continuo.

Dolore dentium quamdam liberat

54 Eodem quoque doloris periculo quidam ex nostris, qui Sancto adhuc viventi familiaris exstiterat, permultum vexatus et infirmatus est. Dictum est illi et consultum, uti ad brachii minuendum sanguinem phlebotomum posceret: quod agens, nihil omnino salutis consecutus est. Novissime cum edidicisset prædictum sanctimonialis remedium, cœpit et ipse nostrum fideliter invocare patronum. Fecit hoc, et mox curatus est.

Item alium

55 Hic Dei famulus spiritu nobiscum est, gaudens cum Apostolo, et videns ordinem nostrum ac firmamentum fidei, quæ est in Christo. Cum enim e Fratribus unus ad hymnos matutinos processurus celerius surrexisset, paullulum forte resedit in lectulo, et repentino sopore concludentibus ejus oculis, egressa est processio. Moxque vir Dei clarus astitit dormitanti, et vocans eum ex nomine: Frater mi, ait, surge quantocyus, quia chorum jam ingreditur conventus. Ad cujus illico vocem surrexit, et citato gradu Fratres procedentes consecutus est.

Ad matutinum excitat somnolentum.

a *Attendendum hic, pro femina* [illegible] *fuit,* [illegible] *ne quid* [illegible] *est, aut in* [illegible] *offerri* [illegible] b *Ea vox non* [illegible] *monachas significandas* [illegible] c [illegible] *Regalis sanctimonialium canonice viventium, in Gallicanis conciliis Sirmondi, et Miræo, imo et virgines viduæque, continentiam in seculo, aut sacro suscepto velamine, aut peculiari modestioris habitus ratione, professæ.* c *Pighius in Hercule Prodicio:* Trans Rhenum e regione Clivorum in Altino monte, ubi nunc nobilium virginum est cœnobium, quod Altense nominant. *Id* Wichmannus *Comes circiter an. 960, condidit, ampleque dotavit, ecclesia S. Vito dicata, commisitque* Luthardi *filiæ, primæ Abbatissæ, quam secuta* Athela *neptis. Ottones varus illud privilegiis ornarunt, atque Essendiensi, Quedelburgensi, Gandershemensi illustribus cœnobiis par esse sanxerunt. Diplomata recitat Gelenius in Engelberto: in iis* Eltnon, Heltnon, Altenis, Altena, Eltica *appellatur, vulgo* Eltenbergh, *aut* Hoch-Elten, *nam inferius haud a monte procul* Neder-Elten *jacet.*

CAPUT XII.
Translatæ Cappenbergam reliquiæ.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXLVIII, Indictione XI, præsidente Sedi Apostolicæ Papa Eugenio, regnante glorioso *a* Dei cultore Conrado, et de peregrinatione sancti sepulchri *b* redeunte, ut Fratrum Capenbergensium satisfaceret desiderio, venerabilis Dominus Otto, Elofstad profectus est, convocatisque Fratribus dixit, se memorabilis Godefridi germani sui ossa Capenberg transferre, jam tandem oportere. Hoc enim, inquit, dum extremum hic spiritum ageret, a me toto postulavit affectu, quod et hactenus mea neglectum desidia, nunc demum opportunum est, ut sine dilatione gratanter adimpleatur. Illico contristati omnes, æqualis omnium tremor ac perturbatio, una singulorum voluntas, eademque sententia, numquam se tanti fundatoris ac domini sui fraudandos præsentia, vel patrocinio carituros. Istum, aiunt, locum desolare venistis, vos qui patronum ipsius hinc auferre contenditis: quod si ullatenus præsumptum fuerit, omnes nos a majore ad minorem de hoc cœnobio in præsentiarum effugatis. Nobis enim oblatus, et nobis per divinæ gratiæ ordinationem donatus est. Quod ergo Deus nobis concessit, homo qualiter auferre præsumit? Ad hæc venerabilis Otto respondit cum suis: Poteramus quidem, Fratres mei, vos Apostolicæ Sedis litteris ad hujus rei necessitatem etiam invitos compellere, poteramus liberius et audacius quodammodo vobiscum agere, si non magis optaremus omnia consummari vestræ universitatis assensione concordi. Jam siquidem diximus, quod hoc vivus expetivit, quia cœnobium Capenbergense præ ceteris diligebat, sed et ego, quod diffiteri non valeo, id me promptius executurum jamjam migraturo coram Fratribus pollicitus sum. Illi e contrario, ut supra, se discessuros jactitant, nec id ullius unquam terrore potestatis elaborandum, ut huic in tanto loci sui detrimento, consensus unanimitatem adhibeant. Et cum infinita surgeret altercatio, venerabilis Otto magno curarum fluctuans æstu, nunc huc, nunc illuc celerem dividit animum, in partesque rapit varias, perque omnia versat. Novissime vocatis majoribus hæc alternanti potior sententia visa est, et ipsorum consilio ad hoc deflecti consensit, ut reliquias illas *c* partirentur, quatenus et illius, et nostri cœnobii perpetuæ stabilitatis et pacis forent tutrix.

Corpus Capenbergam auferri nolunt Ilmstadienses: — *partem sumunt*

57 Denique cum idipsum ægre permissum fuisset, atque ipso die transitus ejus, memorabiles reliquiæ cum magni frequentia concursus, de minori ad majorem transferrentur ecclesiam, hoc quod ejusdem cœnobii Fratres divinitus accidisse mihi fideliter attestati sunt, ad Christi gloriam reticere non debeo. Matrona enim quædam amplæ satis familiæ, Matthia nomine, quæ eatenus febribus urebatur, nec ab aliquo curari poterat, per ejus medici omnipotentiam, qui per suæ humanitatis præsentiam socrum Simonis a febribus liberavit, ad Godefridi reliquias repente sanata est. Unde ipsa quoque non ingrata deinceps ad sacram ejus tumbam præ ceteris attentius excubabat, et sanctas reliquias indefessis orationum suarum frequentabat muneribus.

Febris, ejus meritis, depulsa

58 Post hæc, pridie Idus Februarii, portio reliquiarum, quæ nobis obvenerat, a Fratribus nostris, cum

Pars reliquiarum affertur Capenbergam

cum summæ devotionis alacritate suscepta est, ita ut in die illo, novo quodam et mirabili gratulationis *d* tripudio Fratrum nostrorum perfusa universitas sit, et quodammodo nobis illuxerit Jubilæus, qui est annus jubilationis plenus. Nam sicut legimus,

> Jubilæus adest; (annus remissionis) proprii distractio ruris
> Antiquo donatur hero: servire coactos
> Libertas amissa petit; mala debita laxat
> Creditor, et limen patriæ vetus aspicit exul.

Ita nimirum et nostra societas in hujus patroni adventu, velut antiquæ servitutis mœrore projecto, novæ libertatis et exultationis gratia donata est, sentiens per eum uberiorem divini respectus benedictionem consecutam.

e Hinc divina in eum locum benedictio.

59 Deinde anno sequenti, sextodecimo Kalendas Octobris, sacra ossa, multis astantibus, in *e* sanctuario novo venerabiliter ab Antistite Monasteriensi Wernero reposita sunt. Ex quo nimirum tempore ipsa rerum experientia cognovimus, quod superni muneris abundantia intus et foris, magis magisque cumulati sumus, ita ut historiæ illius recordari possimus, qua dicitur: Benedixitque Dominus domui Principis militum; et multiplicavit tam in ædibus, quam in agris, cunctam ejus substantiam propter Joseph. *Gen. 39* Nos itaque quemadmodum ille Princeps exercitus, huic nostro Joseph votis assiduis domum delegemus gubernandam, creditis illi omnibus, quia profecto nostra omnia sub meritorum ejus manu perpetuo benedicenda et promovenda indubitanter confidimus.

a *Ita de eo Gulielmus Tyrius lib.* 17, *cap.* 8. Infra paucos annos apud Brucenberg mortuus est, ubi et magnifice in Ecclesia majore sepultus est: vir pius et misericors, corpore conspicuus, generositate insignis, rei militaris ad perfectum habens experientiam, vita et moribus per omnia commendabilis, cujus memoria in benedictione est. *Otto Frisingensis ejusdem* Conradi *Imperatoris frater, de gestis Friderici lib.* 1, *cap.* 63. Bambergensis Ecclesia convenientissimum et honestissimum, et Ecclesiæ illi et Imperio decernens, juxta tumbam Imperatoris Henrici ejus loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romanæ Ecclesiæ in loca sancta levatus, pro Sancto habetur, regio cultu eum sepelivit. *Alii alibi sepultum volunt: Viennæ, Magdeburgi, Loraci, Spiræ, etc.* b *Redire cœpit, ut ex Frisingensi et Tyrio patet, an.* 1148, *pervenit in Germaniam an.* 1149, *ac Pentecosten Juvavii, sive Saltzburgi celebravit.* c *Pars sacri corporis superior Ilmstadii relicta, altera delata Capenbergam.* d *xi Januarii cum de S. Balthasare ageretur, dictum est* tripudium *pro jubilo festoque concentu accipi. Quamquam pr[illegible] dubie sit vera olim instituta ad sacras ejusmodi panegyres in natalitiis translationibusque Sanctorum tripudia, sed modesta, imo religiosa. Duchamnum Prumiam et Epternacum, celeberrima in ditione Trevirensi cœnobia certis anni diebus, veteri instituto, peregrini saltantes deducuntur,* springhende Heylighen, *quæ res magnum in spectantibus ciere sensum pietatis solet. Sic Herbipoli S. Kiliani solenne olim* tripudium, *ejus natali die,* Sant Kilians-dantz. *Huc fortassis respexit, sive Leo IX, seu quisquis Epistolam scripsit qua S. Dionysii asservatur Ratisponensibus reliquiæ, apud Brunum to. 3. conc. ll. statuens ut dies translationis annis singulis cum* omni jucunditate et gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germaniarum, tanti patris et patroni adventu non ingrata. *Alibi quoque apud Belgas, (ut Halis oppido ad illa miraculis Deiparæ, a Justo Lipsio descripta) consuevere peregrini absolutis divinis officiis, circum templum, in foro et compitis tripudia agitare, pias una cantilenas concinentes, festive interim sonantibus campanis.* e *Ita superiorem templi chorum appellant, in cujus medio, e regione summi altaris, tumulo elevato B. Godefridi, ac deinceps Ottonis condita ossa, tumulum nuper irruentes milites subruit, ut ante dictum. MOT. 28*

CAPUT XIII.

B. Godefridi genealogia.

a Illustre Godefridi genus.

a Porro de antiquis possessoribus Capenbergensis castri, qui de Magni Caroli et Widekindi Regis progenie per Imezam, quæ Xantis quiescit (quia, ut aiunt, sororis suæ filiam, Carolus tanquam pacis obsidem Widekindi filio dedit uxorem, et a cujus posteris curtem Wi[illegible]de obtinemus) descendisse traduntur, quorum hodieque in multis excellens claret magnanimitas.

Ejus avus et avia

61 Unum hunc Hermannum Comitem una cum devotissima ejus conjuge Gerberge de Huneburg, Dei cultorem præcipuum, necessario inducimus, cujus stirpem ingenuam ad nos usque pertingentem silentio præterire pro gratiæ Christi commendatione non debemus. Deus enim omnipotens, cujus dispositio in sui ordinatione falli non potest, in hujus filiis hereditatem partituris, magnam suæ bonitatis ostendit evidentiam, dum omnibus nefariæ factionis traditione circumscriptis, vel unum internecioni subtrahendo futurorum utilitati reservare dignatus est. *b* Eckericus enim quidam potens et nobilis, cum eisdem filiis dominis suis fidele jurasset dominium, cœpit denuo illis nil minus opinantibus, clandestinis machinationibus adversari, quærens quibus eos dolis extingueret, quorum dominio integram fidelitatem et ore firmaverat, et beneficiis obligatus debebat. Dispositis tandem insidiarum latibulis, eos *c* velut ipsius caussæ in Lunensi placito suffragaturos, humiliter, imo fraudulenter, evocavit. Sed nutu divino tertius qui et junior erat, pridie pedem sauciatus, proficisci nullatenus assensus est. Quid multa? Veniunt ad fraudis opertum, et ex medio nemoris, quod hactenus de cæde ipsa trahit vocabulum *d* Grevenlo, prosilientibus hinc inde militibus, bini cum duobus fidelissimis famulis interempti sunt. Pro quo scelere non longe post homicida perfidus, capite truncatus, et sursum versis pedibus ignominiose suspensus est. Solus Godefridus (hoc enim nomen erat superstitis) domi, ut diximus, residens, evasit, de quo noster Godefridus ortus et nuncupatus, regionis Westphalæ lumen effulsit.

Auctore anonymo, ex Serario.

b Patrui ab Eckerico interfecti

Pater servatus

62 *e* Præterea factum est ut Comites Capenbergenses Godefridus et Otto relictis omnibus Christi se jugo subjicerent, et habentes juxta Sueviam castra duo Creinekke et Hilderadehusen, ministerialesque plurimos, et ad duo circiter millia mansos, his quoque omnibus, sicut et ceteris quantocyus exui festinarent. Proinde Fridericus Suevorum Dux opportunitatem nactus hos Comites adiit, flagitans, cognationis gratia (nam ipsius, horumque Comitum aviæ sorores fuerunt) ut memoratas possessiones ab ejus manu non elongarent, quia licet digne appretiari non sufficeret, libens tamen aliquantum pretii ad illorum offerret arbitrium. Cui tamquam cognato suo illustres viri plurimum benevolentiæ impenderunt, deditque solummodo marcas quingentas, et pro marcis centum, reliquias Joannis Apostoli, satis pertinaciter asseverans, hujus quantitatem pecuniæ, quam tantæ gratiæ thesaurum, se dare maluisse. Has igitur memorabiles reliquias venerabilis Otto, præcipuus Joannis dilector, nostræ lætabundus invexit Ecclesiæ, atque in capite reposuit deaurato, quibus et multo caritatis affectu reditus ad luminaria continua delegavit, et dimidiam ad minus argenti marcam emendis Fratrum piscibus, sed et ripa Rheni dimidiam vini carratam, ad festive celebrandam ejusdem Apostoli *f* assumptionem deputavit. Similiter quoque in festo illius ad portam Latinam. Hæc itaque de patrono nostro tantisper libuit annotare, quatenus eam de thesauri hujus veritate non ambigitur, amplior cunctis fiducia ferventiorque devotio in beati Apostoli laudibus excitetur.

Reliquiæ S. Joannis Evangelistæ Capenbergam allatæ

63 *g* Pater Comitum Godefridi et Ottonis Godefridus vocabatur, mater eorum Beatrix. Pater eorum de Westphalia oriundus fuit, mater vero de Suevia. Defuncto Godefrido patre eorum, Beatrix maritum accepit Henricum Comitem *h* de Ryetbeke, fratrem videlicet Friderici Comitis *i* antiqui de Arnesberg. Jam dictus Comes Henricus procreavit de Beatrice Comitissa filiam nomine *k* Eilekê, quam Eilekam uxorem duxit Comes Egelbertus de Aldenburg, qui ex eadem Eileka filios genuit Henricum et Christianum Comites, et Ottonem fratrem eorum et Eilekam matrem Comitis Simonis de Tytneburg.

a *Videantur cuncta quæ sequuntur ab alio auctore addita.*
b *[illegible] Eckericus [illegible] arce [illegible] cujus nomen ... arx quæ [illegible] dicitur ad Luppiam infra Lunam, [illegible] ejus, quam Eckerici [illegible] dicunt [illegible] extare [illegible].*
c *MS. Capenbergense [illegible] ad [illegible] fuisse [illegible] ab* Eckerico.

EX VITA S. NORBERTI

Ecker eo, *ut postea nimirum in placito, sive judicio, aut dicta judiciali apud* veterem Lunam, *sive* Oldenlunen, *sibi adessent.*

d *Non quod* Comitum cædem *hæc vox significet, sed quod cum area* Loo *diceretur, additum sit ut* Comitum loo, *sive* Greven-loo *diceatur. Quid autem* Loo *significet haud satis inter scriptores convenit. Superioribus Germanis* lo, loo, lohe *idem est quod* flamma ardorve prunarum; *ita quos Latini Comites* ab alta flamma, *ipsi* ab Hohenlo, *vel* Hohenloe, *vel* Hohenlohe *vocant, ut Lazius aliique observarunt. Inferioribus, ut Westfalis ac Belgis, vel* silvam *significat, ut hic et apud Divæum lib. 2 rer. Brabantic. vel* locum altum, *ut vult Lipsius in Lovanio lib. 1, cap. 2, Goropius lib. 1, Origin. aut* loca altiora, *præcipue tamen aquis et cœnis, id est, paludibus adjacentia, hac voce indicari, sic* Loo-veen, Veen-loo. Loen *quoque eadem notione usurpant, sic* Stadtloen, Stadtloo, *Westfaliæ oppidum. Sic Comitatus Lossensis in Belgio, vulgo* Loen, *quod utrinque paludibus* Donnerslag *et* Peel *emergat aliquanto altior. Borchloen in eodem oppidum, olim* Locastria, *quasi* castrum-Loo. *Sic Cambdenus in Britannia, Comitatus Cestriæ locum* Stanlaw, *exponit* saxeum collem. *Plurima in Belgio loca hac addita voce efferuntur,* Tongerloo, Tessenderloo, Stroveloo, Calloo, Westerloo *etc. Kilianus in Etymologico præter superiorem significationem ait* Loo *prisce depressum dici: sed auctorem nullum profert.* e *Nec sequentia satis videntur cum prioribus cohærere.* f *Natalem ejus, ut Deiparæ Virginis,* Assumptionem *vocat, quod, ut illa, ab obdormitione sua corpore quoque in cælos translatus credatur, quod alibi excutiemus. Utriusque festum Græci* μετάστασιν *appellant, quod proprie* translatio *est: quo modo Genebrardus in kalendario Græco XXVI Septemb. (qui dies S. Joanni apud Græcos sacer est) hanc vocem etiam interpretatus est.*

g *Tertia hæc est appendix, quæ aliunde assuta, ut priores, pars vitæ habita.* h *Ex hac familia ortus videtur* Conradus de Ritbech *Osnaburgensis Episcopus XXXII. Sunt qui hic Comitem de* Ritberge *legendum putent. Est* Ritberga *arx illustris in Westfalia non procul Lippia. Prisci certe Ritbergenses Comites ex Arnsbergicis orti fuere, ut Kleinsorgius tradit. Ultima heres* Adelheidis Ottoni *Hoiensi Comiti nupta: ejus filius* Conradus *Ritbergica insignia ac titulum sumpsit. Plura de Arnsbergiorum familia habet Gelenius ad vitam S. Engelberti.* i *Hujus filius fuit* Fredericus Bellicosus, B. Godefridi *gener. De* Henrico *agit Gobelinus ætat. 6 cap. 58 an. 1111, atque inter obsides ab Henrico V Pontifici datos unum fuisse* Henricum fratrem Frederici Comitis Westfaliæ de Arnsberg. k *Reneccius in Appendice chronici Alberti Stadensis, in stemmate Oldenburgico de hac credit* Elicam, *alias* Luccam, Comitissam Cappenbergensis. *Sed fallitur: erat quidem Eilecæ mater, vidua Comitis Capenbergensis, sed secundis tedis Comiti Ritbergensi nupta, cui* Luccam *peperit.*

DE EODEM B. GODEFRIDO.

Ex vita S. NORBERTI *Cap.* 32.

Convertitur B. Godefridus

Eo tempore fama creberrime et celeberrime ob insignia tanti hominis percurrente, compunctus est paupertatis spiritu Comes quidam Westphaliæ præpotentissimus, Godefridus nomine; qui accessit ad eum, eo quod de eo multa audisset: sed eum adhuc majora, Spiritu sancto per locente, qui per eum operabatur, invenisset, omne consilium suum et voluntatem ei aperuit. Et qui se totum jam Deo devoverat interius, sine mora de omnibus relinquendis, et de paupertate voluntaria amplectenda perdocetur exterius. Erat enim dives, potens in armis, utpote homo juvenis, in prædiis multis, servis et ancillis satis locupletatus, quibus statim omnibus abrenuntiatis, se et sua omnia Deo per manus hominis Dei disponenda contradidit, ea siquidem conventione interposita, ut propriæ domus, castri videlicet Capenbergensis, transmutaret fastigia, consecrandi gratia; ut ubi regnaverat vitiorum execratio, virtutum ibidem locum faceret divinæ benedictionis consecratio.

2 Quid faceret juvenis certamen gravissimum bellaturus? Gravissimum bellum vere dixerim, quia erat illi uxor et frater eo junior, qui per omnem modum, quodcumque disposuerat facere, contradicebat. Contradicebant etiam homines sui a feudati, servi et ancillæ, et cuncti ministeriales ejus. Contradicebat Comes Fredericus pater uxoris suæ, atque ex magna parte eleemosynam quam fecerat, de dote filiæ suæ esse dicebat. Quid dicam? manus ejus contra hos omnes, et manus horum omnium contra eum. Geritur bellum non armis materialibus, sed fide, non contentionibus, sed ratione, non armatorum multitudine, sed Angelorum suffragio, et spe cælesti galeatum, et superna loricatum virtute. Vicit tandem humilis importunitas, quam opportune plantaverat et comitabatur spes cælestis beatitudinis et perfecta humilitas. Vicit quidem, quia uxor consensit, et frater, leonino furore deposito, agninam mansuetudinem assumpsit, et Religionis habitum, quem ipsum Comitem Godefridum velle noverat, uterque suscepit.

Item uxor ejus, ac frater

3 Gavisus est Pater Norbertus, gavisus est et Comes; et redditis omnibus Cæsari quæ Cæsaris erant, et quæ Dei Deo retentis, tres de propriis allodiis Ecclesias, ordinante Patre Norberto, construxit. In quibus Fratribus impositis, et Religione ordinata, cum Dei servitium eleganter impleretur, non defuit tentatio et malignorum spirituum persecutio. Nam Comes Fredericus, pater uxoris Comitis, ambitioni suæ indulgens, eo quod castrum Capenbergense dominatum Westphaliæ tenuerat, prætendens esse dotem filiæ suæ, comminatus est Fratribus, quod nisi quamcitius abscederent ab eo, omnes interficeret. Aliquoties etiam cum equitatu suo illuc usque accedebat, Patri Norberto comminans, quod si ipsum teneret, cum asino suo eum suspenderet, ut æqua lance experiretur, quis eorum ponderosior esset. Tam superbæ locutioni qui aderant Episcopi aut alii Principes contradicebant; et pro hoc etiam verbo iram Dei super eum comminabantur. Jam enim Pater ille Norbertus circa Rhenum, et ultra Rhenum apud omnes pluris habebatur; nec æque ferre poterant, si a quoquam comminaretur ei vel malediceretur.

Socer eum infestat

4 Fratres vero Capenbergenses in arcto positi, nec ullum habentes liberatorem, præter Deum, de manu potentis et iniqui, miserunt ad Patrem suum ut adjuvaret eos, pariterque superbi hominis arrogantia verba nuntiantes. Quo nuntio accepto, collectis viribus fidei et spei in eum et per eum qui dixit: Confidite, ego vici mundum, ad ipsum se totum contulit, et publice pronuntiavit se cum asino suo terram illius ingressurum, et copiam sui se facturum. Quid multa? Quamvis iter longum esset, tamen asinum suum mutare noluit, sed transito Rheno, mox cum asino suo inermis et debilis terram illius Frederici Comitis intravit: *b* nec longe post atrocissimus ille hostis languore correptus interiit; et finem malitiæ simul reddidit et vitæ. Igitur animadvertendum est, quis et cujus miles iste fuerit, qui in asino residens, vibrato a longe iræ Dei gladio, in ultionem sui et Fratrum suorum, hostem perforavit, et de immani tyranno triumphum accepit. Sic pacatis omnibus, Fratribusque Deum timentibus electis, in tribus, ut præmissum est, Ecclesiis de eodem allodio servitium Dei omni tempore agendum ordinavit, videlicet Capenbergensem, Elophstadensem, et Varlarensem; in quibus multorum Fratrum et Sororum usque in hodiernum diem viget Congregatio, et in cultu divino floret honesta Religio.

Joan. 16, 33

male perit

a *MSS passim,* feodati. b *Alia MSS. a Chryso tomo vander Sterre citata, hic habent:* Dirupto ventris thorace idem Fredericus sedens in prandio medius crepuit.

Cap. 33

Multa de tanto Patre narrari possunt, sed tamen plurima prætermittuntur; quia non contingit uni alicui scire cuncta quæ per eum Deus operatus est. Erat enim vere lucerna ardens, satis temporibus modernis spectabilis, lumen non sub modio, sed super montem positum: et tam in Germania quam in Francia magnum nomen ejus habebatur et manifestum. Unde contigit, ut cum in Franciam reverteretur, et fama de conversione supradicti Principis, mirantibus multis, divulgaretur; eo quod cum habitu in religionem mutasset, et castri et castrorum militiam, et totum Comitatum destruxisset; servitioque Dei cuncta mancipasset; exemplo hujus commotus et compunctus quidam nobilissimus Princeps Franciæ, Comes videlicet Theobaldus, hominem Dei adiit, de salute sua, et de remissione peccatorum suorum si illi modo consilium quæsiturus. Considerans autem hominis Dei facundiam et vultus elegantiam, et maturitatem in verbis et responsis ejus, pietatis affectu mens ejus in amore dulcedinis Dei et omnis mansuetudinis

Theobaldus Comes vult seculum relinquere exemplo Godefridi

tudinis sic perfusa est, ut statim seipsum totum, cum tota sua possessione, viri Dei subderet potestati. Erat enim et ipse homo prudens et bene doctus, et sanam doctrinam et sapientiam verborum Dei sapienter in corde suo et laudabiliter colligebat.

6 Sed vir Dei e converso videns generosi Principis cor nobile, nobilemque et devotam quam de seipso bene dividens offerebat oblationem, et holocaustum quod de cunctis rebus et divitiis faciebat, paucis diebus respondendi acceptis induciis, Domino Deo consilium hoc attentius commendabat. Intellexerat enim quod Princeps ille amplissimas haberet facultates, et castra quamplurima, nec cuncta facile possent destrui et mancipari cuidam Religioni, tum propter Regni imminutionem, tum propter multorum aliorum Principum nobilium, qui sub eodem Principe Principes feudati erant, destructionem. Audierat etiam, ipsum esse largissimum in dandis eleemosynis, in ecclesiis, claustris, et ceteris Religiosorum officinis ædificandis; addens quoque ceterarum necessitatum grande subsidium. Audierat similiter hunc patrem esse orphanorum, sponsum viduarum, pauperum dapiferum, insuper solamen Lazarorum : nec in eo vir per omnia discretus, alterius consuetudinis vitam præsumebat ordinare, quem a Deo horum omnium ministrum considerabat electum fuisse.

Ejus pia opera

7 Expectabat autem ille responsum de contemptu mundi et renuntiandis omnibus : cui homo Dei, accepto divinitus post datas inducias consilio : Non erit, inquit, ita : jugum enim Domini, ut cœpisti cum jugo conjugalis societatis portabis; et semen tuum cum benedictione patrum tuorum præcedentium terram tu tam largissimam obtinebit : quia nobis non est licitum in te destruere, quæ de te divina dispositio ante omnia tempora in his novissimis temporibus voluit ordinare. Ad hæc intulit Princeps: Si sic, ait, necesse confirmas, Reverende Pater, ex Dei voluntate; Domini est terra, et plenitudo ejus, nec ex ea quisquam aliquid nisi per ipsum obtinere debet. Quia igitur ab ipso hoc præcipis, non habeo contradicere; sed certum tibi sit, quia nullam in matrimonium ducam, nisi quam Dominus Deus per te mihi voluerit copulare. Penset igitur quilibet auditor, quanta fuerit in viro virtus discretionis, qui de duobus Principibus alterum fecit cuncta relinquere; alteri vero præcepit, tamquam nihil habenti, cuncta possidere. Consideravit quippe in altero, quod aliena etiam ab egenis raperet : consideravit vero in altero, quod propria indigentibus largiri non cessaret.

Suadet illi conjugium S. Norbertus

Psal. 23, 1

ALIA VITA.

Auctore anonymo, *a* ex MSS.

a

CAPUT I.

B. Godefridi genus, vita in seculo acta.

Temporibus *b* B. Ludgeri primi Episcopi Monasteriensis, et Caroli Magni Regis, inhabitabatur semper mons Kappenberg. Qui mons quod aliquando divino mancipandus esset obsequio, longe ante per visiones fidelium revelatum est a Domino. Anno igitur Domini MCXXII castrum hoc Kappenberg fit domus religionis : a quo tempore plures de Fratribus nostris extra nos in diversis locis Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Prælaturas, et dignitates alias sunt adepti, qui Ecclesias, quas rexerunt, in bonis pluribus perfecerunt. Episcoporum autem horum, quos ab Ecclesia nostra sic assumptos legimus, hæc sunt nomina : Norbertus Magdenburgensis Episcopus, *c* Histrulus et *d* Evermodus *e* Ratenburgensis Episcopi; Walonus *f* Haveldensis Episcopus, Witgerus *g* Brandenburgensis Episcopus; Flogerus *h* Sagensis Episcopus in Polonia. Et quia hujusmodi contigisse credimus nostrorum Comitum Godefridi et Ottonis meritis, quos nobis multoties subvenisse comperimus in angustiis, vitam eorumdem partim hic sub compendio notare curavimus, per quam recte vivendi normam capiamus, et cunctos legentes ad similia provocemus.

b

Præfatio loco capitulorum

NOT. 29

Episcopi inde assumpti

c d e

f

g h

Auctore anonymo, ex MSS

2 Temporibus Henrici *i* gloriosi Principis, qui hujus nominis quartus Romanorum rexit imperium, fuit in Westphalia castrum nomine Kappenberg, quod a situs sui qualitate mons Sion, id est, speculationis interpretatur. Cujus antiqui possessores de Magni Caroli, et Widekindi Regis filio descenderunt, per Imezam, quæ Xantis quiescit : quam sororis suæ filiam Carolus tamquam pacis obsidem Widekindi Regis filio dedit uxorem. Ab his duobus mediate Fundatores nostri Godefridus et Otto Comites nobilissimi de regia stirpe descenderunt. Quorum pater Godefridus, de Westphalia natus, mater vero Beatrix de Suevia nata processerunt.

i

B. Godefridi regium genus

NOT. 30

parentes

NOT. 31

3 Hermannus Comes avus Godefridi et Ottonis, habens Gerbergim de Hunebergh uxorem devotissimam, fuit Dei cultor maximus, et eleemosynarum largitor præcipuus. In hujus eleemosyna quidam pauper degebat, qui die quadam divinitus sibi ostensum asserebat, quod visum reciperet, si aquam de qua Comes manus abluerat, admovisset oculis. Aquam igitur oculis apposuit, et protinus vidit.

avus sanctitate et miraculis clarus.

NOT. 32

4 Hujus tanti viri nepos Godefridus noster fuit, vir per omnia mansuetissimus, suavitate venerabilis, mirum in modum generosus, benignitate laudabilis, oculis stellantibus, facundus eloquio, prudens in consilio, militiæ exercitio strenuus; sed Regi supremo militare, nudamque crucem Christi bajulare quantocyus inardescens.

virtutes

NOT. 33.

5 Cum aliquando suos aliena rapere conspiceret, omnipotentiam Salvatoris exoravit, dicens : Domine Jesu Christe, tuæ bonitatis altitudinem imploro, ut me de medio iniquitatis hujus eripias, et in die judicii paratum et immaculatum inveniri perficias. Scio enim, arbiter justissime, quod in meum redundat caput, quicquid a meis delinquitur; omnisque dissimulationis meæ negligentia tua districtione merito punietur. Cum cives Monasterienses adversus eum, adhuc habitu seculari detentum, bella moverent; unus ex ministris suis cum complicibus prædam copiosam animalium aggregavit, quam prædam stante in porta Comite tamquam gloriabundus adduxit. Cumque vir pius, æquitatis amicus, inquireret quid hoc esset, et rem didicisset ex ordine, continuo sancta indignatione permotus, ministris adstantibus ait : Ite, et iniquo prædoni dicite, ne nostros unquam præsumat adire conspectus, donec eis quos impie læsit satisfaciat, omnibus quæ rapuit ad integrum restitutis. Si enim homines civitatis illius ad præsens nobis, prout forte digni sumus, adversantur, numquid ob hoc præsumptor ille villanos et innocentes quosque nostri sub nominis umbra deprædabitur? Ad hæc ille perterritus, sua cuique cum multa sollicitudine resignavit.

justitia in compescenda militari licentia

a *Vita hæc descripta est e veteri codice Carthusiæ Coloniensis, exarato per Simonem de Trajecto, Sacristam olim annis 40 et seniorem ejusdem Carthusiæ, collata cum alio veteri codice.* NOT. 34

b *S.* Ludgeri *vitam dabimus 26 Martii, obiit anno 809, quinque annis ante* Carolum Magnum. c *Alias* Isfridus. *De eo agit Krantzius metrop. lib. 6, cap. 10, ubi et ejus recenset miracula.* NOT. 35

d *Secundus Raceburgensis Episcopus fuit,* Isfridi *decessor. De eo Krantzius metrop. lib. 6, cap. 28. Ejus et in vita S. Norberti mentio fit.* e *Al.* Raceburgenses, Razeburgenses, Racisburgenses. NOT. 36

f *Alias* Havelburgensis, *ad* Havelum *flumen in Marchionatu Brandenburgensi, sub Archiepiscopatu Magdeburgensi.* g *Ad idem flumen sita urbs hæc, a qua amplæ provinciæ nomen.* h *Ignota nobis hæc in Polonia civitas, nisi Saganum Silesiæ sit.* i *Sic genus nimirum speciem et dignitatem, non etiam facta : nam Ecclesiam immaniter vexavit arrogata sibi sacrarum investiturarum auctoritate. Henrico patri, 5 Octob. an. 1056 mortuo successit : obiit 7 Aug. 1106, imperio a filio spoliatus.* NOT. 37 NOT. 38 NOT. 39 NOT. 40

CAPUT II.

Conversio varie et graviter impugnata.

Vir Deo plenus Godefridus auxilio Dei fratrem suum Ottonem se juniorem, et tamquam leonem pro ordine

Fratrem et uxorem convertit

NOT. 41

ordine sævientem, ad sanctitatis propositum, quod ipse habebat, induxit; et conjugem suam, quæ omnino renitebatur, et quæ fuit unica Friderici Comitis de Arnsberg, per quam (quæ sola fuit heres) adepturus erat totum dominium sui soceri si secularis permansisset, sacrum sumere velamen adhortationibus salutaribus effecit, et castrum ipsum Kappenberg ac omnia sua Deo fideliter offerens, in die Petronillæ Virginis, usibus ea pauperum Christi delegavit : et præter plures Ecclesias Sororum, quas fecit, tria cœnobia Fratrum in Kappenberg, in Valar, et in Elvenstat, construxit, quæ singula prædiis suis locupletavit. In quibus ordinavit, ut Fratres usu adipis et carnium abstinerent.

Sua Deo dicat

NOT. 42

suis obmurmurantibus

7 Pro caussis his ministeriales sui, et servi infimi, nimis illum pulsaverunt conviciis, dicentes eum amentem esse factum, quod sequeretur falsarium et impostorem illum Norbertum, ad cujus instinctum tam sublimem hujus mundi gloriam stulte desereret, et eos quasi desolatos et acephalos relinqueret. Quibus inter alia multa sic respondit : Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ad Patrem vado.

Honoratur ab Henrico V Imp

8 Et licet præmissa et his similia sustineret a suis, Principes tamen in remotis positi, admirantes de factis ejus, summe venerabantur eum. Et Imperator Henricus consanguineus suus, ad quem prius ante conversionem solemniter et in comitatu magno venire consueverat, et ad quem post conversionem, quando Fratrum poscebat utilitas, pauper, egenus, et crine deformis, cum paucis venerat, quam cito vidit Comitem, rejectis cunctis quæ ad manus erant, eum gratiosissime recepit, ruens in ejus amplexus, exclamans atque dicens : O cognate dilectissime, Deo nostro gratias immensas ago, quod te hodie videre merui; nec enim hac die talem, tantum, tamque mihi præcipuum virum me visurum existimavi.

Infestatur a socero

9 Fridericus Comes profanus, avaritiæ facibus accensus, infremuit, fallacia commenta exquisivit, dicens filiam suam arte circumventam, hæreditatis quoque debitæ portionem fraudulenta illi seductione sublatam. Qua occasione diversis virum sanctum affecit injuriis, multisque vexavit contumeliis, affirmans Kappenberg, quod filiæ suæ dotem esse dicebat, et quod dominatum totius Westphaliæ tenuerat, eamdem filiam privari non debere.

Socer a quodam Principe false irridetur,

NOT. 43

10 His diebus Comitum, Marchionum, aliorumque conventus Nobilium apud Trajectum coram Henrico Imperatore fuit congregatus, inter quos Fridericus Comes de Arnsberg venerat memoratus. Dum ergo tractatis negotiis considerent, ecce unus Suevorum Princeps, dissimulans se omnino agnoscere quis esset Fridericus, cœpit illum facetissima urbanitate in illius Senatus audientia confutare, hoc modo Godefridi ejusdemque germani conversionem inducens : Paullulum, inquit, Heroes et commilitones, dignemini advertere. Auditum est et celebri sermone vulgatum in finibus nostris memorabile gratiæ Dei miraculum, quod videlicet Kappenbergenses duo Comites, divina inspiratione compuncti omnia sua et se ipsos Deo reddidere, felices nimirum viri illi, qui nostris temporibus universis Christi fidelibus magnificum sanctitatis et voluntariæ paupertatis largiti sunt exemplum. Sed ecce (o nefas!) quidam in vicinia illa tibicinus diaboli, Fridericus nomine de Arnesberg, tantæ sanctitatis bonum, ut fama est, impedire nititur; atque insuper ..... avaritiæ, in ipsum Deum, quod nullus audeat Christianus, infelicia bella machinatur. Ego vero si Deo nostro hic pessimus mortalium aliquando prævaluerit, minus libenter illi Deo deinceps servitium profiteor, qui tantam sui nominis propulsare noluerit injuriam. Inter hæc irrisoria Principis verba infelix ille gravissima confusione dejectus, huc et illuc vultum declinavit, loquentis aspectum ferre non sustinens, nec in tali conventu pro conscientiæ impuritate velmutire præsumens.

homo crudelis

11 Erat autem Fridericus ille talis, qui semper captivos, compeditos, incarceratos multos habuit, quibus in hora mortis suæ ad nullius preces clementiam exhibebat, nec per confusionem præmissam se emendavit. Nam P. Norberto comminatus est, sic intonans, quod si ipsum haberet, cum asino suo eum suspenderet ut æqua lance probaret quis eorum ponderosior esset; et Fratres universos, nunc minando, nunc cum militari manu terminis eorum proximando, tantis aliquando terroribus concusserat, ut unanimiter cum Godefrido et P. Norberto, facta invicem confessione, tamquam oves occisionis cervices pararent, et portis ultro apertis martyrium indubitanter atque alacriter expectarent. Sed eumdem per viam qua venerat, omni labore frustratum, nec voluntate mutatum, Dominus redire coegit.

mortem Norberto et fratribus minatus,

reprehenditur a Godefrido, gaudente adversis,

12 Cujus postea mentum vir Dei in magna multitudinis frequentia, collatis hinc inde multis sermonibus, apprehendit, dicens : Miser homo, quid tantopere caducis et infimis rebus exæstuas? Velis nolis, jam tempus imminet, quo resolveris in pulverem. Sic vir Dei pro Christo mori summum gaudium æstimavit. Ait enim : Opto siquidem, ut quemadmodum scopa longo usu detrita novissime flammis injicitur, sic corpus meum Christi exhaustum servitio, tribulationis demum igne consummetur.

male perit

13 Dum Fridericus impius juxta viri Dei verbum, scitum et dignum recepisset interitum, quem unus de Fratribus ante denuntiatam ejus mortem a leone horrendo deglutiri per visum agnovit; ecce Franco quidam scelestus conjugem beati viri, quæ jam sacrum velamen sumpserat, diabolico rapuit instinctu. Cui vir Dei inermis uxorem repetens occurrit : cumque Franco insaniens ad occidendum virum Dei gladium arriperet, idem vir Dei, tamquam agnus ad occisionem ductus, sine voce adstitit, et cervicem protinus tetendit : sed nutu divino territus ille ferire non potuit. Tandem vir Dei raptam suam, variis laboribus requisitam, cellulæ restituit, et raptor ille non longe post lancea perfossus interiit. Ex his fit fama, quæ volat ad Mosam, quod Godefridum de habitu pœniteret, religionem et Fratres abjecisset, et uxorem resumpsisset.

uti et Franco raptor

Godefridi constantia in bonis suis Deo dicandis,

14 In die Assumptionis B. Mariæ Virginis, quando noster ambitus consecratus est, quis digne commemoret quales tentationum impetus, quantos impulsionum fluctus evicerit, aliis hinc eum trahentibus, aliis inde retrahentibus, ac mira improbitate suggerentibus, ne tantæ honestatis, tantæque spectabilitatis locum desereret? Cum et ipse Antistes, carnem sapiens, alterius ei mansionis concambium repromitteret? Sed Christi miles nec terrore terreri potuit, nec turbine frangi. Ait enim : Nulla feram ratione, ut deinceps de hoc castro mundanæ vanitati serviatur. Mihi credite, etiamsi quadruplo tantum possessionum recompensationes offerrentur, numquam castrum hoc seculi negotiis occupari consentirem. Ministeriales etiam centum et quinque, uxores et liberos eorum, omnes copiose inbeneficiatos, cum aliis donationibus gloriosis, Monasteriensi donavit Ecclesiæ : præter alia multa, quæ Ecclesiæ Coloniensi, aliisque locis, prout locorum provisores oravere, contradidit.

NOT. 44.

CAPUT III.

Virtutes religiosæ.

Postquam vero a concussione dura respirare datum est illi, claustroque se vere pacificos sensus, quam tunc purgatissimis moribus exhibuerit, Deum testor quod humani sermonis inopia nullatenus explicabit. Iste Sanctus mira pollebat abstinentia, et frequentius tantum solo pane et aqua se pavit. Qui cum simul ad refectionem communem discumberet, aut cum oraret, aut verbum Dei audiret, pro desiderio æternorum uberrimas atque creberrimas lacrymarum

abstinentia

pietas

Humilitas

marum profluebat rivulis. Studebat insuper in omnibus despectum sui appetere, indigna quæque et extrema servitia in tantum non abhorrere, quasi se cloacarium exhiberet. Oblatam insuper sibi a Fratribus venerationem humiliter declinavit : leprosos aut ægrotos quosque non despexit, et de sordidissimo vase infirmitatis potum sumpsit : caritatis etiam et eleemosynæ tantum habebat amorem, ut domum hospitalem per se ipsum construeret, ubi pedes pauperum abluit, nummos et eleemosynas distribuit, circa omnes cor gestans paternum : nomen Comitis sibi dari tamquam venenum respuit : inimicos insuper omnes propter Deum dilexit : obtrectatorum injurias patientissime sustulit : et Fredericum Comitem prædictum cum putore magno expirantem Davidico more planxit, fundatus enim erat supra firmam petram.

aliæ virtutes. NOT. 45.

Studium religiosæ disciplinæ

16 Cum Fratres quidam tepidi de rigore ordinis modicum relaxando illi suggererent, vir Dei, Spiritu sancto plenus, respondit : Qui magnum fluvium navigio transmeare proponunt, longe superius a destinata ripa navigare incipiunt, quia fluminis violentia retorquentur : ita et nos Fratres, qui hoc mare magnum et spatiosum manibus pertransire contendimus, ubi sunt reptilia quorum non est numerus, ad jugem nostrum ascensum roboremus propositum, quia humanæ torpor negligentiæ semper in descensu est : et vereor plurimum ne, quia qui modica negligit paullatim defluit, ordo in futurum descendendo, ad pristinum teporem relabatur.

NOT. 46. NOT. 47

Eloquentia, S. Norberto probata

17 Exhortationis etiam tanta gratia diffusa erat in labiis, ut B. Norbertus de ipso gratulatoris dixerit : Postquam ego in prædicationis cursu defecero lassatus, Godefridum filium meum pro me suscitabo, more cervorum, qui cum venatoris instantia se super vires lassari senserint, pro se certos alios exagitandos suscitare memorantur. Hunc Patrem Norbertum B. Bernardus Abbas, ob prædicationis dulcedinem, cælestem fistulam appellat.

NOT. 48

tentationes alienas sua præsentia discutit

18 Fuit vir magnæ sanctitatis et gravitatis, quem eo anno quo venit ad ordinem, hostis malignus multis tentationibus infestavit; ita ut ipsum dæmonem scapulis suis insidentem, et ab omni devotione retardantem continuo sentiret eumdem. Etiam idem Frater cum orando se coram altari prosterneret, et divinum auxilium invocaret, frequentius vidit dæmonem deformem, habitu vultuque teterrimum : quotiescumque sic affligebatur, currebat et inquirebat sancti viri præsentiam : quo viso ab eo dæmon fugit ; et mirabile tam corporis quam spiritus refrigerium sensit. Si vero Frater iste Comitem præsentem videre non potuit, ex tunc quam cito vocem ejus audivit, gratiam, ut prius, recepit. Novit insuper vir Dei per Spiritum sanctum, nullo mortalium sibi revelante, quantas Frater iste molestias hujusmodi pateretur : ad hunc ergo tempore passionis talis frequenter properat, eumque per annum agonizantem egregie consolando roborat.

Secreta cordium cognoscit NOT. 49 NOT. 50

Cum fratre mittitur Præmonstratum.

19 Denique ut ad summi Patriarchæ obedientiam sibi non deesset obedientia, dictum est illi a P. Norberto : Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstravero tibi. Ad quod sine mora implendum paruit, et discessurus una cum D. Ottone fratre suo ait : O ecce frater mi, si quid hactenus residuum fuit, quod non perfecta renuntiatione calcavimus, jam funditus in Christi nomine totum deseramus, et ad iter obedientiæ alacriter properemus. Venit igitur ad locum vere juxta nomen suum a Domino præmonstratum ubi et origo ordinis nostri cœpit : illic cum fratre suo est Acolythus ordinatus, ibique Fratres utrique quam plurimos Angelicæ suæ conversationis roboraverunt exemplo. Nam omnes Fratres humilitate prævenire certabant, sicut eos prius dignitate seculari præcesserant.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS

Anhelat ad mortem.

20 Præterea vir iste sanctus mirabili et inæstimabili ad Christum transeundi flagrabat desiderio : nam et frequenter sociis in itinere pausantibus, ipse quemadmodum in exequiis mortuorum membra componi solet, manus suas et brachia componebat supinus, dicens clamore cordis intimo : O si veniat hora illa transitus nostri ! o si ad hanc horam aptare me digneris Domine Deus meus ! Propter quod Deus properavit educere eum de medio iniquitatis.

CAPUT IV.

Mors, miracula.

Evocatur Magdeburgum

Post annum revocatus a Præmonstrato ad Norbertum, jam Archiepiscopum Magdeburgensem, cum seculi pompam vel strepitum sancti viri ægre ferret aspectus. Domino jam electum suum remunerare disponente, lenta cœpit pulsari ægritudine, acceptaque P. Norberti benedictione, ad Elvenstadense declinavit cœnobium : ubi languoris molestia cum per dies ingravesceret, aderat ei germanus suus cum aliis Fratribus, quibus ipse transitum suum se jam jamque desiderare perhibebat. Cumque adstantium unus diceret : Absit Domine, nequaquam nos desolatos reliqueris ; vir beatus velut indignante vultu respondit : Eia Frater, quid est quod loqueris? ut quid oro habitum pœnitentiæ suscepimus, ut quid etiam pro Christo tota die mortificari contendimus, si non per labores hos quantocyus ad Christum emigrare contendimus? Optandum est mihi via leniori pergere, atque ad aspectum vultus Christi, quem semper optavi, maturius pervenire. Ad hæc dicta cum germanus ejus gravi se mœrore luctuque conficeret; consolans eum vir beatus, inter alia multa sic ait : Idcirco, mi frater, universa propter Deum abdicavimus, quia nos morituros certissime noveramus ; nec poterimus operum nostrorum retributionem desideratam percipere, nisi contigerit hinc per mortis gustum exire.

Ægrotat Ilmstadii NOT. 51 *Fratrem mæstum consolatur*

Veniam petit. a

22 Dein cum sacri olei liquore fuisset inunctus, pacis osculum dedit Fratribus universis, ita dicens : Ego quidem zelo ordinis et divini honoris quosdam vehementius quandoque allocutus sum : a unde si quem offendi de vobis, quæso mihi dignetur ignoscere. His dictis non sermone responsum est, sed fletibus, et contristatis omnibus paullo post sic fratri locutus est : Frater mi, audio vocem dicentem, Exite obviam ei. Et facto iterum intervallo, cum frater, qui ei sedulus assidebat, ab eo inquireret, quid spei haberet; vir sanctus Latino sermone respondit : Habeo spem magnam, jam enim pro toto mundo paullo diutius in hoc nollem demorari exilio. Post hæc paullulum conquievit, apertisque mentis oculis, cum ingenti subito exultatione dicebat : Veniunt nuntii Domini Creatoris mei. Quo dicto, Idibus Januarii migravit ad Christum, anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI, ætatis autem ferme suæ trigesimo.

NOT. 52 *Moritur*

Apparet ipsa hora Gerbergæ cognatæ in Westphalia

23 Porro Gerbergis Abbatissa, patrui sui filia, de qua præfati sumus, amice sanctum virum dilexit : quem discedentem a se sæpius monuit, ut vel vivus vel mortuus eam in brevi visitaret. Ipsi ergo in suo transitu, facto in diœcesi Maguntinensi, apparuit in Monasterio miro decore redimitus, aureoque diademate coronatus. Quem illa, transitum ejus ignorans, requisivit, dicens : Quid est, dilectissime, quod sic coronatus incedis? Et ille : Noveris me modo, sine dilationis intertitio, sine ullo gravis examinationis periculo, ad summi Regis migrasse palatium, ideoque tamquam Regis filius beata immortalitate vestitum. Quod ne aliqualiter dubites, ecce scripturam in diademate meo digestam agnosce. Respexit, attendit, et hoc modo digestum legit : Induit me Dominus vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit me, et tamquam sponsam decoravit me corona. Tunc illa divinum oraculum advertit hoc

28 esse,

Auctore anonymo, ex MSS.

esse, statimque Fratribus in Kappenberg hujusmodi transitum intimavit, et Missas pro eo celebrari fecit. Postea ad decem dies Dominus Otto Comes veniens, felicem fratris transitum eadem hora, qua nepti apparuit, cum lætitia omnibus nuntiavit.

not. 53

Dolor dentium ejus patrocinio curatus

24 Est locus dictus Eltene, in quo habitat Sanctimonialium multitudo; quarum una acerrimo dolore dentium laborabat, quæ cum nullum haberet remedium, venit in mentem ejus B. Godefridus, quem dum viveret agnovit. Hunc ergo toto cordis affectu cœpit implorare, quatenus suis apud Deum precibus tanto subveniret dolori. Mira res; nam mox dolor omnis aufugit. Eodem quoque dolore quidam de Fratribus nostris vexabatur, qui sancto viro adhuc viventi familiaris fuit: hic quam cito nostrum invocavit patronum, curatus est.

iterum

item alia gravis ægritudo

25 Fuit apud Kappenberg pastor quidam religiosam ducens vitam. Is quodam tempore usque ad mortem infirmatus est, et in ipso languore positus multitudinis malignorum spirituum phantasiis pulsabatur. Cum igitur jam tandem esset desperatus, nocte per se priore est admonitus, quatenus locum sepulturæ ejusdem Godefridi Comitis visitaret, et de bona viri eleemosyna reficeretur: fecit hoc, et mox sensit se toto corpore sanum, fugitque subito phantasticus error ab ipso.

not. 54

not. 55

alia item b

26 Fuit Sacerdos quidam de Fratribus nostris, quem *b* fistulæ per multos dies adeo debilitaverant, quod vix moveri potuit: hic alienis manibus ad ecclesiam portabatur. Interea dies anniversarius Godefridi Comitis occurrit: et ecce Frater iste difficulter repens ad ecclesiam pro vigiliis viro Dei celebrandis pervenit in chorum. Ubi medullis intimis, ac totus perfusus lacrymis, salutis flagitabat auctorem, quatenus interventu viri Dei sospitatem recipere mereretur. Oravit et exauditus est: nam indilate Godefrido subveniente, sensim mox properat vanescere morbus, projicitur baculus, subsequiturque salus.

Quidam ab eo excitatus ad preces

27 Cum unus ex Fratribus nostris ad hymnos matutinales processurus celerius surrexisset, paullulum forte resedit in lectulo, et repentino sopore concidentibus oculis ejus, egressa est processio: moxque vir Dei clarus adstitit dormitanti, et vocans illum ex nomine, Frater mi, ait, surge quantocius, quia chorum jam ingreditur conventus: ad cujus illico vocem surgit, et citato gradu sequitur præcedentes. *c*

c

a *Alterum MS.* iterum. b *Videtur morbi genus indicari, quod Westphalis* [illegible] *dicitur, sive defluxiones humorum.*
c *Præter ista miracula memorat Pelchmannus, ad reliquias* B. Godefridi *cæcum illuminatum, contractum erectum, claudum curatum.*

ALIA VITA METRICA

AUCTORE ANONYMO,

a ex pervetusto MS. Capenbergensi.

§ I. B. *Godefridus se suaque Deo dicat.*

a

Præfatio

Spiritus aspira, mea tu pius intima gyra,
  Dextram tu regito, carmen et incipito.
Mandemus chartæ, metri vel pauperis arte,
  Nostro pro modulo, de Domini famulo,

b

De Christi fido *b* cultore pio Godefrido,
  Qui decus Ecclesiæ, sol erat et patriæ.

b Godefridi genus

Ex cujus vita micuit Westphalia tota,
  Splenduit in tenebris vir merito celebris.
Inclytus iste satis, regalis nobilitatis
  Lampade magnificus, vir fuit Angelicus.
Hic Comes est verus, quia facto jam comitatus
  Ornavit meritis officium Comitis.
In Domino fidens, mundanaque gaudia ridens,
  Non opibus tumuit, sed magis abstinuit,

contemptus mundi,

Sprevit et abjecit; Sanctis habitacula fecit
  Christi, pauperibus, Fratribus, hospitibus.
Castrum mutari præcepit, et evacuari
  Prædonum cœtu belligeroque metu.
Templum mutavit, Conversis castra dicavit,
  Laudeque perpetua psallere fecit ea.
Tum manibus plenis sua distribuebat egenis,
  Mandans assidue Fratribus, *c* ut viduæ

opera misericordiæ.

c

d

Sustentarentur; inopes omnes alerentur:
  Fovit enim miseros *d* ut proprios pueros:
25 Omnes pupillas, majores atque pusillas,
  Ut pater excoluit, dum super his doluit.
Præcepti finis dilectio de peregrinis
  Sanctum commovit: nam domus his patuit,
His *e* et opem victus impendit vir benedictus,
  Vir cæcis oculus, debilibus baculus,

e

Patronus patrum, pia consolatio matrum,
  Vir robur juvenum, præsidiumque senum,
Vir sacer et justus, quamvis pietate venustus,
  Vir bonus et patiens, nil reprobum faciens:
Cujus honestatis dotes vel strenuitatis
  Quomodo dinumero cum careant numero?
Ipse domum struxit, ad quam pius agmina duxit
  Membrorum Domini, quæ modo commemini.
Hisque pedes lavit, mensam cum pane locavit,
  Nummos distribuit cuilibet, ut potuit.
Nec suffecit ei, quod egentum pauperiei
  Mens sale condita subveniebat ita;
Quin et inops factus, ad Fratris pauperis actus
  Sese dejiceret, cunctaque perficeret.

obedientia

f

g

Cunctis pareret, *f* quæ Patris norma juberet,
  g Jussis Prælati promptulus arcta pati,
Cujus ad edicta patriaque domoque relicta,
  Devotus nimium pertulit exilium.
Angelicus vultu, venerandus paupere cultu,
50 Pauper, pauperibus umbra, medela, cibus.

a *Hanc vitam sero nacti sumus, studio* D. Mallinckrott *V. Cl. Canonicorumque Capenbergensium: nam propinquos rivulos frustra consectati, cum jam prior pars hujus commentationis subjecta esset prælo, eo recurrimus, hausturi liberius de fonte. Verum erat codex ille Capenbergensis ita et a tineis exesus, et vetustate ipsa pene absumptus ac mendis refertus, ut subinde eruere genuinam lectionem vix licuerit. Auctor, Capenbergensis Canonicus fuit, idem fortassis qui priorem vitam scripsit: presse sane eam metro reddidit, ast ordine fere concinniori. Et quod reliquiarum nulla hic mentio fit, conjicere licet ante earum translationem esse scriptam.* b *MS.* auctore. c d *MS.* et. e *MS.* ex ope.
f *MS.* quia. g *MS.* jussit.

§ II. *Infestatur a socero.*

Sed quia (ceu nostis) semper fremit invidus hostis,
  Hæc immune patitur, talia persequitur.
Commovet arma foris, *a* jacit intus tela doloris,
  Scandala molitur, quæ valet aggreditur.

a

Suscitat et quemdam, personam dico pavendam,
  Armis terribilem, nequitiis habilem.
Iste virum miræ laudis præsumpsit adire,
  Armis concutere, fraudibus appetere.
Ipsius ille tamen fuerat socer, unde juvamen
  Debebat potius fœderis ut socius.
Sed fraudis gnarum, prædonis pectus avarum,
  Intuitu scelerum non reputat generum.

Socer eum armis infestat,

Ingerit imo minas, terrores, atque rapinas,
  Lecta militia tendit ad exitia.
At summus custos, solitus defendere justos,
  Elusit tumidum, reppulit et cupidum.
Qui Saulis more multo bacchando furore,
  In famulum Domini sævit inops animi.
Sed veluti David Saulis molimina cavit,
  Sic reprobi facinus destituit Dominus.
Insuper antiquus draco suadet quod vir iniquus
  b In generum placitat, fictitium recitat.

b

fictum ab eo debitum in judicio repetit

Nam subtracta sibi deposcit debita scribi,
  Invidia tabens, nil rationis habens.
75 Nam plus debebat is, debita qui repetebat,
  Quodque brevi spatio deseruit ratio.
Nam vir facundus, nulli virtute secundus,
  Accitus placito, non tamen ex merito;
Certius est certo quod clarat ore diserto,
  Ostenditque *c* reum qui maculavit eum,

c

d e

d Prannum confutans, nulla formidine *e* nutans,

Sed

Refellit eum Godefridus,

Sed ratione potens, justitiaque nitens.
Sic pro te, Christe, Sanctus sustollitur iste,
Per mala perficiens, dura pie patiens.
Ut sit enim dignus lauro, par redditur auro,
Flamma quod ex varia purificat scoria.
Hostis et invitus licet *f* insidiando peritus,
Auget ei meritum, dum parat interitum.
Quot tentamentis impugnat, tot documentis
Erudit hunc nolens et nimis inde dolens.
At virtus mentem quia corripit insipientem,
Sic miserans miserum corripit hic socerum :
Quid miser insanis! quam gloria vexat inanis,
Urit avaritiæ pestis et invidiæ!

ejus avaritiam redarguit

Divitias quare sic insectaris avare?
Quis status est hominis? nonne putredo, cinis?
g Num quamvis dives fueris per secula vives?
An quis opum cumulum detulit ad tumulum?
Restat nonne mori? mors cui, dic, parcit honori?
100 Qualescumque sumus nonne *h* favilla et humus?
At non pœnarum dolor *i* excruciabat avarum :
Flammeus inde vigor, frigoris inde rigor.

inferni pœnas inculcat

Sic malus arctatur, ut frigore nunc patiatur,
Alterutrœque vicem flamma rotando picem.
k Illic vermis edit morsu, draco vipera lædit,
Semper ubi fletus continuusque metus.
Dentes cum strident, stridores tartara rident :
Tempore nunc placito talia perspicito.
Prospice ne quæstus turpis tibi præparet æstus,
Et *l* quæ supplicia nutrit avaritia.
Membris eductus si veneris ad loca luctus,
Stringit te penitus mors sine spe reditus.
m Tum gratis fundes lacrymas, vel pectora tundes :
Nam quis tunc redimit, mors ibi non perimit,
Tortor ubi durat, nec votum flebile curat,
Dæmonis in facie sulphura cum glacie?
Nunc quos fraudasti vel inique despoliasti,
His sua restitue, deque tuo tribue.

hortatur ad pœnitentiam.

Sic rogo procura mala devitare futura,
Sic metuenda pave, jamque cavenda cave.
Defle commissum, sic evasurus abyssum .
Invenies etiam fructibus his veniam.
Sic incantabat sapiens, aspisque negabat
Auditum crebris sueta tegi tenebris.
125 Hic docet æterna; placet illi tetra caverna,
Cordis tartarea dum latet in fovea.
n Cujus erat finis qualem dictavit *n*...
Qui reprobum stygio destinat exitio

Dolet audita ejus morte

At servus Domini, comperta morte tyranni,
Fletibus incubuit, utque David doluit .
Agnoscens vere talem tormenta manere,
Qui non pœnituit raptave restituit.
Sic erat affectus pietatis flendo retectus,
Qui super hunc doluit, huic mala quæ voluit.
Ecce sequar morum, quos patrum vita piorum
Nobis proponit, pagina ceu meminit.
Perdit primatum Samuel, populique reatum
Votis attenuat, ne mala gens pereat.
Hæc cum bacchatur, Moysem lapidare minatur;
Ille tamen precibus præstat opem trucibus.
Hæc exempla boni sectatur vita patroni,
Sanctis præfatis æquiparanda satis.

a MS. jacet. b *Solum in priori vita dicitur Fredericus arcem Capenbergam veluti pro dotem repetiisse.* c MS. eum. d *Forte* pravum. e MS. nitum. f MS. invidiando. g MS. Nam. h MS. favillat humus. i MS. excruciebat. k MS. Illis. l MS. quas. m MS. Tam. n *Quod hic deest, legi in MS. non potuit, uti nec quæ infertur.*

§ III. *Franco raptor mortem ei minatur : famuli amicique varie obstrepunt.*

Auctore anonymo, ex MSS.

Hic nec omittatur quod Martyr jure vocatur
Ille Dei famulus, cujus erat jugulus
Ensi prædonis in spe subjectus agonis,
In spe martyrii non pavidus gladii
Matronamque sibi cum jam rapuisset, eamque
Franco deveheret, nec revehi sineret :
Obvius est factus raptori flens homo sanctus
150 ..... Forte via : mens patet ecce pia.
Quippe furens ille cum dat *a* convicia mille,
Inque Dei famulum vertitur ad capulum,

a Mortem minanti jugulum præbet b

Mucronem stringens, ut perficiat scelus ingens;
Iste parat *b* tumulum sanguinis in titulum.
Ut Comes hoc gessit, dextram miser ille repressit:
Nec peragens odium, continuit gladium.
Iste tamen voto fervens ac pectore toto
Testis erat roseus, sanguine purpureus.
Jure coronatur, cui mens tam firma dabatur,
Cuique fides valida, spes erat et solida.
Intus vexabant famuli, qui cœpta vetabant;
Dumque reclamabant, murmura multa dabant,
Dicentes : Quare præsumis hoc tolerare?
Hic vecors nimium perdidit ingenium.

A famulis stultus habetur

En desolamur, et tamquam decapitamur.
Quis jam (pro facinus) noster erit dominus?
c Hunc captivemus igitur, vinclisque domemus,

c

Dum sensus redeat, sic neque desipiat.
Multum delinquit, qui sic sua membra relinquit,
Quo magis evaderet seu caput et gereret.
Sic sic pulsatus doctoris verna beatus
Omnia sustinuit, sicque pie monuit.
At noster Præsul non rectus denuo consul,
Sancto consuluit, institit, et voluit,
Ut *d* servaretur locus hic, aliusque daretur,

d

Laude Dei resonus propositoque bonus
Dicens, Westfalis fieri dispendia, talis

Episcopo arcis dedicationem dissuadenti resistit

Ac tam magnifici perditione loci :
Hoc acclamabant reliqui, Sanctumque gravabant,
Ipsum dum variis detraherent studiis.
Sed frustra nisi, *e* veluti cedrum Paradisi

e

Possent concutere, quo minus exutere.
Dum patuit telis, pulsabaturque querelis,
Omnibus eminuit, nil mali sustinuit.
Stabat fundatus in petra vir memoratus,
Flamina non metuens, flumina despiciens.
Et respondit eis, tamquam vere Pharisæis
Frustra nitimini, me famulum Domini
A voto cœpto deflectere, sicut inepto :
Reddere disposui, quod bene proposui.
Ipsum castellum, de quo violentia, bellum,
Cædes, et varia prodierant spolia,
Ipsum mutabo penitus, Christoque dicabo,
Ut resonent in eo cantica digna Deo.
Nullius terror, sed nec cujuslibet error,
Hoc a corde meo tollet, agente Deo.
Num debebo pati, prædones ut scelerati
Hic latebras quærant, priscaque fœda gerant?
Num debebo pati, plures ut despoliati,
Ob mala quæ tulerant, limina nostra terant,
Se deplorantes, et in altum vociferantes,
Ut judex Dominus puniat hoc facinus,
Se lamentantes, et amaro corde precantes,
Ut locus hic pereat, et Comes intereat?
Num precor ista sinam, non propulsando rapinam!
Absit : non patiar, ne reus efficiar.
Tantum, Rex Christe, tibi complaceat locus iste,
Quem tibi syncero munus amore fero.
Sed neque solamen subtraxit, dulceque *f*....

f

Cum prædux humilis spem tribuit famulis,
Dicens . Gaudete potius, Dominumque timete;
En ego reddo Deo me Dominoque meo.
Et mihi jungantur, caput et sua membra sequantur .
Me quisquis sequitur, par meus efficitur.
Servi personæ paritas datur æqua coronæ,
Quin etiam potior, si fuerit probior.
Una fides, unus baptismus, et Deus unus,
Quantumvis humilem reddit et similem.
Hæc attendentes, ad Christum vertite mentes,
Qui sine persona dat sua cuique bona.
His accenduntur quidam, Dominumque sequuntur,

Quidam e famulis fiunt religiosi

Mirantes equidem verba virique fidem

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

a *MS.* convivia. b *Forte* jugulum. c *Prior vita non memorat eo procaciæ venisse famulos, ut vinciendum conclamarent.* d *MS.* reservaretur. e *In MS additum erat*, sunt · *perperam* f *Forte* famen.

§ IV. *Religiosæ ejus virtutes.*

Huic fuit indulta lacrymarum gratia multa,
Flebat enim secum, vota ferendo precum.
Assidue lacrymatur
225 Quin etiam flebat, quando Conventus edebat,
Illic ipse sedens, atque parumper edens.
Nam jejunabat crebro, corpusque domabat,
Hausit amara libens, sæpe fluenta bibens;
Et sunt mirati Fratres lamenta Beati,
Quod nec desineret, quando cibum caperet.
a At secum fatur aliquis : Cur sic lacrymatur?
Æstimo propterea quod videt obsequia
etiam mensæ tempore, qua causa
Christi fervere, lætatur et ipse videre,
Hic ubi jam pridem nemo putare quidem
Posset, tale bonum fieri de monte latronum,
Prædonumque domo? Sanctus *b* ob hoc flet homo.
Aut etiam plangit, et eum dolor intimus angit,
Pro desiderio, quo cupit exilio
Tentus præsenti, convivere Cunctipotenti,
Mundo posthabito, corpore deposito.
Nec consolatur, penitus donec mereatur
Hoc fungi dono perpetuoque bono.
Aut vice pleraque pro caussa plangit utraque,
Nunc grates memorans, nuncque mori properans.
Et merito : namque caussam commendat utramque
Cum titulo fidei gratia multa Dei.
Hæc mihi narravit, *c* qui præsens ista notavit
Quæ retuli meditans pluribus et recitans.
Constans ipse satis in proposito pietatis,
Suos hortatur ad rigorem disciplinæ
250 Segnibus obstabat *d* dogmaque tale dabat .
Omni nos hora nitamur ad anteriora;
Præstet ubique rigor propositique vigor.
Nemo lassetur, ad fortia quisque paretur,
Nemo resolvatur; ampla corona datur.
Afficior grate super ordinis integritate,
De lapsu vero sedulo mœstus ero.
Normam prætendo super ordine non metuendo ·
Exemplum capiat quilibet, ut sapiat.
Nonne trahunt proram sursum per fluminis oram,
Qui se navigio *e* crediderint fluvio.
Cur? quia pelluntur undis, minimeque sinuntur
Undarum strepitu currere pro libitu.
Impetus undarum, vehemens impulsus aquarum
Cursum navis agit, *f* inferiusque trahit.
Exemplo tali, Fratres, in spirituali
Ordine res geritur, si bene perspicitur.
Ecce laboramus, ut in ordine proficiamus,
Licet propositum, nil agitur vetitum.
Relligio floret, dilectio mutua fervet,
Omnes prospiciunt, avia despiciunt.
Sed post fervorem timeo restare teporem;
Ultimo prospicio prona tibi hoc vitio
Vos vexilliferi, constantes atque severi,
Non cum segnitie stemus in hac acie
275 Cum galea, scuto, gladio *g* fungamur acuto
Sit simul in dextra lancea cum pharetra.
Loricæ tegumen, teli non desit acumen;
Hac ne militia vos feriant vitia.
Tergum non demus, magis hostis terga fugemus,
Ut quod iter teneat posteritas videat.
Quod si sectari non vult, nobis reputari
Pro culpa nequeat, cum via dux pateat.
Sancti vexati sunt olim, nec superati,
Nullo supplicio, vel prece, vel pretio
Horum miremur vestigia, nec pigritemur
Spe confortati quæque molesta pati
Sic est affatus nutantes iste Beatus,
Accendens tepidos, et solidans trepidos
Vere laudandus vir plane magnificandus,
Qui verbo movit, utiliter docuit.
h Sed quis miretur, si dogmate clarus habetur
Vir tam conspicuus, moribus innocuus?
Ejus doctrina, et facundia.
Ejus doctrina fuit afflictis medicina,
Dulcia persuadens, pneumatis *i* imbre madens.
Pectore jucundo clarebat et ore rotundo,
Multos ædificans, cordaque lætificans.
Ipseque Norbertus sacro Pater ore disertus
Munus id obstupuit, quod minime tacuit.
Nam congaudendo dixit : Cum multa dicendo
300 Lassatus fuero, spe maculatus ero;
Hic quod facundus lingua, sensuque profundus,
Pro me Doctor erit; hoc equidem poterit.
Nam socium lassus ut suscitat in grege cervus,
Cum fugit in vanum qui timet ora canum.
Hic excurret ita pro me, linguaque perita
Multis proficiet, instruet, erudiet.
Vir sacer audivit, quod custodire cupivit;
Nam non fugit eum, sic docuisse Deum :
Quod sum mansuetus, humili quoque corde quietus,
Ex me colligite, discite, conspicite.
Restat mansuetis internæ pausa quietis,
Qui fuerint humiles corde, mihi similes.
mansuetudo,
Præterea mitis fuit hic sine turbine litis,
Vocibus his parens, atque tumore carens.
humilitas.
Quanto nobilitas major seclique potestas,
Tanto præ famulis claruit hic humilis.
Turbidus expavit dum quis *k* nomen replicavit
Antiquum Comitis : Quidque, rogo, facitis?
Quid me turbatis? inquit, talique gravatis
Nomine, *l* quod vereor, quoque minus moveor?
Multum quippe mali gessi sub nomine tali,
Hoc *m* nomen Comitis obstitit illicitis.
Hoc lamentandum nunc est, fletuque piandum,
Ut maculas animæ purificent lacrymæ.
325 Amodo jam vester famulus vocor atque minister,
Qui *n* nova proposui, pristina postposui.

a *Forte* Ac b *MS.* ab. c *MS* quia d *MS* dogma tale. e *MS.* crediderit. f *MS* inferius trahit. g *MS.* fungamus h *MS.* Si i *MS* inde k *MS.* nomine. *l* *MS.* qui m *MS.* nomine. n *MS.* modo

§ V. *Adversus dæmonem imperium.*

Multa viri clari possunt bona commemorari,
Unde queat sciri splendida vita viri.
De cujus gestis ait verax mihi testis :
Eia quis referat, hic homo quantus erat!
Experto quivis credat : nam credere si vis,
Me patet expertum grande viri meritum.
Non esset tanti, mihi si morbum toleranti
Dextram porrigeret, moxque malum *a* fugeret.
Non sic mirarer, si cæcus luce bearer,
Claudus dirigerer, debilis erigerer;
Quantum....endo fecit, me refovendo
Hortatus comedens intuituque medens.
Dæmon innonem dire vexat
Nam cum fugissem mundum, Christumque petissem,
Vexavit nimium me grave dæmonium.
Jugiter infestans, tantoque dolore molestans,
Ut flerem, gemerem, peneque deficerem.
præsentia vel voce Godefridi fugatur
Cumque requirebam Sanctum, mox hoste carebam :
Pro justi merito dæmon abit subito.
Hic audiretur tantum, vel conspiceretur,
Hoste fui liber : fugit enim coluber.
Voce vel ore viri periit violentia diri :
Gratia sublimis jure stupenda nimis.
Rite fuit dignus, coram quo prædo malignus
350 Non staret penitus, judicium veritus.
Tam sacrum vultum metuebat apostata multum,
Et fugit pavitans, in tenebris latitans;
Contiguisque locis reverendæ fulmine vocis
Territus excluditur . quod merito geritur.
Nam licet *b* instaret vehemens, Fratremque gravaret,
Incumbens scapulis, artubus et tremulis;
Jure tamen cessit, fugit, furiasque repressit,
Cum præsens aderat, qui leviter poterat
Hosti præsenti virtute jubere potenti,
Cujus vultus ei pars erat exitii

Sensit

Sensit præsentem latro perditus Omnipotentem
In Sancti facie, voceque justitiæ.
En lumen clarum fugat horrorem tenebrarum :
Insidias vanas perdit hebes Satanas.
Gloria Christe tuo tibi fulgeat in Godefrido,
Qui servos humiles glorificare soles
Qui tantum signum, tam celso paupere dignum,
Declaras, ideo clarior ut sit eo,
Das illi rorem verbi, linguæque vigorem
Qua pavidum doceat, et reserare sciat.
Sic consolatur, pectus velut c intueatur,
Dum virtute Dei cor patet hujus ei.
Cui sapiens fatur : Frater mi, quando gravatur
Mens tua tam variis dæmonis insidiis;
375 Ut jam te credas occumbere, d ne, rogo, cedas,
Obluctando spei, viribus ac fidei
Constans persiste, quam transeat impetus iste,
Hic dolor et gemitus prætereat penitus.
Forte nec orare potes, haud tamen efficiare
Inde pusillanimis, sed geme cum lacrymis.
Si nec flere datur, tolerantia possideatur;
Mens tua sustineat, gratia dum redeat.
Dum tempus flendi, tempus veniat miserendi
Illud adest animo, quod placuit Domino;
Hic exspectetur, qui percutit atque medetur,
Mortua vivificat, tristia lætificat.

Godefridus hortatur tironem ad constantiam.

Sic os mellitum, dulci sermone peritum,
Dulciter insonuit, suaviter admonuit.
O vir digne Deo, felici clare tropæo,
Cernua vota tui suscipito famuli.
Hæc retuli de te, sed inerti more poetæ,
Obruor ingenuæ pondere materiæ.
Nunc ita, dulcis here, precor hæc tibi pauca placere,
394 Ut demum videam te patriamque tuam. e

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

Auctor eum invocat.

a MS. fugiet b MS. restaret c MS. intuebatur d MS. jam.

e *Atque hæc quidem de* B. Godefrido *hactenus nacti sumus. Plura expectamus ex eadem Westphalia Rhenique confinibus de Sanctis illustrissimi ordinis Præmonstratensis. Intelligentque qui hæc addiscere, ejusdem ordinis Antistites, num jure queri potuerit Augustinus Wichmannus Brabantiæ Marianæ lib. 3, cap. 76* Porro de viris sanctitate vitæ vel doctrina illustribus qui in hac Societate *Jesu*, floruerunt, et impensius Deiparam venerati sunt, aut quibus ipsa singularem favorem exhibuit, consule Kalendarium Marianum Antonii de Balingem, qui de iisdem aliisque aliorum Ordinum et statuum fusius, licet de Ordine nostro ejusque Marianis clientibus parce admodum, quod Societatis scriptoribus nescio quo fato fere solenne est in plerisque suis libris de quacumque etiam materia conscriptis. Cum tamen de S. Norberto ac Nobertinis plurima quoque in communem utilitatem scribenda subpetant, et apud Deum non sit distinctio Græci neque Judæi, apud homines autem antiquitas habeat locum, et senectus suam præferentiam, quæ in ordine nostro Præmonstratensi, quingentorum, et quod excurrit, annorum est. *Hæc ille. At si nolint quidam sua communicare, an queri possunt non edit nisi forte velint nos infamiæ plagio alieni sublegere, ut Maximilianus Habbeckius noster Wartrana sua sibi erepta, seque inscio edita referebat* B. Godefridi *nonne primus vitam publicavit, et operibus inseruit Serarius? nonne* B. Ludovici Arensteinii *Browerus?*

DE B. JUETTA SIVE JUTTA,

VIDUA RECLUSA, HUI IN BELGIO.

AN. CH. MCCXXVIII. XIII JANUARII.

Huum, *sive* Hoyum, *Galliæ Belgicæ celebre oppidum est, ad* Mosam *flumen, quatuor supra* Leodium Eburonum *metropolim leucis. Origo ambigua, testata, antiquitas. Nam ecclesiam isthic a* S. Materno *tertio Trevirorum Antistite, Apostolo Tungrorum propinquarumque gentium*, S. Mariæ *Deiparæ positam.* Theoduinus *Leodiensis Episcopus in diplomate quodam anno Christi* 1066, *dato testatur : ejusque mentio fit in* S. Domitiani *Trajectensis Episcopi, qui sexto seculo floruit, vita ante annos amplius quadringentos exarata, quam 7 Maii dabimus. Conditum ab* Antonino *Augusto oppidum, et* Benefactum *appellatum tradit cap.* 38. *Harigerus Lobiensis, qui Ottonum secundi tertiique vixit ætate. Nihil ex antiquitatibus suppetit, quo id firmemus. Quod* Juhonum civitatem, *quam lib* 13 *Annalium scribit Tacitus ignibus terra editis correptam, hanc ipsam interpretabatur Pighius,* Huonumque *legendum censebat, nec Lipsio nec aliis viris doctis probatum est. Nam ut in agro vicino fossilis e terra lapis eruatur, igni alendo idoneus; at non urbem oppidumve, sed civitatem arsisse Tacitus ait, id est,* villas, arva, vicos. *Ea passim civitatis Cæsari notio Tacitoque, ut gentem iisdem institutis viventem significet. Deinde ambigit Lipsius, et merito, ne ea gens in* Germania ipsa alibi fuerit, non in Belgica. *Fuit certe Coloniæ Agrippinæ propinquior quam* Huum *nunc sit, nam in illius mœnia ignes ferebantur. Est oppidi Huensis pars potissima in Condrusio, pars, quæ cis Mosam, in Hasbanio, valido et insigni ponte junguntur. Isthic in* Mosam Hoius, *sive* Hoiolus *amnis influit, apud* Condrusios *vico* Buzinio *ortus. Nomenne is oppido dederit, an ab eo acceperit, incertum.*

Huum oppidum Belgii, ejus origo.

2 *Hic, quod ad rem nostram attinet, complures Sancti publico cultu celebres,* Maurus 15 *Janu.* Mengoldus 8 *Februar.* Domitianus 7 *Maii,* Joannes Agnus 25 *Julii, aliique, quibus addi* Juetta, *sive* Jutta, *religiosissima vidua merito debet. Eam refert Molanus in addit. ad Usuardum et Martyrol. Germanicum his verbis* : In territorio Leodiensi obiit Juetta reclusa, vidua valde sancta. *Agit de ea idem Molanus in Natalibus SS. Belgii, ubi* beatam matrem Juettam *vocat, uti et Hugo Menardus. At Ferrarius* : Floreffiæ in territorio Leodiensi B. Juettæ reclusæ. *Verum aliquot a* Floreffia, *nobili Præmonstratensis ordinis in diœcesi et Comitatu Namurcensi cœnobio, leucis abest* Huum. *Sacrarium SS. provinciæ Leodiensis excusum, hoc die* : S. Juetta vidua, reclusa Huensis. Beatam *quoque appellant Miræus in Chronico Cisterciensi, Chrysostomus Henriquez in Menologio, Andreas Saussaius in Martyrologio Gallicano, Valerius Andreas aliique.*

B. Juetta, cultus sanctimoniæ laus.

3 *Vitam* Juettæ *scripsit Hugo Floreffiensis Canonicus, ordinis Præmonstratensis, non Benedictini, ut temere Wionem secuti tradidere Possevinus et Vossius. Fuit vero Hugo* Juettæ *non modo æqualis, sed et familiaris, ut pluribus locis ipse testatur. Eam passim* Sanctam, Sanctam Dei, sanctam beatamque mulierem *appellat, an tamen solemniter sit albo Cœlitum adscripta, haud comperimus. Vitam hanc edimus ex vetusto Autberti Miræi V. CL. codice : edidit et Chrysostomus Henriquez in Liliis Cisterc. Meminit* Juettæ *Rosweydus noster in Annalibus Ecclesiasticis Belgii ad annum* 1227 *quo illam existimavit obiisse, uti et Miræus, cum constet in octava Epiphaniæ feria quinta esse defunctam anno* 1228, *cujus priores menses antiquo more in anno præcedenti censebantur. Ejusdem* Juettæ *vitam Teutonico sermone edidit Rosweydus, in qua eam perpetuo* Sanctam *appellat. De alia* Jutta, *virgine reclusa, magistra S. Hildegardis, agemus* 22 *Decemb.*

Ejus vita.

VITA

AUCTORE HUGONE FLOREFFIENSI

Ex MS. Autberti Miræi V. CL.

PRÆFATIO IN VITAM

devotissimæ feminæ Juettæ inclusæ.

Cum scriptura sit experimentoque discatur, Nemo repente fit summus; noverit sequentia lecturus, quod Domina Juetta per arctum, continuum, longum quoque religionis exercitium, ad eam, quam obtinuit a Deo, gratiam pervenit. Præventa siquidem divinitus, datam sibi gratiam in se vacuam esse non permisit, sed ut negotiatrix industria, sibi creditum talentum lucro multiplici cumulare semper sategit placere soli curans, a quo se judicandam timebat, et sperabat remunerandam, juxta illud : Unusquisque

Juetta sensim pervenit ad perfectionem.

 proprium

Auctore Hugone, ex MSS.

1 Cor. 3. 8. propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Idcirco juvencula sibi merito timens a seipsa, in fervore spiritus insurrexit in seipsam, animum applicare Deo per divinum timorem, per compunctionem, per orationes devotas ac diuturnas, mentem, *A juventute pietati dedita.* prout licebat, divinis et salutaribus assidue occupare sciebat scripturis : et experimento docta, quod anima Deo fit eo vicinior amabiliorque, quo remotior a desideriis carnis et curis temporalibus. Inde Apostolus : *1 Cor. 9. 25* Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Quam fuerit inimica suæ carni, dicam ex parte ad ædificationem multorum magis quam imitationem.

Luxum aversata 2 Statim ab initio suæ conversionis post mortem mariti, mores ut mentem mutavit, longe faciens a se quæ pretiosa et copiosa in vestibus, annulis, ac monilibus habuerat ornamenta, eo ipso dans videntibus intelligi, secundas eam nuptias non affectare. *In se austera* Accinxit ferro carnem, tabulis plumbeis a pectore et dorso dependentibus, cilicio, staminea, vel sacco pro camisia utens. Annis aliquibus ante obitum suum ex consuetudine Cisterciensis ordinis (cujus ordinationi se devoverat) habere tunicam ad carnem acquievit.

3 Exemplo Danielis inter delicias esse sobria laboravit : et, ut paucis plura conjiciantur, quo poterat occultius cum aliis comedens, quæ minoris erant saporis, et viliora quæque sibi sumenda applicabat. *Abstinentia addicta.* Multotiens esuriens ac sitiens, vultus ac sermonis hilaritate saturitatem simulavit : in ipsis quibusque vilibus corpori necessaria frequenter negavit. Pulmento sola de farina confecto cineres admiscuit, ubi cum pane siligineo vel furfureo, talibus absque voluptate necessitati satisfaceret. Lecto sine pluma præter capitale, corpus fatigatum jejuniis, vigiliis, verberibus, genuum flexionibus, psalmis, orationibus, lacrymis, pectoris tunsionibus, et aliis hujusmodi piis laboribus, vestita parce reficiebat. In veste mediocri, nec sordida nec sumptuosa, sermone raro ac maturo, verecundo vultu, modesto incessu, sollicita sui circumspectione, religione rationabili, talem se cernentibus studuit exhibere, ut ad bonam æmulationem, et laudem Dei omnes [illegible] provocaret. Curavit providere bona coram Deo et hominibus, cavens pro posse notas suspiciosas, dare vel accipere peccandi occasiones. In confessione sua tam [illegible] tam frequens, tam scrupulosa fuit, ut auditores quandoque culparent, quod, ubi non erat, culpam sibi ascriberet.

4 Inter hæc et similia quam multas, quam graves ancilla hæc Christi passa est insidias diaboli, a mundo vel carne tentationes, multorum præcipue cognatorum ac domesticorum injurias, blasphemias, contradictiones, impedimenta, damna et opprobria, scire potuit sola quæ sustinuit.

PROLOGUS.

In vita et conversatione ancillæ Christi Juettæ inclusæ de domo leprosorum prope Hoyum.

Venerabili in Christo Patri ac Domino *a* Joanni, Dei gratia Florethensi Abbati, Frater Hugo ejusdem ecclesiæ Fratrum omnium tam vita quam vitæ novissimus merito, cum orationibus et salute id quod est, licet modicum sit quod est.

Quamquam non dubitem, Pater reverende, inter eos qui vestro subsunt regimini plures reperiri posse, qui opera hæc, quod debui, melius ut [illegible], et studiosius intendere, et [illegible] [illegible], possent [illegible], quia tamen opera Dei revelare honorificum est, et ex [illegible] monemur colligere quæ de [illegible] Christi superfuerunt fragmenta ne pereant; [illegible] jubentis [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

6 Attamen ne morarum caussa extitisse videatur omnino sine caussa, noverit in Domino paternitas vestra, quod cum primo mihi de virtutibus Sanctæ hujus summatim quædam perstrinxistis, obmutui hærens stupensque valde in memet tam de novitate operum Dei, quam de virtutum Sanctæ apud Deum *Cur diu distulerit Auctor eam scribere* excellentia, mansi paullulum attonitus : rebusque perpensis demum prout potui, propensius bonum esse existimavi ponere ori meo custodiam; tum propter linguas detrahentium Deo in hominibus, cujus cum testimonia credibilia sint nimis, ipsi tamen animales, Spiritum non habentes qui vivificat, credere quod non vident nesciunt, et in eo quod gratiam operantem in iis qui digni gratia sunt operari, aut diffidunt, aut derogant, exortes se gratiæ Dei ostendunt, tum etiam quia insufficientem et minus me sciens idoneum ad hæc, præsumptionis argui verebar, si forte sub pondere materiæ gravis succumbere infecto me contingeret opere, tamquam sub onere fasciculi deprimentis. Etenim si paullo intueri libet anteacta, perpendere potestis de facili quod non sine caussa totiens subterfugi, quo minus mandatum vestrum exequerer tam in loquendo quam in scribendo pro temporis et rerum varietate, quamquam multipliciter jussus, sed potius tamen, quia filii generationis hujus non tam mirari et laudare norunt quæcumque dicta seu gesta, etsi minus laudabiliter, in filiis alienis, quam maioris eadem æstimare licet commendabiliora forte in domesticis, cum tamen omnis illorum auctoritas summaque laudum sit in eo quod alieni sint, et istorum contemptus in eo, quod domestici. Tum vero, quia totum perlustrans in circuitu meo me, non invenio talem me, quod digne possim eloqui justitias Domini non rectus, aut Sanctorum gloriam prædicare non sanctus. Verumtamen quia spes est fiducia futurorum bonorum ex gratia Dei, et bona conscientia; et venerabilis feminæ, de qua scribere proposui, apud spirituum justorum judicem Deum plus possint merita mihi ad veniam, quam mea mereatur ad pœnam iniquitas, levabo ad ipsum oculos meos, unde spero auxilium mihi : et inhabitatorem ejus Spiritum sanctum invoco, ut cœpta hujus operis prodignetur favore prosequi, quin imo etsi forte fuerit quocumque modo debile principium, melior fortuna sequatur.

Elegantiam cur non affectet 7 Sed nec exigat meus a me Lector adulterinos Ethnicorum flosculos aut splendidam eloquii venustatem, cum juxta ipsos philosophos de verbis controversia haberi non debeat, dum constat de factis. Et alia quædam dicat auctoritas, quod ibi solum compositio verborum quæritur, ubi teste virtute veritas ipsa se non commendat. Proinde licet perhorrendi criminis sit, quidpiam de Deo falsi dicere, etiamsi ad laudem ejus pertinere videatur; quia non minori scelere laudatur in Deo falsitas, quam vituperatur veritas, quæ Deus est, nemo quas tamen fabulosarum me rerum inventorem aut somniorum conamentetur interpretem, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, testem invoco eum qui veritas *unde hauserit quæ scribit* est, nihil me huic indidisse operi, nisi quod vel a vobis audivi, o Pater, qui sanctæ hujus mulieris virtutes et opera ex ipsius confessione novissima cognovistis, vel certe ab ea quæ omnium operum ejus testis verax adhuc superest, tamquam comes individua et unica sodalis in domo, cui de ipsa scire datum est quantum ipsa de se sciri voluit, et homini datum est scire. Etenim quia scriptum audierat, *Eccl. 3. 7* Tempus tacendi et tempus esse loquendi, quædam de iis quæ fecit ei Dominus, quando secreto erat in tabernaculo ejus, ante obitum suum manifestari voluit, et manifesta sunt; quædam vero, quæ celari voluit, celata sunt, nec revelabuntur donec thronis positis aperiantur libri, et antiquus dierum sedeat in concilio Sanctorum, judex omnium generalis.

a Joannes de Hoyo, [illegible] Floreffiensis [illegible] fuit, et [illegible] Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

TRACTATUS.

TRACTATUS.

De vita et conversatione ancillæ Christi Juettæ inclusæ de domo leprosorum prope Hoyum.

CAPUT I.

B. Juettæ patria, mores integri in adolescentia

Fuit in Episcopatu Leodiensi, oppido quod vulgo Hoyum nuncupatur, puella claris civium orta natalibus, ætate juvencula, matura sensibus, pulchra facie, ornata moribus, casta corpore, pudica gestibus, omnium oculis gratiosa, Juetta nomine. Hujus parentes cum secundum statum seculi hujus, bonis abundarent temporalibus multisque rerum copiis, quæ prima omnium mortales æstimant, cœperunt cum cognatis et amicis tractare de nuptiis filiæ, quam unice diligebant, quæ jam infantiæ fines egressa nubilis apparebat, annorum quasi tredecim. Sed et ipsa cum secundum carnis speciem speciosa esset admodum et faciei venustæ, utpote quam juventutis primi flores, decor naturæ, specimenque virgineum invicem admixtis dotibus subornabant, a non paucis civium filiis, qui ei tam genere quam rebus non multo æstimabantur inferiores, a parentibus ejusdem in conjugium petita est.

CAPUT II.

Quod virum contra voluntatem suam accepit.

Nubit invita.

At puella prudenter animadvertens, quod nondum experimento didicerat, grave jugum legem esse matrimonii, fastidiosa onera ventris, pericula partus, educationes liberorum, et præter hæc omnia, casus virorum dubios, curam familiæ reique familiaris, insuper et laborem quotidianæ sollicitudinis attendens, renuebat omne conjugium : instabatque quibus modis poterat nunc patri, nunc matri supplicans, ut eam manere absque viro dimitterent. Sed non posse fieri quod volebat intuens, instantibus nihilominus amicis et patre, opprobrioque eam compellentibus, ut eorum acquiescens consiliis virum acciperet, quia voluntati omnium diutius resistere non potuit, adolescenti cuidam e civibus quamvis unica virgo cum esset, desponsata est.

10 Nuptiarum igitur elapso tempore, cum mutata esse videretur in statum vitæ alterius, a rigore tamen voluntatis prahabitæ et desiderio pristinæ libertatis ejus animus permutari non potuit. Experimento etenim discere cogebatur, quod ne quandoque sibi contingeret veritata fuerat ab initio semper : cœpitque

Abhorret ab usu conjugii.

adeo usum abhorrere conjugii, et omnem viri copulam detestari, quod, sicut postmodum est confessa, si nondum fecisset quod fecerat, ad faciendum id eam nulla amicorum persuasio, nullusve timor, aut potestas ulla superior induxisset. Faciebat autem hoc non ea intentione ut tanto securius quanto liberius cogitare posset quæ Dei sunt, aut quomodo placeret Deo, si a viro esset libera, sed naturali quodam mentis impulsu agitabatur interius complexio munda cordis, quo dedignabatur foris caro carnis delectationi subesse, et curis secularibus intricare animum prout expetebat, et expetit usus, et ordo conjugii.

CAPUT III.

De dolore quem patiebatur ex odio conjugii.

Recordabatur interdum dierum adolescentiæ suæ, quibus sine sollicitudine vixerat, ex quorum memoria torquebatur tanto anxius interius intra animum, quanto perpendebat attentius, quam diversa essent et divisa ab invicem in differenti sui essentia tempus et tempora universæ rei sub cœlo. Sic namque in medium excrescebat vis doloris per dies singulos, et in progressu temporis paullatim carpebat vires : donec tumescente vulnere auctum est malum, et factus est novissimus error pejor priore. Ex vehementia siquidem mœroris continui, cœpit animum ejus tædere vitæ suæ, et sic in quamdam mentis acediam deveniens, tanto solutionem conjugalis debiti odio habere cœpit, quod ut libera fieri posset a viro, viri mortem ultro videbatur optare : et vere sic erat.

Auctore Hugone, ex mss.

Tædio conjugii, optat mariti mortem.

Quod tamen peccatum quia ad ejus laudem dixisse videor, quam severa districtione postmodum vindicaverit in se, quamquam mirabiliter ejus a Domino consecuta indulgentiam fuerit, in sequentibus explicare proposui. Quid plura? Quocumque se verteret vel quæcumque attentaret, utrobique luctus, ubique dolores, undique suspiria. In omnibus viis suis tribulationem et dolorem inveniebat. Et cur hoc, nisi ut nomen Domini invocaret? Interdum enim sola vexatio intellectum dat auditui.

CAPUT IV.

De visitatione ejus a Domino.

Sed cum nec sic converti vellet, vel intendere ad gratiam quæ ultro se offerebat recusanti, imo et insequebatur fugientem; quia tamen nec volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, qui operatur in nobis et velle et opus bonum, expandit demum super eam retem miserationum suarum per prævenientis gratiæ suæ donum Dominus, ut non esset locus ultra effugiendi manus ejus. Ascendente quippe Jesu in naviculam cordis ejus, quæ in medio maris jactabatur magnis fluctibus, cessavit ventus, id est, cogitationes repressæ sunt, quæ ad profundum desperationis eam impellebant : quia, ut dicit auctoritas, in quocumque Deus adest per gratiam, mox universa bellorum virtus conquiescit.

Liberatur a tentatione

Facta est etiam tranquillitas magna, quia quanto propior Deus homini efficitur per gratiam, tanto amplius expulso tentationum turbine mens securior effecta, in conditoris sui amorem sese intus caritatis igne resoluta transfundit. Tum vero per ea, quæ facta sunt ei a Domino, intellexit creatura suum creatorem : et depulsa caligine cordis, cujus obductu apertis oculis nihil viderat, illustranteque ei in faciem sole justitiæ, cœpit et ipsa intendere in faciem vocantis se Domini, et experimento cognovit, quod nisi quia Dominus adjuvisset eam, paullo minus habitasset in inferno anima ejus. Nec mirum. Respiciens enim erat jam Dominus in adjutorium ancillæ suæ, auferensque ab ea cor lapideum, dedit ei cor carneum intelligendi voluntatem suam, et faciendi eam, colendi quoque ipsum in hostiis et muneribus, id est, tam in castigatione corporis proprii, et vitæ restrictioris effectu, quam eleemosynarum largitione, et orationum instantia, ceterisque bonorum fructibus operum, qualibus hostiis promeretur Deus.

Dat se studio virtutum.

Subitoque mutata est in feminam alteram, et deposito vetere homine cum actibus suis, renovata est in agnitione ejus, qui creavit eam : et ecce facta sunt novissima illius dissimilia valde prioribus, haud dubium quin respectu meliorum ejus bona optima. Surrexerat siquidem in adventu Austri Aquilo, a quo omne malum panditur, et ante faciem sancti Spiritus, qui ei obumbrare venerat, sparsa nebula frigoris ejus sicut cinis est, sublataque de medio nube, quam prius ipsa sibi opposuerat, libere jam ad Dominum ejus oratio pertransibat.

CAPUT V.

De morte viri sui, et de liberis quos ex eo suscepit.

Moritur vir ejus

Interea viro suo, incertum quo Dei judicio, viam universæ carnis ingresso, vidua, ut concupierat, facta est, cum vixisset cum eo annis quinque a virginitate sua. Susceperat autem ex eo tres liberos, quo-

Tres ejus filii

rum unum in albis Deo reddidit, duosque reliquos enutrivit, donec infantiæ limites prætergressos, unum litteralibus addixit studiis, altero secum retento domi

quia

Auctore Hugone, ex MSS.

Vidua secundas nuptias aspernatur

quia junior erat, nec studii laborem sufferre poterat ætas adhuc infirma.

14 Post decessum igitur viri, ubi compos rerum esse cœpit, licet juvencula esset annorum decem et octo adhuc et faciei venustæ, ita se in cunctis, quæ agenda erant, religiose et prudenter servabat, ut plures in admirationem sui traheret et exemplum. Quæ cum a plerisque honestis secundum seculum viris, tum propter sui pudicitiam, qua passim ab aliis commendabatur, tum propter carnis speciem, et copiam rerum, quæ non modica ei remanserat, peteretur in uxorem, numquam ad consensum conjugii potuit ejus inflecti animus promissis, aut precibus quorumlibet, rebus potius, quam verbis edocta, prout in libro experientiæ didicerat, quantum differant ab invicem status in quo nunc erat, et status vitæ præteritæ.

CAPUT VI.

Quod pater ejus eam voluit tradere secundo marito.

Pater ejus Episcopi Leodiensis Receptor et Oeconomus

Ea tempestate præsidebat Leodiensi Cathedræ bonæ memoriæ Dominus a Radulphus Episcopus, cujus et rerum dispensator et expensarum creditor erat pater ipsius Juettæ tam in castro, quam in oppido Hoyensi, et, ut vulgo dicitur, erat ejus Cellerarius, quia, ut dixi, admodum vir erat dives. Qui ob multam sui strenuitatem, prudentiamque et fidem dilectus et familiaris Episcopo adeo factus est, ut cum ejus provisione et consilio cuncta agerentur, quæ in omni circa regione agenda forent. Qui, ut posteritatis suæ lineam protenderet, cœpit pulsare animum filiæ modis quibus poterat, instans opportune, importune, ut nuptiis consentire, et per hoc amicorum suorum consiliis et voluntati acquiescere vellet. Sed videns ejus immutabile propositum in perseverantia viduitatis, et omnia quæ ei proponebantur surdis eam præterire auribus, suspicatus per Episcopum fieri posse, quod per affines non poterat, accessit ad eum, et expositis ei rebus et caussis, prout erant secum et cum filia, supplex expetiit, ut de nuptiis cum filia sermonem habere vellet. Episcopus annuit libentissime, adduci jubens filiam ad se, optimeque se ei persuasurum de nuptiis spopondit. It nuntius, adducitur juvencula ante conspectum Episcopi, et Magnatum qui Episcopo assidebant, visaque multitudine militum hominumque diversi generis, qui domum repleverant, expavefacta est timore pariter et pudore, confusa nimis. Cum ecce Episcopus videns eam quasi consternatam pudore, prope se eam residere jubet, blandeque consolans et secretius alloquens, de nuptiis cœpit replicare sermonem, persuasibilibus verbis eam allicere tentans, ut suis acquiescens consiliis, et patris voluntati, virum accipere vellet.

Conatur ad secundas nuptias persuadere,

etiam per ipsum Episcopum

16 Illa vero per omnia ante tacitam quidem, sed ab alto fundebat orationem, cum multa cordis devotione ad Deum, ut ab imminenti eam liberaret angustia temporis, salvo viduitatis proposito, quod soli ei jam voverat, et usque in finem illibatum ei conservare habebat in cordis desiderio. Nihilominus tamen quanto cautius, et sapientius poterat ad singula Episcopo respondens, viduitatem sibi magis placere quam nuptias, viduitatem se vovisse, hancque velle Christo exsolvere se protestabatur quamdiu viveret. Et ecce allegationibus contra singularem personam feminæ viris sapientibus et astutis, repente, et præter spem affulsit ei divinæ favor clementiæ de superis, et animum vertit omnino cor Episcopi, ut qui persuasor exstiterat nuptiarum super omnes, consultor fieri inciperet continentiæ viduitatis contra omnes. Adjutor ei factus est, et protector contra adversantium persuasiones et consilia. Requisitoque ab ea palam cunctis qui aderant, quid e duobus eligere vellet, cuive magis inclinaret animum, continentiæ aut sponsalibus; illa se Christum elegisse in sponsum, nec virum mortalem in ejus injuriam se ullo pacto admittere posse humiliter et verecunde confessa est. Nec ego te, inquit Episcopus, super hac tua voluntate aut proposito, quod professa coram me es, de cetero vexabo, nec vexari ab altero permittam. O filia mi, constans esto, et ne timeas. Credo enim et confido in Domino, quod qui cœpit in te opus bonum perficiet: et utinam perficiat ad honorem sui, et tui profectum usque in finem! Benedicensque eam dimisit in pace, patremque illius sollerter admonuit, ne deinceps eam super aliquibus nuptiis molestare præsumeret.

Hoc Episcopo respondet

17 Ipsa vero quasi post triumphum effecta securior, liberatori suo Deo gratias egit, et postmodum ad ejus obsequium, et ad omne opus bonum magis se ei recognovit, tamquam accepto beneficio, obnoxiam; ne in vacuum gratiam Dei recipiens, dati immemor, et gratiæ videretur ingrata. Frequentabat sane ecclesiam Dei jugiter, nunc palam cum aliis, nunc occulte sola, sine intermissione Dominum orans, ut introitum suum et exitum, id est, principium et finem propositi sui, quod ipse jam in ea operari cœperat, usque in finem corroborare vellet semper. Nec solum hoc, sed et noctibus surgebat ad confitendum Domino in matutinis singulis noctibus, adeo quod matutinarum tempus nullum præteriret, quocumque torpore aut negligentia, nisi manifesta caussæ necessitas, aut corporalis forte obstaret infirmitas.

Sedulo vacat pietati

Quotidie interest matutinis.

a Sedit Radulphus ab anno 1167 usque ad 5 Augusti 1191

CAPUT VII.

De tentationibus ejus.

Videns igitur diabolus inflexibilem ejus constantiam in nocturnis Dei laudibus, tentavit quoquo modo ejus impedire propositum, ut quod diebus non poterat, vel noctibus saltem præoccuparet gressus ipsius et semitas, vel abstrahendo eam a matutinis, vel si illud efficere non posset, ne tam mane ante lucem surgeret timores eidem mentiendo nocturnos. Denique egredienti ostium domus suæ noctibus ut iret in ecclesiam, vel etiam in ipsa via gradienti frequenter se dabat obviam sathan ipse; nunc in leonis, nunc in effigie ursi, nunc in serpentum diversi generis, aut silvestrium specie animalium, nunc in simiarum, aut Æthiopum similitudine, hic frendens, hic rugiens, hic ludens, hic blandiens, hic minitans, hic insiliens, nunc prohibere volens viam ne procederet, nunc perterrere in via, ut lugentem et pavidam alienare posset a sensu, sicut plures contigisse multis dubium non est. Porro in primis antequam usum hujuscemodi phantasmatum habuisset, aliquantulum pavescens exhorrebat; post tamen per Dei gratiam resumptis viribus, ut figmenta cognovit dæmonum, invocato Christi nomine, et signo se Crucis sanctæ muniens, subsannans sprevit, transivitque per medios excursus et occursus phantasmatum intrepida.

Noctu ad templum euntem dæmon infestat

Ab ea signo Crucis superatur

19 Sic milleartifex inimicus homo, diabolus devictum se despectumque a juvencula sentiens, omnesque fraudium suarum dolos et artes omnino eam vilipendere, quia sperabat in Domino, ad alia se tentationum genera convertit, nova cudens arma, nova bella parans, novos insidiarum modos adinveniens et artium genera, quibus rigorem fortissimi pectoris in mulieris corpore emollire posset: ut si a totali proposito mentis eam avellere non posset, tamen in aliqua sui parte sanctitatem ejus intentionis posset offuscare. Quia enim in primo congressu victus ab ea est, dum aequare eam voluit carni et sanguini, id est, cognatis et amicis, ut virum acciperet, nec in secundo per Episcopum et humanæ sapientiæ profundam altitudinemque inclinare potuit, nec in tertio quidem congressus per se cum omni cohorte nocturnorum phantasmatum prævalere potuit, quin semper post pugnam efficeretur femina fortior, ad perpetuam confusionem devicti, et perennem gloriam triumphantis

Iterum vincitur

phantis in ipsa Dei; fortius multo aliis, et nequius quarto quartum victrici famulæ bellum indixit, in quo Dominus evidenti virtutis suæ gratia pro ea pugnavit et vicit : quia Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Manifeste siquidem, et sine intermissione aggrediebatur eam impugnans acriter vetustus ille quondam Behemoth, id est, diabolus, ut absque respiratione bello bellum forti fortius succederet, et exhaustis in priori viribus debilior redderetur ad agonem alterum, faciliusque succumberet femina fidelis. Bene quippe et eleganter de eodem Behemoth, id est, diabolo, dixit ad B. Job Dominus : Corpus ejus quasi scuta fusilia compactum squamis se prementibus, una uni adhæret, et ne spiraculum quidem incedit per eas. Qui quo post omnes congressus tentationum suarum quieturus veniat, quasi ad cubile totius suæ malitiæ, post quod non ei locus divertendi alter, liquet ubi paullo ante de eo præmissum est : Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus, quia nimirum in iis habere requiem dicitur, qui ab omni opere bono, ut calamus, intus existentes vacui, ventum tamen retinent, id est, peccati suggestionem per delectationis assensum, et humentes dicuntur per fluxæ operationis effectum. Quemadmodum vero in hoc ultimo congressu viriliter agens de hoste triumphaverit, perpaucis explicare curabo si possum.

Job 41. 6

Job 40. 16.

CAPUT VIII.

Quomodo B. Virgo liberavit eam a quodam periculo.

Juvenis quidam in amorem ejus exardescit.

Habebat quemdam in oppido inter amicos amicum juvenem, qui licet forte linea consanguinitatis eam non attingeret, erat tamen filiorum ipsius consanguineus, ut arbitror, ex patre. Hic prætextu familiaritatis pristinæ, curam se habere simulans filiorum et matris viduæ, frequentare eam solebat, et colloqui ei quasi pro utilitate rerum necessariarum ejus et filiorum, quos intime se diligere ostendebat quasi proximus. Quia igitur gutta cavat lapidem si crebro stillet, et alluvione terra paullatim consumitur; cœpit tandem juvenis ex frequenti collocutione juvenculæ, et aspectu mutuo laxare animum in amorem ejus, impudico oculo nuntio existente impudici cordis jugiter; quamquam illa nihil rerum hujusmodi suspicaretur in homine, et in omnibus quæ cum ipso agere habebat aut loqui : casto eum corde, et oculo intueretur simplici. Porro amoris sui jaculum, quo saucium habebat pectus, intro retinens, nec foris aperire ausus, torquebatur tanto acrius intus in corde, quanto secretius fovebat vitium, nec evaporare sinebat calorem, qui tectus sub cinere fortius æstuabat. Licet ei enim, sicut erat, amorisque vitium palliaret propinqui secundum carnem viri nomen; subministrabat tamen ardoris materiam cordi nequam perniciosa foris opportunitas, qua crebrius cognatam invisere ei male licebat, et alloqui quasi pro rebus domesticis multiplicibusque caussis, in quibus exhibebat se velut manum dexteram ejus. Attamen cum malum, quod habebat in corde, aperire ei interdum proponeret, retrahebat eum hinc pudor, inde timor, timor, quo verebatur ab ea argui, patique cum dedecore repulsam; pudor vero, quo timebat, si fama rei veniret in publicum, a communibus hinc inde utrorumque parentibus, et amicis, lasciviæ suæ tam luere confusione perpetua. Sed quid ?

Eum arguit Jutta

21 Tandem amor improbus omnia vicit. Cum enim diutius se continere non posset præ amoris magnitudine, nactus demum opportunitatem loci et temporis, quo secretius ei locutus confusionem suam confessus ei est, et quomodo pro ejus amore cruciatus eum invasisset interior, omni morte gravior et amarus valde. Illa audiens quorsum tenderet loquentis sermo, nec eum prosequi passa, faciem suam a viro avertit indignans, et a verbis hujusmodi dure compescens eum, aspere satis locuta corripuit eum prout dignus miser erat. Metuens tamen ne forte deterius ei quidquam contingeret si sic confusum abjiceret a se, velut sapiens medica blandis sermonibus exhortabatur eum, ut ad eradicandum de corde vitium illiciti amoris, tota intenderet virtute : divinum insuper si hæc facere vellet spondens auxilium, et gratiam Dei de cælo affuturam. Esto, inquit, o dilecte mi frater, quod nec propter Deum, quem timere offendere in hoc casu necesse plurimum est, nec propter salutem animarum, quam negligere impium nobis est, non custodientes nos, peccare vellemus, et animas dare in perditionem, prohibere nos deberet saltem certe vel sola peccati infamia, et honoris periculum mundani; quo si vel scintilla facti hujus ad aures transiret hominum, efficeremur ambo absque dubio opprobrium vicinis nostris, et derisio his qui in circuitu nostro sunt.

Auctore Hugone.

Pro eo orat, ejusque declinat colloquium

22 Sic juvenem diligenter admonitum in pace dimisit a se, suppliciterque Dominum exoravit, ut de pinguedine gratiæ suæ mittere dignaretur rorem benedictionis, et refrigerium spiritus sui æstuanti in camino tentationis juveni : ne ipsa, quæ tribulationis ei materia effecta fuerat, aut peccati cujuscumque ei caussa aut perpetuæ damnationis efficeretur occasio. Ipse vero licet pro repulsa verecundiam passus recessit; nihilominus in lubricæ mentis suæ lascivia perseverans, et licet corporali frequentia ei communicare tam præsumptuose non auderet, sicut heri et nudiustertius, propter id tamen vesani amoris non minus in pectore stulti æstuabat incendium. Attamen illa ab ea die et deinceps custodiebat se ab eo, et licet forte æstimaret eum correxisse errorem, et a cœpto revocasse animum, non se tamen audebat ei credere sicut prius, in hoc non sibi parcens, sed viro.

23 Interea caussa quædam extitit, quod ad domum cujusdam ex consanguineis venit in sero, et post cœnam vix ab ea extortum est, ut cum amicis eadem nocte permanere vellet qui aderant, quamquam multipliciter id est elaboratum ab eis. Quid multa? Casu advenit juvenis memoratus in domum, tamquam amicus ad amicos, et ab amicis ad pernoctandum retentus, ipsa tamen non æquo accipiente id animo, licet dissimulante, ne aliqua caussæ suspicio a quoquam deprehendi posset aut vera aut verisimilis. Post cœnam disponitur de lectisterniis, et femina prudens cogitans quæ fortuitu contingere possent, lectulum sibi fieri præcepit cum altera quadam puella seorsim ab aliis in inferiori parte domus. Porro totam pene noctem illam duxit insomnem, sollicite præcavens ne si furem venire contingeret, ipsa inveniretur non vigilans; et in præjudicium pudicitiæ suffossa domo conscientiæ, damnum rei familiaris, id est, salutis incurreret. Et ecce intempestæ noctis silentio, cum diabolus jam misisset in cor viri, ut lectulum dormientis præsumptuosus attingeret, surrexit clam de stratu suo tentare volens, si quo modo prævalere adversus feminam posset viribus, aut dolo. Ibatque palpans per circuitum domus gyrans velut amens, velut ebrius errans a vino.

Idem noctu ei in amica domo insidiatur

24 Cum ecce ad sonitum offendentis in nocte, ancilla Christi dormitans, non dormiens, expergiscitur, remque, ut erat, suspicata tremens ac timens inhorruit, et præ pusillanimitate spiritus fere defectum cordis passa est. Quid tamen ageret? Quo se verteret? Si fugere vellet, non erat fugiendi locus; si resistere, fortior erat vir; si clamare, timebat notam infamiæ, quæ tam illi, quam sibi ad perpetuam confusionem cedere posset, si fama rei prodiret in publicum. Angustiæ ei erant undique, et quid primum ageret prorsus ignorabat. Ingemiscens tamen in cælum, protensisque manibus ad sanctam Dei genitricem omnium miserorum spem, et refugium gloriosam Virginem

Jutta B. Virgini se commendat

Auctore Hugone.

Mariam, cui se attentius illa nocte commendaverat, cum tota cordis devotione et contritione spiritus eam interpellabat, ut ei subveniret in tali ac tanta angustia animæ, et liberaret eam ab instantis necessitate temporis propter ineffabilem misericordiam suam, qua numquam deseruit sperantes in se. Factum est autem, ut hæc ea orante, et juvene stulto pro negotio suo perambulante in tenebris, vicinus efficeretur jam lectulo, satis tamen eo observante ne a quoquam deprehendi posset in domo. Et ecce sicut aqua frigida animæ sitienti, sicut sanitas ægro, misero salus, naufragio stella, lumen in tenebris, Regia cæli, Domina terræ, Angelorum gaudium, hominum salus, Dei mater, et filia filii, Virgo Maria devotam suam consolatura veniens in specie mulieris splendidæ faciei, et habitus, quasi de superiori domus cœnaculo in inferius per gradus cœnaculi descendere visa est, gradiens in multitudine virtutis suæ, ita ut mulier venientem ad se pleno et vero videret intuitu : ille autem licet sonitum gradientis attenderet, videre tamen eam non potuit, quia indignum se beatitudinis hujus effecerat. Hæsit tamen miser, stabatque stupefactus, quia invaserat eum horror mentis nimis, et nesciens quo se primum vertere vel quid agere posset, tamquam fur deprehendi in furto metuens, ad stratum suum tremebundus aufugit, vix pro loco refugii vel lecto contentus ad præsens : nec apposuit ultra venire ad locum, in quo famula Christi quiescebat. Per omnia benedictus Deus, qui non derelinquit sperantes in se.

ab ea apparente defenditur

CAPUT IX.

De eleemosynis ejus.

Juettæ gratitudo

Post hæc autem magis se Christo, et ejus matri sanctissimæ perpetuæ virgini Mariæ perpendens obnoxiam, tamquam pro impensione beneficii, devotiorem se ad eorum laudes et obsequia exhibuit ab ea die et deinceps : adeo quod tam in eleemosynarum collatione, quam castigatione corporis, ceterisque virtutum operibus vehementer in brevi profecisse visa est. Nec sub silentio prætereundum mihi videtur, quod tantam erga pauperes compassionem habebat, quod si quandoque contingeret aliud eam non habere præ manibus quod pauperibus erogare posset, etiam linteamina propria, vel alteram quamlibet supellectilem domus nunc particulariter, nunc integre, tam sibi, quam pueris suis distrahens, in usus pauperum erogaret. Quod tamen patrem minime latere potuit, qui videns supellectilem domus filiæ per dies singulos magis minui, timensque ne pueros contingeret exhereditari per distractionem bonorum, quæ fiebat a matre, abstulit quidem ei filios aliquamdiu, ut rerum minus esset compos ipsa, nec vendere posset jus hereditatis ipsorum absque conscientia, qui quasi pueros *a* mamburnire videbatur. Quos tamen ei in brevi post restituit, eo quod diutius sine eis mater esse nollet, quia tenerrime eos diligebat.

liberalitas in pauperes.

a

26 Sedit autem post obitum viri sui vidua in oppido annis circiter quinque, curam habens domus, et filiorum, quos utique educabat quanto studiosius poterat in omni timore Domini. Qui licet Domini timor initium sit sapientiæ, quia tamen perfecta nondum in ea caritas erat, quæ foras mitteret ei timorem, quæ ut nascitur, plerumque perfecta non est, metuens tam sibi, quam filiis cavere volens in posterum, de voluntate et consilio patris consensit in hoc, ut pecunia quæ sibi proveniebat ex substantiola sua, publicis negotiatoribus accommodaretur, ut supercrescentis lucri negotiantium particeps esset, sicut multi et honesti secundum seculum viri idem facere consueverant, licet non absque *b* peccati, sicut nec sine quæstus emolumento. Quod tamen peccatum, quamvis modo quam grave et grande sit evidenter appareat, tunc tamen temporis aut omnino veniale æstimabatur aut nullum. Cogebat insuper eam ad faciendum hoc, et cum voluntate patris, paupertatis verecundia, quam filiis proventuram timebat, quippe qui velut orphani amisso patre, absque patris erant providentia, tum honestas nominis, qua plerique, etsi pauperes sint, pauperes tamen existimari verecundantur, non quod paupertatem malum esse reputent, et non a Deo, sed quia decedentibus divitiis decedit simul et honor nominis, et fama vilescit inter affines, non attendentes illud viri sapientis :

Pecuniam suam exponit ad quæstum

b.

Honesta paupertas laudata

Pauperies si læta venit, ditissima res est.

Itemque illud Lucani :

——— O vitæ tuta facultas
Pauperis, exiguique laris! O munera nondum
Intellecta bene!

Audi de hoc insignem illum poetam philosophumque Boetium

Boet. l. 2 met. 5.

Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti,
Gemmasque latere volentes
Pretiosa pericula fodit?

Et paullo post :

Utinam modo nostra redirent
In * motus tempora priscos!
Sed sævior ignibus Ætnæ
Fervens amor ardet habendi.

** mores*

Ideoque

O quam felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus arvis!
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ sera solebat
Jejunia solvere glande :
Non Bacchica munera norat
Liquido confundere melle,
Nec lucida vellera Serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres,
Potumque lubricus amnis,
Umbras altissima pinus.

Sed væ! quid non agis auri sacra fames? Tibi filii seculi hujus serviunt in sudore vultus sui : tuis gaudent vexari mercibus filii Adam : interdum et cum periculo corporis et animæ tibi colla subjiciunt, et deorsum inclinant quique terrigenæ et filii hominum, simul in unum dives et pauper, masculus et femina, servus et liber, religiosus et iniquus, secularis et professus. Et quidem ab omni conditione, sexu, et ordine curritur in facinus avaritiæ per fas et nefas; ac si dicant singuli singulis :

Occupet extremum scabies : mihi turpe relinqui est. Clamat quotidie præco noster in Ecclesia Paulus, alloquitur omnes, et a nemine attenditur, omnes enim quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi : Est, inquit, quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possimus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa, et nociva ac inutilia, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Et paullo post : Tu autem homo Dei hæc fuge. Sectare vero justitiam, pietatem, fidem. Quia sicut dicit, qui fidem veram de Deo habet, non cupit in miseriis fieri dives, nec pluris est ei mundus quam Deus.

1 Timoth. 6. 6

Ibid. v. 11

27 Scrutare meus o Lector, et vide quomodo sub pallio pietatis, et necessitatis titulo circumvenerit simplicitatem feminæ simplicis serpens antiquus, et inimicus generis humani mille artifex diabolus, a cujus fraude et insidiis nec Apostolo quidem absque timore esse licebat, qui ait : Timeo autem ne sicut serpens seduxit Evam astutia, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quæ est in Christo Jesu. Facile potuit tentare feminam, et tentans prævalere ad horam, qui ausus fuit Apostolorum Principem expetere ad cribrandum sicut triticum, et forte fecisset

2 Cor. 11. 3

cisset quod expetiit nisi pro eo orasset Christus, qui exauditus est pro sua reverentia. Sed quid! Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat? Utique, quia numquam dereliquit Dominus sperantes in se. Nullus enim speravit in Domino, et confusus est, quoniam pius est Dominus. Cum ceciderit, ait Propheta de justo, non collidetur. Quare hoc? Quia Dominus supponit manum suam, ut sublevet per gratiam eum qui per culpam ceciderat. Evolutis siquidem diebus aliquot, intelligens mulier fidelis per aspirantem sibi divinitus gratiam, quod multum et in multis Deum offenderat in via hac, qua ambulabat, licet forte in simplicitate minus recta, detestari facinus illico, et abominari cœpit hujusmodi commercium; insuper et pro jam perpetratis congruenti seipsam addixit pœnitentiæ, orationibus, jejuniis, et eleemosynis, exinde vigilantius intenta. Quia enim, ut quidam Sanctorum ait, non sufficit a malis recedere, et mores commutare in melius, nisi et de anteactis satisfaciat Domino per pœnitentiæ lamenta, cooperantibus eleemosynis, maluit judicare seipsam temporaliter, quam æternaliter judicari a Domino, et vindicans se de se punire satagebat, ulciscens in se, quod dolebat commisisse se.

Psal. 36. 24. *Agnoscit usuræ iniquitatem.*

Excusatio peccati ejus

28 Verumtamen non ignorans ego plerosque indignari legentes hoc opus debere, quod scripto hujus tamquam peccatricis feminæ, demandari jussa sint actus et vita, quasi Dominum a femina peccatrice tangi Pharisaico more, fastuque cum Simone murmurantes Leproso; perpendant, quæso, qui hujusmodi sunt, quod nemo mundus in conspectu Dei, nec infans quidem unius diei. Et in carne peccati absque peccato vivere præter cursum naturæ ordinemque carnis est. In multis enim, ut ait Jacobus in Canonica, offendimus omnes. Et Joannes: Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Itemque Propheta: Omnes justitiæ nostræ ante te, quasi pannus menstruatæ. Unde quis gloriabitur mundum se habere cor? Prorsus nemo. Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, id est, remissione peccatorum, per quam Deus apparet gloriosus, cunctis peccatoribus aliis existentibus: ut indigeant cuncti remissione, ipse solus absque peccato, ut solus peccata remittat.

Luc. 7.

Jac 3. 2

1 Joan. 1. 8.

Isa 64. 6.

29 Nec miretur quis feminam in hujusmodi commercio quasi fuisse circumventam, quia forte non sine Dei judicio, quod sicut occultum ita et multiplex est, hoc ei contigisse permissum est. Quid enim si lapsa per culpam est, quia resurrexit tanto fortassis melior post culpam, quanto ante culpam minus circumspecta, minusve cauta in acie stare potuit? Si femina minus prævaluit contra fortem, quid mirum cum columnæ cæli, fundamenta Ecclesiæ et capita, minus fortes facti sunt in bello? Quid faceret virgula deserti, ubi concussæ et pene excussæ sunt cedri Libani? Quomodo subsisteret pauper muliercula, ubi ceciderunt fortes in bello, gloriosi terræ Principes, summique præcones Legis et gratiæ, Petrus videlicet, et David Sacerdos et Propheta? Nec mireris si Petrum dixerim Sacerdotem, cum lapsus est: jam enim a summo Pontifice Christo Jesu usum ministerii hujus, id est, claves acceperat, et ordinem, id est, dispensationem mysteriorum primum in partibus Cæsareæ, ubi data ei a Domino est potestas ligandi pariter et solvendi in collatione clavium; secundum in Jerosolymis post cœnam Domini ultimam, ubi data ei similiter est potestas conficiendi in verbis Domini: Accipite, et dividite inter vos, hoc est corpus meum, hoc facite in meam commemorationem; licet tamen, ut plerique asserunt, post resurrectionem Christi per ejus insufflationem, et donationem sui Spiritus, utriusque ministerii plenitudinem cum majori quodammodo acceperit præmissorum efficientia.

Varii Sancti lapsi

Matth 16.

Luc 22

30 Et ut ad Sanctorum gloriam de Sanctorum lapsibus aliquid loquar, lapsus est eximius Prophetarum David, ut nemo confidat nimis in percepta tam virtutum gratia quam gloria meritorum; sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Lapsus Apostolorum Princeps Petrus est ut sciret lapsorum culpis ignoscere, lapsus et ipse. Lapsus Doctor gentium est Paulus, ut ubi abundavit peccatum, superabundaret gratia. Lapsa et Apostolorum Apostola Maria Magdalena est, ut appareret benignitas, et humanitas Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ quæ fecit, sed secundum suam misericordiam qua salvam eam fecit. Lapsa denique et hæc mulier est, ut non glorietur in conspectu Domini omnis caro; et humilior post culpam resurgeret, tamquam jugiter habens in se unde dolor continuus ad humilitatem eam inflecteret semper. Nihil enim, ut dicit auctoritas, ad humilitatem sic inclinat, quomadmodum peccati præteriti memoria ad pœnitentiam provocans, cum nulla bonorum æstimatione, qua mens in vanam possit gloriam extolli. Ut est illud B. Gregorii in Moralibus: Sæpe justitia nostra ad examen divinæ justitiæ redacta, injustitia est: et plerumque sordet in conspectu districti Judicis, quod fulget in æstimatione operantis. Unde Dominus, ut abundaret justitia nostra plusquam Pharisæorum, eleganter instruxit suos, dicens ad discipulos: Cum feceritis, inquit, omnia, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Et hoc ideo, quia quamdiu in hoc corruptibili carnis pulvere per corpus subsistitur, nescit homo utrum dignus sit odio an amore. Verumtamen cum septies in die cadat justus, et resurgat; impiorum vero pedes currant in malum semel, et memoria eorum ante Deum non sit amplius; scimus tamen quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam idipsum quod cadere videntur in facie hominum; proficit enim eis hoc ipsum, ut dicit auctoritas, ad humilitatis conversationem et augmentum virtutis, ut humiliores resurgant, fiantque in posterum cautiores, et sciant juxta Apostolum, videantque quomodo caute ambulent. Sola etenim humilitas virtus est, ut dicit auctoritas, quæ custodit hominem in tentatione, ut illi non crepent in fornace, qui non habent ventum superbiæ. Sed de his hucusque dixisse sufficiat.

AUCTORE HUGONE. *Cur id Deus permittat.*

Luc 17 10.

Etiam lapsus electis cooperatur in bonum

Ephes 5. 15

31 Satisfaciens igitur fidelis mulier de commissis, ut prædictum est, contribulati cordis et corporis sacrificium Domino jugiter offerebat, carnem propriam crucifigens cum vitiis, et concupiscentiis. Et quia visum est ei bonum et utile inde sibi Deum placare offensum, unde offenderat inoffensum; cœpit primo Deo in pauperibus restituere, quod minus juste metuebat se plerumque ab aliis accepisse; nihil sibi reservare tutum rata, quod alterius et non suum extitisset. Deinde ostium suum aperuit viatori, peregrinos hospitio recipiendo et hospites: communicabatque panem suum esurientibus egenis, quorum omnium curam pro modulo suo, necessitatesque supplebat; nunc privatim, nunc publice, ut quasi seipsam pati in singulorum passionibus singulis factis ostenderet.

Profusior post in eleemosynis Juetta

In peregrinos benefica.

32 Ceterum, quia difficile, imo quasi impossibile est inter seculares seculariter non vivere; in mundo, qui in maligno positus, conversari, et mente mundo non teneri, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea; cogitavit femina prudens non sufficere ad perfectionem virtutis suæ dare pauperibus pro Christo, nisi et seipsam Christo impenderet: cœpit totius vitæ suæ statum, quem gerebat, quasi nihili æstimare, si non ad pensum vitæ emendatioris adhuc superadderet, sciens sibi a vero reddendum fore Samaritano, quidquid in collationem tam sui, quam eorum quæ habebat, pro Christo supererogaret, ultra id quod ad salutem sufficiebat animæ. Perpendensque de facili id non posse fieri quamdiu inter seculares viveret, (mores enim, ut quidam ait, a convictu formantur:) nec posse perfecte se habere cor sursum

Vult solitaria vacare pietati.

AUCTORE HUGONE.

sursum nisi et facientenus relinqueret mundum, et ea quæ in mundo sunt, cœpit concupiscere aliquem solitudinis locum, ubi reliquum vitæ suæ tempus redimeret, astricta magis ejus servitio, cui servire regnare est.

a *Id est*, tueri. Mamburnus, mandiburnus, manburnus, mandiburgus, *tutorem significat pupillorum, patriæ aut urbis curatorem, quibusdam locis Advocatum vel Procuratorem fisci regii, aut urbis Syndicum. Etymon Teutonicum est*, a mondt *quod* os *significat, et* bar *sive* baer, *quod* paratum, præsens, nudum, apertum, *quia os esse debeat publice iis, quorum tutelam, sive* mundium, mundiburdium, mandiburdium *suscepit. Consule Kilianum, et Matthiam Martinium in Lexico.* b *Si periculi particeps sis, aut id justa æstimatione redimas, nec aliunde negotiatio illa tuo statui vetita sit, nullum admittes peccatum, ut pulchre exponit Lessius de jure et justitia lib. 2, disp. 25, dub. 3 et passim nostri Theologi, licet alii quidam dissentiant.*

CAPUT X.

Quomodo abrenuntiavit seculo, et servivit leprosis.

Leprosorium Huense

Erat in territorio ejusdem villæ locus haud procul extra muros super Mosam fluvium, ubi mansio erat infirmorum, qui vulgo dicuntur leprosi, unde et locus nomen accepit. Fuit in eo loco ecclesiola quædam vetus, et præ nimia vetustate sui pene casum minitans, in qua interdum Missarum agebantur sacramenta infirmis, licet raro. Nam quia pauper erat locus, et nulli Ecclesiæ redditus, vix inveniebatur qui Missam in loco celebrare vellet, aut bis in hebdomada, nisi religiosi quique Sacerdotes, quos interdum devotio eo trahebat, aut caritas invitabat. Nempe cum essent numero brevi et paucissimi incolæ ejus loci, aut rarus esset tunc temporis qui leprosis communicare, ne dicam servire, dignaretur, cogitans mulier religiosa, adhuc pene juvencula, utpote annorum circiter viginti trium, quod sicut inter cuncta humanitatis officia, nihil vilius quam servire leprosis, ita et nihil hunc excellentius merito, recordataque scripturæ dicentis: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, cœpit velle ex toto se ad eosdem transferre infirmos, relictis omnibus quæ possidebat, ut et vilior in conspectu fieret hominum, et gratiosior in conspectu efficeretur Dei, qui humilia respicit, alta vero cognoscit a longe. Petebat enim semper a Domino præ cunctis virtutibus virtutem humilitatis veræ, quæ religionis fundamentum est stabile: nec exterius periclitari quis de facili posset per culpam, cui humilitas jugis in corde, beneficium virtutis intro semper impendit. Denique ut humilis humilior fieret adhuc, (humilibus Deus dat gratiam) coram humilibus, id est, leprosis, et decumbentibus humiliare se voluit, cunctorum necessitatibus humiliter subserviens, ut semper eam humiliorem efficeret intus quotidiana servitus, foris repræsentatio ministerii vilis. Sed quid diutius immorer dictis, cum factis illa moras omnes abruperit? Quod pio conceperat animo intus, cito extra perducere ad effectum voluit, ne propositum tam salubre, tentatio ulla rei alterius disturbaret, aut vitæ sollicitudo præsentis alteraret, quia temporaneus nimis nemo, tardus vero omnis esse potest ad opus bonum: sæpe enim nocent differre paratis.

Eccli. 3. 20.

Studiosa humilitatis Juetta

Servit leprosis omnibus admirantibus

34 Dispositis ergo rebus, domo, et filiis, invitis amicis omnibus et patre, quia mater jam dudum ejus religiosa vita discesserat, ad memoratum se locum transtulit admirantibus universis totius habitatoribus villæ, mulierem juvenculam, quæ in meliori statu consistere secundum seculum videbatur vitæ, divitiarum, et ætatis, spreta mundana gloria, tantam appetere miseriam, et miseriam omnibus miseriis graviorem, videlicet servire, et cohabitare leprosis. At illa quasi tunc primum vivere et esse inciperet, accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum per omnia, et in omnibus viriliter agens circa frequens ministerium infirmorum, et in tantum humiliavit se in oculis omnium: ut etiam ea quæ viles personæ agere dedignabantur servitutis officia, ipsa vultu hilari, et fide non ficta perficeret.

Confluunt multi ad eam videndam

35 Dilatataque est intantum fama nominis ejus in brevi, quod ab omni circa regione venirent ad eam personæ venerabiles utriusque sexus, et religiosi videre eam. Videbant siquidem eam ponentem infirmis mensam, fundentem aquam manibus, insuper et pedes manusque leprosorum lavantem, cum ipsimet eos lavare non possent; vestimenta eorum lavantem et excutientem, leprosos decumbentes lectulo ponentem, de lectulo levantem, et cuncta sancta obsequia fideliter exhibentem, et indefesse cum tanto studio, et reverentia, ut in omnibus esse Christum crederet, et Christum revereri videretur in singulis. Super hoc multi intuentium compungebantur, multi ejus exempla imitari gestiebant, multi virtutis ejus amore accendebantur ad faciendum simile: quidam etiam ex iis qui videbant, aut in seculo efficiebantur meliores, aut sanctæ conversationis studium relicto seculo amplexabantur: plures quoque, qui quod videbant imitari non poterant, precabantur ei prospera, et perseverantiam in iis omnibus, omnes tamen ædificabantur in melius in ejus aspectu et alloquio, licet non æqualiter omnes, sed unusquisque in suo ordine, prout Deus unicuique divisit.

CAPUT XI.

Quomodo ipsa optavit fieri leprosa.

Optat fieri leprosa.

Nec sub silentio prætereundum videtur, quod ut magis a Domino posset mereri sancta mulier, suppliciter Deum exorabat, ut si de ejus gratia fieri posset, efficeretur et ipsa leprosa, ut nihil ei in virtutis deesset consummatione et gratia; mundoque huic magis efficeretur vilis et despecta. Siquidem hujus rei desiderio et gratia manducabat et bibebat cum leprosis, lavabatque se de aqua balnei ipsorum minuebat quoque eis ipsamet sanguinem ut sanguine eorum inficeretur, ut sordes attraherent sordes, et lepra efficeret lepram, et morbus traheretur a morbo. Vide, quæso, humilitatem mulieris humillimæ. Vide eam quæ sufficit, eam quæ abundat, eam quæ superabundat: sufficit in eo quod leprosis cohabitabat, abundat in eo quod serviebat, superabundat in eo quod ut leprosa et ipsa efficeretur optabat. Vide fidem firmissimam, certissimam spem, caritatemque perfectam in omnibus. Vide, quæso, feminam plusquam virum agentem. Considera laborem, sollicitudinem approba, commenda intentionem, propositum lauda, amplectere studium, virtutem imitare congaude devotioni, desiderium sequere, admirare perseverantiam in his omnibus; perseverantiam dico non diei, non anni unius aut duorum, sed continue annorum circiter undecim.

Undecim annis servit leprosis

Semper intenta orationi

37 Inter hæc tamen sedulæ officia servitutis, et hospitudines Liæ, non obliviscebatur Rachelitica pulchritudinis: sed velut Moyses nunc in castris populi sollicitudinem gerens, nunc in tabernaculo fœderis Dei expectans responsa, quidquid ageret, foris, intro tamen semper ipsa eadem perseverans, non diebus, neque noctibus vacabat a collo quiis divinis et oratione. Et licet circa frequens ministerium Marthæ foris videretur occupata semper, et turbari erga plurima, cum Maria tamen æternæ veritatis contemplationi intus semper intenta, pulchra varietate distinguebatur a singulis: ita quod si in officio Marthæ eam videres, semper Martham æstimares, si vero Mariam, alteram quam Mariam semper equidem esse minime dubitares. In his autem omnibus tantam et Dominus contulerat gratiam, ut qui semel ejus usus fuisset colloquio, vix ab ejus consortio divelli posset. Unde et factum est ut plures tam de memorato oppido, quam de villulis circumjacentibus viri et feminæ, dulcedine familiaritatis ipsius allecti, relictis quæ habebant in seculo, ad eundem se transferrent locum, plerique etiam cum rebus suis ut ejus fruerentur alloquiis et disciplinis instituerentur.

Virtutem imitantur

CAP

CAPUT XII.

Quomodo spiritum habuerit prophetiæ frequenter.

Prædicit amplianda loca pro sororum ædificia

Verum cum locus idem divitiis pauper et omni abundans rerum penuria, ædificiaque aut pauca aut semidiruta; nihilominus tamen confortans beata mulier universos : Viriliter, inquit, agite et confortetur cor vestrum in Domino, quia adhuc modicum, et faciens faciet Dominus misericordiam suam cum domo hac, et dilatabit terminos ejus, et ædificabitur Domino ecclesia grandis in loco isto Et erunt Sacerdotes psallentes in ea jugiter, et construentur ædificia de novo omnia, morabunturque in eis conventus diversorum, et prosperans prosperabitur locus iste, et erit sublimis memoria ejus in terra hac, servieturque in eo Domino in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus usque in æternum. Verumtamen ne nos mora terreat quasi deferri debeant quæ prædico vobis, usque in senectam et senium credite in Deum, et scitote pro certo quod oculi mei videbunt hæc quæ prædico, nec enim præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Visa sunt autem omnia hæc ante oculos audientium tamquam deliramenta aut somnia dormientium, quia numquam aut vix contingere posse sperabant diebus suis, quod mulier prædixerat fidelis. Quomodo autem id præscierit, manifestum est, quia Dominus ei revelare dignatus est. Quando autem aut quali ordine hæc ei sint ostensa, quia humilitatis caussa aperire cuiquam noluit, nescitur usque in hodiernum diem. Constat autem certissime, quod spiritum prophetiæ frequenter habuerit a Domino, sicut in sequentibus evidenter poterit intelligi.

CAPUT XIII.

De conversione patris ejus ad Dominum per ejus merita et orationes.

Orat pro patre

Interea orante Beatissima ad Dominum ut illuminaret oculos patris sui, ne quando obdormiret in morte miserabilis vitæ, quam gerebat; exaudivit Dominus orationem ejus, misitque de excelso ignem in ossibus patris ejus, et spiritum ei compunctionis immisit, quo et præteritorum actuum suorum pœnitudine repente est correptus, et concepit affectum vitæ suæ emendandæ in melius spiritumque timoris Dei. Subitoque mutatus in virum alterum, abrenuntiare seculo totaliter voluit. sed quia hoc sine Episcopi licentia et assensu fieri tutum sibi fore non est arbitratus, utpote rerum suarum dispensator; nactus tandem opportunitatem loci et temporis, Episcopum adivit, aperuitque ei supplex intentionis suæ propositum, et quidquid habebat in cordis desiderio humiliter eidem exposuit. Qui intelligens ex voluntate laborum ipsius cor ejus visitatum a Domino, licet carere ipso difficile posset in suis negotiis, noluit tamen bonum ejus propositum, quod ad salutem pertinebat animæ, impedire, propter aliquod lucri emolumentum temporalis, licentiamque ei, quam postulaverat, benigne annuit.

Convertitur pater ejus

40 Attamen diligenter eum admonuit, ne districtioris vitæ sibi propositum assumeret tam præpropere, ne voti eum contingeret pœnitere forte, et fieret novissimus error pejor priore: consuluitque ei, ut se transferre vellet ad *a* Novum monasterium, claustrum ordinis regularium, situm in suburbio prædicti oppidi, ubi per aliquod tempus degens cum Fratribus sustineret, donec videret utrum processu temporis sufferre posset rigorem disciplinæ arctioris; et in hoc saluti ejus consulens, quia bene noverat complexionem viri, timebat enim valde Episcopus ne non pati diu deberet alicujus professionem ordinis. Annuit ille consilio et monitis Episcopi: assumptumque hominem secum Episcopus ipsemet ad cœnobium usque perduxit, et cum summa diligentia eum Patri monasterii, necnon et Fratribus commendatum dimisit, rogans et præcipiens universis, ut tantum ei honoris et gratiæ impendere singuli studerent, quantum suæ ipsius personæ si præsens esset cum eis. Et statim factum est ita.

a Consilio Episcopi experitur prius religionem institutam

Auctore Hugone

41 Porro procedente tempore, videns quod nimius ei honor exhiberetur a Fratribus, quodque laute nimis viveret et laxe, tam in vestitu, quam in victu; nec hoc expedire eo quod homo erat peccator, et indigeret pœnitentia, accepta licentia a Patre monasterii, de consilio filiæ, cellulam sibi construi fecit in latere ecclesiolæ, ubi mansio erat infirmorum et filiæ, in qua perpetuæ reclusioni se mancipare disposuerat, ad luenda et diluenda per pœnitentiam peccata quæ commiserat. Reminiscens tamen voti quod aliquando B. Jacobo voverat, videlicet quod ejus inviseret limina in Hispaniis, primum ire disposuit, post reditum suum a B. Jacobo, reclusurum se in cellula memorata proponens, sicut filia pariter et ipse condixerant. Sed secus factum est, quam condictum: nam etsi homo proponat, Deus disponit, et multo disponit Deus hominum melius, quam homo proponere possit, quamvis plerumque bonum videatur homini quod proponit. Rediens enim homo completo peregrinationis voto, mutavit consilium, sed non propositum, nisi forte in melius, consilioque usus saniori tam religiosorum, quam filiæ, intravit ordinem Cisterciensem, et deposito veteri homine cum vestibus suis, induit novum in cœnobio Villariensi ubi postmodum religiosam valde vitam ducens, et probatus factus per omnia, in pace et pœnitentia laudabili diem clausit extremum. Inventa sunt autem in corpore defuncti aspera pœnitentiæ indicia, quibus vivens fuerat usus homo Dei, id est, cilicium ad carnem, et cinctoria quædam ferrea, quibus carnem suam mundo huic crucifixerat, et mundum sibi, ut ejus spiritus soli viveret Deo.

Honorem fugiens discedit e monasterio

Vult se recludere.

Peregrinatur ad S. Jacobum

Fit monachus Villarii.

Pie et austere vivit

a Est et juxta muros Hoienses, a Petro Eremita ædificatum, ut 8 Jul. ad ejus vitam dicemus

CAPUT XIV.

Quomodo includi se fecit ancilla Domini Juetta.

Sic patre, sic filio, qui in albis decesserat, ad sedes transmissis feliciter æthereas, senioreque filio destinato similiter in monachum ad Ecclesiam *a* Aureævallis, ordinis Cisterciensis, quasi exoneratam se sentiens a cunctis vitæ sollicitudinibus præsentis, sub districtioris adhuc voti proposito mulier devota Domino servire disposuit, omissoque ministerio Marthæ, in partem Mariæ, quæ optima est, totam se contulit: atque in cellula, quam patri secus ecclesiam construxerat, per manum venerabilis viri Abbatis Aureæ-vallis, qui præsens tunc aderat, se fecit includi, columba Christi jam reipsa et quasi specietenus fieri incipiens, in foraminibus petræ et in caverna maceriæ. Exultavit siquidem eo die quasi in die desponsationis, quasi in die lætitiæ cordis sui, ac si Christo jam obviam ferretur in aera: cœpitque cum tanta lætitia cordis sui accingere lumbos suos fortitudine ad currendum viam angustam et arctam quæ ducit ad vitam, ac si nihil esset quidquid pro Christo ante fecerat, ut quasi factis dicere videretur: Nunc cœpi, sicque facta est hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Senior Juettæ filius fit monachus in Aurea-valle

a

Ipsa includi se curat

43 Posteriorum igitur oblita totisque se viribus in anteriora extendens, sequebatur ad palmam supernæ vocationis. Sed ecce diabolus videns propositi ejus constantiam, et quasi eam obfirmasse faciem suam ut iret Jerusalem, sumpto sibi in auxilium universo Amalec, qui populus interpretatur lingens, id est, universo genere cogitationum malarum, delectationumque carnis, ceterisque vitiorum agminibus, quibus impediri potest iter salutis, dedit se obviam ancillæ Dei, ut si corpore non posset, vel corde saltem

Variis tentationibus impugnatur

Auctore Hugone.

Hebr. 13. 5. *1 Cor. 10. 13.* *Corpus macerat.*

cogeret reverti eam super ollas carnium Ægypti, quibus tanto perniciosius quanto delicatius in Ægypto mundi hujus fuerat enutrita. Verum ipsa perpendens victoriam fieri non posse ubi pugna non est, nec coronari posse quemquam nisi vicerit, quia non coronabitur nisi qui legitime certaverit; sciensque fidelem esse qui repromisit dicens: Non te deseram neque derelinquam in tempore malo. Fidelis enim, ait Apostolus, est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, id est, virtutis augmentum, ut non solum sustinere possitis sed et vincere; sumpsit in omnibus scutum fidei et orationis, in quo omnia tela inimici ignea patienter excepit et extinxit. Et quia incentivum carnis et cogitationis iniquæ dæmonium non ejicitur nisi in oratione et jejunio, castigabat corpus suum, et in servitutem illud redigens, carnem spiritui, ancillam dominæ servire cogebat, mundum crucifigens sibi, ut nec mundum diligeret, nec ea quæ in mundo sunt, et se crucifigens mundo ut mundus nihil suum in ea recognosceret, velut in duobus mortuis neuter neutrum videt.

a Aureæ-vallis, vulgo Orval, ordinis Cisterciensis Abbatia in Ducatu Lucelburgensi tribus fere ab Ivodio oppido leucis

CAPUT XV.

De visione prima quam vidit, et quomodo per beatam Virginem Mariam liberata est.

Sed o quam occulta judicia tua, o stelliferi conditor orbis! o quam investigabiles viæ tuæ Domine Deus! Venite et videte omnes qui timetis Deum, quam terribilis in consiliis super filios hominum, quam terribilia opera ejus, et omnes viæ ejus judicia: et quis cognoscet ea? Ecce enim ut justus justificetur adhuc, et sanctus sanctior fiat, bonus melior, et melior optimus, apposuit Dominus facere cum ancilla sua misericordiam et judicium: et non solum propter eam sed propter nos, ut quæcumque facta sunt ad doctrinam nostram facta sunt, quia sæpe corripitur justus ut timeat peccator.

Monetur divinitus ut pœnitentia peccata levia expiet.

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet loquitur Poeta. Ecce post diuturnam et laudabilem conversationem vix ulli imitabilem, post juges corporis afflictiones et lacrymas, post tantum pœnitentiæ rigorem et virtutum gratiam, monetur ad satisfactionem adhuc de præteritis; et heu! ut modo se habet mundus iste, de minimis. Quid est quod agitur dominator Domine? Homicidia et facta excessuum enormium fuisse poterat mulier hæc, et tu de minimis eam sollicitas, quasi nondum de levioribus tibi sit satisfactum, gravioribus certe deletis per pœnitentiam jam dudum. Magna remisisti quia misericors es, et cur minora non condonas? Sed proprium tibi est mirabilem esse in Sanctis tuis, investigabilem in operibus, imperscrutabilem in judiciis: temerarium vero hominum, mirabilium tuorum discutere velle profundum. Justus quidem tu es Domine Deus, si disputem tecum, justus, et rectum judicium tuum, quia mirabilem te esse nihil est aliud quam Deum esse, et Deum te esse nihil est aliud quam esse mirabilem.

Videt Christum quasi ad judicandum venisse.

45 Igitur excursis diebus aliquot, postquam habitare secum cœpit in cellula, nocte quadam, cum post orationes et lacrymas lectulo reclinasset caput, rapta per spiritum vidit, et ecce Filius hominis bajulis descendens manibus, sedit tanquam Judex ad judicandum, adstantibus in circuitu ejus diversis Angelorum ordinibus. Vidit etiam a dexteris sedentis in throno considentem Judici feminam reverendæ faciei et habitus, quæ inæstimabili decoris gratia transcendere videbatur omnem mundi pulchritudinem, ut merito nil aliud posset æstimari quam illam esse, cujus pulchritudinem sol et luna mirantur, Regina cælorum, Angelorum Domina, mater Dei, gloriosa virgo Maria.

Cujus ad imperium, ut quidam ait, cælestis regia pendet. Quid plura? dies illa judicii, dies iræ, tribulationis et angustiæ judicandis, nec quispiam inter omnes reperiri poterat qui non ad judicantis aspectum horroremque judicii contremisceret.

Intercedit pro ea ne tristis feratur sententia, B. Virgo.

46 Discussumque est de actibus singulorum singulis, donec judicium ad ipsam in ordine devolutum est. Illa quomodo aut quid Judici respondere posset ignorans, gravem pro quodam commisso sententiam ferendam contra se cognovit in spiritu, et intremuit cœpitque flere amarissime. Quid faceret? quo se verteret a facie imminentis sententiæ, cum non pateret fugiendi locus? Erexit tandem ad considentem Judici misericordiæ matrem oculos humefactos a fletu, et ut sui misereretur, supplex manibus expansis ad eam cum gemitu postulare cœpit, affectibus oculorum et cordis, quia appropinquare ei, ut sibi videbatur, aliter non poterat. Quid multa? Appropinquabat hora ut tristis in eam sententia ferretur, et ecce surrexisse visa est de solio gloriæ suæ mulier quæ sedebat in dextris, et ante thronum Judicis filii sui unigeniti humillime procumbens, ut ancillæ suæ misereretur, rigoremque judicii vertere dignaretur in misericordiam, affectuosissime rogare cœpit. Judex quasi faciem averteret indignans, graviter peccasse feminam in se, et digne meruisse pœnam concionabatur cum matre. Cum e contra mater, Verum est, inquit, o fili, quod peccavit quidem a diebus juventutis suæ, sed digne satis peccata per diuturnæ luit lamenta pœnitentiæ: licet peccatum, pro quo nunc patitur, singulariter forte sicut debuit non deplanxerit, quia ignorans peccavit, et peccati sui magnitudinem non plene cognovit usque modo. Sed mihi, quæso, peccatum et peccati pœnam condona, fideique meæ dimitte eam quæ peccavit: non enim separabor a te, donec cum remissione peccati impendas ei beneficium amoris tui et effectum gratiæ. Sed quid est vel esse potest quod matri filius, sponsus sponsæ, amicus amicæ, caro sanguini valeat denegare? Os enim ex ossibus ejus, et caro de carne ejus est. Fiat, inquit Filius, o mater, quod petis: ego quidem ei peccata remitto; ipsam vero tibi committo, tuo nomini tuoque eam specialiter assignans amori et obsequio. Et ex illa hora accepit eam misericordiæ mater in sua, blandeque consolans lugubrem, et per manus illam assumens, manibus Filii repræsentat, qui osculo oris sui eam sibi reconcilians, reddidit eam matri suæ, Mater, inquiens, ecce filia tua: hanc tibi commendo, velut propriam, velut ancillam perpetuo peculiarem: hancque ut tuam custodi, protege, et guberna. Hæc eo loquente solutum est judicium, cessavit visio, restitutaque sensibus corporeis mulier fidelis est. Et qui audivit ex ore ejus testimonium perhibuit, et scimus quia verum est testimonium ejus.

Consolatur eam B. Virgo et ut a filio commendatur.

Quod fuerit peccatum ei in judicio objectum.

47 Porro si scire quis velit quid vel quale extiterit peccatum, pro quo tam gravis eam manebat sententia, illud idem esse arbitror quod in primordiis libri hujus commemoravimus, videlicet quod, ut a lege viri libera effici posset, mortem viri ultro expetierat: quod tamen peccatum, quia inter peccata cogitationis vel voluntatis illicitæ comprehenditur, quasi unum de levioribus aut corrigere neglexit, aut confiteri tamquam oblivioni traditum, maxime cum in ejus intentione non perseveraverit forsitan diu. Constat tamen quod ex visione hac non mediocriter profecerit in perfectione virtutum, et cautior facta est postmodum in cunctis operibus suis.

CAPUT XVI.

De humilitate ejus magna.

Semper peccatorum suorum deinceps memor.

Recordabatur siquidem dierum adolescentiæ suæ, et delicta juventutis suæ commemorans, singula quoque districta animadversione discutiebat, ita quod etiam in pluribus agnosceret culpam, ubi culpa non

erat,

se visum videre adhuc, et quidquid faciebat opus credebat visionis nocturnæ.

58 Surgens autem et quasi post multos circuitus errorum, veniens in forum rerum venalium jam die media, stabat hærens animo, et ecce obvia ei facta est mulier conspicuæ faciei et habitus, quam tamen non agnoscebat, nec se aliquando vidisse meminerat; salutansque ipsum dixit : Salutat te mater tua, o juvenis, demandatque tibi ut revertaris ad eam, quia necesse tui habet. His dictis mulier pertransiit, nec videre eam amplius potuit ille. A virtute tamen verborum, quæ audierat, statim motus et mutatus in virum est alterum, dispositisque quæ habebat, absque omni dilatione reversus est ad matrem et ad fenestram cellulæ ejus. Quem mater deligentius intuens, quia jam longius putabat peregre profectum : Tu quis es? ait. At ille : Ego sum, inquit, filius tuus. Quid vis, quia vocasti me? Paullulum hærens illa, nec reminiscens eum se mandasse per aliquem, fluctuabat animo, quid sibi vellet res hujusmodi, divinum tamen esse quod agebatur penitus non diffidens, inter spem vero et metum adhuc posita, et certius instrui volens de præmissis : Quomodo, ait, venisti fili mi et quænam est voluntas tua? Veni, inquit, ad te paratus facere voluntatem tuam : tantum edicito quid me facere velis. Narravitque per ordinem cuncta quæ ei acciderant, et quod in simplici corde venisset, cum jurejurando protestatus est. Hæc illa audiens, intelligensque opus Dei esse quod gerebatur, et non hominis; elevatis in cælum oculis, protensisque manibus ad Dominum cum lacrymis : Gratias, ait, tibi Deus, gratias tibi, bone Pater, quoniam exaudisti vocem ancillæ tuæ, nec fraudare me voluisti a desiderio cordis mei antequam morerer. Ecce jam læta moriar converso filio uteri mei ad te Deum meum, et superstite relicto eo in gratia tua. Sic detinens apud se per dies aliquot filium, congratulabatur ei tamquam si de morte revocatus esset ad vitam. Et vere sic erat. Sumebant autem panem pariter cum gratiarum actione et lætitia spiritus. Nec arbitrandum reor quod omnino pertransirent epulæ spirituales matris cum filio absque lacrymis, ut merito et juxta simplicem textum historiæ dicere posset femina laudabilis : Potum meum cum fletu temperabam, et calix meus inebrians quam præclarus est!

Per quamdam mulierem revocatur ad matrem.

Ex se totam emendationem spondet.

59 Evolutis igitur diebus aliquot, cum persuadere tentaret filio, ut ad aliquod cœnobium se transferre vellet Cisterciensis ordinis, respondit ille, nulla se id facturum ratione, nisi primo sacras litteras didicisset. Mirari omnes, quibus res innotuit, cœperunt, et quasi aut non sanæ mentis esset hic sermo, aut puerilis omnino, ridere nonnulli : veruntamen consulendum fore arbitrati sunt quidam altius intelligentes rem, prout erat, ceteris, ut secundum verbum juvenis transmitteretur ad scholas, saltem diebus aliquot in brevi enim sciendum fore, utrum sermo hic esset a Deo an non. Quid multa? Remittitur ad prima rursum elementa adolescens jam pene vir adultus, et in brevissimo spatio temporis plus quam credi possit profecisse visus est; ita ut etiam eos qui ab infantia scholas frequentaverant in brevi spiritu sapientiæ et intellectus transcenderet amplius. Nec mirum. Nulla quippe in discendo mora est, ubi in docendo Spiritus sanctus magister est, qui ubi vult spirat, quantum, quando, et quomodo vult. At ubi competenter instructus est, secundum consilium matris transtulit se ad Ecclesiam *a* Trium-fontium Cisterciensis ordinis, et in tantum profecit quod post non multum temporis sacerdotii gradum feliciter adeptus est, defunctusque post diuturnam et laudabilem pœnitentiam ibidem in consummatione virtutum.

Addiscit litteras.

Fit monachus.

a Trium fontium [illegible]

CAPUT XXI.

De consummatione operum, quæ beata mulier futura prædixerat.

Auctore Hugone, ex MSS.

Fama itaque mulieris sanctæ, velut fragrantia odoris aromatici, jam diffusius inolescente circumquaque per provinciam, adjunxit se ei religiosa quædam mulier ac timens Deum, Margareta nomine, et alii quidam promiscui sexus et ætatis, viri et feminæ, cupientes sanctissimæ mulieris institui disciplinis. Et benedixit Dominus loco eidem et personis propter ancillæ suæ merita, adeo quod divites facti sunt tam in temporalium sufficientia rerum cum caritate, quæ nullas in angusto novit angustias, ut quidam ait; quam in multiplicatione personarum commanentium in loco, sicut olim Spiritu sibi revelante Sancta Dei prædixerat, antequam quidquam fieret a principio. Ædificiis veteribus dirutis nova ædificata sunt, domus magnæ et multæ, ecclesia grandis et ampla sumptuosique operis satis, Sacerdotes tres celebrantes divina in ea jugiter, redditusque eis procurati competentes. Cellulas etiam duas extra muros ecclesiæ ad Occidentem fieri instituit, unam sibi, alteram cuidam juvenculæ, eximiæ virtutis et gratiæ, Agneti nomine, quæ eodem tempore ut soli Deo viveret, mundo moriens, in ea, de benedictione et licentia Domini Leodiensis Episcopi, inclusa est. Alteram quoque puellam, quam secum ex eodem oppido oriundam nutrierat ab infantia, bonum habentem testimonium, probatæ conversationis, opinionis ac famæ, quia salutem ejus ferventi sitiebat spiritu, de licentia itidem Episcopi secum in cella propria fecit includi, quæ tamen necessaria eidem jam seni plurimum fore comprobata est in ministerio. Hæc testis virtutum ejus, et operum relatrix vera, post decessum Sanctæ hujus non absque dispensatione divina, ut arbitror, relicta est, ut per ipsius testimonium constare posset hominibus, quæ vel qualis extiterit meriti apud Altissimum, cujus conversatio et sanctitas mundo fuit hactenus tam abscondita.

Multi se Juettæ instituendos tradunt.

Locupletatur leprosorum.

Ecclesia ædificatur, domusque amplissimæ.

Ubi virgines inclusæ.

61 Nec sub silentio prætereundum est, quod perfectis quæ loco aut operibus competebant, consummatisque omnibus, sicut in præsentiarum cernere est, antequam ex hoc seculo ancillam Dei migrare contingeret, universa pene debita expensarum sumptuumque sunt soluta, quibus omnia initiata, acta, peractaque ad unguem sunt. Testor siquidem Deum Deique virtutem, a veridicis personis ac laude dignis me nuper accepisse, quod in initio totius structuræ magnorumque operum vix triginta solidos argenti Sancta Dei præ manibus habuerit, quibus operari cœptum est : et ita Deus cuncta postmodum administravit, necessaria operibus consummandis, quod vix sciri queat usque hodie, unde vel quomodo perfecta sint omnia hæc. Disciplina quoque in diebus ejus admodum invaluit in loco, adeo quod regulariter et secundum ordinem viverent omnes tam leprosi quam incolumes, seorsum viri per se, et seorsum feminæ, communi cibo potuque et vestibus contenti omnes, secundum institutionem a Patribus editam.

Sumptus ad ædificandum ei mirabiliter suppeditatus.

Fervet illius disciplina.

CAPUT XXII.

De quodam Sacerdote, qui propter infamiam amotus est.

Post hæc autem excrescente innumerosa segete servorum et ancillarum Dei in eodem loco, recondenda in thesauros domus Domini, concreverunt simul et zizania, licet tamen inimico homine seminante [illegible], cito disponente Veritate [illegible] sublata sunt de medio, ne modicum fermentum totam corrumperet massam. Nec enim possunt esse discipuli sine Juda, nec granum absque palea, nec Abel esse potest quem Cain malitia non exerceat. Fuit Sacerdos quidam in loco manens, qui oculum male deliquerat

 in

Auctore Hugone

CAPUT XIX.

De malignitate et conversione filii sui.

Filius ejus dissolute vivit.

Quapropter videns se diabolus nihil posse proficere in sancta Dei, ad callida se vertit argumenta malitiæ et nequitiæ; domesticum et familiare suscitans ei malum in carne propria, id est, in filio, qui adhuc foris erat in seculo cum amicis, ut mens intenta filiolo aliquantulum temperaret a Dei laudibus, tamquam quæ filii uteri sui mater misericors oblivisci non posset. Is enim filius male adultus, mox ut infantiæ exuit annos, in sensum reprobum totum se ipsum contulit : et quidquid habebat vel habere poterat in usus expendebat pessimos, cum coætaneis juvenibus æque lascivis, quibus luxus cordi est et amare vitia, quos quasi victor jam omnium, omnes immanitate scelerum superabat. Qui tandem diu in criminum vitioso mari navigans, decidit in Scyllam desperationis miser, ut nihil omnino intentatum relinqueret, quidquid luxurianti occurrebat animo. Quid plura ? De multis et maximis vitæ suæ periculis frequenter erutum, matris orantis pro eo jugiter orationes conservabant, et merita, de quibus quandoque et præter spem hominum utcumque evasit semper impunis.

Orat pro ejus conversione mater

54 Demum nuntiantur matri actus et vita infelicis filii, quem mater vellet ante mortuum aut se numquam genuisse, quam vitam nuntiari sibi de eo hujusmodi. Instat tamen orationibus, rigatur lacrymis, affligit corpus, humiliat animam, tundit pectus, vellit caput, torquetur intus et extra pro filio obnoxio mater innoxia, duo offerens, unum optat e duobus, aut mortem sibi, aut filio vitam; vitam dico, non qualemcumque, sed vitam qua Deo vivitur. Nulla enim mors amarior ei esse poterat, quam omni morte gravior vita quam ducebat filius: nec spiritui ejus bene esse poterat, quamdiu caro de carne ejus, id est filius, tam pessime vivens, membrum esset diaboli, refuga Dei, incentor malorum, bonorum persecutor, filius perditionis sibi, matri lapis offensionis, et petra scandali proximis. Sic equidem exercebatur et scopebat spiritum suum, laborabatque denuo parturire gestiens ut pareret Deo, quem mundo pepererat prius, fieretque filius Dei per adoptionis gratiam, qui servus peccati et filius erat iræ ex propriæ merito iniquitatis. Aperit nunc amicis dolorem, quem intro patiebatur pro filio : nunc advenientes quosque ad se consolandum precatur, hortatur singulos, universos devotissime exorat, ut pro moriente filio Dominum interpellent, tanto celerius exaudiri sperans pro misero, quanto plures plurium pro eo Domino offerrentur preces et vota.

Et aliorum preces implorat

Adest filium ad se [illegible]

55 Inter hæc tamen rogat filium adduci ad se : vocatus adest ante fenestram cellulæ ancillæ Christi, cruenta bestia. Alloquitur filium mater, arguit, increpat, obsecrat cum omni humilitate et modestia, producit lacrymas indices doloris interni; et in quanta sit amaritudine anima ejus intus, quia verba sunt mentis signa secundum Grammaticos, ex signis facile conjici poterat exterioribus. Ad vocem igitur gementis, et defluentes per maxillas lacrymarum rivulos, velut ad hircinum stillicidium sanguinis, scinditur obstinati cordis adamas, mollitur affectus, inclinatur cervix, lentescit rigor pertinax, compungitur peccator, fatetur culpam, agnoscit errorem, precatur veniam de præteritis, spondet de futuris spem meliorem correctionis secuturam in brevi : vexatio quippe matris intellectum dabat auditui ejus, licet ad tempus. Timebat etenim si diutius sineret iis doloribus propter se affici matrem, cujus sanctitatem noverat jam dudum, ne judicium divinæ ultionis cum in eo quo erat loco prosterneret, unde etiam præter longam nihil meditabatur. Ideoque quanto citius potuit, accepta a matre recedendi licentia, quia nulla societas luci ad tenebras, consolatur mœrentem, rogat ut a lacrymis temperet et parcat ultra doloribus : demumque ut excusaret excusationes suas in peccatis, caussas malorum adscribit partim adolescentiæ, partim sociis criminum, tamquam qui ipsum ultro allicerent ad vitia : nec amodo sollicitari eam debere de sui ad Dominum conversione, eo quod bona ei de se nuntiari posse non dubitaret in proximo : et sic in corde et corde cuncta locutus, egressus est a facie Domini infelix Cain.

Is ficte spondet emendationem

56 Rediens ergo ad socios scelerum reviviscit in scelus : copulantur iterum sicut spinæ se complectentes invicem peccator et peccatum, redit canis ad vomitum, sus lota volutatur in volutabro luti denuo, reus in sterquilinio. It rumor : fama facti volat ad matrem de perditione filii : torquetur iterum, secundo Martyr efficitur, redeunt ad genas lacrymæ, necdum prioribus plene detersis, rursus planctus, rursum clamores, rursum suspiria. Concurrunt et accurrunt vicini, parentes, et amici, et versa vice consolantur, instant, monent, et supplicant, ut temperet dolorem, parcat lacrymis, ne caussa mortis pro filio efficiatur sibimet. Sed renuit consolationem ullam accipere mater fidelis pro filio, quia non est. Misertus tandem Dominus, et finem laboribus ancillæ suæ imponere volens, exaudivit vocem fletus ejus, et orationem ejus suscepit, reddiditque ei filium qui perierat sic. Audiens, ut prædiximus, mater venerabilis sinistros rumores de filio, rursum præcipitem se ruentem in vitia ut prius, turbata nimis, nec se ultra cohibere valens præ dolore, revocavit eum ad se, et plenam per Spiritum sanctum concipiens fiduciam, præcepit ei in virtute nominis Christi, ut aut a malis suis totaliter in instanti resipisceret, aut omnino exiret de provincia, ne rumores hujuscemodi ad ipsam de cetero pervenire possent. Pariturum se miser spondet, et exire de terra velle, dummodo aliquid pecuniæ habere posset præ manibus quo sustentaretur in via. Quid multa? Creditur ei summa quædam pecuniæ super partem hereditatis propriæ. Qua accepta peregre profecturus venit Leodium, ibique disponens aliquamdiu facere moram dedit pecuniam suam ad usuram aliquot diebus.

Jubet Juetta eum vel se emendare, vel exire e provincia

Abiturus e patria, venit Leodium

CAPUT XX.

De horribili visione, quam filius suus vidit.

Per spiritum videt se pertrahendum in infernum

At cum venit plenitudo temporis a Patre misericordiarum præfiniti, tempus, inquam, miserendi ejus, vidit nocte quadam per spiritum, quasi tractum se ad tribunal Judicis, et tristem ab eodem Judice mortis atque pœnarum excepisse sententiam, traditumque sathanæ in interitum carnis. Acceptum siquidem deduxerunt tortores, et irruentes in miserum crudeliter absque miseratione ceciderunt, horrenda laceratione sævientes in ipsum, animamque ei de corpore fuscinulis et forcipibus flammivomis extrahere nitebantur, æternis concremandam ignibus, et ardoribus sempiternis sine fine cohabitaturam. Inter has passiones corporis ut sibi videbatur et timores animæ recusantis egredi, timores, dico, omni morte graviores, omni diriores passione, cum levaret oculos suos circumspiciens undique, ut videret si esset qui auxiliaretur, repente adstitit quasi quidam Principis nuntius, qui ait tortoribus illis : Nolite cædere ultra eum, nec mittatis ad animam manus ultra, quia triennii adhuc inducias a Domino accepit ob matris suæ merita : et videbimus utrum emendari in melius debeat ex hac gratia quam accepit, necne. Dixit et dimissus a tortoribus, vitæ et lectulo redditus est, et quasi verberum tormentorumque adhuc dorso sentiret cicatrices, quas de nocte pertulerat, tota die per plateas et vicos civitatis incedebat tristis et mœrens, ac si suspensus animo quid primum ageret, vel quo se verteret, prorsus ignoraret. Æstimabat enim se

ob matris preces dari sibi inducias trium annorum

se visum videre adhuc, et quidquid faciebat opus credebat visionis nocturnæ.

58 Surgens autem et quasi post multos circuitus errorum, veniens in forum rerum venalium jam die media, stabat hærens animo, et ecce obvia ei facta est mulier conspicuæ faciei et habitus, quam tamen non agnoscebat, nec se aliquando vidisse meminerat; salutansque ipsum dixit : Salutat te mater tua, o juvenis, demandatque tibi ut revertaris ad eam, quia necesse tui habet His dictis mulier pertransiit, nec videre eam amplius potuit ille. A virtute tamen verborum, quæ audierat, statim motus et mutatus in virum est alterum, dispositisque quæ habebat, absque omni dilatione reversus est ad matrem et ad fenestram cellulæ ejus. Quem mater deligentius intuens, quia jam longius putabat peregre profectum : Tu quis es? ait. At ille . Ego sum, inquit, filius tuus. Quid vis, quia vocasti me? Paullulum hærens illa, nec reminiscens eum se mandasse per aliquem, fluctuabat animo, quid sibi vellet res hujusmodi, divinum tamen esse quod agebatur penitus non diffidens, inter spem vero et metum adhuc posita, et certius instrui volens de præmissis : Quomodo, ait, venisti fili mi et quænam est voluntas tua? Veni, inquit, ad te paratus facere voluntatem tuam : tantum edicito quid me facere velis. Narravitque per ordinem cuncta quæ ei acciderant, et quod in simplici corde venisset, cum jurejurando protestatus est. Hæc illa audiens, intelligensque opus Dei esse quod gerebatur, et non hominis, elevatis in cælum oculis, protensisque manibus ad Dominum cum lacrymis. Gratias, ait, tibi Deus, gratias tibi, bone Pater, quoniam exaudisti vocem ancillæ tuæ, nec fraudare me voluisti a desiderio cordis mei antequam morerer. Ecce jam læta moriar converso filio uteri mei ad te Deum meum, et superstite relicto eo in gratia tua. Sic detinens apud se per dies aliquot filium, congratulabatur ei tamquam si de morte revocatus esset ad vitam. Et vere sic erat. Sumebant autem panem pariter cum gratiarum actione et lætitia spiritus. Nec arbitrandum reor quod omnino pertransirent epulæ spirituales matris cum filio absque lacrymis, ut merito et juxta simplicem textum historiæ dicere posset femina laudabilis : Potum meum cum fletu temperabam, et calix meus inebrians quam præclarus est!

59 Evolutis igitur diebus aliquot, cum persuadere tentaret filio, ut ad aliquod cœnobium se transferre vellet Cisterciensis ordinis, respondit ille, nulla se id facturum ratione, nisi primo sacras litteras didicisset. Mirari omnes, quibus res innotuit, cœperunt, et quasi aut non sanæ mentis esset hic sermo, aut puerilis omnino, ridere nonnulli : verumtamen consulendum fore arbitrati sunt quidam altius intelligentes rem, prout erat, ceteris, ut secundum verbum juvenis transmitteretur ad scholas, saltem diebus aliquot in brevi enim sciendum fore, utrum sermo hic esset a Deo an non. Quid multa? Remittitur ad prima rursum elementa adolescens jam pene vir adultus, et in brevissimo spatio temporis plus quam credi possit profecisse visus est, ita ut etiam eos qui ab infantia scholas frequentaverant in brevi spiritu sapientiæ et intellectus transcenderet amplioris. Nec mirum. Nulla quippe in discendo mora est, ubi in docendo Spiritus sanctus magister est, qui ubi vult spirat, quantum, quando, et quomodo vult. At ubi competenter instructus est, secundum consilium matris transtulit se ad Ecclesiam *a* Trium-fontium Cisterciensis ordinis, et in tantum profecit quod post non multum temporis sacerdotii gradum feliciter adeptus est, defunctusque post diuturnam et laudabilem pœnitentiam ibidem in consummatione virtutum.

a Trium-fontium monasterium in diœcesi Catalaunensi ... ordinis Cisterciensis.

CAPUT XXI.

De consummatione operum, quæ beata mulier futura prædixerat.

Auctore Hugone ex Mss.

Fama itaque mulieris sanctæ, velut fragrantia odoris aromatici, jam diffusius inolescente circumquaque per provinciam, adjunxit se ei religiosa quædam mulier ac timens Deum, Margareta nomine, et alii quidam promiscui sexus et ætatis, viri et feminæ, cupientes sanctissimæ mulieris institui disciplinis. Et benedixit Dominus loco eidem et personis propter ancillæ suæ merita, adeo quod divites facti sunt tam in temporalium sufficientia rerum cum caritate, quæ nullas in angusto novit angustias, ut quidam ait; quam in multiplicatione personarum commanentium in loco, sicut olim Spiritu sibi revelante Sancta Dei prædixerat, antequam quidquam fieret a principio. Ædificiis veteribus dirutis nova ædificata sunt, domus magnæ et multæ, ecclesia grandis et ampla sumptuosique operis satis. Sacerdotes tres celebrantes divina in ea jugiter, redditusque eis procurati competentes. Cellulas etiam duas extra muros ecclesiæ ad Occidentem fieri instituit, unam sibi, alteram cuidam juvenculæ, eximiæ virtutis et gratiæ, Agneti nomine, quæ eodem tempore ut soli Deo viveret, mundo moriens, in ea, de benedictione et licentia Domini Leodiensis Episcopi, inclusa est. Alteram quoque puellam, quam secum ex eodem oppido oriundam nutrierat ab infantia, bonum habentem testimonium, probatæ conversationis, opinionis ac famæ, quia salutem ejus fervent sitiebat spiritu, de licentia itidem Episcopi secum in cella propria fecit includi, quæ tamen necessaria eidem jam seni plurimum fore comprobata est in ministerio. Hæc testis virtutum ejus, et operum relatrix vera, post decessum Sanctæ hujus non absque dispensatione divina, ut arbitror, relicta est, ut per ipsius testimonium constare posset hominibus, quæ vel qualis extiterit meriti apud Altissimum, cujus conversatio et sanctitas mundo fuit hactenus tam abscondita.

Multi se Juttæ instituendos tradunt

Locupletatur leprosorium

Ecclesia ædificatur, domusque amplissima

Aliæ inclusæ duæ

61 Nec sub silentio prætereundum est, quod perfectis quæ loco aut operibus competebant, consummatisque omnibus, sicut in præsentiarum cernere est, antequam ex hoc seculo ancillam Dei migrare contingeret, universa pene debita expensarum sumptuumque sunt soluta, quibus omnia initiata, acta, peractaque ad unguem sunt. Testor siquidem Deum Deique virtutem, a veridicis personis ac laude dignis me nuper accepisse, quod in initio totius structuræ magnorumque operum vix triginta solidos argenti Sancta Dei præ manibus habuerit, quibus operari cœptum est, et ita Deus cuncta postmodum administravit, necessaria operibus consummandis, quod vix sciri queat usque hodie, unde vel quomodo perfecta sint omnia hæc. Disciplina quoque in diebus ejus admodum invaluit in loco, adeo quod regulariter et secundum ordinem viverent omnes tam leprosi quam incolumes, seorsum viri per se, et seorsum feminæ, communi cibo potuque et vestibus contenti omnes, secundum institutionem a Patribus editam.

Sumptus ad ædificandum et mirabiliter suppeditatus

CAPUT XXII.

De quodam Sacerdote, qui propter infamiam amotus est.

Post hæc autem excrescente innumerosa segete servorum et ancillarum Dei in eodem loco, recondenda in thesauros domus Domini, concreverunt simul et zizania, licet tamen immaco bonante seminante subrata, cito disposito vero agricola sublata sunt de medio, ne modicum fermenti in totam corrumperet massam. Nec enim possunt esse duodecim Apostoli sine Juda, nec granum absque palea, nec Abel esse potest, quem Cain malitia non exercet. Fuit Sacerdos quidam in loco manens, qui oculum male demerserat

32 in

Auctore Hugone, ex MSS.

Sacerdos non caste istic conversatur

in concupiscentiam cujusdam juvenculæ, quæ cum Sancta hac morabatur, in ejus ministerio foris cellam, in domo tamen una. Qui ut minus notaretur et licentius eidem juvenculæ loqui posset, quia in proposito deprehendi metuebat, familiarem se admodum ancillæ Dei exhibebat sub falsa specie religionis, et intantum jam ipsam frequentabat, quod sinistra quædam suspicio a nonnullis falso de ipsis habita est, quod quasi amori beatæ mulieris non casto intenderet Sacerdos idem. Loquebatur autem ei ille in dolo, quasi sub obtentu ædificationis animarum, ut licentius et absque nota intendere posset conspectui ejus quam diligebat, et frui alloquio. Quid plura? Intantum processit hic sermo inter domesticos, donec Sanctæ Dei a familiaribus suis res, ut putabatur, innotuit. Expavit illa ad sermonem quem audierat, et plusquam dici possit facies ejus immutata est, et vel scintillulam suspicionis habitæ in cor ascendisse cujuspiam, suspirans ingemuit. Verumtamen animo perplexam valde eam reddidit sermo hic, et quid ageret prorsus ignorabat. Verbum enim oris sui, sermonem labiorum suorum denegare viro impium ducebat, sed et a loco propellere ante terminum anni, quem ad annum conduxerat, sine caussa non decebat; occasionem vero scandali proximis dare nolebat, si ad privata colloquia virum ultra admitteret; ex cujus tamen ore numquam se meminerat audisse verbum irreligiosum aut minus decens religionem, unde confusione dignus esset ulla.

Turbatur ea re Juetta

63 Cum sic in diversa fluctuaret animo, recurrit ad solita orationum suarum præsidia, et specialiter custodem suam advocatamque beatam Dei genitricem devotissime interpellabat, ut ipsa eam viro salva tam pace sua, quam illius honore, liberare dignaretur. Nec distulit exaudire ancillæ suæ vocem misericordiæ mater, sed semivigilanti nocte in somnis placido apparens vultu et amica facie, dilectam suam consolatum veniens, ait : Noli turbari, filia mi, sed confide ; audivi enim orationem tuam, vidi lacrymas tuas, et in proximo est ut fiat quod vis. Dixit et post modicum demandatum a Decano eidem est Sacerdoti, ut ad alium locum transiret quem denominabat, celebraturus ibidem, quod et fecit.

Solatur eam B. Virgo

64 Nec sub silentio prætereundum videtur, quod a tempore visionis, quam diximus, familiare solatium in beata Virgine matre Domini habebat beata mulier hæc in cunctis necessitatibus suis et tribulationibus si quas haberet. Unde et tantus amor ad ipsam et devotionis fervor accrevit in dies, quod in crebra genuum flexione et orationibus privatis, soli ejus venerationi et obsequio videretur intenta.

In necessitatibus ad B. Virg. recurrit

65 Quibus etiam adeo sine intermissione vacabat semper, quod præ amoris magnitudine, quem transfuderat in matrem, videretur sibimet quasi oblita esse filii, cum tamen uni sine altero serviri non possit, nec uni displicere quis dum alteri placeat; quia matris honor laus est filii, et gloria matris filii voluntas. Non enim mater sine filio, nec filius sine matre honorari digne potest aut vere diligi. Unum quidem sunt in affectu, unum in effectu, unum in carne, unum in spiritu, unum in gratia, unum in gloria, secundum hominem dico unum et idem, caro et sanguis, mater et filius, Christus et Maria. Caro enim Jesu, caro Mariæ est, multo specialius quam Joseph Judæ, aliorumque fratrum, quibus dicebat : Frater enim et caro nostra est. Caro siquidem Jesu, quamvis gloria resurrectionis fuerit glorificata, et potenti super omnes cælos ascensione exaltata; eadem tamen mansit semper et manet carnis natura quæ de Maria suscepta est. Ipse idemque conceptus, genitus, et passus, resurgens a mortuis, carnem quam de carne Mariæ suscepit, super astra ad Patris Dei dexteram transvexit, honorans omnem humanam naturam et maxime maternam. Et quidem si natura est matris filius, conveniens est, ut sit filii mater, non quantum ad æquam pertinet administrationem, sed quantum ad eamdem reciprocam substantiam, ut homo de homine, caro de carne, mater a filio, filius a matre, non ad unitatem personæ, sed ad unitatem corporalis substantiæ. Si enim gratia unitatem quamdam facere potest sine proprietate specialis naturæ, ut ait Augustinus, sicut idem Filius ad Patrem ait : Pater sancte serva eos quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos unum sumus; hoc est, ut ipsi sint per gratiam, quod nos sumus per divinitatis naturam. Itemque ipsi sint in me, et ego in te : quod intelligendum est ut supra. Quanto ergo magis cum gratiæ unitate, quæ Mariam amplior manet, tam jure quam merito, ipsa quoque specialis natura unum efficit matrem et filium, filium et matrem, Christum et Mariam? Hoc enim os ex ossibus Mariæ, et caro de carne ejus est.

Quanta conjunctio inter se Jesus et Mariæ

Joan. 17. 11

66 Ad hanc ergo ineffabilem mirabilemque gratuitæ unionis essentiam et inseparabiles mutuæ fruitionis amplexus matris et filii, rapiebatur sancta Dei famula frequenter in spiritu, et de torrente voluptatis amborum bibebat, et inebriabatur, licet tamen adhuc in via, non in patria, in spe, non in re; in speculo et in ænigmate, non facie ad faciem; in pace quidem, sed non in idipsum. Rapiebatur vero, sed sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. Constat tamen quod licet eadem corporis et membrorum eorumdem videretur existere species rapto spiritu, nec membra tamen habebant actum, nec in corpore illius erat sensus aut vox. Nunc matris, nunc filii fruebatur præsentia, aspectu, et alloquiis, nunc amplexabatur pedes, nunc osculabatur manus, nunc in pectore recumbebat Jesu, nunc Mariæ jocundabatur amplexibus, sentiebatque de Domino in bonitate, quam suavis in se, quam dulcis in Maria matre, quam immensus in majestate, quam humilis in carne, quam inenarrabilis splendor gloriæ et inperscrutabilis figura substantiæ Dei, Deus filius Patris, quam suavis in utero, dulcis in gremio, suave jugum in brachiis, onus leve in humero, matri filius, Mariæ Christus, quam gloriosus in dextera Patris, quam copiosus in matris gloria, quam denique bonum, quam suave, quam jocundum, cum Christo et Maria esse, matre et filio.

In contemplatione Jesu et Mariæ sæpe rapitur Juetta.

67 Deum mihi testem invoco, licet mira quæ dico, et minus forte credibilia multis, fore non ambigam, quia animalis homo non percipit ea quæ Spiritus sunt, ea quæ dicturus sum accepisse me ab eo qui secretorum ejus conscius et Confessor in extremis extitit, cujus testimonium pro constanti habeo quod verum sit.

Unde sequentia acceperit Auctor

CAPUT XXIII.

De multiplici contemplatione ejus.

Raptam siquidem se aliquando in spiritu confessa est, novem Angelis a dexteris, novem similiter a sinistris circumdari, binis et binis de singulis Angelorum novem ordinibus; eosdemque Angelos vestibus eam auro desuper contextis per totum induisse, pretiosis insuper eam adornasse monilibus, necnon et lapidibus, seu gemmis, quarum species varietatem et nomina, prout in libris Prophetarum expressa sunt, in ipso raptu spiritus intellexit, cognovit, et distinxit, cum tamen tam lapidum virtutes ac nomina quam Angelorum ordines distinctos et officia nesciret tam bene sensibus humanis discernere, sicut singula quæque vidit, didicit, et cognovit, rapta in spiritu, tanquam mulier simplex indoctaque, et rerum hujusmodi ignara prorsus. Testata quoque est sic se circumamictam varietate coronatamque gloria et honore, Angelorum obsequio deductam, et adductam ante thronum Dei et Agni, offerentibus eam Domino sic Angelis paratam et ornatam tamquam sponsam viro suo. Ibi quid viderit vel audierit, cum tamen occulta sapientiæ Dei eam vidisse et audisse non sit dubium,

Juetta rapta veste pretiosa ornatur

Adducitur ad Christum ut sponsam

dubium, quia confiteri noluit licet satis admonita, nec scire nos nec loqui possumus, præsertim cum non licere credam ea homini scire vel loqui.

Sublimia non contemplatur

69 Requisita de simplici unius Dei essentia in distanti trium personarum numero, humiliter respondit, se rerum hujusmodi et contemplationis immeritam, et insufficientem penitus, nec expedire fragilitati corporeæ ut tantis et tam mirabilibus super se impenderet animum; ne si forte plus sapere vellet quam oportet sapere, et perscrutari majestatem, opprimeretur a gloria. Absque gravi enim defectu cordis et consumptione virium, mentem ad contemplationem æternæ individuæque Trinitatis raptam, aiebat avelli non posse a cogitatione invisibilium, nec sensibus restitui corporeis plerumque et sine corporis sensuumque et vitæ periculo, maxime quamdiu creatura ingemiscit a servitute corruptionis hujus in libertatem gloriæ filiorum Dei.

In anima rapta pro aliis possit orare

70 Requisita quoque utrum ad speciem invisibilium rapta mens, quorum libet familiarium suorum vel amicorum reminisci potest, ut pro eorum salute Dominum quem præsens intueretur efficacius exoraret, dixit, quod licet Dominus plerisque tantam impendat gratiam, quod in ipsa æternorum visione cujuspiam statum, qui et hoc ipsum meruit per gratiam, agnoscere possint, rogare tamen Dominum, quem præsentem aspiciunt, pro quibuslibet nequeunt, nec aliquid velle præter quod ipse velle eos vult : quia quamdiu in eo raptu sunt, unum efficiuntur cum ipso cum quo sunt. Qui enim sic adhæret Deo, unus spiritus est, et quanto altius sustollitur mens ad invisibilium gloriam, tanto minus circa visibilia speciesque sollicita potest esse corporeas. Diffundit enim se mens tota in amorem sui conditoris, subsistensque mirabiliter in ipso, obliviscitur omnium quæ extra ipsum sunt; adeo quod et corpus proprium ei sit fastidio cum reverti ad illud necesse est, eique jam ex dulcedine contemplationis Dei et præteritæ suavitatis memoria fiat oneri quod voluptati esse consueverat; et quasi quodammodo mortis occasio, quod salutis et vitæ præsentis extiterat caussa.

Ex raptu fastidit corporalia

71 Ipsa vero beata mulier licet cum raperetur non se circa Trinitatis essentiam, qua Deus in tribus personis ante tempora Deus unus et una est substantia, elevari per contemplationem diceret, sed solummodo detineri circa ea, quæ humanitatis Christi sunt, qua homo de Virgine nasci voluit in fine temporum, cum quando ex necessitate redire ad corpus eam oportebat proprium, et miseræ angustias conditionis, quæ diutius eam cum Domino non sinebat esse, ac si a dilecti sui brachiis avelli renueret, distendebatur, clamabat, angebatur tamquam vim patiens, tamquam mulier parturiens agebatur hac et illac, suspirabat ut femina amoris impatiens, ita quod etiam ad aspectum cibi corporalis cum ei præferretur, vel ad usum eorum quæ vitæ sunt humanæ necessaria, mirabiliter averteretur indignans, sed quasi semper his caritura, mens cælestibus intenta adhuc, vix se infra corpusculum compescebat, ac si solum id esset medium, quod ab amplexibus eam retraheret dilecti. Licet autem multa confiteri noluerit, quæ ex cælestium didicit contemplatione, plura tamen eam audisse et vidisse arcana certissimum est, et occultorum habuisse scientiam sicut ex consequentibus luce clarius videri potest, quæ per ipsam Dominus operatus est, licet temporibus diversis, etsi non liceat nobis universa scire quæ soli ostensa sunt ei per Spiritum sanctum.

CAPUT XXIV.

De puella, quam ejus orationibus mirabiliter custodivit Dominus in quodam magno periculo.

Fuit sane inter alias virgines, quas ipsa Christo educabat, virgo quæ jam juvencula, quam præ ceteris unice diligebat, instruebat, et exhortabatur, eo quod in specialem filiam ab annis eam infantiæ jam dudum adoptaverat. Hæc præ aliis consortibus suis in disciplina ferventior, in jejuniis magis abstinens, prior in vigiliis, in orationibus devotior, profusior in lacrymis, in responsis gratiosior, in exteriori corporis habitu patiens, humilis, et modesta. Tandem commendantibus propositum vitæ ejus et virtutum gratiam ceteris, quia tamen scriptum est, ne laudaveris hominem in vita sua, intellexit femina laudabilis revelante sibi Spiritu, quod in brevi ruitura a perfectione hac eadem foret juvencula, et propter eam plures scandalum perpessuri in proximo; sed et quibusdam familiaribus suis hoc ipsum indicare curavit. Sæpe tamen clam puellam advocans admonebat, ut caute et diligenter se observans omnem sibi adhiberet sollicitudinem in custodiendo se contra inimici tentationes et insidias, de quibus plurimum timeret, ne ipsi prævalerent ad tempus, sicut *a* forte per Spiritum intellexerat. Expavit illa ad loquentis vocem, et propter sermonem, quem audierat, concidit vultus ejus, et facies ejus omnino immutata est, eo quod nullius horum sibi esset conscia, responditque cum attestatione jurisjurandi, intentionem cordis sui puram esse, et propositum bonum habere se perseverandi in eo quod cœperat, nec aliquid se scire unde conscientiæ suæ pertimesceret.

Auctore Hugone, ex mss.

Religiosæ virginis lapsus periculum divinitus prænoscit et prædicit

a

Improbus clericus cum ea sæpe de rebus pia loquitur

73 O nihil umquam tutum apud diabolum! Clericus quidam adolescens, loco familiaris et personis, sub specie falsæ religionis et habitu, puellæ illi intendere cœpit, frequentiusque ei colloquens de iis quæ ad animarum spectare viderentur salutem, cum talis ipse haberetur intus a puella, qualem palliabant verba honesta foris; post multiplices sui commendationes in invicem, et alligationes affectuum spiritualés, dilectionis mutuæ spoponderunt sibi in alterutrum fidem et fidei summam. Sic ut exhortaretur, imo exhortari crederetur, juvenculam in melius semper, et corroborare propositum vitæ atque conversationis ejusdem frequenter veniebat ad agnam Christi lupus rapax, ad prædam prædo, ad innocentem nocens, profanus ad sanctam, ad virginem pollutus, et sub prætextu sermonum Dei, quos miser loquebatur foris, ignem iniqui amoris nutriebat intus et celabat.

Insidiatur ejus pudicitiæ

74 Denique cum diutius se continere non posset, quin venenum effunderet, quod dudum animo gestaverat; et si apertis ei verbis conscientiæ suæ malum aperiret, nihil adversus eam se posse proficere timeret, longe alia eam via aggredi disposuit, ut subito sagittaret in occultis immaculatam. Sed quomodo putas? Audi mirum, quia mira dicturus sum : audi et vide si in diebus patrum tuorum factum est quod fecit hic homo, si tamen hominem dicere debeam qui fecit. Perpende, quid serpens, imo diabolus fecerit in serpente, ut primum seduceret hominem, et quid homo hic ut persuadere juvenculæ præcipitium posset. Vide dolum dolo fortiorem, astutioremque serpente, imo diabolo invenies hominem hunc, si factum facto compensetur, et adæquetur res rei, caussa caussæ, dolus dolo.

75 Primo quidem protestatus quod salutem puellæ diligebat ut proprium, et post hujusmodi sermones persuasorios, gravia ab imo suspiria pectore trahens, et quasi resolutus ad lacrymas, unum se de ipsa scire dicebat, unde intantum doleret animo quod non esset dolor similis sicut dolor ejus, utpote dolor quem nulla alleviare consolatio posset. Requirenti puellæ caussam tristitiæ, respondit se ejus dolere perditionem, perditionem dico, non qualemcumque sed animæ ejus, quam utique diligebat ut suam. Revelatum quippe sibi dicebat in spiritu, quod nulla spes salutis ejus esse poterat quamdiu esset in eo statu et loco in quo erat, eum sam allegans esse manifestam, scilicet celebris eam esse famæ nimis, nimis ob merita

Auctore Hugone, ex MSS.

rita commendari ab aliis, nimis in honore haberi in loco, unde elevatum cor, et in vanam elata mens esset gloriam; nec salvari eam posse, donec relictis omnibus secederet in locum, ubi nemo eam agnoscere, aut meritum sanctitatis ejus extollere posset, qui aut virtutis præco, aut salutis prædo existeret. Credidit stulta sermonibus pessimi, quem optimum existimabat fore, et ad fugienda mala, quæ quasi jam imminentia fingebat, infelix ire pollicetur, si viæ ducem habeat cui posset confidere. Et ego, inquit ille, ne amplius te suam periclitari, sine qua nulla mihi posset esse salus aut gaudium cordis, ego, inquam, quia nullus tibi melior me aptiorque ad viam esse potest, quidquid mihi contingi debeat post hæc, deduci te faciam vel ipse deducam ad locum, quem novi optimum tibi et aptum valde religioni, ad quem si veneris proculdubio salvari poteris. Tantum viam tuam ne reveles alicui, nec confessionem hanc propositumque tam salubre et animæ tuæ tam necessarium, ne frustra laboraverim pro te, ulli hominum manifestes.

b Lupo ovis deditur.

76 Assensit illa omnibus, nullique negotium b proditionis aperiens, dispositis clam rebus suis, prout cautius potuit, statuto die et hora Deo se committens fideique hominis maligni, a finibus illis egressa est, et lupum ovis, victima carnificem, extra provinciam usque secuta. Qui videns eam suæ traditam potestati, et facturam cuncta quæ vellet suspicatus, tandem occulta cordis sui eidem aperire ausus, ut sibi assentire vellet sponte de die in diem replicabat sermonem. At illa audiens quorsum tenderet loquentis sermo, tandem licet sero se delusam esse cognovit, et deceptam a Clerico, flevitque amarissime. Attamen sperans in Domini bonitate cui serviebat in spiritu, licet ambularet cum juvene in simplicitate cordis sui, nulla ratione, nullaque vi aut timore mortis, se ei assensuram constanter asserebat; etsi temporalem ei corporis vitam auferre milleque eam mortibus interimere posset. Propter hoc tamen non desistebat juvenis nocte eam ac die infestans: magisque in amorem ejus succensus æstu libidinis, promissis, minis, interdum quoque et vi virginem aggrediebatur, sed nihil proficiebat. Duravit autem pugna hæc, non die uno, aut parum, sed mensibus pene sex jugiter, quibus deducebatur agna Christi a carnifice de civitate in civitatem, de loco ad locum.

Puella intacta [illegible]

77 Incedebant duo simul in via, comedebant simul, simul quiescebant, interdum et lectulo uno dormiebant: sed tantam ancillæ suæ contulerat Dominus gratiam, quod numquam ei juvenis prævalere potuit; sed nec carnem quidem suam nudam contingere permissus aliquando est, totius spatio temporis quo fuerunt pariter. Prævaluit siquidem adversus malitiam totius temporis fides, quam venerabilis Juetta in Domino habebat pro filia, luctus quoque, dolores, ac suspiria, orationes et lacrymæ, quibus incessanter semetipsam Domino holocaustum offerebat pro filia quam amiserat.

Promittitur [illegible]

78 Porro revelaverat Dominus [illegible] ancillæ suæ, quod redderet ei filiam, quam velut mortuam lugebat, sanam et incolumem, intactamque a viro virgineam, ut erat prius. Super hac promissione fideli, recepit mulier fidelis consolationem, et lugentibus propter eam amicis et iis qui eam noverant, sub [illegible] pollicita est, fisa de Domini auxilio, quod filiam suam receptura in proximo esset, salvo per omnia pudicitiæ titulo, et virginitatis pudore, cum qua discesserat a loco. Et non cecidit ex omnibus verbis in terram, quin universa contigerent, quemadmodum ipsa prædixerat.

79 Gyrans siquidem [illegible] Clericus [illegible] cum puella, tandem post multos circuitus [illegible], tertio [illegible] Metim ire disposuit. Et cum appropinquaret civitati, contigit eos transitum habere juxta cellulam Inclusi cujusdam, viri, ut opinio habebat, [illegible] sanctitatis eximiæ, ipsaque, licet invito juvene, divertit ad cellam, tamquam requiescere volens paullulum fessa ex itinere. Nactaque opportunitate loquendi viro eidem, in confessione seriatim exposuit ei rei gestæ ordinem, necnon et universa quæ ei acciderant, et ut sui misereretur eripiens eam ab homine iniquo, si posset, cum lacrymis humiliter deprecata est. Annuit auditis libentissime vir Dei, et recludi eam in domo faciens per quosdam familiares suos, qui eo tunc aderant, juvenem, qui ut sua ei redderetur uxor minis instabat et clamoribus, dure argutum, prout dignus erat, cum dedecore propulit a loco, puellamque per manus fidelium suorum Metim usque deduci faciens, Inclusæ cuidam commendari fecit custodiendam. Cum qua puella eadem moram faciens diebus aliquot, inventis tandem in civitate quibusdam mercatoribus de terra et cognatione sua, consanguineis suis, qui inventa ea gavisi sunt gaudio magno valde, domum cum honore ab eis reducta est. Suscepit itaque veneranda Mater Juetta filiam, quam amiserat, cum lacrymis et gaudio cordis, Deo gratias agens qui desiderium cordis ejus ei tribuerat, omnibusque diebus vitæ cum ipsa puella in gratiarum actione permansit, jejuniis et orationibus servientes Domino pariter die ac nocte. Porro puella eadem usque ab obitum venerabilis Juettæ permansit cum ipsa, et post ejus transitum consecrata Christo virgo manet usque hodie.

a *Videtur legendum fore* b *Henriquez legit*, perditionis

CAPUT XXV.

Comparatio quædam a B. Abrahæ et ancillæ Christi.

a

Major [illegible]

Sane, ut mihi videtur, magis huic mulieri sanctæ præstitum est temporibus nostris, quam in diebus Patrum nostrorum Beatissimo Abrahæ, qui, ut in gestis Patrum legitur, neptem suam, id est, filiam fratris, puellam virgineam, quæ ab ipsis cunabulis Christo sponsam se devoverat, eo modo pene amisit, quo beata mulier amisit istam; sed aliter ille illam, aliter ista recepit istam. Illa seducta a quodam sub specie falsæ religionis, et corrupta est cum esset virgo, mansitque annis pluribus postmodum in peccato suo: ista seducta quidem sub specie boni, licet haberet jugem cum hoste conflictum, nec promissis allici, nec minis aliquibus a voto castitatis avelli potuit, aut ad peccati pertrahi consensum. Illius orationes meruerant apud Dominum, ut saltem post peccata ad pœnitentiam rediret agendam in loco, de quo exierat, ejus filia: istius hoc effecerant apud Deum merita, ut cum ea integritate corporis et sanctimonia quam prius habuerat, rediret ejus filia ad locum habitationis pristinæ, nec unde pœnitentia indigeret perpessa, quippe cui nec peccatum, nec viri dominari iniquitas potuit vel ad momentum. Ille ut reduceret filiam suam de cella professionis suæ egressus est mutato schemate: isti nec quærere filiam, sed nec mittere quidem permissum est ei pro filia, nec tamen fraudare eam voluit Dominus a desiderio suo, quin redderet eam ei post modicum, et ultra omnem spem præsumptionemque hominis. Et ecce plusquam Abraham hæc: vere siquidem a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.

a S. Abrahæ [illegible], et Mariæ neptis ejus [illegible] 16 Martii.

CAPUT XXVI.

De quodam Clerico sacrista majoris ecclesiæ in Hoyo.

a

Peccata [illegible] cognoscit

Iterum fuit Clericus quidam in a ecclesia B. Mariæ perpetuæ Virginis, quæ est in oppido Hoyensi, sacristæ gerens officium. Hic mulierem quamdam ex eadem villa, honestæ, ut falso putabatur, conversationis, adamans, tandem instinctu diaboli cum turpitudinis operandæ locus non esset sibi, ut videbatur, aptior secretiorve, quia in ecclesia dormiebat, in

ecclesia

ecclesia cum eadem de nocte peccavit. Nec diu tamen quod factum fuerat latere potuit venerabilem Juettam : cognoverat enim per spiritum cuncta quæ acciderant, personas, tempus, locum, et horam. Primo siquidem mulierem, quia aliquantulum ei extiterat familiaris, accersiri ad se faciens, exposuit ei ea quæ per spiritum viderat, et super gestis dure eam, prout merebatur, arguit. At illa verecundata nimium, quia deprehensam se in peccato suo timebat, cuncta quæ acciderant ei per ordinem confessa est, et de ipsius voluntate et consilio satisfacturam se de commissis Domino et ejus sanctissimæ genitrici, quam se nimis offendisse in eo quod tantum scelus in loco nominis ejus perpetraverat, metuebat, libenter ac devoto spopondit animo ; sicque domum rediit, Deo gratias agens, quem curam habere salutis ipsius, sicut per famulam ejus intellexerat, manifestissime cognovit.

Clerico impœnitenti mortem prædicit

82 Clericus vero, ut et ipse pœnitentiam ageret de peccato suo, vocatus a famula Dei semel et iterum, venire contempsit, quia obcœcaverat diabolus oculos cordis sui, ne eum agnosceret per quem et a quo monebatur ad pœnitentiam per ministerium ancillæ suæ, cui et revelata fuerant hæc, ut arbitror, propter salutem ipsorum. Tandem admonitus ille per internuntium a Sancta Dei, ut ad ipsam aut veniret, aut satisfaceret Domino de commissis in instanti, alioquin sciret sibi Dei imminere judicium in brevi; nihilominus neglexit conscius ipse sibi. Sed post modicum temporis secundum verbum beatæ mulieris Clericus idem subitanea mirabiliter infirmitate interceptus, miserabiliter interiit, absque omni Ecclesiastica communione et Sacramento.

a *Hæc primaria est totius oppidi, a S. Materno, ut supra diximus, constructa, restaurata et ampliata a* Theodwino Episcopo

CAPUT XXVII.

De quodam Decano ejusdem Ecclesiæ.

Laxius cognoscit avarum Decanum, urgente B. Virgine, periturum

Veniam autem ad visiones et ad revelationes Domini, de quibus utcumque non silebo, licet multa præteream ; quia si universa, quæ comperta mihi sunt, huic meo libello vellem inserere, facilius me tempus quam sermo desereret. Fuit Decanus quidam in Ecclesia B. Mariæ, vitæ, ut dicitur, laxioris, et, super omnia quibus implicabatur vitiis, ultra modum avaritiæ studens quæ est idolorum servitus, adeo quod et feneratorem eum plerique extitisse publicum asserant. De hoc rapta in spiritu vidit beatam misericordiæ Matrem Virginemque Mariam quasi sedentem in concilio Sanctorum, et graviter Judici filio suo de ipso Decano conquerentem, eo quod ecclesiam suo consecratam nomini, turpibus factis et lucris violasset ; sed consolari se velle in hoc, quod in brevi a justo Judice Christo filio utique suo egressura esset super ipsum sententia, scilicet quod æternis tradendus gehennæ esset suppliciis, ubi per os ejus, nares, et oculos ignis, quem vivens sibi succenderat, laxis evaporaret habenis, propter peccata utique sua, quibus iram meruit.

Eum hortatum ad pœnitentiam, frustra

84 Soluto igitur tam præsidentis judicio quam visionis gloria, confestim Decanum, ut sibi locuturus venire vellet, mandavit ; et venienti ad se in confessione aperuit universa quæ viderat vel audierat de ipso, suasitque cum obsecrationibus, ut errata corrigeret, et pœnitentiam agere vellet de præteritis, et de futuris cessare, dummodo patientia Dei ad pœnitentiam eum expectaret. Audiens ille et sicut aspis surda obturans aures suas ne admitteret correctionem obsecrantis, recessit talis qualis advenerat, si non pejor tamen, de iis quæ sibi relata fuerant, tamquam de somniis nectum, nihil aut parum curans. Sed ut adimpleretur sermo quem beata Virgo dixerat, post modicum temporis idem Decanus miserabiliter ex hac luce subtractus est satis

CAPUT XXVIII.

AUCTORE HUGONE, EX MSS.

De femina quadam ex eodem oppido, quæ leprosa effecta est.

Simili modo et ordine per spiritum rapta alio itidem tempore, terribilem et asperam nimis a Judice sententiam ferri vidit contra quamdam ex eodem oppido feminam notam sibi, pro quibusdam occultis excessibus, ita quod in ipso Sanctorum concilio videbatur ignis egredi a secretiori loco artuum ejus, et quasi superiores corporis partes reliquas devastare penitus. Reversa igitur mulier fidelis ad se, intellexit futuram in proximo super illam manum Domini ad flagellandum eam, accersirique eam mandavit ad se, et per ordinem ei narravit quæ de ipsa viderat, et ut lubricæ voluntati suæ et operibus peccati renuntians, converteretur ad Dominum in toto corde suo, persuasibilibus eam verbis arguere cœpit, ac si qua eidem plaga corporalis mitteretur divinitus, libenter ipsam acciperet, tamquam a Domino missam. Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

Prævidet quamdam divinitus puniendam, eamque monet

Illa lepra correpta, se emendat

86 Sane post modicum, egressa est secundum verbum beatæ mulieris contra eamdem manus Domini percutiens carnem ejus lepra pessima, adeo ut a planta pedis usque ad verticem non esset in ea sanitas. Religiosam tamen vitam postmodum duxisse visa est in eodem loco, quo Sancta Dei manebat, ita quod, ut arbitror, ignis iste vastatorius, id est, lepra, purgatoria ei peccatorum suorum effecta sit pœna, ut sancta mente et corpore transiret de hoc mundo ad Patrem, consumptis peccatis omnibus per correptionem et pœnam, quæ præcessit, corporis.

CAPUT XXIX.

Quod scientiam cogitationum habuerit per Spiritum sanctum.

Cogitationum arcana divinitus cognoscit.

Nec dignum fore silentio reor, quod tantam ancillæ suæ contulerit Dominus in præsenti gratiam, ut discretionem haberet cogitationum, et intentionum cordis scientiam, per Spiritum sanctum qui habitabat in ea, intantum ut et sociæ suæ, quæ secum commanebat, necnon et plerisque aliis qui adhuc supersunt veritatis testes, si quid haberent in corde quod vellent occultari ab ea, quod tamen scire præter Deum arbitrabantur neminem, absque dilatione cum ad ipsam veniebant, exponeret tam familiariter tamque integre singulis edicens singula quæ habebant, ac si omnia conscientiæ eorum arcana nuda et aperta oculis ejus essent. Unde et frequenter contigisse dubium non est, quod ii qui male occultorum suorum conscii erant omnimodis vitabant ejus obtutibus præsentari, timentes ab ea argui super iis de quibus cordium suorum neminem admittere testem volebant præter se.

CAPUT XXX.

De quodam Fratre Præmonstratensis ordinis.

Frater quidam Ordinis Præmonstratensis adolescens, qui specialiter Sanctæ huic ab infantia commendatus fuerat in filium spiritualem, secus cellam ejus transitum habens sine Abbatis sui egressus licentia, cum turbatam haberet conscientiam et cor fluctuans in diversa, nutu Dei correptus, nec ausus præterire, divertit ad cellam sociæ tamen ejus inclusæ, alteri quasi per compendium loqui volens et abire. Cumque sedendo ad fenestram domus inferioris loquerentur mutuo ad invicem, et Sancta hæc in superiori parte domus sola intenta Domino orationibus vacaret, repente cognovit per spiritum et personam et statum juvenis, qui inferius loquebatur.

Quemdam sine licentia egressum divinitus agnoscit

89 Descendens igitur præter solitum, cum non vocaretur a quoquam, venit in spiritu vehementi ad

Auctore Hugone ex mss.

Fratrem : Quis esset, et unde veniret, quid vellet, quo iret, utrumne per Abbatis sui egressus esset licentiam, cuncta per ordinem requisivit ut nesciens, cum sciret tamen omnia. Ille verecundatus quia in operibus manuum suarum se deprehendi videbat, quid respondere Sanctæ Dei posset consternatus animo non inveniebat, cum abscundita cordis sui eam intueri cerneret : sed dimissis in terram oculis rubore pariter et confusione indutus, stupens, hærensque obmutuit, malens, ni fallor, non se venisse ad præsens quam hujusmodi objectionibus tam manifeste confusum. Quod ipsa intelligens, ut sapientissima materfamilias vino asperæ correctionis oleum benignæ consolationis admiscuit, dulcibusque sermonum propositionibus juvenem ad virtutis amorem, et contemptum vitiorum instruebat, et variis Scripturarum testimoniis, quæ per Spiritum sanctum didicerat, contra diaboli tentationes armabat : addensque : Etsi contingat, o dilecte mi fili, quod importune nimis contra te tentationum insurgant aculei et motus, ita quod videatur tibi contra eos te resistere non posse, exurge fili, et ne obdormias in morte : resume constantiam, indue fortitudinem, præcipe tentatori diabolo ex parte Domini et ancillæ suæ humilis, ut te dimisso in pace, convertat frameam suam in me. Ego siquidem pugnabo pro te fili, et si sors mihi contulerit de inimico triumphum, tua sit virtus, tua merces, præmium, et corona : tantum viriliter age, fili, et confortetur cor tuum in Domino. His et hujusmodi instructum sermonibus juvenem dimisit a se, orans Dominum ex toto corde, ut fortitudinem et perseverantiamque in bonis præstaret operibus, dirigeretque viam ejus in conspectu suo semper. O quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis filia Principis! o quam vulneratæ caritatis tu es! In tantum desideras salutem eorum quos diligis, ut quasi salutis tuæ oblivisci videaris, dum ut alios sublevas, onera tibi imponis ultro aliorum : ostendis affectum, etsi auctoritatem dare non possis. Non enim coronabitur nisi qui legitime certaverit, id est, lex agonis expetit, ut qui coronari vult, pugnet ipse pro se, non pro ipso alter, et coronetur ipse qui vicerit, non qui pugnare non vult. Qui enim pugnare non vult, non potest vincere nec pro victoria coronari, quia ubi non est pugna non est victoria ; ubi deest victoria, deerit certe et corona.

Eum admonitum, hortatur ad constantiam.

Offert se pro eo illi pugnaturam, ut ipse tamen interea pugnet.

CAPUT XXXI.

Item de quodam alio Clerico.

Item vice quadam altera, quidam male conscius sibi cum necesse haberet loqui paullisper cum ea, cujus mentio superius habita est, divertit ad locum. Et cum, ut supra dictum est, loquerentur ad invicem in cellula inferiori, repente Sancta Dei, cum oraret in superiori, cognovit per spiritum et personam et statum ejus qui loquebatur subtus. Et sociam suam proprio advocans nomine : Quis esset cui loqueretur, sciscitatur, atque ut eum detineret donec adveniret ipsamet, sollerter admonuit ; eo quod idem necesse haberet in Domino confortari tanquam tentationum importunitate jam pene oppressus nimia. At ille jam forte discesserat, metuens sanctissimæ mulieris confundi auctoritate et præsentia, tanquam ejus, quam occulta conscientiæ suæ universa per Spiritum sanctum scire non dubitabat : et vere sic erat. Nam post ejus discessum indicavit sociæ suæ de ipso, et ut pro eo attentius oraret Dominum, studiose, satis instituit, valde enim desiderabat salutem ad descentis.

Clerici cujusdam interiorem animi statum cognoscit.

CAPUT XXXII.

De quodam Presbytero, cujus peccatum cognovit per Spiritum sanctum.

Item fuit Sacerdos quidam in oppido Hoyensi, qui satis honestæ opinionis habebatur, et hic in quodam loco majoris ecclesiæ dormiebat. Erat autem in eodem oppido matrona quædam honestis pollens moribus : quæ inter cetera virtutum opera, intantum Dei genitricem B. Mariam diligebat, quod infra tam noctis quam diei spatium centum eam vicibus flexis genibus devotissime salutaret salutatione Angelica, quæ est Ave Maria gratia plena etc. nec ei quin matutinis singulis interesset noctibus, obstare quid quam poterat, nisi sola corporis fortasse infirmitas. Prædictus vero Sacerdos videns eam sæpius solam remanere in ecclesia, ex crebra illius allocutione in concupiscentiam ejus exarsit, iniquitatemque conceptam animo mutuis occursibus et salutationibus privatis cœpit parturire ; donec postmodum quod male conceperat peperit effectu, detestando sceleris exemplo. Ex mutuis itaque aspectibus et colloquiis familiaribus nimis, fervore religionis et devotionis studio in femina tepescentibus, improvida securitas torporem inducere cœpit, negligentiamque virtutis præhabitæ, et propriæ salutis efficiens parere dispendium, donec prodeunte velut ex adipe iniquitate ipsorum, transierunt ambo in affectum cordis, et dormiente ostiaria in fervore diei, percussi sunt in inguine pariter, atque horis sibi invicem determinatis, in sacro ecclesiæ loco, ubi videlicet et Presbyter dormiebat, multo tempore convenerunt. Quia enim peccatum quod per pœnitentiam mox non diluitur suo pondere trahit ad aliud, peccati pondere oppressi, traditi sunt in reprobum sensum, ut peccati caussa prioris efficeretur pœna subsequentis peccati, ac contumeliis afficerent corpora sua in semetipsis in loco tam sacro, fieretque novissimus error pejor priore, dum peccatum in usu et quasi per consuetudinem vitiosam habitu, in peccati vasis computresceret tamquam quatriduanus fœtens in monumento.

Pia mulier, ex crebra allocutione Sacerdotis, intepescit, et cum eo fornicatur in templo.

92 Quid multa? Tandem venit miseræ mulieris terminus qui præteriri non potuit vitæ, febreque correpta lectulo decubuit. At Presbyter detestandus timens diffamari per ejus confessionem si confiteri eam cuiquam contigeret, aut forte ex metu venturæ mortis a peccandi ultra voluntate ipsam debere corrigi, mandavit decumbenti per anum quamdam, quam mediatricem verborum suorum ac secretorum ipsimet sibi dudum effecerant, ne confessionem hujus faceret ; quia constare sibi dicebat, infirmitatem ejus hanc non esse ad mortem. At illa credidit verbis mendacibus plusquam debuit, et decepta est, sicque miserabiliter innixa vanis spebus, viam universæ carnis ingressa est.

Ejus fraude impœnitens moritur.

93 Nocte igitur insecuta beata mulier rapta per spiritum, vidit beatam Dei genitricem unigeniti filii sui provolutam pedibus expetere vindictam de nefando illo Presbytero, eo quod ancillam ejus, quæ tanto eam amoris studio et obsequio laudum coluerat in vita sua, tam pessime seduxerat, et perditionis ejus caussa extitisset perennis. Mane vero facto accersiri mandavit Sacerdotem ad se, et narravit ei cuncta per ordinem quæ de ipso viderat. Primo expavens ille, et vehementer, quis eum accusasset, admirans, cum neminem peccati sui conscium præter anum memoratam haberet, cœpit quidem excusare se modis quibus poterat : et postmodum non esse credendum omni spiritui allegans, multiplicabat verba, et rationes verisimiles proponebat Sanctæ Dei ad faciendas excusationes in peccatis. At illa replicans quæ viderat, Dico, inquit, tibi per salutem peccatricis Juettæ, (sic enim se appellare solita erat semper, sermocinationis cubitu) me nescire hæc, nec unquam mentionem eorum a quoquam audivisse mortalium usque hodie. Attamen scito præcognoscens, quod si non in brevi pœnitentiam egeris de commissis, et quam nimis te offendisse agnoscis, beatam Virginem non placare studueris, iram Domini vindictamque tibi in proximo imminere senties. Presbyter auditis hujusmodi sermonibus, tandem se ini-

que

Juetta B. Virginem videt petere ut puniatur Sacerdos.

Eum monet.

que contra Dominum egisse lacrymabiliter confessus, ac quasi jam jamque adesse crederet judicium Domini super se, præ doloris et timoris angustia velut parturiens clamare cœpit, ac faciem suam unguibus delaniare, capillosque capitis sui detrahere visus, caput parieti impingebat, solum se miserum clamitans, et mille dignum mortibus fore.

94 Tunc beata mulier, ne in desperationem miser incideret, consolari eum cœpit, dicens adhuc sibi locum esse pœnitentiæ, et tempus miserendi ejus; præstabilem Deum super malitiis esse hominum, et nolle mortem peccatoris, soli miseræ desperandum, quæ tam miserabiliter obisset, sive enim lignum ceciderit ad Austrum, sive ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. At ille ad horam quidem tactus dolore cordis intrinsecus, spopondit se per omnia secundum mulieris sanctæ voluntatem et consilium vitam suam in melius emendaturum, insuper et ordinem Cisterciensem intraturum in brevi, ad pœnitendum cunctis diebus vitæ suæ in posterum, et tempus velle præteritum de cetero bonis redimere operibus. Sed mox ut a facie ancillæ Dei est egressus oblitus omnium quæ voverat, projecit sermones Sanctæ retrorsum, et cum adulteris portionem suam reposuit; sed non diu. Nam post pusillum funibus peccatorum suorum miserabiliter interceptus, extremum efflavit spiritum; et ipsam quam ad orcos paullo ante præmiserat, paullo post desperabiliter insecutus est.

Spondet ille pœnitentiam mox redit ad vomitum, et male perit

CAPUT XXXIII.

Quomodo ipsa orans sub divo audivit vocem dicentem sibi : Dimissa sunt tibi peccata.

Cum adhuc maneret in illo inclusorio, quod sibi fecerat, ut dictum est, pater suus, necdum inclusa, dictis matutinis intenta devotioni, ut frequenter solebat, stabat una vice jubilans Deo. Quam videns anus, quam sibi commorari faciebat ad suæ domus et filiorum custodiam, quasi compatiens a lecto clamavit ei : Bona Domina, quare non itis quiescere? Ad quam vocem quasi revocata ab amplexu et colloquio præsentis amici, exivit, ut erat, nudis pedibus in indignatione spirituali, ac prope domum solam sub divo orationi stando se reddidit. Reddit quoque illi se amicus cum prima potiorique delectatione. Facta etiam in mentis excessu videre videtur sibi quasi in firmamento circulum grandem luminosum, et circa circulum quasi personas cingulo tenus apparentes. Cumque visionis jocunditate teneretur, audivit, a dicto circulo vocem acceptione dignam dicentem sibi : Dimissa sunt tibi peccata tua, si denuo te custodieris. Ad quam vocem rediens ad se, cecidit, et mox febre correpta domum repedavit. Hæc et alia ab ejus ore ego qui narro, ex multa amicæ, ut puto, dilectionis familiaritate extorsi. In quibus de sermone inculto, quam de inutili silentio, malui reprehendi.

Divinis fruitur amplexibus Juetta

Intelligit dimissa sibi peccata

a CAPUT XXXIV.

Qualiter B. Joannes Evangelista communicavit eam, suo Sacerdote id sibi negante.

Volens aliquando ex devotione communicare, convenit Sacerdotem, humiliter petens ab eo divina Sacramenta sibi indulgeri. Qui prætendens nescio quam excusationem, bene petenti bona negavit. Frustrata vero mulier desideriorum, quasi indignam se totam confert dolori et lacrymis, quibus in secreto fatigata diu somno suavi divinitus abstrahitur. Dormienti adesse visus est beatus Evangelista Joannes, dicens : Vis communicare? Respondenti cum devotione, Volo; ait Sanctus : Sequere me. Illa præcedentem quasi sequens in ecclesiam, quam murus solus a domo separabat, in qua dormiens videbat hæc ipsa mulier, vidit B. Joannem præparari ad Missam celebrandam.

a

Negata communione, indignam se reputat

A S. Joanne communionem percipit

Celebranti per ordinem Missam totam, non modo interesse sed et coadesse ita mulieri concessum est, ut illius Sacramenti secreta quæ nescierat eatenus, ibi didicerit. Vidit quam fieri nesciebat fractionem, et de particularum trium una a celebrante vidit se communicari. Exutus sacris post celebrationem Sanctus Joannes dixit ei iterum : Vis dicam tibi, quare tuus proprius Sacerdos te communicare rogatus recusavit? Ausus non fuit sanctum Christi corpus tangere, quia recenter suum corpus interfecerat, interfeceratque animam suam factus unum corpus cum meretrice. Reddita communibus sensibus post tanta mulier, sicut audierat, ita pro vero a suo super hoc tam mansuete, tam secrete, quam decebat, convento Sacerdote accepit. Narravit mihi istud sub titulo b confessionis, multum rogans ut nulli quoad viveret in corpore revelarem.

Auctore Hugone, ex mss

Ab eo cujusdam Sacerdotis peccatum intelligit

b

a *Hoc caput omisit Henriquez* b *Non est hæc legitima ad Sacramenti Pœnitentiæ perceptionem confessio, ac ne fas est quidem aliena aperire peccata, nisi cum tuis ita connexa, ut hæc sine iis intelligi nequeant, et tum quoque quantum citra detractionem liceat, disputatur. Verisimile est, scivisse Juettam non posse Auctorem, alibi degentem, nec inde ortum fortassis, in Sacerdotis illius devenire notitiam; præsertim si is jam mortuus erat. Deinde ut divinitus Sacerdotis illius flagitium cognovit, ita cælesti instinctu impulsa videtur, ut singulare hoc sibi indultum beneficium aperiret.*

CAPUT XXXV.

Quomodo ipsa liberavit quemdam monachum orationibus suis a quodam periculo tentationis.

Licet vera dicat auctoritas, Nemo scit quæ sunt hominis nisi spiritus qui in ipso est; subaudis, Nemo scit a se vel ex toto : legimus tamen plerosque Sanctos cognovisse et facta absentia et cogitationes aliorum per spiritum, sicut Helizeum, B. Benedictum, Prophetas quoque in utroque sexu futura ante diu prænosse. Nec tamen eam, de qua hic agitur, nostro sensu præsumptuose majoribus comparamus. Veruntamen audientes ab æquissimo dispensatore, Volo et huic novissimo dare sicut et tibi, credibile fieri potest de facili, menti piæ isti ad ædificationem quorumdam correctionemque eorum, secreta a Domino revelata. Quidam monachus, ordine novus, et juvenis ætate, anno primo factæ professionis ex Abbatis sui licentia patriam visitans et parentes, inter alios, alias, et alia, quæ minus utiliter objici solent a claustris exeuntibus ab eo qui insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua, juvenculæ cujusdam ex secreto colloquio familiaritatem comparavit. Illa recedenti pulcherrimam contulit telam petens in sui memoria et mutuæ familiaritatis incremento coopertaram facere monachum in suo capitali. Detulit ille xenium, sed cujus reliquit præsentiam, memoriam secum tulit : a qua mente vulneratus, inexperto conflictu, cogitationibus et motibus libidinosis aliquamdiu laboravit. Non curans aut minus intelligens adhuc, ex conversionis ac ætatis novitate, tentationis periculum, vel detrimentum conscientiæ, cum valde remotus esset a persona, nec omnimoda inesset voluntas peccandi, diu distulit istud dicere vel confiteri.

Matth. 20, 14

Monachus munere a puella accepto, tentatur contra castitatem

98 Contigit autem post annum et amplius, ut Domina Juetta, cui notus, familiaris, et amicus erat idem juvenis, quia carne propinquissimus; opportunitatem nacta cum eo loquendi, amicabiliter ac secrete diceret ei : Recolisne carissime, qualiter illa de persona, nominans eam, te per mensem eo tempore vexaverunt cogitationes inordinatæ? Scito te magis orationibus alienis, quam tuis meritis tam cito liberatum. Quapropter si consilio meo salubriter tibi placet acquiescere, coopertoram, quam contulit illa tibi, et in tuo sub alia habetur cervicali, amovere non tardabis. Stupefactus audiens, plus solito colloquiis ejus cœpit delectari, et consiliis acquiescere, habens eam apud se in magna reverentia, nomenque illius aliis commendans.

Juetta id divinitus intelligit.

CAPUT

Auctore Hugone.

CAPUT XXXVI.

Quomodo ipsa revolvendo in mente tempore Missæ Domini passionem, plus delectabatur quam orationes vocales proferendo.

Requisita Domina Juetta a quodam monacho Cisterciensis ordinis, familiarissimo sibi, quam diceret in Missæ secretis orationem, quasi cum admiratione quadam sciscitanti respondit: Putasne dicam aliquid? Ita congratulatione et delectatione Christi dilecti mei præsentis sum occupata, ut aliquid ore dicere mihi nec vacet nec libeat. Quid ad hæc illi, qui ibi ubi Christus personaliter, etsi non patens veritas et virtus passionis adest in persona Christi præsentis, sed latens sub specie panis ac vini ad fidem corroborandam, passus tamen pro salute sua a præsentibus fide Patri Deo præsentatur, factus in altari sicut in cruce Sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter; afficiuntur tædio, aliquibus frivolis tempus redimunt, imo perdunt temporis illius irrecuperabilem fructum? Cui revera fructus et utilitas Missæ palato intellectuali saperet, Missis omnibus interesse affectaret. Ibi conceditur homini facere, quod Angelo non licet: ibi medicina conficitur ad singulare remedium fragilitatis humanæ. In fide ac devotione omnes præsentes celebrant, divinisque communicant uno in celebrante Sacerdote.

Sacrum quomodo audire solita.

100 Felix hæc, de qua sermo nobis, dicere veraciter potuit: Bonum est mihi hic esse, quum Christus Dominus propria manu his in Missæ secreta sui corporis sacramentum incorporare sibi dignatus est. Quis a tempore, quo Christus in cœna corpus suum præsens præsentibus dedit, hunc audivit simile? Hæc et similia de illo, cui proprium est in parvis et humilibus gratiam copiosiorem ad correptionem confusionemve superborum ostendere, piis mentibus facillime persuadentur credibilia.

Iesus et Christo Eucharistico communicat.

101 Tantam apud dilectum dilecta gratiam invenerat, ut quandocumque, quotiescumque ad orationem secretam animo se conferret, in amplexus et oscula dilecti mox exciperetur. Et in tantum quandoque divinæ jucunditatis et gloriæ jubar mens ipsius sublimabatur, ut corporis infirmitas pondere splendoris depressa invita [illegible] geret dicere: Recede, o dilecte mi, secede cedens et concedens infirmitati volentis, sed non valentis, semper [illegible] esse. Ecce secundum B. Gregorium, quale est offensum et iratum cernere, quem tranquillum ac favorabilem non potest mentis humanæ debilitas sustinere. Ibi procuLdubio conceperat quem habebat ad omnium salutem caritatis affectum, cujus adeo tanta vis erat, ut ad congratulationem, compassionem, consolationem, correptionem, et ædificationem, videntibus et audientibus eam universis ejus sermo videret. [illegible] deretque dilectio. Quis referre valeat quot qualesque, a quot quibusve [illegible] revocavit, [illegible] vit ad [illegible], [illegible] claustrorum disciplinæ regularis [illegible], remisit ad dimissa? Ibi secretorum [illegible] cognitionem.

Amans statim ad Christi amplexum et [illegible].

Non potest [illegible] consolatio[illegible].

CAPUT XXXVII.

Quomodo prædixit cuidam Clerico, quod Presbyter suus in ecclesia negligenter celebravit.

Inde [illegible] revela[illegible] adstanti [illegible] Ecclesiæ Curat[illegible] dixit: Tuus [illegible] in [illegible] et [illegible] per [illegible] celebravit. Accepto [illegible] orando, licet [illegible] Clericus, [illegible] tamen probare quod [illegible]. Et [illegible] ad ecclesiam [illegible] invenit in altari [illegible] hostiæ consecratæ, quæ per negligentiam [illegible] fractione exciderant.

CAPUT XXXVIII.

Qualiter cum magno gemitu prædixit religiosæ cuidam feminæ, ab alto virginitatis in profundum fornicationis corruisse.

Cum aliquando cum Domina Juetta familiares et mulieres honestæ residerent, inter mutua colloquia magnum subito cum gemitu emisit suspirium. Interrogata ab aliis doloris caussam, uni earum mente maturiori respondit: Hodie, proh dolor! maxima columna corruit. Audiens et dubitans, personam convenit, quæ se quasi deprehensam admirans, ultro confessa est sciscitanti, ab alto virginitatis in profundum fornicationis se corruisse.

Absentis peccatum divinitus videt.

CAPUT XXXIX.

Quomodo prædixit cuidam mulieri quemdam morbum esse habituram, propter quem ab ecclesia cogeretur amoveri.

Item prædixerat ante mortem suam dudum Domina Juetta cuidam honestæ ac religiosæ mulieri, quod infirmitatem pateretur, caussa cujus ab Ecclesiæ plebisque consortio cogeretur amoveri. Adstans igitur morituræ dicta mulier dixit Dominæ Juettæ: Pia Domina, quid erit de eo quod pluries mihi prænuntiastis? Hoc, inquit, anno continget. Sicut audivit ita et passa est infirmitatem gravem satis et insuetam, soli [illegible] patienti, nec humanæ curæ curabilem. Audiens extortas a viris et validis doloribus varias validasque vociferationes amentem me putes, cum mente sana cum Apostolo possit gloriari: Quando enim infirmor, tunc fortis sum et potens. Itemque: Etsi qui foris est homo noster affligitur, is tamen qui intus est renovatus confortatur.

Prædicit cuidam morbum.

2 Cor. 12. 10.

2 Cor. 4. 16.

CAPUT XL.

De puella eunte ad Sacramentum, quæ plus afficiebatur placere cuidam Clerico, quam Christo Domino.

Solemni die Dominicæ Nativitatis contigit aliquando puellam, quæ [illegible] familiaritatis Dominæ Juettæ adhærebat, post mysteria de ecclesia revertentem, quam hilarem et sospitem dimiserat, dictam Dominam suam infirmitate in lecto decumbentem reperire. Interrogata quid haberet: Caussa, ait, meæ hujus subitæ infirmitatis visio tristis est, quam mihi Dominus hodie revelavit. Puella precibus preces adjiciens audivit ab ea: Vidi, inquit, inter multos accedentes hodie pro reverentia diei ex more ad communionem sanctam, dæmones cum gaudio uni personæ ad altare procedenti officiosissime deservire. Nam velut sponsam [illegible] dextra [illegible] incedentem, eorum quidam sublevabant vestes, alii ante retroque colligebant et [illegible] portabant. Pervenientem miseram sic ad communionem sanctam, hostiam quidem in os ipsius mitti a Sacerdote, Christum vero ad lumen conscendere [illegible] inspexi. Visionis hujus [illegible] per eam, quæ audierat, ad aliquos perveniens, nec illam latuit quæ fuerat propria in caussa. Sapienter itaque ad cor rediens, confessa est opportune, et tacita persona sua scire permisit culpam ad correptionem vel ædificationem proximorum. Enimvero cum ad salutare mysterium accedens affici timore debuisset a præsentia [illegible], et [illegible] Redemptoris devotionis ardore succendi, magis in aspectu Clerici cujusdam, qui præsens in Presbyterio cum aliis cantabat, delectabatur, [illegible] (proh dolor!) placendi et desiderio, [illegible] Christo, [illegible] tenebatur exhibere.

De [illegible] qui [illegible].

106 [illegible] accedenti ad illum cibum [illegible], quis sit, quid accipiat, et ad quid [illegible], quam [illegible] dignus ad illud, et Sacramenti

Quid cogitandum accedenti ad communionem. Joan 6 58

menti veritatem sumit et virtutem. Qui manducat me, inquit, vivit propter me. Si indignus, veritatem revera corporis et sanguinis Christi sumit, sed non virtutem; et quidem ad judicium. Quid? A bonis et malis indifferenter Christus corporaliter totus a singulis integerque sumitur sub specie transsubstantiatæ rei. Ad quid? Ad vitam vel ad mortem, pro fide meritoque sumitur. Quod dicta persona solam visa est recepisse hostiam, Christi corpus quasi habitaculum abominans immundum, cælum ascendisse visum est; factum credi potest ad meritum sumentis declarandum.

CAPUT XLI.

Admonitio utilis ad eos qui detrahunt virtutibus Sanctorum hujus temporis.

Cujusve putas existat gloriæ mulier hæc in cælestibus jam cum Deo regnans, o qui me legeris, quæ in terris adhuc tanti a Deo habita est, ut internis cælestium secretorum consiliis tam frequenter admissa, mediatrix quodammodo haberetur ad correctionem multorum, inter cælestia et terrestria, visibilia et invisibilia, inter Deum et homines. Nec immerito. Audi quid dicat quæ non mentitur veritas

Matth 11. 25

Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, ait, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Quibus, inquio, parvulis? Parvulis, ni fallor, spiritu; id est humilibus, qualium est

Inclitæ humilitas et aliæ virtutes

regnum cælorum. Et quidem humilitatem in hac laudare necesse non est, quam omnes in ea noverunt quos umquam eam videre contigit, boni et mali. Enimvero Deum testem invoco, numquam vidisse me in incessu, in motu, in alloquio, universisque gestibus, quos in ea perpendere aut videre potui, magis humilem corde, mitem, verecundam, morigeratam, modestam, sapientem, pudicam, simplicem, magisque super peccatores et afflictos pia habentem ad compatiendum viscera.

108 Quia vero longum est seriatim cuncta perstringere, quæ per ipsam pietas operata est divina; multa enim sunt valde, et longe excedentia ingenioli mei paupertatem; jam, velut nauta lassus, optatum littus expetens, ad beatam resolutionem ejus

Multa omittit Auctor

dirigam meæ narrationis antennam: quia si universa quæ de virtutibus ejus comperta mihi sunt a veridicis relatoribus et fide dignis, explicare vellem, nec tempus mihi puto suppetere posse nec otium. Ideoque ne sermo prolixus fastidium lectori meo generet, præteriens multa brevitatis studio, quæ laudi ancillæ Christi competere non incongrue possent, ad finem tendo cœpti operis, quamque mirabilis et gloriosa exstiterit beata ejus depositio carnis, breviter si possum edisseram: quia, ut Sapiens ait, quibus pauca non prosunt, nec plura proderunt ad credendum virtutes Sanctorum temporis hujus.

109 Scio equidem et vere scio, multos exercitatos magis habere sensus in rebus dubiis ad interpretationem mali quasi boni, et inde sibi efficere dispendium salutis, unde materiam virtutis habere possent, si non Spiritui gratiæ facerent contumeliam in eo quod vasis gratiæ derogare videntur, in quibus ipsum operari Spiritum, prout vult, manifestissimum est. Nec mirum tamen. Plures enim multo nunc, quam

Animales homines Sanctorum revelationes contemnunt

pridem, inveniuntur in Ecclesia Dei homines animales, spiritum non habentes; qui cum credere in aliis quod non sentiunt in se, aut nolunt, aut nequeunt, quia forte datum eis non est desuper ab eo, a quo omne datum optimum, statim aut impossibile judicant, quod de Sanctis audiunt, aut frivolum reputari decernunt, mentientes non fidem adhiberi debere iis quæ nulla Patrum auctoritate fulciuntur, somnia prorsus esse aut truffas, quas vetulæ aut mulierculæ pauperes, vilesque personulæ visiones Dei annuntiant esse, dum præ vigiliis noctium vacui effectæ capitis, quæ vident phantasmata imaginationum, revelationes putant mysteriorum. Sic miser animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei : et hoc quare? Audi Apostolum ad Corinthios, qui ait : Stultitia enim illi est, et non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur : stultitia, inquam, secundum sensum hominis, qui nihil æstimat posse fieri, nisi quod novit quomodo fiat. Et ideo non potest intelligere, scilicet spiritualia quæ audit, quia spiritualiter examinatur; id est, examinatio et comprobatio fit eorumdem spiritualium tantum spiritualiter, id est, a spirituali. Vel aliter : Animalis non intelligit spiritualia, quia per spiritualia examinatur, id est, in eo quod audita improbat, probatur quod est animalis, nec ob aliud ei proponuntur spiritualia, nisi ut per ea examinetur, id est, probetur foris, qualis intro sit, spiritualis scilicet an animalis. De his hucusque, quia sapienti paucis sat dictum est. Nos vero revertamur ad propositum nostrum, ne animali occasionem dare videamur. Verumtamen, ut ait Hieronymus, nullius hic persona tangitur, quia generalis disputatio de vitio est, et qui de præmissis irasci voluerit, primo quod talis sit fateatur necesse est.

AUCTORE HUGONE EX MSS.

1 Cor 2 14

CAPUT XLII.

De eo quod obitum suum longe ante præscivit.

Igitur mulier fortis postquam triginta sex ferme annis in cellula sua Regi militaverat Angelorum; atque animus cedere nescius sene tuti ad merendum magis sumeret incrementum in dies, et in corpore semigelido devotionis fervor rigorque pœnitentiæ indefessus vigeret, adhuc semper idem ipse permanens; disposuit electam suam remunerare Dominus tamquam emeritam jam in sui amoris obsequio, et propter bonum certamen quod certaverat, cursumque consummatum feliciter, dare ei coronam justitiæ : revelavitque ei per Spiritum imminere dissolutionis suæ diem, anno ante integro et paullo amplius Ipsa vero familiaribus suis quibusdam, personis utique religiosis, hoc ipsum indicare secreto curavit, atque, ut instantius pro se Dominum exorarent affectuosissime deprecari; ut si quidquam in ea esset quod minus correctum perfectumque manus fieret, adhuc Dominus ei secundum magnam misericordiam suam fidelium suorum precibus ac meritis indulgeret.

Divinitus cognitam diem mortis suæ prædicit

111 Interea appropinquabat B. Mariæ Magdalenæ festivitas annua, quam ipsa inter Sanctos alios speciali devotione venerabatur, amoris, laudum, et obsequii, dilexeratque ab ineunte ætate semper Factum est autem, ut ipsa die festivitatis memoratæ, dum Missarum solemnia in ecclesia agerentur, ipsa in cellula superiori orans esset sola, et B Mariam Magdalenam pro peccatis suis anxie interpellans Licet enim delicta juventutis suæ, et conversationis offensas pristinæ, per diuturna lamenta pœnitentiæ, remissa sibi dudum fore ex ipsius ore Domini, ut supra est ostensum, non diffideret, quia tamen scriptum est Beatus homo qui semper est pavidus, cœpit quemdam iterum parturire spiritum timoris ex venturæ mortis angustia, quam sibi in proximo imminere sciebat, et recordatione districti judicii Dei, in quo et justum salvari vix, et potestatibus tremendum Angelicis Scriptura sacra commemorat. Filii hominum usquequo non graves corde? Horrenda mors mortalibus cunctis. Timendum prorsus discrimen horæ mortis, quia nil certius morte, nec quidquam hora mortis incertius. Ut quid diligitis vanitatem? Mors seni in januis, in insidiis est juveni Quadraginta et sex continue annis et amplius servivit Domino mulier hæc, et timet judicium peccator putas et impius ubi parebunt? Sanctissimo Sanctorum Martino in morte sathan adstitit, nec ipsi Sancto Sanctorum omnium Christo homini pen-

Prov 28 14

Solicite ad mortem se parat

34 denti

AUCTORE HUGONE, EX MSS.

denti defuit in cruce, cujus cornu, ut in Tobia super exenteratione piscis legitur, præsumptuosus insedit, ut videret si Christus maculam peccati haberet aliquam, qui peccata mundi relaxare venerat : tibi autem putas o homo non appropinquabit? Absorbebit, ait Dominus ad B. Job, fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod Jordanis quoque influat in os ejus. Idcirco loquitur Sapiens : O mors quam amara est memoria tua homini justo, quanto magis, quæso, peccatori et impio? Ego vero etsi multi multos fore beatos æstiment, solum hunc vere beatum fore autumo, qui non confundetur cum locuturus est inimicis suis in porta, supple mortis, per quam exeunt filii Evæ omnes simul in unum, dives et pauper. Sed quo me ducit oratio?

Job 40. 18.

Eccli. 41. 1.

CAPUT XLIII.

De eo quod B. Maria Magdalena ei apparuit.

[...]aret ei B. Magdalena

Igitur, ut loqui cœperam, cum orans esset famula Christi, repente per spiritum rapta vidit, quam interpellabat, B. Mariam Magdalenam prope assistere. Cujus dum ad pedes procidens amplecti eos et deosculari vellet, illa eam per manum elevans assumpsit, et, ut sibi videbatur, tenente illa manum dexteram ejus, sic est deducta, donec ad sanctissimos Domini Jesu pedes usque pervenerunt simul ambæ, ibique a deducente se dimissa est. Ubi cum indicibili ardore spiritus, et dulcedinis affectu procidens, cum eosdem Domini pedes diu deosculans fletibus irrigaret uberrimis, nec eorum dulcedine exatiari posset, dixit ei aureum illud os Domini : Dimissa sunt tibi peccata tua, quoniam dilexisti multum. Ad hanc vocem sibi reddita est, et velut avulsus ab uberibus infans ad ubera redire gestiens, vim quodammodo passam mulier fidelis se conquerens ab avulsione pedum Christi ejusque dulci præsentia, singultus cœpit emittere mirabiles atque suspiria; adeo quod sociam quoque ejus, quæ in inferiori orans erat cellula, stupor quidam horrorque mentis invaderet nimius, et quasi novum quid accidisset, domum ipsam admirabili quadam et magnifica refusam gloria miraretur et cerneret. Ascendensque ad ipsam in superius cœnaculum rem, ut apud se primo conjecerat, invenit. Interrogans quippe quid vidisset, dicere eidem renuit, sed tandem terribilibus ab ea sacramentis et obsecrationibus adjurata, rem, ut acciderat, confessa quidem ei est, sed quoad ipsa viveret celandum omnimodis id sub internuntiatione commisit.

Amplexatur pedes Christi Juetta.

Dimissa sibi peccata intelligit

CAPUT XLIV.

De quadam virgine, pro qua Dominus eam exaudivit.

Fuit eodem tempore Virgo quædam, religiosa existens admodum, mulier sane boni testimonii inter suos, quæ votum habebat super se reclusionis, si tamen effectum consequi hæc sua posset intentio. Porro *a* Leodiensis Episcopus, qui tunc erat temporis, cum plures in sua diœcesi reclusas haberet, ita postmodum durus et gravis petentibus se pro hujusmodi est effectus, quod nemo eorum qui ejus animum agnoscebant, rogare eum ultra pro caussa hac præsumebat. Unde præfata mulier, licet voluntatem haberet permaximam desideriumque ingens solvendi quod voverat, tamen quia nullæ preces valerent quæ Episcopo porrigerentur, quamquam id attentasset sæpius, fere in desperationem prolapsa, jam non audebat instare amplius, ut Episcopus rogaretur idem, eo quod non exaudiret quemquam. Videns igitur et considerans, quod ubi deest humanum, divinum necesse est ut imploretur auxilium, accessit ad Beatissimam hanc, exponens ei caussam pro qua venerat, et ut pro se deprecaretur Dominum humiliter expetiit, quia pro certo sciebat orationem ejus de facili a Domino non exaudiri non posse. Attendens igitur ancilla Domini devotionem mulieris, et anxietatem spiritus ejus pro re dicta, misericorditer eidem compassa, admonuit habere fidem, concipere spem, caritatem non deserere, et securam esse præcepit, quia adimpleret in brevi omnipotens desiderium cordis sui. Sic confortata paullulum illa decessit, firmissimam habens spem in verbis ejus quæ promiserat, sciens negotium remanere infectum non posse, dummodo instare ipsa vellet ut fieret. Attamen quia animo amanti tardum est omne quod desiderat, transierunt dies non multi, et ecce revertitur ad famulam Domini mulier iterum, jam velut pro debito exigendi caussa quod pridem acceperat in promissis. At illa tota concipiens mente Spiritum sanctum : Vade, ait, filia, et omnino nil dubites, quia absque dubio consequeris jam quod tanto desiderasti tempore Illa quasi voti sui jam compos facta læta recessit, et brevi post elapso tempore rogari iterum fecit Episcopum pro se, ut videret si temperasset adhuc Episcopus animum, et mansuesceret rigor diu præhabitus. Quid multa? Paucis rogatus promptissimus annuit, deditque sine contradictione licentiam, quam vix ulli libenter umquam dederat aut raro.

a

Prædicit futura.

a *Is fuit* Hugo de Petraponte, *qui creatus anno* 1200, *obiit anno* 1229.

CAPUT XLV.

De transitu ejus, et de iis quæ in eo contigerunt.

Filias suas spirituales exponit adhortatio

Præsciens igitur in spiritu venerabilis femina appropinquare suæ dissolutionis diem, cœpit anxiari et esse magis sollicita de filiabus suis, quas Christo lucrifecerat, quasque usque in tempus istud in disciplina Domini benignissime enutrierat ; crebrius quoque eas convocans ad se, et semper ad meliora exhortans instruebat. Intantum siquidem tenera in dilectione earum facta est, quia non diu se cum eis præsciebat esse mansuram, quod aliquantulum etiam orationibus et psalmis parcere videbatur ut frequentius eis colloqueretur et plenius disciplina instrueret Christi ; nunc privatim, nunc publice, nunc particulariter singulas, nunc simul omnes castigans, admonens, et confortans, exhortabatur, ut nihil eis in virtutum consummatione deesset, scirentque quomodo post ejus transitum conversari deberent, ac in amore Christi perseverare jugiter.

115 Sic se habente cum filiabus matre, magistra cum discipulis, appropinquabat tanto magis, quanto expectata diutius, gloriosa Christi nativitas : cujus ultimo festivitatis die, id est, die octavarum sanctæ Epiphaniæ Domini ex hac luce migrare debebat. Cumque transissent in orbem dies aliqui festivitatis ejusdem, ecce media nocte sanctæ apparitionis Domini, cum ad confitendum Domino surgere vellet, sicut consueverat, violenta correpta febrium, viribus corporis cœpit omnino destitui. Ad sonitum ergo et vocem se plangentis exurgens socia ipsius, quæ cum ea erat in domo, accurrit ; sed nolens sancta anima ea noctis hora propter se tumultum excitari aliquem in domo propter quiescentes, ac si modicum pateretur frigus, nam hyems erat, operiri se paullulum rogat denique sociam redire pausatum. Sed molestia febris sumente incrementum in dies, it rumor per viciniam adesse resolutionis ejus diem; fit planctus et dolor universis, qui eam noverant ; querebanturque singuli amittere tamquam proprium, quod omnibus damnum extabat commune

Morbo corripitur

CAPUT XLVI.

De confessione ejus ultima.

Interim ea optante plurimum præsentiam Domini Joannis Floreffiensis Ecclesiæ Abbatis, ut loqui ei posset antequam decederet, nec in tantillo voluit eam

Dominus

Dominus fraudare a desiderio suo. Qui cum eo tempore in multis Ecclesiæ suæ negotiis occupatus in partibus esset remotis valde, ita ut nec ubi inveniri posset, sciri a quoquam posset, venit tamen opportuno satis tempore ad partes illas forte fortuitu tunc iter faciens, et penitus eorum quæ gerebantur ignarus. Audiens vero eam infirmari quæ multum dilexerat ipsum in vita sua, qui et ipse eam videre desiderabat, accurrit anhelus, et confringi faciens ex parte parietem cellulæ in qua decumbebat introivit: et videns eam jacentem in lectulo, hæsit paullulum admirans, quia clarus ei vultus et facies erat serena, admodum color vividus, verba jocunda, gestus soliti, ora ridentia, totaque talis ut nullum in ea signum perpendi de facili posset ægritudinis. Verum ipsa viso eo gavisa est valde, factaque ei peccatorum suorum confessione, multa quæ huic libello inserta sunt, licet mallet ea occultari quam sciri a pluribus, eidem sciscitanti aperuit: sicque valedicens ei, quia non visura eum amplius erat, rogansque ut pro se Dominum oraret, in pace eum dimisit, quia in procinctu erat itineris.

Abbati Florefiensi confitetur, et multa de vita sua aperit.

CAPUT XLVII.

De filio suo Abbate, quem resignare volebat officium suæ Prælationis antequam decederet.

Filio quoque suo seniori, qui erat tunc temporis Abbas *a* Aureæ-vallis, ut prædiximus, mandari per nuntium fecit ut ad se veniret, volens ipsum inducere ad hoc ante obitum suum ut administrationis suæ resignare officium vellet, eo quod molesta ei dudum extitisset et gravis admodum ipsius filii prælatio, cum tamen nullus sciret molestiæ caussam. Qui cum eo tempore venire non posset ut dicitur, venit tamen post transitum matris, sed eam quam videre venerat, sepultam reperit. Attamen ut mortua mundo, meliori se vita cum Christo vivere ostenderet, et mortuam se posse quod non poterat vivens, vix eidem filio Abbati sepulcrum invisere licuit, cum ecce subito per nuntium revocatus a Patre *b* Abbate, ultro postulavit absolvi, et obtinuit.

Filius ejus, quod illa desiderirat, Abbatis munus dimittit

a *Extat apud Claudium Robertum catalogus Abbatum Aureævallis, in quo hujus deest nomen, reponendum inter* Petri Leodiensis, *qui ann.* 1211, *dicitur obiisse, et* Henrici de Sathan eo *qui* 1228 *nominatur.*

b Claræ-vallensi *nimirum: nam* Aurea-vallis Claræ-vallis *filia censetur.*

CAPUT XLVIII.

De extrema inunctione famulæ Dei Juettæ.

Interim morbo ingravescente, timentes quæ circa ipsam erant, ne absque sacri unctione olei eam forte emigrare contingeret, rogaverunt unanimiter eam omnes, ut se inungi permittere vellet. Non est, inquit illa, o filiæ meæ necesse adhuc inungi, sed feria quinta, hora nona, ut proposui, qui dies post tres dies erat affuturus, ut arbitror. Nolite, inquit, timere vos, aut sollicitari de me, quia in veritate dico vobis non me de hac vita decessuram, donec omnia mihi Sacramenta Ecclesiastica fiant. Illis e contra instantibus die altera ut inungeretur, quia timebant ipsius defectum, eo quod unde recrearetur natura non sumeret quidquam; videbant enim eam clausis oculorum luminibus non moveri, utpote quæ mentem ad invisibilia transfuderat totam, et invisibilium amorem totis visceribus inhiabat, ac si nihil commune haberet jam cum mundo, videns pia mulier filias pro se contristari et mœstas esse propter tarditatem unctionis. Ecce, ait, quia instare vos video, ut fiat quod ut die fieret altero proposueram, et non sine caussa, ne vos contristem amplius, en, ait, voluntas fiat vestra, non mea: facite quod vultis. Sicque inuncta et omnibus communita Sacramentis, debito cum honore ac reverentia: Ecce, ait, feci quod petistis, ne turbaretur ultra vester animus; verumtamen sciatis non transituram me modo, sed die et hora quam prædixi. Requisita demum secreto a familiaribus quare Sacramenta hæc usque in feriam quintam voluisset differre, respondit, ideo se voluisse hoc, quia sciebat beatam Dei genitricem, cui pridem fuerat a filio commissa, unctioni suæ interesse debere die illo, et post completa Sacramenta illa, responso ab ipsa venerabili Domina Dei genitrice Maria pro se, Amen, deducendam se ab ea fore ad perpetuas beatorum spirituum mansiones. His auditis compunctæ sunt valde, doluerruntque plurimum unctionis tam repentinæ contra tam felix propositum ipsius voluntatemque se extitisse caussam.

Inungitur Juetta

AUCTORE HUGONE, EX MSS

Prædicit diem et horam mortis

D. Virgini a Christo committitur

CAPUT XLIX.

De die transitus ejusdem.

Interea expectantibus cunctis diem et horam quando Dominus venturus esset ancillam suam invisere, educereque de tenebris ad lucem, de exilio ad patriam, de terris ad cælos, de regione umbræ mortis in terram viventium, repente illuxit dies tertia, scilicet feria quinta octavarum Epiphaniæ Domini, dies, inquam, ei diu desiderata, tamquam dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ; ipsi quidem dies salutis, solemnitatis, et lætitiæ; iis autem qui convenerant, dies calamitatis et miseriæ, dies doloris et fletuum: non quod ipsius non congratularentur gloriæ, quam intime diligebant, sed quod tantæ matris dulci solatio videbant se irrecuperabiliter in posterum debere destitui. At cum a plerisque, qui ejus noverant prodesse multis in carne præsentiam, rogaretur, ut ad multarum emendationem animarum aliquamdiu permanere in corpore vellet adhuc, tamquam certissime scientes eam permanere si vellet; nihil illa suæ se relinquere voluntati respondit, nec in quamlibet se inclinare partem, in qua non voluntas esset Domini. Permanere quidem in carne adhuc paratam se, si vellet Dominus, propter eos, dissolvi vero et esse cum Christo, multo sibi fore optatius; verumtamen in omnibus his non sua, sed voluntas fieret Domini. Hora itaque diei illius nona, sive paullo amplius, sentiens dilecta Deo anima per spiritum, adventum adesse sponsi et sponsæ, id est, Christi et Mariæ, dicto illo psalmi versiculo, In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis, hilari vultu, prepansis manibus, oculisque elevatis in cælum, quasi venienti applaudens exire nitebatur obviam cum lampade virtutum et bonæ conscientiæ oleo, cum ecce assumptam de corpore animam, velut alterum Moysem e fiscella sublatum scirpea, filia Regis Virgo Maria, Regi filio velut depositum fidele repræsentat, sublimandam in filiam regni et heredem. Et qui in domo circa ipsam erant, ac si in extasi rapti essent spirituum, repleti sunt mira quadam et indicibili gratia mirificæ suavitatis et elevationis mentium, adeo ut ipsius Dei ac Domini nostri Jesu Christi præsentiam nemo esset qui ambigeret.

Ejus resignatio

Pie moritur.

Præsentes divino solatio replentur

CAPUT L.

De gloria morientis, et claritate vultus ejus.

Siquidem splendida facta est facies ejus egrediente anima ultra æstimationem hominis, et quasi jam circumdari eam floribus rosarum cerneres et convallium liliis, totius partes corporis atque membrorum obduxerat rubor quidam roseus albedini partim decenter admixtus per totum, adeo ut intuentibus in eam nihil aliud videretur esse, quam divinum quiddam, et cælestis obumbratio quædam gratiæ in corpore mortuo, ac caro faciei resplendens, futuræ quasi glorificationis signa præostenderet.

Splendescit ejus facies in morte, ac corpus.

CAPUT

AUCTORE HUGONE EX MSS.

CAPUT LI.

De motione elementorum in obitu ejus, et mirabili avium concentu.

Aliud quiddam dicturus sum, in quo etsi auctoritatem forte miraculi præstare non possum, dulce tamen ad audiendum auribus est, et ad rememorandum suave. Cum tota die illa usque ad horam transitus Sanctæ, talis ac tanta temporis et aeris intemperies esset, ut cælum et terra, pluvia et venti, nix, grando, et procellarum cuncti spiritus, quasi conjurasse viderentur in diem illum, ut nec ostium domus suæ de facili quisquam auderet egredi; ac si mota se ob mortem ancillæ Domini elementa cuncta faterentur; (mira dicturus sum) ecce contra fenestram cellulæ, in qua agonista Christi agonizabat, multitudo insedit innumerabilis avium volucrumque diversi generis, et quasi congaudentes decedentis gloriæ, diversarum vocum concentuumque modulatione suavi aures intendentium demulcebat, ac si diebus factum cerneres æstatis. Perseveravitque concentus avium ille, donec campanarum cessaret sonitus, quæ pro ejus obitu pulsabantur.

In sereno aura, aves e regione cellæ ejus concinunt.

CAPUT LII.

De quadam muliere curata.

Item contigit eadem hora feminam quamdam venerabilis vitæ ac nominis, de ipso oppido Hoyensi, quæ per frequentes vigilias noctium, defectum passa capitis, non bene compos mentis ac sensuum extiterat a multo tempore, audire sonitus campanarum, quæ pro ipsa pulsabantur. Sentiensque per excessum quasi mentis quod pro transitu matris eadem resonarent signa, cogitansque eam transvehi ad cælos, cum multa meditatione ac desiderio spiritus quasi prosecuta est longius abeuntem, congratulabaturque gloriæ ejus, quam valde in vita sua dilexerat semper. At ubi ad seipsam reversa est, sanitati pristinæ reddita est plene, nec dolorem malumque hujusmodi experta postmodum ab ea die et deinceps.

Quædam impos mentis, curatur.

CAPUT LIII.

De subita mutatione aeris facta in transitu ejus.

Nec sub silentio prætereundum est, quod ubi memoratus avium cantus una cum campanarum sonitu audiri desiit, tanta in momento aeris serenitas, quiescentibus procellis, ventis et pluvia, subsecuta subito est, cælum arridere, terra et aer sole sibi reddito applaudere cœperunt, ac si cuncta in beatæ mulieris occursum elementa obsequium præstare crederes, exultare, ac lætari quasi in diebus æstatis.

Post ejus mortem aer serenatur.

CAPUT LIV.

De muliere, quæ per spiritum cognovit ejus transitum.

Altera quoque mulier ex oppido memorato devotionis eximiæ vitæque laudabilis, eadem hora orans in domo erat: cum ecce subitam immutationem considerans cæli, et aeris serenitatem tam lucidam; nec sine caussa id factum apud se conjiciens, intellexit per revelationem Spiritus Dominam Juettam inclusam ex hoc migrasse seculo, ideoque ob ejus reverentiam congaudere elementa ascendenti, affectu quo poterant, obsequiumque præstare honoris ei, quam ipsum creatorem suum honorare videbant suæ præsentia majestatis.

Quædam pia mulier orans intelligit ob ejus obitum illam elementorum temperiem.

CAPUT LV.

De iis quæ facta sunt post obitum.

Elapsis interim diebus non multis, ut aliquod Mater sancta relinqueret consolationis vestigium iis, qui pro sui amissione præsentiæ corporalis consolari non poterant, scirentque se sollicitudinem habere personarum ac loci multo efficacius jam cum Christo viventem, quam dum carnis adhuc cum eis teneretur ergastulo, contigit res hujusmodi. Siquidem cum vivente ea quædam agenda existerent, maxime de rebus et caussis pertinentibus ad consummationem ecclesiæ et operum, quæ facta fuerant in loco, quæ sine decreto et confirmatione Leodiensis Episcopi perfici omnino non poterant; multotiens quidem laboratum pro eis est, sed non elaboratum. Post transitum vero ejus recens factum, apparuit cuidam familiari suæ feminæ religiosæ ac timenti Deum, Margaretæ nomine, quæ in dictæ Ecclesiæ operibus necessaria fuisse probatur admodum, quæque magis pro consummatione eorum, quæ adhuc restabant, operum erat sollicita, multos pro eisdem passa labores. Hæc, ut supra memoravi, ab initio Sanctæ Dei associata est, et collaboravit ei in cunctis operibus quæ facta sunt, bona fide et labore plurimo, ut in præsentiarum videre est. Apparens igitur isti una noctium in somnis, in forma decora valde, et quasi ei videretur compati de iis, quæ restabant, consummandis, læta facie et tamquam ad ambulandum se parans ipsam invitans dixit ei: Margareta, sequere me, quia Leodium vado. Hæc dicens disparuit visio. Surgensque mulier summo mane ad viam se præparat, cum tamen ea nocte ceciderit nix permulta valde, et quanta, ut arbitror, diebus nostris numquam cecidisse visa est aut raro. Assumpta ergo quadam puella altera secum de Humbrikurt, quam et ipsam mirabiliter a diebus juventutis primæ beata mulier Juetta, ab ipsis pene nuptiis et amore seculi abstraxerat, pergunt ambæ desiderio vocantis se et perficiendi negotii, et cum maximo tandem labore et dolore ad Episcopum usque pervenerunt: cui aperientes caussam viæ suæ, propitium valde et ad omne beneplacitum voluntatemque ipsarum ultra omnem æstimationem hominis favorabilem invenerunt: cum tamen ob infirmitatis cujusdam molestias, qua Episcopus idem decumbebat, eo tempore difficilis ad eum haberetur accessus nimium. Et ut perfecerunt omnia secundum velle cordis sui, reversæ sunt cum gaudio ad propria, ita tamen quod neminem hujus beneficii auctorem interpretatæ sunt alium, quam venerabilem Juettam, quæ præcesserat et præparaverat viam earum ante ipsas: et vere, ut arbitror, sic erat.

Apparet cuidam curanti ut ædificia perficiantur.

Expeditionem negotiorum ei impetrat.

CAPUT LVI.

De sepultura corporis ejus.

Transiit ergo venerabilis mater Juetta, ut prædixit, et quia sperabatur filius ejus Abbas Aureæ-vallis venturus, expectatum est de sepeliendo corpore tribus diebus et ultra, ut idem filius maternis exsequiis interesset, pro quo jam missum fuerat. Qui cum, ut prætostensum est, venire non posset, per Dominum Joannem Floreffiensem Abbatem, qui audita morte ejus jam advenerat, corpus ejus in ecclesia debito cum honore terræ mandatum est, beate resurrecturum in gloria, dum mortale hoc induet immortalitatem, et conversa fuerit justitia in judicium, et in victoria absorpta fuerit mors.

Sepelitur ab Abb. Floreffiensi.

127 Migravit autem ad Dominum anno gratiæ a millesimo ducentesimo vicesimo septimo, Idus Januarii, feria quinta, ipsa die Octavarum sanctæ Domini apparitionis, apparens et ipsa vultui Dei munda prorsus ab omni labe tam originalis peccati, quam actualis, lacte candidior, vitro purior, pretiosior auro obrizo, præparata et ornata, tamquam sponsa viro suo.

a Quando mortua sit.

a *More nimirum Gallorum antiquo, annum auspicantium a Paschate: cum alioqui anno 1228, non 1227, inciderit octava Epiphaniæ in feriam quintam.*

CAPUT

CAPUT LVII.

Anni vitæ ejus septuaginta qui numerus non vacat a mysterio.

Series vitæ ejus.

Octavo et decimo ætatis suæ anno vidua facta est, cum vixisset cum viro suo annis quinque, et quinque post ejus decessum mansit vidua inter suos. Servivit dehinc leprosis annis decem, ut perfectionem adimpleret Decalogi. Deinde soli vacavit in cella Domino annis circiter triginta sex, qui omnes sexaginta novem annos efficiunt. Sicque anno ætatis suæ septuagesimo, qui est annus relaxandæ captivitatis veri Judæi de terra Babylonis in Hierusalem, liberata et ipsa est a servitute corruptionis hujus, et translata ad visionem veræ pacis Jesu Christi Domini nostri, qui est pax nostra pacificans quæ in cælis et quæ in terra sunt, interficiens inimicitias in semetipso super lignum Crucis; cui honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto in secula, Amen.

AUCTORE HUGONE, EX MSS.

DE B. VERONICA DE BINASCO,

VIRGINE, MEDIOLANI.

AN. CHR. MCCCCXCVII. XIII JANUARII.

Binascum *Longobardiæ oppidum est, medio fere Ticinum inter ac Mediolanum itinere, quod Leander Albertus* honestum et frequens castellum *vocat, traditque* ad Bacinas *Latine dictum Alciato, qui isthic magnificam habuit villam,* Binas *aliis. Hinc orta sub annum* 1445 Veronica *est, quæ vicesimosecundo anno ætatis religiosum institutum Mediolani in S. Marthæ cœnobio complexa, tandem anno* 1497, 13 *Januarii, feria* 6, *sancte mortua, viginti post annis,* Leonis X *auctoritate, in eodem monasterio coli cœpit. Ejus meminit Ferrarius in generali catalogo SS. his verbis:* Mediolani in cœnobio S. Marthæ, depositio B. Veronicæ de Binasco Ordinis Prædicatorum.

B. Veronicæ patria natale.

2 *Sitne illud S. Marthæ cœnobium, Prædicatorum institutione olim formatum, haud possumus pronuntiare: nihil in* Veronicæ *vita reperimus, unde id conficere fas sit; S. Augustinus, ac S. Martha cen peculiares Patroni identidem memorantur. Fortassis hoc scribendi præbita Ferrario est ansa, quod Isidorus Isolanus Prædicator, cujus alia quædam præclara exstant monumenta, vitam* Veronicæ *descripserit. Ea anno* 1518 *Mediolani, typis Gotardi Pontici edita est.*

professio vitæ

3 *Quod nacti sumus exemplar in membrana excusum, scholiis erat, auro, minio, coloribus variis, exaratis illustratum: quæ, etsi pietatem rerumque sacrarum reverentiam eximiam sapiebant, addere tamen omnia superfluum duximus. Bibliopola, a quo id in Italia emptum est, asserebat* Cardinalis S. Cæciliæ Sfondrati *fuisse, ejusque studio scholia illa adjecta. Innuebat, ut reor,* Paulum Æmilium Sfondratum, *non ejus patruum* Nicolaum Sfondratum, *qui Pontifex Maximus* Gregorius XIV, *dictus est; fuit aliquam uterque tituli* S. Cæciliæ *Cardinalis, nam* Franciscus Gregorii XIV *pater, tit. S. Anastasiæ Cardinalis fuit. Ast omnium horum ætate anteriora sunt horum scholiorum nonnulla, ut ad lib. 3, cap. 6, dicitur. Erat in eodem volumine officium de B. Veronica, manu exaratum, ac Missa, quæ omittenda duximus.*

ad hanc scholia

4 *Multa in extasi vidisse memoratur* Veronica, *quæ viri docti respuunt ut suspecta falsitatis, circa vitæ Christi mysteria. rerum isthæc fortassis obscurius ab ea narrata, ita scriptor exposuit; aut ipsa ex rerum istarum præceptis ac imaginibus retulit, cum immensam vim divinæ lucis et dulcedinis, quarum nullas habebat in phantasia species, exprimere non posset. Atque id in aliorum quoque Sanctorum raptibus et revelationibus accidit subinde observare.*

raptus, et revelationes

INEXPLICABILIS MYSTERII GESTA

B. VERONICÆ VIRGINIS

PRÆCLARISSIMI MONASTERII S. MARTHÆ

URBIS MEDIOLANI,

SUB OBSERVATIONE REGULÆ DIVI AUGUSTINI

DEDICATORIA.

Christianissimis Francorum Regibus Francisco et Glaudiæ jugalibus, [a] Mediolanique Ducibus invictissimis, Frater Isidorus de Isolanis Mediolanensis, Ordinis Prædicatorum, humani divinique Regni felicitatem.

Christianorum gesta in arcane celebrari debere.

Quisquis ab orbe condito, Francisce Glaudiaque maximæ spei Reges, mortalium stratagemata magno et excellenti ingenio m sse s degerit, ea quibus Catholicæ veritatis cultores viri præclarissimi fuere, majori ceteris admiratione digna esse persuasum habebit, fatebitur, e astantissime que asseverabit ingenio. Nempe si Judæos, genus electum Deo instituente, sapiens, præclarum, si philosophos, animi nobilitate præcipuos; si legislatores insignes spectatosque; si Reges, altissimos principatus majestate; si magnificentissimos urbium conditores, si Duces illustrissimos, bellorum, inquam, fulgura, ac viros denique litteratissimos, qui in omni gente, quæ sub cælo est, claruere, ad unum justissimi throni examen evocaveris, Christianis incomparabiles omni ex parte invenientur. Solis Judæis totus nonnumquam Deus felicissimus creditus est: qui sacrificiorum pia sacra eidem Deo cæli libantes spiritu præcellnere prophetico. Philosophi viri præ ceteris mortalibus naturæ secreti ora lustrantes, eruditi, elegantes, immortalis animi signa admirandis operibus dedere. Legislatores æqui prudentes, gnarique rerum humanarum, tot tantisque rebus publicis instituis, orbem universum auxisse videntur. Reges piissimi, magnarumque mentium pectora sortiti, divites, præclari, stabiles, historiographos illustres effecerunt. At qui bella gessere Duces inclyti, nobiles, ingenui, pacem armis servaverunt, magnisque tr pacis inter mortales beneficii placidique commemorar satagerunt. Litterarum denique eruditissimi cultores pectoribus altis omnia excoluisse, illustrisse, immortali que reddidisse videntur. Sed, o Christum Deum immortalem! o hominem in tempore quidem natum, sed cunctorum habenas perpetuo moderantem! o Deum altissimum, cujus divini sectatores Judæorum dogmata cælesti lumine perspicua fecerunt ante mortalium oculos posuerunt, et hoc in ea in ellus permutantes sancti Spiritus adventu Prophetas superavisse non ambigimus. Ennuvere philosophantium litterarum instituta Christianis comparata dogmatibus, exilia, impolita, cæca, fœda, deformiaque, duce vere, ac periculis ostentantibus inveniuntur. Jam Christiano

 lumine

Auctore Isidoro Isolano

lumine Reges amplissimi sapientes effecti apud Superos inexcogitato mortalibus diademate coronari peroptant, magnique Duces arma Christo referunt. In Christianæ profecto familiæ laudibus dicendi copia ægra fatiscit, nubila gravisque sedet; secundis etiam felicibusve flantibus Euris velox ac constans fons eloquentiæ manans deficit, habet, et languet. O Christianorum divinas gentes! o rempublicam mirificam, divina honestate obsignitam, præstantissimam, optimam, quæ humanos animos non inter sidera inani figmento locat, verum beatis enumerat spiritibus, sanctoque vivendi genere post fata beat!

2 Quamobrem, Francisce Rex invictissime, Claudiaque conjux magnanima, a quibus Italia pacem optatissimam inaudito triumphi genere prævio demum accepit, Celsitudini vestræ volumen secreta continens cælestia offerre institui. Cui enim circumspectius honestiusve virginea gesta Christianam fidem extollentia dicare fas erit, quam Regibus Christianissimis? Tu enim es ille Christiani exercitus Imperator, O Francisce Rex invictissime, quem Catholica religio, Crucis munimine insignitum, Christi nominis hostes superaturum præstolatur, obsecrat, certoque numine sperat. Jam jam videre videntur omnes Christiani Imperii fines Michaelem Archangelum sacrum crucis signum ante te deferentem, voce magna clamantem et dicentem: Hæc dicit Dominus Christo meo Francisco, cujus apprehendi dexteram ut subjiciam ante faciem ejus gentes et dorsa Regum vertam: Ego ante te ibo, et gloriosos terræ tibi humiliabo. Te vero, Claudia, Reginam constantissimam labenti orthodoxæ Reipublicæ veluti suffragia allaturam plurimi venerantur, colunt, et exceptant. Verumenimvero in cælum oculos mentis attollite nonnunquam, o Reges tutæ spei, et justa Dei judicia considerate, quibus ab immortali Deo electos Principes immeritos didicimus reprobari, sive dum justitiam pessumdant, sive dum Romanum Pontificem minime venerantur, sive dum naturæ deliciis laxant habenas. Vos itaque, in quibus domus Dei pene diruta atque Imperium militantis Ecclesiæ inclinatum recumbit, magna Dei tremenda numina pertimescere rogamus: obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, quo humanarum divinarumque rerum secundos successus vobis afferant, confirment, consolidentque usque in diem Christi Jesu.

Regem et Reginam ad magna pro fide Catholica agenda, hortatur Auctor: et ad timorem Dei.

3 Cogor itidem mea quantulacumque litteraria dona Tuæ inscribere Majestati, o Francisce Rex maxime, ne detestandum ingratitudinis crimen subeam. Superioribus etenim mensibus per tuas litteras injunxisti viro undique clarissimo Joanni de Selva Senatus tui Mediolani æquissimo Præsidi, ut tuis eleemosynis me aleret, quamquam varia Italiæ regna pro meorum Superiorum imperio sæpenumero peragrarem. Accipite igitur Reges Christianæ Reipublicæ lumina divæ Virginei gesta, Veronicamque virginem incognitam mortalibus sanctitudinis nominibus vestris tutelaribus annumerate. Valete felices. Ex ædibus Divæ Mariæ Gratiarum, Mediolani, in solemnis S. Michaelis Archangeli MDXVII.

Ret Auctorem suo sumptu alit

a Occuparat paullo ante Mediolanum aliasque Insubrum urbes Franciscus I, Galliæ Rex.

PROOEMIUM IN VITAM

B. VERONICÆ MEDIOLANENSIS.

Fratris Isidori de Isolanis Mediolanensis Ordinis Prædicatorum et vitæ regularis professoris.

Mostris Ecclesiæ temporibus Sancti a Deo excitantur

Cælestibus divinarum litterarum prodentibus arcanis, didicimus infelici tempestate circum nostra tempora diluentes homines futuros, qui integritate animi, fide, speque inviolabili, pietate insignes, frugales, ac eximia sanctitudine superis civibus familiares, in præceps ruenti per abrupta vitiorum humano generi præsto adessent, et tamquam splendidissima lumina orbem universum illustrarent. Horum quamquam præclarissima virtus plurimis mortalium abscondita latebit; eos tamen summus opifex tanto amore prosequitur, ut una se cœnaturum mystico verbo spoponderit. Si quis, inquit, aperuerit mihi, intrabo et cœnabo cum illo. Hæc quidem munere providentissimo Christi maximi imperii militantis Ecclesiæ jura moderantis evenire non ambigimus, fatemurque, ac sole clarius obstrictis oculis lumen fidei clarissimum non abjicientibus explorata redduntur.

Apoc. 3, 20

5 Enimvero cum præliaretur Principum gladio adversus Christianam Rempublicam humani generis sævissimus dæmonum exercitus, objecit insatiabili homicidæ Deus pientissimus colla Martyrum, Virgines quoque præclarissimas, quarum lacteo sanguine debaccharetur. Retulere invictissimo tropæa, et sanguine proprio laureati supernæ terrenæque Hierusalem muros magnificentiores amplioresque effecerunt. Terga dans victoribus Sathan altera bella suorum militum impiæ turbæ novis armis dimicaturæ injungit. Arma quidem refert victus; at hæreses infelicia mortalium ingenia edocet. Hinc Arrius, Sabellius, Ebion, ac plerique falsa sanctitudinis imagine deceptos homines innumeros ad tartara demiserunt. At Christus cælestibus fulgidus armis viros delegit, queis divina Spiritus sancti munera quam largissime donavit. Hi fuere Catholicæ veritatis Doctores innumeri, os et sapientiam a Patre luminum accipientes, quibus resistere non potuerunt orthodoxæ sapientiæ hostes teterrimi. Sequuti tandem hypocritæ tristes, qui Christiano titulo insigniti, vita turpi, iniquis moribus, verbis sceleratissimis Christi Maximi jussa haud in magno ponunt discrimine. Quis etiam supercælestium fœtorem sulphureum putei ardentis horum impietatis ferre patienter queat? Hos feminei sexus sanctitudine (ut viros divinos prætereamus) præclarissimo ingenio, rerum divinarum certissimis periculis ad se petram allidit Christus, qua confringuntur, atteruntur, et inanissimi sole clarius ostenduntur.

Martyres contra tyrannos decertant, Doctores contra hæreticos, Confessores et Virgines contra hypocritas.

6 Plurimæ quidem feminæ Christianæ religionis nostra tempestate floruerunt, quarum gesta impiis incredibilia censentur, pii vero lumine fidei illustres eadem Dei mirabilia demirantur, credunt, ore prædicant et fatentur. Quis enim non admiretur feminam singulis hebdomadis passionis Christi dolores experientem? Quis non obstupescat Christi Maximi stigmata in corpore portantem, futura præloquentem, suprema Dei immortalis arcana Angelis docentibus clarissime intelligentem? Ambigendum minime Angelum tenebrarum lucis Angeli speciem sæpenumero mentiri: sed credo equidem (nec vana fides) id hominum genus ab Deo esse, regi, et instrui, qui cælestia alto ingenio meditantes in divini amoris novas erumpunt flammas, ac supra naturæ vires demiranda experti miracula docent, contemnuntque omne quod in mundo est, ut Christum lucrifaciant. Hæc probandorum spirituum an ex Deo sint lex est, hæc ratio, hic modus. Quos ubi dignoverimus, captivandus est intellectus noster in obsequium Christi.

Miranda quæ sanctis feminis accidere.

7 Quamobrem Veronicæ Virginis incomparabilis, quæ me annos adolescentiæ agente diem obiit, magnum sui nominis titulum mortalibus, præsertim Mediolanensibus, relinquens, gesta conscribere orsus aggredior. Collegere primum isthæc, Christi Maximi imperio, Benedicta femina sanctimonialis grandæva cœnobii Divæ Marthæ, Veronica revelante, Thadæaque Ferrariensis, ex Bonahorum familia, ejusce professionis, (quam a secretis Veronicæ esse voluit Salvator) oculatissima equidem indagatrix Virginis Veronicæ actorum. Tribus voluminibus ea conscripsit Benedicta materno eloquio, quæ Latinitate donantes eisdem

A quibus acceperit auctor, quæ de Veronica scribit.

eisdem tantummodo ordinem addidimus. Neque volumina manu Benedictæ conscripta diversa continent, sed duo archetypi sunt, tertius vero ab utroque exceptus ad verbum transscriptus est. Sunt et apud mortales nunc plerique rerum Veronicæ probatissimæ virtutis testes. Nos equidem cæleste hoc opus exorsi sumus divina miseratione, neque enim nos dignos arbitramur, qui talia Latino sermone donemus. Verum cum nostræ exilitas conditionis candidæ veritati aut addere quodpiam nequeat, aut minuere. Evangelica sententia in medium afferenda est : Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, aut quo vadat : sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Sed cum benignum sit et plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris, quemadmodum obnoxii animi est, et infelicis ingenii indicium existit, obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi aucupari; fatemur Benedictam Veronicæ gesta conscribentem, divinos armores spirantibus verbis uti; quam nos frigidi pectoris imitari nequimus. Quæ igitur latenti energia carent nostra volumina, etsi in tanta scriptorum turba in obscuro sint, nobilitate tamen ac magnitudine rerum scriptarum me consoler. Utcumque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoria pro virili parte, et meipsum consuluisse. Enimvero (ut nobilis historici verbis iterum utar) si me amor negotii suscepti non fallit, in harum rerum cognitione hoc præcipue salubre ac frugiferum tibi aderit, quoniam omnis exempli documenta in illustri posita monumento intuebere. Inde tibi quod imitere capias : inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites. Ceterum opus præsens multifariam divisimus, satis ingenuo Lectori facientes. Per libros enim et capita secta volumina sensum augent, et ignavis vigorem intervalla præstare consueverunt.

Joan 3 8 — *Liv lib 1.*

BULLA LEONIS X.

Permittentis coli festum B. Veronicæ.

Leo Papa X, dilectis in Christo filiabus Matri et monialibus monasterii B. Marthæ Mediolani salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum, sicut venerabilis frater *a* Dionysius Episcopus Maclovìensis apud nos et Sedem Apostolicam pro carissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, nobis nuper pro parte vestra exposuit; Vos summopere cupiatis quondam Veronicam, dum in humanis ageret, vestri monasterii monialem professam, ob singulares exemplaris vitæ virtutes, jejunia, orationes, vigilias, et quamplures alias virtuosas et Deo gratas et acceptas operationes, quas adhuc vivens gratia divina sibi assistente operabatur, ita ut pium sit credere eam in cælum esse relatam; cum ob crebra quæ suis intercessionibus Dominus noster indies post ipsius obitum operatur miracula, tum ob singularem devotionem quam ad eam geritis; et ut devotionis fervor accrescat et bonorum operum sectatrices indies magis atque magis efficiamini, ut liceat vobis eam in ecclesia et monasterio vestro pro Beata colere et venerari, ac in ecclesiis et sacellis vestris ejus imaginem depingi facere. Quare præfatus Dionysius Episcopus et Orator nobis vestro nomine humiliter supplicavit, ut huic vestro tam pio honesto desiderio satisfacere, pro nostri pastoralis officii debito, de benignitate Apostolica dignaremur.

a Dionysius Epis. Maclovìensis Legatus Regis Galliæ apud Pontificem

9 Nos igitur qui fideles quoslibet, et præsertim feminei sexus sub suavi religionis jugo Domino famulantes, ad devotionem et venerationem Sanctorum et Sanctarum Dei, quantum possumus libenter excitamus, et ut imitatrices illorum existere valeant, earum piis desideriis ex magno devotionis fervore prodeuntibus libenter annuimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis quod pro vestra speciali consolatione eamdem Veronicam in vestris ecclesiis et sacellis ut Beatam venerari, et illius imaginem depingi facere, sine incursu alicujus demeriti, vel idololatriæ, seu conscientiæ scrupulo, possitis et valeatis, auctoritate Apostolica et tenore præsentium, de Apostolicæ auctoritatis plenitudine concedimus pariter et indulgemus, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Per hoc autem non intendimus quod catalogo Sanctorum adscripta sit, donec ad illius canonizationem actualiter processum fuerit. Datæ Romæ apud S. Petrum, subannulo piscatoris, die quintadecima Decembris MDXVII, Pontificatus nostri Anno quinto.

Permittit Pontifex Veronicam ut Beatam coli, ejusque imaginem pingi

Auctore Isidoro Isolano

Evangelista. a tergo

Dilectis in Christo filiabus Matri et monialibus monasterii B. Marthæ Mediolanensis.

a Dionysius Brissonettus LXIX *Episcopus Maclovìensis, vir sanctissimus, missus quoque fuit pro* S. Francisci de Paula *canonizatione ad Leonem X Legatus, ut 2 Apr. diximus, et* B. Joannis de Craticula *prædecessoris sui beatificationem obtinuit, de quo 1 Febr.*

COMMENDATIO HUJUS LIBRI

Ad Patrem monasterii S. Marthæ.

Rufinus Belingerius J. U. Doctor, Archipresbyter Ecclesiæ SS. Naboris et Felicis de Pustino Papiensis diœcesis, Reverendissimi in Christo Patris et Illustrissimi Domini D. *a* Hippolyti, miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Tit. S. Luciæ in Silice Diaconi Cardinalis Estensis, Administratoris Archiepiscopatus Ecclesiæ ejusdem, Vicarius Generalis, Venerabili in Christo Patri D. Jo. Antonio Borsano, Ecclesiæ S. Pauli Mediolani Presbytero parochiali, salutem in Domino et caritatem.

a

Hoc præsens opusculum veluti rosa prima omni suavissimo sapore referta, quæ ex sacro cœnobio hujus inclytæ civitatis decus et ornamentum venerabilium Sanctimonialium S. Marthæ Mediolani, uti ex saporifero rosario, Spiritus sancti rore irrigata, divina gratia illibata custoditaque, ac Angelica manu decerpta, tibi potius quam alii jure dicari et donari debuit : earumdem enim sancto regimini, judicio totius civitatis, et non casu, Pater spiritualis et animarum suarum justissimus Rector delectus fuisti. Conveniens quippe erat, ut illæ sacræ Sanctimoniales omni laude dignissimæ, te virum optimum et pari laude dignum in talem Patrem et animarum suarum custodem plene haberent : et ut quando eas, ut decet, exhortaris (prout facis sæpissime) ad ferendam crucem propriam cum patientia et humilitate habeas solum libellum hunc, ex quo sumens non aliunde, sed ex ipsismet, amplissima documenta, si eas ad humilitatem, si ad obedientiam, si ad paupertatem, castitatem caritatemque et alia hujusmodi similia exhortari volueris, ex rosario isto modum et exempla habebis amplissima.

11 Et ut facilius id agnoscas, libet hujus Virginis vitam carptim transcurrere, quo facilius ejus merita possis contemplari. Pluribus testimoniis edocti et certi sumus Beatissimam Veronicam mediocribus ortam parentibus, prius sese Deo dedicasse quam Deum potuisset per ætatem cognoscere, et anno jam majorem virginitatem suam consecrasse Christo, quem sua in majestate sedentem mirabili visione contemplata est; et arcana cælestis aulæ vidisse, quæ effari non potest lingua mortalis. Habitum vero S. Augustini devote extorsit in cœnobio antedicto, mundanas

B. Veronicæ vita compendium

Intrat religionem

Auctore Isidoro Isolano

mundanas delicias a se abdicavit, orationi se totam dedit, ceteras Sanctimoniales ut idem facerent et docuit et persuasit : ægrotantibus summa diligentia et caritate ministravit ; diabolicas tentationes et assiduas malignantium spirituum pugnas clypeo patientiæ et fidei galea superavit. Nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit : omnis sermo ejus de moribus fuit et de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei et proximi, de cælesti patria. Nemo ad eam accessit, qui non doctior meliorque abierit. Doctrina ejus infusa non acquisita fuit : prius magistra visa est, quam discipula. Summa hujus Virginis abstinentia fuit et mirabilis vitæ austeritas : quippe quæ vini et carnium usum prorsus abjecerit. Ad cibum veluti ad supplicium pergebat : ad communionem altaris quæ illi frequens erat, quasi ad cælestes nuptias invitata esset, summa cum alacritate, humiliter tamen et devote, proficiscebatur. Nullæ illi plumæ, sed ex duris asseribus lectum sibi confecerat : ultra tres horas interdiu noctuque non dormiebat : reliquum omne tempus vigilando, orando, prædicando, misericordiæ opera agendo, contrivit. Luctabatur quam frequentissime cum dæmonibus. Sed dicebat cum Apostolo : Cum infirmor, tunc fortior sum. Rapiebatur sæpe a Spiritu, et in aere suspensa divinis contemplationibus pascebatur, adeo ut extra se acta et percussa nihil omnino sentiret.

abstinentia — *luctatur cum dæmone* — 2 Cor. 12. 10 — *raptus crebri*

12. Migravit Virgo hæc in cælum ætatis suæ anno quinquagesimo secundo, et corpus aliquamdiu servatum, tandem in prælato monasterio conditum est, non sine maxima populi devotione ac reverentia; cujus tactu plerique ægroti sanitatem sunt consecuti. Postea quoque Virgo jam cælo recepta, vota supplicantium benigne audivit, et ut a sponso et Domino suo Christo exaudirentur curavit, et curat usque in præsentiarum. Quæ omnia cum nota fuissent, fama publica referente, etiam Sanctissimo D. N. D. Leoni Papæ X, per breve suum Apostolicum, quod vidimus, legimus et tractavimus, edixit ipsam beatam Virginem in cellulis commonialium suarum et earum ecclesia posse depingi, eamque uti beatam, privatim tamen, et non publice posse coli et venerari. Idcirco cum omnia præmissa nobis notissima sint et vera, ordinavimus præsens opusculum, uti verum in omni sui parte, et Christianæ religioni conforme, posse et debere imprimi, quibuscumque in contrarium facientibus minime obstantibus. Vale et pro me Deum rogare digneris.

cultus privatus et imago permissa a Pontifice

a Hippolytus Estensis, Herculis I. Ferrariensis Ducis filius, ... deinde ... inter Mediolanenses Episcopos ... Hippolytus II.

VITÆ LIBER I.

De moribus ejus.

CAPUT I.

De ortu et parentibus Veronicæ Virginis.

Est apud Insubres oppidum, quod Binascum dicunt, medio itinere inter Papiam ac Mediolanum. Illic ex familia humili Nigrorum orta est Veronica Virgo. Ruri colendo ejus pater insistebat, atque rerum ... vilis ... mercat ... Quamobrem a teneris annis, parentum jussu ac paupertie, agris purgandis Veronica incubuit. Neque vero terrenis egens divitiis Veronicæ familia, virtutum præstantia caruit. Asserunt enim plerique illius patrem haud mediocris innocentiæ virum extitisse, rectum, simplicem, Catholicumque. Qui equum aut jumentum quodpiam cum vendere se contingeret, emtoribus latentes ... vitia ... magna simplicitate aperire consueverat. Talibus itaque nata parentibus Virgo Veronica, admirabile nomen Dei ipsa stirpis suæ humilitate clarius illustri mortalium nobilitati reddidit.

CAPUT II.

De desiderio cælestium.

Divini amoris face vehementer succensa Virgo Veronica, parentum jussa capessens, purgandis agris plurimis comitata feminis, sæpius incumbebat. Erat autem mirum in modum cogitabunda, sodales fugiens solaque operari peroptans. Cumque operans solitudine oblectaretur, videntibus procul plurimis, lacrymas ubertim emittebat. Quid vero in Virgine lateret ignaræ sociæ demirabantur. Inspectabant si quidem Virginem omni morum honestate pollentem inter operandum lacrymas effundere, verba jocosa surdis auribus obaudire, concentibus non oblectari, parce comedere, parcius bibere, parentibusque omni humilitate in cunctis obsequi. Non erant hæc Virgini rara, sed continua. Noctes vero et dies cum plerique Virginem talia agere præter ætatem admirarentur, magnum quid profecto in ea latere arbitrantur.

Solitudinis amans, jocos et cantus respuit, ex pietate

CAPUT III.

De apparitione B. Virginis.

Concepto religionis voto, assiduis precibus Veronica efflagitabat ab monasterii Divæ Marthæ Matre sancto habitu indui. Cui suadebat Mater eadem litteras perdiscere. Satagebat itaque Virgo satis jussa Matris perficere. Quamobrem totum diem rebus domesticis cum a patre insistere cogeretur, nocte vigilans litteris perdiscendis intendebat. Precabatur vero Deum pientissimum Matremque beatissimam, quo sibi præsto adessent in litterarum acquirenda notitia, a qua prohibebatur frequenti manuum opere. Apparuit tandem Virgini Dei immortalis genitrix fulgentissimis vestibus cærulei coloris induta. Quo territa visu Virgo Veronica præ timore in terram pene delapsa est. At Mater pientissima propior virgini timenti effecta, dixit : Ne timeas, filia mea : neque plurimum cures litteras nosse. Meæ namque voluntatis est, trium tantummodo litterarum peritiam te habere. Prima coloris albi erit, secunda nigri, tertia rubei. Enimvero animo viribusque receptis Veronica audentior effecta ait : Tune Virgo beata existis mater Domini? Quæ respondit : Dei omnipotentis genitrix sum. Cui Veronica : Hocce numquam crediderim, quod ipsa vilis femella cum sim, indigna existam ad quam Mater Dei veniat. Arbitror potius te diabolum fore, qui me deceptum veniens hujusce eximiæ mulieris speciem induisti. Cui inquit Dei ... Ne ambigas, filia, me matrem Christi esse : ipsa enim ego sum. Audi vero trium litterarum significata. Album quidem elementum signat cordis munditiam, cui nunc scendæ totis animi votis te incumbere jubeo. Caveto ne quando quodpiam amore illicito prosequaris. Omnis vero tua dilectio in Filio meo unoque tota mente figenda est. Verum littera nigra docet, ut numquam scandalum sumas ab proximi operibus. Peragant licet homines opera mala, tu tamen impiis semper compatiere, satagesque cuncta in meæ voluntatis ordinem mente deducere. Preces quoque assiduas pro errantibus fundes coram Deo filio meo. A murmuratione teipsam semper custodies, sive tibi, sive proximo injuria qualiscumque illatum fuerit. Quod ad elementum spectat rubricatum, jubeo te quotidie saltim partem passionis filii mei quam attentissime meditari. Si ceteras litteras perdiscere poteris, recte, sin minus, hæ tres mente numquam excidant. Quisquis animi puritate claruerit, hic coram filio meo splendescet. Qui vero murmurationi studuerit, anima ejus erit veluti nigredine decolorata

Noctu litteras discit. — *Apparet ei B. Virgo, jubet 3 tantum litteras discere* — *Dubitat de visione* — *Trium litterarum explicatio*

decolorata neque Deo beneplacens. At meditantis filii mei sævam mortem animus, divino amore rubescet : cui ab alto divina munera (malis equidem ignota) donabuntur. Et hæc dicens summi Opificis mater evanuit.

Fit laica in monasterio S. Marthæ

4 Enimvero litteras posthæc Veronica haud magnipendit, Matris Dei verba in corde suo conferens rebusque ipsis observans. Quamobrem habitum Sororum, quæ divinis officiis decantandis minime addictæ sunt, induere sategit, in eoque diem obiit. Et hæc evenerunt anno ab Natali Christiano sexagesimo tertio supra millesimum et quadringentesimum, anno quoque tertio anteaquam Veronica religionem subiret.

CAPUT IV.

De modo vivendi manasterii D. Marthæ urbis Mediolani.

a Monasterii S. Marthæ origo,

Jam fere centesimus ac quinquagesimus annus dilabatur, *a* supra annum ortus Dominici millesimum quingentesimum ac decimum septimum; quo a nonnullis mulieribus venerabilibus cœnobium Divæ Marthæ urbis Mediolanensis initiatum fuit. Terrenis divitiis carens, rerum spiritualium copia locuples habebatur. Vixere enim illæ primævæ Sorores innocentissime, ac potius Angelico quam humano more.

sanctitas

Apostolico privilegio Confessorem deligunt Sacerdotem secularem, cujus consilio atque auctoritate in spiritualibus gubernantur ac temporalibus, præsertim cum magni ponderis quodpiam actitandum evenerit. Harum Sororum vivendi genus sub Divi Augustini regula militat. Hujus quoque religionis propago per multas Italiæ partes cœnobia construxit. Didicimus veridica assertione Sororibus hujusce cœnobii Divæ Marthæ, in exordio institutionis summa pace Deo famulantibus, inter cetera mirabilia hoc sæpenumero accidisse. Cum enim Soror quæpiam diem obiisset, aperto sepulchro cadavera ultro cedebant, locum ampliorem nuper defunctæ concedentia. Hocce conspicatam se apertissime Agnes de Fidelibus Mater aliquando præfati monasterii, femina virtutibus præstans, asseveravit.

miraculis illustrata

a Videtur Auctor hic velle dicere, circiter annum Christi 1367, ædificatum fuisse hoc monasterium. Non enim 1667, quem verba videntur exprimere, potest intellexisse.

CAPUT V.

De moribus et vita Sororis Michaelinæ Ariminensis.

Michaelina condit Arimini cœnobium eique præest.

Nobilis quædam mulier Ariminensis, nupta viro præpotenti, cum Mediolanum concessisset negotiis nonnullis urgentibus, hospitium delegit cœnobium Divæ Marthæ. Hæc vita, moribus, ac sanctitudine, exemplisque Sororum, mente concepit monasterium sub pari vivendi norma Arimini instituere. Quod in patriam rediens toto studio perfecit. Condito autem ab se cœnobio multos per annos præfuit. Denique post fata, innumeris claruisse miraculis fertur. Virum quoque ejus eremiticam vitam duxisse plurimi referunt, sanctoque fine demum quievisse. Hæc est Michaelina, quam apud Superos conspexit Veronica solemni Divi Patris Augustini celebritate. Cujus ideo meminimus, ut clarior reddatur vivendi mos cœnobii D. Marthæ.

miraculis claret

CAPUT VI.

De moribus et vita Sororis.

Justina 30 annis phthisi laborat

Minime hoc loco prætereundum censeo, in monasterio Divæ Marthæ admirabilem quampiam fuisse Sororem, nomine Justinam, patria vero Mediolanensem. Hæc munere peculiari orationis assiduæ claruit. Incidit vero phthisim : quamobrem sæpenumero sanguinem evomebat. Ex ægritudine triginta labentibus annis ægrotavit. Quo temporis spatio semotam ab ceteris cellulam inhabitans, orationique fere semper intenta, jejuniis et abstinentiæ nequaquam parcebat. Sola sedebat ante oratorium, ab ipsa eadem sua in cella locatum. Ibi beatissimæ Matris Dei imaginem affixerat, quam summopere venerabatur, frequentiori ejus memoria vehementissime oblectata. Exultabat, jocundabatur, cordeque gestiebat summi Opificis matris recordatione hilarior effecta. Quapropter hisce sanctitudinis exemplis excitabantur Sorores ad rerum divinarum ardentissime subeundos amores. Totam fere noctem ducebat insomnem, orationi vacans; somnoque victa sese quieti laxabat, caput pectori reclinans. Naturæ vero ad summum concedens stratui caput ipsum ad quiescendum applicabat. Hoc vivendi genere triginta annorum spatium transegit. Terreni nihil optavit, ad cælestia semper inhians. Toto satagebat studio ut seipsam contemneret.

AUCTORI ISIDORO ISOLANO

Erga D. Virginem mire devota.

In ejus morte auditur concentus Angelorum

8 Verum Justinæ exitu appropinquante, concentus sanctorum Angelorum in sublime et Sorores clarissime audierunt. Nesciebant Justinæ obitum instare : demirabanturque harmonias cælestes, quas puerorum voces primum arbitratæ sunt. At campanulæ signo facto pro moriente Justina accurrerunt Sorores, satagebantque ultimum spiritum exhalantem intueri. Enimvero circa Justinæ cellam concentus Superorum frequentior audiebatur, altaque cælorum paullatim petens, deficiente Justina defecit. Admirantibus autem Sororibus cælestem harmoniam post cineres Justinæ, antiqua mulier orationi diu incubuit, petens a Domino beatissimaque matre sibi revelari cur in obitu Justinæ concentus Angelici mortalibus personuerunt. Ea femina post assiduas orationes audivit vocem dicentem : Soror Justina loca Martyrum inhabitat. Obstupuit vehementer illa. Quamobrem magis magisque orabat dicens : O mi Domine Deus, quo merito inter Martyres locum gloriæ accepisse Justinam crediderim, quando nullum ipsa a tyranno perpessa fuerit supplicium? vereor satis, ne vox illa diaboli fuerit artificium. Oranti denique vox tertio repetit : Soror Justina loca Martyrum incolit, subintulitque : Nam ingentia pertulit supplicia, ægritudine dira nimis triginta annorum spatio perdurante.

Inter Martyres in cœlo collocata

Apparet Veronicæ

9 Hæc est Justina quam Veronica manu palmam martyrii gestantem apud Superos aliquando vidisse se asseruit. Non defuere asserentes munera cælestia se accepisse Justinæ precibus. Verum cum post Justinæ fata multos per annos cadaver cujuspiam Sororis ex sepulchro tradendum foret, separatum fuit caput Justinæ a reliquo corpore, illicoque sanguis ex eo profluxit. Locatum est vero caput in loco quodam, donec expleto funere nuper defunctæ Sororis, statuerent quid agendum. Interea Soror quæpiam simplicitate ducta, caput accepit et aquis pluvialibus sanguinem abstergebat. Cumque multa aqua eodem sanguine rubesceret, supervenere Sorores. Advenit quoque Sacerdos monasterii Pater, largoque sanguine Virginis inaniter fuso vehementius indoluerunt. Cogitaverant enim venerabilius ipsum caput recondere. Idem quoque caput in loco quopiam minus reverenter locatum, sæpius nullo pellente decidit. Quocirca jussu Patris cœnobii inter Sanctorum reliquias custoditur.

Mira circa ejus reliquias portenta

CAPUT VII.

De ejus Confessore.

Quoniam Confessoris Veronicæ Virginis frequentior habenda est mentio, de illius moribus nonnulla prænotanda censui. Fuit igitur patria Mediolanensis, ex nobili familia virorum de Alzate, nomine Thadæus. Is cum in seculo vitam cælibem duceret, cujusdam anachoretæ consilio sacris initiatus est. Vir equidem magnæ religionis, rebus divinis sacra-

 rumque

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

rumque rerum cultui devotius semper insistebat. Non caruit quoque scientia, quæ Sacerdotem semper exornat. Electus fuit Thadæus Sacerdos a Sororibus Divæ Marthæ in Confessorem, pro indulto Apostolico mense Junii, ab Veronica vero jam habitu religionis assumpto ante duos menses. Vixit post Veronicæ cineres Thadæus: virginemque illum mortalia reliquisse nonnulli veridica assertione perhibuerunt.

CAPUT VIII.

De moribus nonnullis Veronicæ post susceptum habitum sanctæ religionis.

Gemina vita claruit Veronica: contemplationi apprime vacans, ac rerum exteriorum exercitiis sedulo incumbens. Litteras ignorabat, horarum beatæ Virginis lectione dempta, cui frequentius intendebat. Cœnobii pauperie cogente imperioque Matris, Veronica devagabatur panem per urbis Mediolanensis vicos ostiatim quæritans. Cogebatur itidem civitatis nonnumquam egredi mœnia, ac villas circuire, ad victum monasterii necessaria perquirens. Domum regressa assiduæ meditationi passionis Salvatoris ac propriorum criminum operam navabat. Lacrymarum autem ea copia ab oculis ejus fluebat, qua exuberantia flumina viderentur. Nullæ voces, nulli strepitus, nullive motus lacrymis jungebantur. Quocirca multos per annos Virginis latuit sanctitudo. Flentem Veronicam tametsi pleræque Sorores animadverterint, nil tamen peculiare in ea fore arbitrabantur. Tanti studii semper fuit Veronica divinum munus alto pectore secretius custodire. Placida facie blandisque oculis domi semper videbatur, corporeque robustior, nullos diffugiebat labores. Vindemiarum ac messis tempore nonnumquam eleemosynas petens, longius ab urbe secedere consueverat.

Veronica mendicat pro monasterio.

Contemplationi dedita

Profuse lacrymatur

12 Quamquam tribus annis post susceptum sanctæ religionis habitum, capitis ac stomachi doloribus laboraverit, invicta tamen mente frugique femina supra quam dici queat, neque corporeos labores, neque spiritualia opera prætermisit. Si quando cœnobii Mater laboribus Virgini quasi ægrescenti parcendum jussisset, aiebat Veronica: Fortis ego ipsa sum viribus: qua de re nefas crediderim quos possum haud subire labores. Operandum est mihi dum valeo, dum tempus adest, dum sufficit ætas. Infelicium omnium sortem miserabatur, cupiebatque cunctis præsto adesse. Corporis sui valetudinem, quietem, ceteraque hujuscemodi nihili pendebat, Dei immortalis interiori oblectata dulcedine. Talia tantaque peragens, viginti prætereuntibus annis vitam duxit omnis religionis exemplar, ac divino amore vehementer incensa.

Semper laborat.

CAPUT IX.

De lacrymarum uberi gratia.

Diximus, atque iterum repetere abs re non erit, insigni lacrymarum munere Veronicam claruisse, quas et privatim et publice emittere cogebatur. Sategit nonnumquam fluentes retinere lacrymas, qua de re raucedine vocis vehementi laboravit. De se vilia et abjecta sentiens horrebat Veronica interiora sua quoquomodo Sororibus patere. Voluit aliquando lacrymarum violenta retentione ægrotantem Veronicam Mater monasterii medici ope uti, quæ subridens dixit: Leviuscula est hæc ægritudo. Cras sospes inveniar. Oranti Veronicæ, meditantique, ac pro suis criminibus dolenti, lacrymæ præsto semper aderant. Nullis motibus, nullo fremitu, nullave voce emissa, profluentes lacrymas in Virgine Sorores demirabantur.

Conatur lacrymas continere

14 Quo tempestate raptim ad supernas delicias coepit, Christum Maximum audivit dicentem: Intellige filia mea, lacrymas passionis meæ gratia ab meditantibus manantes mihi quam gratissimas fore. At cum mei genitricem cælorum Reginam inexcogitato amore prosequar, gratior mihi est dolorum quos in passione mea perpessa est, attenta meditatio.

Meditatio dolorum Deiparæ.

15 Retulit Thadæa a secretis Veronicæ, luce quapiam divinitus apparente tantam lacrymarum copiam effudisse, qua vestes humectatas nimium conspexerit, ac solum, veluti si aquæ vas illic effluxisset. Ob novum vero ardorem mentis propter contemplata Salvatoris Christi mysteria, fluxus ille lacrymarum vehemens exortus est. Cogitavit nonnumquam Thadæa vas terreum in Virginis cella servare, quod Virginis raptæ ad Superum choros oculis supponeret, fluentesque lacrymas colligeret. Id quidem Angelo ministro, tandem effectum est. Fuit autem vas lacrymarum collectum; ponderis librarum duarum Mediolanensium. Tacendum hoc loco minime censeo, Sorores quasdam affirmavisse, flentis Veronicæ ad Superos raptæ lacrymas, quæ tunc uberes emittebat, ante pectus Virginis stetisse immobiles; deinde ad usus corporeos Virgine regressa hinc inde defluxisse, veluti suapte natura aquas dilabi conspicamur.

Incredibilis vis lacrymarum ex meditatione Passionis

CAPUT X.

De obedientia ejus.

Nil actitare volebat Veronica nisi Superiorum imperio, quibus singula quæque interiora et exteriora subjiciebat, rata non posse se errare si Majoribus paruisset. Quamobrem munera cælestia Veronicæ in lucem facillime prodierunt. Interrogata enim a Majoribus pro sua auctoritate jubentibus, arcana pandebat. Solatia spiritualia, orationes, meditationes, Angelorum colloquia, Dei quoque miro incensum pectus amore, obedientiæ voto posthabuit. Aiebat Virgo, oraculum cæleste referens, quam gratissima Deo, quæ pro sinceræ obedientiæ voto peragunt homines. Quapropter quidquid Virgini mandabatur, continuo lubens ac jocunda celeri præstabat exitu. Optanti plerumque Veronicæ nocturnas vigilias prævenire, id ausa minime fuit inconsultis Majoribus. Illis vero non annuentibus Virgini aliquando in cælestibus vacanti dixit Jesus Deus immortalis: Scito filia mea, mihi gratius fore te Superioribus obsequentem minime ante nocturnas excubias surgere. Mihi enim summopere placent communis vitæ acta: ac præsertim quæ voto obedientiæ peraguntur. O mihi perjocundum obedientiæ munus, qua de cælo descendi factus obediens ad mortem. Hæc Christus. Quocirca probantibus Superioribus devagabatur Veronica, occlusa manebat, humilitatis operibus studiose incumbebat, maximos obedientiæ fructus mente pervolvens. Impium ac nefas arbitrabatur, vel leviusculo Superioris mandato quoquo modo reluctari.

Omnia sua arcana, jussa aperit.

Obedientiam quanti fecerit,

Etiam Christo probante

CAPUT XI.

De humilitate.

Præclarissimo humilitatis munere Veronica ita claruit apud Deum et homines quæque, qui eam inter mortales dignoverunt, ut incredibilia quæ in ipsa fulsere dona Dei, clariora ac certiora redderent magna sanctæ humilitatis opera. Semper de se vilia et abjecta sentiebat, eademque loquebatur. Nullo Dei beneficio dignam se arbitrabatur, femellamque criminum fascibus onustam asserebat. Quamobrem abjecta opera nusquam loci detrectabat, verum despectissima quæque efficere volebat. Inde multos per annos curam gallinarum reclamantibus sæpe Sororibus gessit, nacta eo ministerio solitudinis, cujus erat cupientissima, aptiorem locum. Præclara hac humilitate nitens *voluit aliquando inter Sorores psalmos in choro decantare,

Insignitei humilis

Curam gallinarum gerit

volebat legendum non lust

Ab Angelo modum cantandi docetur

decantare, posteaquam ab Angelo etiam omnem psalmodiam modumve decantandi officium didicerat.

18 Quid protelabor longius? Numquam aliquid effecit Veronica profundæ humilitatis decore non ornatissimum : verba, mores, incessus, obsequia, risus, blanda tristisque facies, universa denique miram in ea humilitatem præ se ferebant. Cum omnibus domesticis usque adeo modeste se agebat, ut omnium videretur ancilla. Quocirca indies proficiebat gratia, virtutibus et sapientia apud Deum et homines. O quoties Virgo hæc lacrymas uberes dedit, altoque corde suspiria traxit, hinc vilissimam feminam se credens, illinc vero divinas alloquutiones Angelorumque solatia experiens! Angebatur, dolebat, excruciabaturque vehementissime quemvis de se alta sentientem suspicata. Quare summis ac quotidianis precibus ab Christo Maximo nitebatur obtinere, magnisque obsecrabat gemitibus ne quisquam nosset quæ providentissima Dei Majestas sibi dederat cælestia sanctitudinis dona. Humilitate victa Veronica plurima conticuit, sanctitudinis famam opinionemve perhorrescens. Cum mirum in modum torqueretur Veronica, quod rapi ad cælestia nonnulli eam cognovissent, illico soluta sensibus abstrahitur, supernaque ad cælum vehitur ope. Tum Christum conspicatur blandis oculis se intuentem ac dicentem : Scito filia mea cælestes gratias te accepisse ab me Deo immortali, non tui ipsius tantummodo gratia : nam mihi gratæ pariter sunt animæ ceterorum. Asseris te vilissimam creaturarum omnium esse : at exploratum habeto, o filia mea, nullius me personæ acceptatorem fore : sexus, conditionis, fortunæ, nobilitatis, ignobilitatisve omni posthabito gradu lubens mea effundo munera cui voluero. Mihi itidem quam gratissimum esse intellige quod de te indigna sentias. Hinc celebritates Sanctorum apud cælestem Hierusalem decrevi toto labentis unius anni spatio te inspecturam. Quæ cum mortalibus explorata fient, apprime incitabuntur ad veneranda tota mente sincerisque affectibus Sanctorum solemnia. Hæc Christus.

Petit a Christo ne innotescat hominibus.

CAPUT XII.

a *De simplicitate.*

Erat suapte natura Veronica candida simplicitate nitens, ut virtutum omnium exemplar videretur. Vultus, oculi, labia, alterna cum Sororibus ac domesticis colloquia, simplicem cælestis Virginis animum præ se ferebant. Celebri die octavarum Corporis Christi anni millesimi quadringentesimi octuagesimi septimi Sacerdote rem sacram agente, Virgo sub corporeis obtutibus conspicata est Jesum sub infantis forma albis indutum, medium inter geminos Angelos inambulantem super altariolo, quod ante Eucharistiæ conservationis locum stabat. Circumdabant iti dem infantulum Angeli plurimi. Perseveravit autem ea visio ab Missæ exordio adusque calcem. Cumque arbitraretur Veronica, jucunda simplicitate pollens, eadem Sorores omnes vidisse, dixit Matri cœnobii ejusque Sorori Vicariæ : Vidistisne infantem Missam agente Sacerdote super altari semper deambulantem? Quibus respondentibus : Minime; rubore perfusa est Virgo, statuitque totis conatibus in posterum celare quæ vidisset. Admirabantur denique Sorores Virginis puritatem, simplicem quoque vivendi morem, quibus cuncta patienti et placida audiebat aure, cedebat omnibus, atque ad sui amorem pertrahebat.

Videt Christum forma pueri.

Putat alias idem vidisse.

a Monet Scholiastes, hoc caput magni esse ponderis, quippe quod præcipue requiritur in canonizatione Sanctorum, ut patet ex Glossa in cap. Gloriosus, de reliquiis et veneratione Sanctorum in 6.

CAPUT XIII.

Auctore Isidoro Isolano

De victus parcitate, ac somni tenuitate.

Præter consuetudinaria jejunia suæ religionis, præterque communem vivendi severitatem, Veronica in cibo et potu temperatissima fuit : nedum adeo modica, ut admiratu dignum esset. Ardentissimo tenebatur desiderio vesci pane et aqua simplici, quod innumeros dies peregit. Totum aliquando diem cibi nihil capere frequentior illi mos erat. Eo præsertim die cibum omnem fastidiebat, quo Christi corpore depascebatur. Universam vero prope noctem in contemplandis divinis rebus porrigendisque ad Deum precibus duxisset insomnem, si Majorum jussa minime obstitissent. Isthæc raptus ejus longas perlegenti moras in sequentibus libris explorata fient. Erat illi lectus cilicinus, quem tegebat linteamine ex his quibus Sorores pro religionis institutis utebantur. Nos illius cilicini stratus portiunculam habere sategimus, super aurum et lapidem pretiosum proculdubio præstantiorem. Enimvero Angelico pane Veronicam sæpenumero nutritam non ambigimus; quam rem suo loco aptius explicandam censemus.

Pane et aqua vescitur

Lecto cilicino utitur.

CAPUT XIV.

De itinere ejus ad urbem Novocomensem.

Raptæ ad Superos Veronicæ nonnumquam mandavit Christus Jesus, dicens : Volo, filia mea, te Novocomensem urbem adire comitantibus Sororibus Thadæa ac Simona, quam absentem licet, domum ego ipse incognito mortalibus modo perducam. Iter autem arripies XVI Calendas Novembris. Erat vero annus ille millesimus quadringentesimus octuagesimus nonus. Res demiratu digna : absens Simona vespere præfatum diem antelabente cœnobium applicuit, atque sole oriente una ad Novicomi urbem concessere, hospitium diligentes apud feminam quampiam occlusam gratia observandæ vitæ solitariæ. Dixerat autem Christus Veronicæ : Est in monasterio Divi Francisci senex quispiam, cui nomen Joannes, famosissimus inter Sacerdotes qui secularium confessiones audire consueverunt : hunc nominatim evocatum certiorem efficies de talibus apud eum latentibus. Quod Veronica studiosissime effecit. Stupebat, demirabatur, imoque pectore suspiria trahebat senior Joannes in Virginis sermone, quo soli Deo ac sibi cognita aperiri audiebat. Quocirca peculiari veneratione Veronicam Virginem in posterum præfatus Frater Joannes ordinis Minorum semper prosequutus est.

Præcipit ei Christus iter capiat, ut eat Novocomum

Arcana cuidam Fr. Minori aperit

22 Anno itidem nonagesimo quarto supra millesimum et quadringentesimum, sexto Nonas Junii, Christi Salvatoris jussu Veronica Novumcomum profecta est. Nam ab eodem didicerat Salvatore, virum esse ea in urbe, qui multos per annos mortalis criminis pondere pressus Veronica suffragante salvandus esset, peccati quoque speciem, originem, ac modum resurgendi ab eodem scelere, Christo significante, Veronica plenissime intellexit. Quapropter virum conveniens eumdem exhortata est efficacissime, ut Deo conciliaretur, eo crimine posthabito. Audivit vir ille quam jucundissime Veronicam, satisque ejus consiliis faciens, viam salutis est ingressus. Verum Spiritu divino acta Veronica, pleraque cœnobia feminarum urbis Novocomensis ingressa est : ubi verbum salutis, suprema humilitate ac cælesti virtute disseminans, fructus cælestes produxit, et attulit.

Itidem peccatorem mi... ad pœnitentiam

CAPUT

AUCTORE ISIDORO ISOLANO

CAPUT XV.

De zelo animarum.

a *Multas religiosas de occultis peccatis admonet.*

Habet urbs Mediolanensis *a* plurima sacrarum mulierum cœnobia, ex quibus nonnulla Christi Dei imperio sæpenumero Veronica adivit, evocans proprio nomine feminas, quarum crimina reprehendebat, mentiumque pandebat occulta, dicens : Ego, Soror mea carissima, Deo mandante tibi significaverim, te tali crimini addictam, quo injuriam divino affers numini. Age pœnitentiam, et erit tibi propitius conditor omnium. Mihi enim isthæc providentissima Dei majestas nota efficere dignata est in salutis tuæ cœleste suffragium. Quamobrem Veronicam plurimorum saluti consuluisse in urbe Mediolanensi non ambigimus.

a *Accepimus ab* Erycio Puteano V. CL. *catalogum MS. Ecclesiarum urbis Mediolanensis, in quo Sanctimonialium cœnobia 41 recensentur.*

CAPUT XVI.

De ejus legatione ad a Alexandrum VI Pontificem Maximum, Christi jussu.

a

Legatio virginis Veronicæ, Christo summo Rege mandante, hoc ordine peracta est. Anno nempe nonagesimo quarto supra millesimum et quadringentesimum, superna regna spiritu tenenti Veronicæ Christus dixit : Volo, filia mea, te in regionem longinquam proficisci; neque caussam attulit idem Dominus ac Salvator. Cumque rerum futurarum ignara præceptum divinum demiraretur Veronica, dixit ei Dominus : Est meæ voluntatis ut Parmam eas. Post multos vero dies addidit Dominus, dicens : Statui te Florentiam proficisci, magnum quempiam Ecclesiæ Præsulem allocuturam. Suspicata est Virgo hocce Dominico sermone futurum tandem ut Romam iret Christi Maximi præcepto, ac legationis fungendæ gratia ad summum Pontificem, qui tunc erat Alexander VI. Talibus autem præmissis piissimus Salvator sponsæ suæ mentem disponebat componebatque ad longum iter facilius subeundum. Quocirca statutum tempus nonnumquam Christus immutavit. Est enim apud divinam providentiam secundarum caussarum lex fere semper inviolabilis. Potuisset siquidem Deus animi constantissimam virtutem ac vires una cum præcepto Virgini immittere, sed modum secundarum agentium Christus ipse observavit, prima caussarum. Denique anni spatio devoluto, Salvator Virgini dixit : Eia filia mea sollicitius te præpara ad longum iter jam jam peragendum. Ne vero timueris, sed securior proficiscere, quoniam ad quascumque deveneris urbes, castra, villasque, ego tecum semper ero. Nihil eorum quæ ad victum conducunt, tibi tuisque deerit. Comitem assumes Sororem Thadæam, quam a secretis tuis esse volui.

Disponitur a Deo ad iter Romanum.

25 Nacta itaque quatuor virorum venerabilium comitatum Veronica virgo, cum Thadæa socia Romam versus iter arripere instituit in Idus Septembris anni Dominici nonagesimi quinti supra millesimum ac quadringentesimum. Ea vero fuit pecuniarum sibi elargitarum copia, quæ se ac omnem societatem aluerit abundanter. Igitur compositis rebus ad iter necessariis, Sororibus audientibus, ac exteris plurimis adventantibus, qui virginem diligebant venerabanturque, dixit Veronica : Ego Romam proficiscor divino imperio ad summum Pontificem. Neque hæc legatio mihi apertius aliquando injuncta fuit, nisi nocte tantum superiore. Verum decimo octavo die Romam applicuit Virgo Veronica omnisque societas ejus incolumis, nulloque discrimine acta. Romæ substitit octo dierum spatio, Florentiæ pariter. Ac deinceps Mediolanum decem et octo diebus prætermeantibus rediere.

It Romam.

26 Romæ posita cum summum Pontificem adire studeret Primatum suffragiis, dixere plerique : Hocce magni momenti negotium existit, quandoquidem nobilissimi viri ab remotissimis Christiani Imperii finibus advenere ut summum alloquantur Pontificem, suisque frustrantur votis usque adhuc. Enimvero die statuto ab Salvatore palatium Pontificis Virgo ingressa est. Quod ubi Alexander cognovit, egressus magna comitante caterva, in angulo aulæ cujuspiam consedit, Virginemque evocavit. Accessit illa, sanctoque exosculato pede, legationem Christi perfecit quam secretissime. Expleto secretiori colloquio Pontifex socios Virginis evocat : quibus benedictis, immortali Deo immortales gratias egere. Obtinuit etiam Veronica ab eodem sanctissimo Pontifice plenam delictorum remissionem, Indulgentiasque Stationum urbis Romæ Sororibus omnibus monasterii Divæ Marthæ. Post hæc surgens Alexander Pontifex, abeunte Veronica dixit viris præstantissimis, qui forte tunc aderant : Honoretis hanc mulierem, sancta quippe femina est. Verum plurimorum utriusque sexus hominum Virginem salutatum advenientium tumultus horrens, sequenti die post summi Pontificis alloquutionem, excitatus est. Veronica virgo Roma recessit. Haud mediocri veneratione Virginem Florentini prosequuti sunt. Quamobrem talibus nimium afflicta, ecclesiarum ejusce urbis cœptam visitationem omisit. Ab Placentinis itidem Veronica venerationis præclara signa accepit : quocirca in monasterio sui ordinis dies multos hospitata, plurimos audire coacta est. Verum cum Padum pertransisset Virgo, sequenti trajectione naves pontificiæ naufragium perpessæ sunt, Veronica vidente. Sanctitudini autem Virginis adscripsere qui aderant, quod nec hominum quispiam, nec jumenta adversi quicquam timore dempto subierint.

Facile admittitur

obtinet Indulgentias

honoratur Romæ et alibi

a *Is sedit ab 11 Augusti 1492, usque ad 18 Aug. 1503.*

LIBER SECUNDUS.

De divinis rebus secundum sensus corporeos ab Veronica expertis.

PROOEMIUM.

Post descriptos mores Veronicæ virginis, quæ velut astrum purissimum in nocte mundi istius refulsit, immensum pelagus mihi aperiri video. Quæ enim divina sensibus experta est, explicanda sese objiciunt. Ea vero tantæ majestatis existunt, ut ipsis etiam sanctis Patribus demiratione dignissima censeri queant. Legimus nempe apud veteris instrumenti sacros codices Deum maximum varia sub rerum sensibilium imagine Patres allocutum, Angelosque familiares eisdem se præstitisse : at post nostræ mortalitatis ab Christo Deo indutam naturam, aperto marte dæmones cum viris sanctissimis conflictasse, eosque verberibus attrivisse et vulneravisse didicimus. Demiramur itidem lucem cælestem mortalibus rebus immixtam plurimos conspectasse, atque Christi Dei immortalis amore succensos modis incredibilia hominibus peregisse. Quid quæso horum in Veronica non emicuit? Ipsa enim quotidiano Angelorum consortio oblectata, ac sublimioris profectus ardore succensa, Dei colloquio perfruita, desiderio et intentione cælestium, vice magni luminis coruscavit. Ipsa ab dæmone sævissime verberata, ipsa luminis cælestis aspectu potita, ipsa denique extinctis universis vitiis, cunctisque virtutibus consummatis, illam B. Pauli Apostoli sententiam : Conversatio nostra in cælis est, opere ac virtute, omni que studio didicit adimplere. Isthæc secundo volumine prosequemur. Quibus orsis tantum operis ut successus prosperos dent Superi, votis ac precationibus exoptamus.

Variæ visiones et portenta Veronicæ

Phil. 3. 20

CAPUT

CAPUT I.

De apparitione Jesu cruci affixi.

Christus crucifixus ei apparet.

Posteaquam multos per annos Veronica assiduæ contemplationi Passionis Christi Maximi incubuit, quapiam nocte post nocturnas laudes, in sacris ædibus longiorem moram, Sororibus abeuntibus, protraxit: cui Christus cruci affixus plagis lividus, corona spinea caput comprimente, lacrymabilis, in altari sub obtutibus corporeis apparuit. Splendore vero incredibili imago illa Crucifixi omnem ecclesiæ ambitum illuminavit, moxque evanuit. Ea visio cor Veronicæ gladio passionis Christi pertransivit et animam. Quamobrem mirum in modum excruciabatur vehementissimo Christi Jesu amore languens. Fuerat paullo ante gladius acutus Virgini criminum suorum amara recordatio. At tantis acta cogitatibus Veronica columnam lapideam, cui forte hærebat, amplexata est. Cogitationum namque fluctibus laborans vires omnes amiserat. Interea rivulis lacrymarum ab oculis Veronicæ manantibus, vocem grandi ejulatu perstrepentem audivit, quam nullius fuisse mortalium arbitrata est. Ea voce nusquam territa Virgo orationi incubuit adusque solis ortum.

Vehementer dolet.

CAPUT II.

De apparitione D. Augustini.

Ter ei apparet S. Augustinus

Anno ab virgineo partu octuagesimoseptimo supra millesimum et quadringentesimum, vacanti Veronicæ orationi nocturnæ apparuit B. Augustinus trina vice, diebus plurimis singulæ apparitioni interjectis. Ea luce circumseptus erat, qua omnis locus, quo occlusa Virgo latebat, sicut dies illuminaretur. Contegebatur Augustinus cappa serica, vesteque purpurea. Divini cujuspiam aspectus videbatur in capite fulgentissimam mitram gerens. Horruit primum Veronica claritudine immensa, dein cælestibus gestivit gaudiis. Enimvero visione in cælum dilapsa angebatur Virgo, dolebat, lacrymabaturque, ultro citroque loqui datum non fuisse, criminibus suis (ut ipsa asserebat) id promerentibus. Hinc proficiscebatur, ut isthæc præclara sibi cælo demissa munera ab Deo, an a fallaci essent dæmone, plurimum hæsitaret. At cum rapi mente ad divina cœpit, Christo Maximo significante, didicit certo certius ea ab Deo prodiisse. Plurima quoque intellexit quibus omnis tristitia versa est in gaudium.

CAPUT III.

De lumine cælesti.

Meditanti in loco secretiori Veronicæ Passionem Salvatoris, ac pro suis criminibus lacrymas uberes fundenti, divina lux media noctis caligine apparuit, et claritas Dei circumfulsit eam. Cumque tertia nocte id luminis conspexisset, verita est ne ab dæmone sibi pararentur insidiæ: nam humillima talibus indignam se autumans, excruciabatur, orabatque ne quando super ea lætaretur inimicus. Interea Matris imperio Mediolano recedens, Rosatum oppidum non procul ab urbe concessit, eleemosynas petitura. Cui oranti rursum lux illa cælestis supereffulsit. Aiebat Virgo ea luce se primum terreri, deinde inenarrabilibus affici gaudiis, et in Salvatoris novos amores erumpere. Posteaquam plurimis diebus summum opificem exoravit, ne luce illa deciperetur, eremum desertosque adire locos mente concepit, solitudinis suavissima quiete Deo famulatum gratiorem præstatura.

Effectus dicti luminis in ejus animo.

CAPUT IV.

De apparitione Angeli eremum dissuadentis.

Statuit in desertum secedere.

Deserta petendi Veronica vehementissimo incensa desiderio, decrevit captato Sacerdotis atque Matris cœnobii consensu, ceteris insciis abire. Postridie vero Annuntiationis Dominicæ anni millesimi quadringentesimi octuagesimi septimi, Virgo totam noctem duxit insomnem, orans et meditans in loco quopiam secretiori, ubi imaginem beatæ Virginis affixerat. Verum post lectas beatissimæ Matris horas, psalmos pœnitentiales cum litaniis, officium quoque mortuorum bis persolvit. Tum lucerna extincta meditationi animum dedit. Cui extemplo Angelus Domini nive candidior magnaque luce refulgens apparuit, profundæ noctis tenebras ab loco depellens. Expavescit Virgo de lumine. Cui Angelus: Ne timeas, ego enim Dei nuntius sum: lux quam toties conspicata es, divina fuit. Haud recesseris, gratia petendi eremum; quia sic est voluntas Dei. Scito quoque eremi cultum saluti animæ tuæ adversari. Et hæc dicens, alta cælorum petiit, gaudiis cælestibus Virginem affectam relinquens. Quamquam beatissimi spiritus præsentia mirifice Virgo fuerit oblectata, tristabatur tamen quod longiori sermone nuntium cæli non fuerit allocuta. Quocirca adusque lucem vigilias dolens protraxit.

Angelus id dissuadet

CAPUT V.

De frequenti apparitione Beatæ Virginis Mariæ.

Sæpe apparet ei B. Virgo

a Interrogata nonnumquam Veronica secretius (quod secretum esse voluit donec viveret) asseruit, sæpenumero decantantibus Sororibus vesperas aut matutinas horas, conspectasse se oculis corporeis cælorum Reginam, Angelis circumvallatam; candidaque nimium veste ornatissimam, et plerumque cærulei coloris. Stabat mundi Imperatrix non procul ab altari, circumstantibus Angelis. Celebritate visitationis B. Mariæ et Elisabeth, utraque sibi apparuit. Perseverabat ea visio sæpius adusque divinarum laudum calcem, aliquando citius abibat. Talibus tantisque inspectis, novam cordis mutationem, novos affectus, novaque de divinis rebus gaudia Virgo experiebatur. Cum isthæc Majorum imperio secretius aperuisset, mania equidem illi adjudicassent, nisi candida simplicitate ac cælesti prudentia Virginem Veronicam pollere certo certius dignovissent.

Una et S. Elisabeth

a Præclare hic annotat Scholiastes: Certum habent futuræ felicitatis indicium, quæ veris mentis affectibus mundi Reginam venerantur.

CAPUT VI.

De ipsa ab dæmone verberata.

Cum in oppido Binaschi, Matris cœnobii mandato, Veronica eleemosynam peteret, die quopiam desumpto prandio, locum conscendit secretiorem domus mulieris quæ Virginem hospitio exceperat. Orantem vero hostis humani generis continuo verberibus affecit, abiitque tumultuosus, ac tristificos strepitus dans scalam dissolvit ligneam gradibus hinc inde projectis. Demirati fuere qui strepitus insolitos audierant, ac præcipue materfamilias, ignari, ea diaboli potentia Veronicam persequentis acta fuisse. Retulit quoque Virgo in defossum locum se aliquando projectam ab dæmone comite Sanctimoniali arbitrata id fortuna evenisse.

Verberatur a dæmone.

CAPUT VII.

De apparitione Jesu sub specie infantis.

Apparet ei Christus forma infantis.

Singulis diebus octavarum Corporis Christi anni ab Salvatore nato millesimi quadringentesimi octuagesimi noni, divinis præsens officiis, eo loco, ubi sanctum Domini corpus servabatur, Jesum albis indutum, infantis formam gerentis Angelico comitatum obsequio, Veronica oculis inspexit corporeis. Jesus autem nonnumquam in altari deambulans, aliquando armariolum ingrediens, sæpiusque egrediens videbatur.

CAPUT VIII.

De alia apparitione Jesu sub infantis forma.

Christum videt et Angelos in supplicatione

Extremo præfatarum octavarum die Sacerdos adveniens, Clerico comitatus, ut circum templi Divæ Marthæ mœnia sanctum Domini corpus efferret; astantibus Sororibus quæ ardentes cereos manibus detinebant, sublata de armariolo sacro Eucharistia, sensibus utenti Veronicæ visus est Jesus sub infantis pulcherrimi forma, Angelorum agmine circumsepti. Cumque Sacerdos Christi corpus circumferret, ab Angelis ipse attolli videbatur. Illi nempe undique assistebant. Interea Angelicus concentus personuit Veronicæ auribus : quocirca illico sensibus exiliens, raptu potitur. Neque vero mente rapta Jesum sub infantis imagine latitantem contemplari destitit, ea visione perseverante, donec Sacerdos sacratissimum *a* panem circumportavit. Post hæc Virgo ad sidereas mansiones altius ab Angelo devecta, altissima quædam edidicit.

a *Cave Lutheranam* impanationem *hic suspiceris. Sacra consecratione panis substantia destruitur, proque ea et sub ejus speciebus verum Christi corpus constituitur, quod tamen* panis *etiam appellatur Joan. 6, sed mysticus.*

CAPUT IX.

De ipsa ab dæmone sæpius verberata.

Sæpe verberatur a dæmone.

Tantorum impatiens munerum hostis nequam, cœpit impii furoris arma adversus Virginem exercere. Irruit enim sæpenumero in eam tamquam leo rugiens, ac verberibus attrivit. Nigrescebant nonnumquam Veronicæ oculi post tumorem atroci verbere dæmonis. Hæc ubi primum conspexere Sorores, sciscitabantur quænam foret tantæ oculorum deformitatis caussa. At Matris cœnobii præcepto rem Virgo, invita licet, aperuit. Ah quotiens serpens antiquus Veronicam impetiit, strepitibus pedum, tritione, frequentique adinstar bovis anhelitu. Accubuit aliquando dæmon præ foribus loci, ubi Virgo Salvatoris Passionem meditabatur, horrendas remugiens ambages, ac tandem ore rabido clarius dicens : Quidnam actura es tu, cum Christo? Haudquaquam verearis te fore damnandam. Humeros caputque Veronicæ quapiam vice insiliit, Virginem premens, quæ veluti magni lapidis collisa pondere excruciabatur. Cumque Virgo immobilis perseverasset, ejus caput ictibus multis percussit, quamobrem ingenti capitis dolore laboravit. Is vero dolor diei naturalis tempus minime excessit. Chlamydem quoque ejus pertrahens, se Virginem necaturum affirmabat. Plurimos fremitus nunc ostii collisione, nunc ascensu ac descensu scalæ cujuspiam, ac pleraque furentis signa dabat, quibus Veronicam a cœptis desistere conabatur.

Variis modis ab eo vexatur

etiam minis mortis

Timet ne ob peccata sua hæc permittantur a Deo.

11 At Virgo animo non degener, tantummodo pertimescebat ne ob criminum suorum demerita eam potestatem Deus hosti antiquo concessisset. Quapropter precabatur Deum frequentissime, lacrymasve uberes fundebat, divinæ miserationis aures propulsans. Latuere isthæc multotiens Sorores, quoniam Virgo locum orationis delegerat remotiorem, in quo legumina condita servabantur, quibus dispensandis ipsa præerat. Quo diruto gratia instaurandi cœnobii, orationis quoque locum secretiorem Virgo immutavit. Quam acrius persequens diabolus, usque adeo verberibus afflixit, ut res palam prodierit. Apparebant autem verberum dira signa, doloresque vehementissimi suboriebantur singulis corporis membris nigrescentibus. Posteaquam divina ope mens Virginis ad cælestia rapi cœpit, strepitibus omissis crudelius ab dæmone torquebatur. Aiebat Veronica dæmonis verbera sæva nimis fore, utpote ad instar mallei ferrei aut lapidis durissime percutientis, nec nisi expertos isthæc exprimere posse. Divina vero agi providentia asserebat, hisce ægritudinibus natisque doloribus ægrescentes citius liberari. Ad hæc usque tempora dæmonis nullam speciem corporeis oculis haud inspexit : quod futurum Angelica revelatione cognoverat. Verum tribus annis Veronica hocce bello adversus dæmonem præliata, divini semper solatii invictissima retulit triumphos.

CAPUT X.

De ipsa ab dæmone verberata.

Dire cæditur a dæmone.

Sacro die Dominico infra octavas Epiphaniæ, posteaquam Veronica rapta mente ab Angelo, vidit beatissimam Matrem Dei, ob amissionem pueri Jesu vehementissime indolentem, veluti in quarto libro latius prosequemur, mane in cella orationi animum dans, Sacerdote quopiam in templo Missam agente, dæmonem advenientem persensit : qui Virginem aggressus, tantis illam attrivit verberibus, quantis numquam affecerat : nec a verbere cessavit, donec expletis mysteriis sanctimonialis quæpiam forte fortuna Virginem adiit. Demiratur femina Veronicam solo jacentem, tota facie nigrescentem, nec loqui nec spirare valentem; dissolutæ siquidem videbantur Virginis corporis omnes compages, et illius quæque membra languere. Tantopere vero ab torquente impio dæmone Virgo premebatur, ut nec Jesu quidem nomen sanctissimum proferre posset. Divino tandem suffragio locuta dixit : Domine Deus meus, pro tuæ voluntatis beneplacito en lubens moriar. Quo dicto, reliquit eam sathanas semiexanimem ac toto corpore contremiscentem. In lacrymas itaque prorupit quæ venerat mulier, miserabilem Veronicæ calamitatem compassa. Tum quænam infelicissimi eventus origo extiterit, sciscitatur. Respondet Veronica : Dæmon fuit, quem vulgato nomine *a* Malatascam vocitabat. Sanctimoniali igitur suffragante lectum supremo labore conscendit. Accurrunt Sorores reliquæ, flentesque Virginis miserantur ærumnas. Nec mora ; Veronicæ mens raptu potita ad sidereas evolavit mansiones. Ad corporeos autem usus regrediens sospes pene inventa est : nam eodem die lecto consurgens in refectorio communi cibum sumpsit, ac postera die plurimos labores circa ministeria cœnobii subire haud pertimuit.

Post verbera, rapitur, et mox sana redditur.

a *Hæc vox* malam peram, *sive* sacculum *sonat.*

CAPUT XI.

De allocutione cujusdam Sororis defunctæ.

Morituram quamdam rogat

Laborantem extrema ægritudine Sororem sanctimonialem, cui nomen Liberata fuit, cujusque pectus magno Dei zelo incensum sancta conversatione credebatur, annuente Matre cœnobii, rogatam fecit Veronica in hæc verba : Soror mea carissima, te totis animi votis exoro, ut cum ex hac luce migraveris, impetres a Domino, quatenus mihi apparere valeas, ac me certiorem efficere, quodnam sit id quo amplius in divinam Majestatem peccaverim; mihi quoque Deum concedere satagito priorem inter Sorores te post tua fata sequi. Quod ubi munus obtinueris,

Auctore Isidoro Isolano.

nueris, me certiorem efficies ante mensis spatium, obitus mei quod supremam horam præcedere continget. Eo etenim tempore ad corpoream sarcinam deponendam Sacramentorum perceptione, orationibus; lacrymisque perfusis, Deum mihi conciliare conabor. Talia vero semper pro summi Dei beneplacito mei gratia obsecrabis. Annuit Veronicæ Liberata, quæ fato concessit XII Calendas Decembris anni ab ortu Dominico millesimi quadringentesimi octuagesimi septimi, dans mortis sæva signa, faciei immutatione deformi, oculorum motibus, linguæ corrosione adusque sanguinis effusionem, fremitibus ac totius corporis tumore ingenti : mortuæ autem cadaver ad priorem formam reversum est. Timuere Sorores timore magno, ne forte damnationis æternæ ea forent præludia.

Apparet ei mortua, et varia indicat.

14 Verum natali D. Stephani Protomartyris anni sequentis obdormientem Veronicam vox similis voci Liberatæ dum viveret excitavit Arbitrata est Virgo vocem defunctæ nuntiavisse sibi diem obitus, at post tres dies, posteaquam Veronica in loco secretiori noctis intempestæ silentio orationem Domino fudit, vocem liberatæ se vocantem audivit. Ea voce vehementi terrore concussa virgo exanimis pene effecta est. Cui Liberata dixit : Ego quidem, o Veronica, Soror Liberata sum. Scito vero te in plerisque defecisse, ac præcipue ea in re, et explicuit peccati genus speciemque. Tibi cuncta pepercit divina miseratio sacræ confessionis medio. Cautior esto in posterum, atque te multa passuram adversa intelligito Cœnobii quoque Matrem continuo certiorem efficies, coactas in unum Sorores admonere, ut a murmure caveant, grande enim illud crimen est, quo nonnumquam in Deum peccant. Agito etiam eidem gratias, ipsaque Mater Sororibus meo nomine referat pro præstitis mihi suffragiis, quibus purgatoriis ignibus eriperet. Æquo animo ferre Matrem hortor ventura infelicia, nam apud Deum majori corona donabitur. Interea Virgo receptis viribus audentiorque effecta ait : Cur, o Soror, tam dira mortis signa animam exhalans ostendisti? Cui Liberata : Vidi diabolum terrifica specie me cogentem Christum Deum abnegare. Enimvero Salvatoris imperio illico mihi mors suffocatione necante subsecuta est. Dæmonis igitur horrenda species, durum cum eo certamen, morsque violenta nimis horrida signa dare coegerunt Vale Soror, tecum enim amplius demorari nequeo. Cui Veronica Rectene circa te agitur? Respondit Liberata. Recte. At aurora illucescente personantem pro salutatione Virginis beatissimæ campanam Veronica audivit, et vox Liberatæ omnino conticuit.

CAPUT XII.

De audita voce cælesti mandante fieri nonnulla.

Thadæus Sacerdos, qui monasterii Divæ Marthæ curam gerebat, vir religiosus et timens Deum, malignantium verbis acribus ac nimis persequebatur : quapropter dolebat vehementissime Sacerdos, Sororesque pariter turbantur, Deum Maximum assidue obsecrantes, quo pastorem animarum suarum a labiis iniquis liberaret, eidemque præsto adesse dignaretur. At Veronica tacta cordis dolore intrinsecus, lacrymis obortis, genua flectens, et duplices tendens ad sidera palmas, talia sæpius oravit : Amantissime Deus, Christum tuum, Sacerdotem et ministrum, pastoremque bonum animarum nostrarum, quæ tibi famulamur, ac tuæ (o utinam digno nomine) sponsæ vocitamur, nostros miseratus errores ab malignantium insidiis protege. Adjuva in te sperantem, et salvum fac ab inimicis Post longas itaque preces, postque uberes lacrymas Veronica nocte quapiam excubiis celebratis audivit vocem clarissime dicentem : I nunc citius Veronica, et Sorori Thadææ significato, ut oratione Beatæ Virginis prius dicta psalmum centesimum decimum septimum, cujus initium est, Confitemini Domino quoniam bonus, Deo persolvat : quod Thadæa perfecit, plerasque Sorores rogitans idipsum agere ea die, nedum multos per annos. Hac oratione obstructum est os loquentium iniqua, et viri sanguinum ab iniquitate cessaverunt.

Calumniæ oratione depulsæ.

CAPUT XIII.

De quapiam apparitione Jesu sub infantis forma.

Veronica videt Christum ut infantem in Eucharistia.

Claræ et Seraphinæ geminis Sororibus cœnobii Divæ Marthæ extrema ægritudine laborantibus, advenit Sacerdos viaticum ministraturus : cum itaque sanctum Domini corpus manibus attolleret ab altari recedens, conspexit Veronica infantem Jesum Angelis circumseptum : cælestia pangebant carmina beatissimi Spiritus. Quæ audiens Veronica, extemplo corporeos reliquit usus. At Sacerdos sacris ministratis abiit. Veronica ubi spiritu ad terrestrem sedem remeavit, dixit Sororibus : Ego semper Sacerdotem comitata spiritu interfui quibuscumque actis, cum exhiberetur Eucharistiæ Sacramentum ægris Sororibus. In cujus rei clarissimum argumentum singula recensuit.

Spiritu comitatur Sacerdotem.

CAPUT XIV.

De viso Sororis morientis agone.

Morienti Seraphinæ interfuit Veronica intuens corporeis oculis sæva bella hostis antiqui, quibus animam exhalantem vexabat. Angelus siquidem lucis astabat præsto decedenti affuturus. Objiciebat e regione dæmon Seraphinæ gravia quæpiam, nedum verba levia, silentii non observationem, ac ea quæ mortales nullius momenti arbitrantur : memorabat vero eadem improperans At lucis Angelus confessam fuisse omnia Seraphinam respondebat Tum impius sathan alia in medium deducebat; qui confessionis accepto responso confusus abibat Seraphina itaque ultimum dante spiritum, Angelum Domini lætantem apprime Veronica conspexit : quamobrem æternæ damnationi animam Seraphinæ minime addictam intellexit, quod itidem sequenti nocte, cælestia regna perlustrans, certius Virgo dignovit, Domino significante ignibus purgatorii Seraphinæ spiritum alligatum.

Dæmon morientis varia objicit.

Hanc Veronica intelligit in purgatorio detineri.

CAPUT XV.

De viso alterius Sororis morientis agone.

Sexta luce post Seraphinæ fata, humanis rebus excessit Clara : cujus morientis certamen, quamquam longius extiterit, mitius tamen fuisse Veronica dixit: mundi nempe Reginam ibidem affuisse conspexit. Verum Sororibus Claram obiisse opinantibus, quod nulla vitæ signa daret, os Sororis Thadææ auri Veronica jungens, humili voce dixit : O si quæ ipsa video tu cerneres? nondum Claram spiritum reddidisse arbitrareris Quod rei probavit eventus, continuo enim oculos aperuit, caput dimovit, omnisque sensus officio usa est. Posthæc ad extrema veniens animam exhalavit. Tunc Veronica Thadææ inquit : Nunc proculdubio Clara obiit : nam beatissimam Virginem alta cælorum petivisse animadverterat.

Claram morienti adesse B. Virginem videt.

19 Quæ sors Claræ post fata evenerit, Virgo raptu potita, Domino revelante cognovit. Purgatorio enim addictam esse certior effecta est. Asseruit Veronica peculiari Dei munere sibi exploratum esse, paucis admodum suffragari ita Apostolicas litteras, ut Purgatorii pœnas aliquo modo experiri non cogantur Tantus siquidem est divinæ justitiæ rigor, tantaque

Et tamen in purgatorio detinetur.

mortalium

AUCTORE ISIDORO ISOLANO

mortalium indispositio. Animadvertit autem Veronica in præfatarum Sororum mortis agone dæmonem magno impetu morientes aggredi, ut eos terreat, et eum aquæ sanctæ aspersione fugari. Heu quid magnorum criminum onusti pondere, quid homicidæ, quid adulteri, ac vani homines in extremis patientur; quando virgines a teneris (ut aiunt) unguiculis Domino sacratæ, cælibemque vitam usque ad funus ducentes, tam sæva prælia passæ fuerunt? Meminerint hi, quæso, qui confessionis sacræ fructus existant Eo etenim Sacramento os adversantis dæmonis obstruitur. Mortalia liquerunt Seraphina ac Clara Virgines præfatæ mense Octobrio dilabente anni millesimi quadringentesimi octuagesimi octavi.

Dæmon aqua benedicta fugatur

CAPUT XVI.

De ipsa ab dæmone crudelius verberata, soloque Salvatoris aspectu sospite effecta.

Præmonita ab Angelo, crudeliter a dæmone verberatur.

Kalendis Martii anni sequentis Virgini apud Superos vacanti Angelus Domini nuntiavit diens: Forti animo esto, quoniam propediem verbera sæva nimis ab dæmone patieris. Post biduum vero in cubiculo orantem prima noctis vigilia aggrediens dæmon ferox, crudelibus verberum ictibus affecit. Horruit ingenti pavore Veronica dæmonem furiis invectum venientem, et commota sunt viscera ejus. Egit gratias summo Opifici Virgo pro acceptis flagellis, indignam pariter se arbitrans, quæ talia pro Salvatoris nomine sustineret: post lectulo compositos artus verberibus attritos, mox surgere cogitur, atque scalam, laborans licet, descendere Cumque satis naturæ fecisset rediens, ubi scalæ extremum attigit, ab dæmone acrius torquetur; et quadruplici aucto verbere seminecem Virginem spiritus nequam reliquit. Tum Veronica ampliores laudes Deo immortali dixit pro quadruplicatis flagellis. Vires deinde magnanima virgo excitans scalam conscendit, lectuloque composita totam noctem duxit insomnem. Dolebat enim undique et undique cruciabatur. Verum die illucescente venere Virginem visitatum Sorores, toto quidem corpore ægram, sed capite magis quam ceteris membris attritam.

Extasi post verbera recreatur

21 Diram nimium Veronicæ sortem commiserantibus Sororibus, personuit campana pro Missæ celebratione: quamobrem abeuntibus illis, sola sedens Veronica continuo ad Superos rapitur. Asseruit vero ad terrestrem regressa sedem, Salvatorem hac oratione se hortatum fuisse: Scito filia mea, hisce horis te verbera sustinuisse quibus instante meæ Passionis tempore cœnam ultimam desumpsi cum matre pientissima. Tum nobis lacrymantibus cœnaculum est ingressa Magdalene tantarum lacrymarum caussam sciscitatura. Cui virgo Antonium imitata dixit: Ubi eras, bone Jesu, ubi eras? Quare in principio non affuisti ut me juvares? Respondit Christus: Ego filia mea, hic eram; neque si non affuissem sæva verbera sustinere potuisses. Secundum meæ voluntatis beneplacitum verberibus affecit te dæmon impius, lubensque vires eidem abstuli: non enim adversum mea jussa quicquam potest sathan. Hic ergo eram, o filia mea. Ego quidem columnæ alligatus cum flagellarer, neminem consolantem inveni, tu vero me suffragia, animum, viresque donantem præsto habuisti. Quamquam nullum ego crimen admiserim, pungentem spineam coronam tamen, flagella, et diram crucem crudeli vulnere sum perpessus Cur non tu ipsa patiare quæ totiens peccasti? Mysteria meæ Passionis tibi nota effeci perinde atque tunc Hierosolymis agerentur, ut sufferendo mihi compati ediosceres. Verum ego injuste dolui, tu juste pro tuis affligeris criminibus.

22 Cui Veronica: Cur mihi vili femellæ et abjectæ nimium, multisque onustæ criminibus, altissima mysteria explorata efficere dignatus es? Respondit Dominus: Plura equidem admisisti delicta, quæ te hisce indignam muneribus constituunt; tu vero tantis affectaes cælestibus donis sola mea bonitate donante. Quocirca tuis minime isthæc meritis adscribas, sed meæ tantummodo pietati, quæ hominum vultus aut dignitates nequaquam respicit. Cuncta enim ex mea voluntate pendent, profluunt, et donantur. Potuissem quoque ego te omni scientia replere, qua mundi sapientibus quibusvis præstares, quave omnes nodos humanæ divinæque sapientiæ dissolveres: verum summopere mihi placet quod te indignam ac talibus immeritam arbitreris, quodque dona tua cælestia mortales latere cupias. Humilitas enim ignorata malis, et nemini ignota piorum, mihi semper placuit. Hæc Christus Deus immortalis. Dixit Veronica, plurima se tunc ab Salvatore audivisse quibus ingentia percepit solatia, quæve aperire nefas opinabatur; prolixior nempe fuit Christi Maximi sermo. Cujus hilari vultu ac blandis nimium divinæ præsentiæ oculis ad corporis officia rediens sospes inventa est. Omnis dolor, omnisque ægritudo divini aspectus medicina recessit, totius corporis sola nigredine perseverante.

Humilitas Deo grata

CAPUT XVII.

De palmula delata ab Angelo.

Veronica cuidam longiorem vitam impetrat

Cum laboraret ancipiti ægritudine Soror Thadæa, obsecranti Veronicæ assidue pro illius salute, cælorum Regina palmulam ab alto demisit, quæ vitæ longioris a Domino eidem concessæ signum foret. Id quidem muneris Dominica in Ramis accepit Veronica, quod sibi transmittendum antea dignoverat. Est palmula illa argentea ad instar olivæ arboris, vario ornata colore, pro muneribus diversis menti Thadææ a Deo collatis, ceu Virgine beatissima revelante Veronica edidicit. Habet tabellam veluti trunco affixam, cui divina nomina inscripta fuere, Jesus Maria. Servatur adhuc palmula eadem præcipua veneratione Divæ Matris et virginis imperio in cœnobio Divæ Marthæ quam nos quoque vidimus et manibus contrectavimus.

CAPUT XVIII.

De pane delato ab Angelo.

Fugit conspectum secularium

Solennus Divæ Marthæ venere mulieres nonnullæ nobilitate insignes Virginem Veronicam visitatum; quæ contemplationi vacans, hominumque consuetudinem fastidiens, ac nemini conspicua videri peroptans, in remotiorem domus locum consulto fugit, atque tegente lignorum congerie totam diem latuit. Quæsita nec usquam inventa, pane ab Angelo Domini delato pascitur. O Salvatoris pietatem ineffabilem! O Dei nostri immensa misericordiæ viscera, quæ Virgini innocentissimæ latitanti atque jejunanti annonam panis, ut Patribus manna, ab alto demisit! Celebri quoque die Nativitatis Dominicæ anni ejusdem jejuna virgo perseverans, panem ab Angelo pariter accepit. Posthæc vero minime eo munere donata fuit Veronica adusque trium annorum tempora devoluta.

Bis ei panis ab Angelo delatus

CAPUT XIX.

De ipsa diebus jejuniorum pasta tantum pane ab Angelo delato.

Feria 2, 4, 6 jejunat in pane et aqua

Erat Veronicæ consuetudo, dies Lunares, Mercurios, et Veneres jejunare, et ea quidem parcitate, qua pane et aqua simplici tantum uteretur. Quocirca triennio dilapso post ea, quæ superiori capite scripsimus, solo pane ab Angelo delato pascebatur. Cœpit autem Angelus Domini cælestem hanc alimoniam Virgini deferre celebri die Catharinæ Martyris anni

ab

ab Natali Christiano millesimi quadringentesimi nonagesimi tertii. Singulis autem diebus jejuniorum unico pane candidissimo et recenti mediocrisque magnitudinis ab Angelo delato Virgo contenta, cibum omnem fastidiebat. Sic egit Angelus Domini cunctis diebus vitæ ejus, quibus in posterum pane et aqua simplici vescebatur. Hocce tempus triennio obitum Virginis præcessit. Testabatur Veronica unico pane Angelico, quamquam mediocri, magis magisque se saturatam, quam si quatuor communiores panes desumpsisset.

Panem tum ab Angelo 4 annis accepit

CAPUT XX.

De duplicato pane Angelico ob gratiam Sororis Thadææ.

Eo pulsa alterius ægritudo.

Ægrotanti vehementissime Thadææ Virgo integerrima, fide speque inviolabili, multis efflagitavit precibus ac obtinuit vitam longiorem. Duplicatum vero post hæc panem accipiens, alterum ægrescenti Thadææ dedit : quem comedens illico convalescere cœpit, ac propediem plenissimæ sanitati reddita, suam incolumitatem in Virginis merita retulit. Post nactam incolumitatem affirmavit Thadæa, Veronica tradente, Angelicum quoque se panem sæpenumero desumpsisse. Enimvero ad tantæ rei fidei adstruendam Thadæa portiunculam ejusce panis Sacerdoti ad manducandum obtulit. Hocce grande prodigium panis Angelica manu delati Thadæa in funere Veronicæ sciscitantibus passim aperuit. Præerat autem ea tempestate cœnobio Divæ Marthæ. Exploratum quidem habebant Sorores Veronicam tres dies omnis hebdomadæ pane et aqua tantummodo utentem jejunare; at pane Angelico illam vesci nesciebant. Quamobrem Virgo rem omnino latere peroptans accepta portione panis, quam in communi Sororum refectorio desumere consueverat, cellam ingrediebatur, fingens se panem occlusam comedere, quem secreto pauperibus erogabat. O Veronicam Virginem Angelicam! o pectus cæleste! o feminam incomparabilem, quæ ægros inter mortales degens, Angelici panis cælestis edulio et pasci meruit et nutriri.

CAPUT XXI.

De ipsa frequentius ægrotante dæmonis verberibus, ac sospite redeunte post raptum.

Frequentius verberavisse Veronicam hostem humani generis didicimus, quæ raptu cælestibus potita gaudiis sospes redibat. Quamobrem in proverbium inter Sorores monasterii Divæ Marthæ versum erat, cum Veronicam dæmonis verberibus ægram (quod frequentius eveniebat) et sensibus abstractam ad cælestem aulam evolasse cernerent : Ad medicum, aiebant, Soror Veronica profecta est, nam fere semper incolumis regrediebatur. Eo proverbio Sorores lætabantur, magis magisque gaudebant, cum optimam valetudinem divino miraculo nactam Virginem Angelicam intuerentur.

CAPUT XXII.

De ipsa edocta psalterium a Deo.

Reperiendum hoc loco est Veronicam religionis habitum subeuntem litteras ignoravisse, horis supremæ Virginis exceptis, quas lectitare consueverat : quapropter multos per annos imperio Matris monasterii panem ostiatim perquisivit. Hujus ancillæ suæ humilitatem respiciens summus Opifex, totum psalterium illam edocuit, tantoque munere divinarum litterarum sapientiam infudit, ut psalmos quosque David et legeret et intelligeret. Latebat vero hocce munus cæleste mortales quosque, studio Vir-

Scientia psalterii divinitus infunditur

ginis, summaque enitebatur ope, quo homines de hujuscemodi sententia dejiceret. Id enim Virgo incredibili humilitate decora, totis animi votis optabat : quippe nihil in se boni operis offendens, vilis in conspectu omnium apparere satagebat, ac sanctitudinis suæ famam summopere indolebat. At indignam tantorum munerum se omnino arbitranti indies majora cælitus donabantur.

Ac tamen Ismono Isolano

CAPUT XXIII.

De ipsa edocta ab Angelo officium secundum morem Romanæ Curiæ.

Mense Februario anni ab ortu Christi Maximi millesimi quadringentesimi nonagesimi quarti, qui secundus annus fuit, quo Angelico pane Veronicam Deus aluit, Angelus Domini magna luce coruscus adveniens octo dierum spatio omne Romanæ Curiæ officium Virginem edocuit, ac varios mores religiosorum, qui Romanam sequuntur Curiam in divinis laudibus persolvendis. Dixit autem Thadæa hujus rei conscia Sororibus : Ego ab Virgine intelligens Angelum eam divina edocturum, breviarium mihi concessum eidem tradidi : at singulis diebus librum repetens chordulas folia signantes comperiebam, in quibus dierum illorum officia scripta continebantur : quo circa Angelici ministerii certior efficiebar. Hæc illa. Thadææ vero certior adhibenda est fides, cum ipsa actorum Veronicæ fuerit oculatissima fides.

Officium Romanum ab Angelo edocetur

CAPUT XXIV.

De Angelo eidem suffragante in divinis horis persolvendis.

Virgini Veronicæ divina officia plenissime ab Angelo edoctæ, idem nonnumquam præsto affuit in persolvendis eisdem. Psalmos alternis Angelus et Virgo semper genu flexo dicebant, responsoriaque et antiphonas. At sexta lux mensis Martii prima fuit, qua Angelo suffragante psalmos Veronica concinuit. Volvebat Angelus voluminis folia. Virginem instruens quonam modo integre singula persolveret. Posthæc psalmos plurimos alternos pariter dicebant. Quibus peractis Angelus Domini aiebat. Tu sola reliquum perficito. Tum Superum regna petens revertebatur ad Deum qui miserat illum.

Angelus cum ea horas recitat

CAPUT XXV.

De descriptione Angelicæ speciei.

Asseruit Veronica eo lumine Angelum Domini circumseptum adventare solitum, quo noctis mediæ densissimis tenebris divina lectitare cupienti, neque igne neque ocularibus egeret. Ea itidem mortalibus incognita luce prohibebatur Virgo, ne Angelicam speciem diu satisve intueretur. Angelicam faciem media fronte cornu parvum gestantem inspexit, stolamque collo pendentem, et alas habere veluti moris est pictoribus Christianis Angelos, corpora omnia transcendentes, pingere. Purissimæ undique lucis emittebat radios, præcipue diebus celeberrimis, illæque præsertim magis magisque fulgebant. Ascensus mentis in divinos amores et laudes alæ signant : qui Christianæ religioni addictis, cælestis Hierusalem civium imitatione, ferventior altiorve adesse consuevit. Nihil profecto, aiebat Veronica, a nobis videtur, quod Angelicæ claritudini comparari a mortalibus queat. Neque splendor ille inanis censendus est, lucis enim Angelo abeunte nox obscurior mihi perseverabat, cogebat quoque lumine ignis uti et ocularibus, si forte cœpta divina officia perficere voluissem. Hæc Veronica.

Angeli forma

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

CAPUT XXVI.

De composito ab ea volumine Angelo dictante.

Liber a Veronica compositus, Angelo dictante

Composuit Veronica opus præclarissimum Angelo dictante, quod divina ira ab mortalium oculis creditur ablatum, Virgine adhuc vivente. Futurum vero affirmavit, ut cœnobio Divæ Marthæ volumen ipsum providentissimo Dei munere aliquando restitueretur. Quod utinam nostra detur tempestate, quæ Angelicis dogmatibus proculdubio mirumque in modum eget. Verum aureo calamo Angelo afferente accepto præfatum librum Veronica conscripsit, quem juxta palmulam Sorores cœnobii Divæ Marthæ peculiari veneratione custodiunt. Vidimus nos ipsi calamum, Angelica ministeria Veronicæque sanctitudinem ea in re magis magisque demirati.

CAPUT XXVII.

De Angelico solatio ægrotanti eidem præstito.

Ægrotans ab Angelo recreatur

Torquebatur sæpenumero Veronica doloribus iliacis, et ab iniquo dæmone durioribus flagellis attrita, vehementissime dolebat. Ad eam vero intempestæ noctis silentio veniens Angelus e cælo, lumine splendoris sui confovebat. Tum matutinas horas una persolvebant. Peracta divinarum laudum particula aiebat Angelus Domini : Quiesce paullulum filia, quoniam acerrimo dolore languens summopere affligeris. At Virgini genua flectenti mandabat plerumque ut pedibus staret. Posthæc mortalibus ignota supernæ Hierusalem arcana beatissimus spiritus Veronicæ aperiebat : mortuo quoque fabulabantur pro Angelico beneplacito. Mos itidem fuit divino nuntio subinferre : Eia filia, divinum officium prosequamur. Sic faciebat Angelus Domini qui dies Veronica plurimum affligeretur.

CAPUT XXVIII.

De ipsa peculiari munere divino singula quæque memorante in Romano breviario conscripta.

Notitiam accepit a Christo totius Roman. breviarii

Celeberrimo Nativitatis Dominicæ die, anni millesimi quadringentesimi nonagesimi quinti, Veronicæ raptu potitæ ac superos choros perlustranti, Christus Maximus significavit, dicens : Hodie, filia mea, præclarissimo munere te prosequi volo. Enimvero quidnam foret futuræ rei probavit eventus. Virgo nempe ad sensus regressa, quidquid in Romano breviario legitur, ejus se memorem esse dignovit. Quamobrem opus numquam illi fuit libro uti, aut in officiorum mutationibus, aut in quovis discrimine ad divina officia spectante. Sciscitantibus quoque Sororibus idipsum Veronica asseveravit. Nulla vero Sororum ancipiti animo fluctuabat in Virginis sermone, scientibus illis et patenter animadvertentibus, quæ in ea fiebant mirabilia, fieri Deo operante, et sermonem confirmante sequentibus signis.

CAPUT XXIX.

De ostenso resurrectionis Dominicæ mysterio.

Nocturnis excubiis resurrectionis Dominicæ anni millesimi quadringentesimi nonagesimi quinti, affuit Veronica non in choro, sed in angulo ecclesiæ, humiliori voce psallens ; neque enim cæteris Sororibus psallentibus aliquando misceri se voluit humilis, suæ vocationis servandæ gratia. Cumque psalmus ultimus decantaretur, Angelus Domini, quem singulis diebus Dominicis ab humero dextro, atque præcipuis celebritatibus majori lumine radiantem Virgo inspectabat, ei dixit : Surge filia, et ad tuam cellam pergito. At Veronica Angelica jussa illico capessens, celerius cellam adiit, tametsi cælesti lumine vicina loca clarescere conspicaretur, ejus tamen cellula ampliore claritudine radiabat. Ingressa vero pessulum ostio dedit. Enimvero corporeis oculis Jesum Dei Filium Angelorum multitudine circumseptum intuita elevatur adusque loci testudinem. Jussa vero altiori voce antiphonam, Regina cæli lætare, Alleluia, suavissime concinuit. Tum Salvator Virgini sub imaginibus corporeis mysteria cuncta peracta die sancto Paschæ demonstravit. Singulas quoque apparitiones Jesu Maximi, atque imprimis, cum beatissimæ Matri visus creditur, hæc quidem sub obtutibus corporeis vigilanti Veronicæ providentissima Dei Majestas ostendere dignata est.

Christum videt festo Paschæ

et mysteria eo die peracta.

De Christo in ejus cella inambulante.

Postridie celebritatis Pentecostes anni millesimi quadringentesimi nonagesimi sexti, anteaquam psalmodia horæ nonæ ab Sororibus in templo decantaretur, cellam Veronicæ Virginis, levandi animi gratia, veluti consueverat, Thadæa adiit. Ostium vero clausum sæpenumero propulsans, nullum omnino responsum accepit. At Thadæa accuratissime introspectans rimula, vidit locum lumine cælesti fulgentissimum, omnique ex parte occlusum. Medio lumine inambulabat Veronica psallens altiori voce, veluti cantanti mos est : neque Veronicæ vox hominis videbatur, sed concentus cælestis præ dulcedine suave sonantis harmoniæ. Sic Virgo exultabunda diu multumque processit, psallens, Virgineum denique vultum demiratur Thadæa effectum hilariorem, ridenti similem, ac dicentem : Deus meus, hujus ignara id nunc dicere nequeo. At paullulum subsistens psalmodiam prosecuta est adusque horæ nonæ calcem. Noluit vero Thadæa Nonæ officio interesse, psalmodiæ perseverantis suprema dulcedine tracta. Asseruit Thadæa tantæ suavitatis vocem extitisse Veronicæ tunc psallentis, ut supernis gaudiis nimium nimiumque gestiens quænam verba proferret Virgo haud intelligere potuerit.

Cernitur in lumine ambulans et psallens intra cellam

37 Finita psalmorum modulatione, divinaque luce abeunte, aperuit Veronica ostium: quam Thadæa statim complexa est, dicens : Parcat tibi Deus, Soror mea, quæ mihi diu pulsanti numquam aperire dignata es. Cui Veronica : Nostin quæ mihi Salvator dixerit? Grandi munere te hodie donatam fuisse scito, quando tibi cælitus datum fuerit animadvertisse ea quæ vidisti et audivisti. Cui Thadæa : Dicito mihi, cur divinas laudes in longum protraxeris. Respondit Veronica : Omnem psalmodiam horæ nonæ una cum Salvatore persolvi. Cui Thadæa : Cur dixisti : Deus meus, hujus ignara id nunc dicere nequeo? Ad quam Virgo : Jusserat Salvator me quæpiam dicere quæ ignorabam. Illa vero me docuit idem ipse Deus immortalis. Affirmavit nonnumquam Thadæa actorum Veronicæ indagatrix, dicens : Ego sæpius, virgine Veronica extasi cælestis Hierusalem superna regna perlustrante, illius cellam clarescere quamquam immensa claritudine inspectaverim, numquam tamen Virginem conspicari distinctius potui, quam cum Christo deambulans psalleret. Quisquis es qui isthæc demiraris, legito Divæ Catharinæ Senensis præclarissima gesta, quibus facili ingenio Veronicæ Virginis electæ ex millibus ad sanctitudinem venerandam incitaberis. Habuerunt quoque Veronicæ tempora per Italiæ urbes plurimas Virgines talibus tantisque affectas ab summo Opifice donis ineffabilibus. Admiranda est profecto earum virginum puritas, earumdemque deliciarum omnium contemptus, integerrimæ itidem et cælestis vitæ, quæ tamquam splendidissima luminaria sua sanctitudine universum orbem illustraturæ emerserunt.

Indicat se cum Christo Nonam decantasse

CAPUT

CAPUT XXXI.

De allocutionibus Sanctorum.

Cum eis coram colloquuntur Sancti suis festis.

Post visas Sanctorum celebritates apud Superos, quas liber quintus aperiet, Veronica per singula solemnia toto anno præterlabentia cælestes Sanctorum collocutiones promeruit. Exorsa vero est hæc divina consolatio in nativitate B. Joannis Baptistæ. Iis quidem diebus, qui Sanctis pluribus dicati sunt, una Virgini Divæ illæ mentes apparebant, colloquebanturque dulcius, atque in superna fluenta fontis vitæ inhiabat Virgo cælestis. Mortalium omnium mentes superabant ea colloquia; neque ab cælicolis exposita mysteria satis capere possunt hominum quamvis præclarissima ingenia. Mense Augusto celebrat Ecclesia S. Zephyrini Papæ ac Martyris natalitium *, quo die omni humana mente altius solatium experta est Veronica. Nam post cælestem sermonem Zephyrinus Angelico carmine dulcissime concinuit. Hæ quidem apparitiones Superum sub obtutibus corporeis Virgini Veronicæ evenerunt, luceque cælesti circumamicti Sancti adventabant. Quamobrem Thadæa ab Veronicæ secretis affirmare consuevit : Ego anno eodem longa ægritudine laborans, sociam noctibus diebusque plurimis Virginem habui, ad quam lumen cælitus descendere intuebar, audiebamque Virginis loquentis sonos; sed voces minime percipere poteram. Toto quoque unius anni spatio ab singulis Divis, chorisque Angelicis reprehensionem sustinuit Veronica, quibuscumque criminibus ab se in Deum admissis : quocirca ingenti timore percita confundebatur primum, deinde misericordias Domini decantabat, qui sibi cuncta pepercerat.

* 26 Aug.

LIBER III.

De raptu Veronicæ Virginis ac plerisque ostensis.

PROOEMIUM.

Duplex abstractio a sensibus.

Mentis hominum abstractio a sensibus corporeis, qui exteriores vocitantur et sunt, nonnulla naturalis est, modum ordinemque naturæ sequens, alia præter naturam invenitur. Quam naturalem appellamus, producit vehemens animi applicatio ad quodvis ingenio rationabilique mentis examine appensum. Quamquam enim animi plurimæ sint virtutes, una tamen est intentio, qua rerum humanarum vel divinarum contemplationi vacante, manet oculorum acies, auditus, ac ceterorum sensuum ictus inveniuntur, levi vero motu ad corporis usus redit, quod quam facillime ad sensuum opera animi intentio revocetur. Hæc studiosis notissima, quotidianaque existunt. Quæ præter naturam est abstractio, raptus a divinis litteris nuncupatur. Is quidem raptus aut ab ægritudine provenit, aut a malo spiritu, aut a divino numine. Sunt enim pleræque ægritudines humoribus decurrentibus per spirituum corporeorum nerviculosa itinera eisdem spiritibus iter occludentes, quamobrem inane jacet corpus et immotum. Arreptitii vero alienationem a sensibus patiuntur a dæmone operante. At plurimos sapientum numina Superum a sensibus evocavisse sacri codices referunt. Ezechiel nempe Propheta de se loquens ait : Spiritus elevavit me inter cælum et terram, et adduxit me in Hierusalem in visione Dei. Itidem Paulus Apostolus inquit : Scio hominem in Christo raptum usque ad tertium cælum.

Raptus præter naturam triplex.

ab ægritudine,

a dæmone,

a Deo.

Ezech. 8, 3.

2 Cor. 12, 2.

in Conv.

2 Socrates (ut scribit Plato) a solis ortu usque ad solem alterum orientem meditabundus, immobilis, iisdem vestigiis, et ore atque oculis in eumdem locum directis, cogitabundus et abstractus a corpore stabat. Plato frequenter contemplationis intentione longe secessit a corpore. Ejus discipulus Xenocrates singulis diebus integram horam abstrahebatur a corpore. Porphyrius Plotini discipulus scribit Plotinum sæpe solitum a corpore mutare vultus; tunc mira quædam invenire, quæ postea scriberet : quater autem affuisse se asserit iis Plotini miraculis. Seipsum vero, cum ageret octavum et sexagesimum ætatis annum, a numine correptum semel inter contemplandum affirmat. Multis annis ante istos idem fecisse Heraclitum et Democritum legimus. Horum meminimus etsi *a* ambigentes an bonorum spirituum opera raperentur, arbitrati tamen quod raptu vero potiti fuerint. Sed quid Philosophos in medium deducimus, nostrorum quando præclariora facinora raptus divini veritatem astruant? Divus enim Thomas noster Aquinas, cujus præconia nunc silentio prætereunda censemus, nonne præclarissimo Dei munere ad superas vivens rapiebatur mansiones? Catharina Senensis, cujus vitam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ imperio veneramur, colimus, adoramus, nonne mortalis a sensibus segregata, cælestes perquisivit domos?

Auctore Isidoro Isolano.

Raptus gentilium sapientum.

a

Raptus Sanctorum.

3 Verumenimvero qui de prudentia et moribus Veronicæ Virginis periculum fecerunt, ejus raptum ægritudini nequaquam adscribunt. Qui vero a dæmone rapi Virginem arbitratur, divina illius acta, sanctitudinem, innocentiamque ad mentem revocet. Quis enim sanæ mentis asseverare ausit, Virginem post raptum ad terrestrem sedem remeantem divinos amores spirantem, futura præloquentem, mentis secreta reserantem, cælestes domos describentem, terrena quæque magis magisque parvipendentem, a dæmone raptam extitisse? Sathan Christi Maximi sævissimus hostis creditur, adversum cujus cælestia dogmata impia semper molitur. At Virgo Veronica singula Salvatoris gesta raptu potita ediscens, mortalibus Christi Dei immortalis cultum etiam post cineres exponit, prædicat, fatetur, adorat. Quamobrem Lector ingenue, te per Christi sacra rogaverim, ne sequentibus libris a nobis conscripta fide vacuus perlegas, ea cognituras quæ te æternis triumphis donare queant.

Raptus Veronicæ esse a Deo.

a *Merito quidem ambigit, præsertim cum Plotinum constet magiæ deditum, familiari dæmone usum. Socratis illa a sensibus alienatio fortassis naturalis fuit.*

CAPUT I.

De raptus initio.

Annum agenti quadragesimum secundum Veronicæ Virgini, posteaquam adversus dæmones plurimos nacta est triumphos, rapi ad superna palatia donatum est. In raptus quidem initio, nocte tantum sensibus exiliens in cælesti vacabat Hierusalem. Deinde Missæ sacra cum ageret Sacerdos quispiam ea præsente, ac præsertim post divinæ Eucharistiæ desumptionem, raptu potiri consuevit. Orans quoque ac meditationi incumbens, sæpenumero ad Superos evolabat. Spiritu sursum elevato, immotum manebat corpus, nullaque arte fieri poterat, ut spiritus ad sensuum organa rediret, quidquid molitum foret a quibusvis incredulis ut ad sensus regrederetur, illa nihilo magis cadavere movebatur. Poplitibus deflexis, in modumque orantis, et sæpenumero ante altare Virginem abstractam, nonnumquam lecto jacentem, aliquando stantem offenderunt Sorores. A sensibus segregata aliquando voces humiles emittebat; quibus ubinam foret animus Virginis quoquo modo animadverti potuisset. Immobilis, ut plurimum, persistebat, nisi cum Salvatoris patientis motus effigiabat, aut beatissimæ Virginis gestus divino imperio imitari cogebatur. Rapta multarum horarum spatio superna tenebat regna.

Corpus raptus tempore immobile.

CAPUT

AUCTORE ISIDORO ISOLANO

CAPUT II.

De effectu raptus.

Qualis post raptum

Ad corporeos regrediens sensus Veronica post Superum lustratas regiones, divino amore vehementissime flagrabat : lacrymis perfusa nonnumquam revertebatur, aliquando hilaris gaudensque nimium et exultans redibat. Ægra et ita ægra ut vulneribus affecta se movere nequiret, post raptum continuo sospes inveniebatur. Inde inter Sorores cœnobii Divæ Marthæ ægrescente Veronica, atque sensibus egressa, versum erat in proverbium : Ad medicum Soror Veronica profecta est. Raptu potita sedebat plerumque graviter afflicta, ac veluti longo itinere superato infirmi roboris erat. Nihil illi tam molestum erat, quam a quopiam raptu deprehendi. Haud potuisset spiritus ejus in corpore nonnumquam perseverare, (cælestibus quippe gaudiis affecta, humana quæque fastidiebat) nisi peculiari Dei munere junctus, retracta atque mortificata membra excitasset, vivificassetque.

Dolet in raptu deprehendi

CAPUT III.

De cognitis ab ea peccatis hominum, ac præcipue Sacerdotum.

Scelera multorum Veronicæ ostendit Christus.

Virgini Veronicæ raptu potitæ sæpenumero Christus ostendit, quæ impii mortales admitterent crimina, quibus divina bonitas ad iram concitatur. Aiebat vero Christus Veronicæ : Attendito filia mea, quantis sceleribus in me peccent Sacerdotes mei, qui deinde omni veneratione posthabita, infrunita fronte ad altare meum accedunt, divinam oblaturi hostiam. Considerato quoque filia mea, quanta erga illos utar patientia. Ego ipse Christus meos patientissime suffero, qui polluto corde et immundis labiis et manibus me sub Sacramento contingunt. Talibus profecto impii sceleribus aperta terra deglutiri promererentur. Exspecto autem illos patienter apertisque misericordiæ visceribus, ut emendati ad me redeant : quod si eos non pœnituerit, fiet illis judicium sine misericordia. Quamobrem te atque eos, qui mihi puro corde famulantur, ad lacrymas excito, utque assiduas coram me preces effundant pro quibusvis a via veritatis errantibus, ac præsertim pro sceleratis Christis meis, Spiritu meo suadente, perhortor.

CAPUT IV.

De a ostensis pœnis damnatorum.

Superum regna tenens Veronica, a Christo Deo immortali, quem tunc Angelorum circumdabat chorus, ad tetros inferorum carceres ducitur. Vidit autem Christo duce, damnatorum loca plurima. Primus quidem profunda nimis voragine horrendus erat. Dixit vero Dominus, Virginem allocutus : Hic est principum ac dominorum, qui æternis adducti fuere suppliciis, locus infelix : quod sequitur antrum est nobilium, eorumve qui superbia tumentes, æterna bona contempserunt. Tertius, quem conspicis, locus est, ubi fœneratorum animæ cruciantur; quorum tam magnus illic numerus videbatur, quot esse homines in universo orbe omnino Veronica arbitrabatur. His proximior erat pauperum carcer, erantque ceteris pauciores. Tum antrum immane vidit, ubi religiosorum animæ durioribus affligebantur tormentis. Dixit autem Christus : Hi sunt, filia mea, qui religionum divinos mores professi, propriæ salutis deinceps immemores, mihi plurimum adversati fuere. Isthæc memorans Salvator, tristes vultus præ se ferebat ac terrificos. Angeli quoque tristes admodum facies ostendebant. Multa itidem tormentorum loca perlustravit Veronica inexcogitatæ turpitudinis, variaque pœnarum genera pro variis inflicta sceleribus. Eorum miseriæ et infelicitati accedebat, quod crudelissimorum dæmonum opera sæva tormenta subibant. Enimvero cum animam quampiam fuisset intuita, quæ veluti vase bullientis aquæ occlusa torquebatur, dixit Dominus : Hæc anima fuit infelicis illius sanctimonialis, quam aliquando dignovisti : talia tantave patitur pro murmuris crimine, proque positis ejus maleficio inter Sorores litibus, ac præcipue quod in Superiores linguam laxaverit. Noluit vero miserabilis femina ea scelera confessionis sacramento delere, quocirca impœnitens obiit.

Varia pœnæ religiosorum

Sanctimonialis murmuratrix damnata

a *Annotat Scholiastes hanc locorum pœnarumque distinctionem Angelico ministerio Veronicæ cogitatione descriptam, quo intelligendi ratio maxime consentanea est naturæ mentis humanæ adhuc corpori junctæ.*

CAPUT V.

De ostensa horribili facie Christi flagella mundo comminantis.

B. Virgo filium humanum genus perdere volenti supplicat

Qua die festa Divi Thomæ Apostoli celebrantur, spiritum ad Superos relaxans Veronica vidit Christum alto sedentem solio, cujus iratis vultibus quæque contremiscere videbantur : audivit quoque Dominum Majestatis dira nimis flagella mundo comminantem propter innumera scelera undique ab impiis perpetrata mortalibus. At pia Mater mundi Regina Filium Deum in hæc verba precabatur : Noli, quæso, fili mi, tantis humanum genus atterere suppliciis : parce peccantibus : miserere delinquentibus, tu qui misereri eligis potius quam irasci. Cui Filius : Satis superque, o Genitrix pientissima, præstolatus sum, si forte scelera desererent homines : jam amplius eos sustinere nequeo, quoniam in deteriora crimina quotidie dilabuntur, nullo timore nullove rubore a viis suis pessimis divertunt. Inspice Mater, quantis me ad iracundiam provocent. Dimitte jam me ut irascatur furor meus, et deleam eos de terra. Tum mater pleraque pietatis signa dabat, Deum filium rogitans ut humano generi misereretur. Stabat immota mente Deus, neque iratus matris precibus flectebatur. Denique pia Mater talia obsecrans peroravit : Volo, fili mi, isthæc flagella te continere adusque anni tempus dilapsum, quo mortales impietates suas missas facere queant, et ad te Deum converti. Annuit Filius Genitrici, cujus votis satis semper facere consuevit, dixitque : Ego per anni decursum nedum multos per annos humani generis compatiar sceleribus, tuis precibus tuave pietate, flagellis parcens. Et placatus factus est Dominus a malignitate, quam dixit facere mortalibus.

Obtinet induciae mortalibus

9 Post hæc Veronica tremebunda ad corporeos usus regressa est, asserens Christi et Matris ultro citroque loquentium sermones duarum horarum spatium superavisse. Quis vero lacrymas, quos singultus, quæve suspiria Virgo Veronica dederit, et super errantes pia gestans viscera, et facie visa Salvatoris supra quam dici queat tremenda, haud facile explicaverim. At inter lacrymas Sororibus advenientibus dixit : Cavete, o Sorores dilectissimæ, a criminibus, ne forte horrenda nimium Salvatoris irati facies vos apprehendat. Heu! heu! quantum terroris mortalibus pariet irati Dei immortalis, Christi Maximi aspectus! Quid, quæso, acturi sunt criminosi in die tremenda judicii? Ah Domine Deus custodi nos ac dirige, ut in novissimo magni judicii die audire mereamur : Venite benedicti Patris mei. Noli, rogaverim, nostrorum scelerum impietatem attendere. Hæc Veronica. Paria vidisse se asserunt Virgo solemnis Purificationis beatæ Virginis.

Terribilis Christi irati aspectus

CAPUT

CAPUT VI.

De cognitis futuris flagellis Dei non post multos annos.

Imminentia Dei flagella videt

Die sancto Parasceves anni millesimi quadringentesimi octuagesimi noni, inter multa sibi cælitus ostensa, conspexit Veronica plurima Dei a flagella, quæ non post multos annos impiæ hominum reipublicæ immittere statuerat. Erant vero illa sæva nimis, ignotique judicii. Nullum genus hominum, nullamve conditionem, manum Dei percutientis evasuram dignovit. Quamobrem lacrymabatur uberrime, omnium vices dolens. At Angelus Domini jussit ne cuiquam ostensa sibi flagella aperiret.

a *Adscribit Scholiastes*, vereri *se*, ne multa sustineat hominum genus ab anno 1524 *et sustinuit revera, sensim invalescente in Septentrionalibus oris hæresi. Sed ridiculus hic est, qui in ceteris gratus et pius, dum horum caus am malorum a sideribus petit, licet alias adjungat, unde merito isthæc poterat augurari, ait enim*: Non autem spiritu hæc tanco eruditus Prophetico, sed sideribus docentibus, Principum Christianorum schismate, ac ceterorum perfidia, ingratitudine, levique reverentia nominis Christiani. *Ita ille.*

CAPUT VII.

De revelata Sororum negligentia.

Negligentiam Sororum in rebus divinis a b Virgine cognoscit

Oranti nonnumquam Virgini Veronicæ pro cœtu Sororum sui cœnobii, post animi ab usibus corporeis elationem, dixit beatissima mundi Regina : Tuæ hæ Sorores, quarum gratia assidue Deum immortalem deprecaris, negligentes admodum in divinis rebus exequendis inveniuntur. Optant quidem supernis affici muneribus, sed labores subire renuunt. Patiantur omnino necesse est, si donorum Dei participes esse cupiunt. Cui Veronica : O Mater dulcis ac Domina, exploratum habes humanæ conditionis fragilem statum : nemo sane bona quævis operari potest, nisi præstante Filio tuo Domino nostro Jesu Christo. Ad quam Mater Dei : Fateor te vera dicere : sed o filia mea memorare omnis vitæ meæ decursus, quem tibi jamdudum exposui. Memori, inquam, eunde pectori, mea a sanctificatione dempta, (nam ego in utero matris sanctificata fui) nihil aliquando me a Deo meo accepisse, nisi laboribus corporis et animæ præviis. Interea Sororum cœtus in choro litanias beatæ Virginis decantare cœperunt, atque antiphonam, Salve Regina, nam sabbatum erat, quo die mos est monasterii Sororibus talia persolvere ob honorem Dei Genitricis. Dixit ergo divina Mater : Concentus hic mearum litaniarum atque antiphonæ, Salve Regina, mihi quam acceptissimus est. Exposuit itidem Virgini Veronicæ mundi Regina, quæ præstantiores laudes litaniis atque antiphona Salve Regina continerentur, modum quoque in earum concentibus congruentem. Noluit vero eadem Virgo aperire beatissimæ Matris imperio

Litaniæ et Salve Regina, quam gratissimæ B. Virgini

a *Potior nunc pars Theologorum, in ipsa conceptione divinæ gratiæ munere sanctificatam Deiparam asserit, ut nec ad punctum temporis labe ulla fuerit inquinata*

CAPUT VIII.

De visa Sanctorum felicitate.

Oranti Veronicæ pro cœnobii sui cunctis Sororibus, ac corporeis solutæ sensibus, dixit aliquando Christus : Felicitatem quam Sororibus tui monasterii, ceterisve electis meis dare statui, tibi nunc palam efficere volo. Innumerabiles Sanctorum beatitudines se conspexisse Veronica asserit, quarum potiores erant illæ, quas Ecclesiæ sanctæ Dei Pastoribus idem ipse Deus largiri disposuerat. Aiebat quoque Christus Sacerdotes vocitans Christos, sanctimoniales vero Christas, quæ nomina juxta veterum Doctorum morem omnibus divina gratia præditis convenire possunt : Majores ego ceteris beatitudines Christis meis virginitate pollentibus disposui, minores vero feminis. Mihi profecto quam gratissimi existunt Christi mei virginitate decori : quos ita amo, ut etiamsi crimen quodpiam commiserint quatumlibet grave, eos custodire proposuerim a labiis iniquis et a lingua dolosa. Veh autem illis, qui Christos meos sive in occulto, sive palam sagittabunt : nam destruam eos, et evellam de terra.

Alectorio Isodoro Isolano

Virginitas quam Deo grata

Immensa licet dispar, gloria Sanctorum

13 Vidit quoque Virgo dispares beatitudines paratas his qui lubentes mundum contempserunt, hisque qui coacti cœnobia ingressi sunt, et vim denique in virtutis placidæ amorem convertentes, dignum Deo famulatum præstare sategerunt. Quam vero conjugati habituri sint gloriam, minorem ceteris omnibus asseruit. Nulla beatitudinis genera prædicabat Virgo, in cor hominis ascendere posse, nec ea voce proferri. Vidi ego, aiebat Veronica, apud Superos Sanctorum procedentium celebritates, quarum nonnulla dicere queo, sed de felicitate Sanctorum quibusvis præparata nihil omnino lingua exprimere valet. Sunt mortalia quæque hisce comparata nullius omnino momenti. Satagendum nobis est, ut per bona opera felicitatis æternæ ineffabilia præmia attingamus. Si cuipiam vestrum, o Sorores amantissimæ, daretur contemplari Superum gloriam, nullus labor nullæve vigiliæ ab ejus vos revocarent proposito, animus nedum vester quoquo modo tepesceret. Fidelis est Deus immortalis, munificus, ac magna nimis donans præmia diligentibus se : pro minimis enim quibuslibet divinæ Majestatis amore peractis inexcogitata reddit præmia. Omne bonum quamvis desursum sit, descendens a Patre luminum, sine quo nil recte operari valemus, agendum tamen quod in nobis est, mensque præparanda divinis.

14 Audite Sorores amantissimæ : Obsecranti mihi aliquando divinam misericordiam pro criminosis respondit Christus : Mea gratia ipsi se frequentibus sceleribus indignos efficiunt. Agant quod in se est, et gratiæ munus cæleste illis præsto aderit : qui enim eos sine ipsis creavi, nolentes minime salvabo. Cavete, o Sorores, omni sollicitudine ne Dei nostri viscera misericordiæ quovis crimine offendatis : dixit enim aliquando mihi Dominus et Salvator meus Jesus Christus : Ego graviora judico ea, quibus in me peccant sacrarum religionum cultores pro accepto magno munere religionis, quam quæ ceteri admittunt scelera, gravissima licet : nam qui majora accepit, amplius amare tenetur, et custodiendæ innocentiæ debitor assiduus extat. Quocirca in die Judicii pro modici temporis amissione, ac pro quibusvis otiosis verbis aut leviusculis criminibus reddemus rationem, sævasque luemus pœnas. Summopere nosmet custodiamus ne in sponsum dilectissimum Dominum Jesum Christum ignoranter peccemus, et ab ineffabili mihi ostensa beatitudine quoquo modo deficiamus. Hæc Veronica

Gravius puniuntur religiosi

CAPUT IX.

De reprehensione ei facta ab Angelo

Narravit aliquando Sororibus Veronica candida simplicitate præclara, dicens : Missæ sacra agente Sacerdote quopiam die, juxta altare genuflexam Sororem curiosius inspexi sola mentis stabilitate : verum cum a corporeis sensibus me abstrahi contigit, Angelus Domini, qui mihi adesse consueverat, me tanta severitate increpuit, ut diem extremum clausura fuerim, si corporis vinculis mea juncta foret talia sustinens. Heu quam ingens fuit horror ille arguentis Angeli! quam dura verba! quam terribiles vultus! Inter cetera vero reprehendentis Angeli isthæc verba fuere : Siccine, o isti cordi laxans habenas? cur oculis divagata es? cur Sororem illam curiosius inspexisti? Profecto haud leviuscule in Deum peccasti. Regrediens autem

Ob curiosum aspectum reprehenditur ab Angelo

Auctore Isidoro Isolano

Pœnitentiam subit jubente Christo.

Virgo ad corporeos sensus trium dierum spatio innumeras effudit lacrymas. Dixit quoque Christum grave quodpiam sibi demandasse ad peragendam pœnitentiam ejusce instabilitatis oculorum. Secretius itidem demandatum servare virginem jussit Christus Maximus, quamobrem affirmare consueverat Veronica dicens : Quando Missæ sacris intersum, nec quidem caput movere ausim, metuens divinæ Majestatis ultionem.

CAPUT X.

De ostensis pœnis purgatorii.

Videt pœnas inferni et purgatorii

Subito raptu potita Veronica, pœnis tartareis primum decursis, Angelo duce singula tormentorum genera, quibus animæ apud inferos purgantur, admirabunda conspexit. Diversus quidem damnatorum et purgatorii videbatur locus, sed nulla inter pœnas distantia. Idem enim ignis erat, iidemque tortores. Variis torquebantur suppliciis pro varia criminum perpessorum impietate. Exposuit quoque Angelus Domini Veronicæ primos purgatorii aditus, innumerasque animas sacris initiatorum, et utriusque sexus maximam turbam incredibilibus tormentis affectas inspexit. Ait autem Angelus Domini : Scito filia mea, animas pro quavis levi inobedientia in Superiores, ac segnitie in exequendis divinis, isthæc tormenta sustinere. Præstat inter earum crimina inane murmur erga Superiores, et quarumdam sanctimonialium in suum Confessorem ; quapropter pro eodem scelere nunc acrius affliguntur ; nam confessionis sacramento Deum sibi olim propitium efficientes, patientur donec Deo placuerit. Liberarentur autem orationibus, Missis, ac eleemosynis. Tanti est momenti murmur, quod nisi crimen illud confessione sacra expiassent, æternis suppliciis forent addictæ.

Propter quæ ad purgatorium eant animæ

Murmurationis pœna

17 Interea conspicatur animam quampiam Virgini quando corpori juncta erat cognitam, magnis ejulatibus vehementissimos dolores enuntiantem. Vox illa Veronicam usque adeo terruit, ut tremebunda continuo ad corporea officia redierit. Testatæ fuerunt geminæ Sorores Ursula ac Magdalena, quæ redeunti ad sensus tunc Veronicæ affuerunt, Virginem vehementis tristitiæ, timidi doloris, ingentisque horroris signa dedisse, manuum percussionibus, motu capitis, voceque flebili. Dixit autem Virgo : Heu! heu! quas hodie pœnas, quæve tormentorum genera vidi! Sit mihi fas dignota loqui, resque pandere alta purgatorii caligine mersas. Inter verba solo dilabitur Veronica : febris vehemens Virginem arripuit, signaque toto corpore virgineo, igne veluti micantia, magnitudinisque instar palmæ manus apparuerant. Affirmavit Virgo animas quaspiam dignovisse, quas pro meritis proque earumdem fama sanctitudinis dum regerent artus, jam dudum divina frui visione arbitrabatur. Tacuit eorum nomina, divinæ offensæ noxam incurrere pertimescens. Enimvero post hæc dixit Veronica adstantibus Sororibus : Hortor vos, o Sorores amantissimæ, a murmure totis animi studiis cavere : grande enim illud est, et Deo odibilius magis quam mortales opinentur. Quod si vera forent ea quæ divino cultui adscripti utriusque sexus homines murmurantes dicunt, cessandum tamen a murmure foret, propter divinæ Majestatis offensam : nos enim a seculi negotiis ad divinas laudes evocamur, non ad murmura prosequenda. Haud vereamini magna et inexcogitabilia tormentorum genera parata esse his qui purgatoriis ignibus alligabuntur. Hæc Veronica.

Febri laborat e visione purgatorii

CAPUT XI.

De apparitione dæmonum sub variis animantium speciebus.

Singulis diebus anni unius apparitione dæmonum, Deo primum significante, Veronica summopere afflicta fuit. Harum apparitionum prima evenit nocte celebritatis Corporis Christi. Ab dæmone vero nequam tunc assumpta species bovis fuit, ignes undique spirantis, terrificeque mugientis. Pertimuit vehementissime Virgo, præsertim quod voce impia repeteret diabolus : Ego te omnino hisce cornibus ad inferos deferam. Verum ingenti terrore perterrita febre acuta corripitur, qua etiam sacræ Eucharistiæ Sacramentum desumere ea solemnitate vetita fuit. Raptæ vero Virgini ad Superum regna dixit Christus : Equidem, o dulcis filia mea, timuisti dæmonis horrendam nimis imaginem : verum scito meæ esse voluntatis, ut singulis diebus anni unius singuli dæmones tibi fiant visibiles sub speciebus crudelium animantium ac volucrum : ne timueris, quoniam ego tecum sum. Ad sensus vero regressa corporeos, incolumem se effectam persensit jocundo Salvatoris aspectu, cujus sermo ad unguem perfectus est, dæmonibus quotidie sæva nimis sub imagine Virgini apparentibus. Extremo denique die veluti aggregato exercitu cuncti simul advenere, quos intrepida Virgo aspexit. Divi Antonii virtutem ac merita in virgine Veronica profecto admirari non desinit, quicumque corde Catholico utriusque gesta altaque mente nosse sategerit.

Integro anno quotidie videt dæmones.

Febri corripitur ex terrore, viso dæmone.

LIBER QUARTUS.

De ostensa Christi Maximi vita.

CAPUT I.

De ostensa Annuntiatione Dominica.

Celebritate Annuntiationis Dominicæ Veronica Angelo duce sæpius ad Superos spiritum relaxans, inter cetera Angelum Domini pulchritudinis ac potestatis inenarrabilis conspicata est. Verum Angelus Veronicæ ductor ait : Hic est Gabriel Dei nuntius, qui pro humana salute hodie Virgini beatissimæ Christi Incarnationem divinitus nuntiavit. Hic nempe ingressus ad eam, legentemque Virginem comperiens magno fulgore terruit, dixitque : Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Patris sui, et regnabit in domo Jacob in æternum. Tu quoque maxima mulierum futura es, quæ Regina cæli et Mater Dei vocaberis. Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus ea retulit quæ in Evangelio scripta leguntur. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Post hæc illico concepit de spiritu sancto Filium Dei. Exurgensque Maria non post multos dies abiit in montana. Verum scito, ait Angelus Veronicæ, Gabrielem omnia mysteria passionis et gaudii, omnemque Salvatoris vitam et mores [a] exposuisse Virgini beatissimæ, antequam Christum enixa esset, quæ nutu Dei Evangelistæ continuerunt. Quibus animadversis ad sensus rediens Veronica, sacris interfuit mysteriis, sanctumque Domini corpus desumpsit.

Videt Gabrielem Angelum

Omnia mysteria vitæ Christi B. Virgini in Annuntiatione explicata

[a] Quippe quæ mystice, ut vult Scholiastes, in verbis continentur Angelicis.

CAPUT II.

De ostensa Nativitate Domini.

Biduo ante Dominicæ Nativitatis solemnia, cum nocte Veronica sensibus ad sidereas mansiones evolasset, vidit Superos Hierusalem cælestem veluti exornantes

exornantes pro novi triumphi futuris gaudiis; quamquam si mille terrarum orbes forent, atque hominibus repleti, majestatem tamen supernæ domus exprimere minime possent linguæ hominum, aut æterni sermonis indefessa series. Exornabant itaque ornatissima palatia cæli, more humano Angelica gaudia significare Virgini Veronicæ cupientes beatissimi spiritus. Videbatur omnis ille aditus ornatus aureus, undique refulgens, nimium nimiumque decorus. Ad sensus vero rediens Veronica mysterium intellexit.

Cælum ornatus.

3 At nocte vigilæ Nativitatis Dominicæ, sensibus exiliens, Virginem beatissimam asello insidentem, grandis alvi veluti propediem parituram inspexit. Erat Virgo Diva ætatis teneræ, modicique aspectus, ita ut puella videretur. Assistebat eidem Joseph vir ejus, habens ancillam comitem, Virginis gravidæ gratia, famulumque bovem deducentem. Profectus est Joseph ut profiteretur, *a* nomenque suum scriberetur cum Maria Virgine uxore prægnante, at neque servi, neque ancillæ nomen visum est Veronicæ ab Imperatoris scriba annotari. Tum subito ad sensus corporeos redeuntem Veronicam monasterii Mater evocat, jubetque altera sanctimoniali comitante per urbem Mediolanensem eleemosynas quærere; quod opus tota die exercuit, hora prandii dempta.

Videt in spiritu B. Virginem euntem in Bethleem.

Mendicat pro monasterio.

4 Vespere igitur rediens Veronica, continuo orationis locum adiit. Nec mora: extasi correpta, in Bethleem, ubi Virginem cum Joseph ac ceteris reliquerat, spiritu se invenit. Errabant Virgo beata ac familia Joseph tota urbe quærentes hospitium, posteaquam a loco Cæsareæ professionis reversi sunt, nec inveniebant: tanta etenim multitudo virorum ac mulierum ejusce rei gratia eo convenerat, ut domus singulæ undique plenæ conspicerentur. Quamobrem tristior Joseph divagabatur. Verum locum quempiam deveniens tectum undique, quemque nulla contingebat hominum habitatio, dixit beatissimæ Virgini: Opportunum censeo nos locum hunc ingredi, nocte enim obscuriori vicos circuire amplius nos minime decet. Annuens Virgo asino statim descendit. Dixit autem Maria: In proximo est tempus pariendi. Cui Joseph: Ibo et auxiliatrices tibi feminas perquiram. Subrisit Virgo. Ait vero Joseph: Ne rideas, nam talibus indigebis; abiitque intempestæ noctis silentio.

Rursus rapta, videt B. Virginem in stabulum ingredi.

5 Tum Veronica ad sensus regrediens proximum tempus ad nocturnas horas persolvendas adesse cognovit. Perseveravit autem orationi et meditationi incumbens adusque matutinas inchoatas. Cumque sensibus exiliisset, Virginem beatissimam eo in diversorio invenit ubi eamdem reliquerat. Conspexit vero Jesum mundi Redemptorem, natum ex Virgine infantem parvulum; quem altera manu tenens Virgo et mater, altera fœnum colligebat, quo lectulum infanti sterneret. Deinde *b* velum e capite accipiens, dimidium corpusculum infantuli texit, ejusque alteri lateri fœno hærente. Aderat minime Joseph, cum Virgo peperit, qui cito reversus cum tribus feminis, locum eximio splendore illustratum reperit. Ea luce mulieres veluti territæ ingredi nequibant: at Joseph introiens natum infantem adoravit. Joseph duæ mulieres audentius secutæ idipsum egere, tertia præ foribus procumbens clamabat: Quæ audio non credam nisi videro. *c* Ingressa tandem, Virginique beatissimæ proximior effecta manum extendit, qua subito arescente indoluit vehementissime. At exclamantem præ dolore mulierem Angelus Domini alloquitur, dicens: Pete a Virgine veniam, infantemque continge, et liberaberis. Mandata perfecit mulier, et fide non vacua sospes evasit. Abeuntes itaque mulieres nuntiabant audire volentibus: Quia natus est Salvator mundi.

Videt infantulum Jesum recens natum. *b* *c*

6 Sed redeat oratio ad Jesum in præsepio jacentem, quem Virgo Diva genua flectens, et duplices jungens palmas, adoravit. Bos et asinus anhelitibus calefaciebant, et humiliaverant se veluti adorantes et clamoribus magnis veluti laudantes. Tum Angelus Domini adveniens pluribus excelsior parvulum Jesum adoravit. Facta est autem cum eo multitudo Angelorum adorantium, et dicentium: Gloria in excelsis Deo. Concentus undique cælestes personabant, quos mortalium infirma pectora sustinere minime possent, nec eorum portiunculam vocibus explicare. Enimvero ea luce præsepe Domini fulgebat, qua omnis regio claresceret, et nox sicut dies illuminaretur. Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Hi nova luce exterriti, ceciderunt in facies suas: et ecce Angelus stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno, et dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator mundi in civitate David. Euntes vero illum adorate. Et hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involutum et positum in præsepio. Et venerunt festinantes, in cælum semper aspicientes præ stupore et admiratione eorum quæ viderant et audierant. Sequebantur et illos pecora et greges clamantes ac si nova isthæc admirarentur. Cum vero applicuissent loca, unde tanta lux prodibat, adoravere. Et invenerunt Mariam et Joseph et infantem positum in præsepio. Enimvero dum hæc agerentur, Angelus Domini Veronicam admonuit, ut animalia terræ, arbores omnes, lapides et elementa, sidera quoque cæli animadverteret signa dare lætitiæ ob honorem nati Salvatoris. Quibus mente conspectis, ante infantem Jesum se fore Virgo attendebat: quæ Jesum adorans, nec loqui, nec infantem pertingere valebat. Cumque plurima conspexisset Veronicæ spiritus, quæ nobis referre noluit, ad res corporeas rediit. Trium vero Missarum posteaquam celebrationi interfuit, ab Angelo rapitur adusque horam divinæ Eucharistiæ percipiendæ. Asseruit autem Virgo Veronica divina secreta tunc se dignovisse, quæ neque mortalibus enarrare fas est, neque verbis explicare hominem, nedum attingere mente posse arbitraretur, si talia verbis prosequeretur humanis.

AUCTORE ISIDORO ISOLANO

alia ejus nocte mysteria

vocationem pastorum

alia admiranda.

7 Desumpto corporis Dominici mysterio, raptu potitur Veronica. Cui Angelus Domini cuncta quæ evenere *d* mirabilia in ortu Christi clarius permonstravit. Mellifluos cælos considerabat, veluti si nix per cuncta mundi spatia e cælo descenderet: at alto cæli aureum circulum intuita est, in cujus medio Virginem brachiis infantulum gestantem; Romæ olei fontem emanare, templumque quoddam dirui cælitus inspexit, infantem quoque illico natum loquentem audivit, singula infantuli verba intelligens, avem pariter quampiam humana verba promentem, ac pleraque mortalibus nunc incognita miracula evenisse Veronica dedicit natali Salvatoris, quæ silentio veneranda esse censebat. Hic quidem Veronicæ raptus adusque vespertini officii horam perseveravit.

d

Varia Christo nascente alibi facta

a *Haudquaquam, quod hic innuitur, exploratum habetur Josephum ac Virginem sponsam, ante hujus partum professos esse, cum præsertim multorum Patrum testimonio constet Christum ipsum hoc censu fuisse descriptum.*

b *Id quidem et alii tradidere. At quis [illegible] fuisset divinæ parentis, apta lintea non præparasse? profecto nec in vulgari femina toleranda. Munda ac nitida [illegible] revelationes doctorumque virorum consensus persuadet.*

c *Scripsere idem PP. nonnulli, quod ex apocryphis haustum censet Baronius. Plura hoc capite uno et toto libro objecta Veronicæ narrantur, quæ fidem non reperient. Fortassis vel auctor, vel qui primus [illegible] Veronicæ vitam ac revelationes* Benedicta *monacha, non assecuti quæ obscurius narrabantur, immutavere ornando, vel alteravere ex propria ratiocinatione. Aut potius [illegible] Veronicæ [illegible] visibus, videt illa [illegible] divina [illegible] oppressis [illegible] intellectum [illegible] ulli phantasmatis [illegible] raptum [illegible] phantasiarum re-*
rum

rum ratione quadam propria expressit imagines, quarum insitas ante species habebat : unde sibi reddita, cum se sciret admiranda passam divinitus, neque jam obnoxio phantasmatis intellectu ea posset aut exponere aut explicite meminisse, quorum reminiscentiam phantasia ingerebat, retulit. Scholiastes certe identidem inculcat cuncta hæc gesta esse Angelis imagines rerum corporearum efformantibus in Virginis cogitativa.

d *De his portentis consule Baronium anno Christi 1, quædam solide refutantem.*

CAPUT III.

De ostensa Circumcisione Salvatoris.

Inter Missarum solemnia Circumcisionis Dominicæ Veronica sensibus egressa, ornatissimum *a* templum adiit : ignara vero cujus regionis foret, affuit illico Angelus Domini, loca quæque templi Veronicam edocens. Erat in templo altare præclara magnificentia decorum nimis, ante quod stabat senex reverendi cujuspiam aspectus : aderat quoque vidua venerabilis, ac plerique promiscui sexus. Interea infantem Jesum quispiam attulit, quem senex accepit in ulnas. Idem vir *b* duo paria columbarum, duoque turturum seni obtulit. Enimvero Mater Maria et Joseph, quasi tristes, Jesum procul aspiciebant. Denique senex infantem fascia nudavit, acceptoque cultro lapideo pelliculam circumcidens pauxillum carnis exemit. At infantulus ejulans et clamans vehementissimo dolore matrem affecit; qua itidem flebili voce territa Veronica ad sensus regreditur tristis et lacrymis perfusa. Tota quoque die tristior perseveravit, quasi vocem infantis auribus personantem audiret. Condolebat enim infantulo Jesu, ac Beatissimæ Matri, quam ingenti affectam dolore dignoverat in circumcisione filii.

Videt in imaginatione mysterium Circumcisionis

a *Probabilius est in ipsa spelunca circumcisum, quod S. Epiphanius tradit Panarii lib. 1, hæresi 20.*

b *Purificationis et Circumcisionis mysteria confudit aut Isolanus, aut prima scriptrix Benedicta, aut ipsa Veronica.*

CAPUT IV.

De ostensa adoratione Christi a Magis.

Videt Magorum vocationem

Vigilia Epiphaniæ Domini cum Missæ sacris interesset Veronica, e sensibus exiliens, ab Angelo ad partes Orientis ducitur. Vidit autem Angelum Domini Regi provinciæ illius nuntiantem, quia natus est Salvator mundi, hortantemque ad eum adorandum proficisci. Nec mora : ad aliam ducitur Orientis regionem, cujus Regi paria Angelus Dei significavit. Tum ad remotiorem oram profecta Veronica Angelo comite, paria significari Regi provinciæ illius per Angelum Domini inspectat. Posteaquam longa terrarum spatia decurrit Veronica, mens ad corpus regressa est. At vespere facto cum sol occubuisset, orationi animum dans Veronica rapitur, et ab Angelo statim ad Orientis oram perducitur. Animadvertit vero tres Reges in unum convenisse : qui cum mutuo loquerentur, quisque quæ viderat et ab Angelo audierat de novi magni Regis ortu enarrabat. Dicebat autem : Quis dux noster erit ? Statuere tandem ut una ad novum Regem adorandum properarent. Tum variis rebus pro regii itineris majestate compositis, dromedarios, animalia grandis staturæ et visu ferocia, Reges ascendere Virgo contemplatur. Et ecce stella ceteris fulgentior antecedebat eos, quam Reges secuti sunt. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno, et dicebant : Hoc signum magni Regis est. Asseruit Veronica Angelo duce per longas terrarum intercapedines secutam fuisse tres Reges, qui pariter dromedariis insidentes festinabant. Reges magna virorum turba comitabatur, plura animalium genera in suo habens comitatu. Cumque iter prosequerentur Reges, audiebat illos loquentes de his quæ viderant et audierant ab Angelo nativitatis Dominicæ nuntio.

10 Interea ad corporeos sensus regressa est Veronicæ mens. Enimvero illucescente die Missam egit Sacerdos quispiam in templo D. Marthæ, cui affuit Veronica : quæ post Eucharistiæ adorationem raptu potita, adiit Jerosolymorum regnum, ubi Herodes Rex imperabat : et ecce tres Magos advenisse offendit, quibus obviavit Herodes : audiens autem a Magis Regem novum natum superbia intumuit et invidia, dissimulansque alto corde dolorem, gaudia præferebat pro novi Regis nativitate. Tum aulam componi regiam, mensas parari, cibosque pro regia dignitate afferri. Herodem tresque Magos una discumbere, discumbentes quoque plurima de novo Rege nato in medium deducere inspexit Veronicæ spiritus.

congressum cum Herode,

11 Post hæc ad corporeos usus regrediens, Sacerdotem divina celebraturum animadvertit. Quibus perfectis Eucharistiæ Sacramentum una cum Sororibus percipiens, iterum extasi corripitur, et ab Angelo ad locum ubi Herodes erat cum Regibus perducitur. Recedentibus vero Magis dixit Herodes : Ite, et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem abierunt. Stella autem nusquam comparuit donec cum Herode Reges moram traxerunt. Animadvertebat Veronica Herodem Regibus blandientem, Regesque Herodi gaudia ostendentes. At Magos in itinere positos persensit Virgo dicentes : Quo ibimus duce stella amissa ? Nec mora : et ecce stella quam viderant Magi in Oriente antecedebat eos, donec veniens staret supra ubi puer erat. Videntes autem stellam Magi gavisi sunt gaudio magno. Erant autem procul a loco cum stellam stantem inspectarunt : qui descendentes de jumentis, acceptis muneribus, et omni posthabita familia, soli ierunt ad locum, super quem stellam stare demirabantur. Inter hæc Angelus Domini Virgini Matri nuntiavit Reges advenisse ad adorandum infantem Jesum. Visa est autem beata Virgo tunc vehementer horruisse. Regibus ingressis Virgo et Mater assurrexit, quam Reges venerati sunt. Tum Virgo resedit infantem Jesum gremio locans linea veste circumamictum. Infantis tibiæ nudæ videbantur, aderatque Joseph servo comitatus. Anteaquam Reges infantulum contingentes adorarent ter genu flexere, diuque ad invicem disputarunt, quis eorum prior adoraret : denique junior primus accessit, pedes infantis exosculans, et quam capite gestabat coronam ante pedes infantuli solo reponens, quem Jesus infans benedixit. Sic quoque egere ceteri. Cumque adorarent singuli, audivit Veronica diu multumque Reges locutos, nihil vero intelligere se potuisse asseruit. Adoratione peracta obtulerunt munera aurum, thus et myrrham, quæ Joseph accepit. Angelus autem Domini Veronicæ omne mysterium munerum aperuit. At Reges specie corporis præstantes fuisse dicebat Veronica, aureis vestibus usque ad genua indutos, junioremque Regem, qui primus adoraverat, veluti effectum seniorem et unius ætatis cum reliquis duobus demirans intuita est. Posteaquam recessere Magi, una tantum nocte per vicina hospitia demorati sunt. Vidit autem Veronicæ spiritus Angelum Domini in somnis apparentem Regibus, ac mandantem ne redirent ad Herodem. Quo responso accepto, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Post Regum abscessum Angelus Domini mentem Veronicæ ad locum ubi Herodes erat perduxit. Vehementer iratus videbatur una cum omnibus qui aderant, quod abeuntes Magi ad se reversi minime fuissent. Jussit quoque per præcones omnibus nuntiari, ut quicumque inventos Reges ad se perducerent magnis muneribus donarentur. Posthæc ad corporeos usus rediens Veronicæ mens Sorores vesperas jam magna ex parte decantavisse comperit.

discessum Hierosolymis

ingressum in stabulum,

adorationem.

CAPUT

CAPUT V.

De ostensa Purificatione Beatæ Virginis.

Mysterium Purificationis

Solenni Purificationis beatæ Virginis die geminas extases passa est Veronica, alteram nocte, alteram post Missarum celebrationem, sacratæque hostiæ desumptionem. Priore quidem supra mortalium ingenia plurima vidisse se asseruit, quæ Dei immortalis imperio conticuit : at secunda extasi, quæ supra trium horarum spatium perduravit, in templum ab Angelo adducta fuit. Erat autem templum miræ pulchritudinis, in quo vir senex lineis indutus cum subobscuri coloris capitio juxta altare stabat, tum Jesum infantem parentes, parque turturum et duos pullos columbarum afferre videt, quos Virgo Mater et Joseph sequebantur. Templum introgressi Jesum seni præsentarunt, qui genua flectens, timens ac tremens accepit eum in ulnas suas, et ingenti gaudio infantem Jesum exosculatus est lacrymans, ac dicens : Nunc dimittis Domine servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Dixit vero Angelus Domini ad Veronicam : Hic est Simeon Propheta. Cum ita que diu infantem in ulnis detinuisset, Matri illum tradere difficulter videbatur ; pendebat enim a Salvatoris facie senex ille præ dulcedine Dei, quam se percipere verbis et gestibus edocebat. Verum cum Matri infantem tradidisset, dixit : Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et ecce Anna mulier grandæva annis aspectuque venerabilis, Spiritu prophetico incitata, ipsa hora superveniens confitebatur Domino, multa de Jesu infantulo prædicans. At Virgo beata Simeonis verbis territa valde est. Jesus quoque infans subtristior, et supra ætatem maturiori facie videbatur. Cujus quidem gravioris aspectus ab ipso ortu a Veronica visus est semper extitisse Salvator. Pauperioribus panniculis, cum in templo præsentaretur, Jesum indutum Veronica conspexit. Post hæc intuita est celebritatem candelarum, quam in sequenti volumine prosequemur.

CAPUT VI.

De ostenso itinere Beatæ Virginis deferentis infantem Jesum in Ægyptum.

Mysterium fugæ in Ægyptum

Nocte sequenti festum Epiphaniæ, raptu potita Veronica, in domum quampiam ducitur ab Angelo, ubi Joseph et beata Virgo erant. Vidit autem Angelum apparentem in somnis Joseph, (erat enim nox) et dicentem : Surge et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum : futurum est enim ut Herodes iratus quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens stravit asinum, et Virginem una cum puero eidem imposuit. Accepit pariter Joseph tres ancillas comites, deduxitque bovem cum tribus asellis, quos servi quidam dirigebant. Erant asini onusti rebus domesticis, quibus in quotidianis alimentis familiæ egent. Perrexerunt autem festinanter per viam nemoris, qua transeundum Angelus Domini Joseph edocuerat.

14 Videbatur quidem Veronicæ illius divinæ multitudinis se sociam esse, ambulareque cum ambulantibus, et singula dicta audire, gestaque Angelo docente intueri. Ingresso enim cælesti comitatu nemus, ingens animalium multitudo diversi generis advenit, qua terreri visa est beata Virgo ; verum animalibus mansuescentibus, infantemque adorantibus, omnes læti proficiscebantur. Veronicam Mater Virgo alloquebatur, secretaque divina pandebat, mandans ne cuiquam ea notificaret. O quoties itineris longitudine beatissimam Virginem lassatam miseris Veronicæ mens inspexit, affligebatur enim plerumque ingenti calore Virgo et Mater, ciborumque penuria. Sub palmæ umbra consederunt, cujus ramum nutu infantis afferri longius inspexit. Extemplo fons erupit, quo omnis ille comitatus sitiens satis superque naturæ fecit. Ex

Videt Christum adorari a feris

eadem aqua etiam hydrias, quas secum detulerant, impleverunt. At Virgo beata, ubi pauxillum membra sopori dedit, vires assumens vas quodpiam aqua implevit, panniculosque quibus infantem circumvolvebat abluit. Post hæc rebus compositis iter cum longius prosequerentur, sole fervescente petiit Virgo Mater ab Joseph sub arboris frondosæ umbra quiescere, cui annuens Joseph Virgini de asello descendenti præsto fuit.

Auctore Isidoro Isolano fontem miraculose erumpere

54 Post hæc Veronica ad sensus rediit lassitudine plurimum afflicta, quasi tam longi itineris regiones mente et corpore peragrasset. Quæ diximus nocte tantum Veronica conspexit : luce autem diei orta rapitur itidem ad locum ubi beatam Virginem cum infantulo Jesu ac reliquo comitatu dimiserat. Cumque iter prosequerentur, ibat Veronica juxta asellum, cui beata Virgo insidebat, quam cum verbis cælestibus Virgo et Angelus confoverent nihil respondere poterat. Mansere verba Reginæ cælorum alto pectore condita Veronicæ, quibus admiranda gaudia se percepisse asseverabat. Arduum iter ubi per nemora peregerant, domum quampiam ingressi sunt : illam latrunculi inhabitabant, qui omnes fugere, sæva animalium multitudine perterriti, arborumque tuta loca ascendentes, uno dempto, qui omnem societatem quam humanissime excepit. Eos, qui fugerant, rogavit Joseph descendere et suum repetere hospitium, cui numquam assensere latrones. Inter quæ ad corporeos usus Veronicæ spiritus revertitur. Noluit Veronica aliquando secreta cælestia, quæ toto itinere beata Virgine loquente didicerat, explicare, paucis dumtaxat, quæ sequuntur, exceptis. Dixit itaque beatissima Mater inter cetera Veronicæ : Vides filia mea, quibus laboribus hoc iter peragraverim : majora quoque his vivens pertuli, per varias tribulationes semper ambulans. Scito autem, o dulcis filia mea, nullam gratiam a Deo immortali mortales obtinere posse, nisi mente et corpore prius affligantur, laborentque vehementer. Nonnulla vero hoc loco conticenda censeo, quæ beata Virgo subintulit Veronicam erudiens, aptius ea litteris demandaturus, si Deus annuerit.

Veronica quasi ex itinere lassa

Reliquum Virginis iter videt

latrones fugientes

CAPUT VII.

De ostensa amissione Jesu, cum factus esset annorum duodecim.

Tertia noctis hora Dominicæ diei, qua decantatur Evangelium amissionis Jesu cum esset annorum duodecim, rapitur Veronica adusque mediam noctem. Eo temporis spatio ab Angelo mente adducitur domum quampiam, ad quam tunc applicuerant Maria Mater Domini et Joseph Hierusalem redeuntes a festi celebritate. Existimans autem mater esse filium cum Joseph, neque puerum Jesum inveniens, acriter indoluit. Dixit autem ad Joseph : Ubinam est filius meus? qui respondit : Nescio. Arbitrabar vero illum tecum fore. Tum utrique altius suspiria traxere, existimantes autem puerum esse in comitatu, statuerunt ut divisim quisque Jesum perquireret, et venerunt eadem hora iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos. Domum Elisabeth Zachariæ primum adiit Virgo, quam dolens *a* Elisabeth interrogat an forte filium amisisset? Qua respondente, Sic; Elisabeth Virgini dolenti sociam se præstitit. Inde autem una domum *b* Annæ matris beatissimæ Virginis, quæ pariter filiæ comitem se exhibuit. Dolentes itaque requirebant eum inter cognatos et notos. Mater vero tantis afficiebatur angustiis, ut dolore pene deficeret. Joseph quoque per omnia vicinia discurrebat, sed et affines et vicini quidam hoc sectabantur. Quamvis Angelus Domini Veronicæ spiritum comitaretur post beatam Virginem, intuita tamen est singula, dum Joseph acta cum Jesum perquireret.

Mysterium amissi Jesu duodennis in raptu agnoscit

a

b

17 Tum ad sensus rediens indoluit vehementissime, quod plurimum affligi beatam Virginem filium

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

Veronicæ dolor

quæritantem animadverterat. Hæc dies est qua ingenti copia lacrymarum effusa fontem fluentem oculos ejus divisses. A dæmone verberibus affecta est Veronica, veluti in secundo libro diximus. Jacentis itaque Veronicæ ac languentis, ita ut non remaneret in ea anhelitus, spiritus e sensibus exilivit, et ab Angelo ducitur ad plateam templi Salomonis. Erat autem ibidem mater Jesu feminis comitata pluribus una Christum quærentibus. Cumque virorum ingens multitudo adesset, hominem quempiam audivit beatissima Virgo turbis dicentem : O rem admiratione dignissimam, ut puer unicus adversus tot Legisperitos disputare ausit, quos ita confudit, ut responsionum ignari elingues facti videantur. At Diva Mater propius accedens hominem diligentius sciscitatur, remque ad plenum intelligens, dixit : Hic est filius meus dilectus in templo disputans. Templi vero ingressa locum ubi disputatio exercebatur, viderunt qui aderant puerum Jesum, alto loco, ceu pro tribunali, sedentem in medio Doctorum, audientem, et interrogantem illos. Ubi Jesus matrem vidit, surgens venerationis signa dedit, deinde residens disputationem cœptam longius prosecutus est. Expleta disputatione descendit Jesus de loco, et ad matrem pergens maternæ venerationis ampliora signa exhibuit : quem mater dulcius complexans, osculaque libans tanto digna filio, dextera ejus apprehensa dixit : Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Tum mater conticens apprehensa dextera filium deducebat, sinistram tenente Elisabeth. Sic medius puer Jesus inter beatam Virginem et Elisabeth, domum gaudens repetebat, exultante pariter omni turba, quæ matrem comitabatur.

Christi inventio

Reverentia erga matrem.

18 Verum toto hoc itinere Veronica Virginem semper comitata, cum Nazareth redirent Virgini beatæ proximior erat, cui summi Dei genitrix dixit : Considerato, amantissima filia, quos dolores, quasve subierim angustias in amissione dilecti filii mei : quamobrem intellige nil a Deo haberi posse nisi magnis perpessis laboribus mentis et corporis. Sic mihi pariter eveniat, mea duntaxat excepta sanctificatione. Inter Virginis verba puer Jesus blandis oculis Veronicam inspectabat, dilectionis eadem signa permonstrans. Nazareth domumque omni illa turba ingrediente, Joseph cum cognatis et notis illo pariter devenerunt. Gaudebant vero omnes et lætabantur invento puero Jesu applaudentes. Hæc ubi Veronica conspexit, ad sensus corporeos remeavit.

Dolor B. Virginis illo triduo

19 Jacebat autem Veronica ægra vulneribus a dæmone acceptis, quam Sorores, quæ ei sedulæ deserviebant, rogarunt, ut quæ viderat ea in extasi Sororibus aperiret, quarum votis satis humanissima Virgo fecit. Interrogantibus quoque Sororibus quis foret pueri Salvatoris aspectus, quave illius vestimenta, respondit : Erat color vestimentorum pueri Jesu cæruleus, pulcher valde, faciei vero aspectus puerilis admodum videbatur et jucundus, capilli ejus fuere crispantes, et candidi sicut nix. Ejusce autem venustatis videbatur puer Jesus, qua nullis umquam verbis a se explicari posset. Verum cum beatam Virginem viderit, omnemque illius comitatum eo in habitu in quo tunc erat, asserunt Veronica Matrem beatissimam vestem cærulei coloris indutam fuisse. Elisabeth autem vestis erat coloris subnigri clarioris, quem materno eloquio Mediolanenses morellum vocitant. Asserunt quoque singula in disputatione Salvatoris dicta, sive ab eodem, sive a Legisperitis audivisse se, et intellexisse, quæ ubi ad sensus rediit corporeos mente omnino exciderunt.

Forma et habitus pueri Jesu

a [illegible] Elisabeth [illegible] [illegible]

spelunca dies 40, cum debuisset diem suum obisse. Joannem in solitudine ab Angelo institutum, ibique enutritum esse ac commoratum, donec Christus in publicum prodiit.

b Annam quoque prius mortuam esse probabile est.

CAPUT VIII.

De ostenso baptismo Salvatoris.

Agente Sacerdote Missarum solemnia diei Dominicæ post octavas Epiphaniæ, sensibus egressa Veronica ab Angelo ducitur ad ripam Jordanis fluminis, ubi Christus stare videbatur. Et ecce Joannes Baptista festinabat clamans : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cumque ad Salvatorem venisset adoravit pronus in terram. Dixit autem illi Jesus : Baptiza me Joannes. Respondit Joannes : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Cui Dominus : Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam. Verum Joannes posteaquam magnæ humilitatis signa ostendit, terque renuit Salvatori manus baptizans imponere, assensit tandem, et baptizavit Jesum veste deposita fluenta Jordanis jam ingressum. Erat vero Joannes vestitus pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos ejus, et timens ac tremens imponebat aquas capiti Salvatoris, quæ per totum corpus illius defluxerunt. At Salvator inter decurrentes undas immobilis perseverabat, super quem descendit Spiritus sanctus in specie columbæ niveo candore apprime fulgentis, cruceمque medio capite gestantis, et vox altius intonuit dicens : Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Post Patris vocem semper columba Christum *a* allocuta est, donec in cælum evolavit. Dixit Veronica se verba singula columbæ loquentis cum Christo intellexisse, quorum postea recordata non est. Aderant quoque Angeli quatuor, Salvatoris vestimenta brachiis tenentes, nam quæ tunc invisibiliter Angeli egere in Salvatoris obsequium, veluti sub obtutibus clara mente Veronica conspexit. Ascendens Jesus de aqua suffragantibus Angelis induit vestimenta sua, tum flumen ingressus Jesus Joannem baptizavit. Post hæc ad sensus regrediens Veronica Missæ celebrationi interfuit, atque cum ceteris Sororibus pransura discubuit.

Videt Christum a S. Joanne baptizari

Columbæ mirandum

a

Angelorum obsequium

a *Est plane mirum Christo tam diu cum columba fuisse sermonem, qui tradita litteris non sunt, hæc tamen columbæ locutio non, haud putamus fuisse ejusmodi quæ audiri ab hominibus, nedum intelligi posset.*

CAPUT IX.

De ostensis nuptiis factis in Cana Galileæ.

Discumbens itaque Veronica, ab Angelo rapitur mente in Cana Galileæ : vidit vero cœnaculum præclarum, in quo mensa varia ciborum genera continens posita fuerat. Stabant autem Christus materque ejus, sponsus et sponsa, plurimique in eodem loco. Mensam primum Jesus manu dextera benedixit, psallentibus ceteris veluti religiosorum mos est. Tum residentibus cunctis Salvator in capite mensæ cathedra locatus discubuit : ad cujus dexteram Mater beatissima consedit; quam sequebatur sponsa, ad lævam vero sponsus se posuit ceteris subsequentibus. Verum in calce mensæ Veronica Angelo comitata stare videbatur, quæ agebantur cuncta prospectans. Aiebat Virgo isthæc visa referens, Salvatorem eximio ornatum habitu extitisse, ac capite pulcherrima quædam gestasse. Mater vero beatissima albis induebatur vestibus, sponsus et sponsa rubricatis. Qui continuo deserviebant, quinque numero fuere, duo quidem cibos afferebant, duo allata dividebant, quintus vero architriclinus erat. Hic etsi cunctis præesset, vino tamen effundendo peculiariter intendebat. Inter cibos carnes erant assæ varia arte conditæ, aderant quoque cochlearia, quibus pulmenta convivæ desumebant. Fractio panis a Salvatore fiebat manibus, ut ferro reliqui perciebant. Posteaquam diu convivati sunt, deficiente vino dixit mater Jesu ad eum : Vinum non habent

Videt in spiritu nuptias in Cana Galilæa

Convivii ritus

habent. Dixit ei Jesus : Quid mihi et tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris : Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ. Dicit Jesus ministris : Implete hydrias aqua, et impleverunt eas usque ad summum. Dicit eis Jesus : Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt, ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, et dicit ei : Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est, tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Verum aquam illam in vinum nigrum conversam fuisse Veronica testabatur. Alimentis tandem e mensa sublatis, vasa quædam afferri vidit lignea præclare elaborata, quibus ex sacchare delicatiora quædam composita servabantur, quæ *a* tragimata vocamus. Tum detulere nonnulli pleraque instrumenta, quibus concentus admirabiles personabant, choreas quoque duxere sponsus et sponsa ac multi, Salvatore et beata Virgine semper sedentibus. Affirmabat Veronica concentus choreasque harum nuptiarum, non nisi cælestia solatia excitavisse, Salvatoris aspectu spiritualibus gaudiis cuncta replente. Post hæc ad terrestres usus Veronica remeans, rogantibus diu Sororibus (nam in communi refectorio adhuc residebat) hujusce visionis seriem explanavit. Satis Sororum votis quamquam invita faceret Virgo, candida tamen simplicitate, Matrisque monasterii imperio cogebatur secreta palam facere, quæ magnis gaudiis apud se servare consueverat.

Aqua in vinum mutata

Tripudium.

a Τραγήματα, aut bellaria mensæ secundæ.

CAPUT X.

De ostensa tentatione Christi in deserto.

Dominica prima Quadragesimæ post desumptum Dominici corporis Sacramentum, evolavit Veronicæ mens Angelo duce in desertum locum, ubi septem horarum spatio moram traxit. Vidit autem ibidem Christum veluti mortali carne circumdatum, pallidum nimis ac macie postrema confectum; illius quoque vestimenta attrita videbantur. Dixit vero Angelus Domini : Quem intueris venientem humana specie velatum, dæmon est humani generis hostis. Forma viri erat instar eremitæ, facie multos per annos se abstinuisse ostendentis, manu corollam gerebat, gremio vero lapides, quos ubi ante Christum deposuit dæmon, dixit : Video te vehementer famescere; si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc mutata priori specie assumpsit eum diabolus super locum excelsum et dixit ei : Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia Angelis suis Deus mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi rursum Jesus : Scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum diabolus horribiliorem effingens formam, assumpsit eum in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum, et dixit ei : Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Diabolus tunc supra modum terribilem speciem indutus undique ignes spargebat. Cui dixit Jesus : Vade Sathan : Scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus horribiles dans sonitus, ita ut mons igneus effectus funditus dilabi videretur ac dirui. Et ecce Angelorum cœtu circumdatus Salvator extemplo in locum ductus est miræ pulchritudinis. Quis foret locus ille nunquam Veronica dignoscere potuit. Veste præclara primum Angeli ministrantes circumdederunt Jesum, cujus extrema circumtenebant venerandæ divinæ Majestatis gratia. Concentus deinde varios prompserunt, quos indefessi sermonis æterna series explanare nequiret. Mensam quoque parari, candidos afferri panes Angelico ministerio conspexit. Deinde Christus Maximus longiori oratione Veronicam allocutus est. Post hæc Virgo ad corporeos usus regressa est.

Tentatio Christi

Cibo et cantu recreatus ab Angelis Christus

CAPUT XI.

De ostensis quibusdam Salvatoris gestis.

Tacenda nonnulla censemus, quæ Veronicæ mens Angelo agente vidit, quod nil nisi ea quæ Evangelistæ referunt animadverterit. Sunt vero illa Salvatoris transfiguratio in monte Thabor, sanatio cœci nati, resurrectio Lazari, ac pleraque.

CAPUT XII.

De ostensa conversione Mariæ Magdalenæ ac quibusdam aliis.

Feria quinta ante Dominicam palmarum, extasi Veronicæ mens correpta, ab Angelo ducitur ad locum ubi Christum proponentem parabolam quinque talentorum et vidit et audivit. Aderat concionanti turba virorum et mulierum ingens, in medio turbæ sedebat femina altiori sede locata, cujus ornatus capitis ac vestium, oculi instabiles, motus capitis nunc ad lævam, nunc ad dexteram, impudicam nuntiabant. Expleta similitudinis enarratione Salvator exclamans dixit : O animum criminibus onustum! quæ talentum Domini in terram fodisti, talibus tantisque admissis sceleribus ad me libens revertere, et ego suscipiam te. Tum impudicos oculos mulier in Christum direxit blandius : at Christus terrificas oculorum acies feminæ objecit ea virtute, ut mulier sede descendens solo consederit lacrymans et ejulans. Mox ornamenta singula deposuit, quæ Martha soror accepta servabat. Soluto tandem crine imo pectore dum suspiria traheret, omnium qui aderant oculos in se convertit. Expleto sermone abiit Jesus sudore et laboribus vehementer afflictus. Tum Simon Leprosus Christum ad prandium evocavit; cui annuens domum Simonis continuo ingressus est.

Unde Magdalenam obtutu et voce Christi compunxit

25 Magdalena vero ad Marthæ lares reversa est. Magdalenam Veronica Angelo duce sequitur, inspectatque cubiculo clausam crimina deflentem. Martha vero, *a* Marcella suffragante, satagebat circa frequens ministerium, gestiens præ dulcedine Dei qui sororem ab errore converterat. Verum Magdalena intelligens Christum in domo Simonis cibum sumere, accepit vas unguenti pretiosi, et domum ingressa Simonis, Veronicæ spiritu isthæc semper animadvertente, unxit primo caput Jesu, deinde pedes, et domus impleta est odore unguenti. Videbatur Christus vehementer afflictus præ lassitudine, et Simon ungentem feminam indefessis oculis observabat. Cœpit quoque Magdalena lacrymis pedes Jesu rigare, et capillis capitis sui tergebat, atque unguento ungebat, singula crimina quæ per omne tempus vitæ suæ admiserat voce proferens, veluti confitentium mos est. Fluebat vero lacrymarum tanta copia, ut rivuli viderentur oculi flentis Magdalenæ. Asserit Veronica quæque crimina Magdalenæ audivisse, cum illa ad pedes Christi flens exponeret omnibus adjectis circumstantiis, quæ delicta aut graviora efficere solent, aut in diversum genus trahere.

a

ungit pedes Christi, et confitetur peccata

26 Post hæc talia subintulit Magdalena : O me feliciem nacta sororem Martham, quæ meæ salutis origo ab inferni faucibus me eripuit! O Martha soror dignissima, quæ tanto zelo meam optasti salutem! quam totiens corrigentem contempsi, calumniis prosequens! Ah quotiens superbo ore tibi dixi : Vive tuis moribus, tuum quæsito Prophetam, me vero mea vota sequi patere. Sed tu Domine Pater misericordiarum peccatrici remitte horrenda facinora. Miserere

Martham prædicat ...

Auctor. Isidoro Isolano

rere mei, miserere mei, quia infelix Martham sororem piissimam concupiscentiæ gratia sequi nonnumquam aspernata sum. Jesus autem tacebat, tristi facie feminam lacrymantem prospectans. Simon quoque mala corde versans, Magdalenam torvis oculis inspiciebat. Quod animadvertens Christus, parabolam duorum debitorum eidem proposuit. At post longioris sermonis alterna responsa ad mulierem conversus Jesus dixit : Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace : illam quoque Salvator erigens benedixit, quæ tanto veniæ munere indignam se arbitrans, vocem extulit, lacrymasque accrevit. Martha vero flentem sororem in cubiculo esse arbitrans illo accessit, quam non inveniens vicinam Simonis domum adiisse cogitavit, quamobrem illico sororem Martha sequitur, ubi tantarum lacrymarum caussam didicit, magis magisque gavisa est. Post hæc Angelus uti sensibus mentem Veronicæ jussit.

a *De S. Marcella S. Marthæ pedissequa agemus 29 Julii*

CAPUT XIII.

De ostensis Christi ingressu Hierusalem in die palmarum, atque cœna facta in domo Marthæ.

Videt triumphum diei palmarum

Nocte Dominicæ palmarum raptu potita Veronica ab Angelo Hierosolymam perducitur. Ibi Christum asinæ insidentem contemplata, animadvertit asinæ dorso discipulos vestimenta composuisse instar sellæ. Vallabant Christum discipuli beatissima Virgine, Martha, et Magdalena, ac mulieribus plerisque longius post terga sequentibus. Commota est autem universa civitas, suburbiaque accurrerunt; et quænam tanta forent gaudia perquirebant. Jesus autem lacrymabatur, dicens : Hierusalem, Hierusalem si cognosceres quæ ipse novi, et tu fleres. At piissima Jesu mater filium lacrymas emittentem conspectans, flevit. Lacrymabantur pariter mulieres quæ aderant, ac præcipue Magdalena. Verum Angelus Domini duplicem populum Veronicæ ostendens, ait : Populus hic, quem gaudiis affectum intueris, populus est gentium, alter tristes vultus præ se ferens Hebræus existit. Pueri vero Hebræorum tollentes ramos Olivarum sternebant vestimenta sua in via, et clamabant dicentes : Benedictus qui venit in nomine Domini. Asseruit Veronica arbores *a* palmarum et olivarum signa venerationis ostendisse pertranseunte Christo; at sola arbusta quæ cannæ vocitantur nusquam deflexisse; puerorumve grandem fuisse numerum ætatis annorum decem. Hi soli Christo applaudebant, gentibus loco viciniores, et ab Hebræis remotiores. Quid vero isthæc protenderent, Angelus Veronicæ tunc aperuit, veluti in sexto libro apertius explicabitur. At ubi Salvator præviam templo plateam attigit, asina suffragantibus discipulis descendit, ad locumque altiorem profectus, coram frequenti populo sermonem habuit. Cumque verba complesset Jesus, sudoribus laboreque anxius videbatur. Martha, quæ Christum continuo sequebatur, memor nullum cibum ea die Christum sumpsisse, neque quempiam illum invitavisse, per medios populos fervore incitata Spiritus transiit, et domum suam venire illum una cum discipulis rogavit : cui blandius Salvator annuit. Tum concito gradu Martha domum properat, cœnæque parandæ, Marcella suffragante, incubuit, satisque fecit

Veronica interest cœnæ in domo Marthæ

28 Interea Angelo Domini Veronicam admonente, quod cœnæ cuipiam Dominicæ interfutura esset, ad sensus regressa est. Erat autem media dies Dominicæ in ramis, decantatoque completorio a Sororibus Veronica ceteris cum Sororibus commune ingressa est refectorium, nam adhuc jejuna erat. Sumpto levi cibo, interiore cogente Spiritu surrexit, atque cellam ingrediens in orationis exordio rapitur, cujus mentem Angelus Domini perduxit domum Marthæ, in quodam castello positam : ubi Salvatorem cum discipulis cœnam benedicentem inspexit. Verum residente Domino, discubuit quoque mater ejus stante discipulorum turba. Matrem ordine suo Maria Jacobi et Salome atque aliæ mulieres sequebantur a latere dextro Christi, ad lævam vero consedebat Joannes, Magdalena ad pedes Jesu posita. Asseruit Veronica cibos omnes, qui delicatiores extitere atque varii, ut nobilissimam mensam decet, carnibus lacticiniisque caruisse, ceu Christiana religio tempore Quadragesimali uti consuevit. Inter servos et ancillas Martha sollicitior apparebat, Magdalena ad pedes Jesu semper perseverante. Dixit vero Martha ad Jesum : Domine, non est tibi curæ, quod soror mea relinquit me solam ministrare ? Dic ergo illi ut me adjuvet. Et respondens Dominus hilari facie, dixit : Martha, Martha sollicita es, et turbaris erga plurima. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Martha vero lætanter verba Domini accipiens, exultabat uberius sororem Magdalenam Deum munere veræ conversionis donavisse, quamobrem alacrius ferventiusque ministerio frequenti intendebat. Cœna peracta gratias omnis illa turba, Salvatore inchoante, Altissimo egit. Posthæc Veronicam Salvator evocat, nonnulla mandans Sororibus significanda. Inter loquendum vero animadvertit Apostolos discumbere, ut cibum sumerent, *b* nam Salvatore cœnante solus Joannes ex Apostolis discubuerat.

a *Scholastes non ita hæc voluit parabolam accipienda.*

b *Id sibi singulare erat Virgo, ex peculiari fortassis in Joannem pietate*

CAPUT XIV.

De ostensa cœna Christi et beatæ Virginis.

Videt cœnam Christi ultimam cum B. Virgine.

Nocte cœnæ Domini Virgo raptu potita, ab Angelo perducitur Berthaniam in domo Marthæ : positam vero mensam conspexit in cœnaculo quopiam, sedentesque Christum ac beatam Virginem, ceteris exclusis, quod secretius essent collocuturi. Sermo erat inter matrem et Natum de futura filii passione. Hortabatur genitricem Genitus patienter ventura perferre, neve nimium sua tristaretur absentia Nam me, aiebat Filius, necesse est Hierusalem proficisci, et ultima facta cœna cum discipulis crucis mortem subire, instaurandi humani generis gratia. At pia mater suspiria imo pectore trahebat, lacrymabaturque multiplici ratione, filium dehortans illud iter aggredi. Tum Natus divinarum Litterarum oracula in medium afferebat, æternique Patris obedientiam, qui propterea illum in mundum miserat Videre autem sibi videbatur Virgo Veronica Divam Matrem narrantis ab ore filii pendentem, sæpiusque solo dilabentem sæva cum tormenta intelligeret, quæ se passurum filius exponebat . erigebat vero Natus Genitricem dulciusque consolabatur. Totam noctem talibus intenti colloquiis mater ac Filius transegere, neque cibi quicquam desumpserunt. Cum e mensa tandem surrexissent, conspicatur Veronica Christum ante matrem genua flectentem, maternamque benedictionem rogantem, at humilis mater pariter genuflexo idem obsecrat a Deo filio sibi donari. Posteaquam longius protracta est hæc pia altercatio, lacrymis ab utriusque oculis semper fluentibus, mater Filium primo benedixit, deinde matrem Genitus. Nec mora genitrix pientissima voce magna exclamavit dicens . Ne quæso, fili mi, recesseris. Elevatam matris vocem omnis Marthæ domus audivit. Cucurrit extemplo Magdalena amoris igne succensa, quæsivitque tantarum caussam lacrymarum, cui mater . Isthæc a filio meo pete, nam Hierusalem adire statuit, dira mortis supplicia subiturus. Magdalena vero ad pedes Jesu accedens lacrymis perfusa rogitabat dicens Noli Magister mi Hierosolymam ire,

impium

impium enim nostri Judæorum consilium. Cui Dominus: Nequaquam me talia rogaveris : quoniam proficisci me oportet, et sævos sustinere cruciatus. Post ubi parvo temporis spatio substitit, abibat. Cumque mater in uberiores prorupisset lacrymas, dixit Magdalenæ : Citius, o Magdalena, tuum sequens Magistrum a rogato illum nomine meo ut redeat. Abiit Magdalena, et verba matris Nato retulit. Filius vero regredi Magdalenam jubet, matrique verbis ac societate præsto adesse. Rediit Magdalena cuncta nuntians, in lacrymasque magis et magis utraque prorupit. Asseruit Veronica cuncta ex ordine vidisse atque lamentabilia verba pleraque audisse, quæ mater ac Magdalena plorantes tunc dixere. Cumque Salvator abiret, animadvertisse illius faciem immutatam ingenti dignam miseratione, pallidamque nimis effectam, ita ut alter videretur.

a [illegible] *inquit Scholiastes,* [illegible] Mater, [illegible] existunt exuberantque. *Hæc illi, quæ [illegible] quoque in horto orantis exemplo conformari [illegible] gesta sunt, et non solum a Veronica* [illegible]

CAPUT XV.

De ostensa cœna Domini.

Videt gesta ante ultimam cœnam et in ea

Post ubi Veronicæ spiritus cuncta in domo Marthæ peracta conspexit, Angelo duce illico ad Christum Hierusalem proficiscentem venit. Erat autem tunc cum Jesu socia multitudo discipulorum, quamvis ex domo Marthæ solum Christum recessisse Veronica viderit. Ingressus Salvator Hierusalem, audivit Virgo, quænam verba erudiens discipulos dixerit, atque inter cetera mandavit, dicens : Euntes parate nobis ut manducemus Pascha. Introeuntibus autem vobis civitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum, in quam introierit, et dicetis patrifamilias domus : Dicit tibi Magister, ubi est diversorium ubi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, et ibi parate. Affirmavit Veronica amphoram vas haud mediocris pulchritudinis extitisse. Conspexit itidem cœnaculum, in quo discipuli nonnulli cœnæ parandæ intenti erant, ceteri autem Christo assistebant eos erudienti. Erant omnes tristes vehementer. Nova quæpiam verba a Salvatore audiebant, et ea quæ fieri mandabat, tristibus acti cogitationibus attendebant, satis minime intelligentes. Enimvero cunctis paratis discubuit Christus, et discipuli cum eo. Et cœna facta surgit a cœna, et ponit vestimenta sua : et cum accepisset linteum præcinxit se, deinde misit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat ipse præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, et dixit ei Petrus : Domine tu mihi lavas pedes? ac reliqua quæ Evangelista narrat Joannes. Ablutos singulorum pedes deosculabatur Salvator. Aiebat Veronica cœnaculum illud eximiæ fuisse pulchritudinis, in cujus parte parata erat mensa quadrato margine non multum a terra elevata, altero vero cœnaculi latere pelves positæ conspiciebantur quibus usus est Salvator in pedum lotione. Postquam ergo lavit pedes eorum, accepit vestimenta sua, et cum discubuisset accepit panem et benedixit, fregit, deditque discipulis dicens : Accipite et manducate, hoc est corpus meum. Similiter et calicem dicens : Hic est calix novi testamenti. Deinde dixit Jesus : Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo se invicem discipuli hæsitantes de quo diceret. Mirabatur pia turba obstupescebatque : nonnulli quoque lacrymas ciebant. Omnem Dominicum sermonem audivit Veronica, et discipulos ultro citroque loquentes. Expleto sermone Dominico singulos discipulos complexus est Salvator : abiensque docebat eos de regno

lotionem pedum Jo. 13

institutionem Eucharistiæ

Dei. At spiritum Veronicæ Angelus Domini comitabatur post Salvatoris vestigia. Egressus est autem Jesus cum discipulis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discipuli ejus : et assumpto Petro, Jacobo et Joanne vidit Veronica Christum genua flectentem et orantem, Angelumque Domini calicem futuræ passionis ostendentem. Post trinam Salvatoris orationem, ecce videt Judam venientem cum cohorte; Jesum autem ei obviantem, et dicentem : Quem quæritis? Responderunt : Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus : Ego sum. Quo tertio peracto, cohors et Tribunus et ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum. At Salvatoris comprehensionem hoc modo se animadvertisse Veronica asseruit. Videbantur Judæi, eorumque impia turba uti lupi famescentes quando in agnum irruunt, Jesum ad terram primo dejecerunt, pugnis faciem ejus omnemque corpus percutientes. Tum catenam ferream collo divino imposuerunt, trahentes eum, omnesque Jesu stanti insultabant. Ensium deinde parte, qua manu tenetur, percutiebant Jesum, dum traheretur, ac lapidibus attrebant, donec ad torrentem Cedron venerant, ubi præcipitem illum in torrentem dantes, catena dein traxere, vocibus impiis acclamantes.

Auctore Isidoro Isolano.

Gesta in horto

comprehensionem Christi

CAPUT XVI.

De ostensis præsentatione Christi ante Judices, sententia mortis, ac Crucis delatione adusque montem Calvariæ.

Ingressis Judæis Christum deducentibus Hierosolymam, conspicatur Veronica duci Jesum coram Anna et Caipha. Itidem intuita est singula quæ ante Judices Salvator perpessus est. Asseruit Veronica virum, qui in faciem percussit Christum, manum habuisse tectam chirotheca ferrea, fuisseque eam percussionem sæviorem, ita ut sanguis stillaret descenderetque in barbam ac collum Salvatoris. Ubi ad columnam ligatum Jesum Judæi verberarunt, sanguinis imber e sacro ruit corpore. Caput spinis deinde coronarunt cruore incrudescente; vestemque purpuream ei circumdederunt. Erat autem vestis lacera nimis ac indecora. Oculos ejus illico vitta occluserunt, genua flectentes, et illudentes ei, ac expuentes in faciem ejus. Jesus vero, ut agnus mansuetus, tacens stabat. Lata tandem sententia mortis a Pilato; inspexit Veronicæ spiritus Judæos magnis clamoribus crucem humeris Jesu imponentes, milites armis ac vocibus perstrepentes populorumque rumores. Conabantur quidem summa celeritate Christum ad supplicii locum perducere. At Jesus agnus immaculatus semianimis stabat, deficiebantque amissis viribus artus. Tantæ molis erat dira Crux cælestibus humeris, propter sævos cruciatus attritis. Aiebat Veronica Christum Prætorium exivisse Pilati, Crucemque bajulasse ea diei hora qua ad Primæ persolvendas laudes convenire Sorores consueverunt. Quare Veronica in posterum semper vehementissime indolere consuevit, cum campanulam monasterii pulsantem ad horam primam audire contingeret.

Alapa Christo inflicta

Alia tormenta.

Bajulatio crucis

32 Cumque Christus crucem bajulans iter per urbis vicos prosequeretur, en inspectat Veronica properantem matrem lacrymis perfusam, quam comitabantur Joannes et Magdalena ac pleræque mulieres. Satagebat Virgo et Mater Filium contingere, sed a turba repellebatur. Dixit vero Maria ad Joannem : Quæso te, qui vicos urbis nosti, per devium aliquod compendium me deducito, quo tandem Natum meum contingere queam. Jussa capessens Joannes, spretam multitudinem ad divum deducit, ubi Jesus stabat erectus, et transiens Salvator matrem animadvertit obviam sibi prodeuntem, dixitque : Meos, o Mater, adjunxisti dolores. In mutuos vero prorumpentes complexus

Occursus matris

pro

AUCTORE ISIDORO ISOLANO

pro verbis lacrymas uterque dederunt. Erat autem tanta utriusque ubertas ut maternæ lacrymæ Nati lacrymis miscerentur. Interea Crux Salvatoris humero hærens solo dilabitur, quam homo quispiam suscipiens tenuit, donec a Matris amplexibus Christus eriperetur. Cogentibus autem ministris tartareis Christum iter prosequi, homo ille nequam crucem humeris cælestibus imposuit. Verum cum Salvator tardiuscule incederet trabis ingenti pondere pressus, Simoni crucem bajulandam imposuerunt. Nos visa quamquam ab Virgine Veronica angusto sermone perstrinxerimus, fuere tamen illi singula ostensa perinde atque tunc Hierosolymis agerentur.

CAPUT XVII.

De ostensa Crucis affixione ac morte Christi.

Posteaquam Salvator impia nimis circumseptus turba montem ascendit Calvariæ, veste exutus nudus apparuit. At cum Filius Regis omnipotentis nudaretur horrendis vulneribus novus cruor emanavit, juncta quippe erat vestis vulneribus sanguine coagulato. Post igitur humores commotos fluebant sanguinis rivi plagis scaturientibus; a capite enim usque ad pedes non erat in Filio Dei sanitas. His intererat Virgo et Mater turbis immixta, singula animadvertens, lacrymasque magno veluti turbine ciens, quæ ubi divinum Filii corpus nudum intuita est, velamen e capite subduxit, filioque projecit, quod accipiens Jesus se præcinxit. Dixit Virgo Veronica crucem, quæ magnæ molis erat, in terra positam juxta Salvatorem se vidisse, supra quam se extendens Salvator renibus ligno hærentibus brachia lubens expandit. Tum circumdederunt eum canes multi, et tauri pingues super eum os suum aperiebant. Acceptis vero clavis cum foramina Crucis a fabro facta longius distarent, ut manibus et pedibus pertingi non possent, fune brachia manusque circumligaverunt, diuque trahentes compage corporis soluta enodarunt, ac præcipue ossa humeris hærentia collisa loco naturæ cesserunt. Clavo primum manum dexteram cruci affixere, deinde sinistram malleis perstrepentibus veluti si trabes jungerentur. Id pariter egere circa pedes, quamobrem omnia Salvatoris membra locis naturæ divulsa sunt. His quam crudelissime peractis, inaudita feritate sacrum corpus in altum erexere ministri sathanæ, quo ineffabilem Christi pendentis dolorem facillime qui aderant animadverterent. Conspexit Veronica erectam Crucem ministris volentibus in terram decidisse : quæ res pientissimo Salvatori dolores in immensum coacervavit. Cumque crucem iterato erigerent, aut a dextris pendere aut a sinistris satagebant, quamobrem vulnera magis magisque latiora fiebant, doloribus vehementissime auctis.

Christus nudus velo Matris præcinctus

Cruci affixus

Et Crux erecta.

34 Denique Cruce offirmata, Diva Mater et Virgo Filii corpus viribus exhaustum toto cum sanguine fuso, ac collisis undique nervis in aera videns flebili voce exclamavit : Heu me, o fili mi, en tuorum verborum eventus infelices. Ecce mihi abs te prænuntiata tempus locusque adsunt, quibus te videns contingere nequeo. Nunc Simeonis verba prophetica in me completa fateor : Et tuam, inquit, ipsius animam gladius pertransibit. O fili dulcissime, quam pungentissimus, quam acutissimus est gladius hic, quo tantis te cruciatibus in cruce pendentem conspicio. Talia perstabat memorans Mater pientissima, sæpius *a* in terram præ mœroris magnitudine dilapsa, quam Magdalena erigebat, suffragante et terva mulierum comite. Aspiciebat nonnumquam in Salvatoris faciem Virgo et Mater dicta quæpiam prophetica, semper exclamans, tum solo hærebat præ doloris magnitudine. Sic vero perseveravit, donec Filius animam Patri reddidit. Aiebat Veronica Angelo duce singulos motus Christi Jesu pendentis in Cruce se animadvertisse, præsertim corona spinea premente, cum non haberet ubi caput reclinaret, quod deinceps versus pectus pendere sinebat. Enimvero Christo dicente : Sitio, pia Mater exclamavit : Heu me, o fili mi, ego te olim lacte pavi, at nunc tibi potum præbere nequeo. Atque inter verba solo dilabitur exanimis. Conspicata est Veronicæ mens appropinquante hora mortis Jesu pendentis in Cruce illum transformari, et lacrymis profusis irriguas genas ejus humectari, nullam vero vocem inter lacrymas dixit Veronica Salvatorem emisisse, aut clamorem præter ea quæ Evangelistæ dicunt. At Mater omni pietate divinum prosequens Filium, cum animadverteret eum morti proximiorem, vicinior eidem effecta, dixit : Jam te, o fili mi, morientem intueor. Visne tuæ Matri doloribus omnifariam affectæ quicquam dicere? Cui Christus : Mulier ecce filius tuus. Deinde oculos in Joannem elevans, ait : Fili, ecce mater tua. At mater exclamans dixit : Nunc scio, o fili mi, quod me Matrem missam facias. Quænam hæc o fili divine permutatio? Talia postquam Virgo et Mater lacrymis plena dixit; Christi Jesu Regis omnipotentis Filii facies est effecta pallidior, oculis caligantibus. Toto denique corpore immutatus Salvator voce magna exclamans, dixit : Consummatum est. Et hæc dicens emisit spiritum.

Mater Matris

Mors Christi.

a Nihil fortissima virago tunc egit quod ejus dedeceret dignitatem, ut solent insanæ quædam matres præ doloris impatientia comas vellere, lacerare genas, aliaque id genus, ut contra quosdam solide disputat Petrus Canisius noster lib. 4, de Maria Deipara cap. 27 et 28. Fuit tamen dolor illius ejusmodi, qui non modo virium defectionem, sed et mortem potuerit afferre, nisi divinitus esset corroborata.

CAPUT XVIII.

De ostensis mirabilibus, quæ in morte Christi evenerunt, atque illius sepultura.

Mortuo Salvatore exanimis Mater et Virgo solo adhæsit, quam difficillime ceteræ mulieres ad sensus redire sategerunt. Dixit Veronica, ea hora, qua Christus animam Patri tradidit, se conspicatam solem tenebras induisse, petras scissas, monumenta aperta, vehementem terræ motum factum, plurimosque percutientes pectora sua reverti. Longinum latus Salvatoris lancea percutientem, aquas quoque et sanguinem largissime de latere Christi emanavisse : Longinum *a* lumine oculorum pariter recepto ad Deum converti. Vidit insuper, cum Longinus latus Christi Jesu lancea perforasset, beatissimam Virginem jam erectam denuo in terram colapsam. Aiebat quoque, his expletis, omnes ad propria reversos fuisse, dumtaxat Joanne ac beatissima Virgine, Magdalena, ac mulieribus quæ in Evangelio sepulchro Domini deseruisse leguntur, exceptis. Aderat quoque Veronica Angelo comitata.

Prodigia in morte Christi

36 Lamentabantur autem omnes et lacrymabantur aspicientes in faciem Christi, cupiebantque vita functum de cruce ponere nec valebant. Venere Joseph et Nicodemus, quos intuita Mater beatissima horruit primum, deinde gaudii signum dedit. Erant autem nigris induti vestibus, capiciis ad oculos usque descendentibus, ejulabant quoque, vehementissimum dolorem præ se ferentes. Hi beatam Virginem primum complectentes venerati sunt, deinde Joannem, lacrymabilia itidem verba altiori voce emittebant. Tum Christum adorarunt, corpusque illius contemplati magis magisque lamentabantur. Scalis vero prominentibus ascendentes, clavis evulsis, ac Joseph cadaver interea sustinente, deposuerunt in gremium Matris id summopere peroptantis : quod ubi Mater excepit novo vulnerata dolore, ter Filium exclamavit. Vocem lacrymantis Genitricis lacrymabiliorem effecere qui aderant, lamenta lamentis addentes. Cunctos superabat pia Mater vociferans uberrimasque lacrymas effundens. Posthæc in monumentum corpus Jesu posuerunt,

Depositio de cruce

Sepultura

posuerunt, lapideque magno os monumenti clausere. Pia quamquam Mater neque filii corpus e gremio eripi pateretur, neque sepultum derelinquere vellet, assensit tamen invita, Joannisque mandato. Abiit denique Joannes Matrem socians, unaque montem Sion adiere. Semper autem Veronica comes affuit, Angelo duce, qui, cum ingressa domum quampiam esset Beata Virgo ceterique, Veronicam ad videndum templum Salomonis continuo perduxit.

a *An verisimile sit Longinum cæcum militasse, et destinatum vulnus inflixisse, cui crura, ut aliis, non confringerentur, dicemus 15 Martii ad ejus vitam. Quidam alii id scriptores tradidere*

CAPUT XIX.

De ostenso templo Salomonis.

Veronica videt in spiritu templum Salomonis

Ingressæ templum magnificentissimum Veronicæ raptu potitæ Angelus Domini dixit : Quem vides locum, templum est Salomonis. Affirmavit Veronica numquam templum se vidisse ejusce magnitudinis ac decoris, neque se satis scire cui illud compararet, quando templum majus urbis Mediolanensis incomparabiliter excedere videretur : arbitrabatur vero in universo orbe hisce ornatam muneribus domum minime comperiri. Undique in eo columnæ *a* coloris chrysei fulgentes ac ingeniosissime elaboratæ erectæ stabant. Lustrans quoque loca terræ sanctæ Veronica, Passionis sæva tormenta Christo Maximo subeunte, singulorum clarius reminiscebatur deinceps, perinde ac si corporeis sensibus affuisset. Viso templo Salomonis, continuo Veronicæ spiritus Angelo comite ad Limbum Patrum, ubi anima Christi erat, descendit. Conspicata vero animarum sanctarum liberationem Veronicæ mens ad mortales sedes remeavit.

38 Animadvertendum, Christi Maximi passionis quamquam mysteria quam brevissime a nobis perstricta sint, Veronicam Virginem tribus noctibus dierum Mercurii, Veneris, ac sabbati vidisse, singulis noctibus nonnullis sibi ab Angelo ostensis. Dicebat itidem Veronica tantæ fuisse crudelitatis diram Christi Jesu passionem, ut eam nulla adhuc mortalium lingua nullumve scribendi genus satis superque explanaverit. Est ingenti profecto admiratione dignum, quod Veronica testabatur, nam per anni unius decursum singulis sextis feriis, tria mysteria sibi ostensa fuere, comprehensionis scilicet, colligationis ad columnam, et conclavationis. Omnibus vero sextis feriis mensis Martii ejusce anni universa ex ordine gesta in passione Salvatoris sibi ostensa conspexit. Dixit vero aliquando ei Dominus Jesus hoc se propterea effecisse, quoniam feria sexta mensis Martii passus fuerat. In ordine autem mensis incertum numerum esse ejus sextæ feriæ volebat, quo mortales pari veneratione dies illos prosequerentur.

Sæpe alias mysteria passionis in spiritu videt

a *Scholiastes Ursinianæ inquit*, quæ in ecclesia Lateranensi Romæ habentur

CAPUT XX.

De ostensa resurrectione Domini.

Die sancto Paschæ desumpta divina Eucharistia, raptu Veronica potitur adusque horam prandii. Hoc initium fuit raptus illius Sororum sub obtutibus ; nam antea latebat sola nocte sensibus exiliens. In hujus itaque extasis spatio Angelo duce Veronicæ spiritus domum sitam in monte Sion, in qua beatissima Mater lacrymans perseverabat, primum adit. Nec mora : et ecce Magdalena a Virgine Matre dimissionem petit, ut ad monumentum Christi prodeat. Qua abeunte vultus Virginis Matris novo gaudio immutari conspectat, aucta vero paullatim lætitia, in risum tandem prorupit Virgo beata. Tum subito a mortuis resurgens Christus cælesti splendore coruscus, ac veste candida circumamictus, locum eum ingressus est ; cui mater obviam procedens, post mutuas salutationes Filium quam jocundissime complexa est. Quamobrem Veronica lætitiam beatissimæ Virginis fuisse nuntiam adventus Dei Filii postea dignovit. Extemplo mens Veronicæ ea domo relicta, Angelo duce, Magdalenam euntem ad monumentum insequitur, cunctaque animadvertit, quæ Evangelia referunt. Christum in hortulani specie vidit, dein Apostolis apparentem, atque forma peregrini sumpta discipulis euntibus in Emaus se jungentem. Omnem quoque sermonem Christi, mulierum, ac discipulorum admirabunda perdidicit. Quatuor denique mulieribus posteaquam apparente Christo in die Resurrectionis conspicata est, quarum nomina Angelus conticuit, ad sensus corporeos regressa est.

Videt Christum matri post resurrectionem apparentem.

Auctore Isidoro Isolano

40 Verumenimvero intelligens Virgo Sorores raptam se animadvertisse, vehementer erubuit, et ita erubuit ut toto simul corpore contremisceret. Consolabatur vero ancillam Christi verbum, quod aliquando a Salvatore acceperat, dicente : Ego filia mea, tibi donata munera cum voluero manifesta efficiam, secreta quoque lubens servabo. Hoc loco minime silentio prætereundum est, per singulos dies Dominicos unius anni labentis datum Veronicæ fuisse portiunculam mysteriorum Resurrectionis Dominicæ videre, Christumque Maximum nonnumquam ei dixisse : Scito filia mea, quodcumque a me petitum ob honorem meæ resurrectionis atque in die Dominico, id proculdubio me largiturum, si modo rogatum animæ rogantis conducet. Quare jubeo ut orans in hunc modum obsecret : Domine ob honorem tuæ sanctissimæ Resurrectionis talia mihi concede, si tuæ fuerit voluntatis, atque saluti animæ meæ expediens.

Veronicæ humilitas.

Utilis memoria Resurrectionis Christi.

CAPUT XXI.

De ostensa ascensione Dominica.

Nocte Ascensionis Dominicæ post nocturnas excubias locum petiit secretiorem Veronica : oransque raptum patitur, cujus mens ab Angelo perducitur ad grande cœnaculum, in quo erat Christus qui a mortuis resurrexerat, beata Virgo, Apostolique. Audivit autem Christum dicentem : Hora est, qua ascendam ad Patrem meum. Circumspexitque Veronica beatissimam matrem, et omnes qui convenerant, tristitia affectos; quibus Salvator solatia præstitit, dicens : Non turbetur cor vestrum, non relinquam vos orphanos. Ecce ego vobiscum semper ero, mittamque vobis paracletum Spiritum, qui vos inenarrabili gaudio afficiet. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Cumque hæc ac multa talia dixisset egissetve, levatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum, innumero vallatum Angelorum exercitu. At choris Angelicis Veronica continuo se mixtam comperit, ascendebat quoque Christo ascendente quasi eumdem comitata. Enimvero singulos cælorum orbes Christo transcendenti novæ Angelorum legiones obviabant novis semper carminibus cælestia pangentes. Afferebant plerique incensi odores, ac thymiamatum genera diversa, quibus per singula momenta celebrior reddebatur Filii Dei ascendentis triumphus. Jesu Maximo denique cælum ingresso empyreum, Patrem ac Spiritum sanctum, veluti eidem obviantes contemplatur. Erat in supremo cæli cacumine locata sedes ornatissima ad dexteram Patris, in qua Christus sedens ineffabili gloria circumseptus effulsit. Tres quidem personæ Patris et Filii et Spiritus sancti, videbantur, una quoque natura, unusque Deus. Talia tantaque cælitus conspicata Veronicæ mens adusque horam undecimam more Mediolanensi, cælestia perlustravit gaudia.

Ascensio Christi.

CAPUT XXII.

De ostensa missione Spiritus sancti.

Celeberrimi diei Pentecostes nocte, Veronica superna tenens regna, vidit in supremo cæli cacumine

Christum

Auctore Isidoro Isolano

Christum ante Deum Patrem genua flectentem ac dicentem : Nosti, o mi Pater sanctissime, cum apud mortales essem, Matri meæ et discipulis meis me pollicitum fuisse Spiritum sanctum eisdem demissurum. Cumque hodierna dies huic missioni apta existat, annue, quæso, quo id perficiam. Cui Pater æternus : Quando Fili dilectissime omnia tibi a me tradita fuerint, ut libet promissum sanctum mittito Spiritum. At continuo Veronica ad terrestrem sedem remeavit. Erat autem in orationibus et meditationibus perseverans usque ad desumptum sanctæ Eucharistiæ sacramentum : quo percepto sensibus exiliens Veronicæ spiritus, perducitur ab Angelo in cœnaculum grande plenum hominibus, inter quos erant Maria mater Domini, Apostoli omnes, Martha, Magdalena, Marcella, et plerique qui convenerant utriusque sexus orantes ; et factus est repente de cælo sonus, et replevit totam domum ubi erant sedentes, et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Facta autem hac voce convenit multitudo : tum Apostoli et qui convenerant, veluti ebrii, exeuntes, verbum Domini prædicabant gentibus. Stupebant autem omnes et mirabantur; alii vero irridentes dicebant : Quia hi ebrii sunt. Universa itaque in missione Spiritus sancti acta, perinde ac Hierosolymis evenere, Veronica vidit. Neque miraculo caruit hæc visio : nam ad sensus rediens Veronica cum Sorores pransæ essent, mente et corpore igne illo divini Spiritus ardebat, et eliquebatur cor ejus præ dulcedine mirabili. Jamque templi fores egressæ Veronicæ obviavit Soror Thadæa, quæ in Veronicæ complexus irrumpens, quod illam apprime diligeret, venerareturque Dei dona quæ in ea experiebatur, persensit omne corpus Veronicæ Virginis vehementissime calescere. Cumque mutuo contactu ipsa quoque concalesceret incognitam divini amoris flammam in se experta, arbitrabatur Veronicam grande quodpiam cælitus eo die accepisse.

Videt missionem Spiritus sancti

Post illam visionem calet divino quodam igne

LIBER QUINTUS.

De ostensis Sanctorum solenniis apud Superos.

CAPUT I.

De ostensa solennitate Sanctorum Jacobi et Philippi.

Calendis Maii inter Missarum solennia Veronicæ mens Angelo duce ad sidereas rapitur mansiones. Ibi supernæ Hierusalem cives per choros sectos hoc ordine procedere vidit. Duo viri innumeram turbam præibant, vestibus amicti sideribus ac sole fulgentioribus, atque coronas pari splendore ornatissimas capitibus gestantes. Est mortalibus inexplicabile dictu, quanta fulgerent claritate, gloria, ac majestate duces illi omnis cælestis exercitus. Ad horum latera stabant bini Angeli aureis thuribulis odorem incensi dantes ; alios quoque Angelos ad medium processionis pariter stantes advertit : at concentus suavissimum sonantes pro supernæ Hierusalem inexcogitatis gaudiis undique personabant. Enimvero viros illos innumeri Angelorum exercitus sequebantur. Post quos Apostoli, deinde Martyrum grandis multitudo, tum Summi Pontifices Romani, una cum Archiepiscopis, Episcopis, minoribusque Sacerdotibus juncti, turba Sanctorum omnis generis, quique vestes aureas induebant, margaritis et lapidibus pretiosis intextas, coronati auro ac radiantibus gemmis, divitus gestiebant gaudiis. Nulla profecto mortalium pompa huic cælesti comparanda est, quam nec cogitatione quidem attingere possumus, aut quovis di-

Processio solennium Cælitum

cendi genere digne prosequi. Est enim immensa claritudo, quæ nostris oculis neque cerni neque verbis explicari queat. Verum Angelus Domini, qui Veronicæ præsto aderat, dixit : Duo viri alios præeuntes, Divi sunt Apostoli Jacobus et Philippus. Turbas singulas, quæ forent, eidem pariter expressit. Conspexit autem Veronica immensæ gloriæ Deum sedentem in throno pulcherrimæ undique lucis radios emittente, quem Sancti omnes procedentes adoraverunt. Vultu sereno ac divinæ nuntio lætitiæ Deus immortalis quosque inspectabat, eos benedicens dextera altius protensa. Post hæc tribunal immenso septum lumine binaque sede divisum, atque inter ceteras sedes altius Jacobus et Philippus conscenderunt : quos ubi omnis Sanctorum turba sigillatim venerata est, singuli ad proprias abiere sedes, quæ toto Paradisiacæ regionis spatio locatæ divinitus apparebant. Post quæ Veronica Superos relinquens, uti sensibus corporeis jussa est.

CAPUT II.

De ostenso festo sanctæ Crucis.

Inventionis sanctæ Crucis die solenni, rapta Veronicæ mens ad superas sedes talia se animadvertisse retulit. Erat juxta divinum tribunal locus purissimæ undique lucis radios emittens. Illic erecta stabat Crux aurea, grandis : radiabant in Cruce lapides pretiosi ad manus humanæ quantitatem. Erat autem splendor ille eo fulgore perlucens, cui mortalium res nulla comparanda sit. Nec mora : et ecce beatissima cæli Regina, Divaque Magdelana, quas virginum exercitus comitabantur, adoraturæ Crucem veniunt. Tum felix Regina prior genua flectens, Crucem sanctam venerata est : at Crux inclinata Virgini eam exosculari cupienti facilem se præbuit. Locum, ubi dextera Christi clavo affixa fuit, Virgo primum deosculabatur, deinde locum e regione, tum capitis, postea lateris, de quo fluxit sanguis et aqua, partem, demum pedum loca exosculando magni amoris gaudia demonstrans adoravit. Idem egit Magdelana. Verum cum hæ adoravissent, advenit Salvator medius inter Joannem Baptistam et Joannem Evangelistam, qui pariter Crucem venerati sunt. Post hæc Salvatore ac beatissima Matre quopiam loco cælesti residentibus, universi cives cælestes pari ritu Crucem adorarunt; Virginibus incipientibus, quæ hinæ capita demittentes summæ venerationis signa dabant. Interea adorantibus illis sanctam Crucem, duo Angeli juxta eam stantes aureis thuribulis odorem incensi diffundebant cumque cælestes domos universi repeterent, ad terrestrem quoque sedem Veronicæ spiritus remeavit.

Videt Crucem in cælo adorari

CAPUT III.

De ostensa solennitate sanctæ Monicæ ac nonnullorum Sanctorum.

Quo *a* die natalia Divæ Monicæ matris excellentissimi Doctoris Augustini celebrat Ecclesia, cælestia perlustrans regna Veronicæ animus, vidit supernæ civitatis cives ejus ob honorem ineffabili pompa gradientes, eadem actitantes quæ primo capite hujus libri recensuimus ; at Diva Monica una cum filio vestibus induta quæ immortalem gloriam decent, cunctos præibat, veluti duos Apostolos Jacobum et Philippum præcessisse diximus. Paria conspexit Veronicæ mens in festis toto labentibus anno. Erant quidem varia processionum capita ducesque, pro Sanctorum diversis solenniis, nam festo conversionis B. Augustini Divus Ambrosius, qui Augustinum ad fidem perduxerat, una cum eodem beatissimo Augustino ceteros præibant, vestium ornatu ac splendore fulgentiores, solenniis vero Divi Bernardini Ordinis Minorum, præeuntes fuere Divus Franciscus

a

S. Monicæ et aliorum SS. festa videt

et

et Bernardinus, quos sequebantur SS. Ludovicus *b* Rex siciliæ, Antonius Patavinus, Ludovicus Rex Franciæ, ac Bonaventura Doctor præclarissimus. Quamquam singulis diebus per anni decursum Virgo Veronica ad Superos spiritum relaxans, celebrari ob honorem Sanctorum, qui per varia orbis spatia a Catholicis venerantur, talia conspexerit; nos tamen ea missa faciemus, et meditanda pio lectori illa relinquemus: ne eadem repetita, quæ maximis gaudiis Veronica jam beatæ vitæ stabilem statum mortalis attingens animadvertebat, tædia pariant. Verum si quo forte die peculiare quodpiam in medium afferendum arbitrabimur, id quam brevissime satagemus.

a 4 Maii

b S. Ludovicus *Episcopus Tolosanus, Regis Siciliæ Caroli II, filius fuit colitur 19 Aug.*

CAPUT IV.

De ostensis solenniis Corporis Christi.

Magna celebritas venerabilis Sacramenti.

Magna et inenarrabilia apud Superos peragi Veronicæ contemplanti hac die dixit Angelus Domini: Scito, filia, tantæ dignitatis esse hodiernam festivitatem, ut omni mortalium studio sit prosequenda, ob divinæ Eucharistæ adorandam majestatem, veluti in cælesti Hierusalem superos cives actitare cernis. Nam Throni, Dominationes, Principatus, et Potestates, Cherubin et Seraphin divinum tribunal in rotæ similitudinem circumsepientes, candidi ac purpurei coloris alternis vestibus tegebantur. Erant inter illorum choros innumeri thuribulis aureis incensa dantes, quique concentus in excelsis ciebant. Post hos ordines ante Angelos atque Archangelos beatissima cæli Regina media inter Martham et Magdalenam, Apostolis, Patriarchis, Prophetis ac reliqua Sanctorum turba comitantibus, ter se inclinans Deum Filium adoravit. Cui assurgens Filius Matri honores reddebat. Tum Virgo Christi tribunal conscendit, seditque a dextris Filii: nam Joannes Baptista, quem residentem a dextris Christi semper viderat Veronica, surrexit a solio, locumque dextri lateris Reginæ reliquit; juxta quam Martha et Magdalena consederant. Deo immortali tandem ab omni cælesti curia adorato, rotæ cælestium spirituum se composuerunt. Evanescebant vero Sancti omnes posteaquam rotæ divinæ coordinati fuissent, sola Angelica militia in rota apparente. Postremo Regina mundi de solio divino consurgens post trinam adorationem abiit magna cælestium spirituum et Sanctorum comitante caterva. Recedens divino vultui numquam terga vertebat, vero eosdem incessanter contemplabatur, quoniam divina felicitate Beati semper vident faciem Dei. Posthæc ad terrestrem sedem mens Veronicæ remeavit.

CATUT V.

De ostensa Solennitate sancti Joannis Baptistæ.

Cum solenni nativitatis Joannis Baptistæ die Veronica cælestes perquireret domos, Angelum, qui eum dirigebat, talia dicentem audivit. Attentior esto filia, quoniam apud cælicolas nunc festa Baptistæ inchoantur, quibus aderit Christus Maximus tota comitante cælesti Hierusalem. Extemplo Veronica Christum alto descendentem solio conspicit: aurea vestis viridi contexta colore illi erat, quam Angeli pro divinæ Majestatis ampliori veneratione circumtenebant. Capite ornamentum gestabat, cujus gloriam nunquam attingere satis potuit. Nullus inter supernos cives eo capitis ornatu fulgebat, quamvis præstantissimis decorarentur singuli muneribus. Baptista atque Joannes Evangelista albis induti vestibus, quæ aureos radios emittebant, manibus lilia sole magis radiantia detinebant. Maria mundi Regina,

Christi et Sanctorum eorumque vestis et ornatus.

ubi e throno descendit, inter Martham et Magdalenam media gradiebatur, post Patriarcha est Prophetas, qui peculiari habitu pollebant. Candida veste Regina cæli tegebatur, quam circumdabant Angelorum chori indumenta circumtenentes. Marthæ ac Magdalenæ vestimenta tametsi super aurum et lapidem pretiosum desiderabiliora forent, nunquam tamen Magdalenæ quis color existeret scire Veronica potuit. Post Angelorum exercitus Elisabeth Baptistæ mater, juncta Annæ matri beatissimæ Virginis proficiscebatur; insequente turba virginum, quam dinumerare nemo poterat: has præibant Maria Jacobi et Maria Salome. Omnibus autem Sanctis diversa inerant gloriæ insignia pro meritis; alii aureas coronas, torques quidam, agentea nonnulli dona vermiculato opere ornatissima præferebant. Personante vero omni cælesti curia suavissimis concentibus, processere singuli Christum Maximum adoraturi, medium inter Joannem Baptistam et Joannem Evangelistam, ceu semper Christum Veronica consueverat intueri, beata nimium sede locatum. Posthæc Veronicæ spiritus ad terrenos usus Angelo duce regressus est.

CAPUT VI.

De ostensa solennitate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

Solennia Apostolorum pari ordine celebrari vidit mens Veronicæ divina ope ad cæleste palatium rapta. Habitus quidem sanctorum Apostolorum candidi coloris erat radios emittentis aureos, mortalibus omnino inexplicabilis. Petrus palmam et claves manibus gerens, habitu Pontificio induebatur. Paulus aureum ensem, palmam, et lilia detinebat. Uterque ineffabili pompa procedens Dei immortalis majestatem primum adoravit, quos deinde omnis cælestis curia consectans, divino numini honores attulit.

CAPUT VII.

De ostensa celebritate S. Marthæ hospitæ Christi.

Inter lustranda solennia Divæ Marthæ virgini Veronicæ ostensa fuit ingens multitudo sanctimonialium, quæ albis indutæ, Martham cælesti pompa incedentem, illico sequebantur. Dixit vero Angelus Veronicæ: Hæ sunt feminæ Deo sacratæ monasterii quod Martha vivens instituit.

CAPUT VIII.

De ostenso loco Sanctæ Mariæ de Nive et solennitate S. Dominici institutoris Ordinis Prædicatorum.

Ter Veronicæ spiritus Angelo duce hac die ad sidera evolavit, primo quidem raptu Romam Angelo ductore perducitur, locum vero quemdam conspectans copiosa nive circumtectum, beatissimam Matrem Dei Angelis vallatam illic adesse animadvertit. Tum Angelus inquit: Hic locus existit, ubi nix ab alto descendit Regina cæli jubente, ut hoc miraculo excitatus Joannes Patricius in illius honorem templum conderet. Nec mora, miræ magnitudinis basilicam Veronica admirans intuetur. Cui Angelus Domini: Hocce templum est ob venerationem beatæ Virginis conditum. Secundo raptu Angelo docente audivit cælestes concentus Veronica, viditque maxima quæpiam fieri ob honorem Matris Dei, quæ distinctius minime retulit. Tertio vero raptu Angelus Veronicæ ostendit Divum Dominicum more Prædicatorio indutum, cui socius alter ejusce professionis jungebatur: splendebat miru in modum illorum vestes, quos Angeli plurimi sequebantur, tum Fratrum Ordinis Prædicatorum millia millium post gradiebantur,

Templum S. Mariæ ad Nives.

Innumeri SS. ex Ordine Prædicatorum

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

gradiebantur, Sororibus ejusce religionis innumero numero sequentibus. Cælesti pompa Deum Maximum, Divumque Patrem Dominicum omnes adorarunt, eo ritu, quem in reliquis solennitatibus Veronicæ ostensum fuisse supra meminimus.

CAPUT IX.

De ostensa Assumptione Beatæ Virginis.

Raptu potita Veronicæ mens hac die solenni, Reginam mundi veluti animam exhalantem intuetur, quam carne solutam resurgere pariter vidit. Jamque igitur cælorum Regina revixerat, ejusque corpus illico ab Angelis in altum delatum vidit. Auro undique tegebatur, splendorem dans omni humana cogitatione altiorem. Verum antequam superas attingeret sedes per medium Purgatorium deducta est Virgo beata, nullas perpessa fuit pœnas, imo quæ purgabantur, animas magnis gaudiis sua affecit præsentia. Mox ad supremum cælorum verticem progrediens Virgo beata obvium habuit Christum Maximum tota comitante cælesti Hierusalem. Personabant undique cantica divina, ut post mutuos amplexus duplici corona Virgo donata a Deo filio, alta nimis sede locatur. Non procul a Regina cælorum *a* circumsedere Martha, Magdalena, atque Anna mater ejus, una cum sororibus quas circumdabant chori Angelorum gaudia dantes cælestia. Post hæc ad humanos usus Veronicæ mens regreditur.

Assumptio B. Virg.

a *Recte Scholiastes*: Non est hoc referendum ad diem Assumptionis primum, sed anniversarium.

CAPUT X.

De ostensa liberatione animarum facta ab Angelis in Assumptione Beatæ Virginis.

Hac die ubi primum Veronica sacramentum Eucharistiæ desumpsit, mox inter Missarum solennia abiit mens ejus, Purgatorii fines concedens. Inspexit autem divini cujuspiam aspectus virum, miræque pulchritudinis veste contectum, cujus nomen Veronica numquam scivit, quem Angelorum ingens numerus sequebatur. Ingressa itaque est ea multitudo cui mixta erat Veronica, Purgatorii sedes. Tum coram viro tot animæ adductæ fuerunt, quot non capit homines urbis Mediolanensis media pars, singulas vero singuli Angeli captarunt, et eas quas apud mortales custodiere. Videbantur quidem animæ incendio rubricatæ cum ignem exibant purgatorium; quæ mox ignibus erutæ nive candidiores efficiebantur. Coronatæ itaque viridi fronde omnes ante thronum Dei immortalis ab Angelis statuuntur: at animæ coronas ante sedem Dei posuerunt, quas idem Deus immortalis sereno vultu placidisque et blandis oculis benedictas beatissimæ Matri offerebat. Hæc ubi vidit, ad corpus Veronicæ mens regreditur, tantis affecta gaudiis, ut carne vivere diu se non posse arbitraretur. Asseruit Veronica plurima se conspexisse ea celebritate Assumptionis, gaudiis vehementissimis per singulos raptus affecta, verum jucundissimus omnium fuit cum e purgatorio eruti animas attendit.

Animæ e purgatorio in Assumptione B. Virginis educta.

Id visu jucundissimum.

CAPUT XI.

De ostensa festivitate Divi Augustini.

Hocce peculiari celebritate Divi Augustini Veronica spiritu e sensibus exiliens animadvertit. Divus enim Pater Augustinus Pontificio habitu ornatissimus, vestemque habens interiorem rubri coloris, medius inter Sanctos Nicolaum Tolentinatem, et Guilhelmum sacerdotali more indutos, coronatusque procedebat, mitra aurea et lapidibus pretiosis miratum radiante, ad hilarem auream incredibilis ornatus manu gestabat. Non capit humana mens, quæ fuerit ea pulchritudo, eximius, splendor, præclaraque magnificentia. Hos primum sequebatur Eremitarum numerus copiosus, deinde Canonici regulares albis vestibus induti, post quos turba magna religiosorum coloris grisei subobscuri, quo plerique Ordines vestiuntur sub Augustini regula militantes. Virorum multitudinem Sorores ejus ordinis, sub quo degebat Veronica, mox subsequi animadvertit. Dixit vero illi Angelus Domini: Hæ sunt tui monasterii tuæque religionis Sorores. Illa quidem est Michaelina Ariminiensis, propior est Mater, quæ te sanctæ religionis habitu donavit, quæ pariter Michaelina vocabatur. Quæ sequitur, Margarita; quæ vero Martyris instar palmam gerit, Justina est: plurium quoque nomina minime conticuit Angelus. Dignovit inter illas Veronica geminas Matres, quæ in suo obierant monasterio ipsa præsente, ei hilari aspectu blandientes. Verum cum vestes quarumdam aliis splendidiores forent intellexit Veronica habitu clariori indutas Sorores mundum perfectius contempsisse. Post hæc innumeras Sorores subsequentes animadvertit, aliæ nigris induebantur, albis vestibus plurimæ. *a* Septem horarum spatio, quo raptus perseveravit, omnis ille cœtus supernum Patris Augustini solemnitatem vix perfecit, cœlestis lætitiæ signis tota personante cœlesti Hierusalem.

S. Augustinus coronatus.

a *Scholiastes*: Horæ ad Virginis mentem sunt referendæ, quibus imagines ab Angelo formatas (vel potius propria imaginatione perceptas, sed vel ab Angelo commotas nunc, vel ex sympathia, divina patiente intellectu et voluntate, ultro excitas) decurrerit. Longior enim est Superorum solemnitas specialis nec ulla hora diei separatur ab eis, ut mortalibus evenit.

CAPUT XII.

De ostensa celebritate S. Hieronymi.

Cum apud Superos festivitatem Divi Hieronymi, cœlestia regna perlustrans, Veronica contemplaretur, Hieronymum vidit, cui socius Augustinus erat, Gregorio et Ambrosio subsequentibus. Albis omnes vestiebantur, Hieronymo lilia manu detinente, ac pileum more Cardinalium capite gerente. Pileus aurea corona circumbabatur pulchritudinis mortalibus ignotæ. Præcedentium ingens nimis caterva fuit, Sacerdotum ac virorum illustrium, quam copiosissima multitudo religiosorum postibat, alii nigri coloris vestibus tegebantur, plerique grisei subobscuri, albis plurimi induebantur. Singuli gestiebant, divina gaudia promentes, cælestemque curiam inenarrabili replebant harmonia ob venerationem Divi Patris Hieronymi.

Laudat et honestat S. Hieronymum.

CAPUT XIII.

De ostensa festivitate S. Francisci.

Francisci meritis vidit Veronica mente rapta ad superas mansiones, animas quasdam a Purgatorii pœnis erui Angelorum ministerio. Illius habitus erat candida vestis, quæ sui ordinis indumento tegebat. Enimvero Prædicatorum, Sacerdotum, laicorum, ac tertii habitus virorum innumerabilis fuit multitudo, quæ Franciscum cælesti pompa incedentem consectabatur. Sorores omnes ejusce professionis præibat Diva Clara, S. Ursula comitante.

CAPUT XIV.

De ostensa solemnitate omnium Sanctorum.

Tantæ majestatis apud superos fuisse hodiernam festivitatem retulit Veronica, ut viginti horarum spatio Sanctorum chori vix processerint. Isthæc autem scribenda tantummodo censuimus. Divus enim Franciscus *a* omnes præibat religiosos propter veram paupertatem, quam vivens semper complexus est. Franciscum sequebatur Divus Dominicus in qua Fratrum suorum circumseptus caterva. Tum beatissimus

simus Pater Augustinus, cujus sectatores, diversorum ordinum, omnium religionum numerum excedere videbantur. Tum Divus Basilius; demum Benedictus venerabilis sanctitatis, quos turbæ monachorum circumgradiebantur. Gestabant singuli manibus quodpiam insignis gloriæ; feminis sanctimonialibus aut breviaria aut corollas miræ pulchritudinis manu gerentibus. Ornatissimi erant nonnullarum libri spectatissimæque corollæ. Dixit autem Angelus Domini Veronicæ : Ornatus præstantior librorum corollarumve mulieribus donatus est a superna curia, quoniam in persolvendis horis divinis attentiores ferventioresque extitere. Quamquam omnis illa superna Hierusalem variis concentibus exsultaret Angelorum, nullus tamen a facie Dei oculos divertebat: tantæ jucunditatis erat vel unicum verbum ab ore Dei procedens auribus percipere, cunctas etiam præcellebat delicias, quæque gaudia superabat vox illa divina.

Pie lectio horarum divinarum honorata.

a *Sanctorum* ... Cautissime attendendus est hic Sanctorum præ[illegible] ordo. Non enim gradus gloriæ [illegible] [illegible], sed solum in ordine ad præsentem necessitatem [illegible] *forte ad solam imaginationem Virginis*.

CAPUT XV.

De ostensa celebritate consecrationis Ecclesiæ.

Quarto Idus Novembris cum solennia consecrationis ecclesiæ annuo more celebrarentur, subito raptu Virgo potita circumspexit apud cælicolas templum haud grande, ineffabilis pulchritudinis. Erant illius muri ex smaragdo sapphyroque lapidibus pretiosis conditi, at ornatus lapidum is erat, quem describere mortales nequeunt. In templo concentus personabant cælestes, quibus excitati Imperatoriæ et Regiæ majestatis ac præstantissimarum dignitatum viri, auro coronati, templum adoraturi ingrediebantur. Ponebant vero singuli coronas suas ante thronum Dei, qui in templi medio locatus residebat. Post innumeras turbas magnificentissime procedente circumspectata Veronicæ mens ad mortales remittitur, gaudiis vehementissime affecta cælestibus. Asseruit autem in hac festivitate Imperatorium quoddam ac Regia pompa dignum præ ceteris se animadvertisse.

CAPUT XVI.

De ostensa celebritate in sabbatis ob honorem beatissimæ Virginis.

Rapiebatur Veronica ab Angelo singulis sabbatis toto illo anno labentibus ad Superna regna, ubi cælestia solemnia circumspectans, videbat Superos omnes procedere ob honorem Matris Dei, post quæ ea jucunditate Virgo beatissima in Veronicam oculos dirigebat, ut mortali corpori se nusquam junctam Veronica recordaretur. Aiebat quoque: Ego divis cætibus mente præsens mortalium omnium oblivisc[e]bar, neque tantas quæ[illegible] excogitare potuissem, quam ad [illegible] revelata

[illegible] in [illegible] [illegible]

CAPUT XVII.

De ostensa festivitate S. Catharinæ Martyris.

Hæc peculiare tantummodo nunc scribendum autumo, quoniam junctam Catharinæ Martyri, inenarrabili gloria progredientem, celebri festivitate ejusdem Catharinæ Martyris, vidit Veronica Virginem quamquam albis indutam non Martyrem, pari majestate fulgentem, cujus nomen Angelus conticuit. Ego vere pro devotione arbitror Catharinam Senensem Ordinis nostri Prædicatorum fuisse, quam Christus Maximus [illegible] titulo insignivit in Ecclesiæ [illegible] imperio.

CAPUT XVIII.

Auctore Isidoro Isolano.

De ostensa solennitate SS. Innocentium.

Aiebat Veronica Superos hac die peculiare festum celebravisse: nam mente rapta innumeros infantes vidit albis indutos, interiores vestes habentes purpureas. Gestabant singuli manibus lilia ac palmarum ramos, capitibus eorum novo ornatu et inter cælicolas fulgentibus. Turba Martyrum, quam dinumerare nemo poterat, infantes circumvallabat. Altis vocibus cantabant canticum novum ante sedem Dei. Tum per circulum quique sedem Dei immensa claritudine radiantem circumsepiebant: quamobrem undique divinum tribunal infantium pulchritudine præclarius reddebatur. Post hæc ad humanas sedes Virginis animus remeavit.

Ornatus SS. Innocentium.

CAPUT XIX.

De ostensa festivitate Sancti Antonii Abbatis.

Celebritate divi Antonii Abbatis Veronica corporeis soluta vinculis, superna ope ad cæli lares vehitur, cumque juxta morem Superi procederent, circumspexit in ordine procedentium priores esse Divos Antonium et Paulum primum eremitam. Hi albis induebantur, lilia ob virginitatis honorem manu gerentes. Eximius ineffabilisque fuit illorum ornatus ac splendor, quos eremitarum ingens numerus postibat. Ultima vero ordinis serie quidam religiosi nigris circumtecti ac capitibus bireta portantes incedere vidit: numquam in superna Hierusalem ejusce habitus viros intuitam se Veronica asseruit, quorum quamquam grandis foret turba, non tamen ceterarum religionum numerum attingebant. Itaque Superum cœtus ob venerationem Divi Antonii egere ea quæ in reliquis festivitatibus actitasse frequenter memoravimus.

Habitus Antonii et Pauli in cælo.

CAPUT XX.

De visa celebritate candelarum in die Purificationis.

Celebri die Purificationis Beatæ Virginis, Veronicæ mens subito raptu potita post consideratam præsentationem infantis Jesu in templo, quam superiore libro descripsimus, illico ad basilicam inexcogitatæ pulchritudinis perducitur. Ibi altare ornatissimum erat, juxta quod Sacerdos divini cujuspiam aspectus sacras vestes induebat, veluti sacra mysteria celebraturus: at Veronicæ admiranti Flaminem tanto spirituum circumdatum numero Angelus dixit: Hic est Christus Maximus, qui rem divinam facturus est. Extemplo Introitum Angelicus concentus inchoat. Est mortalibus inenarrabilis Salvatoris habitus ille sacerdotalis: undique lapides et margaritæ cælestem dabant pulchritudinem. Erat cinctus aureus sapphyreis crucibus contextus, ac pulcherrima quapiam arte ornatissimus. Stola manipulusque eumdem habebant decorem. Vestis vero, quam planetam vocitamus, nimio fulgore auri, lapidum pretiosorum, ac margaritarum inæstimabilis gloriæ videbatur. Decem Diaconi aderant præclarissimis tecti vestibus, more Diaconorum. Decem quoque Subdiaconi Diaconibus ministrabant. Hi gemini stabant, et discolor vestium habitus erat, priores quidem albis vestiebantur, qui sequebantur purpureis, tum albis proximiores, reliqui purpurati. Conspiciebantur cornua altaris duo, sex Diaconi thurabula aurea tenebant, quatuor erant Angelico habitu conspicui, duo fulgebant. Ab exordio Missæ ad usque calcem thura dantibus Diaconis semper fumus incensi ascendit. Quis Salvatoris vocem Missarum sollemnia concinentem describere ausit? Illa clarior distinctiorque beata gaudia præstabat, et cælestem curiam inenarrabili replebat

Celebrat in spiritu quasi celebrantem Missam Christum.

Auctore Isidoro Isolano

replebat harmonia, Angelorum concentus supra modum sua dulcedine superans. Grata quamquam fuerit nimium vox Subdiaconi Epistolam decantantis, gratius tamen Diaconus Evangelium concinuit. Interea cum secreta persolveret Christus Sacerdos Maximus, duo Angeli albos cereos populo, qui templum repleverat, dividebant. Tum velum Angeli ante altare oblationis excipiendæ gratia extendebant. Ubi ad populum faciem vertit Salvator, ecce Virgo beatissima, duabus comitata feminis præstantissimis, cereum Salvatori obtulit, manumque illius exosculata est. Sic egere Virginis comites, sic ministri altaris singuli, sicque populus omnis qui aderat. O quantis optavit animi votis Veronica isthæc videns, cereum tenere, cujus oblatione Salvatoris manum exosculari potuisset. Ubi tandem cunctos Christus benedixit, ad usus corporeos regressus est Veronicæ spiritus. Dolebat vero atque excruciabatur lacrymis profluentibus, se dignam minime fuisse quæ manum Salvatoris exoscularetur, idque suis criminibus adscribebat, cujus rei gratia anxia pauxillum obdormivit. Eo somno longo Salvatoris sermone solatia mira percepit. Conticuit vero eadem Virgo dicens: Non licet illa homini loqui. Viros intuitam se Veronica asseruit; quorum quamquam grandis foret turba, non tamen ceterarum religionum numerum attingebant. Itaque Superum cœtus ob venerationem Divi Antonii egere ea quæ in reliquis festivitatibus actitasse frequenter memoravimus.

CAPUT XXI.

De ostensa solennitate S. Joseph.

Quo die Divum Joseph sponsum beatissimæ Virginis præcipua solennitate veneramur, Superum tenens regna Veronicæ spiritus, conspexit Joseph albis indutum atque lilia manu tenentem virginitatis signa, maximaque gloria quosque cæli cives præeuntem. Plura quoque festa celebrari Veronica vidit apud cælicolas, ac præsertim ob honorem duorum Martyrum, quorum nomina ignoravit.

CAPUT XXII.

De ostensa festivitate S. Benedicti.

Ornatus S. Benedicti

Cum natali Divi Benedicti cæhcolum interesset choris, Angelo duce, mens Veronicæ, eumdem Divum Benedictum intuita est, candida veste tectum inenarrabilique circumdatum gloria. Altera manu gestabat lapidem pretiosum, cujus nimio fulgore ac radiis præpedita fuit ne distinctius cognosceret quidnam foret. Dixit vero: Arbitrata sum aliquando lilii speciem habuisse lapidem illum; sed grandis erat ejusce decor, atque mihi imperceptibilis. Abbatum ac monachorum, quos nigræ albæque vestes cooperiebant, quique Divum Benedictum cælesti pompa decore sequebantur, magnus erat numerus.

CAPUT XXIII.

De ostensa celebritate Annuntiationis Beatæ Virginis.

Quæ vidit die quo Annuntiationem Domininicam recolimus apud cælestem Hierusalem festa peragi, asseruit Veronica peculiaris fuisse majestatis. Tanto primum micabat splendore Christus Maximus inter Joannem Baptistam et Joannem Evangelistam medius procedens, Joseph patre sequente et admirabili gloria gestiente, quem nulla mortalium pectora capere possent. Gaudebat lætabaturque vehementissime Veronica vultum memorans Salvatoris; omnis vero cælestis curia alternis turmis hominum et mulierum exultabunda incedens, cælestia personabat gaudia.

Vestis B. Virginis

Erat singulorum habitus præcipuo decore refulgens. At beatissima Virgo alba circumtegebatur veste, cui a manibus ad humeros et ab humeris ad manus radii aurei contexti inerant. Medio pectore mediisque humeris radii aurei divino lumine splendebant: vestis quoque limbus ante et retro duplici radiorum aureorum contextu decorus nimis erat, veluti in lineis vestibus celebrantium Sacerdotum intuemur. Gemino quoque diademate micantibus gemmis coronata gradiebatur Virgo beatissima. Illius vero vestem circumtenebant Angeli pro Matris Dei ampliori veneratione. Tandem Altissimi adorato throno, veneralaque Dei Matre a cælicolis cunctis, Superum solennia Veronica reliquit decurso septem horarum spatio cum rapta isthæc contemplaretur.

CAPUT XXIV.

De ostensa festivitate S. Marci Evangelistæ.

Forma mystica S. Marci.

Vidit hac die cælestem ad solennitatem progressa Veronicæ mens, Divum Marcum sub specie leonis albi, oculis aureis pleni, cujus inexcogitabilis erat pulchritudo, ac dignitas, apud Superos prodeuntem. Marco tres Evangelistæ jungebantur, Mathæo hominis, Luca vituli, Joanne vero Aquilæ formam gerentibus. Horum alæ invicem colluebantur, divinis concentibus Superum choros replentes. Quid enim cælo terrisque dulcius insonuit Evangeliorum vocibus? Marcus palmam gestans ac coronatus aureo diademate inexcogitatum ægris mortalibus splendorem emittebat. Tali exultabundus processit pompa Marcus per choros supernæ Hierusalem, omnibus cælicolis divina gaudia consuetosque honores Altissimo reddentibus.

CAPUT XXV.

De ostensis solenniis S. Petri Martyris ac Divæ Catharinæ Senensis una die apud Superos celebratis.

Tertio Kalendas Maii, Christo Maximo significante, Veronica intellexit triduo sequenti Sanctorum festa in cælis tantummodo se conspecturam, quo dilabente spatio multis in cælo Sanctorum interfuit celebritatibus: verum totam fere noctem festivitatis S. Petri Martyris Prædicatorii ordinis, Veronica corporeis soluta sensibus superna ad cælum vehitur ope: ibi Divum Petrum Ordinis Prædicatorii Patri Dominico junctum terrestribus ignota gloria inter Superos progredientem inspexit. Uterque habitu fulgebat Prædicatorio, uterque ab omni Hierusalem peculiari veneratione prosecutus est, comitante magna turba Prædicatorii habitus. Inter hæc Divam Catharinam Senensem, cujus Comes erat Domitilla Martyr et Virgo, pari procedentem gloria intuetur. Est mortalibus inexplicabilis illarum Virginum splendor ac majestas, quæ Dei thronum inenarrabili circumventum lumine, primo adorantes ab omnibus Superis cælestes honores acceperunt. Multas per horas hic raptus perduravit, utpote qui a Missæ celebratione post usque decantata officia vespertina perseveravit. Asseruit Veronica eo mentis excessu cælicolas se animadvertisse Divi Petri Martyris ac Divæ Catharinæ Senensis festivitati celebrandæ una semper intentos.

Celebritas S. Petri

Ingentia cæli gaudia.

26 Enimvero ineffabile est quibus interfuerit tropæis Veronica ob venerationem Sanctorum quorumdam ac Sanctarum tota sequenti die usque ad noctis interstitium. Hæc itaque solennia per anni decursum Veronica in splendoribus rapta Sanctorum vidit, quæ nos angusto sermone quamvis prosecuti fuerimus, divinæ tamen contemplationi insistentibus immensum volumen parient. Tantæ enim majestatis asseruit nonnumquam Veronica, cum Sororibus quæpiam aperiret,

aperiret, fuisse eam Sanctorum gloriam, ut silentio potius venerari debeat, quam infirmis raucisque mortalium ineptiis aperiri. Hortata vero est Sorores Veronica dicens: Paucula quædam ego vobis, o Sorores dilectissimæ, divino impetu enarravi, ut rebus mundi contemptis ad æternæ solemnitatis gaudia mentes vestras excitare conemini. Nullus vos terreat labor, nullove affectæ tædio a divini amoris flamma corda vestra tepescere sinite. Grandia nimium apud Superos nobis parata præmia vidi, quæ carne junctus spiritus meus explicare nequit. O si vel unius animæ divinos viventis honores vobis inspectare ab alto donaretur, mortalibus ea munera incognita equidem fateremini, neque enim ullæ visibilium rerum species supernæ illius dignitatis formam exprimere queunt. Multa itidem vobis, o Sorores, conticeo Christo mandante. Hæc Veronica.

LIBER SEXTUS.

De expositione multiplici revelata Veronicæ.

PROŒMIUM.

Pietas in dignum, et impiorum typus

Huic volumini præfandum arbitror, apud sacros codices sensum moralem personantes, et piorum gesta nonnunquam præsignare malos, et bonorum typum impios gerere. Quis enim ambigit Regis Assueri imperium Dei immortalis sceptra significare? Salomonis vero Regis delicias Canticorum oraculis descriptas? Nonne beatissimo illo eloquendi genere Christi et Ecclesiæ, justissimi animi divinos amores, cælestia prælia, incognita malis solatia, ac blandientem summum Opificem suspirantibus ad æterna gaudia mortalibus produnt, explicant, præloquuntur? Quamobrem divinarum litterarum interpretationi consentiunt sensus morales, quos sextus liber aperit, in quo plura referuntur, quibus etiam summis viris præcipua confertur instructio.

CAPUT I.

De expositione quorumdam visorum Dominica in ramis palmarum

Superbi quomodo

Scripsimus in libro superiore Virginem Veronicam mente raptam, quæ gaudia, quosve honores Salvator in die palmarum acceperit, animadvertisse, inter illa vero arbores palmarum et olivarum humilitatis signa dedere, solæ cannæ immotæ stabant. Dixit autem Salvator Virgini: Hæ signant homines, quos ego per gratiæ donum inhabito, semper humilia de se sentire, humilia operari, humilia loqui, hominum laudibus contemptis. Capita semper flectunt et cervices, ubi pro divinæ Majestatis adoratione quidpiam ictitandum aut loquendum evenerit. Cannis vero similes adinveniuntur superbi, humanæ ambitionis cupidi, inflatique cogitationibus iniquis. Est tantæ pravitatis animus gloriæ crimen, quo tametsi miraculis homo claresceret, ea arrogantiæ tamen vitio illum odio prosequi cogor. Caveant autem mortales ne ad olivæ vel palmarum ramos accipiendos ab Ecclesiæ Sacerdotibus accedant, nisi peccatorum prævia confessione actu vel proposito. Si quis autem ipsi quoque prius dimittere proximo offensas, et divinam sibi omnino satagant conciliare Majestatem. His evidenter operibus, digne palmarum ramos efferent. Hæc Christus Deus immortalis.

Animæ purgatione

CAPUT II.

De revelato a Salvatore modo decantandi nonnullos psalmos

Eadem quoque Palmarum die post mente inspectatam cœnam in domo Marthæ, Salvator Veronicam allocutus est in hæc verba: Sæpe temporibus retroactis coram me preces effudisti pro universis Sororibus tui cœnobii, verum illis meo nomine significato, quod hæ quæ officiis decantandis addictæ sunt desides nimium existunt. Odia quædam animo versant, et corde mirum in modum devagantur. Reprehensæ non abstinent, quin præfato errore vehementer delinquunt. Illo conveniunt ut meum nomen laudibus prosequantur, non ut inanibus deserveant cogitationibus. Eisdem pariter meo imperio dicito, quando canticum Benedicite omnia opera Domini Domino, psallentes inchoaverint, et pausam in medio versus protraxerint, memorentur se nomen meum laudare, et benedicere. Ejusdem quoque reminiscantur in singulis pausis hymni præfati, ac psalmorum Laudate Dominum de cælis, Beati immaculati in via, et, cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ. Salvator itidem in multorum psalmorum decantatione quamvis idem fieri Veronicam edocuerit, id tamen secreto servare Virginem jussit. Hæc pariter subintulit Christus: Meo nomine citius Sororibus isthæc explanabis, quoniam talia amplius tibi significanda minime mandabo. Jubeo itidem ut eadem omnibus posteris Sororibus indicentur. Vocem unaquæque audentius promat, inimicitias obliviosi mandans: hæc est enim voluntas mea. Cui Veronica: Exploratum habes, o Domine Deus meus, nihilo mortalium fragilia pectora ab alto donari nisi ipse præstiteris. Tu animos illarum tuo amore succende, ut fervore Spiritus tui concepto, tibi Domino famulentur. At Christus Veronicæ respondit: Vera quidem fateris, o filia mea, sed ut sibi vim inferant necesse est, voluntatem propriam abnegantes: discant meo exemplo pati, ac dolores, vulnera, et labores, a me perpessos mente animove pervolvant. His sibi frena imponent, et carnis incentiva devincent. Posthæc de quibusdam altissimis Christus disseruit, quæ mortales latere voluit. At corporea officia mens Virginis repetens nocturnas excubias adesse signo campanæ dignovit.

Pietas in divino officio.

CAPUT III.

De expositione morali actorum in ultima cœna Christi cum beatissima Virgine

Hebdomadæ sanctæ diebus anni Dominici millesimi quadringentesimi nonagesimi, divina ope corporeis solutæ sensibus Veronicæ Salvator Christus Jesus recensita quæque suæ passionis mysteria exposuit, in hunc modum dicens: Memorare filia mea, agentem me ultimam cœnam cum Matre, eidemque [illegible] [illegible] causas mœroris, parumper sustinuisse antequam responsum dederim. Aiebat siquidem Mater: Novi profecto, o Fili, te moriturum Hierosolymis, sed tempus minime exploratum habeo. Sic profecto a quovis actitandum est: nam diligentius præcogitandum est, an danda responsio scandalum proximi, mentis iras, aut Dei offensionem producere debeat. Ad mentem pariter ducito, o filia, Matrem meam passionis meæ cognito tempore solo pectoris sensu eum [illegible], atque cum recepisset dixisse: Hem o fili mi, inter innumeros tui amore toleratos dolores hic profecto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pœnitentium ac peccata plangentium, nam ob amorem talium cum nam acutos gladios cordi, pœnitentiam pertransire convenit, instar cruciatuum Matris meæ: tametsi dolor nullus mortalium eorum, qui voluntate propria [illegible] adversi sabeunt, æquari queat Matris meæ doloribus, quos in diebus meæ passionis ipsa perpessa est. [illegible] [illegible] mortalia labitur [illegible] [illegible] [illegible], interius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], in quo [illegible] angustiis perseverate [illegible] mea suis doloribus id præsignante. Tanto etenim temporis spatio saltem

Expendendum responsum antequam detur.

B. Virginis dolor in passione Christi.

 in

Auctore Isidoro Isolano

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

in doloribus recogitatorum criminum persistendum est, quanto mater mea solo hærens tunc jacuit. Mirum in modum autem iste dolor pro peccatis assumptus conspectui meo pergratus invenitur.

Qualis esse amor debeat

5 Memento quoque filia mea, ea hora Magdalenam ingressam ad nos magna voce exclamavisse præ dolore futuræ meæ passionis, quam me exponente intellexerat. Ea vox ardentis amoris flammam, quo me prosequebatur, indicat. Ego quoque diligi ab hominibus pari amore me cupio. Dicet quispiam: Admirandum minime est, si tantopere me diligeret Magdalena, quando ad viam salutis eam evocaverim nullo labore prævio. At Martha plurima sororis gratia subiens, divinæ gratiæ munus Magdalenæ promeruit. Nullus profecto spiritualia dona Deo largiente percipiet, nisi prius duræ superare studuerit. Optant quidem plerique cælestis patriæ fructus prægustare, sed sudores perpessi tædio afficiuntur, desidesque effecti numquam voti compotes comperiuntur.

Parentibus inscii non excundum domo

6 Quid vero signet benedictio materna, quam genuflexus ab eadem petii, audi filia mea. Quisquis mortalium parentibus viventibus gaudet, illos veneretur [illegible] domum exire cupiens ipsis insciis iter arripiat, [illegible] parentes sive carne sive spiritu sint, [illegible] crimina, [illegible] repetunt. At genitrix mea [illegible] humilitatis [illegible] dedit. [illegible] Coecati [illegible] cor et corpus, typum gessit tenebrarum [illegible] eorum, qui adstrictos se esse dignoscentes, scelera sceleribus addunt. Sed Magdalena me sequens [illegible] peccatoris [illegible] viscera [illegible] semper [illegible] est. Et quem [illegible] Magdalena [illegible] pœnitentes [illegible] Aperui autem ad [illegible] resurrectionem meam futuram tertia die, ut criminosi, saltem tertia die a peccati morte resurgere discant. Enimvero sicut Mater piissima Magdalenæ [illegible] resurrectionem [illegible] tertia die, respondit: Quæ, rogo, Magdalena, [illegible] concurrent? [illegible] possunt. [illegible] perseverans docet [illegible] fidei sacramenta servare. Perpetuo vero [illegible] perpetrata delicta [illegible] misericordiæ Dei [illegible] munere numquam [illegible] peccatori [illegible]

CAPUT IV.

De expositione morali actorum in ultima cœna Christi cum discipulis.

M[illegible]

[illegible] bui. Dixit [illegible]

CAPUT V.

talia sua crimina Sacerdoti explicare, quæ ubi divisa a venialibus Sacerdote declarante intellexerit, doleat toto corde, Apostolorum doctus exemplo. At cum discipulis pacem mandans dixerim: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, fraterna caritas illo sermone edocetur. Non enim qui pace proximi caruerit intrabit in regnum cælorum; nec qui fraterna communione privatur, electorum numero adscribi poterit. Enimvero jubens ego ipse Apostolis ut ceteris in virtutibus exemplo forent, quosque erudivi ne proximis scandala male agendo præberent; bona suspicentur, quæ vetitare ceteros viderint, pia semper gestantes viscera. Ubi scelus quodpiam mortales animadverterint, cogitent apud semetipsos dicentes: Hodie mihi, cras tibi. Noverint tandem omnium qui mortalibus adstricti sunt criminibus, catenam meo collo alligatam, apud diabolum captivitatem præsignasse. Enimvero captionem meam in ultima cœna significavi, ut qui me sequi cupiunt contemni ab hominibus discant. Nulla enim mortalium lingua explicare poterit, quam mihi placeat ille contemptus, utilisque sit ipsis voluntarie contemni appetentibus.

Alienum peccatum non publicandum

CAPUT V.

De expositione morali quorumdam actorum post ultimam cœnam Christi cum discipulis.

Dixit itidem Dominus: Ego cum Judæ proditoris pedes abluere dignatus sum, quanto sint amore prosequendi hostes re ipsa docui: quam gratissima enim mihi profecto est inimicorum dilectio. At cum in montem olivarum proficiscerer cum discipulis, dolentibus nimis præ mœrore eorum quæ illis mihi ventura declaraveram, dixi tandem: Jam finem, quæso, imponite o discipuli mei luctui. Signant vero ea verba, mortalia omnia ad corpus spectantia fine concludi, animam vero immortalitatem perpetuam possidere, sive æternis fuerit donata gaudiis, sive inferorum pœnis addicta. Aiunt plerique animos humanos cum corpore interire, sed hi falluntur maxime, [illegible] errant a via veritatis, ignari, stulti, ingrati, et conscientiæ claritate carentes. Attendunt [illegible] dilectionis [illegible] munere [illegible] animum ad imaginem et similitudinem [illegible] donavi. Ego eos pretiosissimo sanguine meo redemi. Ipsi vero [illegible] stulti, mundi deliciis ebrii, impia adversum me admittunt scelera, a quibus si conversi non fuerint, æternæ [illegible] pœnas luent. Verum luctus [illegible] quo me toto corde prosequebantur, [illegible] Hæc est [illegible] quem [illegible] expecto, [illegible] discipulorum dilectio figurat. [illegible] sanguine proprio de tenebris et umbra mortis eripui, quorum profecto animas ego [illegible] prosequor, ut omnes salvas esse cupio. [illegible] vivunt, quod ubi ad ex[illegible] cogor justitiæ [illegible]

[illegible]

CAPUT VI.

De expositione morali eorum quæ Christo oranti in horto evenerunt.

Dixit pariter Dominus: Multa mihi evenere, o filia mea, cum in monte Oliveti oravi Patrem, ut trans[illegible] expleri [illegible] riantur. Factus fuit tunc sudor [illegible] guttæ [illegible] intelligi [illegible] criminum [illegible] vero [illegible] mei.*

Unde Christi sudor sanguineus

mens, ut dignota voluntate Patris, qua statuerat me omnino mortem sævam perpeti debere, omnia ossa mea trementia locum a natura institutum mutaverint. Caro quoque indoluit usque ad cordis medullas, et ossibus amplius hærere visa non est; quamobrem aqua et sanguis e corpore meo sudoris vice ubertim profluxerunt. Verum cum signum Crucis, cui hærebat spongia, calici impositum mihi Angelus nomine Patris mei detulit, cui ego ipse configendus eram, usqueadeo pertimui, ut membratim concidere me arbitrarer. Quamquam nullus pœnitentium dolor meo comparandus sit dolori, utpote qui quosque cruciatus superavit, angi tamen omnes peccatores jubeo, ac eos præsertim qui nefanda admittunt scelera, inter quos iniquiores sunt sacris addicti, veluti aliquando me ostendente animo rapta vidisti. Quocirca satagat mortalium quisque quotidie mysterium quodpiam sævæ meæ passionis meditari. Sudor itaque sanguineus carne adversus spiritum durius repugnante defluxit, utinque naturæ ego in tali, satis imperio Patris mei facturus. Imitentur me qui impia perpetrant scelera quotidie, et pro divinæ legis servando jure, suaque salute tandem nanciscenda, adversum carnis incentiva dimicent, vim sibi inferre conentur ut peccata devitent, quemadmodum ego ipse paterna jussa capessens, reluctantem carnem devici. Meditentur quoque me dira tormenta pro humani generis non mei ipsius salute subiisse. Est et aliud quo me sequi homines edocentur : nam desidiam et inanes cogitationes extinguere orantes meo exemplo discant. His autem qui immota mente orare sategerint, munera cœlestia promitto, humilitatem, sui ipsius contemptum, caritatem, et cum fratribus cordium unionem. Numquam a mortalibus explicari posset quam mihi grata sit pax sancta inter fratres reperta, quantumque divini fructus afferat. Hinc oritur, ut attentissimæ et fidelis sæpenumero inquantur, sensuum officioque careant, quoniam ingenti amore mihi tunc juncti, animi sui intentione in me solo feruntur.

Caritas fraterna ad orationem confert.

CAPUT VII.

De expositione morali eorum quæ acciderunt in comprehensione Salvatoris.

Sed cum in horto oravissem ad Patrem, venere milites ut me comprehenderent : quibus ego obvians inter cetera dixi : Ego sum. Hoc meo exemplo discant criminibus onusti, omnia etiam minima sua aperire Confessori. Quod si a facie Confessoris se abscondere, me numquam latere poterunt. Quisquis ad reatus confessione sacra purgandos accesserit, dolens, corde contritus, stabilique mente scelera omnino posthabendi erat, qui vero confitens peccandi affectum retinet, illius mihi ingrata confessio existit, reusque apud me invenitur, quod sacramento indignus ibutatur. Memorare o filia mea, quo furore, quave rabie insanientes Judæi, vinctum me per montem Oliveti pertraxere : unguibus enim pedum meorum tunc caro cessit. Hoc genus itineris ut nam ad crimina properantes animadverterent, menteque volutarent dicentes : Heu me miserum et infelicem! ego his pedibus per scelera curro, at Christus Deus meus montem Oliveti pedibus crudelissime descendere coactus est, ne iniquitatum viam amplius ingrederer. Quod ubi evenerit, talia cogitantes criminosum propria dolere peccata, ne differat ad Sacerdotem accedere, confessionis sacramento tegaturus.

Iter per montem Oliveti cogitet Christus.

11 Enimvero quod in diversis tractatus et apud plerosque addictas semper tacet ac, significat hominem cœlestia appetentem numquam ita arctas esse, quamquam noxius, qui paratus, et innocens exstat, tunc a tamen meo exemplo, nam qui contentiosus videt, tam cautius vitia debeat, scelus admittit, et eos cum quibus contendit præcellere opinatur.

At ego minimum omnium jubeo hominem me sectantem se credere, meæ solius tractum dilectionis amore

Auctore Isidoro Isolano.

CAPUT VIII.

De expositione morali trinæ abnegationis Petri.

Dixit quoque Dominus : Ad mentem reducito o filia, me discipulis prænuntiasse, Petrum, qui tanto amoris zelo me prosequebatur, ter me abnegaturum fuisse, antequam gallus bis vocem daret. In domo vero *a* Annæ bis me negavit, tertio quoque cum Malchus, cujus ipse auriculam absciderat, assereret Petrum esse de numero discipulorum meorum. Posthæc Petrum respexi dolore et amore intrinsecus me moventibus. Et statim gallus cantavit, et recordatus est Petrus verbi quod dixeram ei, et egressus foras flevit amare, mente revolvens se esse quem ego prædixeram, ter me abnegaturum. Isthæc significant, o filia mea, eos qui mihi famulantur, criminibus suis me abnegare, veluti Petrus actitavit. Hi quoque sunt qui amore meo languere se ostendunt, inter quos præcipui inveniuntur sacris addicti, tam gravia scelera, qualia aliquando tibi ostendi, admittentes. O utinam qui Petri exemplo peccant et errantem sequuntur, pœnitentem sequerentur! Nam ego eis misereri polliceor. Sed heu corde obstinato, quod diabolus inhabitat, in ærumnis suorum peccatorum perdurant usque ad extremum halitum. At me cum oporteat justitiæ exercere vindictam, æterno supplicio deputantur, majoribus attriti tormentis quam ceteri. Sunt vero illorum cruciatus inexplicabiles, ceu aliquando te vidisse nosti meo imperio meque ostendente.

a

a Vide ... Baronium an. Chr. 34, nu. 74.

CAPUT IX.

De expositione morali Joannis nuntiantis beatissimæ Matri comprehensionem Christi.

Memorare itidem o filia mea, me ad columnam ligato, Joannem propere abiisse nuntiaturum Matri meæ, quæ mihi sæva contingebant. Nam cum fores appulisset ejusce domus, ubi tunc Mater mea et Magdalena morabantur, ostium percussit, strepitum dans ingentem, actus amore vehementi quo me prosequebatur. Venit Magdalena percutienti responsura, et dixit : O Joannes, ubinam, quæso, est Magister meus? Joannes vero præ doloris magnitudine lacrymas uberes pro voce dedit, minime responsum præstare valens. His, o filia mea, edocentur homines meo amore succendi Joannis exemplo : et meæ passionis audientes mysteria dolere et excruciari lacrymis profusis, ceu Joannem egisse intelligunt. Novi equidem neminem tanto dolore affici posse passionis meæ caritate, quanto Joannes et Magdalena doluerunt. At nec ipsi tantum doluissent, nisi hoc illis meo peculiari munere præstitissem. Sed opto omnes homines satagere ut corde affligantur ob passionis meæ venerationem veluti mihi compatientes : quod si vel sola lacrymula egerint, magnum aliquid se egisse arbitrentur : nulla etenim mortalium lingua exploratum efficere potest, quantum jucunditatis mihi, et quantum commodi illi afferat illa lacrymula.

Christi passio ... Christi

Vide Christo dolere

14 Dixit quoque Dominus : Mente tua non excidat, o filia mea, Joannem profectum ad Matrem meam dixisse : Filius tuus, o Domina, comprehensus fuit a Judæis et ligatus, ne tardes te regeneram, neve moreris, si ipsum videre cupis. His verbis erudiuntur homines, ubi crimina quodpiam se admisisse animadverterint, ne differant Sacerdoti me ac confessionis sacramento aperire, aut ... cum proposito quam citius ... Tunc mater mea respondit : Propere o Joannes, Hierusalem una concedamus.

Hi ac

AUCTORE ISIDORO ISOLANO.

Hujus verbi typo discant pariter impii statim a peccato resurgere. Verum ingressa Hierusalem Mater mea cum nox foret, vidit ignis lumen a longe in domo quapiam illucescere : eo concessit Mater, comperitque fabrum lignarium; hominem interrogat Mater dicens : Nostine ubinam forte sit Filius meus? Cui faber : Tuum ego ignoro natum; hoc vero exploratum habeo, Judæos virum quempiam apprehendisse, qui dicitur Jesus Nazarenus. Et hoc ligno *a* Crucis die illucescente configendus est. Tum mater exclamans dixit : O crux, quos in te cruciatus sustinebit filius meus! o crux quotiens in te morietur filius meus! Hærebat autem lingua Matris palato per singula verba. Posthæc Magdalenam Mater complexa dixit : Vide o Magdalena, cui cruci affigendus sit Magister tuus et filius meus. Hæc verba meæ genitricis reum mortalium criminum, talia exclamare ex toto corde hortantur : O Deus meus, ego profecto dignus sum, quem pro scelerum meorum sordibus interimas. Cum vero ad portas mortis corporeæ proximior fuerit, oret totis animi votis, dicens : O Deus bone, quænam post exitum mea sors futura est? Tametsi confessionis sacramento me mundaverim, ignoro tamen quæ mihi post fata succurrant.

a An hæc ita contigerint, haud liquet. Verisimile est Virginem Matrem si intra urbem eâ nocte non fuit, sed Bethaniæ diversata est a Joanne, et quo diverterit amicos alios habuisse, et quo res loco esset per Joannem cepit [illegible]. Crucem autem jam tum fabricatam consentaneum est Judæorum furori.

CAPUT X.

De expositione morali eorum quæ evenere in deductione Christi a prætorio Pilati usque ad montem Calvariæ.

Dixit etiam Dominus : Memor esto o filia mea, domum Pilati exiens quomodo maudito deducebar sævitia : factus enim eram opprobrium gentibus, et commotio capitis in populis. Me vero intuita Mater facie deformem non dignovit, quamobrem dixit Magdalenæ : Nostin o Magdalena quis sit filius meus et Magister tuus? Hoc verbo ostenditur, quod qui me inter mortales d[illegible] [illegible] studuerint, et ego illos in conspectu majestatis meæ nequaquam sum cogniturus. Et [illegible] cum Genitrix pientissima [illegible] rogatum fecit, ut quoniam me contingere nequibat præ multitudine populorum, et vicos Hierusalem ignoraret, deduceret eam compendio ad locum quo transiturus essem, indicat quemcumque mortalis criminis pondere pressum, mihi [illegible] futurum proximiorem. At ego genitricem intuitus [illegible] Adauxit in immensum dolores meos, o Genitrix, præsentia tua, docens quosque in confessione crimina celantes et sanctæ Eucharistiæ sacra sumentes indigne, homines quidem latere plerumque, sed me Deum nunquam, qui etiam crimina omnibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Calvariæ montem [illegible] inspectaret Mater [illegible] dixit : Heu o fili [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

CAPUT XI.

De expositione morali eorum quæ circa Christum evenerunt, posteaquam ad montem Calvariæ crucifigendus devenit.

Ait quoque Dominus : Posteaquam montem Calvariæ ascendi, Matre inspectante, quæ se a turba veluti paupercula mulier separaverat; impii milites sævæ mortis mihi pararunt supplicia. At mater undique flebilis et tristis dixit : Jam cor mihi et corpus omne ac vestes in tenebras convertuntur : et quis mihi tantæ obscuritatis modum dabit? Qui sermo tenebras peccantium signat. Sunt vero illæ tantæ cæcitatis, ut mortalium silentio potius quam verbis aperiri fas sit. Verum cum Judæi, qui me circumdabant instar canum, diros darent sonos me cruci affixuri, Matris pientissimæ animam gladius doloris pertransivit. In altum vero postquam cruci confixum elevarunt, Mater vehementissime cruciata dixit : Heu me, o fili mi, quem toties per vicos et plateas a turbis venerari intuita sum, nunc in aera turpissime elevatum conspicio! Cumque non haberem ubi caput reclinarem, subintulit : Non habes, o fili, ubi caput tuum reclines. Discant his verbis qui carnis delicias quæritant sæpius meditari me semper apprime laboravisse. In cruce vero quas sustinuerim angustias quis enarrabit? Enimvero morti proximior dixi Matri : Mulier ecce filius tuus. Et ex ipsa hora accepit Joannem in suum. Cui quamvis Reginam mundi se fore nosset, obtemperavit tamen, humili me obediens mihi semper existens. Hoc matris meæ exemplo qui magistratibus pollent, et ceteros antecunt dignitatibus, discant præsto adesse inferioribus, et si opus fuerit nonnunquam obsequi. Animadvertens denique pia Genitrix me spiritum Patri traditurum, complexa est crucem, in qua pendebam, iis affecta doloribus qui humano eloquio exprimi nequeunt.

CAPUT XII.

De expositione morali eorum quæ evenerunt circa Christum mortuum.

Posteaquam in cruce pendens Patri spiritum reddidi, venere plurimi milites furiis invecti, ac præcipue Longinus, qui lancea latus meum sævissime vulneravit. Sanguis vero pretiosissimus lancea decurrens manum militis attigit, qui continuo oculos deliniens, lumen oculorum quo carebat recepit, et mentis tenebras una depulit. En qui me duro afflixerat vulnere, in quem ego ipse pro suis criminibus vindictam exercere poteram, salute mentis et corporis sola mea pietate donatus est. His duo exemplis homines [illegible] [illegible] omni [illegible] se, bonum pro malo reddentes [illegible] [illegible] gratissimum est. Grandia quoque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] me præstolentur, quoniam præmia [illegible] ferent. Verum ubi pia Genitrix crudele vulnus mihi a Longino illatum conspexit, exanimis fere solo dilapsa est. Conspexit illa quoque eodem Joseph ab Arimathia venientem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], pariter accedit. Verebatur enim ne adversus corpus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ne timeas, o Domina, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Tum Virgo [illegible] flexit Deo Patri gratias referens, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Dixit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Arimathia, ubi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Heu! heu! [illegible] [illegible] [illegible] nimis

Longinus illuminatus.

nimis morte decessit. Quibus verbis et me diligere summopere se ostendit, et æmulatione multa fieri scelera, quibus plurimi æternæ damnationis sententiam subeunt, veluti aliquando me docente didicisti.

Depositio Christi de cruce

18 Verum Nicodemo crucem ascendente, et clavos, quibus configebar, eripiente, Joseph corpus meum sustinuit. At pia mater me indefessis oculis intuens, brachia protendebat, veluti me dilabentem suo gremio exceptura. Hæc o filia mea indicant, fas esse quemvis studio meditandæ meæ passionis quam attentissime incumbere, quibuslibet semotis cogitationibus, quæ animum divertere queant. Ea vero meditatio ignibus caritatis, exemplo Matris meæ, exardescat, nam qui multum diligit, valde dolet ob dilecti calamitates; et qui parum amat, haud multum torquetur. Sed cum ceterorum dolor meæ passionis gratia assumptus, Divæ Genitricis doloribus sit incomparabilis, satagant homines a negligentiæ somno excitari, ne pro accepto passionis meæ munere ingrati reperiantur; ego autem ampliora quam ipsi petierint eis donabo. Mihi enim admodum pergrati existunt, qui passioni meæ meditandæ accuratissime student. Ipse tandem e cruce depositus Matris genibus sum exceptus. Magdalena vero pedes meos rigante lacrymis, pia mater faciem meam uberiore lacrymarum copia diluit; post hæc exclamavit trina voce filium invocans. Tum singula Prophetarum oracula, quæ de me prænuntiarant, repetens, lugubri nimis sermone lamenta inexplicabilia dedit. Discant hoc exemplo pœnitentes super se flere nimis, et pro singulis criminibus tristes dare voces. Corda enim contrita nequaquam ego sperno, nedum ingenti amore prosequor.

Meditatio passionis

CAPUT XIII.

De expositione morali eorum quæ circa sepulturam Christi acta fuere.

Longiori oratione funus meum Matre prosequente, dixere Joannes et Joseph : Hora præsens nocti jam vicinior extat : quamobrem sine Mater flebilis tui nati ac præceptoris nostri aromatibus condire corpus in sepulturam. Respondit pientissima Genitrix : Cogitasne Joannes Filium sine matre sepulchro te posse tradere? Inter verba vero ejulatus imo pectore trahebat. Velo demum corpus meum circumtexit pia mater, suffragantibus qui aderant. Cum autem luminaria accensa circumspectaret, funeris venerandi gratia altius exclamavit. Enimvero cum ad monumentum venissent, expandit se mater super corpus meum, tristi nimis voce exclamans : Heu me! ubinam te o fili mi relinquo? Lacrymantibus vero qui aderant, dixit Joannes : Sine jam Mater corpus sepulchro locari, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies. Plurimi equidem tanto affectu terrena sequuntur, quanto mater mea meipsum. Aiunt corde et ore : Quibus nos hæc nostra terrena relinquimus? Temporalia tantummodo cogitant, animi felicitatem pessumdantes. Memorantur minime novissima, et quænam illis sit futura sors post cineres. Denique recedens a monumento Mater piissima lamentabili voce repetebat : Heu me! quomodo sine te, o fili mi, vitam ducere potero! Talia dicere errantes a via salutis convenit, et peccatorum sordibus involutos. Exclamet itaque errans a via salutis corde contrito, et voce tristi dicens : Heu me! quomodo sine divinæ gratiæ cælesti munere vivam? qui tot et tanta crimina admisi? Quid erit si subita morte præoccuper! Non tot admissis sceleribus anima mea æternis ignibus addicetur? Hæc ubi voce protulerint cordis, ne desperent, sed fide et amore in cælum erecti viscera misericordiæ meæ præstolentur. Sic gratiæ donum promereri poterunt, ac fideles in finem usque perseverare. Dixit itidem Dominus : Pia mater fidem semper inviolatam servavit, cui fides nulla mortalium comparari fas est. Quisquis igitur instar Divæ Genitricis fidem rerum divinarum usque in finem integerrimam custodiet, satagens mea jussa capessere, me animo volutans, affectusque componens, ille semper mecum est, et ego cum illo; ac divino circumventus lumine æternis tandem bonis potietur.

Auctore Isidoro Isolano

CAPUT XIV.

De expositione morali ostensæ ablutionis pedum ante institutionem Sacramenti Eucharistiæ.

Lotio pedum prius quam cœna Veronicæ ostensa

Toto anno cum inspectasset Veronica passionis Salvatoris singula mysteria, angebatur, ancepsque mente fluctuabat, cur Christum semper pedes abluentem discipulorum ante cœnam viderit; quando id postquam cœnavit Jesus factum fuisse Evangelistæ referant : quamobrem summum opificem sæpe Virgo precabatur, obsecrans hujusce rei nosse rationem. Quinto itaque Kalendas Octobris anni Dominici millesimi quadringentesimi nonagesimi, post sæva verbera ab dæmone illata Virgini, eidemque animo superas sedes tenenti reseravit Dominus plurima, quibus et corporis salutem et mentis ineffabilia percepit gaudia. Post hæc Veronica Dominum alloquitur in hæc verba : Cur, o mi Domine Deus, lotionem pedum ac cœnam tuam ultimam ordine præpostero juxta Evangelicæ veritatis irrefragabilem doctrinam mihi demonstrasti? Cui Dominus : Fateor, o filia mea, pedum lotionem paracta cœna me effecisse, quo Judas impius tantæ humilitatis operibus animadversis a cœpto scelere desisteret, ego enim illum pro arbitrio voluntatis actitare sinebam, quem noveram proditionis meæ intentum insidiis. Verum pœnitudinem negligens, quod conceperat obstinato animo executioni mandavit. Tibi autem ordine præpostero cœna et pedum lotio fuere ostensa, hocce mysterio, quod nunc tibi aperio : nempe qui ad divinæ Eucharistiæ sacramentum accedunt, utrumque hominem prius abluisse oportet, interiori enim exteriorique munditia fulgere debent. At plurimi turpitudine criminum inquinati ad corporis mei sacra percipienda proficiscuntur nullis conscientiæ stimulis agitati : quocirca magno scelere affecti delinquunt, ad sui damnationis perpetuæ occasionem. Hos ego libero arbitrio uti permiserim, veluti Judæ contigit. Hæc itaque ratio existit, hocve mysterium præposteræ ostensionis cœnæ pedumque lotionis.

CAPUT XV.

De expositione morali colorum vestium Christi.

Vestium colores Christi

Veronicæ spiritum aliquando ad Superos relaxanti Angelus Domini dixit : Memorare o filia, Christum Dominum vestes diversorum colorum gestantem te animadvertisse : nonnumquam etenim albis indutum, aliquando viridis, quandoque rubei, sæpe cærulei coloris veste indutum intuita es. Candida vestis mentis innocentiam et puritatem signat, qua homines fulgere debent in conspectu Domini, et hi præcipue qui sacris addicti sunt. Scito vero filia mea, puritate carentem, gratiam a Deo nunquam accepturum. Instabilia quidem sunt hominum corda, nec malos cogitatus effugere possunt : at satagendum est diligentibus mentis puritatem, ut malas cogitationes extinguant quamocius, corde dolentes se talibus affici. Caveant quoque cetera, quæ munditiæ mentis adversari solent : his e cæli munera dabuntur, quoniam quam gratissimi Deo existunt. Scito vero filia mea, plurimos in Ecclesia esse Prælatos, nedum religionum vinculis adstrictos, mentis puritatem

Quid candidæ vestes significent

haud magni facientes. Hi negotiis secularibus ac plerisque ad rem non spectantibus se implicant in proximorum scandalum et sui damnationem. Præstant hi materiam iniquis cogitationibus, et quas elidere in semine deberent, ampliori studio fovent : adibunt tandem tartareas domos, nisi conversi resipiscant.

22 Enimvero Christi indumenta viridis coloris auromicantia ac mortalibus inexplicabilis pulchritudinis, gloriam apud Superos indicant futuram, eorum qui voluntatis meæ jussa sequuntur, dum spiritus hos regit artus. Nemini quidem exploratum est an dignus sit odio vel amore. Si qui vero sunt, pauci reperiuntur, Deo sic volente, ut magis magisque homines crimina caveant, utque majori studio virtutibus nanciscendis incumbant, excolendæ menti animum applicent, et ingratitudinem pro acceptis a Deo beneficiis radicitus evellant. Hoc vivendi genus Deo immortali quam gratissimum existit, quod sectati fulgebunt apud Superos, veluti radiare vidisti ineffabilis pulchritudinis indumenta Christi viridia.

23 Dixit quoque Angelus Domini : Vestimenta rubricata indicant passionem, quam Christus mortali carne circumdatus pro humani generis redemptione subiit. Ceterum vestis cærulei coloris humilitatis typum gerit. Hanc qui possederit plurimis clarescit virtutibus, inter quas caritas et pax erunt, a quibus orandi sollicitudo claro fonte proveniet. Est Deo pergrata oratio; qua media mortalibus e cælo ineffabilia munera proveniunt. Sunt qui dicant, nos humiles esse nequimus, nisi Deus dederit. Vera equidem fatentur, sed hos vim sibi inferre oportet adversum semetipsos dimicantes, seipsos haud magni facientes, et humilibus semper consentientes.

CAPUT XVI.

De expositione morali vestium Sanctorum.

Dixit etiam Angelus Domini : Ego tibi, o filia mea, Sanctorum festivitates toto anno dilabentes ostendi, veluti apud Superos celebrantur. Sanctos quidem contemplata es his indutos vestibus, quibus mortales vestiebantur, ut intelligeres quis singulorum foret status, quæve beata conditio : at exploratum habeto, nulla veste indui supernæ Hierusalem cives, nisi gloriæ. Candida itaque Virginum indumenta, cum liliis quæ in manu gestabant, mundissimæ virginitatis gloriam significant. Palmæ, quas nonnullæ Virgines deferebant, martyrii coronam indicant. Ostendi quoque tibi majores Confessores a minoribus gloria separatos, Fratres pariter ex Ordine Minorum Divum Franciscum ducem sequentes, quorum alter altero præstabilior videbatur, intuita es in habitu sui ordinis; quo exploratum haberes, quis eorum mundum perfectius contempsisset, et seipsos. Conspicata pariter es sub Divo Patre Augustino militantes, qui varii quamquam extiterint habitus, suæ tamen religionis observatores fuerunt. Animadvertisti itidem Divum Dominicum cum suis sectatoribus ejusce religionis indutum habitu. Attendisti Divos Benedictum et Basilium in suarum religionum variis indumentis ut eos dignosceres in cælesti Hierusalem, habitu vitæ mortalis indice, sola enim divini muneris gratia apud Superos distant, non vestium quovis discrimine. Quamobrem decurso anni spatio quo singulas contemplata es Sanctorum celebritates, Superos talibus indutos minime conspexisti. Dixi igitur vestimenta Sanctorum beatitudinem eorumdem tibi demonstravisse. Cumque mysteria passionis Christi intuebaris aut beatissimæ Virginis Mariæ, tibi ostensa e gestis perinde atque tunc Hierosolymis acta fuere. Verum discolor ille vestium Christi Maximi superius explanata præseferebat. Deus enim immutabilis omnino est, nulli vestium aut cujusvis alterius rei mutationi subjectus. Repeto denique tibi unicum inter Superos esse gloriæ discrimen. Præcellunt vero Sanctorum beatitudines omnem tibi ostensæ dignitatis præclarissimam speciem.

LIBER SEPTIMUS.

De frequenti sumptione Divinæ Eucharistiæ.

PROŒMIUM.

Est divinæ Eucharistiæ Sacramentum supercæleste, suprema adorandum veneratione, assiduisque precibus prosequendum. Deus enim noster est, nos Angelico fovens edulio. Quamobrem post singula hujus libri capita *a* orationes more Catholico varias subscripsimus, gesta enarrata ampliori honore afficere totis animi votis peroptantes.

a *Has omisimus, ne libri moles frustra excresceat, cum nihil ad historiam faciant.*

CAPUT I.

De Sacramento Eucharistiæ promisso Veronicæ, peculiari Dei munere.

Hactenus maxima Dei dona, admiratione mediocri haud prosequenda, Veronicæ cælitus demissa explicare curavi; nunc vero multis inaudita seculis, et summa nostræ tempestatis miracula in sexu peracta femineo, certissima narratione aggredior. Anno itaque nonagesimo supra quadringentesimum et millesimum a natali Christiano, decima luce mensis Junii, qua die Corporis Christi solennia celebrabantur, Veronicam mente ad Superos raptam in hæc verba Christus est allocutus : Scito filia mea, futurum, ut Sacerdos, cujus gratia assiduas apud me preces effundis, servet portiunculam divinæ hostiæ præcipua mei corporis celebritate ab eo consecratæ tibi exhibendam, cumque ad eam accipiendam ierit, illam minime comperiet, quam latenter mea cælesti gratia operante percipies. Virginem extasi correptam Mater monasterii talia submurmurantem forte audivit, nam tanta dulcedine in mentis excessu Virgo indies facta sanctior trahebatur, ut nulla arte excitari posset. Erat illi mos multa tunc ore proferre, quibus interiori allocutione cum Jesu Salvatore Maximo et cum Regina mundi Maria, quæ secreta haberet, animadvertere licuisset. Condebant pectori nonnumquam dimidiata licet verba Sorores, nactæque tempora Virginem sciscitabantur. Faciebat plerumque Virgo satis interrogantibus, atque secretius cuncta reserabat. Aliquando quidem humili voce respondebat : Non sinit me Deus meus ea dicere. Grandia enim nimis vidi, quæ nullis unquam verbis a mortalibus explicari possent. Quamobrem annua solennitate Corporis Christi decurrente angebatur dolebatque, ne forte tale quodpiam perpessa, Sororibus palam fierent sua dona cælestia. Inde apud Christum immortalem in hæc verba sæpenumero conquerebatur : Cur, o Deus meus, me Sororum omnium minimam vis cognitam esse quam tanto munere donaveris.

CAPUT II.

De sumpta Eucharistia Angelo ministro.

Nocte sabbati *a* infra octavas Corporis Christi anni sequentis, Veronica Virgo post vigilias nocturnas in cella contemplationi vacans, rapta mente in cælestibus audivit vocem suave sonantem : Surge filia, et accipe dignum munus Sacramentum, quo te donaturus est Deus tuus. Tum Virgo vehementissime admirans,

ac

Hostiam e manu Angeli accipit.

ac divini ardoris flammis magis manisque succensa, ad sensus spiritum illico excivit. Undique lumine cælesti loco clarescente, conspexit Angelum Dei nive candidiorem sanctum Domini corpus dextra tenere; quod ubi Angelus ori Virginis apposuit, omnis illa visio evanuit. Hostia sumpta Virgo ad supernas delicias evolavit, rapta perdurans adusque solis ortum.

4 Illucescente die advenit Sacerdos, Sororum auditurus confessiones, servatumque Sacramentum divinæ Eucharistiæ pro more cœnobii eisdem traditurus. Enimvero cruciabatur Virgo, ne numero hostiarum deficiente, quod ab Angelo factum fuerat, a Sororibus intelligeretur. Rogabat autem Dominum in hæc verba : O mi Domine Deus, cui nihil impossibile existit, age tuo imperio ut integer numerus hostiarum inveniatur : quam mihi Angelus ministravit, tu illam tua potenti virtute numero ceterarum denuo adjunge. Facta securior post fusas preces, confessione prævia, cum reliquis Sororibus ad sumendum cæleste Sacramentum Virgo gaudens prodiit. Invento autem hostiarum integro numero, admirabunda, immortales summo opifici gratias egit. Duobus annis Confessor cœnobiique Mater præclarum hoc facinus dignoscentes secreto pectori servaverunt. Talia divinitus gesta, Dei jussa Virgo persolvens, nota cuipiam nisi Dei voluntate, faciebat. Hæc Divi Barnabæ festo evenerunt anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Numerus hostiarum postea integer miraculose reperitur.

a *Non intra octavas Corporis Christi id potest contigisse, sed primo sabbato post octavas. Nam Pascha eo anno incidit in 3 Aprilis, festum Corporis Christi in 2 Junii, octavæ in 9 festum S. Barnabæ quod undecimo peragitur, in sabbatum.*

CAPUT III.

De sumpta Eucharistia manu Salvatoris.

Post octavas Corporis Christi, nocte sequentis illico feriæ sextæ anni millesimi quadringentesimi nonagesimi tertii, Virginem Veronicam in cælesti Hierusalem vacantem Angelus Dei alloquitur dicens : Filia, significato Sacerdoti ut portionem sacratæ hostiæ tibi servet; statuerat enim Sacerdos Sororibus ægris divini Sacramenti partes omnes eo die distribuere. Virgo ad sensus rediens Angelicum mandatum Matre monasterii significante Sacerdoti retulit. Paruit Sacerdos, arbitratus, quod more Virginis singulis sabbatis sanctum Domini corpus sumere consuetæ proxima die servatam portionem eidem daret. Admirabatur etiam atque etiam futuri eventus ignara Virgo nova Angeli jussa. Nocte itaque labentis sabbati in cella existens Veronica, ad supernos rapitur choros, audivitque Angelum dicentem sibi : Surge filia et ecclesiam ingrediens sanctum Domini corpus ea veneratione prosequere, qua consuevisti cum ad communionem accedere te contigit. Post secundam vero genuflexionem intuebere splendidissimam nubem tibi obviantem, et quid hæc portendant scies postea. Tertia genuflexione peracta quæ conspicies memori pectore serva. His dictis Virgo ad sensus regressa obstupuit, Angelica verba animo pervolvens. Tum Veronica repente surgens, ecclesiam versus iter arripuit, talia verba veluti submurmurans : Quidnam rogo, caussæ est, o Deus et Domine mi amantissime, qua me intempestæ noctis silentio ecclesiam ingredi cogis? At ubi Virgo templum introivit, duos ardentes cereos conspexit, alterum in altari, alterum candelabro cuipiam solo manenti affixum. Mos erat Sororibus eos accendere cereos pro veneratione Corporis Christi, verum gemina genuflexione peracta calicem Eucharistiam continentem, aperto loci reservationis ostiolo, in altari reponi nullo penitus deferente inspectat. Tertio inclinata cum genua flectere incipit, tanto splendore nebulam coruscantem conspexit, ut semividens efficeretur, atque ejusce nebulæ fulgoribus oculos nusquam divertere posset. Est deinde intuita e calice hostiam in patena reponi, et velum, quo calix operiebatur, extendi; tum Angelos splendidissimas vestes varii coloris indutos, cælestique harmonia alternatim concinentes, et videns et audiens genu flexit tertio. Surgens vero sancto Domini corpori obviavit, evolantem enim ad os divinam hostiam animadvertit. Nec mora : novi concentus vocibus concordes Angelicis inenarrabili suavitate illico personare cœperunt. Egressa est autem e nube clara vox Latino sermone suave nimis ac dulciter dicens : Accipe corpus meum o filia mea : tum materno eloquio subintulit : Ego ille sum, in quem semper credidisti. Fatebatur Virgo ineffabilibus se affectam gaudiis vocem Dei concentibus mixtam Angelicis audiens, quibus etiam millies animam exhalasset, nedum corpus humanum, Deo peculiari munere non conservante, tanta taliaque sustinere potuisset, quæ Virgo cælestis oculis auribusque corporeis tunc percepit. O inæstimabilis dilectio caritatis! ut virginem consolareris corpus tuum manu propria ei concedere dignatus es. O pientissimum Deum! o munera mortalibus incognita malis! o Virginem Angelicam, quæ vivens humanitus cælestibus gaudiis interesse meruit divinitus!

Angelico monitu nocte templum adit.

Auctore Isidoro Isolano

Ab ipso Christo Eucharistiam accipit.

6 Erat moris huic Virgini, antequam sacramentum Eucharistiæ deglutiret, in secretiori loco secedere, quoniam pectori dilapsa a corruptibilibus abstrahebatur animus ejus, horrebatque rapta videri a Sororibus : quocirca sacra mysteria in ore persentiens tanta velocitate cellam adiit ut momento spatium illud peregerit, arbitrata nec se terram, nec quas ascenderat scalas contigisse. Cellam ingressa tertiam noctis horam campana personante esse cognovit. Necdum Eucharistiam Virgo deglutierat : quo peracto a sensibus segregata ad solis ortum perduravit. Asseruit Veronica se abeunte nubem candidissimam Angelis circumseptam, quam diximus, in templo perseveravisse. O Veronicam Virginem incomparabilem, quæ Abacuc in ictu oculi per longa spatia delati miraculum experta est! O cælestem Christi Maximi sponsam, quæ Catharinæ Senensis gloriam admirabili Dei immortalis Jesu Christi familiaritate attigisse videtur! o mentem Deo gratissimam, quæ manu Salvatoris Eucharistiam percipiens Divo Dionysio par munus obtinuit.

Celerrime ad cellam redit.

CAPUT IV.

De manifestatione prædictorum.

Virgo cælestis Veronica ejusce, quem diximus, eventus mysterio cogitabunda nimium nimiumque effecta, obstupescebat Deum immortalem se abjectam ac vilem tanto munere affecisse. Quamobrem a Matre monasterii interrogata, jussaque arcanum cordis aperire, rem gestam enarravit, universa sincera fide reserans. Aiebat quoque dolens : Satis superque vereor, ne sacræ pars hostiæ in calice desit, verum fiduciam habens in Domino, cui hostiæ portionem calici restituere difficile non est, teste periculo superiore, confessione peracta ad suscipiendum sanctum Domini corpus pro more ea die sabbati ante Sacerdotem venit, tum Sacerdos sacras indutus vestes armarioli, in quo Eucharistiam pridie condiderat, aperto ostiolo calicem intuetur; in cujus patenæ medio velum quod extensum illi imposuerat complicatum invenit. Admiratus Sacerdos quod calicem contrectasse, se dempto, neminem arbitraretur, ad medium altaris vas sacrum defert at divinam hostiam minime reperiens tanto timore ac tremore concutitur, ut vix subsistere potuerit. Virginem vero intuitus, extasi correptam dignovit. Sacris autem relictis mœstus abibat, ni monasterii Mater eidem rem gestam exposuisset : quapropter stupore affectus, tantum negotium Reverendissimo Archipræsuli Mediolanensi exposuit; quod audiens Pastor

Cuncta aperit Matri monasterii.

[illegible] defertur ad Episcopum.

Pastor lacrymas emisit, animadvertens viscera misericordiæ Dei in Virgine talia tantaque perfecisse; neque Deum esse personarum acceptorem, sed in quoscumque fideles servos et ancillas etiam nobilitate honoribusque carentes sua munera cælitus effundere. Enimvero humilis Veronica dolebat rem hanc palam effectam fuisse. Aiebat quoque sua inconsideratione actum ut portiuncula hostiæ divinitus suo loco reddita non fuisset, oratione nempe arbitrabatur id potuisse assequi.

CAPUT V.

De Sacerdote mandante Virgini ut præfata gesta aperiret.

Cupiens Virginis Confessor gestum ab Veronica intelligere, illam sciscitatur, quæ satis imperio jubentis faciens subintulit : Nuper ad Superos tracta cum Salvatore et Domino Deo nostro Jesu Christo conquesta sum, cur me vilem nimis et inter Sorores novissimam placuerit suæ divinitati notam efficere, quam tali tantoque munere donavisset. Respondit mihi Deus meus, verba quæ vult me secretius custodire, ait deinceps : Scito filia mea, me hac de caussa velum super calice complicatum reliquisse, ut Sacerdos intelligeret illic non adesse sacram hostiam. Tum congregatis in unum Sororibus Sacerdos præclarum facinus exposuit, exhortans eas ad juste sancteque vivendum, habendasque gratias summo opifici, qui tantæ sanctitudinis Virginem in suo monasterio collocavisset. Thesaurus enim fuit incomparabilis, quo si usæ fuerint, participes fient amicitiæ Dei. Mandavit insuper Sororibus, Veronica rogante, ne id cuiquam dicerent, donec diem clausisset extremum : nam Virgo humilis a Christo id petierat, seque voti compotem arbitrabatur asserebatque. In ea siquidem extasi, qua post Sacerdotem hostiam non invenientem sensibus exilivit, talia rogantem Virginem Mater monasterii audivit, ac plurima de rebus altissimis verba, ceteris Sororibus ea hora prandentibus. Verum Sacerdos dona Virginis Veronicæ, omni humana cogitatione altiora, mente animove pervolvens verebatur nonnumquam diaboli versutia ea fieri. Quod Virginem Deo propalante non latuit, dixitque Veronicæ Deus : Tempus aderit, quo ambiguitatem omnem Confessor tuus missam faciens, a me isthæc fieri firmissime credet. Neque vero hoc ancipiti animo usque adhuc crimen aliquod admisit.

CAPUT VI.

De quadam revelatione Angelica.

Post tertiam diem a sumpto dextera Christi sacramento, Angelus Domini Virginem sensibus egressam alloquitur, dicens : Scito filia mea, divina verba, quæ ex nube candidissima prodeuntia audisti, videlicet : Ego ille sum, in quem semper credidisti, Deum tibi materno protulisse eloquio ut intelligeres Deum esse, non Angelum, a quo sacra mysteria perceperas. Intelige pariter o filia mea, id genus afflictionis, tremoris et timoris Sacerdotem Deo volente sustinuisse sacra hostia non inventa, quod aliquando incredulus extiterit, ambigens ea quæ in te expertus est mirabilia a Deo esse. Dixit quoque Angelus Domini : Velum, quod extensum intuita es, ingenti est veneratione servandum. Ceteri vero custodiendi quidem, sed minori reverentia. Hæc autem, o filia, ex parte Dei omnipotentis tibi significaverim.

CAPUT VII.

De collocutione inter Deum et Veronicam.

Cum subinde tempus Virginis Veronicæ animus ad divinas res deditus fuisset, Deum secum loquentem ita allocuta est : Quidnam caussa est, o mi Domine Deus, quod me vilem et ineptam ancillulam tuam, pro manifestatione superni muneris sola tua pietate accepti eo rubore perfuderis, quo inter Sorores conversari non ausim? Mente etenim revolvo meam exilitatem, nullamque virtutem, dein me cognitam, cui tantum munus concesseris. O Deus meus, quænam, quæso, hujusce meæ confusionis exstitit ratio? Nosti equidem amantissime Deus, quæ ipsa agere institueram, ne mysterium supremum quod in me virtutibus carente operari dignatus es notum efficeretur. Vereor profecto ne me cœcam tunc effeceris, nihil agere aut loqui valentem, quamobrem confusa perstiti meis peccatis exigentibus. Tum Virgini Deus talia respondit : Cur, o filia mea, hac de re confunderis? Recolito me tibi dixisse homines mea dona cognituros cum voluero. Intellige filia mea, me fuisse qui mentem ac memoriam tibi subripui, ne forte quæ cogitaveras expleres. Mihi nempe placet voloque grande mysterium gentibus manifestari : non hæc tua laus, sed mea omnis existit. Quamobrem tu ac quicumque talia animadverterint, meo nomini laudem tribuant non tibi. Ego enim Deus immortalis meis dono muneribus quos mihi delegi, non eorum meritis, verum mea sola bonitate. Quocirca pro mei gloria tibi præcipio, o filia mea, quo satagas quæ tibi evenere quando manu mea sacram desumpsisti Eucharistiam litteris demandari, quatenus post obitum tuum plurimis exploratum fiat, me Deum omnipotentem, altum illud mysterium in te operatum fuisse, meo solo munere, et ad mei, non tui ipsius laudem. Quapropter humilis virgo divina jussa capessens ardua licet viderentur, nactaque tempus Sororem Benedictam, cujus supra meminimus, evocat, rogatque rem gestam omnem conscribere, ac singula divina et Angelica verba ad Dei omnipotentis laudem perpetuumque honorem.

Conqueritur blande cum Deo quod se notam reddiderit.

Curat hæc, Christo jubente, conscribi.

CAPUT VIII.

De accepta sæpenumero divinitus sacra Eucharistia.

Optabat summopere Virgo Veronica, contemplationis alumna, sacra corporis Christi mysteria percipere, atque præsertim die Dominico, ut desiderio Superum ardens, juncta Dei filio, magis magisque cor ejus incenderetur. Verum ne Sororibus materiam præberet cogitandi, quod ceteras bonitate præstaret, effugiensque singularitate notari, nemini vota sua exponebat, neque ad Eucharistiam sumendam accedere instituerat, nisi cum reliquæ Sorores pro suæ religionis more illam desumerent in festis solennibus. Torquebatur autem vehementissime Virgo tali tantoque succensa desiderio. Ea tempestate quotiens Missarum intererat solennis, ardens desiderio sacra mysteria sumendi, ea solatia experiebatur quæ sacramentum reipsa sumens experiri consueverat. Quocirca Deus immortalis crescente Virginis affectu, cælitus illi et latenter sacram Eucharistiam propinabat in hunc modum, nam portiunculam divisæ hostiæ a Sacerdote intuebatur Virgo fenestram chori subintrantem, et in os ejus volitantem; qua desumpta, ut plurimum ad sidereas sedes evolabat. Videbant quidem Sorores Virginem sensibus egressam, rei vero caussam ignorabant. At hic modus sumendi divinam Eucharistiam tota fere virginis ætate dum vixit, perseveravit, ac præcipue Sacerdote Thadæo Missam agente, eoque numquam animadvertente hostiæ defectum. Innotuit vero divinum hoc facinus Sorore Thadæa, cujus jam sæpe meminimus, aperiente post Veronicæ extrema fata. Verumenimvero satis divino imperio, quo nil sanctius nihilque melius esse arbitrabatur, tandem faciens, statuit divina mysteria

mysteria publice frequentare, atque illis diebus quos peculiari Dei præcepto delegerat. Audiere etiam Sorores Virginem extasi correptam talia nonnumquam proloquentem : O mi Domine Deus, qua, quæso, die me jubes tui corporis mysteria reipsa percipere? Tum parumper conticens, veluti divinum præstolata responsum, diem a Salvatore statutum voce repetebat. Deo itidem prius mandante diem noverat sæpius sumendæ Eucharistiæ, nam talia voce promebat rapta ad Superos : Tuæ igitur beneplacitum est voluntati eo die tui corporis me sacra percipere.

Quæ peccata confitenda, a Christo edocetur

12 Denique diva Virgo Veronica tantum perfectionis gradum conscendit, ut numquam Sacerdoti confiteretur nisi prius edocta fuisset a Salvatore quotiens et quomodo defecisset. Raptam vero Virginem plerumque audiere Sorores dicentem : O amantissime Deus meus, nosti me hodie ad Sacramenta confessionis et Eucharistiæ accessuram, quocirca te rogaverim ut mihi significare digneris, in quibus tibi peccaverim, quæ dicere Confessori debeam. O seculis multis inauditum profecto miraculum ! Numquam peccatum quodpiam confitebatur Virgo, nisi id primum Deo revelante didicisset, ac confitendi modum.

CAPUT IX.

De abstinentia ejus in die communionis, et de sumptione quadam divinæ Eucharistiæ.

Die communionis semper jejunat

Thadæa, quæ Dei imperio a secretis Veronicæ erat, sæpius asseruit Veronicam Virginem cibum nullum sumere consuevisse eo die quo Dominicum corpus desumpsisset. Quamquam prandio cum ceteris interesset, jejuna tamen perdurabat, Sororibus id non advertentibus : sola Thadæa Virginis conscia isthæc attendebat. Veniens quoque Sacerdos plerumque ministrandæ Eucharistiæ gratia, Virgini nequibat, Veronicæ animo ad Superos delato. Cui Salvator ipse abeunte Sacerdote proprii corporis mysteria propinabat. Hunc modum sumendi divinam Eucharistiam Virgo Veronica communionis spiritualis nomine prosequebatur. Hæc Thadæa a secretis Veronicæ verbo et scripto aperuit, posteaquam Virgo diem clausit extremum

CAPUT X.

De visis mirabilibus circa mysteria sacra, ac cognitis ab ea mentium occultis.

Videt in hostiæ elevatione infantem in altari

Sub idem tempus quotiens sacra mysteria Sacerdoti peragenti aderat, in hostiæ elevatione intuebatur Veronica oculis corporeis minime rapta infantem parvulum eximiæ pulchritudinis, Angelis circumseptum. Super calice vero admiranda quædam videbat et magni splendoris, quo numquam clarius discrevit, quidnam foret, quod tanto circumdatum lumine admiraretur. Perseverabat autem omnis isthæc visio sancto Sacramento in altari perdurante.

Videt Sororum communicantium devotionem.

15 Enimvero Sororibus sacra mysteria sumentibus, donatum est Veronicæ cælitus nosse earumdem mentes, quæve majori gratia, et quæ minori ad sanctum Domini corpus accederent. Inspectabat etiam geminos Angelos thura dantes sacris adusque completam communionem, grandem pariter sanctorum Angelorum numerum Sacerdoti assistentium, et se peculiariter comitantium attendebat. Plurima denique missa faciens unum haud tacuerim admiratione dignissimum : nam celebrantem una dierum quempiam Sacerdotem Veronica superno lumine illustrata dignovit indigne sacra peragere, utpote reum mortalis criminis : odio enim proximi mente laborabat. At evocatum ad se Sacerdotem Virgo monuit divino jussu, ne in posterum ad divina mysteria accederet nisi primum proximo reconciliaretur. O Veronicæ mentem Angelicam ! o Virginis pectus, divinum profecto armariolum ! o felicem nimium nimiumque cælestem Virginis Veronicæ animum, qui mortali corpore circumdatus, divina mysteria oculis corporeis et videre meruit et contemplari !

Auctore Isidoro Isolano.

LIBER OCTAVUS.

De transitu et miraculis Veronicæ Virginis.

PROŒMIUM.

Quotiens providentissima Dei majestas, quæ pro suo imperio universi temperat actiones, quodpiam supra naturæ jura perficit, id miraculum proprio nomine prosequi sacra dogmata consueverunt. Nam labentis solis orbem detinere, maris undas ad parietis instar constituere, manna Patribus pluere annis quadraginta, urbis mœnia tubarum clangoribus solo æquare, mortuos ad vitam revocare, ægrotis salutem continuo reddere, solius Dei immortalis opus censetur. Neque enim creatura quæpiam talia in universo agere potis existit, nisi divino quodam munere peculiari donetur, quo Dei instrumentum fiat. Verum pro veritate astruenda, quæ mortalium mentes superet, Deum immortalem miracula operari non ambigimus. Quamobrem Christus Maximus, Apostoli, innumerusque Sanctorum exercitus, fidem orthodoxam miraculis comprobarunt. Qui mortales quoque immortali dignam laude vitam ducunt, eorumdem sæpenumero precibus miracula perpetrantur. Talibus nempe operibus humanarum mentium de cujuspiam sanctitudine dubitantium ambiguitas certa redditur. Hinc Virginis Veronicæ meritis, postquam sidereas domos adepta est, miracula Deum effecisse credimus. Quisquis igitur admirabundus Veronicæ maxima dona haud in magno discrimine posuerit, miracula, quæ hoc ultimo libro scribere instituimus, perlegat, meditetur, veridicæque hominum assertioni hærens sub Veronicæ magnis tropæis animo captivum se sponte præbeat.

Cur a Deo miracula fiant

CAPUT I.

De morte ejus.

Diem obiit extremum Veronica Virgo cælestibus præclara moribus, anno vitæ suæ quinquagesimo secundo, a suscepto vero sanctæ religionis habitu trigesimo. Nam Idibus Januariis anni a Salvatoris ortu nonagesimi septimi supra millesimum et quadringentesimum, posteaquam febre ac variis ægritudinibus lecto decubuit sex mensium spatio, spiritum Deo reddidit. Horam diemque exitus palam fecit Confessori ante quintum diem futurum feria sexta, hora Completorii. Verum cum morti propior Virgo foret, Sacerdos qui Virgini præsto aderat simulans se abiturum, a Veronica dimissionem petiit, qua non annuente Completorii campana personuit. Jamque faciem Virgo in diversa mutaverat, et altero signo campanæ perstrepente spiritum exalans ad cælestem remisit patriam, animi quietem corpore præseferente. Nam veluti sopore suavissimo obdormiens vale mortalibus rebus fecit. Dixit vero Sacerdos adstantibus Sororibus : Hæc est hora, qua se mundum relicturam Veronica mihi ante quintum diem patefecit. Hocce secretum apud me latere volui, exploraturus an ita futurum esset, quamobrem recessurum me fingebam. En, o Sorores, isthæc nunc intelligite ob venerationem tantæ Virginis, quæ nunc mortalia deseruit. Cum talia multa de Virgine in medium deduxisset Sacerdos, in gemitus ac lacrymas cunctæ Sorores eruperunt. Verum cum ex more cadaver ablueretur, albescere nimis ex omni parte visum est. Hoc profecto ingenti admiratione dignum existit, quando

Diem et horam sui mortis prædicit Veronica

Moritur

A morte candidior

Virgo dum viveret subobscuri coloris fuerit, facies quoque novum induit decorem. Aqua vero lotionis a Sororibus quibusdam servata nonnullis salutem contulit.

CAPUT II.

De celebrato funere.

Corpus ejus honoratur a populo

Delatum Virginis corpus in sacras ædes, innumera populi multitudo concurrens veneratura convenit: quocirca adusque quintum diem insepultum jacuit. Mediolanensium Archiepiscopus æger Vicarium primo misit, qui Virginis corpus inviseret, deinde funus indicens primarios templi majoris Sacerdotes, ut tantæ Virginis cadaver post populorum visitationem sepulchro honorificentius traderetur, convocaret. Duravit ad quintum usque diem populi visitantis Veronicæ corpus concursus: aderat siquidem crepusculo cujusque diei, quo insepultum jacuit, turba grandis ante virgineum corpus, haud secus quam Sanctorum reliquias adorans. Vespere autem vix ecclesiæ valvæ occludi poterant turba premente: plerique vero beneficia cælestia accepisse se prædicabant. Quinta tandem die a Virginis obitu, venerabilibus prius procuratis exequiis, sepulchro traditum fuit corpus incorruptum, palpabileque veluti viventium corpora perdurant.

Sepelitur

CAPUT III.

De moto divinitus brachio, cum in feretro cadaver ejus jaceret.

Nocte, quæ diem sepulchri Virginei præcessit, affuere Mater cœnobii ejusque Vicaria ac Sorores nonnullæ, una cum nobili matrona Mediolanensi Antonia de Stampis, admirantes in Virginis cadavere novam pulchritudinem veluti per singulos dies au[c]tam; obstupescebant roseam faciem rubore perfusam, manuum venustatem, unguium rubedinem, et totius corporis decorem cælestem. Verumenimvero dum admirarentur Virginis cadaver, manum sinistram elevat altius, primumque pectori superponit, deinde in modum crucis dexteræ sinistram jungit. Extimuere quæ aderant mulieres, ac præcipue Vicaria, quæ corpori proximior erat. Datum forte fortuna fuerat munere peculiari quatuor nobilibus viris admodumque honestis, ut ea nocte in ecclesia anteriori pernoctarent, quibus etiam apertum fuit ostiolum, quo ex Sacerdotis manu divinam Eucharistiam percipere Sororibus mos erat. Hi testes hocce admirabile facinus multis prædicarunt, asseverantes pariter unguium immutatum colorem oculo tenus se contemplatos fuisse. Quidnam vero talia portenderent Sorores nunquam satis intellexere. At si a Virgine acceptam a Christo gloriam apud Superos talia præsignasse asseruerimus, paria veterum hujuscemodi miraculorum dogmata fidemque astruemus.

CAPUT IV.

De miraculis quæ evenere quamdiu corpus insepultum jacuit.

Laboraverat vivente Veronica Soror quædam, nomine Dar[illegible], nondum religionem professa, ingenti [illegible] dolore, gravique [illegible] tumore: hæc ubi corpus virgineum fide plena contigit, incolumitatis donum accepit.

6 Mulier quædam habens vittam sex mensium spatio nervorum [illegible] dolore ægrotantem, Veronicam, quam nuper defunctam populi tumultu [illegible], [illegible] pro [illegible] salute [illegible] nocte sequenti [illegible] quod tamen eidem [illegible] Mulier [illegible] exclamans corpus Virginis [illegible] cunctis qui aderant patefecit. Vir autem de die in diem convalescens omnimodæ sospitatis munus accepit.

7 Christophorus ex Laudensium stirpe Mediolanensis civis, humeri vehementi dolore afflictus, socio quopiam comite accessit ad Virginis funus, precaturus Deum ut Veronicæ meritis sanitatem sibi impertiret. Verum cum templum turba populorum premente non nisi difficulter ingredi posset, ait socius: Cur, quæso, huc advenisti? Cui Christophorus? Ut pro salute, inquit, mea Virginem hanc deprecarer. Irrisit ille hominis votum, dicens: Admiror vehementer tui itineris ad hunc locum causam hanc extitisse, quando Sanctis relictis, quos approbante Ecclesia merito exorare vales, ad incognitam mulierem accesseris. Vix ille verba compleverat, et Christophorus illico incolumem se esse animadvertens, in socium virgineæ sanctitati detrahentem subito irrupit. Quamobrem inter populum tumultus exortus est.

8 Diebus funeris Virginis Veronicæ, hospitatæ in cœnobio Divæ Marthæ duæ Sorores monasterii Annuntiationis ejusce religionis, urbisque Terdonensis demorabantur: altera, cui nomen Honorata erat, tumorem tibiæ incidit, cujus dolore a negotiis, quorum gratia Mediolanum concesserat, impediebatur. Hæc magno licet labore sacram ædem adiit, manumque virgineam fide plena ac supplex rogans contigit; quo peracto stratum repetit, hincque orta tumefactione ac dolore deficientibus, illius febris vestigia nulla persensit.

9 Arcis Mediolanensis custos filiam habebat febre continua diu laborantem, quæ nullis medicorum suffragiis quoquo modo curari poterat: audiens illa Veronicam diem obiisse, populumque ad eam venerandam concurrentem, votum maxima fide concepit, vovitque se vestem sericam templo Divæ Marthæ donaturam, si precibus Virginis incolumis redderetur: addidit quoque Missam solennem in præfato templo ut statuto die Sacerdotes decantent se effecturam. Non abiere vacuæ illius preces; continuo quippe liberata est. Laborabat quoque humore e tibia manante eadem femina, quæ febre sanata humore paullatim exsiccato rectam valetudinem ad plenum assecuta est.

10 Mulier quædam tertii ordinis Divi Francisci, nomine Jacobina de Oligio, anhelitus difficultate plurimum vexata, audiens populi catervas ad vota Virginis properantes, iter arripuit versus sacras ædes Divæ Marthæ; quas ubi magnopere laborans attigit, vovit Deo se cereum eidem templo oblaturam, palamque effecturam miraculum, si Virginis precibus sanitatem consequeretur: voto peracto domum sospes regressa, rem deinde Sororibus Divæ Marthæ aperuit.

11 Caruerat multo tempore usu brachii, angebaturque vehementer illius dolore, mulier quædam, nomine Mafiola de Glusiano; quæ corpus Virginis venerata, brachium ægrum ejus manui junxit: persensit illico ægritudinis solatium, et sequenti nocte incolumem se animadvertens eo morbo amplius minime laboravit.

12 Duo nobiles Mediolanenses germani, simultatibus inter se ortis, statuere quodam die gladiis mutuo inter se congredi, alterque alteri mortem intentabat. Nemo erat, qui ab hoc fraternæ cædis proposito illos revocare posset: verum eorumdem soror, nomine Lucia [illegible], ante Veronicæ corpus talia ad beatissimam Matrem Dei se vertens oravit, dicens: O pientissima errantium mater te obsecraverim, si virginis Veronicæ ea est gratia in conspectu Filii tui, qualem esse concursus hujus populi docet, averte, quæso, a fratribus meis impia quæ præcogitarunt fata, atque inter illos veram pacem componito. Mira res! fratrum corda ita ad invicem convenere, ut

ut sequenti die cibum una caperent; veniam alter ab altero petiit, obtinuitque : in mutuos vero amplexus prorumpentes germani veræ pacis signa dedere, atque eadem die, qua mortem sibi uterque intentaverat. Hæc a Luchina præfata accepimus, quæ munus aliud a Deo se accepisse asseruit precibus virginis Veronicæ, quod minime aperire voluit.

13 Paupercula quædam mulier vehementi capitis dolore laborans, cum corpus Virginis propter adstantium multitudinem contingere nequiret, panniculum projecit, quo tempora cingens salutem statim accepit. Panniculum vero extunc tanti fecit mulier, ut præstantissimis feminis illum apud se habere rogantibus, numquam annuerit. Verebatur enim ne amplius is sibi restitueretur.

14 Cum a Sacerdotibus virgineum corpus sepulchro foret tradendum, et capsæ ligneæ jam esset impositum, adstantibus Sororibus cunctis, Soror quædam, nomine Marcella, vehementi dolore dentium vexata, digitos Virginis dentibus suis apposuit, statimque dolor omnis abscessit, et fide non vacua salutem percepit. Hæc quidem insepulto Virginis corpore evenere miracula. Credimus quoque ampliora tunc contigisse, quæ miræ ingratitudinis oblivione perierunt.

CAPUT V.

De miraculis quæ evenere post corpus sepultum.

Trigesimo die ab obitu Virginis apertum fuit mausoleum, in quo corpus conditum fuerat, quod ex omni parte incorruptum Sorores cunctæ viderunt. Torquebatur vero magno stomachi dolore Daria, cujus in superiori capite meminimus, quæ manum virginis stomacho apponens, plenam salutem statim promeruit. Ea quoque ægritudine deinceps numquam Daria vexata fuit.

16 Comitis Borelæ uxor, matrona præstans, Veronicam rogavit pro viri incolumitate, longiori febre laborantis, qui continuo e strato surrexit, et equum ascendens domo recessit. Matrona vero satis voto factura Missas quinque celebrari curavit, imaginemque Virginis ad illius sepulchrum depingi.

17 Nobilis mulieris Elisabeth de Crotis filius, repentino morbo loquendi usum amiserat, cujus mors cum prope videretur, rogavit mulier Veronicam, quo suis meritis filio loquendi vis redderetur, ut moriturus confiteri sua crimina posset. Voto emisso natus loquitur, et post confessionis sacramentum plenam tandem salutem de die in diem convalescens promeruit. In ejus rei fidem Elisabeth ceream imaginem virgineo affixit sepulchro.

18 Blancha Lucia magnifici cujusdam Comitis filia, uxorque Gasparis Stanghæ, viri nobilis, numquam sanctitudini Veronicæ fidem adhibuit: quæ cum sæpenumero humeri dolore vexata fuisset, evenit ut in templo Divæ Marthæ vesperas audiens, eodem dolore torqueretur, elevans vero oculos ad sepulchrum Veronicæ oravit, dicens: Numquam ego quidem, o Veronica, his quæ de te feruntur fidem adhibui, quod si tuis precibus dolore, quo etiam nunc premor liberaverit me Dominus, cunctis quæ de te fama hominum prædicat, fidem præstabo. Mox autem dolor ille recessit : quo in posterum minime laboravit. Eadem quoque femina Veronicæ precibus a capitis dolore febreque ad plenum convaluit. Testabatur deinceps cunctis se corde assentire, quæ de Virginis Veronicæ sanctitudine ferebantur : quamobrem ceream imaginem ejus tumulo appendi curavit.

19 Pauperis cujusdam mulieris germanus, longa nimis ægritudine torquebatur; qui cum sæpenumero exhortatus fuisset ut crimina sua confiteretur; nec aliquando annuisset, loquendi more tandem privatur : excruciabatur soror vehementissime, timens ne humana impœnitens frater relinqueret. Quocirca Veronicæ vovit mulier, si fratri loquela redderetur, qua crimina confiteri posset, cereolum sepulchro ejus se oblaturam. Continuo vero vir ille locutus est, summaque diligentia peccata confitens propediem corporis salutem superfluens munus accepit. Facinus hoc mulier multis aperuit ob venerationem Virginis Veronicæ.

20 Blancha conjux Laurentii Marcellini, nobilis Mediolanensis, filiam impubem habebat morbo cicatricum plurium humorem stillantium laborantem, cumque genæ, manibus pedibusque eædem ei atrices hærerent, mortem natæ pia quamquam mater optabat, verebatur enim ne membrorum officiis filia privaretur. Verum ad Veronicæ suffragia mater confugiens plenam incolumitatem filiæ tandem promeruit, nam voto emisso paulatim convalescens sanctitudinis Veronicæ fidem astruxit.

CAPUT VI.

De quodam puero sanato a vulnere manus.

Millesimo quingentesimo decimo septimo, quartodecimo Kalendas Februarii, Camillus Falco, Magistri Dominici filius, scholarum quondam Domini Thomæ Crassi rectoris et generalis, hora vigesima cum apud patrem ante ignem staret legens Veronicæ gesta, accepto cultello manum sinistram perforavit, ita ut pars cultelli summa ex parte extaret. Ad cujus periculi magni dolorem et clamorem accurrens mater, magnitudine vulneris deterrita succurrere filio non potuit, sed tantum virum admonuit : puer autem interritus sibi cultrum detraxit, patrem et matrem ne flerent exhortans, cumque nullo vulneris tumore doloreve afficeretur, semper cecinit. Et quamquam Magister Dominicus pro filio medici opera septem diebus usus fuerit, hæc tamen non humana sed divina ope atque auxilio effecta sunt, cum idem Magister Dominicus pueri pater ad numen Veronicæ statim conversus illi filium commendasset, diceretque puer majori patrem affici dolore, quam ipse afficeretur, cum id (ut ipse puer dicebat) auxilio Veronicæ sibi contigisse asseveraret.

XIV JANUARII.

SANCTI QUI XIX KAL. FEBRUAR. COLUNTUR.

S. Malachias Propheta, in Judæa.
S. Euphrasius Episcopus.
S. Clerus, Diaconus Martyr.
S. Pontianus Martyr, Spoleti in Italia.
S. Paulus,
S. Successus,
S. Victorinus,
S. Saturus,
S. Missor,
S. Gerontius,
S. Lucretius,
S. Januarius,
S. Agapitus,
S. Cruccessius,
S. Eufra,
S. Florida,
S. Theocosia
et alia octo, } Martyres, in Africa.
S. Firminus, Episcopus Gabalitanus in Gallia.
S. Sabbas,
S. Esaias
et alii xxxviii, } monachi Martyres, in Sina monte.
S. Felix, Presbyter Nolæ in Italia.
S. Felix, Presbyter Romanus, Nolæ.
S. Macrina, avia S. Basilii, Neocæsareæ in Ponto.
S. Theodulus Presbyter,
S. Paulus,
S. Joannes,
S. Proclus,
S. Hypatius,
S. Isaac,
S. Macarius,
S. Marcus,
S. Benjamin,
S. Elias et alii, } Monachi Martyres in Arabia.
Sancti xliii monachi cœnobii Raithu, Martyres.
S. Theodulus, Presbyter monachus in monte Sina.
S. Datius, Episcopus Mediolanensis.
S. Fulgentius, Episcopus Astigitanus et Carthaginensis in Hispania.
S. Cadeoldus, Episcopus Viennensis in Gallia.
S. Stephanus fundator monasterii ad lacum anserum.
B. Engelmarus, Eremita et Martyr in Germania.
B. Odo Carthusianus, Taliacotii in Italia.
B. Ordericus de Portu Naonis, ordinis Minorum.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Felix,
S. Januarius, } Confess. *Ita Kalendarium præfixum Officiario Curatorum Ecclesiæ Cameracensis, editum cura Maximiliani a Bergis Episcopi anno* 1562. *At Martyres sunt, a nobis relati supra* xii *Januar.*

Octavæ Epiphaniorum *hoc die consignantur in Menæis. Incipiunt enim Græci suas octavas a die festum consequente, sicque nono demum die concludunt.*

S. Hilarius Episcopus Pictavensis *hoc die officio semiduplici colitur, refertque ejus in pluribus Martyrologiis nomen. Vitam dedimus* xiii *Januar.*

B. Eutychius Abbas. *Menardus. De eo egimus* xiii *Januar.*

S. Berno, primus Abbas Cluniacensis. *MS. Kalendarium ord. S. Benedicti. Egimus de eo* xiii *Januar.*

Festum sacratissimi nominis Jesu *a multis hoc die celebratur, ut videre est apud Ferrarium ab Ecclesiis Belgicis plerisque* xv *Januar.*

S. Felix Presbyter et Martyr Romæ, in Pincis dictus, quod pincis, id est, subulis [illegible] sit a pueris, *memoratur a Petro de Natal. lib.* 2, *cap.* 73 *et Martyrologio Germanico. Nihil de hoc aliud præterquam in Jacobo de Voragine, legimus. Celebris est memoria S. Cassiani graphiis puerorum interfecti* 13 *Augusti, at non Romæ, sed apud Forum Syllæ, sive Cornelii, quæ nunc Imola. De Pincis infra hoc ipso die, cum de S. Felice Nolano agemus.*

S. Felix Martyr [illegible] *in libro qui Pius quotidianus* [illegible] *matyrii non proditur:* [illegible] *Martyribus.*

S. Mer[illegible] Archiepiscopus Beneventanus. *Ita MS quoddam.* [illegible] In Benevento S. Mercuri Archiepiscopi. *Non meminit ejus Marius Vipera in catalogo Beneventanorum Antistitum, aut Sanctorum.*

Maugina sancta virgo, Daimeni filia, *laudatur a S. Adamnano in vita S. Columbæ lib.* 2, *c.* 5. *Recensetur in catalogo præcipuorum Sanctorum Hiberniæ, nullo adscripto certo die natali. Camerarius* xiv *Januarii refert, et* Maucinam *vocat*, apud Hebridinos miraculorum gloria celeberrimam. *Non in Hebridibus, sed* Clocheri, *sive* Glogbariæ, *quæ urbs est Episcopalis Tuomæ provinciæ in Ultonia apud Hibernos, vixit, ut ex S. Adamnano patet.*

Trainæ, *Siciliæ urbe (de qua egimus* 2 *Januar.) in S. Silvestri* dedicatio Ecclesiæ, *hoc die* facta a D. Arnulpho Episcopo, *ut in Idea operis de SS. Siciliæ scribit Octavius Cajetanus noster. Rochus Pirrhus in Notitia Ecclesiarum Siciliæ, anno* 1081 *Indict.* 4 *factam, scribit ex veteri quodam diplomate.*

Bernardus *instituti Cisterciensis, in cœnobio* Salesimensi, *vulgo* Salsen. *haud procul Namurco urbe Belgii, anachoreticam Confessarius fuit* [illegible] Sanctus *appellatur in Sacrario Comitatus Namurcensis, a Chrysostomo Henriquez* Beatus, *a Saussaio Pii accensetur.*

Theodardus *Conversus in monasterio Villariensi ejusdem ordinis in Brabantia*, virtutibus et revelationibus clarus, *et* Beatus *prædicatur ab Henriquez hoc die.* [illegible] *in libro de viris illustribus* [illegible] *cap.* 34. *Inter Pios eum memorat Saussaius, et* Theobardum *appellat.*

Octava S. Raimundi *fit in sacro ordine Prædicatorum hoc die commemoratione, ut ex proprio ejusdem ordinis Martyrologio patet.*

Heyn[illegible] Rech[illegible] *nominis sui Coloniæ ad S. A*[illegible] *refertur hoc die in Kalendario Cisterciensi.*

Cisterciensi : ast 15 Januarii ab Henriquez, qui Beatam appellat. Honorifice ejus meminit Cæsarius lib. 6, cap. 5. Sepulta est in crypta sub choro, a multis annis occlusa.

S. Maura, S. Britta, virgines in agro Turonico in Gallia. *Martyrol. Germanicum et Ferrarius. Nos cum Martyrologio Gallicano de iis agemus* XV *Januar.*

S. Ida, *sive* Itta, virgo in Hibernia. *Catalogus SS. Hiberniæ excusus. Nos* XV *Januar.*

S. Hagne Martyr, in tenebrosum conjecta carcerem, *memoratur in Menæis. Sed eadem est quæ* Agnes, *ut ex adjuncto disticho ostendemus* XXI *Januar.*

S. Andreas Corsinus, Episcopus Fesulanus *refertur hoc die a Ferrario : obiit 6 Januarii : colitur ab Ordine Carmelitarum* XXX *Januar.*

S. Antonius Martyr in Lituania, *hoc die suspendio necatus est. Ejus ac* Joannis *fratris, et* Eustachii *acta dabimus* XIV *Apr.*

B. Alexander filius Regis Scotiæ, *in monasterio Fusniacensi, vulgo* Foigny, *diœcesis Laudunensis in Gallia bubulcum egit ignotus, a morte etiam miraculis clarus, ut testatur Thomas Cantipratanus lib. 2, cap. 10. Refertur hoc die ab Hugone Menardo et Saussaio; a Chrysostomo Henriquez 4 Maii; in Kalendario Cisterciensi Divione excuso* III *Maii.*

S. Basilius Magnus *olim hoc die coli consuevit, ut patet ex Breviario Romano Cardinalis Quignonii. Colitur nunc* XIV *Junii.*

S. Felix Presbyter, *Romæ via Portuensi martyrio perfunctus, a multis MSS. Usuardi nomine prætitulatis, Florario, Maurolyco, Galesinio, Carthusianis Coloniensibus in addit. ad Usuardum, Martyrologio Germanico, et Coloniensi, aliisque hoc die refertur. De eo et* S. Adaucto *agemus* XXX *Aug.*

S. Januarii Episcopi et Martyris secunda Translatio, *e monasterio Montis Virginis Neapolim, hoc die festo duplici in diœcesi Neapolitana celebratur. Facta est 13 Januarii, ut supra monuimus anno 1497. De ea agemus* XIX *Septemb.*

S. Firmini Episcopi Ambianensis et Martyris Inventio, *refertur in Carthusianorum Additionibus ad Usuardum, Martyrologio Coloniensi, et Germanico, ac MS. Florario, hoc die; ab aliis pridie, ut diximus. De ea agemus in Sancti ipsius vita* XXV *Septemb.*

S. Fidei virginis et Martyris Translatio, *Agenno Conchas, hoc die facta memoratur. De ea agemus cum illius referemus martyrium* VI *Octob.*

S. Felix Abderitanus Episcopus *cum aliis plurimis ab Hunnerico relegatus, hoc die refertur in Diario historico Eliæ Reusneri, et trucidatus dicitur, perperam. Colitur* XII *Oct.*

S. Julianus Sabas senior in Syria, Valentis Imperatoris tempore. *Martyrolog. Romanum Sed ab eodem Martyrologio, et Græcis in Menologio et Menæis celebratur* XVIII *Oct.*

S. Felix Tiptizcensis Martyr. *MS. Florar. et Ambrosius Leo. Est hic Africanus ille Antistes, de quo* XXIV *Octob.*

S. Hilarius Diaconus Martyr Viterbii. *Martyrol. Gallo-belgicum. At Romanum* III *Novemb.*

S. Beunous, *sive* Beno, Presbyter, *hoc die celebratur in Martyrologio Anglicano, et Ferrarii Catalogo generali. Menardus II Novemb. eum refert; alii III, quo nimirum* S. Wenefrida, *ab eo ad pietatem instituta, colitur. Gesta utriusque plane permista sunt. Quare in eum diem* Beunonem *quoque rejicimus, nisi quid certius de natali ejus interea eruamus.*

S. Felix Martyr, *a S. Augustino tract. in psal. 127, laudatus hoc die refertur a Jacobo Doubletio : colitur* VI *Novemb.*

S. Felix Episcopus Nolanus *in duobus vetustis MSS. Kalendariis quæ citat Michael Monachus, et MS. Legendario Capuano refertur hoc die et* Confessor *appellatur. Sed, ut idem ostendit Monachus,* Presbyter *est, a S. Paulino laudatus, qui et in MS. Usuardi* Episcopus *appellatur. Nam qui Nolæ Episcopus fuit* Felix, *martyrio occubuit* XV *Novemb.*

DE S. MALACHIA PROPHETA.

XIV Januarii.

Malachias *Propheta, non minus puritate vitæque sanctimonia, quam nomine,* Angelus Dei, *colitur a Latinis XIX Kal. Febru. et in Ecclesia quidem Hierosolymitana officio semiduplici, ut ex proprio Kalend. didicimus. Eo die Mart. Romanum :* In Judæa S. Malachiæ Prophetæ. *Apud Græcos III Non. Jan. ut ex Menæis ac Menologio patet; eoque die Molanus et Canisius eum retulere, Galesinius quoque in Notis :* Hoc ipso die fit in Ecclesia Constantinopolitana de S. Malachia Propheta, sed IX Kalend. Maii anniversarium ejus diem adscripsimus, adducti certa Martyrologii veteris auctoritate. *Ast eo die nihil penitus de eo habet. Meminit illius ad eum diem Petrus de Natal. lib. 4, cap. 82. Petronius obiisse scribit* Idibus Maii.

S. Malachiæ natalis, 14 et 3 Januar.

24 Apr.

15 Maii.

2 *Vitam ejus breviter descripsit S. Epiphanius libro de vitis Prophetar. capite vigesimo secundo. Auctor Synopsis de vitis Prophetar. quæ vulgo S. Dorotheo tribuitur. S. Isidorus Hispalensis lib. de vita et morte SS. vet. Testamenti cap. 51. Agunt de eo fusius interpretes sacræ Scripturæ, nominatim Cornelius noster, qui solide errorem refutat Origenis, arbitrati eum vere Angelum fuisse, sed humanam naturam sibi hypostatice unisse. Opinionem quoque eorum qui existimarunt* Esdram *ac* Malachiam *eumdem fuisse, docte refellit Cornelius, et Bellarminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis.*

Non fuit Angelus, nec Esdras.

VITA EX S. EPIPHANIO.

Malachias Propheta, e tribu *a* Zabulonis, post reditum populi e Babylonia, *b* Sophæ in provincia Zabulonis natus est, atque etiamtum adolescens eximia vitæ integritate enituit. Multa de adventu Domini, deque mortuorum judicio vaticinatus est : prædixit implendos commutandosque Moysis ritus ac cæremonias. Et quoniam velut sanctus et mansuetus in honore apud populum habebatur, Malachias ab eo vocatus est, hoc est, *c* Angelus. Erat enim imprimis decora et venusta specie. Sed et quidquid ille vaticinans denuntiasset, *d* eadem die apparens Angelus sua interpretatione declarabat, quemadmodum contigit *e* interregni tempore, uti in libro *f* Schophthim, sive Judicum, legimus. *g* Obiit vero sanctus Propheta adhuc juvenis, et in agro suo ad patres suos appositus est.

a — b — Eremita — prophetia. — nomen. — c — d — e f — g

a *Menæa et Menolog. unum, de tribu Levi.*

b Ἐκ Σοφὰ. *Dorotheus in* Sopha. *Menæa* ἐκ Σοφᾶ, *Adrichomio* Sopha, *locus est in terra Zabulon. Perperam ergo Petrus de Natal.* in Sophim, quæ civitas est Judææ dicta postmodum Ramatha, sive Arimathia. *Nam hæc in tribu Ephraim sita erat longe a Zabulon, neque simpliciter* Sophim *appellata, sed* Ramathaim Sophim, *sive* Ramatha *in monte Sophim.*

c Malachi *Hebræis, id est,* Angelus meus, *Græcis ac Latinis* Malachias, *id est,* Angelus Domini.

d *Videtur Cornelius id inter Rabbinorum commenta recensere.*

e *Græce est* ὥσπερ τοῦ κρίνειν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀναρχίας. *Nam Judic. 2, 1 dicitur :* Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium, et ait : Eduxi vos etc. *Inepte vero Joachimus Zehnerus, dum Lutherum et Calvinos, quam Orthodoxos Patres, sequi maluit. Plane enim Epiphanii filum hic intelligit. Quis enim aliquando Propheta sibi opera Dei, ut populi liberationem, etc., adscripsit, nisi prafatus,* Hæc dicit Dominus, *aut quid simile? Non negamus Angelum nomen Sacerdotibus tribui aliquando, et aliis, sed verba Scripturæ proprie accipienda sunt, nisi quid obstet.*

f *Baderus putat intelligi librum quartum Esdræ, ubi sub finem capitis primi dicitur :* et Malachiæ, qui et Angelus Domini vocatus est. *At certum videtur ad illum locum libri Judicum respexisse Epiphanium.*

g *Esdra Sacerdote, ut scribit Petrus de Natal.* jam humanis exempto, Neemia adhuc superstite.

DE S. EUPHRASIO EPISCOPO.

Euphrasius *Episcopus XIX Kal. Feb. celebratur in Martyrologio Romano, S. Hieronymi, Usuardi, (etsi abest a duobus vetustissimis exemplaribus monasterii S. Germani Parisiis) Bellini, Maurolyci, Galesinii, aliisque his fere verbis :* Eodem die S. Euphrasii Episcopi. *Molanus in 1 editione Addit. ad Usuardum, Carthusiani Colonienses, Canisius in Martyrol. Germanico* Eufrosium *vocant; Felicius* Euphragium, *et cum Maurolyco* Martyrem *facit. Plurimi* Clerum Diaconum ac Martyrem *ei jungunt, de quo mox agemus.*

2 *Locum ubi floruerit* S. Euphrasius, *antiqui reticent. Galesinius in Africa subiisse martyrium scribit :* In Africa sanctorum Martyrum Euphrasii Episcopi, Cyriaci Diaconi, et sociorum : qui a Vandalis pro Catholicæ fidei defensione teterrimis excruciati suppliciis, nobili martyrio coronati sunt. *In Notis pro* Euphrasio Eustratium *legendum monet, esseque* Sufetanum *illum in Byzacena provincia Episcopum, qui alius* Eustachius *dicitur, colitur que 28 Novembris,* Geiserici *temporibus exilio multatus.*

3 *Baronius in Martyrologio Romano :* In Africa S. Euphrasii Episcopi; *suspicaturque in Notis esse* Eucrathaum, ad quem extat Cypriani epistola 61, qui etiam interfuisse reperitur concilio Carthaginensi sub eodem Cypriano celebrato. *Vicesimus nonus est inter eos qui illi concilio subscripsisse leguntur,* Euchratius a Thenis, *quæ civitas erat maritima in Byzacena provincia, ad Syrtim minorem, Ptolemæo* Θαῖναι *alias* Thæna. *Porro Thenitanum illum Antistitem, Pamelius ex MSS.* Euchratium *scribendum contendit : alias est* Eucharistius, Eucharitius, Eugratius. *Hoc die coli, nihil est quod persuadeat.*

4 *Franciscus Bivarius in Comment. ad Dextri Chronicon an.* 54, *nu.* 3. S. Euphrasium *Apostolorum discipulum, qui cum aliis Episcopis, Hispaniarum Apostolis, celebratur* 15 *Maii in Martyrologio Romano, hoc die tradit martyrio coronatum.* Illiturgi, *quæ nunc vicus est vix leuca distans ab* Andujar, *sive* Anduxar, *urbe ad Bætim sita supra Cordubam; diciturque is vicus* Anduxar el viejo, *ut auctor est Ludovicus Nonius V. CL. in Hispania sua cap.* 21. *Occupata vero a Mauris Hispania deportata scribit Bivarius* S. Euphrasii *reliquias in Gallæciam ad locum cui* Valdeomao *nomen, ubi nunc Prioratus* S. Juliani de Samos : *earum partem anno* 1596, Philippi II *rogatu, monasterio S. Laurentii in Escuriali, partem urbi Anduxar datam, idque lapidi, quo sancti Pontificis sepulchrum tegitur, insculptum. Ceterum quia idem Bivarius in Kalendario, et Ferrarius in generali catalogo SS. testantur* 18 *Maii coli* S. Euphrasium, *de eo isthic agemus, sive idem sit qui* 14 *Januarii refertur a variis, sive ab eo diversus.*

5 *Alius* S. Euphrasius *memoratur a Joanne Savarone in originibus Claromont. Decimusteriius Arvernensis Episcopus, quem hoc die celebrari in Martyrologiis existimabat Rosweydus; nobis non omnino id liquet. Laudat ejus hospitalitatem S. Gregorius Turonen. lib.* 2, *histor. Franc. cap.* 36, *et* Sanctum *vocat, uti et lib.* 3, *c.* 2. *Subscripsit* Euphrasius *concilio Aurelianensi I, anno Christi* 511, *ejusque nomine* Paulinus Presbyter *Agathensi an.* 506. Vixit quatuor annos post Clodovæi obitum, *ut S. Gregorius Turonensis testatur : obiit ergo anno* 516 *ineunte, vel sub finem præcedentis,* vicesimo quinto Episcopatus sui anno. *Extant ad hunc epistolæ duæ* Ruricii *Lemovicensis Episcopi, ejusque una ad* Ruricium, *to.* 5 *Antiquæ lectionis Henrici Canisii. Miramur ejus nomen in Martyrologio Gallicano non extare.*

Euphrasius. XIV Januarii. natalis S. Euphrasii. An is Sufetanus Episcopus? an Thenitanus? an potius Illiturgitanus? vel Claromontanus?

DE S. CLERO DIACONO MARTYRE.

Clerum *Diaconum Antiochiæ pro Christianæ religionis defensione plexum capite, retulimus* VII *Januarii. Alium hoc die, sed diverso lethi genere coronatum, plurima exhibent Martyrologia; et quidam cum* Euphrasio *conjungunt. Ita Petrus de Natalib. lib.* 11, *cap. ultimo; nu.* 34. Euphrasius Episcopus, et Clerus Diaconus XIV Kalend. Februarii passi sunt. *Multa Belgicarum Ecclesiarum MSS. Martyrologia, sub Usuardi fere nomine :* Eodem die S. Eufrasii Episcopi, et Cleri Diaconi et Martyris, unius de antiquis, qui post multa tormenta in mare præcipitatus, martyrium consummavit. *MS. Adonis monasterii S. Laurentii Leodii, et MS. Bedæ Domus professæ Societatis Jesu Antverpiæ :* Eodem die natale S. Cleri (*MS. Leodien.* Clari) Diaconi, de antiquis, qui post multa tormenta in mare præcipitatus est. *MS. Lætiense et S. Martini Tornaci :* Eodem die Clerici. *MS. Lætiense :* Clericli Diaconi multis tormentis affecti et in mare mersi. *Maurolycus :* Item Cleri Diaconi in mare mersi. *MS. Centulense :* Eodem die S. Cleri Diaconi et Martyris, de antiquis. *Meminerunt quoque ejus Carthusiani in Addit. ad Usuardum, Bellinus editionis Parisiensis an.* 1521. *Felicius, Martyrol. Coloniense. MS. Hibernicum :* Glicerii discipuli et Diaconi, *et quibusdam interjectis :* Clerici Diaconi.

2 *Martyrii locum indicat vetus MS. S. Hieronymi :* In Antiochia Lucerii Diaconi. *MS. Rhinaviense :* In Antiochia Glicerii Diaconi. *Notkerus :* In Antiochia Glycerii Diaconi, de antiquis, multa tormenta passi, et in mare demersi. *Chronicon Hispaniense, quod Flavio Dextro tribuitur, ad annum Christi* 54, *num.* 2, *ista habet :* Quem (*S. Indalecium*) Clarus Diaconus comitatur : qui Diaconus cum multis Clericis, prope Carthaginem Spartariam, non procul a portu civitatis in mare crudeliter detruduntur. *Bivarius Euphrasio martyrii socium ait fuisse, Petri de Natalibus motus auctoritate. Mirum est, si prope Carthaginem novam, sive Spartariam, Christum prædicavit, occubuitque* Clerus, *ab Ecclesia Carthaginensi non coli. Varie porro ejus nomen effertur, appellatur enim vulgo* Clerus, *a quibusdam* Clarus, Clericus, Clericlus, Glycerius, *a Felicio et MS. Martyrologio Ecclesiæ Bruxellensis* Cletus.

XIV Januarii. S. Cleri natale. Ubi passus. Nomen varie scriptum.

DE S. PONTIANO MARTYRE,

SPOLETI, ET ULTRAJECTI.

Agitur S. Pontiani *Spoletini Martyris natalis* 14 *Januarii, quo et martyrium subiit Spoleti in Umbria, et Ultrajecti in Belgio, illuc enim ejus translatæ reliquiæ sunt atque in ordine Windesemensium ... Lectionum. Ultrajecti festo duplici celebratur. Plurima illius eodem die meminere Martyrologia. MSS. Centulense et Societatis Jesu Antverpiæ, utrumque Bedæ adscriptum :* Apud Spoletum S. Pontiani Martyris, temporibus Antonini Imperatoris. *Addit. MS. nostrum,* sub Judice Fabiano.

Idem

S. Pontiani natale 14 Januarii.

Idem habet MS. Ecclesiæ S. Mariæ Ultrajecti, sed Spoletum *Thusciæ civitatem facit, quæ est Umbriæ. MSS. monasterii S. Martini Treviris et quædam alia:* Spoleti Pontiani Martyris. *Plurima Belgicarum Ecclesiarum MSS. Usuardi nomine:* Apud Spoletum, S. Pontiani Martyris, temporibus Antonini Imperatoris: quem Judex pro Christo vehementissime virgis cæsum jussit super carbones nudis pedibus ambulare; a quibus illæsus, equuleo et uncinis ferreis jussus est suspendi, et sic in carcerem trudi: ubi Angelica visitatione meruit confortari. Post quæ plumbo fervente perfusus, tandem gladio percussus est. *Eum quoque hoc die referunt Rabanus, Notkerus, Ferrarius in generali catalogo SS. Rosweydus, Liber qui* Panis quotidianus *inscribitur, MS. monasterii S. Maximini, Saussaius, aliique.*

Translatio 19 Jan. 2 *Ast 19 Januarii Beda vulgatus.* Eodem die S. Pontiani Martyris. *addit MS. Bavaric.* apud Spoletum, temporibus Antonini Imperatoris, sub Judice Fabiano. *Usuardi antiquiora exemplaria eodem die recitant elogium, quod num. 1 dedimus. Consentit Bellinus, Martyrologium Colon. et Romanum, ac Maurolycus; nisi quod in quibusdam Judicis* Fabiani *nomen exprimitur, et leonum, quibus Sanctus objectus est, fit mentio. Eodem quoque die eum Ado, Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, Petrus de Natalib. lib. 2, cap. 102. Cornelius Grasius, et plerique alii referunt; quo die vetus Romanum Martyrol.* Et Spoleti, S. Pontiani Martyris XIX Kal. passi, XV, sepulti, XIV, in sepulchro mutati, quando celebrior dies ejus agitur.

Memoria utroque die 3 *Utroque die de eo agit Molanus; et quidem 14, ista scribit:* Passio S. Pontiani Martyris pretiosi, temporibus Antonini Imperatoris, sub Judice Fabiano: cujus reliquiæ habentur in Trajecto inferiori. *At 19.* Apud Spoletum translatio S. Pontiani Martyris; *recitatoque elogio, quod ex Usuardo supra dedimus, isthæc addit:* Consummavit autem martyrium suum XIX Kal. Februarii; et sublatum corpus ejus a Christianis sepultum est XV Kal. Celebris vero dies ipsius agitur XIV Kal. Februarii, quando iterum sacrum ejus corpus mutatum est. *Carthusiani Colon. in Auct. ad Usuard. 19 Jan. eadem habent quæ reliqua Usuardi exemplaria: At 14.* Apud Spoletum S. Pontiani Martyris, quem Usuardus infra XIV Kalendas Februarii ponit, die quo (ut aliquibus placet) sepultus, hoc vero passus fuit. *MS. Adonis monasterii S. Laurentii Leodii. 14, Januarii, Acta fuse narrat; 19, ista habet:* Eodem die apud Spoletum translatio corporis S. Pontiani Martyris, cujus martyrium XIX Kal. Febr. consummatum prælibavimus. *XIV, natalem, XIX, translationem consignant quoque MS. Florarium, Canisius in Martyrol. Germanico et Galesinius, testaturque hic in Notis, a quibusdam* Pontium *appellari. Constantius Felicius 14 Januar. ista habet:* Pontianus Martyr, qui Spoleti sub Antonino Imper. a Fabiano Præside, post varios cruciatus, capite plexus est. Hic alius videtur ab eo qui 19 Novemb. celebratur. *Recte nam is est. S. Pontianus Papa. At 19 Januar. idem Felicius:* Pontianus Martyr, qui Spoleti a Fabiano Judice, sub Antonino Caracalla, post varia tormenta, plexus capite est. *Non sub Caracalla, sed M. Aurelio occisus est, ut post videbimus.*

4 *Martyrio igitur coronatus est Pontianus* 14 *Januar.* 18 *sepultus,* 19, *translatum ejus corpus, sive, ut ex veteri Romano Martyrologio, atque Adone vulgato et MS. dictum est, in sepulcro mutatum est, aut ut interpretamur, in aliam thecam transpositum. At Saussaius 14 Januarii ita scribit.*

Translatio Ultrajectum Apud Trajectum, translatio reliquiarum S. Pontiani Martyris, qui Spoleti, Antonino Imperatore, miris dirisque ob assertam pietatem tormentis excruciatus a Fabiano Judice capite tandem plexus, ipso extremo glorioso agone gloriosum fidei certamen adimplevit hac ipsa die, qua itidem sacratissimum ejus corpus, post aliquot seculorum curricula ex Italia in Gallias a Baldrico Trajectensi Præsule translatum fuit. *Ast 19.* Ipso die Trajecti susceptio pretiosi corporis S. Pontiani Martyris, qui hodie Spoleti in Umbria sub Antonino martyrium peregit. *At rursus 2 Septemb.* Apud Trajectum susceptio reliquiarum S. Agnetis virginis et Martyris, quas Baldricus Antistes hujus Sedis ex Italia allatas, cum sacris beatorum Martyrum Pontiani et Benigni lipsanis sua in cathedrali Ecclesia perenni cultu prosequendas collocavit. *De translatione inferius, deque* Agnete *et* Benigno *suis locis; at fallitur Saussaius, quod, ut ex indice topographico patet, existimat has reliquias Trajectum superius, sive ad Mosam, translatas.*

Ex variis.

Acta 5 *Acta S. Pontiani* ab fidelibus memoriæ prodita dicuntur, qui eum sepelierunt, *ut scribit Galesinius. Ea nos ex Bonino Mombritio et vetustis MSS. Treverensi S. Maximi, Eystadiensi, Rebdorffensi, S. Mariæ de Ripatorio, Ultrajectino accepimus, quæ Surius olim phrasi expolita vulgarat, ac deinde Cornelius Grasius; et paullum contracta Vincentius Bellovac. lib. 10, cap. 104, 2 pars Legendæ, Petrus de Natalib. lib. 2, cap. 102. Franciscus Haræus. Belgice Heribertus Rosweydus, et Henricus Adriani; Germanice Henricus Fabricius. Verum plura perpessus sanctus Martyr est pro Christianæ religionis defensione, quam quæ iis Actis narrantur. Iis enim illa solum videntur perstringi, quæ ante illius, postque* S. Concordii *cædem ei irrogata sunt tormenta. Ast ex Actis* S. Constantii *Perusini Episcopi, quæ 29 Januarii dabimus constat Assisii in custodia detentos fuisse* SS. Concordium et Pontianum. *atque ad eos properantem* Constantium, *in milites incidisse, a quibus ad* Clasium *amnem atrocibus plagis multatus; sed cum eæ ab Angelo persanatæ essent, dimissus est, militibus male ab eo, ceu mago, sibi metuentibus.* Ingressus igitur S. Constantius, *inquiunt Acta,* ad Concordium et Pontianum, qui illic *(Assisii)* dudum tenebantur in vinculis et carcere, *ad constantiam eos hortatus est, quam ipsi præclaro responso professi, a satellitibus cum eo abducti sunt* Hispellum; *inter quod oppidum et* Fulginium S. Constantius *trucidatus est.* Abeuntes autem *milites inquiunt Acta,* Concordium et Pontianum in urbem Spoletanam ad crudelissimum Antoninum (*vel Præsidem istuc ab Antonino missum*) remeantes duxerunt. *At si die 29 Januarii, quo colitur, occisus est* S. Constantius, *necesse est* Concordium et Pontianum *anno integro post in vinculis retentos fuisse; quo tempore multa graviaque pertulerint.*

Ubi cum eis res gestæ ex Actis S. Constantii Episcopi

Tempus martyrii. 6 *In anno mortis Pontiani variant recentiores. Rosweydus an. Christi* 146, *occisum putat, qui fuit Antonini Pii* 8. *In postrema Surii editione ponitur annus* 160, *ejusdem Augusti* 22. *MS. Florarium:* Apud Spoletum S. Pontiani Martyris, temporibus Antonini Imperatoris, qui martyrio coronatus est anno salutis 213, nono anno quintæ persecutionis motæ primo per Severum Imperatorem, anno imperii ejus undecimo. *Videtur intellexisse in Actis, uti et Felicius supra, Antoninum Caracallam, qui anno* 211, *Severo patri successit. Baronius quoque to. 2 Annal. memoria lapsus est, dum an.* 154, *(quem Antonini Pii* 15, *facit) num.* 3, *scribit:* Martyr quoque effectus est Spoleti Pontianus, et alii plures in Italia, *et rursus an.* 175, *M. Aurelii (ut ipse computum init)* 13, *num.* 7. Tunc etiam Julianus illustris Martyr passus est Soræ, Spoleti Concordius Presbyter et Pontianus. *Cum ex citatis Actis S. Constantii Episcopi constet, eodem tempore in carcere detentum fuisse cum* Pontiano Concordium, *qui a S. Pio Papa Subdiaconus erat creatus; (ut 1 Januar. diximus,)* Pius *autem a* 18. *Antonini Pii, Christi* 156, *ad* 5. *M. Aurelii, Christi* 165, *sederit, confuta certo potest errare eos qui ante* 156, *occisum esse Pontianum volunt.*

ACTA

Ex MSS.

ACTA EX VETERIBUS MSS.

Temporibus Antonini Imperatoris facta est persecutio Christianorum, ut idolis immolarent. Insidiabantur infideles fidelibus, et Christianum nomen quasi inquinamentum quoddam perhorrebant. Igitur ex imperio Antonini Imperatoris directus est *a* Fabianus Judex in *b* Spoletinam civitatem, ut ibidem ad culturam idolorum Christianos homines compelleret. Cumque in eam civitatem devenisset, sedit pro tribunali, et omnem populum convocari jussit. Cum ergo congregatus ad eum omnis fuisset populus, his verbis ad eos exorsus est, dicens : Piissimus Imperator Antoninus direxit me in hanc civitatem, ut si quis præceptum ejus non servaverit, ut diis omnipotentibus sacrificet, capitali puniatur sententia. Et multi de populo consenserunt, ut idolis sacrificarent; et multi permanserunt in fide Domini nostri Jesu Christi, tolerantes multas passiones, ut animas suas Domino in martyrio consecrarent. Impius vero Fabianus multas persecutiones Christianis intulit : et cum post turbam egrederetur, ubi Christianos ad sacrilegium provocaret, multi ad palmam martyrii pervenerunt; et fremebat ut leo quærens quem devoraret.

Persecutio Spoleti sub M. Aurelio

2 Erat quidam vir in timore Domini stabilitus, nomine Pontianus, qui noluit idolis immolare, et a ministris ejus comprehensus est, et ante tribunal Judicis adductus, Tunc Fabianus Judex dixit ei : Quis vocaris? Pontianus respondit : Quod a parentibus meis mihi nomen impositum est, Pontianus vocor; majus autem nomen, Christianus. Fabianus Judex dixit : Juvenis bene nate amove incredulitatem tuam; error enim te invasit, ut derelinquas piissimos deos, et colas hominem, qui persecutionem passus est de civitate in civitatem, et *c* tandem mala morte crucis patibulo vitam finivit, et te non poterit adjuvare. Accede ergo, et adora misericordes deos, et noli seduci humanis maleficiis; quia Deus tuus, in quem credis, non te potest liberare de manibus meis. Respiciens ergo in eum S. Pontianus dixit : Immundi sermones tui non me possunt seducere, neque Imperator tuus avertere me potest a Domino meo Jesu Christo, ut adorem idola surda et muta, quæ non possunt liberare cultores suos.

S. Pontianus sistitur Judici

ejus blanditias ridet

3 Tunc iratus Fabianus Judex propter injurias ejus, S. Pontianum exspoliari, et virgis cædi jussit, et non dimitti, donec videretur sanguis ejus ut fluvius in terram manare. Cumque cessarent ministri, S. Pontianus dixit Fabiano : O, horribilis vultu et abominabilis cum diis tuis non erubescis? Vides, quia non sentio pœnas, quas mihi intulisti? Credo enim in Dominum meum Jesum Christum, quia ipse te confundet, quemadmodum solet confundere patrem tuum diabolum. Tunc iratus Fabianus Judex jussit ut supra carbones ambularet nudis pedibus, et ei duo judicia proposuit, dicens : Aut thura in istis carbonibus pone, aut nudis super eos plantis ambula. Sanctus vero Pontianus signum Christi in fronte sibi fecit, et cœpit supra ipsos carbones ardentes nudis pedibus ambulare, et dicebat : Ecce ego in nomine Domini nostri Jesu Christi ambulo super carbones ardentes, mitte et tu, si potes, in nomine Jovis tui manum in aquam calidam, et liberet te Juppiter tuus. Iratus Fabianus Judex jussit eculeum sibi præparari, et ferreos *d* dentes fieri longitudinis trium digitorum, et ibi Sanctum Dei suspendi. His autem factis ministri defecerunt, et exclamaverunt dicentes : Væ nobis, quia nos magis torquemur, quam hic detestabilis. Manus nostræ jam defecerunt, et tamen intractæ[?] sunt. Nihil facere possumus.

Virgis cæditur

Incedit per carbones ardentes

4 Tunc impius Fabianus jussit eum in imo carceris recludi. Venerunt itaque ad eum omnes religiosi[?], et confortabant eum, ut in agone martyrii constanter certaret. Audiens hæc invidus Fabianus, jussit eum de carcere tolli, et in amphitheatrum induci, et præcepit ut duo leones ad eum ducerentur, qui erant diri, ut ossa ejus comminuerent. Cumque *e* relaxarentur bestiæ, S. Pontianus oravit, dicens : Domine Jesu Christe, salva me de ore leonum, ut enarrem nomen tuum fratribus meis. Dum complesset orationem, venerunt ad eum ipsi leones rugientes. Et cum vidissent illum, ita sunt mansueti effecti, ut inclinarent capita sua, et adorarent B. Pontianum. Quod cum vidisset omnis populus, exclamavit voce magna, dicens : Vere magnus est Deus Christianorum : dimittatur Sanctus Dei.

Objicitur leonibus, nec læditur.

5 Tunc videns Fabianus seditionem in populo fieri, jussit eum iterum in carcerem retrudi, et ibi eum per duodecim dies relinqui, donec fame confectus spiritum exhaleret. Cumque reclusus esset in carcere, ecce circa *f* mediam noctem apparuit ei Angelus Domini in imo carceris cum cibis cælestibus, et confortavit eum, dicens : Forti animo esto, et viriliter age. Post duodecim dies venerunt ministri, ut tollerent corpus ejus, existimabant enim eum mortuum esse præ nimietate famis; et invenerunt illum psallentem, et dicentem : In Domino confido, non timebo quid faciat mihi homo.

Jussus fame necari, pascitur ab Angelo

6 Renuntiaverunt Judici ministri, quia nihil mali sensit Pontianus. Tunc Fabianus Præses præcepit ut educeretur de carcere; et jussit liquefieri plumbum, et perfundi dorsum ejus. Et dum hæc audissent ministri, attulerunt æneum cacabum, et fecerunt eum cum plumbo fervere, et nuntiaverunt Præsidi paratas esse pœnas. Audiens hoc Præses, ait : Extendite eum in lectum ferreum, et perfundite eum, forte exterritus sacrificabit diis. Tunc ministri tollentes cacabum æneum perfuderunt dorsum S. Pontiani. Et sicut enatat aqua in marmore, sic et plumbum de dorso ejus enatavit. Et dixit ad Præsidem: Ecce Deus meus de omnibus suppliciis tuis me eruit, et non erubescis? Judex impius Fabianus dixit : Audi me Pontiane, et sacrifica diis, et salva animam tuam. S. Pontianus dixit : Obmutesce infelix, et noli auribus meis hanc injuriam facere; quia dii tui dæmonia sunt, muta et surda, qui nec te nec se possunt adjuvare.

Plumbo liquefacto perfunditur

7 Audiens hoc Fabianus Judex iratus est valde, et dixit : Contemptor deorum Pontianus, qui diis sacrificare noluit, spiculatori tradatur, et caput ejus ab eo abscidatur. Quo dicto eduxerunt eum, et ibi genua figens, sanctam orationem fudit ad Dominum, dicens : Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me ad hanc horam perduxisti, ut per agonem passionis diabolum confunderem in tuo sancto nomine. Et nunc, Domine, suscipe spiritum meum in pace. Et cum hæc diceret percussit eum spiculator, et statim Pontianus consummavit martyrium XIX Kalendas *g* Februarias. Et advenerunt Christiani per noctem, abstuleruntque corpus ejus a *h* ponte sanguinario, et sepelierunt eum in pace, non longe a muro civitatis Spoletinæ, in fundo qui appellatur Lucianus, et sepultus est *i* quinto decimo Kalendas Februarii, et dederunt omnes gloriam Deo qui vivit in sæcula, et coronat Sanctos : ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Plectitur capite

Sepelitur

a Mombrit. Faxianus. b Ita MSS. et [illegible] veteres scriptores [illegible] Spoletum ducebant [illegible] Spoletum, ubi [illegible] Mombritius [illegible] c Mombr. lapidatus est. d MS. [illegible] Mombr. [illegible] Martyris corpus [illegible] Alii [illegible] ad supplicia [illegible] Vide Baronium in Nott. [illegible] Surius [illegible] f [illegible] duodecima nocte apparuisse Angelum, quod non est verisimile.
g Mombr. Septembr. [illegible] h [illegible] theatrum [illegible] i MS. [illegible] decimo.

DE

DE TRANSLATIONE S. PONTIANI
SPOLETO ULTRAJECTUM.

An. Ch. DCCCCLXVIII

Ex variis.

S. Pontiani reliquiæ Spoleti, pars Ultrajecti,

A*sservantur Spoleti* S. Pontiani *reliquiæ in ecclesia ejus nomini dicata, sitaque extra urbis muros. Ossa tamen aliquot in Belgium a Baldrico XV, Ultrajectino Antistite deportata sunt. De his præter superius citata Martyrologia, MS. S. Lamberti Leodii :* Apud Spoletum passio S. Pontiani Martyris, in civitate Trajectensi translati. *Et Martyrologium Gallo-belgicum :* Spoleti (urbs est, et Ducatus in Italia) obitus S. Pontiani Martyris, sub Antonino Imperatore, ac Præside Juliano (*imo, Fabiano*) flagra, prunas ardentes, plumbum liquefactum, rabiem leonum perpessi. Corpus Ultrajecti quiescit. *Erant solum ut diximus, ossa aliquot, in ingenti condita feretro, quo vulgo* corpus S. Pontiani *contineri dicebatur; quod in pluribus aliis Sanctorum reliquiis alibi observare licebit. Ea porro sacra pignora sub initium Belgicorum tumultuum, furori hagiomachorum subducta sunt, atque apud probos ac pios homines etiamnum asservantur.*

eo translata a Baldrico Episcopo

2 *Meminit hujus translationis Molanus in Indiculo SS. Belgii ita scribens :* S. Pontianus gloriosus Beneventi (*imo Spoleti*) Martyr, festum habet celebre per diœcesim Trajectensem XIX Kal. Februar. Baldericus enim XV Episcopus, Pontiani et Agnetis sancta corpora secum ex Italia transtulit et in Trajectensi Ecclesia honeste ingenti devotione reposuit. Obiit is Præsul anno 977. *Eadem idem Molanus in Natalib. SS. Belgii, Gulielmus Gazæus in historia Ecclesiastica Belgii et alii. Translationem ita describit Joannes Beka in Baldrico :* Hic Episcopus anno Domini DCCCCLXVI transcendens Alpes devenit in Italiam, ubi pro quibusdam utilitatibus Ecclesiæ, Regis Ottonis exquisivit præsentiam. Demum idem Antistes valedicens Regi corpora sanctorum Martyrum, Pontiani, Benigni, et Agnetis secum transtulit ac in Ecclesia Trajectensi cum ingenti devotione reposuit. *Eadem Teutonice recitat Rosweydus in Ecclesiastica histor. Belgii, et Dionysius Mutzardus, De Baldrico hos antiquos versus profert Heda .*

Præsul Baldricus Trajectum magnificavit,
Funditus a Danis eversum quod reparavit;
Nobilis atque pius est omni stemmate dignus,
Per quem venerunt huc Pontius, Agna, Benignus.

Quando hæc contigerit translatio

3 *In officiis propriis Ecclesiæ Ultrajectinæ hoc die lect. 6 ista habentur .* Cujus (*Pontiani*) corpus juxta muros urbis Spoletanæ primo sepultum, postea anno 966, cum Otto Romæ Imperator effectus in Germaniam victor rediret studio pii Præsulis Balderici, Ultrajectum ad pontificalis Sedis aulam delatum est. Unde ejus festum celebre per totam diœcesim die 14 Januarii colitur. *Eadem habet Molanus in Natalibus, eadem fere Hauræus. Gazæus vero :* Pars magna sacrarum ejus reliquiarum inde (*Spoleto*) ab Ottone Imperatore asportata anno 966, donataque est Ultrajectino Antistiti Balderico, ad suæ Ecclesiæ ornatum ac præsidium. *In MS. S. Martini Ultrajecti, post Acta S. Pontiani isthæc habebantur :* Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI, anno vero XXXI regni Ottonis, imperii IV, corpus B. Pontiani Martyris, Ottone Imperatore Romæ effecto, ab Italia in Germaniam victore reverso, prolatum est, Trajecto videlicet pio Præsulis Baldrici studio acquisitum; qui hujusmodi affectum Deo propitio perduxit ad perfectum. Mox voti compos talem una cum suis thesaurum diu desideratum adeptus, cum gaudio et honore suscipiens, intra Pontificalis Sedis aulam locavit, ubi nunc colitur, veneratur, invocatur a fidelibus.

An 967 videtur misse in Italiam Baldricus

4 *Sed chronologia passim ab his non est accurate observata. Otto Magnus anno Christi 961, in Italiam cum exercitu profectus, an. 962, a Joanne XII Imperator coronatus est, an. 965, in Germaniam rediit, quo anno frater ejus S. Bruno Coloniensis Archiepiscopus, Baldrici discipulus, 11 Octob. obiit. Anno 966 sub autumnum rursus in Italiam abiit Otto an 967, Pascha Ravennæ cum Joanne XIII celebravit; filium deinde in Italiam evocavit, ut est in Appendice Reginonis. Hic* in nativitate Domini coronam a beato Apostolico imperii dignitatem suscepit, *ut ipsemet parens in epistola ad* Hermannum *et* Thiadericum *Duces narrat, apud Witichindum Corbeiensem lib. 3, sub finem. Tum igitur profectus in Italiam videtur* Baldricus, *sive sponte sua comitatus eo est Ottonem II Regem, sive ab Ottone I evocatus. Nam* anno 967, Otto Imperator, *ut scribit Lambertus Schafnaburgensis,* misit Legatos suos ad Wilhelmum Archiepiscopum (*Moguntinum*) et alios Principes, ut Ottonem filium suum cum omni dignitate regali ad Italiam mitterent; quem ipse suscipiens Romam perduxit, ut Papa Joannes posterior Imperatorem faceret . quod et libenter fecit.

An 968 reliquias in Belgium attulit,

5 *At cum diutius commoraturi in Italia viderentur Imperatores, rediit in Belgium cum sacris pignoribus* Baldricus. *Quo vero die solemniter in suam Ecclesiam ea intulerit, haud comperimus. Saussaius supra, 14 Januarii statuit* translationem *ad Ecclesiam Ultrajectinam; 19* susceptionem, *Sanctique natalem; (at hoc saltem perperam .) iterumque 2 Septembris* susceptionem *earumdem reliquiarum. At quæ 2 Septembris in aliis quoque Martyrologiis consignatur* S. Agnetis (*fortassis* Pontiani *quoque et* Benigni) translatio, *ea facta est anno* 1421, *per Fredericum Blanckenheimium Episcopum, ut 21 Januarii dicemus. Ast in quodam non ita veteri MS. ista leguntur ad 14 Maii :* Item translatio S. Pontiani Martyris de Spoleto ad Trajectum inferius.

quo die.

Poncen et Agneeten

6 *Viget porro etiamnum Ultrajecti, etsi publice abdicatis Ecclesiæ Catholicæ sacris, consuetudo hoc die xenia largiendi; quibus octavo post die, festo S. Agnetis, mutua repræstantur . hocque* Poncen *et* Agneeten *vocant, quasi dicas ad* S. Pontiani, Sanctæque Agnetis *honorem munera impertiri.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRICANIS,
PAULO, SUCCESSO, VICTORINO, SATURO, MISSORE, GERONTIO, LUCRETIO, JANUARIO, AGAPITO, CRUCESSIO, EUFRA, FLORIDA, THEOCOSIA, et aliis octo.

XIX Januar.

V*etustissimum Martyrologium MS. Hibernicum* Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Missoris, Gerontii, Lucretii, Januarii, Agapiti, Crucessii, Eufræ, Floridæ, Theocosiæ et aliorum octo. *Perantiquum MS. S. Hieronymi* Et in Africa Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Missoris, Gerontii, Lucretii, Januarii, Floridæ, et Theocosiæ. *Videtur pro* Theocosia *in MS. Hibernico* Casta *poni, et* Tueus. *Discernet, si quod aliquando proferatur his duobus simile Martyrologium XIX Januarii quidam recensentur horum nonnullis cognomines Africani Martyres*

EX VARIIS

DE S. FIRMINO EP. MIMATE IN GALLIA.

XIV JANUARII

Civitate Gavalitanorum, *quam viri eruditi proprio nomine Anderitum dictam fuisse autumant, eversa;* Mimate, *vulgo* Mende, *sive* Mande, *antea viculus intra montes Celennicos, in profunda valle situs, sed veterum Episcoporum domicilio sepulchrisque nobilis, caput extitit gentis, muris incincta, ornataque Episcopali Sede sub Bituricensi Archiepiscopo, etsi seculari jurisdictione ad Galliam Narbonensem spectet, ut pluribus prosequitur Guilielmus Catellius lib.* 2 *Historiæ Occitanicæ cap.* 11.

Mimate urbs

2 *Veneratur porro Ecclesia Mimatensis proprio officio,* 14 *Januarii,* S. Firminum *Antistitem suum. Quo is tempore vixerit, haud asseritur: ab eodem tamen Catellio et Joanne Chenu, recensetur medius inter* S. Privatum, *qui ut* 21 *Augusti dicemus, Gallieni et Valeriani tempore a Croco Alamannorum Rege interfectus est; atque inter Genialem, qui concilio Arelatensi I, subscripsit anno* 314. Genialis Diaconus de civitate Gabalum, provincia Aquitanica. *Claudius Robertus post* S. Veranum, *qui sub* Valente *vixisse traditur, (si tamen is Gavalitanus Episcopus fuit, et non perperam accipitur pro Verano Episcopo Cabellicorum, qui anno Christi* 585, *concilio Matisconensi II subscripsit, quod* 14 *Novembris ad ejus vitam disquiremus) et* S. Hilarium, *qui concilio Arvernensi anno* 535 *interfuit, ut* 25 *Oct. dicemus, eum locat. Sed* Leonicum, *cujus nomine* Optimus Diaconus *concilio Agathensi anno* 506 *subscripsit, omisit Robertus; et imperfectum esse Gavalitanorum Episcoporum catalogum patet ex* S. Privati *vita, e qua isthæc citat Catellius :* S. Privatus Episcopus Sedem habebat in vieulo Mimatensi, quod qui ante eum Episcopi illic fuerant, eo loco et commorati et sepulti essent, *atqui ante* Privatum *solus commemoratur* S. Severianus, *de quo* 25 *Januarii, ut suspicari liceat* Firminum *fortassis ante* Privatum *sedisse.*

S. Firminus Episcopus quando vixerit

3 *Fallitur tamen Ferrarius qui in generali catalogo SS. ita scribit :* Gabalis in Gallia S. Firmini Episcopi primi ejusdem urbis, *nam* S. Severianum *primum fuisse omnes consentiunt. Saussaius quoque post* S. Veranum *sedisse scribit, cum tamen in Supplemento Martyrol.* S. Veranum *patria quidem Gabalitanum faciat, sed Cavellicensem Episcopum. Ita vero* 14 *Jan. scribit :* Mimate Gabalorum S. Firmini Episcopi et Confessoris, qui in florenti Ecclesiæ ætate, cum fides Catholica jam de Ariana perfidia triumpharet, præcipuisque Doctoribus et sanctissimis Patribus religio Christiana toto jam orbe diffusa perfulgeret, post S. Veranum hujus Sedis factus Antistes, sua sanctitate et doctrina, propriæ non modo Cathedræ magnum decus invexit, sed Galliæ quoque universæ uberi ornamento ac subsidio fuit, eximio præstantis suæ virtutis fulgore, et vigilantiæ solertiæque pastoralis indefesso studio. Demum exacto cum magno animarum lucro divino munere, radians signis ac meritis, ad beatitudinem evolavit.

Ejus elogium ex Saussaio

4 Ejus corpus, *inquit Chenu,* adservatur apud oppidum Canonicam in templo cœnobii. *De eo Ferrarius in Notis :* Ejus corpus cum diu latuisset, eo revelante inventum, in oppido, cui Canonica nomen est, in territorio Gavalitano, honorifice conditum est, ut Odo Gisseins vir doctus Societatis Jesu nuper nos certiores fecit. *Id porro oppidum vulgo* la Canourgue *dicitur. De eadem Inventione Saussaius in Supplemento Martyrologii ad* 14 *Januarii :* In oppido Banacensi tractus Gabalitani in aula S. Martini, revelatio S. Firmini Episcopi Mimatensis et Confessoris, cujus et beatus transitus hodie recolitur. Corpus vero sacratissimum in ipsa ecclesia S. Martini, ad aram S. Juliani magna veneratione observatur, ubi et crebris beatus Confessor rutilat miraculis, quæ in solatium fiunt opem ejus pie poscentium.

Reliquiæ

DE SANCTIS MONACHIS MARTYRIBUS
SABBA, ESAIA, ET ALIIS XXXVI,
IN SINA MONTE ARABIÆ.

SUB DIOCLET., XIV JANUARII

Sina, *qui et* Sinai, *Arabiæ mons, Moysis Prophetæ memoria acceptarumque cælitus legum, toto orbe celeberrimus fuit; nec Christianorum postea exsors sacrorum, quorum aliqua etiamnum vestigia supersunt, monachorum circum sita asceteria, sed variis Græcorum Ægyptiorumque erroribus vitiata. Describit ea Petrus Bellonius Cenomanus lib.* 2, *Observation. cap.* 62, *et sequentibus. Plurimi alioquin olim isthic sanctissimi viri degere, ut* 30 *Martii, cum de* S. Joanne Climaco *erit sermo, et alibi, ostendemus.* XIV *Januarii viri sancti Patres a Græcis Latinisque celebrantur, quorum alii Diocletiani, alii Theodosii junioris ætate a Saracenis isthic interfecti fuere. Nam ut primum solitariam colere vitam pii homines cœpere, opportuna visa isthæc loca sunt, quæ tum vetustis illis sacrata religionibus essent, tum altissimam quietem præberent, rupibus prope inaccessis fortassis et latebris primum hic captis ab iis qui tyrannorum metus Ægypto Syriave excierat, qua eadem causa multas Thebaidos solitudines aliis primum habitatasque supra* 10 *Januarii in S. Pauli vita diximus.*

Sinai montis monachi Martyres

2 *Porro duas illas Martyrum classes, quas hoc* 14 *Januarii die celebramus, confudit Martyrologium Romanum :* In monte Sina, *inquit,* sanctorum triginta octo monachorum a Saracenis ob Christi fidem interfectorum. *Et Molanus in Menologium Græcorum :* De decem et octo sanctorum Patrum in Sina et Rhaitu interfectorum. *Christophorus quoque Patricius :* Rauthu etiam Abbates et montis Sinai. *Distinguit S. Nilus in historia cædis suorum æqualium infra nu.* 28. Mortui autem sunt consummati septimo die post Theophania, qui est quartusdecimus mensis Januarii. *Et mox :* Interempti vero sunt alii quoque multis ante temporibus, quorum ipsorum quoque commemorationem, propter viæ longitudinem, et eorum qui eo congregantur multitudinem, eodem die peragunt.

Duæ classes

3 *Diserte de prioribus his Menologium ab Henrico Canisio editum :* Certamen sanctorum Patrum in Sina interfectorum a Saracenis, temporibus Diocletiani et Petri Alexandrini : fuere autem Patres interfecti XXXVIII, ex quibus Hesaias et Sabas reperti sunt vivi, alii vero mortui sunt inventi. *Menæa et Anthologion a Clemente VIII, approbatum sub eodem titulo* Patrum in Sina interfectorum, *primum aiunt de iis quorum cædem S. Nilus descripsit, tum de vetustioribus his illa subdunt :* Longe vero ante tempore, Diocletiano imperante, Alexandrinam Ecclesiam Petro administrante, occisi illi sunt, qui et ipsi in Sina monte degebant. Egressi enim ejusdem montis accolæ Saraceni, cum eorum Tribunus esset extinctus, multos occiderunt sanctorum anachoretarum, ceteris in munitionem confugientibus. Apparuit vero Saracenis noctu flamma velut universum perurens montem,

Priorum catalogus

quæ

quæ ad cælum usque efferri videbatur. Illi prodigio territi, abjectis armis profugere. Fuere vero qui primum interfecti sunt, triginta octo, quorum corpora diversis truncata vulneribus. Duo ex ipsis spirantes adhuc reperti Sabbas et Esaias. Quibusdam præcisæ penitus ferro cervices erant, aliis una parte pellis hærebat, quorumdam dissecta per medium corpora. Eos duo sepelierunt monachi, qui et hæc retulere.

Quæ isthic monimenta.

4 *Hactenus Menæa. Quod vero memoratur hic monumentum, ὀχύρωμα, in quod se quidam recepere monachorum, id in monte* Oreb, *Sinæ vicino, fuisse conjicere licet, in cujus vertice planitiem exstare scribit Bellonius lib.* 2, *cap.* 63, *inque ea* templum exstructum loco quo Elias commoratus esse dicitur: altius porro gradus lapide solido excisos, atque portam, quæ olim ad graduum initium claudi solebat, ut id latus sejungeret; ut qui præsidium isthic collocare velit, descensu ex monte in eum locum facile arceat. *Non tamen hic tunc præsidium Romanorum militum arbitramur fuisse, saltem Diocletiani ætate, sed perfugium quoddam accolarum, in quod sua deportarent, planam regionem incursantibus Saracenis.*

Qui fuerint.

5 *Ambigat quispiam, quosnam* primum interfectos, numero XXXVIII, *Menæa asserant, an prius isthic memoratos, S. Nili æquales, an vetustiores. Hi videntur intelligi. Nam S. Nilus etsi accurate etiam minima persecutus, nec Phylarchi, sive Tribuni, extincti, neque actorum in fugam, ignis portento, barbarorum, meminit, nec superstites* Esaiam ac Sabbam *commemorat, sed solum* Theodulum *Presbyterum nondum omnino exanimem repertum refert. An, ut omnino asserere Menæa et Anthologion videntur, inter triginta et octo censendi* Sabbas *et* Esaias, *haud æque perspicuum, cum* XL Patres *coli memorentur, nec tot S. Nili tempore videantur occisi, et plures multo sint, si utrique simul jungantur: nisi forte quadragenario numero celebrantur, qui plures fuere, quod is numerus ipso loco non uno mysterio consecratus olim sit. Ferrarius in generali catalogo SS.* In monte Sina sanctorum Martyrum XL monachorum. *Sed fallitur dum in Notis scribit eosdem videri, qui in Martyrologio Romano in Raithi regione cæsi referuntur. Multis enim milliaribus ab* Oreb *et* Sina *distat* Raithu, *ut infra dicemus. Horum* XL *Martyrum memoriæ dicatum videtur monasterium, de quo Bellonius lib.* 2, *cap.* 63. Ad cujus (*montis Oreb*) radices exiguum monasterium Saranda Pateres nuncupatum, situm est. *Voluit forte* τεσσαράκοντα Πατέρες *scribere. Et diserte sequenti capite vocat* monasterium quadraginta Patrum; *sive ibi commorati interemptique sint, sive solum eorum isthic agatur celebritas, ad quam olim frequens confluere populus e longinquis etiam locis consueverit, ut ex S. Nili verbis superius relatis patet.*

Eorum monasterium.

DE S. FELICE CONFESSORE PRESBYT. NOLANO.

§ I. *S. Felicis sacrata publice memoria.*

XIV Januarii S. Felicis nomen in Martyrologiis.

Illustre *cumprimis* S. Felicis Presbyteri *nomen, tum quia innumera ad ejus sepulchrum patrata a Deo miracula, tum quod præconem nactus Paulinum, de quo infra.* Confessorem *an* Martyrem *dicas, haud interest, licet mirari se Ferrarius scribat in Catalogo SS. Italiæ, a quibusdam inter Confessores censeri,* quem Ecclesia universalis inter Martyres celebret. *Breviarium Romanum et Paulinus passim* Martyrem *nuncupant, at ceteri, non omnes, nec iidem semper id mox patebit. Multos ille quidem cruciatus perpessus est, non iis tamen immortuus, quin adeo incolumis plures supervixit annos. Ejus omnia meminere Martyrologia, sed quorumdam prolixiora elogia mendo haud carent. Vetustiora fideique puriora primum dabimus MS. S. Hieronymi*: Nola civitate Campaniæ. S. Felicis. *MS. Rhinaw.* In Campania Nola Felicis Confessoris. *MS. Centulense, Bedæ præferens nomen:* Apud Nolam Campaniæ S. Felicis Confessoris. *Wandelbertus*

S. Hieronymi.

Wandelberti.

Quam nonam et decimam constat Februi ante Kalendas
Esse diem, Felix sacer et Confessor honorat.

Usuardi, Rabani.

2 *Usuardi plurima eaque probatæ notæ MSS. prætereaque Parisiensis editio et Molani, Rabanus, atque alia, Bedæ insignita nomine, MSS.* Apud Nolam Campaniæ natalis S. Felicis Presbyteri et Confessoris, de quo B. Paulinus scribit Episcopus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, et cochleis ac testulis vinctus superpositus jaceret, per noctem ab Angelo solutus atque eductus est. *Eadem habet utrumque MS. Usuardi quod in monasterio S. Germani Parisiis servatur, nisi quod* Episcopum *pro* Presbytero *recitat, additque aliud* S. Felicem Presbyterum et Confessorem, *de quo nos infra. Bellinus.* Apud Nolam Campaniæ natale S. Felicis in Pincis Presbyteri et Martyris, de quo S. Paulinus, *cetera ex Usuardo. Eadem ratione MSS. Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellis, Florarium, aliaque addunt:* sepultusque est juxta urbem in loco qui dicitur Pincis, ubi virtutibus fulget. *MS. Kalendarium monasterii S. Joannis Capuæ.* Depositio S. Felicis in Pingis, Presbyteri et Confessoris. *Aliud MS. Capuanum Kalendarium in Sanctuario Michaelis Monachi.* SS. M. Felicis in Pincis Presbyteri et Martyris, et Felicis Nolani Episcopi et Confessoris. *Sed de Pincis postea quæremus.*

Beda.

MSS.

Romano.

3 *Martyrologium Romanum*: Nolæ in Campania natalis S. Felicis Presbyteri, qui (ut S. Paulinus Episcopus scribit) cum a persecutoribus post tormenta in carcerem mitteretur, et cochleis ac testulis vinctus superpositus jaceret, nocte ab Angelo solutus atque eductus fuit: postmodum vero cessante persecutione cum vitæ exemplo ac doctrina multos ad Christi fidem convertisset, clarus miraculis in pace quievit. *Galesinius*: Nolæ in Campania S. Felicis Presbyteri et Confessoris. Hic in falsos deos vehementius invectus, in carcerem ab infidelibus detruditur, et adstrictus vinculis, ab Angelo nocte solvitur ac liberatur.

Galesinii.

Celebris memoria etiam aliis diebus.

4 *Petrus de Natal. lib.* 7, *cap.* 138, *hunc* Felicem 30 *Apr. refert. Maurolycus quoque et Ferrarius*: Nolæ in Campania Felicis Presbyteri et Confessoris. *Monet Ferrarius diversum esse ab eo qui* 14 *Januar. colitur. Erit igitur Romanus, qui Nolæ quoque mortuus. Ast amborum acta non confundit Petrus, ut Ferrarius putavit, sed de solo agit Nolano. Idem Ferrarius,* 31 *Augusti coli Venetiis S.* Felicem *Presbyterum ac Confessorem testatur, habereque parochialem sibi dicatam ecclesiam, sed ipse eumdem esse arbitratur, de quo hic agit Romanum Martyrologium et Breviarium. Eumdem scribit Michael Monachus* Capuæ frequentissime cultum, ut patet, *inquit,* ex ecclesiis in partibus Castelli ad mare, in Murone, prope S. Priscum, in terra Capuana in partibus S. Clementis et Bellonæ.

§ II. *Duo SS. Felices Presbyteri.*

Plures SS. Felices.

Ambrosius *Leo Nolanus, de Nola lib.* 2, *cap.* 13, *scribit et unam S. Felicem Presbyterum Confessorem, tum et tam pluribus cognominibus Divis ea remotiora sæcula Nolæ incrementum cepisse, decorata et solorum Nolanorum vocabantur credunturque esse* Divi Felices. *Verum et in hoc fallitur, quod Felicem illum Romanum Presbyterum, Cæsareus a Præto* Tribuno Nolam deductum, ibique mortuum, *existimet eumdem esse qui a S. Paulino tot natalibus laudatus est, et neminem unum e Divis Felicibus Nolæ natum. Natus est* S. Felix *Episcopus*

Ex variis

Episcopus Martyr, de quo 15 Novembris, natus Felix *Presbyter, Hermiæ Syri filius, cujus præcipue encomia S. Paulinus prosecutus est. Vixit tamen obiitque Nolæ Romanus ille* Felix, *occisus quoque ibidem fertur* Felix Tubzocensis, *sive, ut Baronius legendum putat,* Tibirensis, *in Africa Episcopus, qui 24 Octobr. Venusiæ in Apulia colitur. Omitto alios, quos Nolæ alibi asseremus. Ast omnium fœde perturbatæ, ut compendio in Martyrologiis traduntur, res sunt; adeoque et Episcopus, et Afer ille, et Martyr Romanus via Portuensi sepultus, huc translati. Fortassis quod primarium illum, Hermiæ filium, alii Confessorem, quidam etiam* Martyrem, *alii* Confessorem, *quidam etiam* Episcopum *scriberent, ut § I diximus, factum ut alius Felix Martyr, Confessor alius, et Episcopus denique aliunde huc revocarentur. Alii Romani Martyris* Felicis *germanum* Felicem *Presbyterum eumdem cum Nolano arbitrati, hunc Romani fratrem fecerunt, et res ab iis gestas confunderunt.*

Elogia torum memoriaque confusa in Martyrologiis.

Germanus et Colon.

6 *Cum ergo Romanus Presbyter, Nolæ, in ecclesia, die Dominico, peracto sacrificio, pace populo impertita, obiisse scribatur, id Nolano Hermiæ filio tribuit Martyrologium Germanicum. Idem tradit Coloniense Martyrologium, et in Pineis sepultum.* Apud Nolam campaniæ, *inquit,* natale S. Felicis Presbyteri et Confessoris, de quo Beatus scribit Paulinus Episcopus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, et cochleis et testulis vinctus superpositus jaceret, per noctem ab Angelo solutus atque eductus est. Tandem pace reddita ad Ecclesiam suam rediit, et ibi in pace quievit. Nam Dominica die, mysteriis confectis, data pace, coram omnibus se in pavimentum oraturus projecit: mox beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post gravia pro Christo tormenta quæ patienter tulerat, felicia regna conscendit; sepultus juxta urbem in loco qui dicitur Pineis, ubi claris semper fulget virtutibus. *Eadem paucis verbis variatis memorat MS. Martyrologium S. Mariæ Ultrajecti, et paullo fusius Ghinius.*

Beda

7 *Beda vulgatus.* Apud Nolam Campaniæ B. Felicis Presbyteri. Hic a Maximiano Nolanæ urbis Episcopo, presbyterii honore præditus est. Qui cum multa a perfidis pro nomine Christi pateretur, volentibusque omnibus ejusdem urbis ut Episcopus levaretur, non consensit; sed alterum eligens ad Pontificatus honorem, ipse duodecim post annos, cessante persecutione, Dominica die, mysteriis confectis, data pace omnibus, se in pavimentum oraturus projecit: moxque beati viri anima de carnis ergastulo egressa, felicia regna ipse vere felix conscendit: sepultusque est juxta urbem ab Helpidio sancto Presbytero in loco qui dicitur Pineis, ubi claris fulget virtutibus.

Notker.

8 *Notkerus etiam relegatum tradit, quod soli videtur Romano* Felici *accidisse. In Campania, inquit,* Nola civitate, Felicis Presbyteri, cujus Episcopus Maximus cum persecutione territus fugisset in eremum, B. Felix captus et vinculis astrictus, ante Præsidem est adductus, et fustibus cæsus. Deinde in equuleo tortus, et in carcere vinculatus, et cochleis ac testulis superpositus, nocte ab Angelo Domini, confractis catenis, et scissa trabe, qua pedes ejus astringebantur, Sacerdotem suum requirere jubebatur. Quem cum senio prægravatum, fame consumptum, gelu constrictum, clausis oculis, strictisque dentibus, semivivum vixque spirantem ægre tandem aliquando reperisset, et non haberet quod defecto seni porrigeret, ecce subito de sentibus uvam dependere miratus, in os Confessoris expressit, ac refocillatum atque humeris impositum ad civitatem perduxit, ac sub tugurio cujusdam viduæ clanculo pavit. Deinde captus, et in exilium trusus, cum multos ibidem per signorum ostensionem converteret, post inde regressus, cum iterum ad tormenta quæreretur, sed divina providentia occultatus, apud Nolam multis virtutibus illustrissimus emineret, adeo ut cunctus populus eum sibi Pontificem postularent, non consensit; sed alio pro se ordinato, ipse nihilominus per duodecim annos Dei servitio insistens, Dominica die, mysteriis confectis, migravit ad Christum, sepultusque est non longe ab urbe Nola, in loco qui dicitur Pineis.

Maurolyc.

9 *Franciscus Maurolycus.* Apud Nolam Campaniæ, Felicis Presbyteri, qui coram Dracone Præside multa contra deos gentilium disseruit, frater minor natu alterius Felicis, de quo III Kalend. Septembris: et cum Maximianum Episcopum suum latentem, inedia geluque afflictum refocillasset, post cruciatus, vincla, et exilium ad montem Circæum ad lapides cædendos, miraculis clarus, contempto Præsulatu, migravit ad Christum, sepultus juxta urbem in Pineis ab Elpidio Presbytero. *Mox et Romanum Martyrem Felicem, quem in III Kalend. Septemb. rejecerat, subjungit.*

MS.

10 *Mista quoque omnia in MS. vetusto Domus professæ Societatis Jesu Antverpiæ:* Apud Nolam Campaniæ S. Felicis Presbyteri. Hic a quodam Nolanæ urbis Episcopo presbyterii honore præditus est. Deinde vero persecutione ingruente de nomine Christi comprehensus, et in exilium deportatus beatus Martyr in monte qui vocatur Circeio, ubi lapides excidebantur, ut ipse cum damnatis pari modo cæsor lapidum esset: ubi Probi cujusdam Tribuni filiam liberavit, uxoremque ejus ab hydropisi morbo curavit, ipsumque Probum cum uxore et filia et pluribus aliis in Christo baptizavit. Ipse vero B. Felix post duodecim annos, quos apud Nolam cessante persecutione fecerat, Dominica die, mysteriis confectis, data pace omnibus, se in pavimentum oraturus projecit: mox beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post gravia pro Christo tormenta quæ patienter tulerat, felicia regna ipse vere felix conscendit: sepultusque juxta urbem ab Elpidio venerabili Presbytero, in loco qui dicitur Pineis, ubi claris semper fulget virtutibus.

§ III. *Acta ex Adone utriusque Felicis confusa.*

SS. Felices Presbyteri et Confessores duo confusi ab Adone.

Apud Nolam Campaniæ, natale B. Felicis Presbyteri. Hic a Maximo Nolanæ urbis Episcopo presbyterii honore præditus est. Cum autem Imperatorum decreta Christianos insequi præcepissent, Maximus Pontifex jam senio prægravatus, putans se non posse ferre supplicia, silvarum saltus adiit. Quos dum turbidus de persecutione pererrasset, affectus fame, gelu attritus, solo corruit semivivus. *a* At B. Felix Presbyter captus, et vinculis adstrictus, ante Præsidem Draccum adductus, cum multa de portentis deorum, quod nihil essent, disputaret, cumque Præfectus immolare impelleret, respondit: Inimici estis deorum vestrorum. Ad quæcumque enim me deorum vestrorum templa duxeritis, hoc eis eveniet, quod evenit illis, ad quem meum fratrem Felicem vos duxisse penituit. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Jesu Christi, me ad *b* Capitolium ire jubete, ut ipsum Jovem principem dæmoniorum vestrorum ruere faciam. Mox impius Judex compressis auribus suis jussit eum fustibus cædi, deinde equulei tormentis applicari: inde carceri includitur, in quo non mediocribus vinculis adstrictus, cochleis, ac testulis suppositis extenditur. Et ecce nocte media Angelus Domini confractis catenis, scissaque trabe, qua pedes ejus conclusi tenebantur, ait illi: Surge et egredere, ac require Sacerdotem tuum, inventumque reduc ad urbem, et absconde, ne media ac fame depereat, donec desinat persecutio. Dumque B. Felix egressus Sacerdotem et Episcopum suum requireret, invenit illum solo prostratum, clausis oculis, strictisque dentibus vix spirantem. Et cum anxie requireret, quid alimenti defecto seni porrigeret, ecce subito de sentibus uvam pendere miratur: de qua aliquibus granis in os Confessoris Christi expressis, paullulum se-

nior

nior refocillatus surrexit. Quem humeris impositum Felix ad civitatem detulit, et sub tugurio cujusdam viduæ commendatum, alimentis pavit. Deinde captus in exilium deportatur beatus Martyr in monte qui vocatur c Circeis, ubi lapides excidebantur, ut ipse cum damnatis pari modo lapidum cæsor esset. Ubi Probi cujusdam Tribuni filiam a dæmonio liberavit, uxoremque ejus ab hydropisi morbo curavit, ipsumque Probum cum uxore et filia et pluribus aliis in Christo baptizavit. Post deinde cum regressus esset, crescente persecutione iterum mittitur persecutor ex numero apparitorum, qui B. Felicem teneret. Quem cum sollicite requireret, et eumdem Felicem interrogaret, si nosset ubi Felix Presbyter lateret; d Hac, inquit, Felix parte abiit. Persecutore discendente, Felix latebram petiit. Sed nec mora, persecutor ipse subsequitur. At Martyr inter parietes dirutos occulebatur, ubi in ipso primo domus introitu araneorum telæ dependentes intus neminem tunc intrasse fidem fecerunt. Qua visione delusus inimicus abscessit. Sic Martyr ad alium locum demigrans, a muliere quadam per tres menses pastus est: cujus tamen faciem, dum iisdem latibulis celaretur, nullo modo vidit. Postmodum vero apud Nolam Pontificem dæmoniorum ad Christum convertens, templum Apollinis, prius dæmone, qui responsa dabat, expulso, divina virtute dejecit. Virtutibus itaque adeo illustris, cum vellet universus populus Nolanus ut levaretur Episcopus, non consensit, sed alterum in Sede Pontificali eligens, ipse post duodecim annos, quos apud Nolam cessante persecutione fecerat, Dominica die, mysteriis confectis, data pace omnibus, se in pavimentum oraturus projecit: moxque beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post gravia tormenta, quæ patienter tulerat pro Christo, felicia regna ipse vere Felix conscendit. Sepultusque juxta urbem, in loco qui dicitur Pincis, ubi claris semper fulget virtutibus, ab Helpidio venerabili et sancto Presbytero. e Hic etiam beatissimus Martyr et Confessor hæreticis invictissime restitit.

a MS. *Ultraject. et S. Laurentii Leodii*: At B. Felix captus ante Præsidem Draconem adductus, nolensque sacrificare, post varia in fastigio tormenta, et equuleo tormentatus carcere includitur, ubi in cochleis medio vinculis ac trabe, qua tenebatur, ab Angelo solutus, ut surgat, Sacerdotemque suum quærere abeat, monetur. Cumque egressus Sacerdotem et Episcopum suum requireret, *etc. Quæ præter* Draconi *Præfecti nomen, omnia S. Felici Nolano conveniunt, cum ea quæ edita sunt a Rosweydo, sumpta sint ex alterius Actis, ut et alia quædam etiam in illis duobus MSS.*

b *Hinc patet, Romæ hæc gesta, quamquam alibi quoque Capitolia.* c MS. *S. Laurentii* Circeis.

d *Alter omnino Bedæ infra, et alii Ado Turonensem sequuntur.*

e *Sequentia desunt in MS. ultraject. et recte: nam qui tunc, in Campania præsertim, hæretici? Videntur illa potius S. Felici II. Papæ convenire, de quo 29 Julii agemus.*

§ IV. *S. Felicis Nolani Acta celebrata a S. Paulino.*

S. Felicis natales Ven. S. Paul. conscript.

Hoc felicior Felix *noster, quod Paulinum nactus laudatorem, quem genere, adeptis in Rep. honoribus, eloquentia, Episcopatu, sed præcipue Christiana humilitate ac religione clarissimum, ipsa Romana Ecclesia veneratur vicesimosecundo Junii. Hunc vero florentem spectata coram* Felicis *ad tumulum miracula permoverant, ut quietam isthic sanctamque exigere vitam statueret. Id ubi tandem tribus post lustris præstare aggressus, quotannis ejusdem* S. Felicis *natalem XIX Kal. Februar. novo natalitio carmine celebrabat. Horum carminum decem hactenus fuere in manibus, neque plura scripta esse, satis constabat: donec non ita pridem prolatum in lucem opusculum est* Dungali *vetusti scriptoris, qui ante annos octingentos Ludovici Pii et filiorum vixit ætate. Hic sacrosanctæ Crucis, sanctarumque reliquiarum et imaginum adversus Claudii Taurinensis Episcopi sententias propugnator, quindecim enumerat natales a Paulino cantatos, et præterea* [illegible]

Ex variis Paulinus a Dungalo laudatus

13 *Ipsius autem Paulini pulcherrimum hoc præfigit encomium*: Paulinus Episcopus vir eruditissimus et sanctissimus, sicut et multi de eo testati sunt, nobilem librum quindecim carminibus distinctum, in honore et laude S. Felicis Martyris edidit: in quo quanta miracula et virtutes, per ipsius merita et intercessiones, divina largiente clementia, ad suum fieri quotidie tumulum, et maxime die Natalis ejus anniversario disseruit, non facile a quoquam excerpi et deflorari potest, quia cuncta flores, aromata, rosæ, lilia suaveolentia ac melliflua sunt. *Verissime hæc pronuntiavit Dungalus. Subscribet qui attente ipsa Paulini poemata perlegerit; mirabiturque Georgii Fabricii Chemnicensis impudentiam, Paulinum sugillantis, quasi* Divorum invocationem et merita sic exaggeret, ut Filii Dei meritum obscuret. *At bene, quod* illius sæculi, *vere heroici*, errore id peccasse *Paulinum fateatur. Quod vero aliud seculum beatius fuit, aut doctissimorum virorum eruditione ac religione florentius?*

Fabricius Chemnicensis notatus

14 *Nec felicius historiam Grammaticus ille quam Theologiam tractat; dum* Paulinum *ait* Sub Maximo et Quinto Episcopis Nolanis Presbyterum fuisse, iisque in pontificatu successisse: propter religionem aliquando exulasse, et in carcere detentum fuisse indeque incolumem Angeli beneficio evasisse: idque ipsum de se scribere. *Ac post, quod ex Magdeburgensis Centuriatoribus hausit,* Marciano imperante vixisse. *Annis prope viginti ante* Marciani *imperium decessit, grandis natu: et quod illud longævitatis prodigium fuisset, si* S. Maximi *ac* Diocletiani *tyranni temporibus jam tum Presbyter fuisset? Minus quidem idem deinde Fabricius, fallitur tamen, dum S. Felicem* Episcopum *scribit, sed Catholicorum quosdam, duces habet. Si sobrius aut Paulinum legisset aut quæ jam relata scripsisset, animadvertisset de* Felice *priora ab eo, non de se memorari.*

iterum

15 *Paulinus igitur iis qui supersunt natalibus,* Felicis *res gestas, miracula, templi ejus a se restaurati ornatum, concursum populorum, aliaque præclara memorat. Ejusdem et in epistolis meminit, e quibus infra quædam dabimus. Sæpius* Dominædium *suum appellat, ut epistola 9, ad Severum*: Habes ergo a me libellos duos, unum versibus natalitium de mea solemni ad Dominædium meum cantilena, cui corpore ac spiritu quotidie, lingua autem quotannis pensito dulcissimum voluntariæ servitutis tributum, in die festo consecrationis ejus immolans Christo hostiam laudis, et reddens Altissimo vota mea. *Et epistola 12, ad eumdem*. Basilica igitur illa, quæ ad Dominædium nostrum communem Patronum in nomine Domini Christi jam dedicata celebratur, quatuor ejus basilicis addita, reliquiis Apostolorum et Martyrum intra apsidem trichora sub altaria sacratis, non solo B. Felicis honore venerabilis est. *Et epist. 28, ad Victricium*: Quem Dominus experiri voluit potentiam apud se sancti sui Confessoris dilectissimi Felicis Dominædii nostri. *Unde patet falli Ambrosium Leonem, qui lib. 2, de Nola cap. 11, scribit de ecclesia cathedrali*: Templo autem D. Paulini, de hoc dicto templi fuit Dominædio. Deus enim tum Dominædius vocabatur, quod verbum in ore jurantium ac invocantium Deum usque ad nostra tempora servatum audimus.

Paulinus S. Felicem Dominædium appellat

§ V. *Acta S. Felicis a variis descripta.*

Vita S. Felicis scripta a variis.

Ejus S. Paulini natalibus S. Felicis *vitam concinnavit S. Gregorius Turonensis lib. 1, de miraculis cap. 104, quam cum MS. Rubeæ Vallis, et aliis contulimus. Aliquanto fusiorem Venerabilis Beda, quam et Surius edidit. De ea ipse Beda in in fine catalogi operum suorum post epitomen historiæ gentis Anglorum*: Librum vitæ et passionis S. Felicis Confessoris, de metrico Paulini opere in prosam transtuli. *Aliam Marcellus Presbyter scripsit, dicatamque Leoni Episcopo Nolano, cujus meminit Baronius in Notationibus ad Martyrol. et Molanus*

nus ad Usuard. Hanc ex veteri codice manu exarato Ecclesiæ S. Audomari descripsimus. Sed aberant miracula, quæ tamen se scripsisse idem auctor testatur. Ex Paulini epistolis quædam subnectemus. Ab his hausere qui alii gesta Felicis *tradidere litteris. Latinis ac peregrinis, Jacobus de Voragine, Vincentius Bellovacensis lib. 18, cap. 39. Franciscus Haræus, Zacharias Lippelous, Henricus Fabricius, Matthias Lambertı, Heribertus Rosweydus, Petrus Ribadeneira, Gabriel Flamma, Alfonsus Villegas, alii. Jacobus Dubletius pro Nolano hic* Tinisanum Felicem *dedit, de quo 6 Novemb. agetur.*

17 *S. Damasus Papa hic* Felicem *versibus celebravit.*

Corpore, mente, animo, pariter te nomine Felix,
Sanctorum numero Christi sacrate triumphis,
Qui ad te sollicite venientibus omnia præstas,
Nec quemquam pateris tristem repedare viantem.
Te duce servatus, mortis quod vincula rupi,
Versibus his Damasus supplex tibi vota rependo.

Nempe et Romani frequentes ad S. Felicis *monumentum confluebant, ut scribit Paulinus Nat. 3 dici hujus honore Romam vilescere, dum porta Capena multa millia Nolam tendentium profundit, ipsaque turbis confertis longa latet via Appia.*

18 *In Africa quoque grande hujus nomen* Felicis, *celebris miraculorum fama. S. Augustinus Bonifacium Presbyterum gravi crimine accusatum, una cum accusatore, cum neuter convinci posset, coegit Nolam peregrinari,* ubi, *inquit,* terribiliora opera Dei non sanam cujusque conscientiam, multo facilius aperirent, et ad confessionem vel pœna, vel timore compellerent. *Et mox subdit.* Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi B. Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. *Inde colligitur consuevisse isthic falsum arqui, vel paratis pejerare immisso calitus horrore, vel pœna jam prolato perjurio irrogata.*

19 *Meminit S. Felicis idem Augustinus libro de cura pro mortuis capite decimo sexto ita scribens.* Hinc et illa solvitur quæstio, quonam modo Martyres ipsis beneficiis quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant vivi. Non enim solis beneficiorum effectibus, verum etiam ipsis hominum aspectibus Confessorem apparuisse Felicem, civibus vel in ,ulnnis pie a se dilectus, cum a Barbaris Nola oppugnaretur, audivimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. *Baronius tom. 5, ad an. 410, num. 46, id eo anno opinatur contigisse, cum post Romam direptam, Nola quoque ab Alarico Gotho est capta, captusque S. Paulinus.*

§ VI. *S. Felix Nolanus an in Pincis sepultus.*

Ætas S. Felicis *a Paulino non exprimitur. Inepte Christophorus Pharsiebius* circa Theodosii tempora *vixisse scribit. Henricus Fabricius circiter annum Christi* 300, *alii eis existimat, sed qua tum pax Ecclesiæ? Haræus circiter* 310, *Michael Monachus non longe post annum* 312, *quo data pax Ecclesiæ. Est hæc aliorum quoque et probabilis opinio.*

21 *Decessisse autem mortique plenis diebus tradit S. Paulinus. Plures ætatis citati, die Dominico, sacris peractis, populo bene precatum, ultro humi stratum obdormivisse tradiderunt, quæ sunt ex alteris* Felicis *Actis sumpta.*

22 Ab Elpidio Presbytero sepultum *Beda vulgatum Martyrologium, Ado, aliique asserunt. Non meminere Tarenorx, Marcellus, Beda in historia citat, Paulinus [illegible] populorum [illegible] et [illegible] de [illegible] Natal. 6.* [illegible] S. Felicis [illegible] Tunc Elpidius Presbyter, [illegible] corpus B. Felicis, et posuit in ecclesia civitatis Nolæ in partes Campaniæ. *Andreas Ferrarius* [illegible] *reconditas ab Elpidio S. Felicis Episcopi reliquias scribit supraque eas sub annum* 320, *imperante Constantino, ædiculam ædificatam, ac tandem ecclesiam Cathedralem.*

23 *Obscurior aliquanto de loco sepulturæ S. Felicis Presbyteri quæstio est. Multa Martyrologia superius citata, ac Breviarium quoque Romanum, sepultum habent* prope Nolam in loco quem in Pincis appellabant. *At non pauca quoque MSS. Martyrologia sub nomine Usuardi hoc die S. Felicem Romanum Presbyterum et Martyrem, fratrem S. Felicis Confessoris, de quo infra, referunt his verbis :* Romæ via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, S. Felicis Presbyteri et Martyris, qui tempore Diocletiani et Maximiani capitis amputatione gloriosa morte coronatus est. *Idem habent, sed paullo fusius, Carthusiani Colonienses in Addit. ad Usuardum, et Martyrologium Germanicum. Idem de hoc scribit Petrus de Natal. lib. 2, cap. 74. Citat Michael Monachus MS. Martyrologium Capuanum, et alia MSS. in quibus* Felix in Pincis *dicitur, non qui Nolæ, sed qui Romæ colitur. At subdit :* Standum est auctoritati Romani Breviarii. Et licet de hoc loco, qui dicitur in Pincis, nulla mentio apud Ambrosium, qui res Nolanas diligentissime scripsit; tamen quia certum est fuisse Romæ familiam Pinciam, quid prohibet opinari aliquam villam a Pinciis Romanis possessum Nolæ, et locum a Pinciis, *in Pinciis, vel Pincis, vulgo appellatum? Volunt tamen Nolani in pago Cæmeterio vetus episcopium fuisse, et locum in* Pincis; *estque isthic puteus qui magna religione aditur, quod olim sanguine Martyrum plenus dicatur fuisse.*

24 *At cum S. Paulinus, Marcellus Presbyter Nolanus, Ambrosius Leo ejus non meminerint, et supra ostenderimus multorum Acta* Felicium *confusa, quid prohibet opinari, locum, in quo alter conditus est Felix, huic attributum? Quid si nullus ejusmodi locus fuit in* Pincis *dictus? Conjecturam promimus, quam, ut lubebit, stabilient respuentve peritiores. Anastasius Bibliothecarius in Hadriano I inter templa ab eodem Pontifice restaurata ornataque recenset* basilicam S. Felicis in Pincis, *his verbis :* Basilica vero B. Felicis posita in Pincis, quæ in ruina erat, et tectum ejus distectum existebat, facto eodem tecto noviter ipsam ecclesiam renovavit, *etc. Baronius ad an. 795, numero vigesimo nono in Pincis scribit, sive ita habuit codex MS. sive ita legendum judicavit. In* Pincis *habet Maurolycus, et quædam MSS. licet de Nolanis agant. Certe regio est urbis Romæ, nunc XIV, quæ a Pinea nomen sortita est, censetque Octavius Pancirolus, a pinu quapiam id natum. In eam forte regionem e via Portuensi, haud longe semota, relatum sancti Martyris* Felicis *corpus, eique basilica erecta, quæ vel non extat, vel nomen mutavit. Fuisse* S. Felicis *Romæ basilicam patet ex S. Gregorio, qui homiliam 13 in Evangelia isthic habuit, sed quod Baronius in Notat. ad Martyrologium scribit fuisse* S. Felicis Confessoris, *id in Gregorio non habetur.*

25 *At de S. Felicis cognomine quo vulgo* in Pincis *appellatur, ista commentatur Jacobus de Voragine :* Felix, prænomine in Pincis, dicitur vel a loco in quo requiescit, vel a subulis quibus passus perhibetur, nam pincus subula dicitur. Aiunt enim quod cum magister puerorum extiterit, et eis nimium rigidus fuerit, tentus a paganis cum Christum libere confiteretur traditus fuit in manibus puerorum quos ipse docuerat, qui eum stylis et subulis occiderunt. Ecclesia tamen tenere videtur quod non Martyr extitit, sed Confessor. *Deinde alia subdit, in quibus eum cum* S. Felice *Martyre Romano, et* S. Felice *Nolano Presbytero confundit atque Episcopum facit. Verum nullus in sacris Fastis memoratur* Felix *stylis et graphiis puerorum interfectus, sed Cassianus, de quo 13 Augusti agemus. Felicem sic confixum graphiis, quæ pinnas quoque vocat, refert et Petrus de Natalibus lib. 2, cap. 73, ut supra in omissorum catalogo monuimus, at capite sequenti S. Felicem Presbyterum et Martyrem Romanum, quem* passum

passum *at* Romæ juxta portam Pincinam, ubi et requiescit in loco qui dicitur in Pincis, et ex hoc prænomine In Pincis dicitur. *Scribit quidem Marlianus in colle Hortulorum domum fuisse* Pincii Senatoris, qui et colli et portæ nomen fecit : hodie enim mons Pincius, Pincianaque dicitur porta. *Hoc non novum illi portæ nomen esse e Procopio discas qui lib.* 1, *de bello Gothico ejus meminit. Ea* Collatina *olim fuit, quique e regione ejus ager jacet, is etiamnum* in Collatia *appellatur, teste Panvinio. Andreas Fulvius lib.* 2, *antiqu. Roman. cap.* 9, *scribit in ipso colle Hortulorum fuisse ecclesiam* S. Felicis in Pincio *quæ nunc non extat.*

Pincius mons.

26 *At sive Nolæ* Pincis Pinciisve *fuerit Felicis monumento locus, sive Romæ in petitum est nomen a* Pincis Pincisve; *S. Paulinus vocabulum loci proprium non prodit, solum conditum scribit* Felicem, *ubi muris tectisque vacua regio, læto cespite vilebat, amœnior que, et verno cultu, odoris graminibus, quasi gnara honoris beneficique cælitus oblati, gestiebat : mox vero ut justa illi publico studio peracta, postlis ex ossibus lucem emicuisse, omen beneficentiæ deinceps impertiendæ divinitus isthuc mortalibus, illustrisque ejus meriti testimonium. Hunc autem ejus tumulum videtur constituere idem Paulinus extra urbem, aut saltem remotum a ceteris urbanis ædificiis, cum Natali* 9, *procul a templi illius area urbem fuisse, et post, ab urbe prope nullum aquæductum tenui limite exiguam isthuc guttam demittere scribit. Tradunt Nolani episcopium vetus tempore S. Paulini fuisse eo loco ubi* S. Felicem *araneæ tererant, qui locus urbe in minorem formam redacta, milliari ab ea distat.*

Locus sepulchri S. Felicis.

§ VII. *De S. Felicis reliquiis*

M*arius Viperanus quasdam S. Felicis reliquias in Ecclesia Beneventana sub principe ara asservari testatur, colique isthic ejus natalem ritu duplici, atque extra urbem supra montem erectam illi ædem, a qua monti regionique vicinæ nomen. Octavius Pancirolus aliquas* Romæ S. Felicis, *qui in* Pincis *dictus, extare reliquias tradit, in SS. Sergii et Bacchi sive basilica, sive ara nunc solum in S. Adriani æde, at reliquum corpus Nolæ esse.*

Reliquiæ ejus aliquæ Beneventi.

28 *Ambrosius Leo ita de reliquiis* S. Felicis, *quæ in crypta Ecclesiæ Cathedralis Nolanæ, sive subterraneo sacello custodiuntur, obscure ambigueque loquitur, ut nescias Episcopi ac Martyris, an Presbyteri esse existimarit, an potius alterius S. Felicis, cujus germanus Romæ martyrium subiit, conditusque est fortassis in Pinciis, aut Pincis Episcopi ac Martyris* Felicis *id esse corpus tradunt Nolani, cujus* 15 *Novemb. agitur celebritas.*

Nolæ.

29 *Ex ejus sancti Antistitis exuviis, salutarem exsudant liquorem, quem Nolani* manna *vocant : quod addendum fuit, quia non desunt qui S. Felici Presbytero id tribuant. De eo idem Ambrosius lib.* 2, *cap.* 11. In occiduo sacelli hujus (*subterranei, ut diximus*) latere ara extat, et supra aram mensa marmorea erecta, ac pertusa trajectaque canaliculo argenteo, unde liquor quidam stiriatim fluens decidit tum cum maxime urget hyemale gelu, quem liquorem mannam vocant, idemque Divi sudor esse creditur, cujus corpus in puteo jacet, hic nempe a tergo tabulæ marmoreæ patet, ac in imum descendit.

Manna.

30 *Præcipue oculis medetur hic liquor. Ex ejus vero copia futuræ ubertatis præsagium sumunt Nolani. Fertilem annum fore, si largius fluxerit, faustumque nec vanum ple, autumant, adversa metuunt, si tenuior. Cum anno Christi* 1558 *Nolam nostræ Societatis homines primum venere, isthuc fluxit demedium, ut flagitant. Maria Sanctaseverina tum olim Nolanæ Comitis, pietatis eximiæ matrona, dextram dicunt hic fluxisse, ... pietatis celebrarunque, eventum fructus portendens. Memorat id Franciscus Sacchinus tom.* 2 *Historiæ Societatis, lib.* 2, *num.* 78. Hi omnes, *inquit,* excepti sunt perhonorifice ac perhumaniter, multis Primorum partim in equis, partim pedibus longe obviam ingressis : quorum comitatu stipati, festo interim etiam nolarum sonitu publicam celebrante lætitiam, urbem Dominica sacri adventus quarta iniere. Ea ipsa nocte e S. Felicis Nolanorum patroni corpore latex, qui sacer ac salubér habetur (manna id genus liquoribus vulgus fecit nomen) manavit. Quod quamquam non plane præter solitum evenit, tamen quia persuasum est civibus, ubi manat, felicitatem portendere, observata res est, et tamquam vetus patronus novos hospites lætus ac favens exciperet, cumulavit gratulationem, et spes omnium confirmavit.

VITA S. FELICIS.

ALGIORE S. GREGORIO TURON.

Ex S. Gregorio Turon. lib. 1, *de glor. Mart. cap.* 104.

De Felice Nolano Martyre, quia historia passionis non est in promptu, juxta id quod B. Paulinus versu conscripsit, pauca huic lectioni oblectat inserere. Hic enim a *a* Maximo prædictæ urbis pontifice presbyterii honore præditus, quantæ fuerit sapientiæ eruditionisque, non modo Christianis, verum etiam ipsis quoque paganis occuli non potuit. Cum autem Imperatorum decreta Christianos insequi præcepissent, Maximus Pontifex jam senio prægravatus, *b* putans se non posse ferre supplicia, silvarum saltus adiit : quos dum turbidus de hac persecutione pererrat, affectus fame, gelu attritus, solo corruit semivivus. At Felix Presbyter captus, cum multa de deorum portentis, quod nihil fuerint, disputasset, *c* percursis diversorum suppliciorum generibus carceri dijudicatur, in quo non mediocribus vinculis tenebatur adstrictus.

S. Felix ordinatur. Carceratur.

2 Nocte autem media venit ad eum Angelus Domini, et confractis catenis, scissaque trabe, qua pedes ejus conclusi erant, ait : Surge, et sequere me. Qui surgens egressus est cum eo januam carceris, dixitque ei Angelus Domini : Conscende ad montana, et require Sacerdotem tuum, inventumque ac refocillatum, reduc ad urbem, et in loco abscondo secreto, ne inedia ac frigore depereat, donec desinat persecutio a Christianis. Accepto Felix mandato, pergit quo nesciebat : sed providente Deo reperit Sacerdotem solo prostratum, clausis oculis, strictisque dentibus, in quo nihil aliud quam tenuis halitus inspirabat, interpellatoque nullum sermonem potuit elicere, tactoque sensit ejus membra hieme rigida, et absque ullo vitali tepore præmortua. Anxius autem cum nullum alimentum esset quod periclitanti porrigeret, neque quo ignis accenderetur haberet, dum staret attonitus, quasi de æthereis sedibus dilapsum, quod ita erat, munus contemplatur Angelicum. Ecce enim de sente, quæ erat proxima, uvam dependere miratur, de qua granis in os Confessoris expressis, paullulum senior refocillatus erectus est : quem humeris impositum tanta velocitate detulit, ut putaretur magis ille ferri quam ferre. Sic tugurio *d* cujusdam viduæ commendato alimentum præbuit, donec insecutio Christiana discessit. Quo Sacerdote migrante, Felix electus a populo, ut Cathedræ Ecclesiasticæ superponeretur, noluit acquiescere. Ergo Quintus nomine, Presbyter, Episcopus ordinatur.

S. Maximum semimortuum refert.

3 *e* Orta igitur persecutione Catholicorum, cum Felix Presbyter in platea populum moneret ne a recto itinere deviaret, persecutor missus adfuit, et ignotus Felici Presbytero, sollicitus ipse cœpit esse quisnam esset Felix : dextra ille innuens, ait : *f* Hanc in partem abiit. Quo discedente, hic latebram petiit, seque inter

Auctore S. Gregorio Turon.

Ab aranearum tela ejus latebris prætensa, effugit persecutores.

inter parietes dirutos, per modicum ingressus aditum, occuli voluit. Nec mora persecutor insequitur, sed Deus sollicitudinem quærentis elusit. Nam jussu divinitatis, araneæ per aditum, quo Martyr ingressus fuerat, telarum prætendunt stamina. At illi per vestigium persequentes, dum locum explorare nituntur, exordia telæ conspiciunt, dixeruntque ad semetipsos : Putasne per hæc fila homo transiit, quæ sæpius tenuitas muscarum erumpit. Et illusi providentia Dei, discesserunt. Beatus quoque Felix, *g* data nocte, *h* secessit ad alium locum, in quo per *i* tres menses a muliere quadam ciborum alimenta suscipiens, data pace, Ecclesiæ suæ ac populo restauratur; numquam tamen mulieris ministrantis faciem vidit, aut ab ea suspectus est, dum in latibulo moraretur.

Nutritur a muliere, nec eam videt.

4 Igitur in pace quiescens, sepultus est juxta urbem, multis se declarans virtutibus in populis, de quibus pauca perstringam. Erat enim quidam pauper habens duos boves ad exercendam culturam suam, nec ei erat alia possessio, nisi quod ab his potuisset tellurem scindens vomere laborare. Accidit autem ut quadam die lassus de hoc opere veniens, his dimissis se hospitiolo reconderet. Nec mora *k* fur rapax adfuit, qui eos clam capiens, secum abduxit. Egressusque pauper in crastino, nihil invenit. Deinde quærit per devia, circuit silvas, scandit montium ardua : sed nec vestigium quidem deprehendere potest. Redit ad propria, dat voces in fletu, atque cum uxore ac liberis plangit, dicens : Væ mihi, quia juvencis *l* defectis hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamentans ad sepulchrum B. Felicis Martyris : dat cum fletu gemitum, exorat ut ei virtus ejus, quæ perdiderat reddi obtineret a Domino. Egressus autem a templo, *m* ante ipsam atrii januam agnoscit boves suos, et ait : O magna virtus Martyris, quæ mihi perditum tam velociter restitui fecit. Ingressusque iterum prosternitur ad pavimentum, et gratias agens, cum rebus regressus est suis : oculumque hominis hujus, quem cæcum habebat, Martyris illuminavit.

Post mortem miraculis claret.

Quidam boves amissos, ejus ope recuperat, et cæcus lumen.

Alter oculum transfixum.

5 Ad hujus quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo conditum requiescit, adhæret appendens porticus, in qua dependens fune lychnus lumen loco consueverat ministrare. Ille autem cui hoc erat officium contueri ad ejus compositionem, accedens, laxato fune discessit, quasi oleum petiturus. Cumque omnia tenebris nocturnalibus tenerentur operta, et funis cum uncinulis in medio portici submissior dependeret, *n* quidam de adstantibus in vigilia Sancti, nebula cellulæ, quæ de exusta surrexerat papyro, fatigatus, foras egreditur. Cumque per porticum illam præteriret, unus de uncinulis funis faciem excepit hominis venientis, illato acumine transfigens oculum ejus. At ille dolorem sentiens, extensis celeriter palmis, vultus periclitantes cum ipsis obtegit oculis, clamans non mediocri ejulatu, ac dicens : Succurre, deprecor, sancte Sacerdos, et proximum te facito pereunti, qui loco proximus adstas. Emitte sacras per occulta medicamina manus, et extrahe malum quod adversatur lumini, ne lumine viduatus abscedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni. Ad hujus lamentabilem vociferationem exhibito qui aderant lumine, advertunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cumque profluente sanguine, nullus manum ad eruendum auderet apponere, Martyris virtus adfuit immensa beati, quæ sic uncinum abstraxit, ut nec oculum erueret, nec visum penetraret, et sanguinis decurrente fluentum, stringeret : sed exerato ferro de oculo, dolore pallidarum resedit [illegible] virtus Martyris sancti declaratur in populo. Ex [illegible] autem ad hanc sacratam athletæ Christi ædem, probatos atque purgatos sæpius scripsit [illegible] auctor

a *MS Ripatorii* Maximiano. *De eo agemus* 15 *Januar.*

b *Ita et Ado supra, atque alii. Plures secessisse scribunt, ut se gregi suo reservaret.* c *At S. Paulinus nat.* 4.

Primus supplicii de carcere texitur ordo.

d *S. Paulinus depositum a Felice Episcopum scribit sub proprio tecto, quod unica anus servabat. Viduam fuisse plures alii conjiciunt.*

e *Ex aliis patet hanc novam persecutionem ante Maximi mortem contigisse. Turonensem sequitur Vincentius Bellovacensis lib.* 18, *cap.* 39.

f *Repugnat S. Paulinus, qui respondisse ait* : Nescio Felicem, quem quæritis.

g *MS Rip.* clara nocte.

h *Idem S. Paulinus tradit, egressum videlicet, latebrasque mutasse.*

i *Ita Breviarium Romanum, Vincentius, Haræus, alii. At Paulinus sex totos menses isthic scribit latitasse.*

k *Addit MS Rip.* Ab Elpidio venerabili Presbytero, in loco qui dicitur Pincis. l *Al.* perditis.

m *Aliter longe hoc narrat Paulinus nat.* 6, *ubi Beda infra.*

n Theridius *is fuit, qui litterarum Severi ad Paulinum bajulus memoratur ep.* 14 *et* 38, *mirifice laudatus a Paulino car.* 13, *qui et hoc miraculum prolixe narrat nat.* 7.

o *Ipse manu uncum eduxit Theridius, ut Paulinus scribit, Felice dulciam ejus mentem manumque prinante.*

p *Paulinus. Ita natali* 3.

Martyris ostendit meritum, cum jure potenti
Dæmonas exercet, devinctaque corpora solvit.
Nam sibi Felicem cunctis incumbere pœnis
Pestiferi proceres tristi clamore fatentur,
Occultasque cruces gemitu testantur aperto,
Velatamque oculis mortalibus, at manifestam
Auribus, et multo præsentem murmure produnt
Cum captiva intra deprensi corpora Christum
In Sancto fulgere suo clamantque probantque.
Membrorum concussu tremuli, capitumque rotatu,
Tormentis pœnas suis, sed non sua corpora torquent.
Clamantes proprios aliena per ora dolores
Orantum veniam : latet ultor, pœna videtur.
Tum si quos graviore mali violentior hostis
Vinxerit, ista dies divino munere solvit.
Cernere tunc passim est sacra purgata medela
Pectora luminibus sternis, jam mente refectos
Gratantes jam voce sua concinere hymnum.
Turba tremens hominum mistæ inter gaudia cunctis
Prosiliunt lacrymæ : præsens Deus omnibus ille
Creditur : immensi Felix est gloria Christi.

Et natali 6.

Unde igitur tantus circumstat munia terror?
Quis tantos agit hoc populos? quæ vis inimicus urget
Dæmonas? invitosque rapit? frustraque rebelli
Voce reclamantes compellat adusque sepulchrum
Martyris, et sancto quasi fixos limine sistit?

Et præcipue natali 7.

Cernitur illa dies spectari suetaque per omnem
Vim [illegible] solemnem, sævos cum dæmonas urget.
Occultaque manu communes verberat hostes
Sed tamen hoc ipsa in rerum [illegible] virtute notatur
Quod licet in toto cruciatos dæmonas anno
Exagitet, jubeatque hominum discedere membris
Producat plerosque tamen, quo longior hostes
Pœna malos agitet, vel ut alii, qui meruere
Vasa mali fieri, ut merit[illegible], tardante medela,
Plenius omne luant decreto tempore crimen.
Sive hoc natali studet indulgere diei,
Ut paucis alias det opem, quod plurima longius
Natali det dona suo. Nam cum iste propinquat
Elabente dies anno, tunc sævior instat
Et gravior [illegible] tunc ægra examina cogi
Densius, et certum rejeci prope festa salutem.
Tunc solito gravius succensi dæmones ardent,
Flebilibusque ululant, et vi majore subacti,
Ultima jam tormenta gemunt [illegible]
Excessu facta, sed magis ante agitati
Et variis nunc suppliciis, tolluntur in altum
Suspensi [illegible] subitaneis, et [illegible]
Aere [illegible] vacuo, vinclis quæ [illegible] hærent
Pendent per [illegible] per non [illegible] quamvis
Corpora, vexatos hostes sua pœna fatigat
Solvuntur pœnas, cum pœnas ferre videntur
Corpora, et [illegible] animæ [illegible] aliena
In membris tormenta suis [illegible] homo dæmone capto
Liber agit, quia non hominis, sed dæmonis est crux.

Ac paullo inferius

His etiam potiora tamen spectata profabor
Ante alios illum [illegible] membra [illegible] hostis
Obsidet, ad sacra pro limina Martyris ægra
Ex [illegible] de plebe rapit, admotumque [illegible]
Ante fores Sancti cancellis, corpore verso
Suspendit pedibus [illegible] supinis
Quodque magis mirum atque [illegible]
Vestibus [illegible] aut ad vestigia [illegible]
Corporis [illegible] velatur operto
Scilicet ut [illegible] reverentia [illegible]
Corporibus maneat, nec pœna dæmon in ipsa
Qua cruciatur ovet, [illegible] pudorem
Artubus, [illegible] torqueatur honesto.
[illegible] sed [illegible]

Dæmones a S. Felice possessis corporibus torquentur, ac depelluntur.

Similiter

Fit id alibi quoque

Similia memorat Severus in Dialogo 3, de vita S. Martini Si quando exorcizandorum dæmonum curam S. Martinus reciperet, solitum accidere, ut plures sublatis in sublime pedibus penderent, nec defluerent tamen vestes super faciem, nec verecundiam faceret nudata pars corporum.

Demum natali 8, certum hominem narrat enormis πολυφαγίας dæmonio liberatum.

Immensæ voracitatis energumenus curatus.

Denique de multis unum loquar, ut sit ab uno
Discere, dæmoniis sensus constare ferinos.
Quidam homo, non longum tempus, tam prodigiali
Dæmone districtus fuit, ut jam non dapibus notos
Ille cibos hominum, vel si congesta daretur
Multa mensa dape, ut facili consumeret haustu,
Verum et gallinas habitantum limine raptas,
Mox ut sustulerat, rapido discerperet ore,
Et pluma incoctas non suffocante voraret.
Quin et funeream sanie m sitiebat, et ossa
Lambebat, pecudum projecta cadavera mordens,
Obscœnus et tristia canum ... modo ... tento
Sobrius, ecce procul conductum ex ... agellum
Et curante Deo sancta Felicis in aula
Redditus ipse sibi, clara satis indice monstrat,
Felicem meritis et Christi nomine fortem,
Immites domitare feras, et vincere flammas.

Ac tandem natali 15.

Non hominem, sed eum potius laudare videbor,
Quo Felix auctore potens, venerabile nomen
Obtinet, et medicis dat opes, quibus ægra revisit
Corpora, captivasque animas, vi dæmonis atri
Absolvit, superante Deo ... hac ope tantum
Munificus Felix operatur munera Christi,
Et de vipereo fortissimus hoste triumphat.

VITA

AUCTORE S. BEDA PRESBYTERO.

PROLOGUS.

Felicissimum B. Felicis triumphum, quem in Nola Campaniæ civitate, Domino adjuvante, promeruit Paulinus ejusdem civitatis Episcopus versibus hexametris pulcherrime ac plenissime descripsit; qui quia metricis potius, quam simplicibus habiles sunt lectoribus, placuit nobis, ob plurimorum utilitatem, eamdem sancti Confessoris historiam planioribus dilucidare sermonibus, ejusque imitari industriam, *a* qui martyrium B. Cassiani de metrico opere Prudentii, in commune apertumque omnibus eloquium transtulit.

a Eam vitam 13 Aug. dabimus, quis ejus sit auctor necdum nobis compertum, antiquum certe hinc discimus. Est Prudentii περὶ στεφάνων libro, hymno 9, edidit Surius, Mombritius, quæ hic citatur prosa redditam.

CAPUT I.

S. Felicis sacerdotium, confessio, pietas erga suum Episcopum.

a

Felicis patria pater frater.

Igitur Felix natus est in Nola quidem Campaniæ, sed *a* patre Syro, nomine Hermia, qui de Oriente Nolam veniens, ibidemque quasi indigena inhabitans, genuit filium Felicem, eique defunctus reliquit hereditatem substantiæ locupletis, cui tamen ipse promissæ in cœlestibus hereditatis dona præposuit. Habuit autem et fratrem cognomine sui patris, id est, Hermiam, cum quo patrimonium divideret terrenum. Qui longe a Felicis moribus agens, atque ideo felicitate indignus perpetua effectus est. Nam terrena solummodo bona diligere studuit, et Cæsaris potius, quam Christi esse miles elegit.

patris ordinum suscepto

3 At contra Felix, nominis sui mysterium factis exsequens, mox a puero se divino famulatui subjecit, et crescente gratia virtutum, primo Lectoris officium in Ecclesia suscepit, ac post ad Exorcistæ gradum provectus, immundos ex obsessis corporibus spiritus ejicere cœpit. Cumque in hoc ministerio virtutibus clarus extitisset, non mora, condignum meritis presbyterii gradum subiit nec minor gradu, mente et opere remansit, sicut etiam adveniens tentationum turbo probavit.

4 Nam tempore eodem exorta infidelium persecutio, gravi Ecclesiam certamine pulsavit: nec tamen portæ mortis, portas filiæ Sion, ut non nuntiarent laudem sui Creatoris, avertere potuerunt. Cumque magistri auctoresque perfidiæ primum suæ vesaniæ conflictum contra ipsos veritatis ac fidei Dominicæ magistros intendissent, primosque Episcopos vel Presbyteros Ecclesiarum, ad terrorem minorum, aut morti tradere, aut ad negandam fidem cogere conspirassent, factum est, ut ministri erroris et infesti furoris, Nolam quoque pervenientes, Episcopum urbis illius, nomine *b* Maximum, virum doctrina, pietate, atque ætate venerabilem, ad tormenta quærerent. Quod ille animadvertens, memor Domini præcepti, quo dictum est: Cum vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam, petit ad tempus secessum loci remotioris, relicto ad tuitionem civitatis Felice Presbytero, quem filii loco complectebatur atque heredem suæ Sedis accipere desiderabat.

Auctore Ven. Beda. S. Maximus Episcopus persecutionem fuga declinat

b

Matt. 10, 23.

5 At persecutores ubi Episcopum invenire nequiverunt, nihil morati, manus in Felicem mittere contendunt, eumque primum, quasi maximam post Episcopum urbis arcem, a constantia famosæ suæ virtutis dejicere, vel blandiendo promissis, vel pœnis terrendo satagunt. Comprehensus ergo Felix ab adversariis furentibus, sed ipse multum de interna Spiritus sancti consolatione confisus, mittitur in carcerem tenebrosum: ubi manus simul et collum ferrea vincula stringunt, nervo pedes arctantur. Fragmenta quoque testarum subter eum sternebantur, ne inter horrorem et frigora longæ noctis ligatus, vel somnum vel requiem capere aliquam continuo horum acumine compunctus, fineretur.

Felix capitur

6 Interea Episcopus, qui ad montium latibula hostem fugiendo secesserat, et ipse non minore martyrium passione gerebat, quam si ferro vinctus, aut testis superpositus, vel flammis esset urendus. Urebat namque animum illius cura maxima sui gregis, urebat et corpus fames, una cum gelidæ rigore hiemis: qui inter spineta sine tecto et alimento jacens, noctem una cum die pervigil, sollicitis continuabat in precibus. Nec difficile membra senilia, et longis exhausta jejuniis, tanta vis malorum comprimens, vel ad mortem usque coegit.

Maximus miseras conficitur

7 Sed ut superna pietas apertissime, quanta sui cura vir ille dignus esset, ostenderet, mittitur e cœlo Angelus, qui B. Felicem Confessorem vinculis exemptum, ad quærendum recreandumque ac domi revocandum Antistitem ejus venire præciperet. Erant autem plures eodem in carcere clausi: sed Angelus adveniens, soli Felici, qui pietatis gratia vinctus erat, apparuit, luce splendens corusca, et ipsam quoque domum gratia lucis adimplens: cujus voce simul et luce Felix motus intremuit, ac primum quidem se somnii imagine illudi putavit. Angelus surgere illum, et se sequi exeundo præcepit. Qui stupens ad imperium jubentis caussabatur se exire non posse, quia et vinculis, et claustro carceris, et custodum diligentia teneretur. Porro Angelus iterata voce surgere illum propere, nihil obstantibus vinculis, jussit, et dicto citius catenæ de manibus et collo ejus, compedesque cecidere de pedibus. Eduxit autem illum foras miro rerum ordine, aperta sibi quidem janua carceris, sed ceteris clausa: ita ut per ipsos custodes, quibus claudebatur, ignaros rerum iter agerent, ipso Angelo instar columnæ Mosaicæ, et ducatum Felici et lumen, usque dum hostium manus evaderet, præsentiæ suæ fulgore præbente.

Felix ab Angelo educitur e carcere

8 Ut autem pervenit B. Felix Confessor ad locum deserti, quo Episcopus secesserat, invenit eum ægra suspiria tenui flatu trahentem. Et quidem gavisus, quod eum viventem invenerit, contristatus vero est multum, quod inventum morti proximum vidit. Itaque complexatus et osculatus est Patrem, cœpitque tentare, si forte crebro anhelitu sui oris, et sui fotu corporis aliquid caloris posset gelidis ejus artubus afferre. Cum vero diu laborans, neque clamando,

AUCTORE VEN. BEDA

neque tangendo aliquid sensus vitalis in ejus posset vel animo excitare vel corpore, sed neque ignem aut alimentum in proximo, quo eum rigentem ac tabescentem recrearet; tandem invento salubri consilio, flectit genua sua ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, suppliciter obsecrans, ut ipse cœlitus eum juvaret, quo ministerium pietatis, quod jussus erat, ergo Patrem suum explere valeret. Nec mora : exauditus vidit pendentem vicinis in sentibus uvam : et illius esse munus agnovit, qui naturarum conditor atque auctor omnium, et aquam de petra produxit arida, et ipsam cum voluit in vinum convertit. Lætatusque multum hoc munere divinæ pietatis, tulit racemum, atque ad os Episcopi morientis admovit. Sed quia ille strictis dentibus instar mortui, utpote omni sensu et cordis et animæ carens, oblatum sibi gustum prorsus accipere nesciebat; tandem sanctus Presbyter Felix, felici manuum suarum luctamine aperuit arida ejus labia, et sic ori ejus, resoluta uva, quantum potuit succi salutaris infudit. Quo gustato, mox Pater sensum et animæ recepit et corporis : aperiuntur deinde oculi, linguaque, quæ siccis hærebat faucibus, ad loquendum soluta est.

Episcopum pene exanimem refovet

9 Et ubi plene reviviscens, Felicem esse, qui ad se quærendum venisset, agnovit, paterna illum pietate complexus, et quare tam sero veniret, conquestus est : Ubi, inquiens, tam diu demoratus es fili? Nam te jam dudum Dominus ad me venturum promiserat. Vides autem, quia etsi fragilitate victus corporis, ad horam cessi; solidam tamen animi fidelis constantiam servavi, sicut etiam loci hujus, ad quem successi, status indicat. Poteram quidem ad vicum aliquem, sive aliam urbem, ubi ab hostibus essem tutus, intrare, si mihi vilis fides, et cara hæc vita fuisset. Nunc autem cuncta hominum refugia declinans, ad deserta vero montium confugiens, divinæ tantum me gratiæ tuitionique credidi, ut videlicet me ipse quocumque modo vel ordine vellet, aut in hac vita conservaret, aut in futuram transferret. Neque vero me spes, quæ in Deum erat, fefellit, sicut tuo manifeste probatur adventu, per quem ab ipso, ut ita dixerim, limine mortis sum revocatus ad vitam. Unde, nate mi, complere festinus cœptum pietatis opus curato, et impositum me humeris tuis, domum reportare satage.

Episcopo revelatus erat ejus adventus

10 Quibus dictis, Felix celerrime quod jubebatur explevit, revectumque humeris Antistitem, suam ad domum retulit, quam unica servabat anus. Intantum autem Antistes venerabilis a mundi erat rebus alienatus, ut illi de omni turba domus et summa census, anus una superesset. Pulsatis ergo foribus, hanc suscitavit Felix, surgentique ac januam aperienti dedit et commendavit Episcopum. c Tunc Episcopus pro impenso sibi officio pietatis, B. Felici debitam gratiarum retulit actionem, et imposita capiti ejus dextera, paterna illum benedictione donavit. Qui egressus inde, paucis diebus et ipse in domo sua, donec persecutionis turbo cessaret, delituit. Quod dum fieret, deseruit latebram, et lætantibus de suo adventu civibus, sese lætum reddidit, ac per omnia digrediens, solabatur et confortabat verbo exhortationis animos singulorum, qui acerbitate præmissæ tempestatis non modicum fuerant conturbati. Nec solum vero verbo, sed et suo illos ducebat exemplo et prospera mundi et adversa despicere, sola æternæ patriæ gaudia quærere, solam superni judicis iram formidare,

Eum domum reportat

Omnes [illegible] tur

a Quo [illegible] Paulinus [illegible] Cæsare vixerat annis.

b [illegible]

c [illegible] Paulinus nat. 4.

CAPUT II.

Latebræ tempore persecutionis.

a Rursum mota persecutione, quæritur Felix, veniuntque hostes usque ad habitaculum ejus, illum ocyus rapere ac morti tradere sitientes : b qui tum forte ab ædibus suis absens, in medio civitatis cum amicis consistebat, et more sibi solito verbum fidei circumstantibus turbis prædicabat. Quem eo loci esse audientes adversarii, mox strictis gladiis accurrunt : sed pervenientes ad eum, mutato divina provisione, aut vultu ipsius, aut corde illorum, ne quaquam eum, quem optime noverant, agnoscere valebant. Interrogantibus ergo ipsum, ubi esset Felix, intellexit vir prudentissimus, divinitus actum esse, ne eum agnoscerent, ridensque inquirentibus, Nescio, inquit, Felicem, quem quæritis : nec prorsus fefellit, nemo enim seipsum facie novit.

a Non agnoscitur a persecutoribus. b

12 Qui statim relinquentes eum, diverterunt alio, et quos forte obvios habebant, interrogabant, ubi esset Felix. e quibus unus, prorsus caussæ ignarus, et furere eos credens, cœpit objurgare eos dementiæ, qui præsentem non possent agnoscere eum, cum quo loquebantur : pariterque eis quo discederet ille, quem quærebant, ostendit. Qui gravius furentes, statim vestigia B. Felicis insequuntur. At ille, appropinquantibus eis admonitus tumultu præcurrentis civitatis, et clamoribus attoniti adventu hostium vulgi, secessit locum in secretiorem qui nil quidem munimenti firmioris habens, semiruti tantum muri erat fragmine præseptus. Sed mox ut virum Dei recepit, miro eum divinæ manus est opere tutatus. Repentino enim rudere concrevit ibidem agger, qui eumdem locum precluderet, sed et aranea divino nutu, cui omnis creatura deservit, confestim nutantes ipso in loco telas suspendit. Quo cum pervenissent, obstupuerunt hostes, et presso gradu loquebantur mutuo, dicentes : Nonne stultum est nos huc hominem quærendo ingredi, cum liquido apparet neminem hic præisse? quia si quisquam intrasset, nequaquam hic aranearum fila integra remanerent, quæ etiam, muscæ perrumpentes minimæ, nonnumquam scindere solent. Constat ergo quia qui huc secessisse Felicem dixit, astu fecit, ut nos ab ejus inventione longius abstraheret. Ergo recedamus, ac omittamus hic hominis latebras scrutari, ubi ipsa loci facies neminem intrasse præmonstrat. Sic delusi, discedunt propere, frementes, et non minus, quam in Felicem, rabida mente frendentes in eum, qui se in loca talia suis dolis induxerat. Ubi multa claruit sapientia pii conditoris ac protectoris nostri. Certe nonnumquam muri urbium altissimi ac munitissimi, cives suos obsidentibus adversariis produnt magis, quam liberant : et humilem Christus famulum suum a persequentibus armatis hostibus tremulis aranearum cassibus, ne inveniri vel capi posset, abscondit. Vere ut venerabilis Pater Paulinus de his loquens, ait, ubicumque Christus adest nobis, et aranea murus fiet : at cui Christus abest, et murus aranea fiet.

Latet araneæ tela subito præseptus.

Nat. 5.

13 Discesserunt ergo, incumbente jam vespera, hostes, et Felix, illis abeuntibus, liberius alias petit latebras, gaudens de adjutorio divinæ protectionis secumque decantans : Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es. Die autem facto, secessit in locum, inter ipsa ædificiorum tecta secretiorem, ubi sex mensibus continuis ab hominum quidem notitia omnium segregatus, sed divinæ gratiæ præsentia fruitus, manebat absconditus, videlicet juxta vocem Psalmistæ, in abscondito vultus ejus a conturbatione hominum qui etiam miro illum atque hominibus inusitato ordine tanto temporis spatio pavit. Manebat namque in vicinis ædibus quadam mulier Deo devota, cujus ministerio

Ubi latet, et ut [illegible] pascitur, 6 [illegible] mensibus

Psal. 30, 21.

AUCTORE VEN. BEDA

ministerio nescientis scienter ipse, qui est totius scientiæ fons et origo, Dominus utebatur. Coquebat enim panes mulier, coquebat alias escas in cibaria domus suæ, et facta in excessu mentis, eo loco inferebat has, ubi Felix Confessor latebat ibique sumendas illi ponebat, ita ut neque huc se intrasse neque redisse umquam scire posset : sed præparatas escas domi se posuisse credens, ita semper abibat, ponendæ memor, et mox positæ immemor escæ. Et sic B. Felicem ferunt sex, ut dixi, mensibus in iisdem latebris obscuri et angusti tecti mansisse, ab humana quidem societate sejunctum, sed numquam civium supernorum præsentia desertum ; et parco nimirum victu, sed cælitus ministrato, vitam duxisse felicem.

Divinis colloquiis fruitur. *d*

Quo tempore perhibetur etiam divinæ *d* collocutionis dono sæpius dignus fuisse habitus. Erat autem iisdem, in quibus morabatur, habitaculis, cisterna vetus, de qua ipse in primis pauperem potum hauriebat ; sed hæc cum nimio æstatis esset siccata calore, non tamen beato Confessori, unde viveret, defuit. Etenim pius conditor ac provisor salutis nostræ, qui quondam sicco aere cetero, unum solummodo vellus pluvia cælesti perfudit, ipse suo Confessori, silenti prorsus ac sereno aere, prout opus habebat, *e* occulti roris gratiam, qua sitiens recrearetur, ministravit.

Potum cælitus accipit Judic. 6. *e*

a *Jacobus de Voragine scribit ante novam hanc persecutionem* Felicem *ad Episcopatum promotum a pluribus postulatum. At Paulino certior fides.*

b *Petrus de Nat. lib. 7. cap. 138 scribit, domo a gentilibus circumdata, egressum* per medium illorum transivisse, ita ut eum videntes non agnoscerent: *quæ hanc refellas.*

c *Breviarium Rom. Baronius, alii,* tres *tantum menses habent,* sex *Paulinus.*

d *Ribadeneira, Rosweyd. etc. a Christo, et sæpius ab Angelis visitatum asserunt. Paulinus sæpe Christi alloquio dignatum, ciboque ejus manu prælato pastum.*

e *Petrus de Natal. ait vere:* Et dum ex nimia siccitate æstivo tempore in ejus puteo aqua defecisset, orante Sancto pluvia larga descendit, et puteum abunde inter replevit. *At Paulinus:*

Potus S. Felici divinitus præbitus.

> Nam nimis, ut fit, tunc torridis solibus æstas
> Et puteum quoque siccarat, qui parca latentis
> Pocula præbuerat. Sed, ne sitis ureret illum
> Carmina, qui Christum sitiendo ferebat et istam
> Corporis afflicti pœnam, delatus sereno
> Inque globum tenuem nubes collecta, per arctum
> Implevit, dulcem stillicidiis in ora liquorem
> Influxit, quasi pressa manu, cœlique vacantem
> Velleris ætherei succo rorante refecit.

CAPUT III.
Humilitas, paupertas.

Completo autem hoc tempore, admonitus est oraculo divino procedere de latebris, eo quod jam persecutionis turbo pertransisset. Qui ut repentinus apparuit in publico, gratissimae, ab omnibus, quasi a Paradiso veniens, susceptus est. Cœpit autem ex tempore fidem confirmare omnium, quæ sævitia tempestatis erat non minimum convulsa. Interea Deo dilectus Antistes Maximus, longa provectus ætate, diem clausit ultimum. Nec mora. Felix in Episcopatu omnium judicio eligitur, qui et Confessor existens invictissimus, et Doctor suavissimus, quæque bona ore docebat, ipse cuncta opere complesset. Verum Felix, ut etiam humilitatis quantam in corde haberet sublimitatem insinuaret, verecunda se voce, ne hunc gradum suscipere deberet excusavit, dicens compresbyterum suum Quintum, multo dignius honorem præfati gradus posse subire, eo quod is septem diebus ante, quam ipse, ad ordinem presbyterii fuisset promotus. Quod ita, ut postulabat, expletum est ; susceptumque Episcopatus officium ita idem Quintus administravit, ut humiliter beatissimo Confessori submissus, illum pro se sermonem ad populum facere juberet, et ipse plebem officio, Felix doctrina regeret.

Mortuo S. Maximo, recusat Episcopatum.

Bonis suis tempore persecutionis proscriptus, repetere non vult.

15 Qui videlicet Felix, cum constantia confessionis et virtute humilitatis, etiam summus voluntariæ paupertatis amator extitit. Possederat namque ex paterna hereditate prædia multa, domusque ac divitias plurimas, sed tempore persecutionis proscriptus, cuncta amiserat. At vero pace Ecclesiis reddita, cum posset jura sua repetere, nequaquam ultra volebat : sed *a* amicis suadentibus, ut debita sibi jura reciperet, quæ recepta cum fœnore magnæ mercedis dispergere ac dare pauperibus posset, nullatenus id facere consentiens, forti sententia suggestiones eorum repellebat, dicens : Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Absit enim, ut res, quas caussa confessionis perdidi, repetam : absit, ut terrenas opes, quas cœlestium bonorum contemplatione semel contempsi, quasi hæc minus sola sufficiant, ulla ratione reposcam : quin potius pauper spiritu sequar Jesum, quo opulentius regni cœlorum dona percipiam : nec diffidendum quin ille, qui me et vinculis tenebrisque diri carceris eripuit, et ab hominibus secretum tanto tempore pavit, etiam cetero vitæ meæ spatio jactantem in se cogitatum meum enutriet. Hunc retinens animum, beatus Confessor, tria tantum jugera ruris modici, et hæc conducta, et unum hortulum proprii juris, unde viveret, habuit. Sed et utraque, *b* ne uno quidem famulo adjutus, propria manu coluit : fructum autem ejusdem suæ messis vel hortuli adultum, cum pauperibus semper communicare gaudebat. Eamdem autem et in habitu parcimoniam vir beatissimus sectabatur, ita ut simplici tantum vestimento, et quod numquam vel sibi sufficeret, esset contentus : si quid vero superesset, pauperibus erogaret : et si forte aliunde contingeret, ut geminum haberet indumentum, mox nudum meliore refovit.

a

1 Cor. 6. 12

Agrum ipsemet colit *b*

Ejus vestitus

a *Inter hos præcipua* Archelais, *sive ut MS. habet,* Arcelais, tam sancta fide, *ut ait Nat. 5, Paulinus,* quam stemmate clara, dives opum vidua.

b *Fallitur ergo Ribadeneira, ejusque interpretes Rosweydus et Canisius, qui operam quoque in eo horto colendo alterius usum scribunt.*

> *Paulinus diserte:* [illegible] tria jugera ruris
> Nec proprio sibi jure tenens, conducta colonus
> Ipse manu coluit, famulo sine, pauperis horti
> Possessor.

CAPUT IV.
Miracula post mortem.

Tali ergo vivens pietate, vir et nomine et merito Felix, plenus dierum atque operum bonorum defunctus est, ac viam patrum secutus, æterna est receptus in gloria ; sicut etiam signa, quæ in ecclesia, in qua sepultus est, sunt facta perplura, testantur.

Moritur *claret miraculis*

17 *a* Erat enim quidam rusticus, pauper rebus, sed fide integer : qui angustam paupertatem duorum solummodo boum possessione sustentabat, vel ipse videlicet his utens, vel vicinis utendos pacta mercede commodans : quos cum multa inops cura diligeret atque servaret, quadam nocte furto ablatos perdidit. At mane facto cum eos furatos certissime comperisset, amissa omni spe suæ quæstionis vel inventionis, petit rapido cursu ecclesiam S. Felicis : ibidemque adveniens, ante fores domus sanctæ prosternitur, fixoque in terram vultu, implorat et obsecrat S. Felicem reddere sibi boves, quos perdiderat, testatus multum cum lacrymis, numquam se inde, nisi boves reciperet, exiturum. Quod cum die toto voce quidem rustica, sed fidelissima mente fecisset, superveniente vespera ejectus est violentia turbæ, et sacris procul pulsatus ab ædibus, venit ad suam domum, nec omittit continuis in lamentis noctem ducere pervigilem. Verum quia omnis qui petit, accipit, et qui quærit, invenit, et pulsanti aperietur, et sicut Psalmista ait, desiderium pauperum exaudivit Dominus, medio noctis tempore, cum ceteris hominibus quiescentibus, ac rebus omnibus quietis, ipse solus, excitante se suo dolore ac paupertate, pervigil jaceret, (mirum dictu) contigit venire subito ad ejus ostium boves, quos quærebat : divino videlicet nutu, et prædonibus erepti, et ad domum domini per loca avia inter tenebras noctis erroresque revocati, pulsantesque cornibus ostia ejus, in quo manebat, tugurii, jam sese advenisse

a

Quidam ejus ope amissos boves recipit

Luc. 11. 10

Psalm. 9. 38

AUCTORE VEN. BEDA

advenisse signabant. Sed ille multum tremens, non jam boves suos, sed fures sibi rursus adesse credens, diutius fores aperire tardavit, donec iidem boves, quasi caussam tardantis domini intelligentes, per mugitus quoque emissos, se esse, qui ad ostia domestica pulsarent, demonstrarent. Receptis autem bobus, rusticus non rustice, sed docte ac fideliter agens, festinavit primo mane debitas redditori suo gratias rependere. Assumens enim secum boves, venit ad ecclesiam S. Felicis, omnibus et illo iter facientibus, et ibidem perveniens, beneficia, quæ a Sancto percepisset, lætabunda voce replicans et ostendens. Et quia multum plorans, vel inquirendo suos boves, vel in recipiendo præ gaudio, oculorum quoque aciem non minimum læserat, et hujus detrimenti solatium a B. Felice quærens accepit : sicque domum rediit, duplici gratiæ cœlestis munere lætatus.

et dolore oculorum liberatur

18 Cumque in honorem ejusdem beati Confessoris augustior ecclesia ædificaretur, erant in proximo ipsius ecclesiæ duo rustica ædificia, importuna situ, simul et deformia visu, quæ omne decus ecclesiæ non parum sua obscuritate fœdabant. Volens autem venerabilis ac Deo dilectus Antistes Paulinus tolli hæc ædificia, et emundari loca, in quibus sita erant, postulabat eos, ad quorum possessionem pertinebant, hanc B. Felici præbere reverentiam, ut ad illustrandum decorandumque locum ecclesiæ ejus, privata sua tecta paterentur auferri. At illi preces ejus rustica obstinatione spernentes, magis se animas dare, quam suas possessiones relinquere posse dicebant. Cumque Episcopum tæderet rusticos rixa vincere, victi sunt potentia manus divinæ. Nam nocte quadam quiescentibus cunctis, subitus ignis ex una cellarum earumdem exoriens, vicina paullatim ædificia petere cœpit, ita ut magis magisque suis incrementis adauctus, et prope et longe posita habitacula cuncta consumpturus esse videretur. Tunc tantis excitati fragoribus et globis ignium, cives accurrerunt, ut vel incendium, si possent, omnes aquam fundendo restinguerent, vel de suis singuli domibus quæcumque possent igni præripientes auferrent. Cumque se nil valere posse conspicerent, cœperunt quærere divinum, ubi humanum cessabat, auxilium. Advolant ergo, duce Episcopo, ad ecclesiam S. Felicis, flectuntque genua, supernæ auxilia protectionis implorantes, divertuntque inde ad ecclesiam beatorum *b* Apostolorum, quæ continua erat ecclesiæ B. Felicis, et inde per intercessionem Apostolicam cœlestis præsidii dona flagitantes. Ubi postquam oratum est, redit domum Episcopus, sumptamque de ligno Dominicæ crucis non grandem *c* astulam, *d* misit in medium incendii furentis : statimque immensa illa volumina flammarum, quæ tanta virorum manus aquas spargendo extinguere nequiverat, ipse lignum addendo restinxit. Tanta etenim sanctæ crucis erat virtus, ut sese natura relinqueret, et ignis, qui omnia solet ligna vorare, ipse ligno Dominicæ passionis velut exustus absumeretur. Ubi vero tempestas tanta sopita est, et mane redeunte, cives dira noctis opera considerare venerunt, credentes se non parva tantis incendiis damna esse perpessos, inventum est nihil prorsus exustum, nisi quod debebat exuri. Ex illis etenim domibus duabus, de quibus prædiximus, quas et homines consumere atque auferre disposuerunt, unam flammis absumptam videbant. Quo facto, multum erubuit rusticus ille, qui sua tecta contra decorem sanctorum ædificiorum stolida obstinatione defenderat, cernensque se invitum nulla mercede perdidisse, quæ in gratiam Sanctorum sponte nolebat amittere. Et mox ipse, quod igni superfuerat de suis ædibus, propria cœpit manu abolere, quatenus ocyus omnis circa ecclesiam beati Confessoris locus congrua Sanctis claritate ac luce redderetur insignis. Ablata autem omni ruderum fœditate ac sordium earumdem, perstabat beatus Antistes Paulinus ecclesiam, quam cœperat, ad perfectum deducere : cujus ædificium omne tribus annis perfecit, et in picturis, atque omni ornatu suo debito fine conclusit : in qua felicissima B. Felicis vita et passio in æternum memorabilis celebratur : qui die quartadecima mensis Januarii, consummato cursu certaminis gloriosi, percepit coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Basilica S. Felicis ædificationem impedientes domus ignæ absumuntur

S. Paulinus sancta cruce incendium restinguit

Templum S. Felicis ædificat, et ornat

Explicit liber de vita et confessione S. Felicis, quem ego famulus Christi Beda, de metrico opere beati Episcopi Paulini, simplici sermone transtuli.

a *Commemorat hoc miraculum nat.* 6, *Paulinus.*

b *Extat nunc ecclesia Nolæ, sive vetus illa, seu potius, ut censet Ambrosius lib.* 2, *cap.* 12, *ex ejus ruinis excitata, at non* Apostolorum, *sed* Apostoli *solum, appellatur.*

c *Sic Paulinus* : Sic et brevis astula flammam. *Ea vox alibi sæpius usitata Paulino. Quasi* abstulam *dici a tollendo Isidor. lib.* 17. *Orig. cap.* 6, *tradit. Aliis auctoribus* assula *dicitur.* — Astula, *vel* Assula

d *At Paulinus* :

De crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum
Promo, tenensque manu adversis procul ingero flammis,
Ut clypeum retinens pro pectore, quo tegerem me,
Arceremque hostem collato umbone relusum. *Non ergo abjecit in flammam, sed et opposuit, manu retinens.*

ALIA VITA

AUCTORE MARCELLO PRESBYTERO.

Ex veteri MS. Ecclesiæ S. Audomari.

PROLOGUS.

Domino sancto atque in Christo florentissimo *a* Leoni Episcopo, Marcellus Presbyter.

a Leonis Episcopi Nolani hortatu scripta hæc vita

Studium me tuæ sollicitudinis commonet, laudabilem sancti Presbyteri et Confessoris Felicis vitam, a Beatissimo Paulino antecessore vel Coepiscopo Ecclesiæ vestræ luculenter heroico versu digestam, prosæ sensibus explicare. Sed quia de tanta operis luce ingenii mei caligo diffidit, et ubertatem materiæ, styli non valet sterilitas jejuna complecti, orationibus sanctitatis vestræ adjuvari desidero, ut sensus mei pigra vestigia difficiles verborum actus, Christo ducente, transcendant : qui inter obedientes fluctus madidum iter populo transeunte siccavit, qui duras montium rupes manantium aquarum fonte mollivit, qui in tenero parvulorum ore inligata resolvit verba murmurantis infantiæ : hunc deprecor ut de immenso benevolentiæ suæ lumine sopitam cordis mei noctem in vigilia suæ lucis excitare dignetur, quatenus tanti operis viam indigno minime sermone curramus.

a *Meminit Baronius to.* 7, *an.* 535, *nu.* 54 *et an.* 536 *num.* 73 Leonis *Episcopi Nolani ab Agapito Papa cum aliis Constantinopolim legati : an idem hic sit, nos latet.*

CAPUT I.

S. Felicis patria, parentes, labores fidei caussa.

Ad gloriam Domini nostri Jesu Christi pertinet, et ad salutis magnæ remedium, Sanctorum merita virtutesque narrare : ut et Christianis mentes in amorem Catholicæ religionis major desiderii ardor accendat, et fidelium credulas aures sanctior de B. Felicis miraculis pascat auditus. Qui ex Oriente ad *a* nos suæ nativitatis deduxit originem, ut in patre Hermia veniens nostris in regionibus nasceretur. Nec enim decuit tantæ fidei ornamentum in alia gigni patria, quam in ea, quæ sacratissimos Patriarchas, Prophetasque sanctiloquos, *b* *** et unde ipsa Apostolorum lumina per universum orbem Evangelicæ prædicationis luce fulserunt, inde B. Felix olim Deo deditus pietatis suæ nobis detulit in Syro patre suffragia : qui ob amorem paternæ urbis omni Nolam dilexit affectu, et quamvis duos filios habuisset Felicem et Hermiam, substantiam suam *c* uni tantum B. Felici moriens dereliquit.

a S. Felicis patria, pater, frater

b

c

3 Justissimus vero Confessor terrena bona despiciens,

Hereditatem cum fratre dividit

ciens, opulentos cœli thesauros idonea jam mente captabat : et in amore Christi cupidus paternas divisit cum fratre pecunias, ut solius Domini bona perciperet. Alterna fratres tenuit vitæ conditio : Hermiam mundus, Felicem Christus obtinuit. Ille caduca sequi maluit, hic meritis firma possedit. Ille præsentia, iste futura dilexit. Ille heres proprii patris, iste coheres Christi cognoscitur. Ille terreno Regi militans, sterilem laboris fructum tolerando duram vitam sub fasce transegit : hic Christum tota mente diligens, armis fidei militavit. Qui pueritiæ suæ primordia ita spiritalibus disciplinis instituit, ut et servitium Deo redderet, et liber meritis probaretur. In primis vero ætatis suæ annis officium Lectoris accepit, inde Exorcistæ gradum potiori dignitate sortitus est, ut ordinatione paullatim cresceret, qui fide jam creverat. Sed dum in eo gradu constitutus plurima in Christo virtutis signa monstraret, ad dignum presbyterii sacerdotium servitio ducente pervenit.

Ipse litteris et pietati vacat

Fit Sacerdos

4 Et ut sacratissimum caput ejus duplex gratiæ corona præcingeret, Christianæ persecutio legis effecit. Quæ furore impietatis armata, pietatis jura turbabat, et fideles perfidos sanctos sacrilegos judicabat : et ut odia circa justos furoris exerceret insani, innocentes nocenti sorte perdebat. Eodem fere tempore Nolanam urbem sanctis legibus Maximus gubernabat Episcopus, qui Ecclesiæ suæ populos nunc mentis pietate, nunc oris solamine confortavit, et grandævum ætatis suæ senium Sancti baculo Felicis oblectans, paterna mente complexum heredem sibi, metu persecutionis abscedens, consilii tacita dispositione substituit et ignorante B. Felice ad montium deserta discessit. Quem venerandus Confessor pro desolati gregis miseratione perquirens, circa Ecclesiæ septa, fugiente sene, sollicitudinem boni Pastoris implevit. Hunc piissimis operibus insistentem, stimulata diabolo paganorum turba comprehendit, et tam sanctæ cervici quam manibus ferrea vincula nectentes, liberum fidei lumen injuriosa carceris nocte clauserunt. Et ne cogitantibus crudelis ad nocendum deesset inventio, in eodem custodiæ loco acutissima testarum fragmenta substraverunt, ut quæsitum in cruciatibus somnum, lectus pœnalis arceret. Sed consilium perdidit inaudita crudelitas. Nam Dominus ei et beneficium luminis præstitit, et quietis, quia in eo ipso compatiebatur, quem pro coronæ præmio pœnam sustinere permiserat. Vinctus quidem membris erat, sed liber spiritu vagabatur. Tot patientiæ palmas meruit, quot subdita pœnas caro sustinuit.

Fugiente Episcopo, Ecclesiam fovet

Comprehenditur.

In testarum fragmentis sternitur

Lumine cælesti recreatur

a *Hinc patet ipsum Marcellum Nolanum fuisse et quod mox scribat, nostris in regionibus nascebatur.*

b *Aliquid deest.*

c *Fallitur hic auctor. Nam Paulinus de Felice loquens*

—— Multoque relictus in auro,
Dives opum vigeat, quamvis non unicus heres
Terrenas cum fratre sui cognomine patris
Obtinuit Felix. *Et paullo post*
Iste heres tantum proprii patris, iste coheres
Christi.

CAPUT II.

S. Maximi Episcopi semianimis revectio.

B. S. Maximo fere exhausto subvenit, ab Angelo eductus e carcere

Interea B. Maximus in solitudine montium, ad quam carnificum manus fugiendo pervenerat, vitam æger in ærumnis agebat, non duro catenarum ferro vinctus, sed solo relicti gregis desiderio torquebatur. et nunc famis deforme jejunium, nunc algorem senilis ætatis et frigoris sustinebat. Qui noctis dieique tempus pervigili prece continuans, inter aspera montium in oratione prostratus, consolationem tribulationi lacrymosa supplicatione poscebat. Membrorum dolorem fortior cordis dolor excluserat. Sed licet fidelissimi senis mentem solida in Christo constantia roboraret, carnis tamen infirma fragilitas frigore fameque confecta, spiritus sui substantiam fabrica deficiente linquebat. Hac cœlestis Pater miseratione permotus, non pertulit Pontificis sui vitam in obscura montium asperitate transire : quamvis eum sicut Eliam volucris servitio potuisset, qui et Prophetam inter famulantia leonum ora cibis spiritualibus educavit. Ergo Sacerdotem Confessoremque sereno Deus vultu respiciens, non passus est senem in solitudine tabescere : sed, ut eum digno consolationis comite visitaret, B. Felicem de carceris custodia liberavit, per quem attonito gregi probatum fide posset revocare Pastorem, atque suis humeris sanctum oneri pondus imponens ad propriæ Ecclesiæ septa reduceret. Sed fere silenti nocte venit Angelus, et inter afflictos, quos arcta custodiæ vincula constrinxerant, Felicem solum respexit, quem reum caussa pietatis effecerat. Tunc loquente sibi Angelo, et mœroris ab eo dolor abscessit, et marcentes carceris tenebræ cum ministris subita luce fulserunt : turbatusque tanto nuntio, fideli tamen aure Angelicæ virtutis verba captabat. Sed primo agi somniis cuncta credens, respondit se retentum catena sequi non posse, quod et carceris claustro et custodis terroribus teneretur. Quem morantem vox divina increpans, catenarum vincla dissolvit, et dormiente custode, in auxilium B. Felicis Angelica virtus invigilat. Quo faciente libera fugienti datur occasio, nec claustro retineri poterat, quippe cui janua Christus extabat. Fit per eos custodes via, per quos adimi solet inclusis. Ipse enim Christus famuli sui Felicis libera fecit a catenarum ferro vestigia, qui Apostolum suum Petrum, ut cruentam Herodi prædam diriperet, de carcere liberavit.

Auctore Marcello, ex MSS.

6 Discedente vero Angelo, beatus Confessor Christi mandata custodiens, ad deserta montium et defessi senis habitacula, licet per ignotum iter, Domino tamen ducente, pervenit : invenitque eum inter extrema vitæ suspiria defectis animam flatibus perurgentem. Qui postquam B. Felix cari parentis membra cognovit, osculatus notissimos vultus, super pectus senis jacens, calorem gelidis membris et ardorem fidei piis complexibus revocabat. Sed nec sensus in corpore tepefacto, nec mobilis pulsus extabat. Similis quoque mortuo jacens, modico flatu salutis occultatæ vestigium in extremo vitæ lumine retinebat. Cujus postquam famulus Dei Felix deficientia fame ora conspexit, tristis ingemuit, quia neque unde calefaceret algentem habebat, neque ad reficiendum senem aliquid in deserto erat compendium. Cogitanti siquidem in ea hora cibum Christus opposuit, quia de spinosis sentibus super caput justi media hieme pendere uvam permisit. Hanc B. Felix celeri legit obsequio. Cujus liquorem supra gelida ora senis expressit, et distillanti musto morientibus labris succum vitæ diffudit. Refectusque subito jucundo et cœlesti remedio, clausos pene morte oculos in januam salutis aperuit. Mox notis faucibus rediens vox animata resonuit, et pari complexu gaudentes, arguens B. Felicem de tarditate, talia senex verba reddebat : Dic mihi, præcipuum gratiæ pignus Felix, et in Christo fidele remedium, quænam te cessantem mora retinuit? Dudum te ad me venire Dominus nuntiavit. Ego enim si fragili ad tempus corpore discessi, firmo tamen pectore perduravi, sicut et locus docet, et membrorum victa fragilitas, in qua me cernis trahentem lucis extrema. Ergo susceptum tibi opus a Deo perfice, et me supra humeros tuæ pietatis imponens ad commune ovilis habitaculum care porta subvectum. Gaudens tanto munere B. Felix devotæ cervici carum pondus imponens, ita levior effectus est ut ferri magis quam ipse ferre videretur, cujus pedes ad festinandum pietas veloces effecerat. Ad suæ cellulæ mox eum tecta perduxit, quæ unica anus servans, tanti Sacerdotis meritum commendabat, et pro omni servitiorum turba vel pompa facultatum,

Eum semimortuum reperit

divinitus oblata uva reficit

suis humeris domum reportat

sola

AUCTORE MARCELLO, EX MSS.

sola famulo Christi suffecerat. Hanc B. Felix pulsatis januis excitans, carum oneris pignus sub Christi obsecratione commendat, ut tantam fidei gemmam in Domini judicio præsignet incolumem.

CAPUT III.

Cetera S. Felicis gesta, mors.

Qui postquam beatum reduxit Antistitem, ipse paullulum profanorum cessante terrore, ex occultis latebris liber egreditur, et pavidum gregem de recenti persecutione salutifero sermone confortans, adversum tentationes mundi armis fidei resistere præmonebat, ut constanti pectore, et carnificum gladios prompta fide luderent, et intolerabiles cruciatus patientia virtutis expellerent. Dum hæc Confessor Christum sitientibus, inculcaret, collecta adversus S. Felicem impiorum turba perfuruit, quæ Sanctorum invida pietati ad B. Felicis domum armata gladiis et fustibus properavit. At ille in media urbe consistens Christianis mentibus verbum caritatis infundens, futuræ vitæ præmia suadebat. Hunc strictis ensibus insipiens malignantium turba perquirens, præsentem cernens videre non potuit, quippe cujus perfidia et oculis cæcabatur et mente. Quæ ita civem suum cognoscere non poterat, ut cum eo loquens ipsum magis de Felicis interrogaret abscessu. Quo negante, præteriit Et occurrentes per spatia platearum de B Felice singulos inquirebant. Cunctisque negantibus, quidam increpans eos caussæ cœlestis ignaros, indicat eum fuisse, cum quo illi loquentes nec cognoscere nec tenere potuerunt.

A persecutoribus non agnoscitur

8 At illi cum magna vulgi frequentia redeuntes, amissam furoris sui prædam per vestigia sequebantur. At B. Felix imminentia quærens vulnera declinare, ad latebram desertæ maceriæ Christo favente pervenit. In qua ita squallida loci facies erat, ut ad nullos ante usus apta, nisi tunc ad tegendum Dei famulum videretur. In ea se beatus Confessor prementibus inimicis abscondit. Ingressoque eo, ita aditum loci aranea texit, ut deteriorem situm ruinæ sordenti reficeret. Dum ad eum locum furor adpropinquasset hostilis, negabat quempiam hominum ibi intrasse, ubi tremulos sinus aranei non rupisset, dum aliquando unius muscæ impetum ferre non possent. O sapientia Dei innumeris plena semper suffragiis, quæ ex infirmis fortia mundi condemnas. Nec enim quidquam sine te præcelsæ murorum turres prævalent, aut constructa munimina. Ecce levis aranea Sanctum tuum texit, et fortem murum de fragili subtilitate contexit.

Tela araneæ tectus latet

9 Tunc egressus ex eo latibulo B. Felix, silentio tacitæ noctis usus, ad cujusdam compluvii secreta pervenit. Et dum ibidem latitaret, a nesciente *a* vidua, jubente Deo, quotidie pascebatur, quæ præparatas escas credebat se domi reponere, ignorans divinitatis occulta consilia. Sed Dominus propitium se omni justo tribuens, et illum pasci voluit, et perire mulieri non fecit obsequium. Dum diu sufficientibus ab ea dapibus aleretur, puteus fere, unde illa sancto viro pocula ministravit, accenso tunc æstatis ardore siccaverat. Et dum arida B Felicem sitis urgeret misericordiæ Deus nubem madenti globo collectam per angustum compluvii locum in sitientis ora dulci rore diffudit. Satiatusque spirituali poculo ardorem fidei duplicavit.

a A vidua ignara alitur

10 Sed postquam reddita pace, impia persecutionis tela cessarunt, admonitus a Deo latebram sanctus Confessor egreditur indubitanter. Quem post longum spatii tempus fidelium turba conspiciens, Domino laudes de Pastore reddito referebat, quod eum fugata mortis desperatione salvasset. Et tunc fere B. Maximus Episcopus benedicens S. Felicem pro mercedis compensatione, quod eum humeris suis vexerat, ad Dominum pergens de hoc migrarat seculo. Quo defuncto, Pastorem sibi Felicem universa petebat Ecclesia. At ille se velut indignum judicans beato seni Quinto, quod eum in ordinationis gradu diebus septem fere præcesserat, obtulit sacerdotii dignitatem, vixitque sub eo Antistite Presbyter, meritis et occulta virtute laudabilis. Ille populum tantum officio, Felix regebat eloquio.

Exhibitus potatur

Recusat Episcopatum.

11 Aliam quoque palmam pii Confessoris agnoscite. Qui ita avaritiam seculi opulentia suæ virtutis sprevit, ut proscriptas a profanis possessiones, oblatas sibi pacis tempore reparare noluerit. Sed nec, donante sibi sancta *b* Arcula, de prædio curavit accipere; placidoque cordé in Christo jam dives, offerentis munera deridebat, et promissionis æternæ dona considerans, egenas divitias fidei pretio recusabat. Nihilque aliud præter tria jugera horti, sed et hæc ab aliis conducta, possedit, quæ propria manu colens, quæsitum labore olus cum paupere dividebat. Nec duas umquam tunicas habuit. Et si quando secundam Domino donante promeruit, mox egeni membra contexit. Interdum suam vestem cum paupere comutabat : gaudebatve in habitu mendici procedere, qui candido fidei cultu vestitus, occultos thesauros in cordis sui palatio retinebat, egenus mundo, dives sibi. Quid enim pretiosius faceret, nisi ut Christum imitaretur, qui post cœli regna formam servi suscepit, ut jacentem culpæ nostræ conditionem humiliando se Deus in lucem novæ libertatis erigeret?

b

Prædia proscripta, post persecutionem non repetit.

Amans paupertatis.

12 Ergo B. Felix tali virtute mirabilis, ad Dominum de hac luce migravit, ut et in vita præcipuus, et in pretiosa videatur morte laudabilis. Tanta enim cineribus miracula Christus contulit, ut eis et dæmones confiteri faceret, et salvandi permitteret potestatem. Nam et alias ejus multas innumerasque virtutes, quas Deus, tam in hac vita a genti quam post ejus obitum, ad ejus gloriosam memoriam dignatus est perficere, nulla potest lingua narrare. Ex quibus nos, pro Dei gloria et ejus meritis, pauca narrabimus. Post longos itaque et innumeros agones B. Felix migravit ad Dominum, et depositus est nonadecima Kalendas Februarias, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, gloria et imperium in secula, Amen.

Miraculis post mortem clarus

a *Paulinus solum* sanctam Deo mulierem *vocat*

b *Sportulam vocat S. Cyprianus ep.* 34, ut et sportulis iisdem cum Presbyteris honorentur, et divisiones menstruas æqualis quantitatibus partiantur *Idem ep* 66, *eos qui ab Ecclesia victus stipendia accipiebant*, sportulantes *vocat De his agit Baronius to.* 1, *ad an* 57, *nu* 78.

MIRACULA S. FELICIS

EX S. PAULINI SCRIPTIS.

Q*uia nobis, quæ scripsisse se testatur Marcellus, miracula desunt, aliqua e S. Paulino dabimus, Gregorio Turonensi ac Bedæ omissa. Solebat quidem Paulinus, quæcumque sibi amicisque cœlitus fausta evenirent*, S. Felicis *patrocinio accepta scribere · nec immerito; quorum Numinis, a quo bonum omne tribui necesse est, Sancti mortalibus, præsertim sibi devotis, concilient. Ergo epistola* 28 *ad S. Victricium Rotomagensem Episcopum, scribit, Ursum gravi ægritudine ac præsenti mortis periculo*, S. Felicis *meritis liberatum. Carmine* 13 *ad Cytherium scribit, Martinianum, dum Capua Nolam mulo vehitur, medio itinere ab eo exterrito excussum in saxa et rubos prono vultu, nihil tamen incommodi accepisse*, S. Felicis *eum manu allevante.*

Meritis S. Felicis quidam sanatus,

alius in lapsu adjutus

2 *Natali* 8 *narrat solitum amnem, vicinis e montibus labentem, dum subitis forte imbribus augesceret, ita in* S. Felicis *ædem ruere, ut vicina ei domicilia violentus concuteret : at Sancti ipsius virtute ejus aversum alio impetum esse, ut procul a basilica, insolito volvatur alveo. Quis ille fuerit amnis, haud divinamus, cum Nolam nullus*

Amnis violentia aversa

nullus nunc alluat : nisi fortassis torrens fuit, aquis pluviis exundans. Omni quoque die undique frequentes Nolam confluere scribit ibidem S. Paulinus, tum sanos ut vota persolvant, tum infirmos quoque ut medelam ambiant. Multos quoque peregrino a littore adjectos, grates referre ante ejus aram prostratos, et narrare ut confracta procellis navi servati, Deo miserante, ipsiusque Felicis *manu educti, e profundo emerserint.*

Naufragi servati

3 *Epistola* 36 *(ad Macarium, vicaria præfectura Romæ fungentem, ut existimat Rosweydus, eum videlicet ipsum, cujus natalem* 2 *Januar. retulimus) illustre hoc in genere miraculum prolixe commemorat. Id hic, pauculis recisis, quæ Paulinus pro facunda sua pietate aggerat, dare visum :* Opera Domini, *inquit*, prædicare honorificum est; quæ mihi caussa hujus epistolæ fuit : quia patrisfamilias hujus, quem ad unanimitatem tuam prosequor : Secundiniani negotium, ut probabis, non potest sine Domini gloria, et laude narrari. Sicut enim dixit in Evangelio, Pater meus adhuc operatur, et ego operor, ita et nunc facit : neque desinit bonus Dominus fidem nostram evidentibus veritatis suæ excitare, ac vere provocare documentis. Itaque in diversis (ut scriptum est) argumentis apparens nobis Salvator Deus, terra marique pro nobis operatur; et quod in singulis agit, multorum fidei salutique procurat. Vide enim quam admirabile et prædicabile opus sit, quod Jesus Dominus in uno sene cum Angelis suis sanctis operatus est. Hæc enim caussa est supradicti amici et fratris, qui est vir in Christo fidelis.

Joan 5. 17

Senex in navi mirabiliter servatus.

Act 1 3

4 Hieme superiore compulsus in Sardinia (cum ceteris quippe navicülariis) invehendas fiscalibus horreis fruges ministerio propriæ navis accipere, non expectato tempore soliti *a* commeatus, ante æstivam temperiem onustum navigium vi publica urgente dimisit. Illico (ut mihi retulit) in proximo freto exorta tempestas, temere de portu solutam multarum navium classem, a cursibus destinatis retorsit, et fregit in littore. Hujus navem in quodam ejus insulæ loco, quem Ad pulvinos vocant, ne similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt, sed hiemis ejusdem violentia prævalescente, rumpentibus vinculis, nautæ exterriti scaphulam demiserunt; vel ut navi fortius continendæ revocatis et altius stabilitis anchoris subvenirent; vel ut seipsos, si possent, a discrimine navis eriperent. Sed illos statim cum fragili perfugio lembuli sui arripuisse in scopulos procella dicitur, et superfusis fluctibus obruisse. Unum ex omni numero nautarum senem sentinando deputatum, vel metu immemores, vel ut vilem animam contemnentes, relinquunt.

a Classis tempestate dissipata

5 Interea destituta nautis et anchoris navis aufertur in pelagus. Senex ille, qui nescierat se relictum, ut jactari volvique sensit, ab intimo navis emersit; vacua mare undique et undique cœlum videt : cum et metum et periculum misero solitudo cumularet, sex dies et noctes jejunus condidit. Fuerunt enim illi lacrymæ panes die ac nocte : tum ipsum jam mortis, quam vitæ cupidiorem, finemque pœnarum animæ exitu desiderantem, misericors et miserator Dominus adire cominus, et verbi cibo animare dignatus est. Refert ipse adhuc lacrymans felicitatem periculi sui, nec sine lacrymis cordis, et gaudio spiritus audiri potest, ut compellatus adeunte Christo, ut confortatus hortante sit, ut arborem jussus inciderit, quam excidi in eo tempore remedium navis erat. Sed quod multi atque validissimi sine suo et navis periculo facere vix possunt, solus et debilis arripere non audens, Dei verbo ausus est. Bis tantum et leviter, ut a senili manu tactus magis quam ictus securi, malus ita prosiluit a vulnere, ut longe extra navem in undas expulsus tuto ceciderit. Deinde variis, ut marina jactatio et navalis instructio poscit, officiis, cum aut artemone armari oportebat, aut sentinam depleri necesse erat, nomine Victoris vocatus a Domino porrigere tantum specie agendi manum, ad quamlibet operum jubebatur. Non enim in multa et varia circa hunc senem mirabilium divinorum gratia hoc quoque Dei munus prætereundum videtur, quod etiam nomen accepit, quo nunc et regeneratione censetur, et ab hominibus, et ab Angelis scribitur : gentilitio enim signo Valgius vocabatur, qui nunc Victor a Domino dicitur, et est victor in Domino, qui illi aptum ad opera sua idipsum nomen imposuit : quia videlicet et in mari de tempestatibus atque naufragio per adjutorium Christi, et nuper in terra per ejusdem gratiam de peccatis et diabolo triumphavit; videlicet ut totus in Christo novandus neque in nomine neque in homine veteri permaneret.

Senex in navi periclitans a Christo recreatur

Christo jubente agit ut navem servet

Ex S. Paulino.

6 Mira fides, et ineffabilis pietas Domini Salvatoris, qui senem, si forte somno piger lentius ad gerenda consurgeret, et molli manu ante præpalpans ne trepidus expergefieret, vellicata blande auricula suscitavit, cum leniter adnitens senex a primo statim conatu suo manibus Angelicis res effectas videret. Vix rudentem quasi ducturus attigerat, cum velum videret jam exsinuatum in contos suos, supparum stabat, vela navis faciebat. Aqua rimis navis accepta mergere tentaverat : et post unum vel alterum brevis sentinaculi haustum humore destricto, siccataque navi, quod ageret non habebat; stupens laborem sibi sine labore præcerpi, et actum suum occulta manu præveniri : si bene occulta dicitur quæ tam perspicuum præstabat auxilium. Sed nec ipsi operatores simplicibus innocentissimi senis oculis subtrahebantur . nam sæpe vidit armatos (videlicet de exercitu cœli) milites excubare navigio, et cuncta nautici muneris administrare. Nec sane navem illam nisi Angeli nautæ decebant, cui gubernaculum erat mundi Gubernator. Ipse enim Dominus nunc suo vultu coruscus, ut in Apocalypsi describitur, et coma fulgidus : nunc Confessoris et amici sui, Domini mei communis patroni Felicis ore venerabilis in puppi sedebat, (sicut nautico usu dicitur) ad temones, vel potius, pro temonibus, quos cum anchoris pariter et nautis in illo naufrago littore navis amiserat : infelix feliciter, ut pro amissis omnibus, viris et armis suis, aut Domini Martyrem aut Dominum Martyris obtineret. Narrat gaudio lacrymans senex, se ad ipsius pedes nunc Domini nunc Martyris gubernantis sibi, solitum procubare, etiam familiarius ipso allectante, in genibus quoque ac sinibus sacris beatum, et afflatibus divinis odorum reclinati capitis pulvinar habuisse. Dubitemus nunc Patriarcharum sinus fidelibus in Christo servis patere, cum immensa ejus bonitas etiam catechumenum tunc istum, vel suo, vel Sancti sui foverit gremio?

Juvatur ab Angelis.

Apoc 1 14

a Christo quoque et S. Felice

in eorum sinu reclinat caput

7 *Et aliquando post* . Denique non solum navem, sed ipsum quoque, cujus caussa navem tuebatur, regens, et in eo discreta carnis et spiritus officia dispensans, noctu securum requiescere, die vigilare sollicitum jubebat . se pro dormiente vigilaturum, et vigilanti cooperaturum esse promittens. Nempe illum in iis verbis Domini recognosces affectum, quo semper ita spem nostram fovet, ut sollicitudinem non relaxet . ita infirmæ carni consulit, ut spiritus promptus esse non desinat. Et ideo sic dormire permisit seni fesso, ut ne seni quidem et fatigato sine vigilandi negotio securitatem remitteret, ne scilicet resolveretur in somnos inertes, et inciperet non solum corpore, sed et mente dormire.

Jubetur interdum quiescere

8 *Ac deinde :* Viginti tres dies homo non modo a terris, sed ab hominibus exclusus, omnium ventorum ludibrium, omnis terræ exul, diversi maris hospes, et exsors generis humani, inter fluctus et belluas maris in vago erraticæ navis hospitio, jejuniis, senio, timore confectus, quæso te, numquid natura sua perduravit? Cui ergo obscurum sit, Deum in illo fuisse? Eum dixi Deum, qui facit mirabilia solus; qui vocat

23 diebus jactatur

est

Ex S. Paulino

ea quæ non sunt, tamquam quæ sint; cujus ope enabat toto navis secreta pelago, et invisibili gubernatore quasi vacua et tam gravi mole se promovens, clausis intra cameras suas homine cum frugibus, velut illa diluvio feta mundi seminibus arca, fluebat, nec uno mari jactata cursum cum tempestatibus immutavit. Primo ad Urbem acta, *b* Romani portus Pharum vidit. Deinde Campaniam longis tractibus legit: mutatisque turbinibus in Africæ littora transvolavit; atque ab ipsis rursus abrepta, Siciliam transcurrit, circa quam concita et verticosa crebris, ut ferunt, *c* insulis freta, et periculosos etiam sub gubernatore navibus cursus inter ambages et obices insularum, tam directo otiosus senex inoffensoque navigio præterivit, ut quasi divina navis, et immisso divinitus spiritu sapiens, sua sponte cavenda vitaret, sequenda peteret, et utiliter ac perite per necessarios obitus flecteretur, vigesimo demum tertio die, miserante jam Domino, finem errorum atque discriminum in Lucanis positura littoribus.

Gen. 7, 17

9 Quibus propinquanti Dominus æternus, ut indefessa ejus bonitas usque ad terminum susceptæ sibi navigationis operaretur mirabilia sua, tacito suæ adspirationis instinctu, compulsos a littore in duabus naviculis piscatores obviam misit, qui navem hanc eminus conspicati, primo aspectu territi refugerunt: plenam enim armatorum, et *d* Liburnæ æmulam sibi visam ipsi postea retulerunt: deinde magnis et sæpe repetitis senis nostri vocibus aliquando revocati, ratione secum habita, et agente sic Domino, nihil sibi ab ea navi, timendum, in quam vocarentur, intellexerunt. Accessere navigio, vacuumque militibus esse, quod longe stipatum viderant, vix seni contestanti, et ascensa tandem navi, suis oculis crediderunt. Ubi receptos senex prandio, quod pridie jussus a Domino præparaverat, excepit; multaque mercede copiosis amissorum nautarum panibus saturavit, atque donavit. Quibus stipendiis læti famulantibus lembulis suis, quasi emeritam gravi e bello et de certamine coronatam, quippe ut superstitem naufragii, victricem ventorum et fluctuum navem, ad portum suum *e* remulco præeunte duxerunt.

In Lucaniam appellit.

10 *Post paullo:* Quid huic, quæso, obfuit seni persona sentinatoris, et in nautis vilissima, inops habitus, et *f* mastruca Sardorum? Nam pellibus sutis vestiebatur, cum illum Dominus virtutum, Rex gloriæ, et alloquio suo beabat, et illuminabat aspectu, et gremio sopiebat; profecto et id ipsum in eo diligens, quod Eliæ meloten, et prævii Joannis habitum veste setigera imitabatur? *Tandem:* Quæras forsitan quibus hic meritis vetus navita, semper in tenebris ignorantiæ demoratus, et tam ab operibus justitiæ, quam a scientia veritatis alienus obtinuisse videatur, quod paucissimis certe operariis, quamquam a custodia matutina usque in noctem totius diei pondus, et æstum sustinuerint, facile conceditur. Respondebit tibi Apostolus profecto, quia sine pœnitentia sunt gratiæ et donationes Dei; et quia non ex operibus justificabitur omnis caro. Tempus est gratiæ, et fides ad justitiam deputatur, quia de lapidibus filii Abraham quotidie suscitantur. Nunc enim tempus acceptum, nunc dies salutis, quo pacis et laudis hostias immolamus, et sacrificium Deo spiritus contribulatus est et in homine templum Dei, et in corde credenti salutaria, et in defæcatis pectoribus sancta sanctorum. Quare qui cor contritum et humiliatum non spernit, ipse nostrum senem placitam sibi naturalibus bonis hostiam in odorem suavitatis accepit. Nam ingenita simplicitate tam purus animi semper fuisse perhibetur, ut peccare nescierit. Jam in extremæ ætatis senecta puer et malitia parvulus, non solum gratiæ, sed et mentis infantiam gerit. Nuper enim (ut supra dixi) renatus in Christo, et Domino dedicatus est, per quem mala vitæ, per quem aquas mortis evasit.

Rom. 11, 29
Rom. 3, 20

Gratuito ei a Deo concessa bis, ac tum baptizatur.

alioquin innocens.

11 *Demum cujus rei caussa prolixam illam scripsit epistolam, Macarium isthæc rogat:* Tu studium piæ devotionis intende; et patrono hujus Secundiniano, cui navem Christus omnipotens, pro hujus salute servatam, jam desperanti reddidit, toto fidei tuæ affectu adesto. Munus enim Christi adseres. Ne patiaris invidia diaboli per hominem improbum Secundiniano eripi, vel jam ereptum negari, quod illi de naufragio redonavit Deus. Procurator Christiani viri, fratris nostri Posthumiani, esse dicitur, qui eam navem in Brutiorum littore, quo possessio Senatoris adluitur, adlapsam, avarior mari et sine myoparone piraticam in terra agens occupavit, et captam vacuefecit: nam etiam nunc in ipso littore inanis manet, ut damnum oneris frustra in pelago servati et in terra perditi contestetur. Depositæ jam sæpe apud Judicem provincialem super hoc latrocinio querelæ, sed Pharao noster induravit cor suum; forte ut in ipso mirabilia fiant: et conventus per officia primo vi rebellavit, postea Romam profugit. Hæc Secundinianum meum necessitas ad Urbem, et itinere terreno, peregrinari cum suo unico nauta coegit. Non ambigo, fratrem nostrum Posthumianum, et interventu tuo, et sua fide atque justitia, commovendum. Quare hoc moderamine intervenire debemus (quod profecto facias, etsi nullus admoneam) ut pari labore defendas, et excuses optimo Senatori, id est, Christiano viro, reum suum; ita ut prædoni ipsi sufficiat impunitatis lucrum, nobis ab ipso Dei munera recipere contentis.

Navis post injuste spoliata.

a Commeatus *sæpe pro abeundi facultate, aut re annonaria; hic pro itu redituque classis commeantis accipitur. Ita Suetonius in Nerone cap. 20.* Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant. *Cæsar lib. 5, bel. Gall.* Duobus commeatibus exercitum reportare constituit. b *Sæpe* portus Romani *mentio fit, qui et simpliciter* Portus, Portus Urbis, Augusti portus. *Is erat juxta ostia Tiberis, ad dextrum ejus alveum, quo insula sacra, sive Libanus almæ Veneris cingitur. Nec solum portus erat, isque duplex, exterior et interior, sed et oppidum insigne: paucis nunc tectis habitatur, sed rudera illustrium ædificiorum templorumque ostentat. Sedis isthic ab antiquo Episcopalis. In Portu* Pharus *fuit, sive alta turris unde nocturni ignes ostendebantur, ut in illa turri insulæ* Phari *ad Alexandriam. De Romana hac Pharo Juvenalis satyra 12:*

Commeatus

Portus Romanus

Pharus in eo

Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenamque Pharon,

Et Valerius Flaccus:

Non ita Tyrrhenus stupet Ioniusque magister
Qui portus Tiberine tuos claramque serena
Arce Pharon linquens.

Et ipse S. Paulinus carm. 13, de Martiniano loquens:

Intraret ut Portum Phari.

Eam a Claudio Cæsare erectam scribit Suetonius lib. 4, cap. 20.

c Æolias *videtur innuere, sive* Vulcanias, *ad Septemtrionem Siciliæ, quarum sæpe mentio, præsertim* Liparæ. *Quamquam et* Ægades *haud longe a Lilybæo promontorio, Libyam versus, jacent.*

d *Navim bellicam, qualibus expeditis piraticam exercere* Liburni *Illyrici populi soliti, deinde etiam ad prælia usi ipsi Romani, quod mira celeritate pollerent.*

Liburnæ naves

e Remulco duci, trahive *naves magnæ dicuntur, cum æstu ventoque destitutæ a scapha præeunte, et remis acta impelluntur.*

Remulcus

f *Genus vestis Sardoæ. Hinc* mastrucati *(sive mastrucati)* latrunculi *in Sardinia, Ciceroni memorati, orat. de provin. Cons.*

DE S. FELICE CONF., PRESBYT., ROMANO, NOLÆ.

Extra Nolam XIV Januarii Duo Felices Presbyteri.

F*requentissimum Fastis mendum, ut qui cognomines Divi, eorum Acta mista fœdius vitientur, quo plus alteri singulis affingitur decoris. Id* Felici Nolano, *alterique* Romano *Presbyteris, evenisse jam monuimus, egimusque de illo prolixe. Hunc pauciores memorant, quia ejus ad illum gesta transtulere. Alii Romanum Martyrem hic retulerunt, quia cum duos* Felices *legerent coli hoc die, et unum quidem* Felicis *quoque Martyris fratrem; Martyrem Romanum, Nolanumque Hermiæ filium, S. Paulino laudatum, fratres temere censuerunt.*

2 *Alii distinxere Presbyteros duos Romanos, quorum senior*

Alterius nomen in Martyrologiis

senior Romæ via Portuensi martyrium subiit, junior tormentis superatis relegatus, Nolæ tandem Confessor decessit, et tertium Nolanæ Ecclesiæ Presbyterum. Testatur Michael Monachus, in Breviario Capuano tres recitari lectiones, de Romano Martyre primam, alteram de fratre Confessore, tertiam de Nolano, qui perperam tamen in ea Episcopus appellatur. Usuardi quoque MSS. duo supra citata, celebrato Nolano Felice, sed mendose Episcopo appellato, subdunt : Item eodem die S. Felicis Presbyteri et Confessoris. *MS. Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellis :* Apud eumdem locum (*Nolam*) Felicis Presbyteri, fratris præcedentis (*scilicet, Hermiæ F. mendose, potius sequentis, nam Romanum Martyrem mox subjicit*) qui pro confessione Christi fortiter certavit : sed Ecclesia ipsum Confessorem potius quam Martyrem tenet.

3 *Plenius de eodem Rabanus et MS. S Maximini Treviris :* Eodem die natalis est Felicis germani ipsius *(mendum, jam ante perstrictum)* quem Dracus Urbis Præfectus idolis immolare coegit, et fustibus cecidit, atque in exilium deportari jussit, ubi et quadratos lapides cæderet, sed per virtutem Dei plures ibi convertit ad fidem, (*huc usque MS. S. Maximini; pergit vulgatus Rabanus :*) hoc est, Probum Tribunum, et eos qui secum erant. Deinde idolum Apollinis destruxit : in quo loco fideles postea templum Deo construxerunt. Post duodecim vero annos, ipsa die Dominica, confectis mysteriis, perrexit ad Dominum Jesum Christum. *Hic dici Episcopus videtur in quarto Kalendario Capuano, quod citat Monachus :* S. Felicis in Pincis, *inquit,* Presbyteri et Martyris; et Felicis Nolani Episcopi et Confessoris. *Nam qui alius memoratur* Felix *Episcopus, is Martyr fuit. A quibusdam videtur 30 Aug celebrari, ut ex Ferrario diximus supra § 1, nu. 4*

Acta ejus

4 *Hujus Acta descripserat Rosweydus ex vetustissimo MS. Claudii Puteani, quæ cum Mombritio, et MSS. S. Maximini et S. Martini Treviris, S. Mariæ de Ripatorio, Nuo'ai Belfortii, contulimus. Eadem fere Vincentius Bellovacensis lib. 18 c. 40 recitat, et Petrus de Natal. lib. 2, cap. 75, quæ Ado aliique cum Actis alterius* Felicis *confuderunt, ut supra fuse dictum.*

ACTA EX VETERIBUS MSS.

Factum est post completionem beatissimi *a* Felicis Presbyteri, alius Felix germanus ejus junior *b* nomine et actione, et ipse Presbyter, cum adductus fuisset ad iniquissimum *c* Draccum Urbis Præfectum, cœpit eum compellere ut idolis immolaret. Quibus B. Felix Presbyter ait : Puto, quod estis inimici deorum vestrorum affecti, ad quoscumque me duxeritis in deorum templis, hoc eis eveniet, quod *d* illis evenit, ad quos meum fratrem vos duxisse jam pœnitet. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Jesu Christi, ad Capitolium ire me jubete, ut ipsum Jovem principem dæmoniorum vestrorum ruere faciam.

2 Audiens hæc Draccus Præfectus clausit aures suas, et jubet eum fustibus cædi, atque exilio deportari in montem, qui vocatur *e* Circeius, ubi lapides quadrati excidebantur, ut ibidem omnibus diebus vitæ suæ S. Felix hoc faceret. Adveniens igitur in prædictum locum, invenit ibidem cujusdam Probi Tribuni, qui præerat loco, filiam a dæmonio vexari. Qui invocato nomine Domini Jesu Christi, statim filia ejus salvata est. Tunc Probus Tribunus cum vidisset hoc miraculum factum in ejus filia, misit se ad pedes ejus, clamans et dicens : Vere tu verus es homo Dei sanctus : et exinde jam non permisit penitus, ut ibi injuriæ subjaceret. Erat autem iste Tribunus et nomine et opere Probus, civis Nolanus, cui etiam nuntiatum est quod uxor ejus *f* morbum hydropicum incurrisset. Cui S. Felix ait : Noli tristari, tu tantummodo crede quod Christus meus verus est Deus, et salva erit uxor tua. Qui cum diceret, Credo; benedicens oleum, misit ad eam, ex quo peruncta post triduum salva facta est.

Hydropicam sanat

3 Tunc collega Probi Tribuni perrexit ad *g* Consularem, et ita egit, ut *h* eum vinctum duceret, quod eum Christum confitentem audivit. Venientes autem ex officio ut eum tenerent, manus eorum in dolorem conversæ sunt, ita ut ululatum diræ vocis emitterent. Quibus B. Felix ait : Dicite, quia Christus verus est Deus, et dimittet vos dolor. Qui cum clamarent, Verus est Christus Deus, statim a dolore liberati sunt. Universi autem qui aderant crediderunt Domino, et baptizati sunt.

Volentes eum comprehendere puniuntur baptizati liberatur.

4 Expleto autem *i* Tribunitii sui tempore Probus una cum S. Felice reversus est *k* Nolam. Erat autem ibi Pontifex dæmonum, qui quasi divinabat miseris et paganis hominibus. Hic videns S. Felicem, cecidit ad pedes ejus dicens : Domine, vidit te Deus meus venientem, et fugit; cui cum dicerem, Quare fugis, respondit mihi : Virtutem hujus Felicis, qui cum Probo Tribuno venit, ferre nullatenus possum. Si ergo Deus meus sic te timet, quanto magis ego te timere et venerari debeo? Dicit ei B. Felix : Ego servus Christi sum, ipsum time et venerare. Qui audiens credidit Christo. Cum autem ibi maneret S. Felix, et hortum sibi excoleret, venerunt nocte qui ejus olera raperent : et invenientes ibi *l* vangas, tota nocte, Luna lucente, laboraverunt. Videbatur autem eis, quod furtum facerent. Illi autem mane inventi sunt laborantes. Quos cum vidisset S. Felix, ait eis : Adjuvet vos Dominus, filioli. Illi autem mittentes se ad pedes ejus confessi sunt quid voti eorum fuisset, et quid Dominus procurasset.

Fugat ex idolis dæmonem

Fures in ejus hortum coluit

5 Factum est autem deinceps ut veniret S. Felix ad templum, quod in *m* vicino erat, in quo divinus esse dicebatur Apollo dæmon paganorum. Et videns populum intrantem, dicit eis : Si vere divinus est Apollo, dicat mihi, quid ego clausa manu retineo. Erat autem in manu ejus Evangeliaria breve, in quo erat scriptura orationis Dominicæ. Et eum non posset ullus indicare, nec sacerdos, nec vates eorum, minister Apollinis; dixit ad eos S. Felix : Miseri quid erratis : dicite mihi quid vobis præstat Apollo iste ut eum colatis? Qui dixerunt : Furta detegit, et divinat siquis *n* alicujus læsionis quærit articulum. Quibus S. Felix dixit : Hæc a Domino Jesu Christo melius consequemini, sed in ejusdem Apollinis dejectione non contristemini. Ego enim ei impero, ut ultra non audeat vobis dare responsa. Videntes autem Pagani a nullo eis dari responsum, sed magis a S. Felice in omnibus mirabilia magna fieri, cæcos illuminari, dæmonia effugari, variis languoribus detentos curari, atque vicinos morti per ejus orationes ad vitam restitui, projecerunt simulachrum Apollinis in pavimentum, et in eodem loco oratorium fabricantes, crediderunt universi Domino Jesu Christo.

Apollinem mutum reddit

6 Supervixit autem beatissimus Felix Presbyter, in eadem civitate per annos duodecim. Quicumque autem illi veniebat ex paganis, ut eum Christianum exinde rapere conaretur, et in judicium offerret, statim a dæmonio replebatur. Cumque Christo credidisset, a S. Felice mundatus, Deo gratias referens, Christianus abscedebat, qui persequi venerat. Post duodecim vero annos, ipsa die Dominica, confectis mysteriis dataque pace universo populo, projiciens se in pavimentum in orationem, perrexit ad Dominum Jesum Christum, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti per immortalia secula seculorum, Amen.

a [illegible] qui [illegible]

b [illegible] dicitur, [illegible] Draccus [illegible]

[illegible] Draccus [illegible] Draco

d Serapi

Ex variis Circeii

d *Serapi, Mercurio, Dianæ*

e *MS Belfortii* Circæe us *MS S Max.* C r us *Vincentius. MS Cl Puteani* Circeio Circæum *promontorium est Italiæ haud procul Terracina, et in eo olim oppidum, colonia Romana, vulgo* Circeii, *Græcis* Circæum, *et* Circæs *Oppidi vestigia etiamnum visuntur in monte sive promontorio, ut scribit Cluverius, dicta vulgo* La citta vecchia *Oppido collapso arx condita isthic est, tutum antiquis Pontificibus a tyrannorum sævitia refugium, ut in Latio scribit Leander In radicibus deinde montis Circæi castellum est S Felicitas Porro promontorio a Circe venefica nomen, quam isthic habitasse aiunt, ubi illius olim fanum fuit Mons vulgo nunc* Monte Circello *dicitur*

f *Petrus de Natal addit,* in urbe Nolana.

g *Vinc* Consulares *Quatuor Consulares, qui per Italiam jus dicerent, creati olim ab Hadriano, post octo fuerunt. Hic intelligitur* Consularis Campaniæ, *de quo in Notitia imperii Occidentalis agitur*

h *Petrus* Probum *comprehendi jussum scribit*

i *Ita MSS pleraque quædam* Tribunatus.

k *Addunt quidam codices,* in civitatem suam. *MS. S Max.* Nolanis *Vinc. et quædam MSS* Nolanum, *villam fortassis in agro Nolano*

l *Mombr* Sarculo Vanga *Italis idem est quod* bipalium

m *MS S Max* vico

n *Al* aliquid læsionis *al* aliquas læsiones.

o *Momb et MS* Puteani Christum. *Belf* eum.

DE S. MACRINA, AVIA S. BASILII,

NEOCÆSAREÆ IN PONTO.

Sec. IV. XIV Januarii

Basilii Magni *illustre genus fuit, ut S. Gregorius Nazianzenus orat.* 20, *tradit. Avia paterna* Macrina, *nutrix illi fideique orthodoxæ ac pietatis magistra. Ejus XIV Januarii Martyrologio Romano inscriptum nomen, his verbis* Neocæsareæ in Ponto S. Macrinæ, discipulæ B. Gregorii Thaumaturgi, aviæ S. Basilii, quæ eum educavit in fide

S. Macrina avia S. Basilii

2 *Baronius in Notat. ad Martyrologium scribit eam* temporibus Decii Imperatoris et successorum vixisse Neocæsareæ in Ponto, eruditam a magno illo Gregorio Thaumaturgo. *Grandis natu fuit Macrina si ab ipsius ore Gregorii qui post synodum Antiochenam anno Gallieni* 12, *Christi* 265, *contra Paulum Samosatenum celebratam, haud diu videtur superstes fuisse, ut ad vitam ejus* 17 *Novemb. dicemus, fidei hausit doctrinam cum ex S. Basilii, quem nutrivit et instituit, ætate colligi possit, minimum ad Constantii ac fratrum pervenisse exordia. Verba Basilii sunt ep* 75, *(in edit. Scotti* 69,*) ad Neocæsarienses*. Fidei vero nostræ quæ poterit esse evidentior probatio, quam quod ab avia beata fœmina, quæ ex vobis erat oriunda, (Macrinam dico, illustrem illam) educati, ab ea edocti sumus Beatissimi Gregorii verba, quæcumque ad eam consequentia memoriæ conservata et ipsa custodivit, et nos adhuc infantes edocuit, et pietatis dogmatibus informavit *Græca illa,* περὶ ἧς ἐδιδάχθημεν τὰ τοῦ μακαριωτάτου Γρηγορίου ῥήματα, ὅσα πρὸς αὐτὴν ἀκολουθίᾳ μνήμης διασωθέντα αὐτή τε ἐφύλασσε, καὶ ἡμᾶς ἔτι νηπίους ὄντας ἔπλαττε, καὶ ἐμόρφου τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασι, *ita videntur intelligi posse, ut et ipsa penes se memoriæ beneficio conservarit, quæ Gregorium docentem audierat adolescens, et, de cursu quodam memoriæ ac traditione, quæ is olim docuerat, a parentibus suis ac magistris ipsa didicerit, nepotemque docuerit Sic in eadem epistola discipulum se ejusdem Gregorii ipse Basilius gloriatur* Idem, *inquit*, vobis ac nobis et magistri divinorum mysteriorum et patres spirituales fuerunt, qui a principio vestram fundarunt Ecclesiam Gregorium dico magnum illum et quotquot post illum Episcopalem apud vos thronum susceperunt, alter post alterum, vel ut astra quædam exorti, iisdemque incessere vestigiis

An S. Gregorii Thaumaturgi discipula

3 *Acta porro institutionis hujus idem meminit Basilius ep* 79, *Scotto* 73, *ad* Eustathium *Sebastenum* Et revera, *inquit*, reliqua nostra omnia ejusmodi sunt, ut merito propter ea ingemiscere debeamus; unam hoc tamen audeo gloriari in Domino, quod nunquam falsas opiniones habuerim de Deo neque aliter sentiendo, animi postea judicium mutaverim sed quam a puero sententiam de Deo, a beata matre mea, et ab avia mea Macrina hausi, illam justis incrementis auctam in me ipso conservaverim Non enim aliis post alios maturescente judicio assumpsi, sed tradita mihi ab iis principia absolvi et ad perfectionem deduxi. *Epistola quoque* 64, *testatur se* Neocæsareæ [illegible] *apud aviam suam, et nutricem,* [illegible] *De matre S Basilii S* [illegible] *30 Maii*

S. Basilii fidei magistra

4 *Basilii frater S. Gregorius Nyssenus in vita* Macrinæ *sororis*, 19 *Julii ita scribit :* Macrinæ virgini nomen erat, sic a parentibus appellatæ, quod olim insignis quædam in nostra familia Macrina fuerat, patris nostri videlicet mater, quæ tempore persecutionum pro Christi confessione pugnaverat. *Hæc certamina utcumque exponit S. Gregorius Nazianzenus orat. in laudem Basilii, atque ex eo Baronius to.* 2, *an.* 304, *nu.* 53, *et seqq.*

Persecutionem pro fide passa

5 Aliarum quidem familiarum, vel etiam sigillatim cujuslibet hominis, alia sunt decora et laudum ornamenta, vel majora vel minora, quæ instar paternæ cujusdam hereditatis, vel longinquius vel propinquius exorsæ, ad posteros devolvuntur huic autem *a* utriusque parentis insigne atque ornamentum pietas fuit, quemadmodum nunc oratio declarabit. Persecutio erat, et quidem atrocissima et formidolosissima : iis loquor, quibus etiam persecutio nota est, quam *b* Maximinus excitavit, qui cum multos, qui paullo ante extiterant excepisset, crudelitate sua perfecit, ut ii omnes humani fuisse viderentur, incredibili quadam audacia furens, modisque omnibus impietatis palmam ferre contendens. Hunc athletarum nostrorum plerique superarunt, alii ad mortem usque, alii pene usque ad mortem dimicantes; ideo videlicet relicti, ut victoriæ suæ essent superstites, nec in ipso certamine animam efflarent, sed aliis virtutis *c* aliptæ, vivi martyres, spirantes columnæ, *d* tacitaque præconia relinquerentur.

Tempore Maximiani Galerii

a

b

c

d

e

6 *e* Horum numerum auxerunt patris ejus parentes, quibus, cum omne pietatis genus coluissent, eximiam tempestas illa coronidem invexit. Etenim illi quidem ita animo constituti et comparati erant, ut ea omnia facile perpessuri, ob quæ Christus eos, qui certamen ipsius nostra causa susceptum imitantur, corona donat. Verum quoniam certamen quoque legitimum ipsis esse oportebat, (lex autem martyrii hæc est, ut nec in certamen ultro proruamus, et persecutoribus ipsis et infirmioribus athletis consulentes, nec cum præsentes sumus, certamen detrectemus illud quippe temerarii ac præcipitis est animi, hoc timidi et ignavi) in hoc quoque legislatorem reverentes, quid moliuntur? vel potius quonam a divina providentia, omnia eorum consilia gubernante, ducuntur? Ad quamdam Ponticorum montium silvam (illic aut permultæ sunt et densæ et valde amplæ ac spatiosæ) cum paucis admodum tam fugæ comitibus, quam cibi ministris confugiunt. Atque hic quidem alii temporis diuturnitatem admirentur, (siquidem in annum pene septimum, eoque amplius protractum illis exilium fuisse narrant) et vivendi rationem corporibus generosis angustam et insolentem, ut verisimile est, quodque item sub dio agentes, algoribus, caloribus, pluviis divexati fuerint, postremo quod in molesta hujusmodi solitudine hominum societate et commercio caruerint Quæ res quam calamitosa et acerba iis fuisse putanda est, qui frequenti satellitio cingi atque honorari solebant.

cum viro in solitudine latet 7 annis

7 Ego autem quod magis est majori dignum admiratione

ratione exponam. Nec mihi quisquam fidem abrogabit, nisi qui nihil magnum esse existimarit, persecutiones et pericula Christi caussa suscepta, prave certe quidem atque admodum periculose sentiens. Suaviores quasdam epulas generosi homines expetebant, ut qui temporis longinquitate fracti ac debilitati essent, ac necessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec idcirco tamen Israelitarum sermonibus utebantur, (non enim queruli et murmuratores erant, ut illi cum Ægyptum reliquissent, fameque in deserto premerentur) nimirum solitudine meliorem sibique magis exoptandam Ægyptum esse, ut quæ luculentam iis ollarum, et carnium, aliarumque omnium rerum, quas illic reliquerant copiam subministraret; nec enim jam, qua vecordia erant, gravis ipsis lateritius labor et argilla videbatur: verum alia, quæ sanctitatem majorem fidemque sapiebant, loquebantur. Quid enim, dicebant, fierine hoc nequit, ut Deus ille miraculorum, qui peregrinum populum et profugum ita copiose in deserto aluit, ut et panem plueret, et aves effunderet, non solum necessariis, sed etiam delicatioribus cibis eum nutriens; qui mare scidit, solis cursum retardavit, amnem repressit; aliaque deinde subjungentes quæcunque ab eo olim gesta, (solet enim in hujusmodi rebus animus veteres historias libenter persequi, Deique gloriam ex multis miraculis celebrare). Idem etiam, inferebant, nos quoque pietatis athletis hodierno die lautioribus obsoniis pascat. Feræ multæ, quæ divitum mensas, quales, quondam nobis etiam erant, effugerunt, in his montibus latitant: multæ esculentæ aves supra nos, qui eas expetimus, volitant: quorum quid omnino est, quod, te vel solum annuente, non facile capi possit? Hæc eorum verba erant. ac præda verborum comes erat, obsonium sponte oblatum, convivium nullo labore instructum, cervi e tumulis repente apparentes: quam magni! quam pingues! quam ad cædem prompti et parati! Propemodum eos conjiceres, quod non citius vocati essent, moleste ferre. Illi capitum nutu trahebant: hi sequebantur: quo insectante et cogente? nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu et clamore venatico? quibus juvenibus viarum exitus occupantibus, ut venationis leges postulant? orationis tantum justæque petitionis vinculo constricti. Quis vel nostra vel omnium qui unquam fuerunt memoria, talem venationem capturamque cognovit? O rem admirandam! Ipsi prædæ suæ f dispensatores erant: quantum voluntas ferebat, detentum est: quod supererat, ad silvas in secundam mensam relegatum est. Loci extemporales, cœna nitida, convivæ grati, miraculum hoc habentes velut præludium speratarum rerum. Ex quo etiam ad eam dimicationem, ob quam hæc illis præsto erant, alacriores redditi sunt.

Cibus lautiores expetentibus.

Cervi ultro se mactandos offerunt.

f

a *Græce est* τῷ δὲ γένει ἀμφοτέρων τὸ εὐσεβὲς ἐπίσημον. *Alii* γενῶν *legunt. Bellius vertit* utriusque generis decus.

b *Imo* Maximianus Galerius, *qui passim a Græcis* Maximinus *appellatur. De hac persecutione agit Baronius an.* 304, *fuse. Secessit tunc quoque in solitudinem S.* Gordius *centurio, de quo* 3 *Jan. egimus.*

c Ἀλείπτης *est qui athletas ungit in gymnasio, ab* ἀλείφειν, ungere.

d *Qui non voce, sed præfectorum lautiorumque membrorum ostentatione, pietatem inculcant.*

e *Græce* σὺν πολλοῖς δὲ τοῖς ἀριθμουμένοις καὶ οἱ πρὸς πατρὸς τούτου πατέρες. *Bellius vertit* Cum multis autem aliis, et quidem celebribus paterni illius proavi. *At Baronius de* parentibus *S. Basilii Magni hæc accepit in Annalibus, et Notat. ad Martyrol.* 30 *Maii, quæ tamen solum de* patris ejus parentibus, *Macrina nimirum ejusque marito, dicta sunt.* f Ταμίαι arbitri, promicondi.

DE SANCTIS MONACHIS MARTYRIBUS
THEODULO PRESBYTERO, PAULO, JOANNNE, PROCLO, HYPATIO, ISAAC, MACARIO, MARCO, BENJAMIN, ELIA ET ALIIS,
JUXTA SINAM MONTEM IN ARABIA.

Sect. I. XIV Januarii Horum SS. natalis.

Interfectos a barbaris initio quarti seculi monachos octo et triginta in monte Sina, aut ad ejus radices, supra memoravimus. Eodem die, quo illorum vel perpetrata cædes erat, vel agi consueverat celebritas, alii altero post seculo iidem trucidati, quos cum prioribus ut diximus, Martyrologium Romanum aliique confudere: distinxit in Notis Baronius. Galesinius de posterioribus, ut ex Notationibus patet, deque Raithunis Martyribus ita scribit: In Græcia sanctorum monachorum, qui in Sina monte, et Rhaiti regione habitantes, orationibus assidue dediti, in omnique pietate se exercentes, ob religionem interfecti sunt. *Eadem habet Martyrologium Germanicum, sed* XIII *Januarii.*

Acta a S. Nilo monacho scripta.

2 *Horum certamen S. Nilus monachus descripsit, a se oculis spectatum. Erat Nilus* in utraque philosophia magno Chrysostomo usus Præceptore, *ut Nicephorus Callistus lib.* 14, *cap.* 53, *testatur, qui sequenti capite de eo ita scribit.* Admirando autem Nilo patria Constantinopolis fuit, cujus etiam propter egregiam generis nobilitatem Præfectus fuit. Potentia autem et opibus affluens, asceticam illis prætulit vitam: quippe qui ad exemplum divini Davidis, ad domum Dei abjici, quam in tabernaculis peccatorum habitare maluerit. Et cum eloquentiæ vi polleret, divinæque gratiæ nervis validus esset, scripta varia, quæ vitæ monasticæ exercitium instruunt, reliquit, verbis et sententiis ita composita ut lectoris animum gratia incredibili recreent. Scripsit quoque divinorum Patrum in monte Sina obitum martyrium, facundia et affectu tanto, ut satis inde colligere liceat, quam eximia doctrina juxta et virtute vir is fuerit: ubi etiam suas et filiorum res paucis commemorat, miserabiliter veluti in tragœdia captivitatem eorum exponens, cum barbari Blemmyes excursione sua cædem ingentem fecere: quod opusculum tamquam spirituale quoddam oblectamentum studiosis reliquit. *Hæc Nicephorus. Colitur* S. Nilus 12 *Novemb. quo die de aliis ejus scriptis agemus, quorum quædam extant to.* 5, *Bibliothecæ Patrum par.* 2. *Eadem fere quæ hic Nicephorus, habent Menæa Græcorum et Anthologion.* Hi religiosæ vitæ desiderio, omnibus rebus mundanis valere jussis, solitudinem incolebant. Quibuscum et B. Nilus degebat, qui urbis Constantinopolitanæ Præfectus fuerat: qui et eloquentia clarus et sancti Spiritus gratia potens, nobilissimos libros edidit, qui ad religiosæ vitæ exercitationem pertinent: atque horum sanctorum Patrum vitæ rationem, captivitatem, cædemque descripsit. Interfecti sunt enim illi a Barbaris, Blemmyis dictis qui ab Arabia usque ad Ægyptum et mare Erythræum solitudinem pervastarunt.

Non a Blemmyis, sed Saracenis occisi sunt.

3 *Baronius quoque in Notis ad Martyrologium cum de Raithunis agit Martyribus,* Blemmyas Saracenosque *confundit*. Cæsi sunt, *inquit,* iidem sub incursione Sarracenorum qui dicti sunt Blemmii. *At diversos esse a* Saracenis Blemmyas *patet ex Vopisco, qui in Aureliano ita scribit.* Præter captivos gentium barbararum, Blemyes, Axomitæ, Arabes Eudæmo-

nes

Auctore S. Nilo

nes. Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Persæ, cum suis quique muneribus. *Et paullo post :* Illum Saraceni, Blemyes, Axomitæ, Bactriani, *etc.* veluti præsentem pene venerati sunt Deum. *Ammianus quoque* Saracenos *latissime sumptos ad* Nili cataractas porrigi et confinia Blemyarum *scribit. At de* Blemyis *infra. Hanc autem Sanctorum cædem perpetratam ab iis qui Arabiam Petræam incolunt, manifestum est ex ipso S. Nilo infra cap. 4. Cujus historiam a Lipomano olim ac deinde a Surio editam, cum Græco MS. contulimus.*

Tempus cædis

4 *Zacharias Lippelous hanc Sanctorum cædem contigisse ait anno* 499, *Anastasii* 9. *Cedrenus scribit anno Anastasii* 10 *et* 11, *populatos esse Saracenos Phœnicen et Syriam : at non est verisimile S. Nilum, qui Chrysostomi,* 100, *jam fere annis mortui, discipulus fuerat, tunc adeo vegetum expeditumque, ad iter esse potuisse. Agitur horum sanctorum Patrum simul et Theoduli celebritas, ut infra ex Menæis dicetur, in templo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, juxta orphanotrophium, quo eorum translatæ sunt reliquiæ.*

Reliquiæ

a HISTORIA

AUCTORE S. NILO MONACHO

CAPUT I.

S. Nilus in Pharan filium luget.

Cum post incursionem Barbarorum errarem ego, veni in *b* Pharan. Quidam autem ex iis qui aderant, cum audissent me laudare vitam eremiticam, ipsi quoque ex se multa adjiciebant encomia, dicentes eam esse plenam tranquillitate, liberam ab omni perturbatione, *c* ut quæ animæ statum, quæ in iis quæ non videntur philosophatur, silentio et quiete amplificet, et per hæc progredientem ducat proxime ad Dei cognitionem : quam quidem esse extremum expetendorum, et extremam beatitudinem, omnes qui fuerunt a seculo Sapientes, tanquam una lingua et uno animo opinantur.

Laus vitæ solitariæ

2 Cum lacrymantibus autem defixisque oculis eos attenderem, et miserabiliter admodum ejulassem, (sedebam enim valde conturbatus propter eas, quæ mihi acciderant, molestias, ipsoque vultu manifeste annuntiabam meam calamitatem) postquam illi hæc viderunt, adhuc fortasse volentes producere sermonem orationis, cum a recta paullulum declinassent, et simul in orbem circumsedissent, et deinde paullulum siluissent, rursus loqui aggredientes, deligenter et cum quadam commiseratione me rogarunt caussam, cur sic essem perturbatus. Ubi autem ad eorum rogatum flevi adhuc lamentabilius, (majorem enim mihi commovit animi perturbationem interrogatio eorum quæ acciderant, et rursus coegit cogitatione res tanquam præsentes intueri) illi rursus statim : Numquid, dixerunt, o senex, eorum quæ a nobis dicta sunt, aliquid fuit tibi caussa doloris? an errorem nostræ deflens sententiæ, nos dicere falsum deprehendisti? Non parvam enim intrinsecus tristitiam ostendit et ipse ad pectus et lacrymæ oculorum. Sed et illi quidem. Ego autem et dixi :

S. Nilus doloris caussam interrogatus

3 O Patres et fratres, quid vobis primum dicam? Ad quid autem respondebo, cum jam nubes mœroris, menti meæ offundat tenebras? Nam sum quidem ipse quoque vestræ, ut videtis, sententiæ. Solitudinis autem res tantum quanta sit utilitas, eam *d* olim sum admiratus, et cum propter ejus desiderium statuissem omnia relinquere, domum, patriam, cognationem, amicos, consanguineos, facultates, totum illi me dedidi : sed ea mihi eum perdidit, qui erat omnium carissimus, ut eum, ut videre licet, reliquit, desertum ab omni consolatione : et propterea eam non sunt etiam me laudare ... perturbatio, cum desiderii veluti tyrannidem ... grave malum, quod acci-dit. Sed (o stultitiam!) progressus sum ad philosophandum, relicta filii lamentatione, et mihi invenit otium cogitatio, quæ nunc quoque nihil aliud suscepit cogitandum, præter cædem *e* Theoduli. Mihi enim perpetuo ejus remanet simulacrum, alias aliter visione apprehendens, variis modis factam fuisse interemptionem, et flebilem vocem mihi audire videor : et eum ob ictum humi se temere volutantem adspicio, illa mente apprehendens, quæ par erat præsentem visu didicisse. Hei mihi, miserande fili, sive adhuc vivis, sive mortuus es! O acerbam servitutem, si mortem effugisti! O insepultam sepulturam, si te barbaricus ensis confecit! Quid servitutem lamentabor? Quid mortem deflebo? Nam si vivis superstes, (quod non sinit, ut existimem, probabilitas : quando enim non fuit manus barbarica prompta ad occidendum, inserviens iræ, semper humanum sanguinem sitiens?) quomodo nunc tecum agitur? flagella omnino quotidiana? et jussa plane inhumana, minæque citra veniam, et violentia. His quoque accedunt opera gravissima, quæ tuas vires excedunt, et custodia, quam effugere non datur; et libertatis spes omnino nulla : imo vero metus quoque mortis quotidianus, qui prope habet ensem; eo enim scit barbarus metiri suam iram, ut qui non loris, nec viminibus uti solet ad verbera, sed parvis et magnis delictis unam pœnam imponat, mortem : quando etiam absque peccato, aut ebrietate debacchans, aut temerario cedens impetui et inconsideratæ appetitioni, facile aliorum ludere interitum didicit consuetudine.

e Theodulum filium deflet

vel misere servientem

4 Sin autem es mortuus, ubinam accepisti occisionem corporis? undenam processerunt fluenta tui sanguinis? Quomodo palpitasti atro cruore conspersus, et miseris pedibus mortiferam saltans saltationem? Quomodo supplex fuisti ei, qui te interimebat, barbaro, ejus sævitiam volens emollire miserabilibus gestibus? Nam alter alterius vocem minime intelligebatis; in qua quis apte et concinne componens precationem, iratam animam sæpe flectit ad misericordiam. Quisnam locus tuum cepit corpus? Quænam feræ tua membra dilaniarunt? Quænam aves repletæ fuerunt tuis carnibus? Quodnam sidus oriens vidit tui ventris ablata, et adspexit tua effusa viscera? Quidnam immanes ferarum vicit dentes, vel quæ reliquum fuit satietati, aut quod propter duritiem mansit non confectum? quod quidem aprico est Soli expositum, et propter solitudinem, sepulturam minime est consecutum? Si quis hoc alicunde mihi dedisset, aut me duxisset et juxta id statuisset, haberem saltem aliquam parvam doloris consolationem, tanquam vivum et sentiens relictum membrum alloquens, seu os, seu caro, seu pilus esset id, quod visum fuisset. Nam quorum in calamitatibus moderatæ sunt res adversæ, habent magnum ut in malis commodum, et se revera secunda quadam explent voluptate, dum eos, qui ad ipsos attinent, in morbo diu curant, et videndi satietatem tempore accipiunt, eisque assident deficientibus et agentibus animam, et extrema verba audiunt, eosque dum efferuntur, sequuntur, et sepulcro vident extremum impositum signaculum. Quæ quidem omnia ei, qui luget, magnam afferunt consolationem; deductio, unguentum, et sepultura, et amicorum commiseratio, levant animi ægritudinem.

NOT 57.

vel occisum

5 Ego autem quonam horum consolabor dolorem, qui nec sciam quibusnam modo sit mortuus, neque mortui habeam simulacrum visione expressum, quale erat in fine? Quorum enim aspectus memoriæ non mandavit figuras, eorum sunt formæ instabiles et minime terminatæ, et alias aliter expressæ et simulacrorum varietatibus deceptam circumagentes cogitationem. O malorum incertitudinem! O incertam calamitatem! Nescio quid primum defleam, quid conquerar, ignorans mortuumne lugeam, an vivum? vinctum, an omnium consolatorem deplorem? ... tolerantem servitutem,

vitutem, an cæde miserabili interemptum? Captivus enim, est obnoxius et subjectus omni contumeliæ, pœnisque ac suppliciis vel invitus submittitur, utpote quod sit in ejus domini potestate, quam velit ferre sententiam. O qui mihi in hodiernum usque diem fuisti omnium, quæ erant in vita, socius, et solus captivus servitutis fecisti periculum! Fuisti socius longæ peregrinationis, sensisti mecum ærumnas in terra aliena, fuisti in solitudine particeps afflictionis. Isaac, in iis quæ patri videbantur, imitatus es obedientiam. Quomodo ergo nunc solus subiisti extremam calamitatem, et solus exantlas mala captivitatis? Cur ergo propter clementiam ensis evasi periculum? Cur non me aliis quoque mortuis adjecit crudelis dextera? Sed mihi parsum est, ut mala fortasse majora experirer: et quod meæ brevi invideretur liberationi, ut modo longum de te luctum sentirem. Sed magna quidem animi ægritudo hæc mihi præbet dicenda. Quoniam autem vos quoque video mecum tangi misericordia, et non aliter esse affectos, quam ipse, qui est passus (ejus autem, quod dico, signum est et intensa auditio, et continui gemitus) omnia mea vobis singulatim, ut se habent, narrabo: et maxime, si vos ad me audiendum breve otium accommodaveritis, et nulla res necessaria vos vocet ad propria. Nam ipsi quoque scitis gravem esse narrationem, si distrahatur animus, atque adeo tædium præbere et molestiam.

Et se junctum optat

a *Titulus in MS. Græco hic erat*: Νείλου μοναχοῦ, εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Σινᾷ καὶ Ῥαϊθοῦ ἁγίων πατέρων ἀναιρεθέντων. Κε εὐλόγησον. Nili monachi in cædem Sanctorum Patrum in Sina, et Raithu occisorum. Domine benedic to. *Qui titulus ab alio appositus videtur: neque enim de Raithunis Patribus agit S. Nilus.*

b Pharan, sive Faran, *urbs est Saracenis vicina apud Eusebium et S. Hieronymum, tridui spatio distans ab* Aila, *non ab* Aula *Pharaonis, ut legit et exponit Bonfrerius noster. Memoratur et in sacris litteris* desertum Pharan, *sed remotius a sinu Arabico, ad quem oppidum* Pharan *locat Ptolemæus tab.* 4 ASIÆ, *in Arabia Petræa.*

c *Græce est*: ὡς ἐμφιλοσοφοῦσαν τοῖς ἐρημίοις, πλατύνει ἡσυχία τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, καὶ διὰ τούτων ὁδῷ προβαίνουσαν, ἐγγὺς ἄγων τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Ut quæ animæ tranquillitatem in rebus aspectabilibus philosophantem, quiete et silentio amplificet, et per hæc recta progredientem, proxime ad Dei cognitionem adducat.

NOT. 58

d *Hinc atque ex iis quæ sequenti capite dicuntur, et ex* S. Theoduli *ætate jam sacerdotio matura, conjici potest annos saltem aliquot egisse in solitudine Nilum, priusquam hæc acciderent.*

NOT. 59

e *Sur.* Theodosia, *mendose.*

CAPUT II.

Cum filio, uxore consentiente, eremum petit.

Hæc cum illi audivissent, et vultu et voce ostendentes se *a* libenter facere quod rogassem. Quod aliud, dixerunt, est otium præstabilius, quam curare cor excruciatum, et exinanire dolorem animæ, quæ molestia afficitur? Levatur enim anima ægritudine, cum narratione eorum, quæ sunt molesta, veluti exinanitur animi ægritudo, non secus ac nubes aliqua, a qua distillant guttæ pluviæ, utpote quod caligo paullatim expurgatur. Sicut rursus fertur silentio, perinde ac si pus aliquod humidum assidue redundet et in vulnere pullulet, nec habeat qua evacuari possit. Visi sunt itaque dicere prædicta. Cum illi certe sic dixissent, ego promissum exequi incipio, sic dicens:

Rogatur ut mala sua exponat

7 Mihi misero, o amici, fuere duo filii, et hic, qui mihi modo fuit luctuum occasio, et alter qui remansit apud matrem. Post hos susceptos, dissolvi cum mea uxore consuetudinem, sive ad successionem generis, sive ad obsequium senectutis sufficere hos arbitratus. Me autem traxit quoddam vehemens desiderium, ut huc venirem, et usque toto animo erectus ad quietem et silentium, neque aliud poteram animo cogitare, aut aspicere, præter hoc. Quando enim cujuslibet rei desiderium animum invaserit, ab omnibus rebus eum per vim abstrahit, etiam a rebus bonis, et in quas est studium conferendum; et fert ad id quod desideratur, propter nullum laborem aut defatigationem desistens appetitione. Cum ergo juberet mihi, ut peregrinarer, nec liceret repugnare sic jubenti tyrannice, accepi filios (erant autem adhuc admodum parvuli) et adduco ad matrem: et unum quidem ei trado, alterum autem apud me detineo: et dixi quod constitueram, et constanter asserui fore, ut nequaquam ab hac traducerer sententia.

Filius unus plus contristat quod vivit

NOT. 60

8 Illa autem prius quoque erudita minime contradicere, et tunc meum videns vultum rogari minime ferentem; vim non ferens, nec omnino valens continere lacrymas, permittit ut peregrinarer, *b* potius cedens necessitati, quam voluntate consentiens. Cum enim videret firmum ac stabile judicium, et apud se consideraret dolorem separationis; eo neglecto, quod sibi esse posset molestum, id spectabat, quod mihi futurum esset gratum, malens vinci in iis, in quibus, etiamsi vellet, non poterat vincere. Scitis autem omnino, quanta res sit disjunctio eorum, qui fuerunt uniti conjunctione legitimi matrimonii, et qui facti sunt corpus unum, arcano ejus, qui conjunxit, consilio. Non minus enim in his molesta est separatio, quam si corpus secaret gladius. Ego autem virtutem sum admiratus cupiditatis, quando vidi eam vicisse et naturam, et diuturnum habitum: quanta enim esset, conjectabam ex eo, quod vincula *c* solvi insolubilia, quæ sola mors novit solvere, quæ propterea quod desit sensus, efficiat ut careatur molestia. Sensus autem vivis vehementiorem atque adeo intolerabilem immittit dolorem; ut qui et consuetudinem revocat in memoriam, et naturalem affectionem: cujus ego, propter majoris boni desiderium, nullam ducebam rationem, ut qui magis proposito festinarem ad secessum. Ea me fecit amatorem hujus quietis et silentii, et deduxit ad eam, quæ desiderabatur, solitudinem: effecitque ut diu jucunde viverem, magna fruens tranquillitate, et secundo vento ad scopum tendens: donec procella, quæ nescio unde et quomodo spiravit, illam invexit tempestatem, quæ sanctorum corporum vexavit catervas innumerabiles, etiamsi non profunde obruit. Solum enim contrivit, neque tamen ulla eos mercium jactura affecit. Nam cum totum onus in se recepissent gubernatores, atque ex pelago ad cœlum proras detorsissent, iis, quæ solutæ erant, tabulis relictis prædonibus, ad Dei portum appulerunt.

a consentiente abit cum filio in solitudinem

Quiete diu in eremo

a *Sur.* ægre ferre. *Indicant Græca*: ὤφει τι καὶ φωνῇ τὸ πρὸς τὴν [illegible]

b *Non vult mulierem incontinentiam consensisse, sed viri peregrinationi* [illegible]

c *Ita MS. Græcum. Sur.* solvit.

CAPUT III.

Divina providentia quandoque dissimulat ad tempus flagitia.

Illi autem rursus sermonem excipientes; et quonam modo, dixerunt, o frater, fuerunt Sancti interempti? et quomodo, qui Deo citra reprehensionem serviebant, traditi sunt impiis et scelestis hominibus, et fuerunt dexteræ ludibrium barbaricæ? Et cessavit virtus providentiæ in tali actu considerans, neque insultum prohibere aggrediens, neque rursus impudentes ferme cæcitate, aut etiam iniquas exsiccans dexteras, quæ adversus pios extollebantur, qualia beatis viris sæpe facta esse narrant Scripturæ? Babylonii etiam, aiebant, qui adversus Ezechiam aliquando injuste bellum moverant, reversi sunt re infecta, et nec potuerant injuriam facere iis, quos populabantur, et præterea amiserunt multos ex suis copiis, ut qui omnes cum toto fuerint exercitu sopiti, exiguus autem vivorum numerus tunc fuerat, erant enim interemptorum centum et octoginta quinque millia: quomodo autem fuissent interempti, aut quis interemisset, non poterant omnino dicere: sed

1 Reg. 19; Isaiæ 37

Cædes quorum Sanctorum

AUCTORE S. NILO

in una nocte unius Angeli opera fuit tanta cædes facta per silentium, et jacebant omnes, existimabanturque potius dormire, quam esse mortui : ut qui nec ictum haberent gladii, animæque eis simul totæ ablatæ fuerant; vere mortui, et nullum habentes vestigium occisionis, diu dubium fecerant id, quod acciderat. Proximum enim pungebat unusquisque a somno excitans, at ille penitus erat immobilis : vocabat, et mutus manebat : scrutabatur corpus, et non erat saucium : in naribus quærebat spiritum, et erat eo quod quærebatur destitutum : donec sol mane illucescens, ostendit quid accidisset, colore eorum, qui interempti fuerant, ostendens signa mortis.

4 Reg. 6. Gen. 19. *Alia divinæ protectionis exempla*

10 Et rursus qui Eliseum invaserant *a* Assyrii, et Sanctum quærebant ad cædem, et qui Lot obsidebant Sodomitæ; ab Angelis in domo percussi sunt cæcitate, in irrisionem, et ludibrium dati iis quos quærebant, quoniam eos omnino volebant afficere injuria. Nam hi quidem apponentes manus palpando quærebant ostium, illi autem nesciebant, quonam tenderent, forte prope habentes eum, qui quærebatur, sed ad eum non valentes accedere. Atque unum quidem inermem tanta hostium captiva sequebatur multitudo, quæ fossis et præcipitiis facile poterat deleri, si is qui ducebat voluisset : quæ tunc demum fuit salva, quando visum recepit Prophetæ providentia, et potuit videre viam, quæ eos ad sua ferebat. Neque vero hæc solum, sed etiam cum Propheta aliquando Regem impium argueret iniquitatis, quoniam a ratione aliena ira motus, armaverat dexteram ad illius cædem; sic nutu Dei mansit dextera omnino subdita et plane immobilis, perinde ac si esset statuæ potius, quam hominis, non aliam ob caussam, nisi ut Prophetæ corpus maneret illæsum. Quomodo ergo, qui nuper morte fuere affecti, mortui sunt citra auxilium, et eorum, qui interemerunt, animus rem facile confecit, cum nihil grave ulla ex parte occurrisset?

3 Reg. 13.

11 Ego autem rursus loqui aggrediens, Sed quid vobis opus est, inquam, de providentia movere sermonem? Quis est autem idoneus ad comprehendendum arcana Dei judicia, ut in tanta rerum difficultate Domini dispensationis æquitatem ostendat? Imbecilla enim est humana ratiocinatio ad ea perscrutanda, et decidit superata, propterea quod non pateat via comprehensioni, ut quæ non inveniat caussam rationi consentaneam, quæ accommodet iis quæ fiunt. Multa enim sæpe ejusmodi facta sunt : et finem consecutæ sunt malorum insidiæ, cum interim justitia silentio præterierit ultionem eorum, quæ fuerunt perpetrata, et vindictam distulerit : quandoquidem omnino tempus judicii expectat talium rerum inquisitionem. Quomodo enim Abelem, cui Deus dedit testimonium pietatis, invidia motus interemit Cain, qui primus parentes affecit tristitia, cum nunquam vidissent mortuum, nec omnino mortis fecissent periculum? Quomodo ergo is absque supplicio præterierit, qui Deum sic ad iram provocavit ob primam cædem perpetratam, et in nova creatione minuit genus, quod modo cœperat crescere, et neque ut fratris est misertus ejus, qui ortus et educationis ei fuerat socius, et in tanta terræ amplitudine conversaturus erat una cum parentibus, et eis ablaturus molestiam solitudinis? Quomodo autem Nabuthem lapidibus obrui inique se gerens jussit Jezabel, quod ei non cessisset possessione vineæ? Quomodo autem una Doeg rhomphæa ceciderunt *b* trecenti sexaginta Sacerdotes? aut rursus infinita justorum multitudo de medio sublata fuit in Hierusalem, terrisque et volucribus exedenda est exposita? Quorum etiam Psalmographus continens lamentationes, Posuerunt, inquit, morticina servorum tuorum escas volucribus cæli, carnes Sanctorum tuorum

Sæpe divinæ providentiæ non punit

b

Psalm. 78. 2.

bestiis terræ. Effuderunt sanguinem ipsorum tam quam aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret. Quomodo autem Prophetarum quoque sunt mortui et Apostolorum chori violentis et iniquis manibus; secti, occisi, lapidibus obruti : qui non solum nihil morte dignum fecerant, sed multi quoque ex iis beneficio affecerant eos, qui interemerunt? Mitto enim dicere de ætate infantium, qui mala non fuerant experti, quemadmodum alii quidem jussu Pharaonis in fluvii aqua fuerunt suffocati, alii vero jussu Herodis gladio crudeliter perierunt : qui prius quam quæ erant vitæ jucunda gustassent, mortalis doloris fecere periculum, ne omnino lateret educatus is Rex, quem suspicabatur.

12 Et in his quidem omnibus quievit Judex relinquens impune ferri, et citra ullum impedimentum homicidarum insolentiam. Diem enim judicii posuit terminum remunerandi ea, quæ facta fuerint. Et ideo interea est patiens, ut qui legum transgressionem et vitæ actæ rationem in illud tempus reservet.

In diem judicii multa reservantur.

13 Sed hæc quidem nec sunt præsentis temporis, nec meæ dicendi facultatis, ut dixi antea, et magno tempore et cognitione indigent, ut ea divinæ justitiæ, ut par est, exæquentur. Quæ autem urgent, ut eloquar id quod mihi accidit, ea jam dicam : et fortasse levius me habebo, dolore parum remisso. Non fero enim memoriam illius, quod re ipsa vidi; ut qui nescio quo modo illius rei fecerim periculum, cujus ne recordationem quidem possum facile sustinere. propemodum autem ipsis quoque succenseo oculis, qui mihi caussæ fuerunt figurarum, ad quas dum cogor adspicere, habeo dolorem perpetuo pungentem, et noctu quidem in somniis, interdiu autem vexantem cogitationibus. Neque enim me dormientem cura omnino remittit, neque sinit dormire absque sollicitudine. Sed tunc quoque me quædam conturbat visio eorum, quæ facta sunt, et ostendunt simulacra recenter occisum et palpitantem; et veluti propter casum recentem rursus dolorem renovant. Necesse est ergo, cum consequentia hoc postulet orationis, narrare prius vitam Sanctorum, qui erant in illis locis, et exponere vitam barbarorum, qui invaserunt: ut concinne compactum, ut par est, sit corpus historiæ, nullo prætermisso ex iis, quæ debeant cognosci a studiosis.

a *Alibi quoque Assyrios dici reperies, qui Syri sunt, et contra Syros, qui sunt Assyrii.*

b *Ita MS. at Sur. octoginta sex. 1 Reg. 22, 18, solum octoginta quinque a Doeg interfecti memorantur.*

CAPUT IV.

Saracenorum mores.

Atque *a* gens quidem, quæ dicta est, habitat solitudinem, quæ ab Arabia usque ad Ægyptum, rubro mari et Jordane hinc inde terminis distenditur, *b* quæ non artem, non mercaturam, non agriculturam unquam exercet, sed solum habet gladium, quo sibi victum suppeditet. Aut enim feras venantes solitudinis, vivunt vescentes carnibus; aut prædas agentes de iis, qui incidunt in eas vias, quas insident, quæ sunt ad usum necessaria sibi quomodocumque comparant. Quando autem eis utraque defuerint, et rerum necessariarum laborarint inopia, tunc jumentis (sunt autem ea cameli *c* dromades) pro cibo utuntur, belluinam et sanguinariam vitam omnino eligentes. Per cognationes enim aut per contubernia ipsi unum occidentes, et modico ignis calore carnium mollientes duritiem, ut solum cedant eorum dentibus, ita (ut semel dicam) aluntur instar canum.

a

b

Latronum Arabum victus

c

15 Deum non cognoscentes, nec qui intelligentia apprehenditur, nec qui fuerit fabricatus manibus, *mane d* astrum autem adorantes matutinum, et orienti ei sacrificantes ea, quæ meliora judicant ex spoliis, quando

d

hostiæ,

quando ex incursione quæ fit pro prædis agendis, ad eos pervenerit aliquid aptum ad occisionem. Pueros autem offerre, est eis magnum studium, qui præstant et specie, et vigore ætatis. In quibusdam autem congestis lapidibus eos mane sacrificant. Quod quidem, o amici, me valde conturbat et angit, ne forte forma pueri habens aliquid quod sceleratos moveret et alliceret ad impium cultum de more faciendum, ad id quod videbatur visa fuerit utilis; et castæ corpus animæ ab impuris oblatum sit hostia sævis, et qui cæde delectantur, dæmonibus: quia qui hæc offerunt sacrificia, nulla solent moveri misericordia puerorum qui occiduntur, etsi omnia faciant, etiamsi rogantes lamententur vel Sirenum vocibus. Quod si quando eis ad sacrificium tale corpus defuerit, camelum colore album et minime vitiosum, in genua inclinantes, ter circumeunt jacentem, cum tota populi multitudine in orbem obeuntes. Præit vero et circuitionem et canticum, quod ab eis in astrum factum est, aut ex Regibus quispiam, aut ex sacerdotibus, qui sunt senectute venerabiles. Qui post tertiam circuitionem, cum nondum canticum finierit populus, et extremam hymni partem adhuc in lingua habeat, stricto ense valide percutit ejus cervicem, et primus magno studio gustat sanguinem: et sic reliqui cum gladiis accurrentes, aliqui quidem aliquam parvam pellis partem excindunt cum pilis, alii autem quodlibet rapientes, ex carnibus abscindunt, alii autem usque ad viscera procedunt et intestina, nullam hostiæ partem relinquentes non confectam, quæ possit deinde videri a sole apparente: neque enim abstinent ab ossibus et medullis, perseverantia vincentes fortitudinem, et tandem diuturnitate superantes repugnantiam. Atque hic quidem est barbarorum ritus vitæ et religionis: et sic viventes in solitudine, loca locis commutant, illic castra metantes, ubi jumentis pabulum invenerint et aquam copiosam

sacrificii, ritus et tempus,

sedium mutatio

a *Arabia Petræa ab occasu parte Ægypti a Septentrione Palæstinæ a Meridie Arabia felice, ab ortu Deserta terminatur. A sinu maris rubri qui juxta* Pharan *montes* Melanes, *sive Nigri, protenduntur fere usque ad Judæam, ut habet Ptolemæus. Ab occasu horum montium versus Ægyptum Saraceni habitant, qui et Ismaelitæ, sed* Saracenos se, *ut Georgius Cedrenus scribit,* appellarunt, indigne ferentes servititer se Agarenos vocari, *ab Agar matre Ismaelis. Quam derivationem rejicit Salmasius, maluitque a Saraca urbe Arabiæ deduci. Iidem* Scenitæ Arabes *dicti, quod sub tabernaculis habitarent, et* Nomades, *quod pascua mutarent, vagi et instabiles: quamquam et alii in eadem Arabia* Scenitæ ac Nomades, *ultraque mare rubrum: qui omnes* Saraceni *videntur deinceps nuncupati, nam Ammianus Marcellinus lib. 14. Saracenorum* exordiens initium ab Assyriis ad Nili cataractas porrigi *scribit, et* confinia Blemyarum. *Idem lib. 22, de Ægypto:* Qua Orientem e regione prospicit, Elephantinam et Meroen urbes Æthiopum, et Catadupos, rubrumque pelagus et Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus.

Saraceni

b *His consentanea de Saracenis scribit lib. 14. Ammianus, et* nationem perniciosam *vocat.*

c *Hi est* cursores, *a pernicitate dicti: ejusmodi sunt quibus crura oblonga, gracilia et substricta corpora sunt. Dicuntur et* dromades *ac* dromedæ.

Dromades

d *In tertia vita S. Simeonis Stylitæ per Metaphrasten 5 Januarii num. 20 dicuntur multi Ismaelitæ* orgia Veneris (quæ iis dea erat) abdicasse: *ubi et Evagrio dicimus auream Veneris statuam a quodam eorum Duce liquefactam, erogatamque in pauperes. Et in vita S. Hilarionis:* Colunt *Eliseut Veneris ob Luciferum* cujus cultui Saracenorum natio dedita est.

CAPUT V.

Patrum Sinaitarum sancta vita.

Eremitarum abstinentia admirabilis

Qui autem vitam solitariam exercent et quietam, cum pauca quædam loca elegerint solitudinis, ubi possint necessitatem corporis utcumque recreare aquæ abundantia, alii quidem in fixis tuguriis, alii vero absconsi in antris et speluncis, sic vivunt virtutem persequentes. Et pauci quidem norunt alimentum ex frumento, nempe quicumque sterilem solitudinem possunt cogere studio et diligentia, ut producat frumentum: qui parvo quodam ligone parum terræ, ejusque male operantur, et quantum cogit usus ad vivendum cum egestate. Multi autem vescuntur crudis oleribus et baccis, mensam minime artificiosam, et nullis condimentis instructam amplectentes, eorum qui obsonia condiunt, et panem conficiunt, curiositatem multum valere jubentes: ne si in curando corpore multum temporis ponerent, negligentes essent in eo, in quo potius oportet perseverare: sed pura mente Deum colerent, nec carnium crapula gravatam habentes cogitationem, neque ciborum varietate ventris voluptati blandientes. Ii enim non solum renuntiarunt omni qualitati jucundorum, sed etiam, propter redundantem quandam abstinentiam, rursus quoque ad quantitatem, suam extendunt contentionem; tantum sumentes ex rebus maxime necessariis, quantum sufficiat ad vivendum, et ne violenta morte extincti, priventur mercede rerum bonarum et honestarum operationis. Propterea alii quidem cibum capiunt die Dominico, totos septem dies jejuni permanentes: alii vero tempus dimidiant, bis in hebdomada alimenta recordantes: alii vero post unam diem. Et hi quidem omnes per hoc studium abstinentiæ ostendunt se id diligere, quod nullius indiget, et propemodum se contendere cum vita Angelorum: serviunt tamen legibus naturæ, et flectuntur corporis necessitatibus sed vix tandem, quando senserint suas vires defatigari magnis virtutis laboribus.

Liberalitas,

17 In his nummus Cæsaris nec ad auditionem quidem usque est cognitus. Nam neque venditionem sciunt, nec emptionem. Unusquisque enim unicuique gratis præbet id, quod est ei opus; gratis vicissim accipiens id, quod sibi deest. Olerum autem et baccarum fructus, et rarus panis, est mutua liberalitas, quæ ex eo quod adest ostendit signa caritatis, et animi munificentiam vel in his parvis donis abunde indicat. Sed nec invidia, quæ bona opera maxime sequi est solita, illic umquam locum habuit: nec eum, qui bonis minus abundabat, ejus qui magis resplendebat, excellentia incitavit ad invidiam. Sicut nec hunc adversus illum extulit arrogantia, ad gloriosam de se persuasionem seducens, ut res recte ab eo gestæ, magnos ei facerent spiritus. Qui enim virtute præstabat, non propriis laboribus, sed Dei virtuti adscribens universum, poterat se moderate gerere: ut qui sibi persuaderet, non se esse rerum bonarum et honestarum per se opificem; sed esse instrumentum gratiæ, quæ in ipso operatur. Et qui rursus in his erat inferior, forte propter imbecillitatem corporis, vel lubens seipsum demittebat humilemque reddebat, animi socordiæ, non naturæ imbecillitati, defectum attribuens. Sic ergo alius alio, et omnes omnibus sunt moderatiores, non in magnifica de se persuasione, et in ingentibus spiritibus, sed in copiis virtutis studentes excellere. Ideo enim fugientes terram quæ habitatur, incolunt solitudinem, non hominibus, sed Deo ea quæ a se recte geruntur volentes ostendere, a quo etiam eorum, quæ recte gerunt, sperant remunerationem. Hominibus enim manifestas reddere, quæ ex Deo fiunt, actiones, simul promptum perdit animi studium et mercedem. Illud quidem emolliens arrogantia, hanc vero minuens laudibus, quæ proficiscuntur ab hominibus. Qui enim ob ea, quæ facit, quærit humanam gloriam, accepta quam quærebat mercede, ab ea quæ est, excidit, ut qui superatus sit ab humana gloria, et ideo vera privatur.

caritas,

humilitas

Intervallum cellarum,

18 Faciunt autem suas habitationes non sibi invicem propinquas, sed satis procul distantes, ut qui viginti et eo amplius stadiis absint alius ab alio: non propter odium, (quomodo enim, qui sic inter se affecti sunt, ut dictum est?) sed in magna quiete et silentio volentes mores instituere ac formare ad id, quod Deo placet, et studentes cum Deo indivisam habere consuetudinem. Quod quidem ut in turba ac

tumultu

Auctore S. Nilo

conventus die dominico

tumultu recte fiat, aut est difficile, aut nec omnino quidem potest fieri. Diebus autem Dominicis ad unam veniunt ecclesiam, et inter se conveniunt post unam hebdomadam : ne rursus perfecta separatio disrumpat vinculum concordiæ, paullatim inducens oblivionem suorum inter se officiorum. Solet enim quæ est nimis intensa solitudo mores efficere ingratos et agrestes, qui longa consuetudine dediscunt caritatis societatem et communionem.

mutuæ exhortationes

19 Divinis itaque communicant sacramentis, et se invicem excipiunt convivio exercitationis eorum, quæ convenit, eloquiorum, et se invicem instruunt adhortationibus, quæ ad mores pertinent. His enim maxime opus habet vita studiosa virtutis ad certamina, adversariorum latentes artes publicans; ne iis capiatur aliquis, qui ignorat pugnandi rationem. Quibus enim non adsunt rerum materiæ et imagines, iis otiosum quidem est peccatum ad operationem. Omne autem bellum in mente consistit. Hic mors est ut plurimum facilis et incerta iis, qui cernunt quæ sunt extrinsecus, ut quæ constet in assensione voluntatis, quæ caret testibus. Ideo imperitos, et qui ad luctam nunc primum accedunt, pulchre instituentes qui ad certamen recte sunt instituti, per abstinentiam quidem fortiter consulunt resistere vitio gulæ. Nam qui ciborum se dedidit voluptati, facile prosternitur ab eo, quod est sub ventre, vitio, eo quod a minore vincatur, majorem casum pollicens. Et hæc quidem, ut diximus, suadent iis, qui sunt adhuc recentiores, iis qui jam sunt provecti, et longo tempore et exercitatione consecuti sunt satis magnam earum rerum experientiam.

pro tempore ad quamdam vacandam,

et vanam gloriam

20 Sibi autem inter se invicem prohibent perfectiores vanam simul gloriam et superbiam, jubentes ea cavere non secus ac petras, quæ latent in mari prope portum, ut quæ post multum laborem navigationis, ferunt ad extremum et grave periculum eos, qui in maximis vitiorum fluctibus, et tempestate immundarum cogitationum, navem nequaquam fregerunt. Multi enim, qui nequaquam fracti fuerant insultibus tentationum, sed totum cursum illæsi confecerant, cum sæpe post victoriam confisi essent habitui eorum quæ recte gesserant, aut in eos, qui se videbantur negligentius gerere, se erexissent, ceciderunt casu valde lacrymabili. Nam privat quidem vana gloria iis mercedibus, quæ dantur propter laborem, et facit operationem iis qui laborant inutilem. Est autem cum damno arrogantia ac superbia, et novit magnum conciliare periculum, ut quæ Deum inficietur esse honestarum rerum cooperatorem, et rerum recte gestarum sibi adscribat potestatem.

Agg. 1, 6.

Atque de illis quidem sic dicit Propheta : Qui congregat mercedes, congregat in sacculum perforatum; ut quæ nondum injiciantur, et jam effluant, quæ non diu maneant in dolio, sed mox e dolio prætercurrant. Talis est enim vana gloria : habet interitum, quæ cum facto concurrat : ut quæ in ipso opere deleat id, quod ex eo redit. Dicit autem de aliis is, qui scripsit Proverbia, Dominus, inquit, superbis resistit, infensum hostem exhibens eum, qui fuit contemptus, iis qui contempserant.

Prov. 3, 34 secundum LXX.

21 Et ideo animo cogitantes cives illius solitudinis, Moysem, inquam, et Eliam, magno studio contendunt exercere illorum a fastu et arrogantia alienationem, æquum esse arbitrantes, ut quorum incolunt regionem, eorum quoque imitentur virtutem. Neque enim Moysem extulit ad arrogantiam magnitudo miraculi, neque enim Eliam tumefecit miraculum sacrificii. Manserunt autem semper servantes eumdem statum in omni tempore, et non cum rerum mutationibus suos una mutantes spiritus. Moyses quidem in hac solitudine Ægyptiorum fugiens insidias, dum pasceret oves Jethro, fuit spectator admirabilis illius visionis : ut qui tunc didi-

Moyses et Elias

cerit rubi fruticem esse edaci igne potentiorem, et in media flamma viride germen florere viderit. In hoc monte legislator, tunc quidem solius Judaicæ, nunc autem omnium gentium constituitur, cum per naturæ cognationem in totum genus gratia pervaserit. Fulserunt enim super candelabrum positæ vitæ degendæ leges, etiamsi fuerunt aliquando absconsæ sub modio dictionis, antequam explanarentur. Porro autem inclytus quoque Elias huc venit fugiens Jezabel : et cum in hac terra dormiisset, experrectus invenit panem subcinericium et vas aquæ. Hanc ille habitavit speluncam, melote corpus indutus, antiquo suorum majorum indumento : et hic vidit Deum in aura tenui, vocem audivit denuntiantem ea quæ visa fuerant. Est autem hoc postremum et primum indicium virorum fortitudinis. Illam per totam vitam habitant solitudinem, quam Israelitæ cum solum transissent, murmurarunt, cum parato e cœlo divino alerentur nutrimento, et de mensa conquerentes illi, quadraginta dies non tulerunt absentiam ejus, qui illis præerat : neque vero sciverunt ita ut oportet, liberum suum administrare arbitrium : sed statim defecerunt, ad impietatem libertate abutentes. Hi toto tempore philosophantur in solitudine, egentes rebus necessariis, et sunt sibi ipsi magistri pietatis.

Not. 61

CAPUT VI.

Patres occisi, monasterium direptum.

Barbari monasterium invadunt ac diripiunt

Sed quid opus est plura dicere? Iis sic affectis, et sic Deum colentibus, repente insperata veluti procella, eis alicunde phalanx ingruit barbarica et summo mane cum paullo ante desiissent hymnos canere, pios invaserunt impii. Ego autem tunc quoque illic aderam cum filio : a sancto enim monte descenderam, visitaturus Sanctos, qui erant in rubo, quod jam diu ante facere consueveram. Et statim instar canum rabidorum irruentes, inconditis vocibus et nihil significantibus aerem repleverunt, et rapuerunt quæcumque hyeme Sanctis parata erant ad cibum. Siccant enim illi ex fructibus, quæcumque sunt utiles et possunt omnino permanere; et eis consolantur naturæ necessitatem. Cum ergo nos ipsos eos fecissent afferre, educunt omnes ex ecclesia : et cum exuissent centunculis, nudos ad occidendum per seriem ordinant eos, qui ætate præstabant. Deinde vero circumsistentes, stringunt enses : et cum oculos ira replessent, et ardentem adspectum oblique quodammodo circumagerent, et sancti loci Sacerdotem jussissent primum collum porrigere, inferunt, non ambo (duo enim erant circa eum) sed alius post alium, utrimque enses in ejus tergum infligentes, cum is neque præ dolore ejulasset, neque vultum avertisset, et nec vel parvum doloris ostendisset vestigium; sed se tantum signasset, et oris susurro dixisset, Benedictus Dominus. Atque pervasit quidem unus ictus a dorso usque ad maxillam, cum per aurem transisset, alter vero ab humero pervenit ad maxillam. Et sic vir divinus sensim conversus honeste ac decore cecidit, nihil nec interfectionis, nec nuditatis, quod turpe esset, ostendens. In ejus autem corpore florebat quædam gratia, et nuditatis tegebat deformitatem. Hæc autem vespere et rebus et verbis propemodum prædixerat vir ille admirabilis, eos, qui in cœna aderant, benignius quam consuesset alloquens, et dicens : Quid enim scimus, an rursus ante mortem nos simul congregatura sit mensa et convivium?

Sacerdotem monasterii occidunt

23 Deinde post illum capiunt et interimunt eum, qui una cum sene habitabat, qui ipse quoque erat et senex tempore, et satis afflictus laboribus exercitationis : et rursus puerum, qui eis manui trahebat. Hic autem fuit modus interfectionis. Jubebat unum ex barbaris colligere aliquem ex iis, qui erant effusi, fructibus

Item senem alium ac puerum

fructibus Ille autem ut placebat ei qui jusserat, diligenter terræ assidens, sinum relaxabat, manibus attrahens ea, quæ erant apposita; ut ei qui jusserat, videretur aptus ad ministerium, et ideo vita ei concederetur. Sed nihil profuit, neque sic barbaricam emollit ferociam. Alius enim, qui retro adstabat, ensem e vagina clam strinxit. Ille vero sive eum trahi sentiens, sive etiam cædem alioqui præsagiens, tamquam perterritus vultum parumper retro circumagit. Qui autem adstabat, eum terruit et clamore barbarico, et contortis oculis. Et sic quidem cum is rectum ensem in jugulum defixisset, magnis viribus eum ab hepate adegit ad thoracem. Ille vero, priusquam is revelleretur, jacebat mortuus, ut qui vel timore periisset, aut propter certitudinem et opportunitatem vulneris non pervenisset ad mortis cognitionem, quæ a vasis corporis cito exemit animam, et eam repente liberavit a vinculis, a quibus vix recedit, ut quæ sit colligata violentis nexibus Creatoris. Reliquos autem nos, nescio quanam re impulsi, abigunt, gestu manus fugere permittentes, in ea autem cruentos adhuc enses gestabant. Et alii quidem currebant per convalles, festinantes ad montem pervenire. Eis enim ad illum non patebat aditus, propter gloriam eo quod Deus super ipsum steterit, et populo aliquando responderit.

Quidam sinuntur abire

Barbaris Sina inaccessus.

Nor 62

CAPUT VII.

S. Nilus cæsos luget, sepelit.

Ego autem plane hæseram attonitus, ut quem retineret inopia consilii, et ab adolescentis vinctus essem visceribus, et nec omnino poteram recedere, nec volebam omnino conservari, constrictus firmo naturæ vinculo: donec puer annuens oculis, et ut recederem (hei mihi) significans, vix persuasit, ut abirem. Et pedes quidem anteriùs processerunt, et eos nescio quo modo sequebatur corpus, quod ferebatur; cor autem nolebat recedere, vultum ad puerum assidue convertens, et jactum oculorum ad se minime valens congregare, qui non ad iter aggrediendum erat attentus, sed ad tergum convertebatur miserabiliter. Perrexi itaque ego quoque ad montem, sequens eos qui præcedebant, et e specula contemplabar infelicem puerum, qui abducebatur, qui ipse quoque non libere circumspiciebat, sed clandestina ad me conversione furtim fallebat eos, qui abducebant. Tale enim est naturæ vinculum, non solvitur separatione corporum, sed intenditur vehementius, cum hoc quoque in brutis animantibus similiter fieri cernere liceat. Et vacca quidem quæ abducitur miserabiliter mugit et frequenter, assidue conversa ad vitulum, qui est abstractus, et habitu oculorum indicans doloris magnitudinem. Quin etiam equus privatus eo, qui una pascebatur, quoniam caret sermone, hinnitu dolorem significat, amicum frequenter revocans

Nilus in montem evadit, identidem ad Theodulum respectans

25 Ego autem cum nescio quomodo pervenissem ad montis cacumen, etsi non haberem mentem quæ una cum corpore ambularet, volens videre filium veluti e specula, non poteram amplius adspicere, ut qui propter longum intervallum absconsus esset a meis oculis. Restabat itaque mihi deinceps perplexus et anceps animus, et a me ad Deum verba fiebant, et filium deflente captivum, et Sanctos interemptos vehementer deplorante O beati, dicebam, et ter beati, ubi tandem nunc sunt labores vestræ abstinentiæ? Ubi sunt perpessiones tolerantiæ? Multorum igitur certaminum coronam accepistis? Haecne sunt vobis reposita præmia longæ decertationis? Num justitiæ est vanus cursus? Num temere suscipitur pro virtute perpessio, quod vos interficiendos absque auxilio reliquit providentia, nec justitia restitit interimentibus, sed vires habent manus iniquæ adversus sanctæ corpora, et gloriatur iniquitas se adversus pietatem victoria esse potitam, omnino fremens et gestiens

Inde Sanctorum [illegible]

tamquam adversus superatam veritatem? Quomodo veterem flammam non nunc quoque accendit rubus? Quomodo non accedentes sceleratos exussit incendio? Quomodo autem non eos dehiscens terra accepit, ut cum aliis simul cum tabernaculis et cognationibus totam Core devoravit synagogam? Quomodo autem Sinai montis siluerunt prodigiosi terrores, tonitruum sonitu et tristitia caliginis, et innumerabilibus fulgurum coruscationibus impios non terrefacientes? Sed otiosa fuit vindex potentia, nec eos qui injuriam faciebant, fulminibus et procellis recte puniens, neque eos valida manu liberans, quibus fiebat injuria; ut cum ipsi postremo docti experientia vim animadvertissent miraculorum, cognoscerent robur admirabile virtutis inexpugnabilis. Sed in ipso rubo et in monte, in quo fuit lata lex, ceciderunt pii absque ullo auxilio, perinde ac hostiæ expertes rationis. Ubinam tandem fuit potentia, quæ in mari submersit Ægyptios, et profundum eis effecit sepulchrum? Ubi autem, quæ grandinis percussit lapidibus alienigenas, qui bellum gerebant adversus Israelitas, et sine sanguine et labore victoriam dedit suo populo, et quæ rursus aliquando eis terrorem incussit, cum aggrederentur terram sanctam, et eos inter se convertit ad pugnam nescientes, ut qui versarentur in tenebris, se socios suos occidere, et non posse suos qui interficiebantur, agnoscere? Ubinam tandem suum occultavit auxilium, non protegens eos, quibus parabantur insidiæ sed sævorum quidem leonum olim iram adversus eos qui ipsis objecti fuerant, et ignis inexpugnabilem refrenavit potentiam, efficiens ut eos revererentur, et ostendens eos esse pietate claros, horum autem quomodo dubiam fecit virtutem, eos relinquens omni defectos auxilio, et efficiens ut omnino existimarentur indigni auxilio?

Auctore S. Nilo

26 Sed hæc quidem dicere nos fortasse persuasit animi ægritudo et dolor, et ab eo quod erat decens nos exturbavit. Danda est autem venia dolori, qui persuadet ei cui ægre est, multa loqui præter animi sententiam, victo fortasse a rerum adversarum magnitudine. Nam justos quoque sæpe divinum reliquit auxilium, eos tradens Tyrannis variis tormentis cruciandos, et impia morte afficiendos ut eorum qui decertabant, virtutis, ostenderetur spectata probitas, et eorum fides tamquam fax resplenderet, de fiducia nihil remittens usque ad mortem, sed totam esse vanam Tyrannorum insaniam patiendo arguens Nam ii quoque, qui nunc remanserant Sancti, a solitudine minime volunt recedere, et, quæ promiscue et indifferenter in urbibus agitur, vitæ mortem præferentes Quod ipsum quoque visum est iis, qui sunt interempti, ut potius mererentur, quam sustinerent vitium, quod versatur in ea parte orbis quæ habitatur. Sciebant enim mortem animæ esse morte corporis graviorem, et eam, quæ est in peccato, aperte esse magis periculosam ea quæ affertur gladio quoniam hæc quidem habet parvum, et qui est ad tempus tantum, dolorem; illa vero longum supplicium, et quod numquam desinat. Et ego quidem hæc dixi.

Dæmon prævalentiæ [illegible]

27 Barbari autem cum multos alios interemissent, et depopulati essent in solitudine, satis magnam vim confecerunt, et cum die jam inclinato præbuisset nobis nox de cetero potestatem ambulandi sine metu, de monte descendentes, conversi sumus ad sepelienda corpora. Et alios quidem invenimus diu ante mortuos, Sanctum autem Theodulum adhuc spirantem, et qui posset utcumque loqui. Ei itaque assidentes, et quæ acciderant deflentes, pernoctavimus, rogante nos sene, ne hæc nobis viderentur aliena. Satanæ enim esse moretia, eos qui tententur, a Deo expetere Quam multos inquit, ex Job domo interemit, alios quidem igne, alios vero ense, alios autem eversa domo perdens? Sed ne vos, inquit, ea quæ fiunt, conturbent Scit enim agonotheta, quo judicio tradat athletas adversario, ut qui præclara præmia et bra-

Nilus cum sociis [illegible] occisos sepelit

[illegible]

Auctore S. Nilo

via proposuerit iis, qui plagas æquo animo accipiunt, eaque talia, qualia ostendit magnus Job, qui omnia accepit duplicia quæ jam visa fuerant periisse, vel potius longe majora, et quæ citra ullam excedunt comparationem. Quæ enim oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, ea Deus paravit iis, qui pro ipso decertarunt, et pietatis præmiis suam vitam gloriose coronarunt. Sic enim Deum decebat munificum superare labores remunerationibus, et coronis superare certamina, et illa præbere athletis, quæ neque sperabantur, neque expectabantur ab iis, qui ea quæ dantur accipiunt, ut et reddat mercedem quæ debetur, et gratiam efficiat remunerationem, propter insignem honorem. Hæc dixit, et præsentes salutavit osculo, quamdiu loqui et linguam movere ei virtus præbuit. Mortuum autem nos multis lacrymis prosecuti, terræ cum aliis mandavimus, et cum tenebræ adhuc incertum ad vos facerent aditum, huc venire potuimus.

28 Ex iis autem, qui fuerunt interempti, duo quidem vocabantur Paulus et Joannes; Presbyter autem, Theodulus. Mortui autem sunt consummati septimo die post Theophania, qui est quartus decimus mensis Januarii. Omnino enim viris piis ac religiosis ipsa quoque temporis et nominum cognitio digna est magno studio, qui memoriæ Sanctorum volunt esse participes. Interempti vero sunt alii quoque multis ante temporibus, quorum ipsorum quoque commemorationem, propter viæ longitudinem, et eorum qui congregantur multitudinem, eodem die peragunt.

Alii eodem die Martyres coluntur

not. 63

CAPUT VIII.

Aliquot secularium cædes.

Quidam prostrate immolandus profugit a barbaris.

Nobis hæc adhuc loquentibus, nuntiatur quidam salvus evasisse e castris : et paullo post ad nos accedit, timoris vestigiis nondum ex oculis depositis, nec animi perturbationem adhuc valens reprimere; et magno adhuc cursu et animi angore anhelans et conturbatus, perinde ac si prope essent, et futurum esset ut assequerentur ii, qui persequebantur. Deinde rogatus, quomodo effugisset, Me, aiebat, et tuum filium, in cœna loquentes denuntiabant fore, ut diluculo astro sacrificarent, aramque exstruxerunt, et ligna apposuerunt, ignorantibus nobis, cur hæc fierent. Mihi autem hæc dixit clanculum unus ex concaptivis, qui eorum vocem intelligebat. Ego autem illi significavi consilium barbarorum, et quod nisi nobis fuga salutem pepererimus, non nobis vivis mane sol illucesceret. Ille autem veritus ne comprehenderetur, remansit, dicens : Quod Deo visum fuerit, ubicumque sit, non effugiet aliquis, etiamsi lateat in adytis. Ego autem in tenebris, cum vidissem omnes somno gravatos (torpefecerat enim eos nimia ebrietas) humi pronus primum serpens, ne, si quis vigilaret, me recta corporis umbra proderet : deinde a castris parum remotus, cursu ad hunc scopum contendi, timoris pennis portatus vel citer, quæ apud illos statuta erat, cædem vel me citus fuga evasurum, vel si etiam comprehenderer, constituta morte me nihil gravius passurum esse ratiocinatus, et alioqui certo malo præferens spem incertam. Quod enim, si manerem, non licebat omnino effugere periculum, verisimile erat posse me evadere, si pedum auxilio meam salutem credidissem. Accepi etiam, multos sæpe a pedibus plus esse auxilii consecutos, quam a plurimis defensoribus. Ecce ergo me non fefellit opinio, sed eis, quibus post Deum credidi, sum servatus, et adsum apud vos, ut videtis, nullo malo affectus.

[illegible]

30 Mihi autem oculis adhuc insidet metus crudelitatis Barbarorum, et eorum facta scelerata me in stuporem adduxerunt, et amplecior horrore propter ea quæ dicta facta sunt. Cum dominum enim meum una cum Prætore minoris cujusdam Reipublicæ, et ad vos revertentem offendissent in solitudine, ad se abduxerunt cum omnibus eorum facultatibus : et alterum quidem, qui restiterat, cum famulis membratim discerpunt; meum autem una cum filio (erat autem is, ut nostis, valde juvenis) sequentem abduxerunt. Sole autem jam appropinquante horizonti occasus, figunt tabernacula, ubi eos vespera apprehenderat : et cum ex nostris spoliis magnum fecissent convivium, eum et filium adhibent convivam, jubentes eum bono esse animo, et nihil extimescere. Salvus enim, aiebant, et illæsus domum reverteris cum filio, cum sufficiant alii, ut sint duarum animarum pretium redemptionis. Et videbantur paullo post impleturi promissum, permittendo, ut ad sua redirent : aquam autem portari, et ad viaticum panes afferri jubebant, ad hoc ut commentum videretur probabile, ut spes vitæ ex viatico apud eos fraudem haberet fide dignam dolusque barbaricus et scena videretur esse vera cura, quæ eorum gereretur. Duos autem ephebos juvenes, procurantes scilicet, ut iis esset iter securum, una emittunt, qui eos deducerent. Quibus jusserunt clanculum, ut cum essent aliquantulum remoti a castris, eos conciderent. Cum eos ergo circumstitissent, qui eo modo, quo dictum est, deducebant, illico ii qui esse videbantur servatores, et si alii invasissent, eorum, ut par erat, propugnatores, ii ipsi fiunt præter spem occisores : et mactant quidem filium ante patrem, ut videndo mortem sui filii, et suæ mortis faciendo periculum, et dolorem conduplicarent. Protinus autem illum quoque multis interimunt vulneribus, eorum infidelitatem et insidias magna voce deflentem. Audivi enim alterum quidem flentem miserabiliter, alterum vero valide clamantem, et ad unumquemque ictum graviter ejulantem, et veluti laboribus concedentem ut plagas dimetirentur. Atque ipse quidem bonis promissis sic deceptus, miserabilem passus est interitum. Oportebat enim ipsum ex aliorum malis sua divinare, quod scilicet mors quidem minime vitari posset, esset autem potius toleranter ferenda cum exspectaretur. Malum enim quod venit præter expectationem, omnino perturbat cum advenerit. Quod autem est expectatum, cum ad id experiendum paratam invenerit rationem, existimatur levius, ut quod jam sit meditatum, et effecerit ut ejus adventus nequaquam sit novus et alienus.

alios dolo

31 Vespere enim in cœna, in qua eum præbibendo invitabant poculis et benignis verbis, volentes ludere ludum sibi consuetum et gratum, (erat autem id, quod ad delectationem agebatur, hominis cædes) mittunt ut bibat unum filiorum calicem, cum alterum paullo ante mactassent. Ille autem vix quidem accepit invitus, ut cujus appetitus esset metu mortuus ante corpus. Accepit tamen metuens. Bibens enim, significabat se necessitate adductum id facere, ut qui violentis ostenderet solus id a se fieri præter animi sententiam. Non enim quiete fauces permeabat potus, sed in genis quodammodo restagnans, ad mentum veluti ad rupem aliquam asperam, cum maximo sonitu devolutionis, vix pervenit thoracem. Cum sic ergo tandem per vim potum accepisset, mittunt qui eum interficeret. Erat autem is juvenis. Nam eis quoque cædes committunt, ab ineunte ætate provocantes eos ad crudelitatem. Ille autem ob ebrietatem Bacchico furore percitus, ad tam inhumanum opus magno contendit studio, quam ex actione capiebat voluptatem, risu indicans : et ad jacentem accedens, primum quidem eum ferit in colli vertebris, et cum propter ossium duritiem parum scidisset, protinus illinc quidem tollit ensem, per jacentis autem latus eum transadigit. Deinde cum rursus in prima vertebræ sectione certius et opportunius percussisset, revertitur exiliens, manu ensem in aere quatiens. Puer vero præ dolore diu quidem palpitavit et subsultavit, et ejulans volutatus est in sanguine. Tandem autem cum in spiram convolutus, caput inclinas et ad ventrem, et pedes ad illud contraxisset, ut qui vellet erigi

puerum omnino crudeliter

erigi illa conversione, ad prunas appositas se devolvit. Cum vero majorem, ut est consentaneum, ex igne sensisset dolorem, rursus quidem pedibus et manibus necessario, instar piscis subsiliebat, assidue erigens partem quæ torrebatur. Cum vero non posset amplius sibi ipsi opem ferre, utpote quod una cum sanguine excretæ essent vires, rogo liquefactus interiit, duobus simul affectus suppliciis, nempe ensis et ignis.

Ad fontem deveniunt.

32 Die autem sequenti postquam hoc fecissent, ambulantes in solitudine, non recta via, sed aberrante, locaque aspera et difficilia, modo hic, modo illic obeuntes, altosque et arduos montes circumeuntes, et per non tritas et confragosas et propemodum invias valles pedibus ingredientes, longo remotum spatio vident locum paullatim herbescentem: et cum ex viriditate conjectassent esse locum aptum ad diversandum, aut etiam existimassent illic aliquos habitare monachos, scopum suum eo convertunt, tamquam a mari ad portum iter jumentis dirigentes. Cum autem venissent, vident locum, qui nihil erat deterior quam putarant, nec falsa visione eorum spem fefellerat. Nam et erat aqua in eo copiosa, et antequam gustaretur sua visum delectabat puritate. Ori autem allata, parvam arguebat esse visus delectationem, si conferretur cum voluptate gustus. eratque fœnum aptum ad pabulum animalium. Cum ergo camelos exonerassent, illos quidem libere dimittunt ad pascendum; ipsi autem statim currunt ad aquam, eam bibentes, se adspergentes, lavantes, et nescientes, quomodo simpliciter uterentur, illa liberali et profusa aquæ abundantia.

Nov. 64

CAPUT IX.

Alii monachi occisi.

Eremitam lapidibus mactant

Dum autem ad eam choros ducerent, et fontem laudibus celebrarent, vident in latere montis quoddam parvum domunculæ vestigium, omnesque uno spiritu eo currunt, cursu alius alium superare contendentes, et cum appropinquassent, circumfusi sunt speluncæ. Ea autem erat in ostio paucis extructa lapidibus, ne si esset nimis magnus hiatus, feris facilem præberet ingressum. Deinde cum intro accurissent pauci et singuli, (non capiebat enim multos) virum educunt specie et habitu venerandum: eumque ducebant trahentes, nihil omnino conturbatum, et qui neque expalluerit, neque illiberale aut triste aliquid ostenderit aut locutus sit: et cum eum supra quamdam petram posuissent, lapidibus (non enim habebant enses) interficiunt scelerati, ridentes et sua voce pæana decantantes.

Item alterum adolescentem.

34 Deinde rursus parum progressi, alteram comprehendunt adolescentem, pallidum, macilentum, et qui adspectu aperta præ se ferebat vestigia abstinentiæ. et ipsum similiter lapidibus interficiunt, multas voces emittentem, quibus agebat gratias, et fatentem se eis debere, quod cum adhuc virtutum sequebatur, et vita eduxissent. Dicebat enim, se non parum timere finis incertitudinem, ne mentis fortassis lapsus, aut quædam externa necessitas liberæ animi voluntatis mutaret constantiam, persuasam aut coactam alia sentire, quam quæ apud Deum sunt certa, et extra controversiam.

Adolescentis constantia ad barbaros ...

35 Non multum illinc processerant: et ecce apparet locus quidam herbidus, et multis densus arboribus: et rursus quam maxima potuerunt barbari celeritate ad ipsum concurrerunt. Cum autem appropinquassent, in parvam quamdam incidunt domunculam, in qua exercebatur adolescens, cujus magnus et excelsus animus, existimatus est vel ab ipsis barbaris dignus admiratione. Neque enim his ostendere latentia quædam monasteria, et ea ratione mortem effugere sustinuit: hoc enim ei pollicití erant barbari. Sed neque in hoc, ut exiret e domo, neque ut omnino tunicam exueret, obedivit: indicare quidem eos, qui poterant latere, dicens proditionem; omnino autem obedire, quicquid per vim cogeretur, pusilli et abjecti dicebat esse animi. Iis enim, qui exercentur, dicit oportere adesse magnum et excelsum animum, et non fas esse cedere aut metui aut minis, etiamsi id videatur magnum habere periculum. Consuetudo enim fit via ad majora: et timiditas, quæ semel didicit dominari, jubet etiam magna bona contemnere, atque adeo ipsam etiam pietatem postremo prodere, quando metus malorum timiditate confectum animum invenerit. Si enim nunc, inquit, facile prodidero liberum mei animi arbitrium, timens ne brevi moriar; quomodo si proponantur supplicia, et minæ intententur tormentorum, ad impietatem non facile transfugiam, cum doloris vacuitatem assueverim utili præponere? Quocirca cum vobis plane denegetur ea quæ speratis consequi, ne cunctemini ea, quæ vultis, facere. Neque enim loca, in quibus viri pii habitant, etsi sciam, indicabo: sed nec extra ostium vobis jubentibus egrediar, neque vestem exuam, ut me quis adhuc sentientem et mei liberi arbitrii compotem, cernat nudum, et contueatur corpus, quod in hodiernum usque diem meis non est conspectum oculis. Post mortem autem in me non sentientem faciat deinceps unusquisque quod velit. Eorum enim qui faciunt, crudelitatis, sed non ejus qui patitur, animi est ea reprehensio, intus enim moriar indutus, ut constitui, neque faciam quidquam præter sententiam, meipsum prodens ut mancipium: et in hoc stadio in quo decertavi, potius interficiar: et erit mihi sepulchrum hæc domuncula, quæ prius virtutis sudores, et strenuitatis ac probitatis nunc accepit sanguinem.

Auctore S. Nilo.

castitas,

Cædes atrocissima

36 Sic eum libere loquentem cum non tulissent scelerati, sed adversus generosum ejus animum essent acerrime commoti, tot eum plagis interficiunt, quot potuit ejus corpus capere. Unusquisque enim volens suam iram in eum re ipsa ostendere, non existimabat priorum enses sufficere ad vindictam, nisi cum ipse quoque suum gladium sua manu tinxisset, sic indignationem suam posset consolari. Cum plures itaque mortuum quam vivum illum magni et excelsi animi virum jam sauciassent, ita recesserunt, animis ægre ferentes, quod non ad majus supplicium eis suffecisset corpusculum.

Tres alios occidunt Barbari

37 Post hunc autem tres nobis occurrunt, iter facientes per solitudinem, qui adhuc ferventem eorum iram paullulum sedarunt, ut qui eorum in illam furoris defectus suppleverint. Quomodo enim agrestes feræ, aut canes venatici, si ostensa solum fuerit præda et evaserit, ad majorem provocantur insaniam, quod eam non fuerint consecuti, et quod rursus inciderit, majori studio persequuntur, secunda cautione priori medentes ludibrio, ita ad eos qui apparuerant, currentes, cædem spirantes scelerati, cum enses strinxissent priusquam appropinquarent, cum tanta in ipsos processerunt crudelitate, cum quanta si ipsum accepissent qui eos irritaverat.

Item duos alios

38 Cum autem nondum enses in vaginas misissent, sed nudos manu tenerent, cædeque et exhalanti sanguine inquinatos, in eo loco in quo ambulabant, vident posita duo monasteria, non ex adverso quidem itineris, sed ex obliquo ad alteram manum. Erat autem, quod inter ea intercedebat spatium triginta stadia inter eum vero locum, in quo eramus, quindecim: unumquodque tanquam a centro ad circuli lineas, quæ sunt in circumferentia, pari mensura distantia. Divisi itaque processerunt, dimidia pars ad utrumque eorum, tota præda quam collegerant, in regione relicta cum jumentis. Et eum quidem, qui erat ad Austrum, quomodo interfecerint, aut quemnam, nequaquam cognovi. Eum vero qui erat ad clima Boreale, postquam jam prope accessissent illum, qui ex multo cursu tela in pharetris commutta senserat, et fugere cœperat, ipsi arcus intendentes multis jaculis transfixerunt

Auctori S. Nilo

runt. Deinde cum ipsum, ut pronus ceciderat, comprehendissent, non sinunt eum mori cum iis solis, quæ prius acceperat, vulneribus, cum tot haberet plagas quæ ad id sufficerent; sed cum adhuc spirantem et animam agentem supinum convertissent, statim dissecant a pube ad thoracem: respirantia autem per dissectionem viscera, et lateribus circumfusa, contis utrimque conturbabant, donec ea quoque dilaceraverint, priusquam recederent. Post hæc autem ego quidem aufugi, ut prius dixi; filio autem tuo quidnam factum sit nescio. Nam eum quidem vivum reliqui, sed qui de vita nequaquam bonam spem conceperat propter mortem, de qua susurratum fuerat.

CAPUT X.

Muliebris constantiæ exemplum.

S. Nili somnium

Cum hæc ego audivissem, et nocturnam haberem visionem in auribus resonantem, (in somnis enim legebam epistolam, quæ ab aliquo ex familiaribus mihi data fuerat quæ quidem priusquam explicaretur, ita habebat in plicatura, Domino meo post Deum et Patri, Beatus Theodulus) quonam modo oportebat meam tunc affectam esse animam, o fratres, si modo adhuc habebam animam? Cor mihi dissecabatur, viscera divellebantur, vires dissolvebantur; sudor omnibus omnino distillabat membris, cum audivissem nuntium somnio convenire, qui mihi non amplius faciebat dubiam aut ancipitem mortis suspicionem; sed potius confirmatam duobus testimoniis, somnio, inquam, et significationibus ejus qui fuerat conservatus.

Mulieris in nece filii constantia

40 Quid deinde? Cum ipsa vox jam mihi esset exstincta, neque flere neque lamentari poteram, sed ad eum solum fixis adspiciebam oculis, donec quædam mulier ex iis qui illic erant, cujus etiam filius ab eis fuerat interfectus, (is autem erat, quem quæ præcessit oratio, significavit fuisse insignem propter magnum excelsumque animum) me recreavit, et ut me a vehementi dolore colligerem effecit. Postquam enim illa intellexit interfectum esse filium, et adversus eos qui interemerant strenue decertasse, actione ipsa quoque in eum suam ostendit cognationem, ut quæ vera ac germana ejus mater apparuerat et cum se splendida veste protinus induisset, et ad lætitiam totum mutasset habitum, manus in cælum extendit, et ad Deum Servatorem tales voces emisit: Tibi Domine commendavi filium, et est mihi salvus nunc et usque in secula. Tibi credidi adolescentem, et mihi fuit custoditus vere salvus et invulneratus. Non enim quod sit mortuus, neque quomodo vitam finierit, reputo, sed considero quod omnis peccati effugit periculum. Non quod corpus sit sauciatum, et mortem acerbam sustinuerit, sed quod puram animam et nulli reprehensioni affinem illinc tibi, et spiritum immaculatum tuis commendavit manibus. Ego cædes bravia numero: quot plagas, tot esse coronas censeo. Atque utinam tuum corpus plures plagas cepisset, o fili, ut tibi ex eo plures accederent mercedes! Hanc quod te gestaverim utero, reddidisti mercedem. Hinc me remuneratus es propter dolores, quos ego sensi in partu. Hunc mihi dedisti honorem propter educationem. Quid ergo? Non me quoque es accepturus participem præmiorum? Communis enim fuit labor utrisque. Tu certasti, et ego sum quoque tibi particeps certaminis. Tu certasti, et ego tuo gratulor certamini. Tu iræ restitisti barbaricæ, ego autem restiti naturæ tyrannidi. Tu mortem videlicet contempsisti, ego autem viscera despicio. Tu cædis dolorem tulisti patienter, ego cum mihi lamentur viscera, fero tormenta. Meæ tuis sunt æqualia et non inferiora. Tu vince... acerbitate doloris, ego autem supero longitudine temporis. Nam etsi tibi valde magnum dolorem mors attulerit, una tamen hora mors præteriit. Ego vero longum traho dolorem, et

eum moderate fero, philosophans et certo sciens te apud Deum vita vivere, in quam nullus cadit interitus; et credo fore, ut brevi mea illic curetur senectus, quando mihi quovis modo confractum fuerit hoc vas testaceum, et ad id quod illic est ævum profecta fuero. Beata ego in matribus, quæ Deo talem exhibuerim athletam. Rursus quoque ego beata, vere confido enim fore ut deinceps glorier, cum tu in Christum fueris resolutus, et una cum eo futurus sis perpetuo, et deliciarum, quæ numquam desinunt sis particeps.

Ejus exemplum sibi proponit S. Nilus

41 Hæc ego audiens, erubescebam, quod tam molliter et tam pusillo animo ferrem casum pueri; et mihi esset minor virtus animi quam feminæ: et eorum qui aderant, me movebat verecundia. Deinde illam quidem admirabar, meipsum autem irridebam, ut qui egregiæ illius mulieris verba acciperem, perinde ac mei sugillationes; et illius moderationem, meam judicarem insaniam. Nam cum existimassem me jure posse cum Deo conqueri propter ea quæ passus fueram, tunc recte cognovi me esse lapsum, quod mulieris exemplo didicissem, esse cujusvis mali insultum tolerabilem.

NOT. 65

CAPUT XI.

Mittuntur ad Regem Saracenorum legati, et cum iis Nilus.

Mittuntur ad Barbaros legati, Hemerodromi

Visum est autem Concilio eorum, qui Pharan incolebant, postquam audiissent quæ renuntiata fuerant, non præterire silentio id quod ausi fuerant Barbari, sed hoc Regi significare eorum. Et ad eum quidem mittunt duos ex iis qui apud ipsos vocantur *a* Hemerodromi, accusantes quod inita infregissent fœdera. Sunt autem juvenes, ephebis paullo ætate majores barbæ propemodum primam emittentes lanuginem, qui his rebus inserviunt, et nihil ferunt præter arcus telaque ac jacula, et silices ignem ejicientes: hæc enim eis in via sunt ad vitam utilia; illa quidem venationem, hi vero ignem præbentes ad coquendum: lignorum enim et fruticum est eis utique magna in omni loco copia, cum nullus quæ nascuntur secet in solitudine.

Corpora occisorum diu incorrupta

43 Cum ii autem illam viam confecerant, nos egressi sumus ad efferenda corpora: et cum accessissemus, invenimus eos, qui quinque ante diebus interempti fuerant, nihil passos ex iis, quæ verisimile erat passurum esse mortuum, qui multis ante diebus esset mortuus, non male olentes, non putrefactos, et nihil læsos ab iis quibus innatum est ut perdant, a carnivoris, inquam, avibus aut feris agrestibus. Tanto autem ante tempore eos fuisse interfectos, dixit *b* puer *c* Magadonis: hoc enim erat nomen Senatori, qui a Barbaris fuerat interemptus. Erat vero, qui occisus erat in *d* Bethrambe quidem, Proclus, Hypatius autem, qui in *e* Geth, Isaac vero, qui in monasterio Salael, Macarius autem et Marcus, qui fuerunt occisi in ea, quæ est extrinsecus, solitudine, Benjamin vero in ea, quæ est extra *f* Elim. Eusebius autem in *g* Thola et Elias *h* in Aze. Porro autem ipsorum quoque duorum alterum invenimus, qui multa vulnera habebat lethalia, sed adhuc vivebat et spirabat. Quem quidem cum portassemus, in cella deposuimus, conversi ad sepulturam aliorum corporum. Cum autem ad ipsum rediissemus, vivum quidem non amplius offendimus, apud hydriam autem invenimus jacentem jam mortuum. Nam cum omnino siti laboraret et propter inflammationem vulnerum, postquam bibit, cecidit pronus in genua, in hoc habitu eum mortuum relinquente anima. Cumque ei ut ceteris justa fecissemus, egressi sumus, ut cerneremus quidnam significaretur a Principe Barbarorum.

Fœdus ... confirmatur ...

44 Jam autem nobis Pharan ingredientibus, aderant qui missi fuerant, ab eo afferentes litteras, quæ et pacem confirmabant, et ad se venire jubebant eos qui

qui affecti fuerant injuria; et maxime eos qui attinebant ad captivos adhuc viventes. Quod si quis etiam vellet sumere pœnas de iis qui occisi fuerant, dicebat se esse paratum dare auctores ad supplicium. Quinetiam se profitebatur omnia daturum spolia iis, ex quibus prædæ actæ fuerant. Nolebat enim solvere leges pacis, ut qui libenter esset cum eis confœderatus, propterea quod ex iis utique accepisset solatium: agnoscebat enim eis non parvum afferre emolumentum, quod cum eis intercedebat commercium, ut qui in suæ egestatis necessitatibus aperte adjuvarentur eorum abundantia. Cum dona itaque parassent, et legatos constituissent tamquam ad renovandam pacem quæ jam dissoluta fuerat, die sequenti et ipsos emittunt, et nos qui bona utique spe eramus venturi.

a *Quasi diurni cursores. Sic Aristoteles de mundo, loquens de Regibus Persarum* [illegible] *Budæus vertit* Cursores etiam exploratores, que et stator s. *Petrus Alcyonius* [illegible] explo atores nunti.
b *Sur. famulus. Græce est* παῖς, *et infra* οἰκέτης, *id est*, famulus.
c *Græce est* Μαγαδόνας, *et in margine* Μαγαδώνας, *ut et infra num.* 54 *Surius et Lipomanus hic* Megadonas *legunt, infra* Megadonis. d *Sur.* Bethr bes. e *Non est hæc* Geth *Philistinorum satrapia, sed vallis quapiam circa Sinam.* f *Sur.* Elam. *Est* Elim *ejus regionis locus haud procul a* Rhaithu *cœnobio, ut infra dicemus.* g *Gr.* [illegible] *In vita S. Joannis Climaci per Danielem monachum* Θῶλας *appellatur hic locus, in Menæis* Θῶλας, *dicitur que ad quintum lapidem a basilica monasterii montis Sinai abfuisse, ubi Climacus* 40 *annis habitavit.* h *Græce* [illegible]

not. 66. — not. 67 — not. 68

CAPUT XII.
Variis perfuncti periculis, ad Regem perveniunt.

Aquæ penuria in itinere.

Octavo autem die ambulantes (duodecim enim diebus iter conficiebatur) *a* aquæ penuria laboravimus, magnaque nos sitis urgebat necessitas; morsque deinceps sperabatur, quæ semper imminet inopiæ. Dicebant autem utique prope esse fontem ii, qui locorum habebant experientiam; idque multos solabatur laborantes, futuri expectatione, quæ malo præsenti medetur. Currebant itaque multi ante multitudinem, properantes invenire illud quod quærebatur, et desiderantes eo secure frui, cujus laborabant inopia, alius alio conversi, prout unumquemque ducebat spes assequendi. Deinde etiam oculis considerantes, firmo fixoque obtutu procul intuebantur, oculorum lumine tamquam lucerna id, quod latebat, indagantes.

S. Nilus quærit...

46 Illum autem ego quoque, paullatim sequens eos qui præcurrebant, ut alii quidem fortasse dixerant, qui præ senectutis imbecillitate non possem eos assequi, qui magis valebant viribus, ut ego autem dico, qui nollem minimum inordinato pede facere injuriam honestati et gravitati morum. Adhuc enim valebam viribus, necessitate ad id quod urgebat, magis animi impetum impellente, quam natura et institutum fuerat.

S. Nilus fontem quærens in barbaros incidit.

47 Ex adverso autem mei itineris erat fons positus, latebat autem in medio cujusdam collis. Iis itaque, qui ex utraque ejus parte despergebantur, semper relictis, pergebam in medio ejus quæ hic aut illic futura erat inventionis, conjectans me non procul abfuturum. Cum vero me paullulum inclinassem, quando accessi ad dorsum collis, et primus vidi fontem, et barbaros multos ei circumfusos; et cum sic in manus incidissem hostes, neque conturbatus sum eo quod acciderat præter expectationem, neque magno fui timore affectus. Sed cum essem medius inter timorem et gaudium, de eo quod evenerat, me tali solabar consideratione. Aut enim dicebam me apud ipsos inventurum filium, et prompto et alacri animo cum ipso serviturum, servitutis molestiam levantem voluptate adspectus, aut omnino esse interimendum, et sic esse liberandum a gravi, quæ me premebat, molestia. Sed ii quidem exilientes, ad me permixtim accurrerunt; cumque me comprehendissent, qui tamquam mutus stabam, utpote cogitabundus, inhumane trahebant. Qui autem ad inquirendam aquam mecum missi fuerant, iis conspectis, et non-dum ipsi penitus ab iis visi, silentio conversi, clam statim redierunt, pronos non secus ac serpentes se per terram trahentes, et sic se fuga subripientes. Ego vero etsi ab eis vincirer, traherer, convellerer, (Quid enim non grave patiebar?) eorum quidem neque ullam ducebam rationem, neque ullum sensum accipiebam; sed tota mente versabar in inquirendo filio, illumque oculis scrutabar, in omnem partem circumspiciens, sicubi viderem eum, quem desiderabam.

Diffugiunt Barbari.

48 Cum hæc autem fierent, non multum tempus præterit, et ecce ex nostris copiis aderant viri bellicosi. Qui cum super tumulum sublimes apparuissent, magnam perturbationem attulerunt barbaris. Postquam enim militari clamore significarunt adventum, nullus fuit qui in loco manserit; nudus autem totus locus repente ostendebatur, qui paullo ante plenus erat corporibus. Saluti enim consulere festinans fugiebat unusquisque, secum nihil valens accipere: tantusque timor eorum, qui apparuerant, ex tanta securitate eis irruit, ut nec ad persequentes quidem se omnino converterent, verentes ne comprehenderentur; putarent autem se habere, qui retro semper sequerentur, et qui strictos haberent gladios, et verberarent aliquos, et multos de medio sustulissent, et suam perturbationem esse existimarent adventum adversariorum; donec longum fugæ spatium eis concessit, ut respirarent, præbens facultatem circumspiciendi, et videndi eos qui persequebantur. Efficit enim metus, ut quæ sunt continentia, putentur semper majora, et plura visione apprehendantur, quam rei habeat veritas, plus quam capere possint eorum vires, res veluti augente timiditate. Atque illi quidem sic soli fugiebant, illic relictis omnibus, quæ habebant, impedimentis. Qui autem accesserant, cum ex iis quæ invenerant magnam accepissent utilitatem, illic reliquum diei transegerunt.

Legati ad Amanem Regem perveniunt.

49 Deinde cum sequenti die cœpissemus ambulare, et quatuor dierum iter confecissemus, in castra pervenimus. Cumque significatum esset advenisse legatos, ii vocati sunt, ut convenirent Amanem, hoc enim erat nomen Regi Barbarorum. Ad quem cum attulissent munera, benignum responsum nacti sunt, et acceperunt prope illum tabernaculum, benigneque et comiter ab eo sunt tractati, donec diligens et accurata perscrutatio omnia manifesta reddidit, quæ ad illam jam factam pertinebant incursionem. Atque illa quidem ab eis brevi peracta sunt tempore.

a *Diodorus lib. 2 de* Nabatæis *Saracenorum vicinis*: Regionem partim cœnosam, partim aquarum indigam, immanaque sua parte [illegible] Vita [illegible] data est et accolas longe lateque incursantes [illegible] vexant, nec bello facile domantur. In regione enim arida puteos opportunis locis depressos [illegible], extraneis ignotos, quo tutos ipsos in fuga receptos præbent. [illegible] ut aquæ scaturiant facile iis apertis largo potu fruuntur. At peregrini illos persequentes, cum per fontium ignorationem aquatione destituuntur, [illegible] pereunt, partim multis defatigati ærumnis ægre domum revertuntur, etc.

CAPUT XIII.
S. Nilus filium tandem invenit.

Nilus inquirit sedulo de filio.

Mihi autem cor vehementer palpitabat, et ad nuntium suspenso animo erigebar; omnis autem sonus cujuslibet rei, mihi videbatur susurrare famam ejus, de quo eram sollicitus; erantque aures paratæ vocum sonis, et mens attendebat eos tamquam nuntios, spectans quisnam esset mihi renuntiaturus aut vitam aut mortem filii. Quando autem veniebant non admodum læto vultu, mœstum significantem nuntium eorum tristitia conjectans: Non opus est, aiebam, ut loquamini. Calamitatem enim visus nobis renuntiat, et etiam ante linguam clamat animi motus, quod dicendum erat sermone, gestu prius eloquens. Non fallar ergo orationibus, neque decipiar verbis compositis ad persuadendum, non enim attendam sermones, qui possunt omnino figurari ad probabilitatem, cum in ipso vultu videam animi perturbationem. Hoc est

AUCTORE S. NILO

enim aperta illius imago, ut quod exprimat internam ejus affectionem, non secus ac speculum. Neque enim potest ille vultus lætitiam ostendere, qui concidit mœrore et plenus est tristitia. Aut ergo citra fictionem dicite verum mihi roganti, aut scitote vos hoc vestris jam dixisse vultibus, sicut etiam dixi antea. Quid enim prodest verbis paullulum consolari eum, qui cruciatur; postea autem majori afficere molestia, quando quod angit verum deprehensum fuerit?

51 Cum itaque jurejurando frequenter affirmassent, non esse mortuum Theodulum, vivere autem venundatum cuidam in civitate a Eluza, consulebant ut irem in civitatem; dicebant enim me illic inventurum filium. Sed ne sic quidem dolorem vel modice curarant. Quid tum enim, cogitabam, si vivit, et major quidem metus mortis est dissolutus, servit autem venundatus, et ne mecum vivat, est prohibitus? Non facit enim omnino puram voluptatem necessitas, quæ impedit appetitionem liberi arbitrii, et animi libertatem retinet aliena voluntate. Postea tamen profectus sum ad eam, quæ mihi significata fuerat, civitatem, cum ducibus, quos mihi dederant, viæ ducibus.

a Eluzam proficiscitur, ut eum quærat

52 In via autem quidam nobis occurrit adolescens, qui sequebatur animalia, quæ portabant onera. Is autem me prius viderat in castris, et quæ ad me pertinebant omnia accurate didicerat. Is cum fuisset Eluzæ, et quæ de filio meo dicebantur, audiisset, quod scilicet captivus adductus esset a barbaris, ei de me significavit: acceptisque litteris, veniens afferebat tanquam bonum nuntium. Cum autem me vidisset eminus, cœpit accedere subridens; et ego quoque, cum virum agnovissem. Ubi vero prope fuimus, ipse quidem me læto vultu alloquitur, et dexteram extendens, eam pone divertit, et volam manus applicans humero, epistolam summis digitis extrahit ex pharetra, et eam mihi reddit, filium meum nuntians vivere, et hortans ut essem bono animo, et non perinde ac si esset servus, spem haberem bonis vacuum. Nam is, qui emit, inquit, est Sacerdos Christi sacramentorum: et filius cœpit quidem ipse quoque esse in ordine sacro, ut cui sint credita prima munera Æditorum: magnam autem mox futuri profectus spem ostendit, ut qui brevi tempore magnam virtutis dederit perfectionem, et morum bonitate effulserit, ut hæc omnes statuerent. Ego autem, ut qui essem et inops et domo carens, eum benignis verbis sum prosecutus, et ei bona multa sum precatus, quoniam nihil habebam, quo hominis bonum honorarem ministerium: universum autem permisi Dei providentiæ, et pro inexpectata lætitia et cum lacrymis egi gratias, qui mihi, ut erat verisimile, cœpisset solvere ingentem calamitatem, et veterem reddere prosperitatem.

In via intelligit eum liberum vivere

53 Postquam autem veni in civitatem, primum quidem sanctum templum quæsivi, tanquam caussam bonorum, et ei eum quem par erat honorem tribui, solum rigans lacrymis, et implens Dei ædem vocibus lamentationum: et illinc deductus, veni in domum, in qua manebat filius, multis præcedentibus et mei adventus felicem nuntium significare studentibus. Noverant enim omnes ex fama, quæ præcesserat, me esse, qui vulgo jactabar, patrem pueri, qui apud ipsos fuerat venundatus: nec ullus erat, qui non vultu signa gaudii præ se ferret. Unusquisque autem eum tanquam suum vidisset, de quo omnis spes perierat, hilari vultu exhibentes, se in ei animi affectioni consentire ostendebant. Postquam autem januæ appropinquavimus, cum eum vocassent, et me venire dixissent, duxerunt salutaturum. Cum nos vero alter alterum, ego et ille vidissemus, neque lætari, neque admirari primum cœpimus, sed ambo potius lamentari, vultus lacrymis inquinantes et similiter vestes quæ tegebant pectora. Et ille quidem accurrit non admodum cognoscens, eram enim in capillis et veste sordidatus, ut cum non possem facile cognosceri. Is tamen qui renuntiaverant, ut videtur, potius credens quam oculis, venit passis manibus, ut mihi vehementi animi impetu circumfundendus. Ego autem etsi multi essent circa eum, ipsum agnovi protinus, ut qui adhuc eamdem haberet vultus figuram, quæ assidua ejus meditatione aperte erat meæ impressa memoriæ: et cum non potuissem continere gaudium, mihi repente dissolutum fuit robur corporis: et cum cecidissem, hianti ore humi jacebam, existimatus a nonnullis esse mortuus. Diuturno enim mœrore, nisi quod respirabam et videbam, a mortuo nihil omnino differebam. Cum me autem comprehendisset et esset complexus, qui defecerat, animum vix mihi restituit, fecitque ut cognoscerem quis essem et ubi essem, et quemnam meis cernerem oculis. Eum ergo vicissim complexus, eisdem excepi nexibus, insatiabiliter diu turnum explens desiderium. Deinde ad loquendum conversus, ego me excusabam, et persuadere volebam me fuisse auctorem omnium, quæ senserat, malorum; ut qui eum eduxissem extra patriam, et eum fecissem incolere regionem, quæ continenter diripitur: et vere erat ita ut dicebam. Quando enim umquam eam, quæ genuerat, incolens, aliquid deprecandum sensisset, cum ex omni parte in pace ageret, et nullum haberet ejusmodi metum insidiarum. Valeant, qui quæ sunt in fatis, opinantur esse inevitabilia, et ex fato iis qui patiuntur imponunt necessitatem.

Theodulum respicit

Invicem amplectuntur.

a Elusa, vel, ut hic dicitur, Eluza, MS Ἐλοῦζα, Stephano Ἔλουσα, Ptolemæo Ἔλουσα, in vita S. Hilarionis apud Lipomanum Luza. Græce λοῦζα, civitas fuit Ismaelitarum, Palæstinæ vicina Stephanus. Elusa civitas nunc quidem (Justiniani ævo, quo Hermolaus Stephani ἐθνικὰ in compendium redegit) tertiæ Palæstinæ, olim Arabiæ. In Concilio Chalcedonensi nominatur Aretas Episcopus Elusæ civitatis Palæstinæ secundæ. Scribit S. Hieronymus in vita S. Hilarionis ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum esse, propter situm loci, et coli isthic Venerem consuevisse ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita erat.

CAPUT XIV.

Ut mortem evaserit Theodulus.

Post hæc rogabam, ut mihi narraret quæ ei acciderant eo tempore, quo fuit apud barbaros. Neque enim amplius molesta erat enarratio, cum præteriisset jam periclitatio. Nam quemadmodum post morbum sanitas, et curatio post vulnera lætificat, et non afficit molestia; ita etiam rerum tristium narratio post liberationem, vel maximam habet voluptatem, quantum prius dolorem habuit experientia. Ipse autem cum gravem e profundo gemitum edidisset, et oculos lacrymis implevisset: Quid juvat, inquit, o pater, eorum quæ sunt molesta, reminisci? Solet enim efficere recordatio ut ejus qui passus est recrudescant vulnera, etiamsi auditorum aures forte demulceat, alienis alioqui malis delectationem afferens. Sed quoniam scio fore, ut nequaquam cesses, donec ea, quæ desideras, tibi scire licuerit, admirabilem enim eventum meæ salutis, vis efficere argumentum glorificationis, quomodo solis de rebus omnibus Deo agere gratias, audi, magni animi virtute tuos implens spiritus, ne ad asperos et difficiles casus eorum quæ evenerunt, ipse quoque miserabiliter fractus paternis visceribus, me quoque flectas ad luctum et lacrymas, et ejulatibus lamentationis confundas orationem; utpote quod luctus sæpe vocem interrumpat, et non sinat quempiam ea quæ vult lingua narrare libera. Atque magnam quidem actus partem omnino vobis aperte narravit post fugam famulus Magadonis. Illa ergo rursus referre, simul et supervacaneum fuerit et molestum. Quæ autem post fugam illius evenerunt, necesse est, quoniam tu hoc mihi jubes, dicere.

Theodulus rogatus narrat quæ sibi evenerint

55 Visum fuerat barbaris, ut dixit (omnino enim dixit ille) nos mactare: et quæ pertinent ad sacrificia, jam vespere parata erant omnia, ara, ensis, libamen, phiala et thus. Summo ergo mane certa erat mors, nisi Deus erat prohibiturus, sicut certe

prohibuit

prohibuit. Postquam autem ille, cum me suam non celavisset fugam, aufugit, quia et propter longum viæ spatium incertamque persecutionem, dubium erat, an eum possem assequi, quod non solum tempus (erat enim vespera) usque ad mane, esset sufficiens discrimen ei qui fugeret, sed etiam itineris incertitudo faceret, ut nescirem quonam modo possem eum persequi. Quis enim est tam egregius simul investigator, et tam bona conjectura præditus, ut in tanta latitudine solitudinis, itineris inveniat vestigia? est enim tota aspera et lacunosa, et quæ nullum omnino ostendat vestigium quod acceperit. Cum hæc ita se haberent ego pronus jacebam, vultum quidem humi defigens, propter angustias autem afflictionis mentem sursum erigens, et sic Deum universorum tacite et apud me rogans, utpote quod nihil ex iis, quæ ad hanc vitam pertinent, ad nullam rem utilem me posset deducere et attrahere, propter celerem necessitatem; sed efficeret, ut essem potius sobrius et vigilans, et soli Deo mentem adhiberem, et a spe in eum penderem.

Vigil et anxius mortem expectabat captivus

56 Quocirca dicebam : O Domine et Deus, qui solus es opifex universæ, quæ cernitur et quæ mente intelligitur, creaturæ; habes in manu tua corda eorum quæ es fabricatus, et convertis sæpe ad misericordiam ferociam impetus alieni a ratione, quando volueris justo et rationi consentaneo judicio, eos qui tuæ potestatis sententia morti traduntur, conservare, qui sedas iras ferarum agrestium, quæ prosiliunt ad humana corpora devoranda; qui vim ignis hebetasti, et solo nutu tuo pueros tuos illæsos conservasti, et eorum pilos et colorem arcana tua et admirabili potentia, flamma reddidisti potentiora; tu me quoque serva Rex Christe, qui nulla spe nitor auxilii, qui mox inimicorum judicio sua vita privandus, qui (ut est verisimile) jam sum mortuus, et ne permittas, o Domine, ut meus sanguis sit libamen dæmonibus, neque mearum carnium nidore lætificentur mali spiritus. Statuerunt me astro sacrificare matutino, *a* quod cognomen accepit ex vitio libidinis. Sed ne permittas, Domine, ut corpus meum, quod in hodiernum usque diem castum est conservatum, sit hostia dæmonis, qui cognomen accepit ab intemperantia. Muta autem cor ferinum ferarum vere immanium ad clementiam et mansuetudinem, qui mutasti iram in Esther inflammatam Assueri Regis Mediæ, et ejus immitem animum convertisti ad misericordiam, Salva animam, quæ tibi servire proposuit. Redde me patri seni et tuo famulo filium rudem malorum, et qui, quod ad propositum, attinet, sum pius Dei cultor futurus. Non enim propter metum periculi hanc nunc incipio confessionem, ut videatur promissum rependi pro salute. Certaminis enim necessitatem anticipavi libera mea cogitatione. Ostende fidem esse ad salutem pedibus perniciorem, et tuam spem esse quavis fuga tutiorem. Effugit mortem is, quem mecum erat mane sacrificandus, et fuga sibi salutem peperit. Ego autem mansi, expectans quod tibi videretur, et sum in manibus inimicorum, tuo confidens auxilio. Ille suis pedibus, ego tuæ credidi potentiæ. Ne sit divina expectatio ad salutem infirmior spe corporis. Conservatus est ille, qui tenebris usus est ad fugam, et recte quidem sit conservatus. Ad me jam pervenit lux diei. Tu deinceps me conserva tua sapientia, qui vivis lucem largiris ad tua exequenda præcepta.

Deum fervide precatur

57 Me sic orantem cum acerbis lacrymis, crepusculum in somnem occupavit. Cumque respexissem, vidi jam luciferum prodeuntem ex horizonte. Surgens autem ab eo loco in quo jacebam, sed manus meas complicans genibus, et faciem super ea inclinans, situm implebam lacrymis : et rursus corde clamabam ad eum, qui me poterat eximere, intensa vi spiritus; Mirifica, dicens, mecum Domine tuam misericordiam, qui solus habes vitæ et mortis potestatem, sicut mirificasti cum Sanctis, qui olim constituti fuerunt in necessitate, et liberati fuerunt ab omni afflictione; ut nos habeamus fiduciam te invocandi, et confidendi fore ut liberemur ab iis in quibus sumus malis, cum illos habeamus tui exemplar auxilii. Tu redemisti Isaac, qui jacebat ad ipsam aram occisionis, et patrem, qui tincturus erat ensem sanguine, sono vocis retraxisti. Tu Joseph eripuisti a fratrum dextera, quæ cædem moliebatur : et rursus cum ei paratæ fuissent, insidiæ, ab injustis liberasti vinculis et custodia, et post longum luctum patri reddidisti regnantem. Tu hujus patrem Jacob redemisti a necessitatibus, cui frater similiter invidebat, servans in Mesopotamia. *b* Qua ratione etiam Mosem custodisti, qui Ægyptiacam fugiebat tyrannidem. Tu cum duos pueros mortuos oratione Prophetica e lecto fecisses surgere, præbuisti viduis matribus. Tu ipse, o Domine, in quem non cadit mutatio, qui hæc divina virtute fecisti admirabilia, tu quoque me nunc exaudi, et largire vivum patri eum qui te Altissime suum duxit esse refugium, et solve luctum, qui superat omnem consolationem : et da iis, qui norunt nomen tuum, ut admirentur vim tuæ potentiæ o Rex maxime celebrande.

Oranti et fusis lacrymis Deum orat

ACTORE S. NILO.

b

58 Cum ego autem in his essem, surgunt repleti tumultu, utpote quod sacrificii tempus præteriisset : jam enim sol lucebat super terram : et cum non invenissent alterum, neque scirent quidnam eo factum esset, me interrogarunt. Postquam autem respondi, me nescire, cum essem apud eos, siluerunt et neque minati sunt neque ostenderunt ulla signa iracundiæ. Tunc quietus ac compositus fuit mihi spiritus, et Deo benedixi, qui non despexerat mei humilis orationem. Me autem deinceps subiit audacia et fiducia, cum Deus omnino hæc mihi concessisset : cumque juberent ut nefariis vescerer, contradixi, et luderem cum mulieribus, non parui imperantibus, donec venimus prope terram, quæ habitatur. Tunc enim cum nescio quid communiter consultassent, introducunt in vicum, qui dicitur Subaita, et iis qui illic erant, significant se me velle vendere. Cum autem nihil agerent, sed re infecta sæpe reversi essent, utpote quod nullus vellet dare plus quam duos aureos, tandem ubi eduxissent, et ut mos illis erat, nudum ante vicum statuissent, ensem collo meo imponunt, si nullus me emat, dicentes se me statim interfecturos. Ego autem iis qui ad emendum veniebant, supplex eram, manus extendens, ut darent quantum petebant barbari, et ne viderentur parci, cum pretium darent humani sanguinis, dicens me esse pretium propediem redditurum et ei qui emisset, libenter si vellet esse serviturum, confitens eum esse dominum etiam post redditum pretium, qui meam vitam emisset. Quidam itaque mei misertus clamantis et lacrymantis, vix tandem me emit : et ex eo hic, ut vides, emptus sum, ut multa dicam breviter. Video enim te perturbatum, et non longe abesse a lacrymis, et esse planctu confusurum gaudium. Hæc quidem sum passus, pater, et passus, fui liberatus. Te autem deinceps Deum glorificare convenit pro mea hac inopinata, et quæ præter spem et expectationem reddita est, salute.

Sacrificii tempus præteriisse, barbaris mortem evadit

Venditur

a *Nam* [illegible], Lucifer stella Veneris

b *Lipomanus* Ubi, *Græce* [illegible]. *At non in Mesopotamia servatus est Moses, sed apud Madianitas Arabes haud longe a mari rubro habitantes. Scriptum forte fuit* [illegible] *aut* [illegible] *eadem significatione acceptum.*

Exod. 2

CAPUT XV.

Nilus et Theodulus sacerdotio initiantur.

Sed tu quidem, dixi, o fili, innumerabilia tolerasti pericula, et multas sustinuisti mortes expectatione, etiamsi Dei gratia ejus effugeris periclitationem. Idem enim est, mortem vere sperare et eam discere experientia, imo dicere, quod etiam graviorem. Non enim tantum affert dolorem dissectio, quantum quæ

Lætum S. Nili pro filio

Auctore S. Nilo

quæ eam præcedit expectatio, quæ sensum doloris longo quodam metu extendit, et facit ut vere maneat, quæ speratur, molestia. Ego autem in tempore illius afflictionis os meum ad Dominum aperui, et continentiæ et alterius malorum perpessionis professus sum austeram servitutem, si te vivum solummodo reciperem : et audivi in somnio vocem dicentem : Stabiliet Dominus, stabiliet verbum quod egressum fuit ex ore tuo. Non oportet autem, o fili, transgredi professionem, nec eum fallere qui divino responso confirmavit promissum.

Offert se Theodulus patri socium ad intentus... [illegible]

60 Cum sic bonum finem votum acceperit, ego quoque o pater, inquit puer, tecum prompto et alacri animo laborem suscipiam, et promissi ero socius, quandoquidem fui gratiæ quoque particeps, et beneficii maximum percepi fructum. Nam tu quidem luctum, ego autem mortis evasi periculum : cum etiam universum a Deo in tuam gratiam factum sit. Se enim Jepthe, qui pro consequenda in bello victoria votum fecit, inservivit filia, sui cæde et sacrificio, dans seipsam futuram hostiam, propter conservandam patris existimationem, quisnam ego fuerim, si non velox et præcurrens sim debiti paterni exolutor? idque cum sum Deo redditurus debitum, qui scit exolutionem rursus secunda rependere gratia; et quod redditur debitum, non accipit tamquam debitum, sed hoc accipit fœnori, et se confitetur debere exolutionem in remunerationem grati animi debitoris : qui semper quidem profundit gratias, et se semper scribit esse debitorem iis, qui fœnori accipiunt beneficia : et eorum omnino redditionem, reputat liberalitatem et magnificentiam : ut et semper incipiat benefacere, et tamquam debitor referat gratias. Quamobrem cum me in evolvendo promptum socium habeas, pater, incipe reddere. Omnino autem Deus, qui nostras novit vires, convenienter eis exiget debitum, nec majores postulabit labores, quam possit robur præstare, naturæ sciens imbecillitatem. Ego autem his quoque verbis sum precatus : O si filii hæc detur ad opus reducere, et in rebus ostendere, ut et promissum suum finem accipiat, sitque votum efficax, et merces consequatur labores. Hoc est enim finis et terminus universi operis quod fit ex Deo, ut obsignentur actiones remunerationibus, et certamini coronæ ferant testimonium : quandoquidem quæ digna datur merces solet esse argumentum, quod sit opus probatum, et sunt præmia certum testimonium decertationis. Sed hæc quidem sic habent.

61 Eorum autem qui illic erant, vere pius, et religiosus Episcopus cum nos diu curasset, et a priori afflictione nos non parum recreasset, rogabat non mediocriter ut nos apud eum maneremus, benigneque pollicebatur, se nostri curam habiturum in omnibus. Ne videretur autem vim afferre, quod reputaret pretium datum pro filio, nec nimis jure domini exigere ut maneremus, permisit ut faceremus quidquid videretur ex nostra animi sententia : in hoc solo in nos exercens tyrannidem, quod sacri ordinis jugum vel invitis nobis imposuerit. Nos enim reputantes onus ministerii, ægre ferentes deflebamus, ut quod nostris esset viribus superius, et vix solis Sanctis conveniret, quod ad vitæ gerendæ rationem attinet. Nam illis quoque visum est grave, et vocati confessi sunt dignitatem esse majorem, quam ut eis conveniret : et Deo contradicebant, producentes suam indignitatem, et recusabant ordinationem, caussantes imbecillitatem; etsi omnibus, qui nunc sunt, essent ad munus aptiores, et ex rerum honestarum exercitatione majorem in colendo possent habere ad Dominum fiduciam. Ille autem dicebat, munus convenire laboribus, et certaminis perpessionibus dabat mercedem, ut putabat, dignitatem.

Ambo initiantur Sacerdotes

62 Volentes autem discedere, et domum proficisci, liberali viatico prosecutus, utpote quod longa esset via, et ut Dei gratia nos comitaretur precatus, quæ deinceps nobis pacem conciliaret, sic dimisit cum nec de dominio se arrogantur jactasset, ut aliquis fortasse alius, ejus quem emerat, auctoritatem prædicans, sed etiam quod videbatur fuisse infortunium, levasset multa consolatione; et opinionem insolentiæ, vitasset moderatione. Mihi autem hic desinet oratio ubi rerum gravium cessavit periclitatio, quæ Dei gratia post multam afflictionem, lætioris vitæ præbuit principium : qua detur nobis omnibus frui et nunc, et in futuro seculo, virtute et bonitate sanctæ et consubstantialis Trinitatis. Amen.

Discedentibus benedicit Episcopus

DE SANCTIS XLIII MARTYRIBUS

MONACHIS COENOBII RAITHU IN ARABIA.

XIV Januarii

Sanctis Patribus Sinaitis Raythunos *subjungimus, etsi ignoremus ætatem, quia uno encomio a Molano, Galesinio, Christophoro Patricio Græco Menologio, et XIII Januarii a Martyrologio Germanico, utrique simul celebrantur, ut supra diximus, cum de Sinaitis ageremus. De his seorsim Martyrologium Romanum :* In Ægypto in Raithu regione sanctorum quadraginta trium monachorum, qui pro Christiana religione a Blemmiis occisi sunt. *Et Menologium Henrici Canisii :* Eodem die natalis sanctorum Patrum, XLIII in Raitho jugulatorum a Blemmyis in mari rubro, ubi sunt duodecim fontes, et septuaginta arbores palmarum. *Fasus etiam Menæa, ut infra, quæ tamen solum λγ, id est, triginta tres habent. Prius ubi* Raithu *situm fuerit, qui Blemmyæ, quærendum, quia hos Baronius* Saracenos *vocat, illud in Ægypto statuit.*

Hominum XX... [illegible]

2 *Haud procul mari rubro situm fuisse* Raithu *sanctis antiquorum monachorum asceteriorum in confesso est : eis summa Arabiam fuisse in ipsa Ægypto existimavit* [illegible] *Baronium* [illegible] *Raithus in Notis ad librum S.* [illegible] *ad Pastorem, Rosu...* [illegible] *in tabula geographica* [illegible] *Petr...* [illegible] *in Nicolai narrationem apud Moschum cap. 16.* Cum essem aliquando in Raythu, *inquit,* missi sumus tres fratres in monasterium in [illegible]. Cum ergo per desertum iter faceremus, *etc. Nam cum Thebis in Ægypto fuerit, in eam iter ex Arabia receptum non erat, nisi navigio mare rubrum trajeceret, circuitione intimum ejus sinum versus* Heroum urbem. *Ast hæc forte brevitatis caussa prætermisit. Certe lib. 6, vitarum PP. interprete Joanne, libel. 3, num. 11 ita habetur :* Narrabat quidam solitarius fratribus qui erant in Raythum, ubi sunt septuaginta arbores palmarum, in locum ubi applicuit Moyses cum populo quando egressus est de terra Ægypti. *At constat ex 15 cap. Exodi palmas illas fontesque in Arabia fuisse, in loco* Elim *dicto : ita fortassis plantitiis appellata, in qua aliquo dissiti intervallo fontes illi, et circa eos palmæ, versus mare autem* Raithu, *sive id tum loco nomen, seu id postmodum impositum. Eodem spectat quod Joannes Moschus cap. 120 refert :* Narraverunt nobis Pharonitæ piscatores, dicentes : Die quadam ivimus in Buchrin trans mare rubrum. Et cum plurimos pisces cepissemus, reversi sumus et venimus prope Pereleum, volentes quæ transfretare in Raythu prohibiti sumus a ventis contrariis, *etc. Videtur ergo situm fuisse monasterium illud in ora orientali maris rubri, haud procul a* Phara *oppido : eratque inter* Raithunos *et Sinaites, ut ex S. Joanne Climaco patet, magna familiaritas. Appellatur porro in Menologio* Ῥαϊθοῦ, Rhaithu, *in Menæis* Ῥαϊθοῦ, *et* Ῥαϊθῶ *secunda longa; in Menologio Canisii* Raithum, *Galesinio, Molano, Martyrologio Romano* Raithus *regio, lib. 5, vitarum PP. libel. 8,*

Ubi... [illegible]

an potius in Arabia

[illegible]

libel. 8, *nu.* 16, Raythum; *Ruffino lib.* 3, *num.* 188, Ragitham; *lib.* 7, *de vitis PP. cap.* 33, *nu.* 3, Ragita. *Ita enim hic dicitur :* Abbas Motois venit aliquando de loco qui vocatur Ragita, in partibus Gebilonis, *apud Ruffinum :* Abbas Muthues venit aliquando de loco qui vocatur Ragitham, in partibus Gebalonis. *At lib.* 5 *de vitis PP. libell.* 15, *num.* 27, *ubi eadem refertur historia :* Perrexit aliquando Abbas Mathois de Raythu in partibus Gebalon.

3 *Hæc de* Rhaithu, *nunc de* Blemmyis. *Eos inter Æthiopes recenset Plinius lib.* 5, *cap.* 8, *sed illud de iis fabulosum :* Blemmyis traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis. *Solinus cap.* 31. Blemmyas, sed non eos qui vicina rubro mari incolunt, credunt truncos nasci parte qua caput est, os tamen et oculos habere in pectore. *Ita duas* Blemmyarum *gentes facit, quæ una cæteris. Strabo lib.* 17. Infra vero, *ex utraque parte* Meroes *insulæ,* secus Nilum versus mare rubrum, Megabari et Blemmyes habitant, Æthiopum subditi, Ægyptiis finitimi. *Et post Ægypto loquens :* A Septemtrione ora importuosa et Ægyptio pelago munita, ab ortu et occasu desertis montibus Libycis et Arabicis, ut diximus : cetera Austrum versus Troglodytæ, Blemmyes, et Nubæ, et Megabari colunt, qui supra Syenen Æthiopes. *Eodem fere situ eos collocat Ptolemæus tab.* 4 *Africæ. Plura de* Blemmyis *Procopius lib.* 1, *de bello Persico, ubi scribit eos tum Isim, Osyrim, Priapum colere, tum humana hostia Soli litare, qui mos Justiniani jussu sublatus : colere vero eos ait media regionis inter Auxomidem civitatem et fines Ægypti. Denique Ammianus supra citatus cum de Sinaitis ageremus,* Sacarenos, *latissime id nomen accipiendo, a Mesopotamia usque ad confinia Blemmyarum porrigi scribit, non etiam sub* Saracenis *censeri* Blemmyas. *Sunt alioquin* Blemmyes *et* Trologdytæ, *teste Strabone,* nomades, *sive vagi,* neque multi, neque bellicosi : quamquam olim viderentur, propterea quod sæpe latronum more incautos adoriebantur : *in eo nimirum Saracenis similes.*

Blemmyæ populi

Ex variis

4 *Ab his igitur, incertum quo tempore, XLIII Patres monasterii* Rhaithu *interfecti sunt. Rem gestam ita commemorant Mænea :*

Cædes XLIII monachorum in Raithu per Blemmyas.

Ut prius Rachel filios, nunc Abbates
Luget Rhaitho, concisos gladiis.

Hi beati Patres religiosum agonem exegerunt, ubi duodecim sunt fontes, ac palmæ septuaginta. Cum trecenti Blemmyæ vastis trabibus mare Æthiopicum transmisissent, venerunt in locum quemdam, ibique navigio reperto, ac conscenso in regionem Pharanitarum appulerunt. Occurrere iis Pharanitæ, sed profligati sunt, desideratis suorum septem et quadraginta. Barbari conjugibus liberisque Pharanitarum abductis, ad castrum properant, ubi sancti Patres ecclesiam habebant. Hi vero clausis foribus mortem opperiebantur. Ingressi Barbari, cum nil pecuniæ invenissent, omnes trucidarunt, et cum prioribus captivis ad mare se receperunt, minimeque reperto navigio, (id servitia merserant, profugerantque) in furorem acti, captivos omnes jugularunt : deinde in socios versi, omnes mutuis vulneribus conciderunt.

DE S. THEODULO PRESB. MONACHO IN MONTE SINA.

Sub finem sec. V. XIV Januarii

Luculente a *S. Nilo* Theoduli *filii eximiæ virtutes supra memoratæ, cum Patrum Sinaitarum cædem daret, quam ille, ad senis parentis solatium, cælesti ope evasit. Tamen quia nec Martyrii lauream tulit, et superstes fortissimis illis suis commilitonibus fuit, peculiariter referri meruit, etsi ad ejus præconium omnis illa superior pertinet laudatio. De eo igitur ita hoc die Ferrarius :* Ibidem (*in monte Sina*) S. Theoduli monachi. *Et Menologium Canisii :* Eodem die S. Theoduli. Hic fuit filius Nili viri sapientis, qui relicto seculo in montem Sina se contulit, ubi cum filio vitam monachi exercuit.

S. Theoduli natalis

2 *Plenius Menæa .* Ipso die commemoratio S. P. N. Theoduli, filii Nili Sapientis.

Theodulum convenienter prædicabo
Theodulum (*id est,* Dei servum) re et nomine

Vita ex Menæis

Hic filius fuit Nili Sapientis, qui cum Præfectus esset urbis Constantinopolitanæ, spreta mundi gloria, in montem Sina concessit, ibique vitam monasticam cum hoc suo filio egit. His igitur aliisque isthic degentibus et ad religiosæ vitæ exercitationem gnaviter incumbentibus, repente irruere barbari; a quibus alii trucidati sunt Patres, Nilo fuga elapso : Theodulus vero ejus filius captivus abductus est cum alio quodam adolescente, vinclis adstrictus. Barbari vero positis tentoriis, mactare, ac stellæ ante Solem exorienti immolare ambos parabant. Verum cum et alter profugisset, et ipsi alto sopore pressi non nisi orto sole, stellaque jam depulsa evigilassent, Theodulo pepercere. Eum dein venalem exposuere : sed cum nemo mercari pluris duobus aureis eum vellet, quidam stricto gladio interimere eum cogitabat. Tunc illum Episcopus redemit ac manumisit : qui vita tandem pie peracta defunctus est. Agitur horum Sanctorum Patrum simul celebritas in veneranda S. Pauli Apostoli basilica, quæ est in orphanotrophio.

3 *Hæc Menæa ; quæ rursus* 12. *Novembris cum de S. Nilo agunt ;* Conditus est, ut fertur, *inquiunt,* et ipse Nilus, et filius ejus Theodulus cum aliis religiosis Patribus, in venerando templo sanctorum Apostolorum, in orphanotrophio, sub altari, Justino imperante isthuc translati. *Sed mendose eadem Menæa eo die, vixisse S. Nilum sub* Mauricio *Imperatore volunt, qui, ut supra ex Nicephoro vidimus, S. Joannis Chrysostomi discipulus fuit. Et qui potuere a* Justino juniore *transferri ejus filiique reliquiæ, si sub* Mauritio *vixit qui tertius a* Justino *imperavit? De translatione Nicephorus lib.* 14, *cap.* 54. Quem (*Nilum*) vita functum, Justinus posterior inde translatum, in basi sacratioris mensæ, in eo quod ab ipso, Petro et Paulo Apostolorum Principibus ad Orphanotrophium constructum est, templo reposuit. *Imperavit* Justinus junior *a fine anni* 565 *usque ad* 4 *Oct.* 578.

translatio.

DE S. DATIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

§ I. *S. Datii Episcopatus, scripta, in egenos pietas.*

An. circ. 552. XIV Januarii

Datius, *qui* Dacius *aliis, ac* Dasius, *ut putate lectum quoque reperimus, Mediolani (ut traditur in Actis Eccl. Mediolan. et a Joanne de Deis in catalogo successorum S. Barnabæ ex bibliotheca Vaticana et MS. Cardinalis Sirleti collecto) familia* Agatia, *campiis illustri, ortus. Quæ ante Episcopatum gessit, haud sunt prodita litteris : quo tempore, vero obierit, prodimus. Tempus quoque ipsum initi Episcopatus, definiri certo haud potest. Si duobus ac viginti, ut plerique volunt, annis sedit, electum esse circiter annum Christi* 530, *infra ex anno obitus deducere licebit. Principem publice parata habuit, cum singularis* Amalasuntæ *prudentia et æquitate res Gothicæ regerentur.*

S. Datii genus,

Episcopatus

2 *Decessorem* Datii S. Magnum, *XXVIII, ejus Ecclesiæ Antistitem, statuunt citata ejus Ecclesiæ Acta, Joannes de Deis, Ferrarius in catalogo SS. Italiæ* 14 *Januar. et* 5 *Novembris Magni natali, et Josephus Ripamontius Histor. Mediolan. decade* 1, *lib.* 7, *ubi*

 isthæc

Ex variis. decessor,

isthæc scribit. Post Eustorgium, qui factus Episcopus a Felice IV, decesserat octavo sui Pontificatus anno, atque in basilica Laurentiniana fuerat sepultus; rexerat has Ecclesiæ vices, atque statum hunc temporum Magnus e Trincheria gente, nec ultra triennium. Huic deinde successerat Datius, ob sapientiæ studia, peritiamque casuum qui versarentur in vita, magnis negotiis aptus. Quippe tradere gesta posteris, humanasque fraudes in monumenta referre, cura et labor illi. Accedebant cælestia dona probitatis et candoris, vulgoque sanctos inter Episcopos ferebatur. *Hæc ille. Paria citati auctores. Ast* Eustorgium II, 6 *Junii ostendemus ante* Felicis IV, *tempora sedisse.* Magnum *vult Erycius Puteanus lib.* 1, *histor. Insubricæ, et Claudius Robertus in appendice ad Galliam Christianam,* Datio *successisse. Id* 5 *Novembris disquiremus.*

scripta,

3 Historiam sui temporis scripsisse Datium et vitas prædecessorum suorum *asserit Joannes de Deis. Annalium libros ab eo compositos memorant Acta Ecclesiæ Mediolan. Puteanus, alii. Possevinus noster Chronicon appellat, in quo præter alia* testetur lib. 1, cap. 10, a sanctis Patribus Ambrosio et Augustino, statim a baptismo ejusdem Augustini, toto populo obstupescente, canticum illud Te Deum Laudamus, alternatim et ex tempore cantatum fuisse, inde vero ab universa Ecclesia frequentari cœpisse. *Hæc Possevinus, atque ex eo Vossius de Historicis Latinis. Meminit et Relationum* Datii *Anastasius Bibliothecarius de vitis Pontificum, in Sylverio.* Tunc obsessa, *inquit,* est civitas annum unum et portus Romanus a Gothis, Patricius vero Belisarius pugnando vicit Gothos, et postmodum fugerunt Gothi Ravennam post annum unum. Eodem tempore tanta fames fuit per universum mundum, ut Datius Episcopus Mediolanensis relatione sua hoc evidenter narraverit, eo quod in partibus Liguriæ mulieres filios suos comedissent penuria famis, quas retulit ex Ecclesiæ suæ fuisse familia. *Eadem de fame hac et Datii relatione habentur lib.* 16, *historiæ Miscellæ cap.* 15. Præter belli instantiam augebatur insuper Roma famis penuria. Tanta siquidem per universum mundum eo anno, maximeque apud Liguriam fames excreverat, ut sicut vir beatissimus Datius Mediolanensis Antistes retulit, pleræque matres infelicium natorum comederent membra. *Possint tamen hæ* Relationes, *videri fortassis epistolicæ narrationes.*

misericordia in egenos

4 *Hic viscera misericordiæ effuderit optimus Antistes; nec penum ipse solum horreaque tum propria tum Ecclesiæ exhausit, sed miserorum apud alios patrocinium suscepit, Gothicamque etiam imploravit munificentiam. Testis est* M. Aurelius Cassiodorus, *qui* S. Datio, *ut ex horreis regiis annonam pauperibus vili pretio divenderet, potestatem tribuit, ab eo haud dubie exoratus ut publicæ calamitati succurreret. Ita ergo ad eum scribit lib.* 12, *variarum, ep* 27.

Epistola ad eum Cassiodori

5 Datio Episcopo Mediolanensi Senator Præf. Prætor Minus prodest bonum jubere, nisi hoc per viros sanctissimos velimus efficere. Auget enim beneficium voluntas recta justorum: et quidquid sine fraude geritur, hoc vero donantis meritis applicatur. Decet enim ut munificentiam Principalem Sacerdotalis puritas exequatur. Nam cui est studium, bonum de proprio facere, haud dubiter post aliena vota complere. Et ideo sanctitatem vestram petimus (cujus propositi est divinis inservire mandatis) ut de horreis Ticinensibus et Dertonensibus panici speciem, sicut a Principe jussum est, tertiam portionem esurienti populo, ad viginti quinque modios per solidum distrahi sub vestra ordinatione faciatis: ne cujusquam venalitate ad illos perveniat, qui se de proprio videntur posse transigere. Accipiat minus habens munificentiam Principalem. Egentibus visum est, non divitibus subvenire. Fundit potius qui mittit in plenum: nam illud potius reconditur quod vasis vacuis congregatur. Quapropter sanctitas vestra miserationis officia non putet injuriam: quia totum vobis dignum est, ubi pietas invenitur. Siquidem aliena desideria fideliter gerere, hoc est bona propria perfecisse. Ad quam rem Deo juvante procurandam, illum atque illum curavimus destinare: qui sanctitatis vestræ ordinationibus obsecuti, nihil ex se faciant, sed tantummodo vobis obedire contendant. Solidi vero quanti ex supradicta quantitate panici poterunt congregari, vestra nobis relatione declarate, ut apud Arcarium reconditi ad supramemoratam speciem reparandam futuris reserventur, Deo auxiliante, temporibus, more vestis redivivæ, cujus adunatio per fila resolvitur, ut in novam faciem splendido potius decore * taxetur.

Vili pretio pauperibus regiam annonam vendere permittitur

** forte texatur.*

6 *Hæc ille, cum insigni* Datii *commendatione a beneficentia in pauperes, fidelitate, pietate. Ripamontius hujus epistolæ eam vult fuisse inscriptionem.* Cassiodorus Datio Archiep. Med. sanctissimo; *at quo eam in exemplari legerit, non indicat. Baronius to.* 7, *Annal. scriptam existimat anno Christi* 534. *Gulielmus Fornerius in Notis ad Cassiodorum,* post consulatum Belisarii, quo tempore adversus Witigem Gothorum regem, Belisarius Romam vi obtinens resistebat. *Verum id contigit* post consulatum Belisarii anno tertio, Indict. 15, *an. Christi* 537, *quo anno Romam obsideri cœptam scribit Marcellini continuator, et Procopius lib.* 2, *de bello Gothico, traditque hic post anni unius et novem dierum obsidionem circa æquinoctium vernum anni* 538, *liberatam. Puteanus, antequam Mundilas Mediolanum occuparet,* Cassiodorum *ait* Datio *scripsisse, Sigonius non nisi post Mediolanum eversum eam epistolam refert.*

Quando ea scripta sit epistola.

§ II. *Mediolanum Belisario traditum: a Gothis receptum et eversum.*

Roma Gothorum obsidione liberata.

C*ontinuator Marcellini Comitis,* Indict. 1, Joanne solo Cos. *id est, anno Christi* 538. Adhuc, *inquit,* Vitige in obsidione Romæ morante. Joannes Magister militum, cum Batze, Conone, Paulo, Remaque inlustribus, magnoque exercitu apparato ad Italiam properant, castraque ad portum Romanum conlocant, laboranti Romæ subveniunt. Quorum adventum Vitiges cernens, trium mensium temporis cum Belisario pacta confirmat, suosque legatos ad Imperatorem transmittit.

Contra Gothos auxilium rogat Datius

8 *Eadem pluribus Procopius, qui harum tempore inducarum scribit* S. Datium *ad* Belisarium *venisse, auxiliumque contra Gothos implorasse:* Sub idem tempus, *inquit,* Mediolanensium Sacerdos Datius, civiumque primores nonnulli Romam venerunt, enixeque Belisarium orarunt, ut paucos secum præsidiarios mitteret: posse se nullo negotio, non Mediolana modo, sed et omnem Liguriam Gothis ademptam, Imperatori recuperare. Urbs hæc Liguribus habitata, medio fere inter Ravennam et Alpes, quæ in Galliarum confinibus sunt, sita est itinere: quare utrimque octo circiter dierum homini expedito via patet. Princeps inter Occidentis urbes secundum Romam, tam magnitudine quam incolarum frequentia et ceteris fortunæ bonis existit. His itaque orationibus cum Belisarius polliceretur, eorum se petitionibus satisfacturum, eodem tamen in loco hibernaturus permansit.

quo jure.

9 *Ne suspiceris autem virum sanctissimum rerum novandarum temere populo vel auctorem fuisse vel adjutorem. Atroces injurias irrogatas civibus, pactamque sacrorum orthodoxorum libertatem violatam, facile et Barbarorum immitia ingenia, et numquam non perfida hæresis, persuadent De hac legatione ita pronuntiat Baron an.* 538, *nu. ultimo:* Hic ergo Datius vitæ sanctitate insignis, ut vindicaret a Gothis iisdemque Arianis populos spirituali regimine sibi subditos, omnem adhibuit diligentiam Quo exemplo satis intelligas,

telligas, non mereri calumniam, neque invidiam Episcopos illos pati debere, qui ne sub hæretico Principe degant, omnem lapidem movent. *Acerbius hinc quoque in* Datium *impiorum odium exarsit, ut tandem* caussa fidei exactum ad Constantinopolitanam urbem perrexisse, *testetur S. Gregorius infra citandus.*

quando,

10 *Ferrarius perperam hanc legationem ad annum sequentem* 539 *refert. Magis aberrat Joannes de Deis, a quo scribitur* S. Datius multas a Gottis perpessus injurias, magno civium Mediolanensium numero profectus ad Constatinopolitanam urbem ad Imperatorem Justinianum, a quo Belisarium Ducem in Italiam mitti impetravit ad Gottorum gentem debellandam. Cui etiam maximo adjumento fuit ad hoc præstandum. *Sed duplicem Datii profectionem permiscet. Ad Romanam redeamus.*

impetrat

11 *Roma obsidione Gothorum liberata, variisque urbibus Justiniano assertis,* Belisarius Mediolanum, *inquit Procopius.* Isauros Thracesque ad homines mille transmisit. Isauris Ennem præfecit, Paulum Thracibus; omnium tamen Mundilæ imperium demandavit. *Et mox :* Mediolanum contendunt, civitateque cum tota Liguriæ regione potiuntur. *Tum vero* Datius, *ut Ripamontius scribit,* in hunc modum suppetiis impetratis, ac urbe liberata, parens haud dubie publicus habebatur. *Agit de his quoque rebus S. Antoninus par.* 2, *cap.* 4, *tit.* 12, § 3.

Obsidetur a Gothis Mediolanum,

12 *At non diuturna hæc urbi felicitas ac lætitia. Vix enim Græcum militem cum Mundila admiserat, cum obsessa est a Gothis. Nam missus a Vitige Urajas, urbem acriter oppugnat. Burgundiones quoque a Theodeberto Francorum Rege auxilio missi Barbaris. Neque jam aut in* Datio *Pontifice, (si in urbe cum ceteris obsessus est, ut Baronius et Ripamontius scribunt) aut in* Mundila *et Græcis opis sat erat. Quas enim Roma copias adduxerant, in circumjecta Mediolano distribuerant oppida; trecentis tantummodo secum militibus retentis.* Belisarius *ubi percepit Mediolanum a Gothis obsessum,* Martinum *eo et* Vliarem *Duces cum non spernendis copiis mittit. Ille ad Padum flumen moras nectunt, ignavia et metu.* Mundilas, *(forte et* Datius, *si adfuit) primoresque Mediolanensium* Paulum *Romanum ad eos ablegant : qui cum natatu trajecisset,* Martinum *et* Vliarem *ad progrediendum incitavit. Ut in urbem ille rediit, hi quoque ad ingenium revertuntur, utque moram excusent,* Belisario *scribunt, Padum non posse transmitti, impedientibus Gothis. Hic* Narsetem *jubet copias cogere et succurrere obsessis.* Favebat Datii Pontificis, *inquit Ripamontius,* ingenio simul et sanctitati Narses, ac viri illius caussa salvam esse cupiebat urbem. Justinum *ergo et* Joannem *continuo mittit. Hic cum ex Æmilia moveret in morbum incidit, nec miles ægroto Duce progressus.*

non succurrentibus Græcis

deditum

13 *Interea obsessi cum vim diu sustinuissent, fame victi sunt. Est, inquit Ripamontius,* in ipsius Datii Annalibus (horribile dictu) materna cura tostus infans, et eodem conditus utero, qui nondum ex puerperio esset refectus. *Hac communi necessitate ad extrema redacti Mundilas ac cives, in deditionem venere. Sed nulla fides crudelitatem remorata est. Tamquam infra pacta rebelles essent, miserabili prorsus strage sævitum est in muros, ædes, ipsosque homines. Interfecta virorum trecenta millia. Horruit ad numerum Puteanus, et* triginta millia *scripsit. Heu, nimium id quoque, nisi* trecenta *scripsisset Procopius. Feminæ, quas ætas formaque commendaret, in servitutem libidinemque Burgundionibus datæ.* Reparatus, *defectionis ad Romanos auctor primarius, minutatim concisus est, et canibus in escam projectus.* Bergentius *ejus socius fuga elapsus, per Dalmatiam Constantinopolim pervenit.*

crudeliter excisum

Quid S. Datium factum

14 Datium *quoque clam effugisse victorum crudelitatem Baronius et Ripamontius putant. Glanius in Natalib. SS. Canonicorum scribit, (qua fide?* Datii persuasu Mediolani civitatem ab Gothorum devastatione liberatam. *Continuator chronici Marcellini Comitis tradit* Indict. II, Appione solo Cos. *id est, anno Christi* 539, Gothos Mediolanum ingressos muros diruisse, prædamque potitos, Romanos omnes interfecisse, Mundilam Paulumque Duces abduxisse Ravennam. *Erit qui probabile existimet, captum quoque fuisse* Datium; *sed Cassidori veteris amici gratia libertati deinde restitutum. Sigonius certe lib.* 18, *de Occidentali imperio, eum a clade fuisse Mediolani supponit; quo tempore citatam ante Cassiodori epistolam scriptam, et summa tunc in Liguria totaque Italia annonæ penuria laboratum contendit. Id si factum est, certe et* Dacii *industria urbs illa a tanto funere resurgere cœperit. Bernardinus Corius, qui omnia tunc gesta fœde confundit, tradit urbe eversa Episcopum cum aliis summa ædis Sacerdotibus, Noxetæ domicilium fixisse.*

Ex variis.

§ III. *S. Dacii iter Constantinopolim, fugati ex hospitio lemures.*

Belisarius, *inquit continuator chronici Marcellini Comitis,* Indict. III, Justino juniore solo Cos. *id est,* anno Christi 540, Ravennam ingreditur, Regem Vitigem et Reginam, cunctasque opes, Gothosque nobiliores tollens secum, ad Imperatorem revertitur. *Verum* Gothi trans Padum residentes, rebellare disponunt, Regem sibi statuentes Heldebadum; *aliis* Heldibaldum, *et* Ildibaldum. *Mox* Indict. IV, Basilio solo Cos. *anno Christi* 541, Heldibaldo occiso Eraricum sibi ordinant Regem, *quo etiam* occiso Indict. V, post consulatum Basilii, Totilam in regnum mancipaunt, *virum acrem ac sagacem, qui plurimum bella non tam ferro, quam clementia et benignitate feliciter gessisse traditur. At religioni certe Catholicæ haud æquus fuit, præcipueque Antistites homo hereticus infestavit. Documenta haud levia dabimus* 1 *Martii in* S. Herculano II, *Episcopo Perusino;* 21 *Martii in* S. Benedicto *Abbate;* 22 *Maii in* S. Fulgentio *Episcopo Utriculano;* 10 *Octob. in* S. Cerbonio *Populoniensi, et alibi.*

Regnat Totilas

16 *Sub hoc Principe* S. Datium fidei caussa exactum, *circiter annum* 545 *suspicamur, Sigonium secuti. Ut Constantinopolim tunc petierit, et quæ in itinere gesserit, commemorat S. Gregorius lib.* 3, *Dial. cap.* 4. Ejusdem quoque, *inquit,* Principis tempore, *nempe Justiniani,* cum Dacius Mediolanensis urbis Episcopus, caussa fidei exactus, ad Constantinopolitanam urbem pergeret, Corinthum devenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quæreret, quæ comitatum illius totum ferre potuisset, et vix inveniret, aspexit eminus domum congruentis magnitudinis, eamque sibi præparari ad hospitandum jussit. Cumque ejusdem loci incolæ dicerent, in ea hunc manere non posse, quia multis jam annis hanc diabolus inhabitaret, atque ideo vacua remansisset, vir venerabilis Datius respondit, dicens : Imo ideo hospitari in eadem domo debemus, si hanc spiritus malignus invasit et ab ea hominum habitationem repulit. In ea sibi igitur parari præcepit, securusque illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intravit. Itaque intempestæ noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum grunnitus, stridores soricum. Tunc repente Datius tot bestiarum vocibus excitatus, surrexit, vehementer iratus, et contra antiquum hostem magnis cœpit vocibus clamare, dicens : Bene tibi contigit, miser tu ille es qui dixisti : Ponam sedem meam ad Aquilonem, et ero similis Altissimo. Ecce per superbiam tuam porcis et soricibus similis factus es : et qui imitari Deum indigne voluisti, ecce (ut dignus es) bestias imitaris. Ad quam ejus vocem, ut ita dicam, dejectionem suam malignus spiritus erubuit. An non erubuit, qui eamdem domum ad exhibenda monstra quæ consueverat, ulterius non intravit? Sicque postmodum

Fugatur S. Datius

in domo dæmonibus infesta hospitatur

eos fugat

Ex variis

modum fidelium habitaculum facta est : quia dum eam unus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus mendax spiritus atque infidelis abscessit. *Eadem narrat S. Antoninus par. 2, cap. 9, tit. 12, § 8. Petrus de Natal. lib. 11, cap. 99. Vincentius Bellovac. lib. 22, cap. 74. ac Ripamontius paullo ornatius, hic tamen ut a S. Gregorii simplicitate, ita et a veritate paullulum quandoque recedit.*

§ IV. *Pro fide Catholica labores.*

Quæ tria capitula

Hoc *ipso tempore celebris illa de* Tribus capitulis *exorta controversia est. Scripti olim fuerant a* Theodoro *Mopsuestiæ Episcopo de fide commentarii, in quibus ita duas in Christo naturas asserebat, ut Nestorianæ hæresi duas personas statuenti præmonstrasse viam videretur. Ii post Nestorii damnationem ab ejus fautoribus sparsi in vulgus, variis post Ephesinam synodum anno* 431, *habitam altercationibus agitati, præcipue oppugnante eos Rabula Episcopo Edesseno.* Ibas *Rabulæ successor epistolam scripsit ad* Marin *Persam, in qua Cyrillum Alexandrinum acerrimum Nestorii adversarium ac Rabulam decessorem suum, æque ac Nestorium redarguit;* Theodorum *vero collaudat. Tamen in concilio Chalcedonensi anno* 451 *receptus est* Ibas, *cum prius Nestorio et Eutycheti anathema dixisset. Ad idem concilium admissus* Theodoretus *Cyri Episcopus, etsi contra ejusdem Cyrilli anathematismos aculeatum commentarium ediderat. Hæc enim recenti adhuc Orientales inter et Ægyptios dissidio tum condonari visum est oportere; cum præsertim jam Catholice* Ibas Theodoretusque *sentirent.*

Damnata post a Græcis

18 *Interim post seculo suscitatus est, qui sub cineribus latebat, ignis. Nam ipse Justinianus Imperator,* Theodoro *Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, Acephalorum patrono, instigante, anno* 546 *librum edidit quo Theodorus Mopsuestenus, Ibæ epistola, Theodoreti contra Cyrillum commentarius damnarentur. Intercessere principio Catholici, rati concilii Chalcedonensis convelli auctoritatem. Nec erat profecto Imperatoris rem ejusmodi moliri. Pervicit is tamen, et Mennam Patriarcham Constantinopolitanum aliosque coegit subscribere. Tum* Apostolicæ *quoque* Sedis Apocrisiarium, *inquit Baronius an.* 546, *num.* 45, ibi degentem Stephanum Diaconum ut id faceret, vehementer rogavit. Sed tantum abest ut illum ad id præstandum impellere potuerit, ut eumdem maximum suis conatibus expertus sit adversarium, sicut et Datium Mediolanensem Episcopum, qui tunc item erat Constantinopoli. Iidem vero Vigilium Romanum Pontificem monuerunt absentem. *Imo et* Datius Mediolanensis Episcopus, *inquit Facundus Hermianensis lib. contra Mocianum Scholasticum,* cum aliis Sacerdotibus talium prævaricatorum communionem ferendam esse non duxit. *Idque ut ex epistola Vigilii Papæ ex itinere ad Mennam scripta fidelem referam,* cum aliis consacerdotibus, et multis filiis Ecclesiæ *ab ejusdem Mennæ se communione* subtraxit.

S. Datius iis restitit

19 *Interea Imperator ipsum Romanum Pontificem evocat Constantinopolim. Proficiscitur ab urbe solvit Vigilius in Siciliam, diuque hiemavit. Istuc ei* Datius *occurrit, deque omnibus quæ gesta Constantinopoli essent edocuit, ut [illegible] in [illegible] epistola Vigilius. Quæ alia interim acta sint, idem Facundus lib. 4, defensionis* Trium capitulorum, *cap.* 3 *atque alii prosequuntur. Ut Constantinopolim pervenit Vigilius,* conflictantes, *inquit Ripamontius,* omni [illegible] veritate, propugnatorem [illegible] et participem [illegible] habuit Mediolanensem. *Quæ isthic gesta, [illegible] [illegible] Pauca, quibus [illegible]* Datium [illegible], *[illegible] ad [illegible] [illegible] Vigilio [illegible]*

[illegible]

20 *[illegible] Episcopum, qui Constantinopoli [illegible] Vigilius [illegible] [illegible]*

alia, decretum tulit, Datio, *præsente, utrique parti probatum, ut de controversia usque ad proxime cogendam synodum utrimque sileretur. Ita ipse in libello sentiret, qua Theodorum Cæsareensem decreti illius violatorem, auctoremque malorum omnium, sacerdotio et communione privavit :* Illud quoque, *inquit,* magnopere nobis cum clementissimo Principe, præsentibus etiam Mena Constantinopolitanæ civitatis et Datio Mediolanensis Antistite, aliisque tam Græcis quam Latinis Episcopis, cum quibus omnibus etiam tu, Theodore, pariter affuisti; nec non et præsentibus Judicibus, ac Proceribus, universoque Senatu convenit, ne usque ad memoratam concilii definitionem quidquam de præfatis tribus capitulis fieri intentaretur. *Lata est ea adversus Theodorum sententia* XIX Kalend. Septembris, imperante Domino Justiniano perpetuo Augusto anno vigesimo quinto, post consulatum Basilii V. CL. anno undecimo, *id est, anno Christi* 551. *Adfuit tunc quoque Datius.* Ex persona, *inquit Vigilius,* et auctoritate B. Petri Apostoli, cujus licet exigui locum gerimus, cum Datio Mediolanense, Joanne Marsicano, *etc.*, fratribus et Coepiscopis, hac Theodorum Cæsareæ Cappadociæ civitatis quondam Episcopum sententiæ promulgatione, tam sacerdotali honore et communione Catholica, quam omni officio Episcopali seu potestate spoliatum esse decernimus.

Datio præsente, Vigilius silentium indicit partibus 547.

non obtemperantem deponit. 551

§ V. *S. Datii obitus, publica veneratio.*

Obiit S. Datius an. 552

S*i XIV Januarii, quo tabulis Ecclesiasticis inscriptus, diem obiit* Datius, *id anno Christi* 552, *contigisse necesse est. Non prius, cum anno superiori XIX Kal. Septemb. superstes fuerit, ut ante dictum est. Non posterius, cum eodem ipso anno* 552, *quo adversus Totilam Narses exercitum duxit, successor* Datii *needum consecratus Ravennam evocatus est. Patet id ex Pelagii Papæ, qui Vigilio an. Christi* 554, post consulatum *nempe* Basilii XIII, Indict. II, *in Sicilia calculi doloribus extincto, successerat, epistola ad Narsetem, et refertur tum in tomo* 2 *conciliorum, tum in Gratiani Decreto cap.* Non vos 23, *quæst.* 5 *in fine.* Recolere debet Celsitudo vestra, *inquit,* quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum Principem exinde retulissetis, et quid fieri debuisset ejus iterum scriptis recognovissetis, et inter ubique ferventes hostes Ravennam tamen et is qui ordinabatur, et is qui ordinaturus erat, providentia culminis vestri deducti sunt.

non secius

22 *Idem ex Victoris Tunnunensis Chronico liquet.* Datius, *inquit,* Mediolanensis Episcopus Constantinopolim veniat, et damnationi Trium capitulorum consentiens, eo die percussus occubuit. Narses Eunuchus ex Præposito Patricius Totilam Gothorum Regem apud Italiam mirabiliter superat ac perimit, et omnes ejus divitias tollit. *Hæc Victor* Trium capitulorum *obstinatus usque ad schisma defensor, eodem anno Datii obitum eademque Totilæ consignans, perperam tamen eum faciens annum decimumquartum post consulatum Basilii, Christi nimirum* 555. *Baronius in Annalibus Narsetis victoriam anno* 553 *refert, melius in Notationibus ad Martyrologium, anno* 552, *qui fuit decimusoctavus belli Gothici anno* 535 *cœpti, eoque bellum terminant Procopius et continuator chronici Marcellini,* Indict. XV, *ut hic notat,* post consulatum Basilii XI.

Eodem anno victus Totilas

23 *Hinc primum res refellas, qui* Datium *scripserunt interfuisse concilio Vaticomicano, cœpto, ut habent Acta,* imperii D. Justiniani anno XXVII, post consulatum Basilii anno XII, die IV Nonas Maias, Indict. I, *id est, anno Christi* 553. *Errorem occasio præbuit, quod id scripserit, Auctor Actorum Ecclesiæ Mediolanensis, Ripamontio, Puteano, aliisque, quod particularibus antea synodis a Vigilio coactis adfuerit.*

Non interfuit Datius concilio Vaticomicano

24 *Secundo*

nec redit Mediolanum

24 *Secundo liquet falli Ferrarium et Ripamontium, asserentes reversum esse Mediolanum* Datium, *isthicque decessisse. Fœde alioquin iidem aliique in anno obitus* Datii *hallucinantur. Ferrarius* 545, *statuit, secum ipse pugnans; Ripamontius* 556 *alii* 561, *quibus subscribunt Acta Ecclesiæ Mediolanensis et Joannes de Deis, dum sub Vigilio Papa (qui anno* 538, *relegato S. Silverio, legitime anno primum* 540, *regere Ecclesiam cœpit) electum volunt, sedisse tamen annis viginti duobus. Et diserte Joannes de Deis sub Pelagio I et Joanne III, scribit vixisse, quorum hic illi suffectus anno* 560. *Claudius Robertus ab anno* 521 *ad* 561 *sedisse* Datium *scribit.*

25 *Ejus reportatum est corpus Constantinopoli Mediolanum, inque S. Victoris æde conditum; tunc fortassis, cum eam urbem Narses restauravit. Inter Sanctos quoque relatus.* Adscriptum multis locis in Litaniis Ecclesiæ Mediolanensis, et in libro pervetusto MS. de Sanctis ejusdem Ecclesiæ, *docet Galesinius, qui hoc cum in Martyrologio celebrat elogio* : Mediolani S. Datii Episcopi et Confessoris. Is cum Ecclesiam Mediolanensem duos et viginti annos religiose administrasset, Episcopalium virtutum laude clarus quievit in Domino. *Martyrologium Romanum* : Mediolani S. Datii Episcopi et Confessoris, cujus meminit B. Gregorius Papa. *Agunt de eo quoque Molanus in Addit. ad Usuardum, et Martyrologium Germanicum.*

Ex Variis Eo post relatus, cultusque ut Sanctus

DE S. FULGENTIO

EPISCOPO ASTIGITANO ET CARTHAGINENSI.

§ I. *S. Fulgentii natalis, ætas, episcopatus.*

Post an cui. obiit XIV Januarii. not. 71 S. Fulgentii natalis.

Sanctorum *Hispalensium Antistitum* Leandri *et* Isidori *frater fuit* Fulgentius, *quem quidam primo, alii octavo Januarii tradunt obiisse. Colitur is diversis diebus in variis Ecclesiis : nam Hispalenses olim VIII nunc XIV Januarii officio duplici secundæ classis eum venerantur. In Placentina diœcesi XIX Januarii duplici secundæ classis cum octava, Berzocanæ autem, ubi ejus et* S. Florentinæ *sororis corpora diu quærere, celebratur XV Januarii, in Carthaginensi Episcopatu XVI, officio primæ classis cum octava. Ferrarius in generali catalogo SS. VIII Januarii ista habet* : Astigi in Hispania S. Fulgentii Episcopi, *et V Februarii* . Hispali in Hispania S. Fulgentii Episcopi Carthaginensis. *An ejus isthic illo die celebrari festum consueverit, nos latet, modo certe XIV Januarii agitur. Idem Ferrarius XVI Januarii* : Carthagine in Hispania S. Fulgentii Episcopi et Patroni.

ætas

2 Fulgentii *meminere quotquot* Leandri *et* Isidori *gesta prosequuntur, ac separatim nonnulli. Vitam dabimus, quam libro de Sanctis Hispalensibus Hispanice edidit* Antonius Quintanadvennas *noster. De ætate tamen, episcopatu, scriptis* Fulgentii *moveri quæstio potest, haud enim satis inter scriptores convenit. Citat Franciscus Padilla historiæ Ecclesiast. Hispaniæ centur. 7, cap. 13, et refutat. Rodericum Yepes in vita S. Florentinæ asserentem, S. Leandrum juniorem fuisse* Fulgentio*: ceteri hunc medium locant inter* Leandrum *et* Isidorum *ordine nascendi. Quo tamen natus sit aut obierit anno, veteres non produnt. Subscripsit Decreto* Gundemari *Regis* æra 648, *sive anno Christi* 610, *et synodo Hispalensi II, habitæ* Idibus Novembris, anno 9 Sisebuti, æra 657, *sive anno Christi* 619. *Unde liquet falli, primo Thomam Trugillo, qui tomo I, Thesauri concionum, VIII Jan. scribit, circiter annum Christi* 600, *obiisse. Secundo Franciscum Tarapham et Lucium Marineum Siculum, qui morienti, adfuisse* Leandrum *fratrem scribunt, Marineus præterea funus a* Reccaredo *Rege curatum, at* Leander *et* Reccaredus *minimum 18 annis ante illam Hispalensem synodum mortui erant.* Quintanadvennas *anno* 638, *ait obiisse, natum vero in vita S. Leandri scribit cum parentes ab* Agila *Rege Hispalim fuissent relegati, atque ita cum Agilam constet anno* 554, *occisum, vixisse* Fulgentium *oportet circiter* 86 *annos. Idem tamen in Notis Maximum citat scribentem anno* 560. Fulgentium *natum* : *at quod tunc ejus parentibus religionis gratia irrogatum fuisse exilium dicimus, regnante* Athanagildo, *rei Catholicæ æquo, si non etiam addicto! Demum obiisse scribit superstite Isidoro germano, ast* Isidorum *auctor est Redemptus ejus discipulus mortuum æra* 674, *Christi anno* 636. *Et certe* Honoratus *Isidori successor interfuit concilio Toletano sexto æra* 676, *Christi* 638. *V Id. Januarii. Joannes Marietta vult anno* 620, *obiisse* S. Fulgentium : *certum est, non prius, si quidem mense Januario. Idem vixisse annos* 66 *asserit, quod et Marineus, Vasæus,Arapha : ast Paulus Spinosa cum Ambrosio Morale* 60. *Padilla non diu post concilium II Hispalense fuisse superstitem conjicit, quod nulla deinceps ejus mentio fiat.*

ætas ambobus et titulus a re visus male

3 *Hæc de ætate, parum explicita. Nunc de episcopatu, Astigitano et Carthaginensi. Est* Astigis, *vulgo nunc* Ecija, *Bæticæ urbs antiqua, quippe Romanorum (ut videre est in Hispania Ludovici Nonii V. CL. cap. 18) colonia,* Augusta firma *nuncupata, ad* Singulim *fluvium sita, qui nunc* Chenil *dicitur, et haud inde procul in Bætim influit. Episcopos olim proprios habuit : e quibus præter* Fulgentium *ejusque decessorem* Pegasium, *et* Abentium *successorem, de quibus infra,* Stephanus *concilio Toletano septimo æra* 684, *et octavo æra* 691, *subscripsit,* Theodulfus *duodecimo æra* 719, *et decimotertio æra* 721. *Decimoquinto æra* 726. Nasidarbus *per* Desiderium *Presbyterum;* Arvidius *decimosexto æra* 728. *Nunc Episcopo proprio caret Astigis, sed Archidiaconatus est Ecclesiæ Hispalensis, ut scribit idem Nonius.*

Episcopatus Astigitanus

4 Carthago nova, *quæ et* spartaria, *Pœnorum opus, inter principes olim Hispaniæ urbes habita, insigni portu quantæ vis classis capaci, a Wandalis Gothisque eversa fuisse traditur; sed parentum nostrorum memoria a* Philippo II. *Hispaniæ Rege instaurata atque egregie munita. Episcopum proprium, etiam ipsorum Gothorum temporibus habuit, sive is Carthagine, sive, quod quidam volunt, Murciæ (quæ magni nunc nominis, et regni caput, inter Carthaginem et Valentiam, ad* Straberum, *sive* Setabim *fluvium) sederit. Nam præter* Hectorem, *qui concilio Tarraconensi æra* 554, *sive Christi anno* 516. Episcopus Carthaginensis metropolis, *sive, ut alii codices habent a Loaisa citati,* in Christi nomine Episcopus, *subscripsit; laudatur a S. Isidoro cap. 29, de viris illustribus,* Licinianus, *sive* Lucinianus, Carthaginis spartariæ Episcopus, *qui temporibus Mauritii Imperatoris* Constantinopoli veneno, ut ferunt, extinctus ab æmulis.

Carthaginensis.

5 *Astigi Episcopus fuit* Fulgentius, *ut ex conciliis Hispaniæ, et Isidori per Braulionem elogio patet. An Carthagine, disputatur. Negat omnino Prudentius Sandovallius et alii, qui putant id esse traditum a recentioribus, quod natus sit* patre Severiano Carthaginensis provinciæ Hispaniæ, *ut de Leandro agens scribit Isidorus. Vidimus e bibliotheca Laurentii Ramirezii V. CL. Chronicon et Adversaria MSS. quæ Luithprando Ticinensi tribuuntur, in his isthæc habentur* : S. Fulgentius bis fuit Episcopus Carthaginensis, inde translatus Astigim, et postremo Carthaginem. Ubi plures annos (duos videlicet) vixit in hoc episcopatu. *Sed quæ sit horum Adversariorum auctoritas, haud satis nobis exploratum. Recentiores plures, qui saltem sedisse Carthagini tradunt, citat paullo inferius vitæ scriptor.*

An utrumque gesserit Fulgentius

§ II. *Eruditio, scripta, virtutes.*

Varia reliquis Fulgentium *ingenii sui monumenta asserunt recentiores, quorum nec Isidorus ejus germanus,*

Quæ scripserit

Ex variis. *nus, nec Ildefonsus, nec alii veteres meminere. Mariana lib.* 6, *cap.* 1, Scripsit Fulgentius, *inquit*, librum de fide Incarnationis aliisque nonnullis quæstionibus, qui ad nostrum tempus conservatur. *Enumerant Joannes Vasæus, Sandovallius, Quintanadvennas*, Fulgentii commentarios in Evangelia, Esaiam, XII Prophetas minores, Pentateuchum, libros Regum: *Addunt Quintanadvennas et Sandovallius commentarium* in Psalmos. ***Paulus Spinosa lib. 2, Antiquitatum Hispalensium ait quædam eum Hebraice scripta reliquisse. Mirum est ea opera non proferri in lucem, quorum alio quin quia antiquiorem neminem testem habemus, neque affirmata opinione nostra esse ea volumus, nec pro vanis prætermissa.***

An Mythologiarum libros. 7 *Alii probabilius compositos ab eo existimant tres Mythologiarum libros, qui* Fabii Furii Fulgentii Placiadis *nomine feruntur. Christianus certe auctor fuit, qui passim quos exponit Gentilium ridet fabulas; et diserte sub finem proœmii libri primi*: Ergo nunc de Deorum primum natura, unde tantæ malæ credulitatis lues stultis mentibus inolevit, edicamus. *Et in fabula Mercurii*: Si furtis præfuere Dii, non erat opus criminibus judicem, ex quo culpæ habuere cœlestem auctorem. *Quin et sacrorum voluminum profert testimonia, ut lib.* 2, *in fabula Herculis et Omphales, et de* ***judicio Paridis fabula* 1, *lib.* 2, *ubi ista addit*:** Prima igitur (*vita*) contemplativa est, quam apud nos Episcopi, Sacerdotes, ac monachi, apud illos philosophi gesserunt. *Dubitat Sigebertus an horum auctor librorum sit S. Fulgentius Ruspensis*: Quod si, *inquit*, *an S. Fulgentius Ruspensis.* is est ipse Fulgentius, qui tres libros Mythologiarum scripsit ad Catum Presbyterum Carthaginis; hic certe omnis lector expavescere potest acumen ingenii ejus, qui totam fabularum seriem, secundum philosophiam expositarum, transtulerit, vel ad rerum ordinem, vel ad humanæ vitæ moralitatem.

8 *Eo potius inclinamus, ut Astigitano Antistiti adscribamus, quam Ruspensi, hos libros. Illud quidem quod inter Barbaros degerit Auctor, commune ambobus. Id in præfatione indicat*: Non paves, inquit (*Calliope*,) mu- *videri Astigitanus.* sicum tuis receptare dogma penatibus; cum Barbarorum morem auscultaverim ita litterarios mercatus penitus abdicare, ut hos qui primis elementorum figuris vel proprium nomen describserint, cassata inquisitione in carnificinam raptassent? *Ast hinc illa magis videntur propria, quæ in eadem præfatione*: Addebatur his, quod etiam bellici frequenter incursus pedum domi radicem infigere jusserant, quo portarum nostrarum pessulos aranearum cassibus oppletos quispiam non videret. *Et post*: Intueamur arva, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos, quod aiunt, sigillaverant gressus, et formidine menti nondum extersi, hostes in vestigiis pavebamus. Terrorem enim pro sui memoria miles hostis heredem reliquerat. Sed Tredium in morem ostentabamus alterutrum loca, quorum recordationem aut internecio celebrior faciebat, aut præda. Tandem inter sentosa nemorum fruteta, quæ agrestis olim deseruerat manus, *etc. Nec sibi quæ fuerint bella, Francos scilicet inter ac Gothos, vel inter Gothos ipsos in Gallia Narbonensi, quæ ipsorum erat*: Arbitrabar agrestem securæ adipisci quietem, ut procellis curarum celantibus, quo in torporem urbana tempestas excederat, velut halcyones indulgerent in serenitatem villatica semotione tranquillior agitassem; sopitisque in favilla silentii rancosonis jurgiorum classicis, quibus me Galagetici quassaverant impetus, defæcatam silentio vitam agere credebam. ... in me illam quoque noverearum improbior angina conquereretur felicitatisque noverca fortuna, quæ amaritudinem quidam humanitas intersérit semper negotiis, me quasi pedisequa sectaretur. *Ac tandem, de Leovigildo fortassis aut Recaredo Rege loquens*: Sed quia nunquam est in duum immortale mortalibus, tandem Domnæ Regis felicitatis, adventantis velut solis crepusculum, mundo tenebris dehiscentibus, pavores abstersit. *Denique præterquam quod stylo Ruspensis Fulgentii opera, et hi Mythologiarum libri plurimum differunt; Carthaginensis, Murciensis, aliarumque Hispaniæ Ecclesiarum traditione* Fulgentio *Leandri germano hos tribui, virorum gravium testimonio dedicimus.*

at non item libros singulis alphabeti litteris carentes. 9 *Non tamen ejusdem est* Opus mirificum, *sive* Fabii Claudii Gordiani Fulgentii V. CL. libri XXIV, per singulos singulis litteris secundum ordinem diminutis. *Ruspensis esse, absolute pronuntiat Sigebertus*. Scripsit libros, *inquit*, quos prætitulavit Sine litteris; librum scilicet de Adam sine A, de Abel sine B, de Cain sine C, et ceteros secundum litterarum consequentiam. *Ejus operis XIV priores libros ex vetusto cœnobii sui codice nobis descripsit Christianus le Roy Lætiensis in Hannonia monachus, vir eruditus cumprimis ac religiosus, gnarusque operis nostri de Sanctorum vitis adjutor, eoque tristiori nobis funere elatus* 8 *Septembris* 1637, *cum ob bellicos tumultus, occupato jam a Francis Landeriaco et Malbodio, ad urbem Montes se recipere Lætienses essent coacti. Ceterum in eo Lætiensi codice novem posteriores libri desunt. Ante Episcopatum a Ruspensi Fulgentium elucubratum hoc opus opinatur Aubertus Miræus V. Cl. Libycum se certe non uno loco Auctor fatetur, idque opus Xenophontis poetæ Græci imitatione aggressum. Conjectet aliquis Claudium fuisse, Gordiani filium, Fulgentii patrem, qui ex Italia, quo Genserici furor parentem exturbarat, reversus in Africam, avitis possessionibus ac domo spoliatus, merito illud libro* 1, *in publicas rapinas invectus, queri potuit*. In his non lugentium luctus intenditur, non miserorum gemitus condoletur; sed solius colligendæ pecuniæ quoquo modo pernox computus ducitur.

Vita S. Fulgentii virtutibus 10 *Subjiciemus analecta quædam de* S. Fulgentii *virtutibus. Accurate is parere suos Decretis Conciliorum et sacris canonibus cogebat, ipse quoque in se apprime severus, inedia, vigilia, aliisque corporis afflictationibus macerabat. Ita Marietta, et Spinosa. Lucius Marineus inter cetera de eo ista scribit*: Ceterum cum Ariana *ibus* hæresis Christianos a Dei cultu conaretur abducere, convocato multorum Episcoporum et Hispanorum Principum concilio apud Toletum, Fulgentius concionibus suis et miris operibus Arianos omnes fortiter oppressit, et Christianos qui a fide Christi nonnihil erant alienati, summa prudentia et exemplis ad exemplum Dei cultum reduxit. *Brevius Vasæus*: Interfuit concilio Toletano, in quo damnata est Ariana hæresis, et omnis Paganorum perfidia. *Videtur uterque auctor Concilium Toletanum III intelligere, æra* 627, *anno Christi* 589, 4 *Recaredi Regis habitum, in quo S. Leandri præcipue industria atque eruditio spectata, Ariana vero hæresis condemnata est. Interfueritne* Fulgentius *nobis non constat; nondum certe tum Astigitanus Episcopus erat, neque subscriptus reperitur. Tarapha nulla facta concilii Toletani mentione*, Arianos omnes, *inquit*, cum vir esset eruditissimus, miris operibus suis fortiter oppressit. *Potuit tamen concilio illi interfuisse sive Presbyter jam, sive adhuc privatus magnamque obtinuisse auctoritatem, quippe qui illustri ortus genere, Recaredi Regis avunculus, exilium pro fide sub Leovigildo novarco perpessus, doctrinæ præterea* ***opinione floreret.***

domus 11 *Visitur etiamnum Astigi domus quam Fulgentius incoluisse creditur, in sanctimonialium virginum cœnobium conversa. At Mariana Florentinæ sororis domum monstrari Astigi scribit.*

VITA

Hispanice scripta
ab Antonio Quintanadvennas Soc. Jesu.

CAPUT I.

Vita ante Episcopatum.

Natus est Fulgentius Severiano Carthaginis Hispanicæ Duce, sive militum Præfecto, et a Theodora *a*

Theodorici

Auctore Ant. Quintanaduenas.

S. Fulgentii parentes,

Theodorici Ostrogothorum Regis *b* filia, cujus in Leandri et Isidori fratrum ejus historia supra meminimus. Cum essent pii parentes Catholicæ religionis gratia Hispalim *c* relegati, nobile hoc pignus, Fulgentium, inquam a propitio numine suscepere, domesticaque disciplina ad omnem morem honestatem ac virtutum heroicarum decus formarunt. Accessit Etherii institutio; Episcopi, ut reor, *d* Bastitani, qui concilio Toletano *e* anno primo Flavii Gundemari Regis interfuit; vel Eutherii Episcopi, ad quem Vigilii Papæ extat *f* epistola.

institutio

2 Hinc litteris egregie excultus Fulgentius, atque in primis non vulgari variarum peritia linguarum, Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, Gothicæ, Latinæ, *g* Italicæ, *h* Arabicæ; sed præcipue divinorum librorum intelligentia. Argumento sunt edita ab eo volumina, etsi multorum memoriam tempus abolevit. memorantur ejus eruditissimi commentarii in Pentateuchum, libros Regum, Isaiæ et duodecim minorum Prophetarum oracula, Psalmos, Evangelia. MS. ejus volumen asservat regium cœnobium *i* Oniense, instituti Benedictini. Alius codex, ab annis *k* minimum ducentis litteris Gothicis descriptus, extat in sanctæ Cordubensis Ecclesiæ bibliotheca, qui Liber de fide inscribitur. Composuit hunc Fulgentius cum Carthagine exularet, et Scaricæ Abbati monasterii S. Leocadiæ dedicavit. Liber vero de Verbi incarnatione, qui in secundo Concilio Hispalensi citatur, opus est *l* S. Fulgentii Episcopi Ruspensis, gente *m* Toletani, quem quidam cum nostro confundunt, nominis similitudine decepti, et ipsorum proprii et Ecclesiarum quas rexerunt, cum ille *n* Carthaginis Africanæ, hic Hispanicæ Præsul fuerit. Hunc vero non esse illius libri auctorem vel inde patet, quod in eo concilio, in quo hic noster interfuerat, citatur cum Sancti titulo, quæ appellatio coram adstanti nequaquam tribueretur. Libri Mythologiarum vulgo ei adscribuntur. Ab his aliisque præclaris operibus, habitisque ad populum de fide Catholica sermonibus, cognomen adeptus est Doctoris illustris, et celebris in toto orbe Doctoris, quo illum citat S. Julianus *o* in concilio Toletano XV.

doctrina

libri,

cognomen

3 Par erat eruditioni ejus zelus animi, quo ad propugnanda Catholicæ religionis dogmata ferebatur. Eximius studiorum illius quæstus, crebræ cum Arianis disputationes, quibus illorum confutabat errores. Incidit in ea tempora bellum quod adversus parentem Leovigildum *p* S. Hermenegildus gessit. Eadem Fulgentii, quæ plurimorum aliorum Antistitum, insigniumque virorum fuit fortuna. Hispali Carthaginem in avitum solum pulsus est. ubi gravissimos labores ærumnasque tulit. In angusto domicilio commorans, assidue et hæreticos refellebat, et animabat Catholicos. Complures ad S. Hermenegildum, sororis suæ filium captivum litteras dedit, quibus ad fidei intrepidam professionem, martyriique certamen adhortabatur.

zelus

exilium

a Alius Tartura dicitur, alias Theodosia. b Idem hic Auctor ante in S. Leandri vita, uti et alii, non Theodoram, sed ipsam Severianum, Theodorici Regis ex Sancti filium faciunt. Consentit Lucas Tudensis æra 519 et 610. At si id verum est, cur Amalasuentum filiam, et non Severianum filium sibi Gothi, mortuo Theodorico Regem adsciverunt? Sandovallius Theoderici II Gothorum in Gallia Regis filium facit Severianum. at non fuit is Amalaricus, ut existimat, tutor aut patruus a cujus avo Lurno ... est. c Ab Agila Rege, ut hic Auctor scribit in vita S. Leandri, atque adeo annum Christi 554, quo ... Agila.

d Basti urbs, Baza, civitas olim Episcopalis in citeriore Hispania nunc Toletano Antistiti subest. e Æra 648, seu anno Christi 610. Nondum tamen Episcopus fuit, cum Fulgentium erudiit, cum Theodorus ejus decessor æra 627, Christi anno 589, concilio Toletano III subscripserit. f Extat Joanne V. C. Cos. ... isthic ... Vossimus, qui in Fastis Consulibus ... alius ... Fuit ... anno Christi 538. g Quia ... in Italia eo tempore præcipue ... erant, quæ propria ... sermone, præter ... belli causa irrupere, Romanam, Græcam, Gothicam, Langobardicam ... linguarum Italicarum ... ad ... Fulgentius ... exemplis ... fuisse, ut eam audi ... quæ ...

h Multo etiam de hac magis ambigimus. nam quod illi cum Arabibus adolescenti fuisse commercium dicemus? Probabilius de Punica, Coptica, Maurica, Gallica, liceret suspicari. De Arabica tamen etiam Marinæus Siculus, Joannes Vasæus, Sandovallius testantur. At Thomas Trugillo cum de hoc Fulgentio agit, una Ruspensem laudat, quem Chaldææ, Arabicæ, et Hebrææ linguæ peritum fuisse, ait, non probat. i Illustris hujus cœnobii fundationem narrat Antonius Yepez Annalium Benedictin. centur. 6, an. 1011, cap. 1 et 2, Mariana lib. 8, cap. 11. k Padilla centur. 7, cap. 13, scribit volumen illud videri plusquam 500 annorum. Idem tradit Martinus Roa. Ejusdem libri meminit Mariana lib. 6, cap. 1. l Est id luce meridiana clarius, si ipsa legantur verba concilii cap. 13, quæ sunt ex cap. 2, S. Fulgentii Ruspensis de Incarnatione et gratia. m Ita plures alii Auctores Hispani. Vitæ ejus scriptor synchronus 1 Januar. tradit in Tellepte civitate provinciæ Byzacenæ natum, avum vero ejus Senatorem Carthaginensem fuisse. Ab oriundis ex Hispania, in nemine adhuc antiquorum legimus. S. Isidorus lib. de scriptorib. simpliciter Afrum vocat, uti et Padilla cent. 7, cap. 13. n Magna ille quidem Carthagine pro Catholica religione certamina subiit. ejus tamen Sedis Episcopus non fuit, ut ex vita patet. o Habitum illud est æra 726 an. Christi 688, præsidente Juliano Metropolitano Toletano. At de S. Fulgentio Ruspensi isthic sermonem esse arbitramur. Ita enim habet: Tertium sane quartumque capitulum continentes, non solum sensum, sed et ipsa pene verba ex libris BB. Ambrosii atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto orbe Doctores ferulata Ecclesiarum Dei vota percenseant, non illis est succensendum, sed potius subcumbendum. quia omne quod contra illos sapitur, a rectæ fidei regula abhorrere sentitur.

p 13 Aprilis S. Hermenegildi vitam dabimus. Obsessus est a patre Hispali an. 582, quæ sequenti anno cum aliis pluribus urbibus et castellis expugnata, captus est Corduba Hermenegildus, atque anno post interfectus. Ita Joan. Biclar.

CAPUT II.

Gesta in episcopatu, obitus.

Omnis illa cum Leovigildi morte sedata est tempestas, secutaque et reip. et religionis toto regno mutatio. Utinam omnes quæ Regum morte fiunt mutationes, talis semper animorum conversio sequeretur! Gubernacula Recaredus suscepit, *a* exterres Episcopos aliosque restituit. Reversus igitur Hispalim Fulgentius, illustri semper sanctitatis et doctrinæ fulgens splendore. Inde Carthaginem denuo profectus, ut Dominico Antistiti in regenda diœcesi auxilio esset, cui et paullo post vita functo in Cathedram successit. Præfuit circiter octo annos pari sanctimoniæ ac sapientiæ laude, quippe qui et Cleri mores severiore disciplina adstringeret, et populi spiritualia emolumenta promoveret, et hæreses exstirparet. Astigitanam Ecclesiam tunc *b* Pegasius administrabat. in qua nescio quid turbarum extitit, ad quas componendas censuit Rex ei Ecclesiæ præficiendum Fulgentium, ratus ejus prudentia ac sanctitate et rem tantam expediri et pacem posse secure stabiliri. Itaque evenit. Nam et felicem exitum, et gloriosum lucrum Fulgentii sollicitudo consecuta est, cum Ecclesiæ illius augmento, Arianæ perfidiæ ruina, amplificatione Catholicæ religionis. Frequens ad populum dicebat, suæque Ecclesiæ et temporariis et spiritualibus invigilabat emolumentis, ad quæ rerum quantum gnavi Antistitis præsentia ac sollicitudo valet. Anno Christi DCX concilio Toletano interfuit, quod Flavius Gundemarus Rex convocarat. an. DCXIX. Hispalensi cui Isidorus præerat, suntque *c* isthic quædam inter Astigitanam, Cordubensem, ac Malacitanam Ecclesias decisæ controversiæ.

a

Fit Episcopus Carthagine

dein Astigi b

c

5 Gravis jam ætate et morbis Fulgentius, ea solum caussa, ut creditur, *d* Astigitanam insulam posuit, concessitque Carthaginem, salubrius sibi isthic coelum fore ratus. Aut sane, quod S. Justæ Archipresbyter tradidit, secundo lectus est Ecclesiæ illius Antistes, non jam Carthagine fixurus Sedem, sed Murciæ, quo erat, diuturnis bellis excisa Carthagine, translata: quæ mutatio Gundemari Regis decreto confirmata est. Exegit vero Fulgentius sive Murciæ sive Carthagine, sex circiter annos, singulari studio animique exercitatione ad exitum sese comparans: qui unus ei toto vitæ decursu assidue propositus scopus fuit; atque esse deberet iis qui in illustri fortassis constituti gradu dignitatis, sibique de præsenti blandientes felicitate, minus saevi dente mortis deleto

d redit Carthaginem

parat se ad mortem

obnoxios

Auctore Ant Quintanaduennas

obnoxios cogitant. Mortis meditationem inflammatæ æternæ beatitudinis desideria comitabantur.

6 Porro cum migraturum se brevi præsagiret, S. *e* Braulionem, et, quem velut germanum unice diligebat, *f* Laurum Gaditanum Episcopum rogavit, ut sibi animam agenti præsto essent. Fuit ea pretiosa mors in conspectu Dei : quippe sacro viatico aliorumque præsidio sacramentorum munitus, psalmos pie recitantibus, lacrymasque ubertim fundentibus Episcopis, animam exhalavit, Angelorum mox obsequio ad thronum gloriæ deportatam. Contigit hæc ejus gloriosa migratio, uti Marcus Maximus scripsit, anno DCXXXVIII cum Romanum Imperium Heraclius, Sedem Apostolicam Honorius, S. Isidorus Hispalensem Cathedram, regnum Hispaniæ Cyntila teneret. Satis inter omnes convenit mense Januario excessisse : de die variant auctores, aliis primum ejus diem, aliis 16, prodentibus : antiqua breviaria octavum habent : nunc decimoquarto colitur.

a *Rodericus Toletanus scribit, et assentitur Mariana lib. 5, c. 13 : Leovigildum* diuturna infirmitate acriter torqueretur, præcepisse filio Reccaredo ut Episcopos ab exilio revocaret, et Leandrum Hispalensem et ejus germanum Fulgentium Astigitanum, qui doctrina Ecclesiæ ... fulgebant insignis, tanquam patres audiret, et eorum monitis obediret. *Sed nondum Astigi Episcopum fuisse Fulgentium manifestum est ex sequentibus de Pegaso decessore. In quo et Trithemius falsus, qui mortuo Leovigildo redisse ad Ecclesiam suam (Astigitanam) Fulgentium scribit, et in ea sanctissime vitam finivisse.* b *Anno Christi* 589, *æra* 627 *Reccaredi* 4, *sed* ... *concilio* 3 *Toletano* ... Diaconus ... e *Tritom.* 1 *et* 2. d *Concilium id ante æram* 671, *sive annum Christi* 633 *quo concilio Toletano* 4, *subscripsit* Marcianus Astigitanæ Ecclesiæ Episcopus. *Sed gravissime fallitur Auctor dum Gaudemari beatis auctoritate confirmatam hanc fundationem scribit, cum is septem annis ante concilium Hispalense obierit.* e *Colitur* S. Braulio sive Braulius, 26 *Martii*.

f *Ab aliis* Laurianus *vocatur*, Laura *a Marieta*.

CAPUT III.

Translatio, alii honores.

Corpus transfertur Hispalim — *a*

Conditum ejus corpus ab Episcopis in Cathedrali basilica Carthagine : sed triginta quatuor ab obitu ejus annis, Hispalim *a* translatum est, cumque germanorum ejus Leandri, Isidori, ac Florentinæ reliquiis locatum, in æde SS. Rufinæ et Justæ, quam in eum finem ædificarat S. Leander, ea urbis regione qua nunc equis eremitorum visitur ad portam Cordubensem. Supra sepulcrum crux argentea erecta, cui eorum epitaphium insculptum. Potita est nobili hoc thesauro Hispalis usque ad incursionem Maurorum. Tunc enim in montes *b* Guadalupæ oppido propinquos SS. Fulgentii et Florentinæ corpora, atque Deiparæ imago Guadalupensis deportata. Isthic recondita, ignotaque mansere ad Alphonsi XI tempora, quibus Fulgentii ac Florentinæ corpora ad Berzocanam pagum reperta. Pars Carthaginem ac Murciam deinceps delata, pars ad Cathedralem Abulensem Ecclesiam, et pars ad Guadalupanum cœnobium.

8 Singulari veneratione cultus a Christianis est Fulgentius inde a primo post ejus excessum seculo, multisque cœlitus miraculis illustratus. Extat festi illius memoria in vetustissimis Hispalensis Ecclesiæ breviariis. Retenta diu ea religio, deinde annis aliquot interrupta, restituta tandem anno MDCXXIV sanctumque ut officio de Doctore, duplici secundæ classis, celebretur. Primæ classis solemnitas cum Octava et ut Patrono Carthagine et Placentiæ exhibetur : hic, quod Berzocana sub Placentina diœcesi ejus extent reliquiæ, illic vero, quod eam olim Ecclesiam rexerit. Veneratur eum quoque, velut sui instituti alumnum, uti graves auctores tradidere, ordo S. Benedicti. Astigitana ... tanti exemplis, Cathedra, nobilitata, præcipuum illum a Divis tutelarem sibi adoptavit. Stat utique ut collegium Societatis Jesu, quod insignium liceatiis et pietate ... , constanti ad præstandos sumptus magnificentia ... , perfectum est, S. Fulgentio dedicatur : utque eximii illius Doctoris patrocinio ac tutela gauderent præclaræ isthic erectæ scholæ, tam illustri urbe dignum opus; in quibus omni instituitur virtute et scientia juventus, Grammatica, Rhetorica, Philosophia, Theologia. Celebratur qui illi sacer est dies publica Cleri, religiosorum ordinum, Capituli supplicatione : iidemque solemnitati, quæ in collegio eodem peragitur as sistunt.

9 Meminere S. Fulgentii antiqua *c* breviaria Hispalensis Ecclesiæ, *d* S. Ildefonsus, *e* Primus Cabilunensis Episcopus, *f* Rodericus Archiepiscopus Toletanus, *g* Marineus Siculus, *h* Franciscus Tharapha, *i* Maurolycus, *k* Julianus Petri, Marcus Maximus, Luitprandus, *l* Joannes Vasæus, *m* Joannes Mariana, Ambrosius Morales, Laurentius et *n* Franciscus de Padilla, *o* Prudentius Sandovallius, *p* Rodericus Carus, Rodericus Yepez, Æmilianus, *q* Christophorus Brawerus, atque alii qui vitas Sanctorum, ac historias Hispalensem, Carthaginensem, Placentinam, Guadalupensem, ac Regum Gothorum scripsere, ac præcipue *r* Martinus de Roa e Societate Jesu, gravis auctor et eloquens.

a *Ejusdem translationis meminit Marineus, Tarapha, Primus Cabilunensis. Disputat de ea pluribus Padilla.*

b *Hujus oppidi nomen* ... Guadalupe (*Mauris* Guada *aquam aut flumen significat*) *alluit, qui deinde in Anam cadit. Imaginis Virginis Deiparæ a S. Gregorio ad S. Leandrum missæ, hic cum aliis reliquiis a Sacerdotibus aliquot Hispalensibus in marmoreo sepulchro, adjunctis litteris in rei memoriam, ingesta tellure conditæ, ac demum tempore Alphonsi XI, circa annum Christi* 1330, *inventæ, historiam breviter commemorat Ludovicus Nonnius* ... *in sua Hispania cap.* 61 *et fusius Gabriel Talavera monasterii Guadalupensis (quod est ordinis Hieronymianum) Prior, in Historia Guadalupensi.* 1 Guadalupa duabus aut tribus leucis distare Berzocanam, *tradit Franc. Padilla centur.* 7, *cap.* 14. Berzocanum *alii vocant. Hinc* S. Fulgentii *et* S. Florentinæ *sororis reliquias Murciam translatas a Sancio de Avila Episcopo Carthaginensi anno* 1594, *scribit Marieta.* c *Edita, ut ad marginem indicat Auctor, an.* 1510, 1531, 1555, 1568. d *Nusquam in Ildefonsi editis operibus Fulgentii nomen reperimus : meminit S. Braulio, in elogio Isidori.* e *In Topographia sanctorum Martyrum edita cum Maurolyci Martyrologio, verbo* Carthago nova. f *De reb. Hispan. lib.* 2, *cap.* 14. g *De reb. Hispan. lib.* 5. h *Canonicus Barcinonensis lib. de Regibus Hispaniæ in* LuybaII... i *In Martyrologio* 1 *Januarii, ubi de S. Fulgentio Ruspensi agens, isthæc addit :* Fuit et alius Fulgentius Carthaginis novæ Episcopus, et Leandri ac Isidori Pontificum Hispalensium frater. k *In Adversariis num.* 402. l *In Chronico rer. Hispaniæ ad an.* 591. m *Lib.* 5, *cap.* 13 *et lib.* 6, *cap.* 1. n *Historiæ Ecclesiast. Hispan. centuria* 6, *cap.* 50 *et centur.* 7, *cap.* 13. o *In vita S. Leandri, ubi tradit monachum Benedictinum fuisse, sed nullo vetusti scriptoris testimonio id confirmat, ubi nec Constantinus Cajetanus qui in vita S. Isidori vocat Fulgentium religionis Benedictinæ jubar* lucidissimum.

p *Lib.* 2, *Antiquitat. Hispal. cap.* 11. q *In Notis ad vitam et regulam S. Leandri.* r *Lib.* 2, *de SS. Astigitanis cap.* 5. *Quem librum diu antea quæsitum nuper tandem nacti sumus, parte jam hujus Vitæ excusa.*

CAPUT IV.

Probatio eorum quæ relata sunt.

Natum Hispali Fulgentium testatur Maximus æra 598 *Fulgentius nascitur Hispali patre exule in ea urbe, eversa Carthagine.* Luitprandus nu. 226 *Fulgentius et Isidorus nati sunt Hispali.*

Fuisse prius Carthagine Episcopum asserit Episcopus Cabilunensis, Marineus Siculus, Tarafa, Vasæus, Laurentius Padilla, Æmilianus, Breviarium Hispalense editum an. 1510 et 1531, certaque ea habetur traditio. At prius Astigi sedisse contendit, P. Roa itaque *a* Maximus Fulgentii fere æqualis, priorem sententiam confirmat an. 598 *Fulgentius ex Carthaginensi Episcopo Hispaniæ, fit Episcopus Astigitanus in Bætica, ut seditio exorta ex Præsule sedaretur.* Arbitror ab aliis prius Astigitanæ Ecclesiæ tradi præfuisse, quod Carthagine obierit, cum ante Astigitanus fuisset Episcopus, aut fortassis quia revera secundo Carthaginensis Episcopus factus, uti tradit Julianus advers. num. 563. *S. Licinianus*, inquit, *præcessit in Sede Dominicum et Fulgentium bis Episcopum Carthaginis.* Idemque repetit nu. 570 et 571.

De obitu ejus Carthagine, et translato Hispalim corpore, Breviaria et auctores citati. Versus cruci insculpti sunt isti

Crux

Ex variis.

Crux hæc alam gerit geminorum corpora fratrum
Leandri Isidorique, priorum ex ordine vatum,
Tertia Florentina, Deo devota perennis.
O quam composite concors hæc digna quiescit!
Isidorus medius disjungit membra duorum.
Hi quales fuerint, libris inquirito Lector:
Cognosces et eos bene cuncta fuisse locutos.
Cum quibus hic recubat Fulgentius. Inspice tres hos
Spe certa plenosque fide super omnia claros:
Dogmatibus cernas horum crevisse fideles,
Ac reddi Domino quos impia cura tenebant.
Utque viros credas sublimes vivere semper,
Aspiciens pictos sursum contende videre.

Epigramma S. Ildephonsi de S. Fulgentio, relatum a Juliano Perez.

Fulgenti, nova Carthago quem reddidit auris,
Teque nimis felix postmodo patre fuit:
Inde patrem recipit te gaudens Astigis unda,
Qua fruitur Bætis, teque magis fruitur.
Corrigis effrænes mores, vitamque tuorum
Erudis exemplo Doctor et eloquio.
Hispalis ipsa tuos cineres cum fratribus aptat:
Tres eadem fratres continet urna simul.

a *Imo jam ab eo citati Tarapha, Marineus, Vasæus.*

DE S. CADEOLDO, SIVE EDALDO,
VIENNENSI EPISCOPO IN GALLIA.

Circiter an. DCXCVI XIV Januarii *S. Cadeoldi natalis*

Viennæ in Gallia XXXIV Episcopus sedisse S. Cadeoldus *traditur. De quo Ado in Martyrologio, Beda vulgatus, Molanus et Carthusiani Colon. in Addit. ad Usuardum, Galesinius, Ferrarius*: Apud Viennam Cadeoldi Episcopi. *addunt Wion et Hugo Menardus*: et Confessoris, admirandæ sanctitatis et parsimoniæ viri. *Refert eum quoque in Martyrologio Benedictino Dorganius. Varie ejus effertur nomen: est enim Adoni vulgato* Caœldus; *MS. S. Laurentii Leodii*, Caocoldus; *MS. Florario et MS. Bavarico Bedæ*, Caeoldus; *Carthusianis Colon.* Eoldus; *Molano, et Martyrol. Germanico*, Caldeoldus; *Claudio Roberto*, Caldeolus, Cadeolus, Edaldus; *Joanni Chenu, et Joanni Boscio in Bibliotheca Floriac.* Edaldus, Evaldus, Cadeoldus, Cadeolus; *Wioni* Cadeoldus, Caduldus, Caldeolus; *Antonio Demochari* Caldeolus, *et* Landalenus; *ceteris* Cadeoldus.

nomen

successio

2 *Mendum irrepsit in catalogum Episcoporum Viennensium apud Democharem, Chenu, Robertum, Boscium; ubi* Sindulfo *successisse traditur* Edictus, *huic* Cadeoldus, *inde* Dalolenus, Bobo, Georgius. *Interfuit* Sindulfus *Concilio Remensi sub* Sonnatio *circiter annum Christi* 630. *Cabilonensi* Landalenus *circiter* 650. *Ad* Edictum *tradititur Agatho Papa, ejusque successor Leo, litteras dedisse ratio anni* 682, *ut supra ad ejus vitam X Januarii nu.* 5 *diximus. Unde conficias* Landalenum, *quod voluit Demochares, non esse* Cadeoldum; *aut certe non successisse* Edicto: *sed potius* Dadolenum, *qui aliis* Dolinus, Dolonus, Dodolinus; *eumque ante* Edictum *reponendum videri. Et Saussaius quidem in Supplemento Martyrologii Gallicani* 1 *Aprilis eumdem* Dadolenum *et* Landalenum *esse existimat, ut ad eum diem dicemus: at XIV Januarii* Cadeoldum Edicto *successisse scribit.*

ætas

3 Cadeoldo *Viennensem Ecclesiam administrante, rerum potitum in Oriente* Justinianum, *apud Francos* Clodoveum Dagoberti *filium ac* Theodoricum, *scribit Boscius; et* S. Willebrordum *a* Sergio *Papa consecratum Episcopum*, Justinianum *quoque imperio exutum. Ast in* Clodoveo *falli videtur: nam* Clodoveus *Dagoberti filius anno* 660 *decessit, quando* Cadeoldus *Edicti successor necdum Episcopatum erat adeptus. Potius* Clodoveum III, *Theodorici filium scribere debuisset: hic enim anno Christi* 690 *regno admotus, Justiniani Rhinotmeti* 6 *tenuitque id ad* 694, *Sergii Papæ* 7, *quo Justinianus naribus truncatis relegatus est. Sequenti vero anno Episcopalibus infulis ornatus ab eodem Sergio est* Willebrordus.

Reliquiæ S. Pauli ei a Papa missæ

4 *Recitat Boscius hanc Joannis V, Papæ, qui a* 22 *Julii* 685 *ad* 2 *Augusti* 686 *sedit, epistolam ad Edaldum, sive Caldeoldum*: Joannes Episcopus Edaldo Viennensi Archiepiscopo. De officiis Missarum, de quibus in litteris vestris requisistis, sciat caritas vestra, quia varie apud diversas Ecclesias fiant: aliter enim Alexandrina Ecclesia, aliter Hierosolymitana, aliter Ephesina, aliter Romana facit: cujus morem et instituta debet servare Ecclesia tua, quæ fundamentum sancti habitus ab illa sumpsit. Venerabilis pallii usum per sanctum Presbyterum vestrum Felicem tibi destinavimus, nolentes te privari antiquo B. Petri munere; simul mittentes de capillis S. Pauli, ut esset Ecclesiæ vestræ illius intercessione solatium, per cujus discipulum suscepit primum religionis honorem. Benedictio Apostolorum vos ab imbre malignorum custodiat. *Quem hic Pontifex S. Pauli discipulum, primumque Evangelii apud Viennenses præconem memorat, is est* S. Crescens, *de quo* 29 *Decembris, et* 27 *Junii agemus. Joannes Chenu dicit ad* Cadeoldum *misisse Joannem Papam* pretiosa munera; *reliquias nimirum S. Pauli Apostoli. Quod vero Concilio Cabilonensi ait subscripsisse, uti et Wion, jam diximus minus probabile videri. Ferrarius* 19 *Januarii in Notis, hanc epistolam vult esse Joannis IV, Papæ, qui ab anno* 639 *ad* 2 *Oct.* 641 *sedit.*

An monachus fuerit

5 Ex monacho, *inquit Wion*, et Abbate Grimanense, ut habetur in vita S. Clari Abbatis apud Surium tomo 1 factus est Viennensis Episcopus. *Chenu quoque*: Monachus ordinis S. Benedicti et Abbas Grimonensis Viennæ, S. Edito in Episcopatu Viennensi suffectus est. *Idem tradit Saussaius. In vita S. Clari* 1 *Januarii, cap.* 2, *nu.* 3 *ista habentur*: Erat tunc temporis vir strenuus et Deo placitus Viennensis Ecclesiæ Pontifex Cadoldus. Monasteria tam virorum quam sanctimonialium sub sancta professione viventium, pia districtione, tam in civitate quam extra muros civitatis, hæc præcipue erant quæ regebat. Grinianensium cœnobia, a sanctis Pontificibus urbis fundata; in quorum maximo ossa beatissimi Ferreoli Martyris condita venerabantur. Sanctimonialium beatæ Virginis Columbæ triginta monachas habens. *Et pluribus aliis recensitis subditur*: Alia quoque venerabilia Sanctorum in unum conversantium habitacula ad sexaginta, sub cura Pontificis degentia, in Viennensi diœcesi satis ordinabiliter sita erant. *Ex quibus nemo confecerit eum monachum fuisse, nisi aliunde id testatum sit, nedum Abbatem Grimanensem potius, quam S. Petri, S. Marcelli, S. Vincentii, aut alicujus alterius ex enumeratis isthic cœnobiis. Quod vero Saussaius scribit, horum cœnobiorum* nonnulla construxisse *Cadeoldum, et* universa aluisse, *id ex vita S. Clari elici non potest: potest vero, quod addit*, universa fovisse, ac rexisse maxima cum pietate et singulari prudentia.

6 *Joannes Boscius obiisse* S. Cadeoldum *scribit XIV Kal. Februarii, quo die Ferrarius*: Viennæ in Gallia S. Edaldi Episcopi. *Ceteri XIX Kal. Februarii eum referunt. Alius* Evaldus, *sive* Evoldus, *ejusdem Ecclesiæ Episcopus fuit, de quo agemus 7 Julii.*

 VITA

VITA S. STEPHANI

FUNDATORIS CŒNOBII AD LACUM ANSERUM.

Ex Menæis Græcorum.

Sæc. VIII. XIV Januarii

Sanctus Pater noster *a* Stephanus, ex Oriente profectus, nobilis, quemadmodum magnus Job, a puero religiosam vitam æmulatus, *b* cœnobia virorum ad Jordanem et solitudinem, necnon et *c* S. Euthymii, et Sabbæ, et Theodosii asceteria lustravit: et explorata singulorum vivendi ratione, postea *d* Leone Isaurico imperante Constantinopolim venit, hospitio ab sanctissimo Patriarcha *e* Germano *f* acceptus. Apud quem aliquamdiu moratus, plurima ab eo didicit, magnumque inde fructum percepit: atque in rebus agendis salutari eum consilio juvit. Hinc illud est cœnobium, quod ab *g* Anserum lacu nomen accepit, ab ipso conditum: in quo ipse vixit, et magnum numerum monachorum coegit, quos in religiosa disciplina et per exhortationes pias in Domino excoluit, ut ad perfectionem ætatis plenitudinis Christi aspirarent. Cum ergo vitam præclare exegisset, et ex præsentibus experimentis futuræ felicitatis et consortii gustum percepisset et demonstrasset, cum jam hinc emigraturus esset, prænuntiavit cum gloria animi, (quemadmodum qui puriorem mentis aciem habebant viderunt, multisque aliis denarraverunt) e terrestri domicilio ad cœlestem aulam *h* evolavit.

S. Stephanus lustrat Syriæ monasteria

a habita S. Germano

monasterium ad Lacum Anserum instituit

sancte moritur

a *Raderus ad hunc diem.* De multis, *inquit,* hoc nomine sanctis viris Joannes Moschus in Limonario. Qui tamen sit hic Stephanus, ad Lacum anserum Abbas nondum legi. *Verum Joannes Moschus nihil de hoc S. Stephano scribere potuit, quo centum et amplius annis senior fuit: nam Moschi corpus Romæ, ubi obierat, anno* 619, *vel* 620. *Indictione* 8, *delatum fuisse ad monasterium S. Theodosii Cœnobiarchæ diximus supra XI Januar. in prolegomenis, Stephanus vero sub Isaurico Constantinopolim venit.*

b *Pleraque describuntur a Joanne Moscho in Limonario, seu Prato spirituali, qui est liber* 10, *de vitis Patrum, nonnulla a Theodoreto in Philotheo.*

c S. Euthymii *vitam dabimus XX Januar.* S. Sabæ 5 *Decemb. multa de ipsis, ac horum situ monasteriorum diximus ad vitam* S. Theodosii *XI Januarii et dicemus ad vitam* S. Euthemii.

d *Imperium adiit Indict.* 15, *Martii* 25, *an. Ch.* 717. *Interiit Junii* 18 *Indict.* 9, *an. Ch.* 741.

e *Hunc celebrabimus cum Martinol. Rom. XII Maii.*

f *Imo ab eo ex Palæstina evocatus, ad regendos monachos disciplina solutos, dicitur in Menolo. jio Græcorum citato a Baronio tom.* 9, *ad annum Ch.* 730, *num.* 7.

g *Græce* Χηνολάκκου μονή. *Non procul Constantinopoli esse arbitratur Raderus.* Constantinopoli sanctitate claruisse *ait Baronius ex Menologio.*

h *Menæa hoc die eum referunt, at Menologium a Baronio citatum anniversarium diem illius agit XIII Januarii. Sepultum in monasterio a se condito hoc distichon innuit:*

> Τῷ Χηνολάκκου τὴν μονὴν δειμαμένῳ,
> Θείῳ Στεφάνῳ λάκκος ὠρύχθη τάφου.
> Qui Lacus anserum cœnobium construxit,
> Divino Stephano lacus sepulchri effossus est.

DE B. ENGELMARO EREMITA MART. IN BAVARIA.

Initio Sæc. XII. XIV Januarii

B. Engelmari natalis,

Ferrarius in generali SS. catalogo, XIV Januarii: In Bavaria B. Engelmari eremitæ, *et iterum XXIV cujus rationem nullam affert. Hoc certe, sive proximo post octavam Epiphaniæ die, interfectum esse, infra patebit. Citat ille Annales Bavariæ. Henricus Canisius, tomo* 6, *Antiquæ lectionis origines Windbergensis ex ejusdem cœnobii vetusto codice vulgavit, inque iis* B. Engelmari *gesta, quæ elegantius reddidit Raderus to.* 1, *Bavariæ sanctæ, citans Bruschii schedas, ut in B. Wilhelmo ibidem fit etiam, inclitas, ac deinde Brunnerus Annal.* 11, *nu.* 8, *titulo* S. Engelmari eremitæ et martyris. *Quod sanctitatis hoc testamentum ei recte tribuatur, cum in vita jam ab annis prope* 500, *scripta cella* S. Engelmari, *cœlitusque designati* Martyris patrocinii celebrentur, *et Raderus testis sit* hodieque Winburgi celebrari.

vita

cultus

vitæ scriptor

2 *Illarum porro originum et vitæ scriptor, instituti Præmonstratensis sectator fuit, ac cœnobii Windbergensis alumnus. Testatur ipse:* Anno 1142 ab incarnatione Dominica, gubernante monarchiam Rege Conrado, præsidente diœcesanæ nostræ Ecclesiæ venerabili Henrico Episcopo, anno primo ingressionis venerandi Patris et provisoris hujus loci Gebhardi, *etc. et paullo post:* Consecravit autem ea altaria D. Stilo Olmucensis Episcopus, de provincia quæ est Moravia, vir magni nominis et meriti, tam spiritualibus quam laicis acceptus et gratus personis, amator religionis quantum ad professionem nostri ordinis, scilicet Præmonstratensis.

quæ vixit

3 *Vixisse autem sub ejusdem monasterii, adeoque ordinis, primordia videtur. Nam de* Rudberto primo *Windbergensi Præposito loquens, ait:* Suprafato Rudberto, olim dantexat populari Presbytero, nunc autem et arctioris conversationis æmulo. *Et inde* in B. Guilhelmo loquens: Per quem prophetiæ spiritum cum multa prædixerit, ut nobis hæc tæ te ordinationis altrix ejus Canonissa Luitkardis retulit, *etc. Vitam porro* B. [illegible] *patrem, vitamque* S. Engelmari *ipso* [illegible] Rudberto *exposse, quod particula illa* [illegible] *cetera deinceps adjecisse, et quæque gesta sunt, usque ad majoris basilicæ dedicationem anno* 1167, *Indict.* 1, *IV Kal. Decemb.*

4 *Ejus fides constat, quod referat solum vel a se coram conspecta, vel ab oculatis accepta testibus. Verum quod Sancti natalem duntaxat diem adscribat, anno, quod in promptu erat, non expresso,* scriptor indiligens *censetur Brunnero libro citato, nu.* 2, Engelmarus *quidem quo aut ætatis aut Christi anno obierit, penitus silet: quo ad secundam eremum transierit, veluti per transennam indicat, dum S. Gregorii ejus in anachoreticis magistri mortem memorat, quæ* 23 *Septembris* 1093 *contigit.*

ejusdem pater

5 *Inter Reginum Ilissumque amnes, quorum hic in regione Passavii, ille Ratisbonæ Danubio miscetur, ad Bohemiæ confinia, celebri et ampla ditione sese* Pegiensis Comitatus *extendit, ut Aventinus* 7 *Annal. et Hundius to.* 3, *Metrop. cœnobii Windbergensis ortum progressumque memorantes tradunt.* Pegen *vulgo, et* Bogen *appellatur, quod quidam arcum interpretantur, (estque ea vocis* Bogen *notio) inde alii originem familiæ de* Aren *ad lacum Benacum in Italia repetunt: alii veterum* Boiorum *hic superesse vel in nomine vestigia divinant. Quæ Comitatus illius pars ad Septemtrionem ac Bohemiam vergit, vulgo* Waldt, *sive silva, nuncupatur, ab Hercynio saltu, qui, ut omnem eam olim ditionem obtinuit, ita etiamnum, et quidem ingentibus alicubi silvis, prævenit.*

Pegiensis comitatus

6 *In hunc igitur saltum anno* 1093, *Passavio demigravit, commoratusque est circa* Windi montem, *sive* Windbergam, Pegiensi *municipio et arce montana haud procul,* Strubinga, *sive* Strubinga, *ad alteram Danubii ripam posterius extructa secundo milliari distantem: ubi aliquot annis post ab Adelberto Comite extructum est, quod etiamnum viget,* Windbergense *amplissimum cœnobium, ordinis Præmonstratensis, loco peramœno. In Bavariæ chorographia studio Petri Weineri accurata, visitur locus quidam intra ipsum saltum Hercynium,* Engelmari waldt *sive* Engelmari silva *dictus: num isthic ille eremitam vitam egerit, an cella ejusdem, imposita, quæ supplicantium confluxu in ampliorem* [illegible]

Windbergense cœnobium

vicum dilatata, Comitis Adelberti dono fundatione cœnobii Windbergensis accessit, haudquam compertum habemus.

7 *Quod Raderus scribit*, Engelmarus circa Winburgi, postea conditi, saltus et nemora cum socio sedem fixit, *de cœnobio (quod æque ac pagus ipse* Windberga *passim nuncupatur) accipi debet: nam et pagus et ecclesia adventu Engelmari antiquiora sunt.*

Nomen et ecclesiæ origo.

Constat ex citatis loci originibus, Winth *quemdam, sive* Windum, *gente Saxonem, primum loci incolam, et nominis auctorem, isthic ecclesiam (incertum tamen quo anno) construxisse honori Deiparæ Virginis et omnium Sanctorum, pluribus isthuc allatis reliquiis*, et in altari per se conclusis lapidibus absconditis et collocatis, præsente Azelino Presbytero. *Ex vero reliquiæ isthic expressis nominibus recensetur. Huic Windo frater senior fuit, ut ibidem narratur, ejusdem nominis, in illius ædificatione ecclesiæ adjutor, qui de Saxonia tempore Ludovici Regis, deducentibus Hunnis, in eas oras advenerat. Videtur id contigisse sub Ludovico Rege Arnulphi Imperatoris filio, qui anno Christi* 912, *regni* 12, *obiit: nam eo regnante sæpius Germanicas provincias, ac nominatim Saxoniam et Thuringiam populati sunt sive Hungari, ut ex Reginonis continuatore, Hermano* **Contracto, Lamberto Schafnaburgensi et aliis liquet.** *Quo calculo, Windbergæ nomen ac templum integro seculo Engelmari ortu priora concludes. Atque* hæc est honorabilis et amabilis antiquitas Windbergensis Ecclesiæ, *ut anonymus originum scriptor ait.*

B. Willelmi in eadem commoratio.

8 *Ante Engelmarum quoque, eodem loco, ut idem auctor scribit*, tantis Sanctorum pignoribus *(a Windis fratribus congestis)*, non minimum gratificationis addidit emeritus et veteranus Christi miles Willhelmus, *qui longis peregrinationibus ad varia Sanctorum sepulchra, ac laboribus fractus, isthic eremiticam vitam peregit, Luitkarde pia femina, Hertwici II, Comitis Bogensis uxore, Alberti I, fundatoris Windbergensis matre (non conjuge, ut Raderus, eam cum Hadwigi* [illegible] *confundens, scribit), et annonam subministrante. Is huic suæ altrici, quæ diu post superfuit, cladem Saxonum ad Vestrutum fluvium prædixit, quæ anno* 1075, *contigit, ut ex Schafnaburgensi et aliis patet. Albertus I, qui et Windbergensis monasterii fundator, in bulla qua Eugenius II, anno Christi* 1126, *Altachii superioris fundationem secundam, sive restaurationem confirmat,*

Comites Windbergenses.

to. 2, *Metropolis Hundii, vocatur* Adelbertus Comes de Windeberch, *atque ab Henningesio tom.* 4, *Stemmat.* Windbergensis. *Qua nomenclatura, ab arce (quo fortassis ipsa loco sita, ubi deinde monasterium locatum) ducta, distinguitur videtur ab altera Bogensium familia, cujus a Friderico, fratre Assuini, avi Alberti, cœptæ, princeps hoc tempore, in sejuncta ditione erat Friderici filius* Fridericus Advocatus Ratisbonensis Ecclesiæ, *memoratus in eodem Honorii diplomate.*

Tempus martyrii B. Engelmari.

9 Vixit Engelmarus, *inquit Raderus*, anno post almum Virginis partum 1088, *quod Ferrarius reddit*: cessit e vita circa annum salutis 1088. *At anno* 1093, *cessit e vita Gregorius Episcopus, ac post Engelmarus in solitudinem Windbergæ vicinam secessit, ubi Martyr occubuit non multis post annis. Brunnerus ad annum* 1096, *ejus cædem refert: sed fallitur dum VII Id. Januarii jugulatum scribit, ubi Raderus* ad ipsa regalia, *nam auctor fere coævus diserte asserit post octavas regalium id contigisse.*

VITA, AUCTORE ANONYMO.

ex tom. 6 Antiq. lect. Hen. Canisii.

a *a* Præterea suggerente venerabili Rudberto Presbytero, et annuente *b* præfato Comite Adelberto, *c* cessit in dominium hujus loci silvestris cella S. Engelmari, de quo nos pluries scribendo futuris scriptoribus occasionem dare cupientes, diligentius inquisitionis intulit pennas. Denique comperimus eum natione fuisse Baioarium, genere et opere *d* georgium, hoc est, terræ colonum : sed abdicatis terrenis desideriis propriisque facultatibus pro amore Christi derelictis, eremiticæ vitæ disciplinam cœpisse sub eruditione S. Gregorii Armeniorum quondam, ut ferunt, Archiepiscopi, sed tunc ulteriori spe cœlestis præmii voluntariam paupertatem cum peregrinatione circa *e* Pataviam sectati. Quo defuncto, secundum quod ipse prædixerat, Nona Calendarum Octobris, circa meridiem, *f* **hora qua illa famosissima solis Eclipsis** accidit, quam non solum maxima mortalitas, sed et Hierosolymitana sequebatur expeditio *g*, auctore Papa Urbano II, contulit se B. Engelmarus in solitudinem requietionis suæ : factaque inibi mansione, cœpit laboribus manuum suarum juxta Psalmistam et Apostolum vivere, et nihilominus vigiliis ac jejuniis et orationibus conditoris sui gratiam spiritu fervens quærere.

AUCTORE ANONYMO.

S. Engelmarus colonus, *d* instituitur a Gregorio Episcopo ad pietatem. *e* *f* *g* fit eremita, labore manuum vivit.

2 Cumque pro bonitate et religione sua valde acceptus esset omnibus, qui in circuitu ejus erant, socius suus novus Cain appellandus, invidia ductus potioris ei divinitus collatæ gratiæ; seque dolens inæqualem apparere, remotis arbitris non exhorruit in illum manus extendere: percussumque nive et ruderibus operire. Fertur enim post octavam Epiphaniæ proxima die facinus hoc perpetrasse, et usque ad Pentecosten variis simulationibus et dissimulationibus occultasse. Ultra vero solemnitatem sancti Spiritus non debuit tanti sceleris reus latere, quoniam ipsius etiam est mundum de peccato arguere. Igitur novi Abel sanguine ad Dominum clamante, vagus et profugus factus est recens Cain ille, qui singularem eremi potestatem, cum æqui pollentiæ favoris humani post mortem B. Engelmari speraverat obtinere, exemplo Judæorum, qui propter obtinendum locum occiderunt Christum, sed propter occisum Christum perdiderunt locum, et dispersi sunt in omnem ventum.

a socio ex invidia occiditur :

3 Veniens autem quidam vulgaris Sacerdos, *h* inventum corpus vulgariter sepelivit, videlicet non secundum sublimitatem sanctitatis, sed secundum humilitatem paupertatis. Hujus enim diligentiæ pietas et merces servabatur supradicto Rudberto, olim duntaxat populari Presbytero, *i* nunc autem et sanctioris conversationis æmulo, uti scilicet digno dignum monumentum præpararet, in quo tunc sacra ossa ejus transponerentur, cum etiam ecclesia lapidea ejusdem Rudberti patratu, super eum constructa dedicaretur, anno videlicet Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo trigesimo primo, Romanorum præsulatum et regnum concorditer gubernantibus Innocentio II, et Lothario III.

h sepelitur ejus corpus *i* translatum

4 A prima tamen sepultura divino instinctu tamquam lex obtinuit, ut singulis annis in media Pentecostes hebdomada populus ibi confluat, et cœlitus designati Martyris patrocinia devotus requirat. Nam sicut fideles in verbis suis adhuc superstites viri pronuntiant, cum ille locus aliquando nullum habitatorem haberet, et vilis ædicula sepulchrum venerabilis Eremitæ protegeret, ipsique forte noctu præterirent, prospexerunt ibi numerosa luminaria divinitus accensa, mirabili claritate radiantia, seque non solum ad introspiciendum, sed etiam ad introeundum provocantia : insuper odorati sunt et suavissima aromata, absque specie aromatica. Præterea plures infirmi et afflicti medelas et ereptiones itidem perhibentur experti ; sed quia nobis ignoti sunt, notos exspectamus de quibus scribamus. Futuris namque temporibus majorem Dei gloriam speramus illic apparituram.

per visitatur cœlesti lumine honoratur et suavi odore, aliis miraculis illustratur

a *Hoc capella privata erat in* Windberga *ecclesia* [illegible] B. Willelmo.

b [illegible] B. Willelmo [illegible] Hertwicus [illegible] memoriæ Ratisponensis Episcopus capellam dedicavit [illegible] Comes Adelbertus [illegible]

AUCTORE ANONYMO

admonitus pro medicamento gravis infirmitatis ædificavit *Sedit* Hartwicus, *ut Hundius tom* 1 *Metrop. ab anno* 1105 *ad* 1126.

c *Aventinus in Nomencl. ait* . Angel et engel aculeum, cardinem, limitem, nobis Germanis Boiis valet, unde Angilomarus, Engelmair, est augmentans limitem. *Ultima vocabuli pars, præter* augmentum, *Heutero in veteri Belgio* rumorem *significat, Junio Batav. cap. 23 significat* Præfectum, *sive* Meier, *usitato etiam hodie in oppidis pagisque Belgicis ac Germanicis nomine.*

d *γεωργὸς est colonus* e *Qua vulgo* Passavium, *olim* Batava, *ut diximus VIII Janu ad vitam S Severini cap.* 6, *num.* 27, *Raderus Patavium Venetiæ intellexit, scribit enim Gregorium dimissa clam pontificatus dignitate in Italiam peregre advenisse, et circa Patavium versatum. Rectius Brunnerus* Engelmarus ruri educatus et ab agro stivaque ad cultum animi transgressus, Gregorio Armeniæ Pontifici in Boica exuli in disciplinam se dederat.

f *Ursperaen* Anno 1093 eclipsis solis facta est IX Kal Octob. hora tertia, et mortalitas magna subsecuta *Dodechinus in Appendice Mariani* Eclipsis solis facta est hora tertia diei, et draco visus est Anno 1094, pestilentia magna fuit

g *Anno* 1095, *exeunte in concilio Claromontano decreta,* 1096 *suscepta, duce primario Godefrido Bullonio.*

h Engelmarum, *inquit Brunnerus,* sol liquata nive prodidit

i *Catalogus Abbatum Windbergensium apud Hundium ita habet* : Rudbertus popularis sacerdos sacro ordine Præmonstratensi indutus anno Incarnationis Christi 1125, hujus Ecclesiæ Præpositus primus regere cœpit Rexit annos 15: *Ostendimus supra XIII Januarii eo anno Ratisbonam venisse S. Norbertum. Tum nimirum jacta Windbergensis cœnobii fundamenta, aut potius cum isthac Roma rediit initio anni* 1126, *nam in Apostolica confirmatione ordinis facta XIV kal. Martii* 1126, *nulla mentio fit Windbergæ, cum cætera monasteria, eorumque prædia, vineæ, mansi, etc. accuratissime memorentur.*

k *In Canisiana editione, librarii incuria, legitur* . anno millesimo centesimo primo. *Lotharius anno* 1125, *Imperator creatus est, Innocentius II, anno* 1130, *Pontifex Romanus.*

l *Alibi apud Germanos usitatæ feria quarta Pentecostes ad Sanctorum sepulchra supplicationes.*

DE B. ODONE CARTHUSIANO,

TALIACOTII IN ITALIA.

CIRCITER AN. MCCXXX XIV JANUARII.

Odonis *quidem Carthusiani in nullo Martyrologio nomen reperimus* . *miraculis tamen certe, et religioso hominum ad ejus sepulchrum concursu, ita a quatuor jam seculis, et quod excurrit, celebrem fuisse constat, ut Gregorius IX, Pontifex Maximus, qui ab anno* 1227, *ad* 22 *Augusti* 1241, *sedit, de eo in Sanctorum album adscribendo egerit. Vitam ejus ex monumentis Curiæ Romanæ edidit to.* 13, *Annal. Abrahamus Bzovius ad an.* 1240, *nu.* 15, *atque ex eo brevius Georgius Garnefeltius in catalogo Sanctorum quorumdam Carthusianorum adjecto ad vitam Nicolai Albergati.*

B. Odonis sanctitas — *vita* — *locus habitationis*

2 *Est* Taliacotium, *ubi is vixit, (vulgo* Tagliacozzo, *Bzovio* Taliacorum, *Sabellico, ut testis est Leander,* Taliequitium) honestum in primis castrum *eodem teste Leandro,* et populi frequentia multis hujus regionis urbibus non impar; *situm Tibur inter lacumque Fucinum, huic propinquius*

VITA EX ABR. BZOVIO.

a b

Circa *a* hoc tempus vixit Odo *b* Novariæ natus. Is Carthusiensium ordinem professus, tantum in religiosa vita profecit, ut sanctitatis ejus fama divulgata, electus fuerit in Abbatem monasterii civitatis *c* Jaderæ in provincia Sclavoniæ. Quo cum pervenisset, ab Episcopo et diœcesano loci istius tot passus est opprobria, ut paci ac tranquillitati consulens, honori et oneri cedere eligeret. Quare ad Clementem III, Pontificem Maximum accedens, officium prædictum, eo quod persecutiones Episcopi supportare non posset, ubi illud debite exequi vellet, in manibus ejus renuntiavit.

b Odo Abbas electus, multa patitur — *munus resignat*

2 Ex Romana Curia discedens, Taliacorum venit, ibique aliquantulum itinere confectus, quiescere cupiens, ab Adulusa religiosissima femina, quæ SS. Comæ et Damiani monasterii Abbatissam agebat, hospitio est receptus Cumque post paucos dies discessum pararet, Adulusa inspecta senis probitate, quiete, humilitate, ac pietate, considerataque utilitate, quam præsentia viri sancti monasterio conferre poterat, precibus humilibus eum aggressa est, ne inde recederet, sed in dicto monasterio vitam degeret Quod cum Odo institutum proprium sibi non permittere diceret, Adulusa accersito nepote suo, D Berardo de Taliacoro, eum ad *d* Clementem III, Pontificem Maximum (cui sanguine juncta erat) misit, ut ab eo Odoni, quem vitæ sanctæ exemplum sibi præsens optabat, licentiam manendi in suo monasterio impetraret Romam ergo profectus, litteras sigillo plumbeo munitas id concedentes a Pontifice obtinuit, eidemque detulit

Taliacotii manet — *d*

3 Adulusa itaque desiderii compos, cellulam parvam juxta placitum Odonis, ad latus monasterii extruxit, in qua vir Dei lectum ligneum instar craticulæ, et stratum de vili sacco, sarmentisque asperis confecit; ibique vitam sanctissimam duxit. Vestimenta lanea aspera portabat, desuper staminea . cilicio ad nudam carnem continuo utebatur. Carnem numquam gustavit. Omni tempore, præterquam diebus Dominicis, jejunabat, in cibo quadragesimali, ac pluries tantummodo parum panis sumebat. Tempore Quadragesimæ quotidie, exceptis Dominicis, corpus suum disciplinis affligebat. De cellula tantum ad ecclesiam exibat in qua sacris Missæ solemniis devotissime et cum lacrymis peractis prædicabat. Venientes ad se admonebat et animabat in bono. Si quid temporis supererat, quantum senilis ætas patiebatur, illud in manualibus exercitiis consumebat : unde etiam calli in juncturis manuum ejus apparebant.

Ejus austeritas in vestitu ac victu. — *solitudo* — *labor manuum*

4 Miraculis pluribus claruit. Nam Joannes Bartholomæus de Taliacoro scrofulas ex utraque parte gutturis passus, viro sancto supplicans, ab eo signo crucis est liberatus.

scrofulas sanat

5 Cum aliquando Presbyter Nicolaus de Monacho Odoni aquam propinasset ut biberet, statim ac eam recepit in vinum conversam sensit.

aqua ei in vinum vertitur

6 Silvaticus quidam dolore hemicraniæ continuo afflictus, cum nullam sibi medicinam prodesse expertus esset, accedens ad Odonem, supplex petiit medelam Cui vir sanctus respondit . Quid me tentas frater, hominem peccatorem, putridam carnem gerentem? recede a me. Sanet te Dominus Jesus Christus filius Dei vivi. Quibus dictis, cum lacrymari cœpisset, Silvaticus sanitatem obtinuit, Deumque in Sancto benedixit.

Hemicraniam curat

7 Fere centenarius, cum debitum naturæ persolvere cogeretur; XIII Januarii, convocato Clero eum ad amorem Dei admonens, subjunxit : Cras in hac ora migrabo a seculo rogo vos ex parte Dei, nullum mihi mundanum conferte honorem, sed tantum in vili sacco, quem me nunc portare videtis, corpus reponite, et crucem hanc ligneam (quam propriis manibus confecerat) ad caput meum in tumulo collocate. Postera itaque die, cum hora, qua moriturum se prædixerat, advenisset, summa cum devotione orabat dicens Expecta me Domine, ecce venio ad te Interrogatus autem a circumstantibus Clericis, cuinam hæc diceret, respondit : Jam Regem meum video jam in conspectu ejus assisto, porrigendoque manus sursum, erectus de strato, migravit e vita, numquam aliqua carnis pollutione inquinatus

Prædicit obitum suum — *Christum videt* — *Moritur*

8 Tempore transitus ejus Nicolaus quidam, cujus guttur scrofulæ occupaverant, accurrens ad Odonem morientem, deducta illius manu, scrofulas tangens, eas fugavit

Scrofulas sanat

9 Post

Cedit ei alter mortuus

9 Post mortem innumeris miraculis Deus sanctitatem viri testatus est. Nam cum ante fores ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani Clerici corpus ejus sepulturæ traderent, in tumulo, in quo reponi debuit, alterius cujusdam mortui ossa dispersa jacebant, statimque ac corpus B. Odonis illuc delatum est, ossa illa per se cedendo locum semet in unum collegerunt, et cumulaverunt in angulo monumenti.

Jubet se honestius sepeliri

10 Cumque pene 40 annis ibi quievisset, Archipresbytero Oderisio apparuit, monens eum ut præciperet Abbatissæ quantocyus corpus suum in locum honestiorem transferre. Quod Oderisius phantasticis delusionibus adscribens, mandatum exequi neglexit. Sed secundo ac tertio eidem Sanctus apparens, severius admonuit, ne desiderium suum contemneret. Quare Oderisius Abbatissæ visionem iteratam retulit: quæ congregato Clero castri, corpus ejus in ecclesiam SS. Cosmæ et Damiani transferri curavit. Dum autem Clerus ad debitas cæremonias peragendas se præpararet, plebs moræ impatiens variis instrumentis ligneis ac ferreis tumulum, ex quo corpus transferendum erat, aperire tentavit. Quod tamen sine miraculo fieri non potuit, donec Clero accedente, aqua benedicta conspersus tumulus, ac thure suffumigatus, absque aliqua difficultate ab eisdem discoopertus est. Statimque odor suavissimus, mentes hominum ad devotionem excitans, ex corpore beato spirare cœpit, corpusque illud integrum, et, ut aliqui ex iis quibus in vita notus erat asserebant, nec colore quidem deperdito, inventum est.

Miracula in tumuli apertione

Corpus post 40 annos incorruptum

Cæcitas ejus ope sublata et struma

11 Ad quod accedens Palumba uxor Joannis de Montescianensi, privata lumine oculi dextri sexennio, sanata est: idemque filiæ suæ evenit. Nicolaus quoque Blasii a scrofulis tunc liberatus est. Sepultus est itaque honorifice prope altare SS. Cosmæ et Damiani.

12 His autem quæ in translatione ejus contigerant divulgatis, infirmitatibus oppressi, atque auxilio in quibusvis necessitatibus destituti, undique ad tumulum Sancti confluentes, gratiam per intercessionem ejus obtinebant. Maria de Tibure dæmoniaca 18 annis, mordens noxie homines, ac in facies omnium expuens, adducta ad tumulum Beati, exclamans, Senex cur me affligis? plures spiritus malignos (ut ipsamet fatebatur) evomuit.

13 Alia quoque mulier de territorio *e* Celanensi 30 annorum, a nativitate dæmoniaca, liberata est.

14 Nobili virgini filiæ Berin. de *f* Pilio, caduco morbo intantum afflictæ, ut tribus diebus veluti exanimis absque loquela maneret, Beatus in somno apparens, eam signo crucis signavit, monens ut ad sepulchrum ejus accederet: quo facto convaluit.

Ex Bzovio

15 Filiam quoque Nicolai Ray de Sorbo per 7 annos contractam, ei apparens sanavit. Maria de *g* Cellis lumine sinistri oculi 20 annis privata, asthma 7 annos passa, in inguine fistula tribus annis cruciata, ad tumulum beati viri liberata est. Martinus ex eodem loco manibus et pedibus contractus, surdus ac mutus, visitans sepulchrum divi viri, sanus domum reversus est.

contracta, lusca, asthmatica

contractus et mutus

16 Theodorus Joannis Porrei, et Rogerus miles de Luculo, ambo surdi; Joannes quoque Girandus de Talacozio, duobus annis lumine oculi dextri privatus, contactu crucis ligneæ, quæ ad Sancti caput in sepulchro inventa erat, liberati sunt.

surdi duo

luscus

17 Monacus quidam *h* Cryptæ ferratæ podagra et chiragra afflictus, audita virtute Odonis, cum nonnihil de pannis illius accepisset, et Sanctum invocasset, pristinam sanitatem recuperavit.

chiragricus

18 His et aliis plurimis miraculis Gregorius IX, summus Pontifex permotus, hoc an. MCCXL, Pontificatus sui XIII, IV Id. Decembr. Abbati Turonensi Reatinæ diœcesis, et F. Petro Custodi FF. Minorum Marsicano, Marsicanæ diœcesis, commisit inquisitionem vitæ et miraculorum ejus Divi. Ex quorum instrumento publico, nobis ab Illustri et R. D. Paulo de Angelis Abbate, et SS. D. N. Pauli V, propter virtutes et doctrinam familiari ac commensali, communicato, exscripsimus.

inquiritur in virtutes et miracula ejus ad canonizationem

a *Annum* 1240.

b *Camerellius habet*, Novariæ.

c Iadera, *vulgo* Zara, *urbs est Liburnorum in Illyrico, Archiepiscopalis. Ptolemæo lib. 5, Europ.* Ἰάδερα κολωνία *dicitur. Sic et Plinius lib. 3, cap. 21.* Rursus in continente colonia Iadera, *ut mirum sit ab Antonio Mirræo V. Cl. in Notitia Episcopatuum* insulam *dici, nisi eam vetustas a continente avellerit, quod tamen non produnt geographi.* Iader insula *in Indice Pliniano reperitur, sed mendose. Verba Plinii sunt lib. 3, cap. 26, ubi de mille amplius insulis agit, quibus Illyrici ora frequentatur:* Contra Iader est Lissa. *Iste Iader eadem est quæ* Iadera, *cui* Lissa *objacet, insula, aliis nomine appellata.* d *Sedit a 6 Jan. 1188 ad 10 Apr. 1191.*

e Circa Fucinum *lacum in Marsis celebrem, millibus passuum* [illegible] castella sunt, *ut ait Leander,* Sanctapetitum, ad D. Jonie, Paternum *etc.* Hæc tamen omnia cum populi frequentia, tum opibus Celanum longe vincit, juxta montium altissimorum radices modico in colle Meridiem versus, quod nobilissima Cœlorum Genuensium familia possidet, Fucinoque lacui vulgatum hac memoria nomen Celani præbuit.

f *Vicus est, aut castellum,* Pilium, *Leandro quoque in Æquiculis memoratum.*

g *Leander*: Dehinc summo in montis vertice Cellæ, tam difficili asperoque aditu, magis ut esse haudquaquam possent. *Ita* [illegible] Taliacotio. h *In Tusculano Ciceronis, quod Plinio teste lib. 22, cap. 6, etiam Syllæ Dictatoris fuerat,* S. Mariæ de Crypta ferrata, *Græcorum instituti D. Basilii cœnobium est.*

VITA S. SABBÆ, ARCHIEPISC. SERVIÆ.

Auctore *a* Joanne Tomco Marnavitio.

CAPUT I.

Progenies regia S. Sabbæ. Monachatus.

Sec. XIII. XIV Januarii

Tres SS. Sabbæ

Tres hujus nominis, hactenus illatos cœlo, præclaros sanctitate viros, catholica veneratur ecclesia. Horum primus et *c* antiquissimus Sabba natione Cappadox, in Palæstina plurimorum monachorum pater, quinto seculo christiano post defensum Chalcedonense concilium contra hæreticos, sancto fine claruit. Alter *d* Gothus sub finem ejusdem seculi, a Gothorum rege Athanarico martyrio affectus, egregie triumphavit. Tertius est Sabba noster, Simeonis Stephani Rasciæ regis præclara soboles, qui decimo tertio seculo, morum sanctitate, regiam suorum progeniem illustravit. Rasciæ regnum, cum præter admodum paucos nostrates, qui illius meminere, vix aliquis ex externis attigerit scriptoribus, breviter hic aliqua de eo, simulque regibus ipsius, perstringemus. Tellurem hoc regnum eamdem plane comprehendit, quæ ante Romanum imperium Dardania, mox *e* Mœsia superior, sub imperatoribus vero, qua Danubium attingit, Daciæ Aureliani et Ripensis, sub declinationem Romanæ majestatis iterum prisco nomine Dardaniæ recuperato, denique inclinato imperio ac fere extincto, *f* Sirbia, Serbia, ac Servia, a Sirbis populis a Tanai fluvio populariter eo commigrantibus, postremo regnantibus in ea Nemaniæ familiæ principibus, Rascia, sive a Russis, vel Ruthenis, qui cum Sirbis Danubium transierant, sive ab antiquis Triballis Justino, Plinio, Ptolemæo, ibidem notis, et eodem loci descriptis, seu demum a Rasca non admodum nobili fluvio, per tellurem eamdem stagnante, dicta est. Rasciæ nomen sub finem duodecimi christiani seculi obtinuit, Nemiania stirpe rerum potiente.

antiqua vocabula

2 Hujus gentis auctor *g* Stephanus, in Tuglo Bosnensi oppido genitus, cum Lubimirum filium magni animi juvenem reliquisset, is virtute quæsitum *h*

Princip.

AUCTORE TONCO MALNAVITIO.

Tarnovium territorium, ad *i* Drinam fluvium in Savum undas volventem, *k* Uroscio filio cum dignitate nominis a principibus Bosnensibus concessa, transmisit. Hic Dessam filium, Dessa tres liberos, dynastia semper adaucta, reliquit hæredes, Miroslavum nimirum, Chressimirum et Nemaniam, magnos comites appellatos. Horum postremus, egregia opera vicinis navata principibus, depressis vel loco *l* pulsis inferioribus regulis, iis præsertim qui originem suam ad sanctissimi principis Magni Constantini posteros referebant, *m* Nissensemque urbem cum adjacenti territorio, sub Constantinopolitanorum imperatorum tutela, archontis titulo, tenuerant, magnam sibi auctoritatem inter populares comparavit. *n* Ea tempestate Fredericus Romanorum imperator, dum ad sacrum Palæstinæ bellum, iter per Illyricanas intendit provincias, a Nemania in urbe Nissa regiæ opulentiæ *o* excipitur hospitio, non solum, sed maximis præterea auctus muneribus, magna pompa ad Thracium deducitur littus. Imperator, indignum ratus adeo magnanimum hospitem absque aliquo grati animi argumento a se dimittere, regis Serviæ titulo decoratum, perpetuum cum posteritate Romani imperii declaravit amicum.

Reges S. Sabbæ avus

3 Hac occasione regnum amplissime dilatatum Tihomilo, et Simeoni, Stephano nuncupato, filiis illud moriens reliquit, sed majori filio brevi patris fatum subeunte, universa potestas in Simeonem recidit, qui per Bulgariæ, Macedoniæ, Epiri, Dalmatiæque fines dilatato regno, Stephani nomine retento, novos titulos inde sibi comparavit: a quo consuetudo in posterum introducta, ut primogenito in regno succedente, alter ab illo frater, magnus Serviæ jupanus appellaretur. Tanta hic dexteritate regnasse fertur, ut omnium illius ætatis principum gratiam et amicitiam conciliatam haberet. Constantino Strasemiro dicto, cujus majores rex Nemania parens suus Nissensi principatu spoliarat, non solum ablatas ditiones cum principatu *p* restituit, sed Gelizam quoque sororem ejus uxorem sibi accepit, ex qua nobilissimam filiorum triadem, ut mox dicemus, suscepit; licet ea mortua *q* Eudociam, Alexii Imperatoris filiam *r*, facemf militaesure, postea duxerit. Romanum tamen inprimis pontificem coluit, et loco patris in omnibus habuit, ut videre est ex litteris Stephani ejus filii, magni Jupani Serviæ ad s Innocentium III, summum pontificem datis, quibus postquam illum tanquam patrem suum spiritualem salutavit: Nos, inquit, semper consideramus in vestigia sanctæ Romanæ ecclesiæ, sicuti bonæ memoriæ pater noster. Ita ille. Moriens itaque tres filios pius princeps ex uxore Geliza reliquit, Vuksanum, Vencianum et Rascum. Vuksanus, Latinis *t* Vulkanus appellatus, tamquam primogenitus, regnum Dalmatiæ et *v* Diocliæ obtinuit, fratri Venciano, Stephano voce Græca interpretato, Serviæ Rasciæque principatu, cum titulo magni Jupani, fraterna æque ac christiana caritate concesso: inter quos et præfatum Innocentium pontificem plures epistolæ intercessere, ut in ejusdem pontificis decretali libro est videre.

pater, mater, fratres

4 Rascus tertio loco genitus, vivente adhuc patre, cum ab infantia animum ad pietatem adjecisset, indeque præ cæteris fratribus a patre diligeretur, ubi primum adolescere cœpit, aulicas turbas pertæsus, insciis genitoribus, domo prolapsus, ad sacros viros qui juga montis *x* Athos, ex Macedonia in Ægeum mare altera crepidine procurrentis incolebant, sese recepit, qui locus ea tempestate Thebaidis Syriæque sacras solitudines referebat, confluentibus in illum vere sacro dictum montem, ideirco a Græcis ἅγιον ὄρος appellatum, ex universo Oriente non solum, sed et ex Occidente solitariæ vitæ undique amatoribus, præsertim cum per ea tempora Constantinopolitani imperii clavus, sicuti et ejusdem ecclesiæ temperamentum, penes Latinos exstaret. *y* Ineunte enim tertiodecimo Christiano seculo, Balduinus, comes Flandriæ, iturus in Palæstinam, prius opera Venetis Jadrensi bello navata in Dalmatia, cum mox eisdem conjunctis viribus, Alexio Isaaci Angeli filio, qui per Alexium Comnenum tyrannum solio paterno fuerat dejectus, in avitum regnum restituto, paulo post eodem principe, vix regni gustatis primitiis, per Murzuphlum unum ex proceribus græcis, regno vitaque deturbato, Constantinopolitanum imperium impio parricidæ eripuerat, illudque cum sociis diviserat, ita ut fascibus regni apud ipsum manentibus, patriarchalem thronum Veneta natio suppleret, Ægei maris insulis eidem genti concessis; Bonifacio vero, Montisferrati marchioni, regno Thessaliæ cum *z* insula Creta; Gothifredo, Francico dynastæ, Athenarum et Achaiæ principatu: ita ut universa Græcia Europæa ad Romani pontificis obedientiam transitum faceret: cujus summa potestas per eas oras viguit *aa* sexaginta annorum spatio, dum post Balduinum Henricus ejus frater, tum Petrus Antissiodorensis, hujusque filius Robertus, et demum alter Balduinus habenas Græcanici regni tenuerunt. Qua occasione Constantinopolitanis præsulibus, sicuti Græciæ, ita etiam adjacentium regionum populis in catholica unitate retinendis, toto nisu intentis, pietas extincta ferme per eas partes brevi revixit. Exemplo tibi pius pater, regno duobus natis relicto, valedicens Eudociæ, Alexii regis Græcorum filiæ, quam post mortem prioris duxerat conjugis, in Papicio monte, teste Niceta, monasticam vitam arripuit.

S. Sabbas monachus in Athos monte

tempore quo Constantinopoli rerum Latini

pater ex Rege monachus. Lib 3 Alexii Angeli

a *Edidit hanc Vitam in libro, qui* Regiæ Sanctitatis Illyricanæ fecunditas *inscribitur, ac Romæ editus est an. Christi* 1630. *Ferdinando III, tunc Hungariæ Regi, dein Cæsari Augusto, dicatus et eminentissimo cardinali Francisco Barberino. Ipse autem Toncus postea creatus est episcopus Bosnensis. Nos Vitam in capita partiti sumus, et scholia addidimus. [Eadem Vita S. Sabbæ, commentariis illustrata et præfatione aucta prodiit Venetiis, anno* 1780, *opera et studio Joan. Pantovich Lucich. Marnavitius plane ignoravit Vitas, ex quibus Trifolium nostrum Serbicum confecimus, sed contra adiit fontes, nunc ignotos.]*

b *Imo plures, ut hoc opere nostro ostenditur. Nam præter Julianum cognomento* Sabbam, *quod* Senem *vel* Priscum *significat, de quo agemus* 18 *Octobris, alium hoc ipso* 14 *Januar. dedimus* Sabbam *monachum Sinaitam et martyrem.* c *Celeberrimus, non antiquissimus. Natus est* Imp. Theodosio XVII *consule an. Ch.* 439, *mortuus an.* 531 *quinta Decembris, ut latius dictum* 20 *Januar. ad Vitam S. Euthymii num.* 12 *et* 15 *in prolegomenis.*

Plures Sabbæ Sancti

d *Acta ejus dabimus* 12 *Aprilis. In his dicitur* martyrio coronatus quinta die sabbati post Pascha, hoc est pridie idus Aprilis, Valentiniano et Valente imperatoribus, consulatum gerentibus Modesto et Arintheo *an. Chr.* 372, *quo Pascha incidit in* 8 *Aprilis. Obiit ergo seculo quarto, non sub finem quinti et Magno* Sabba *senior est.*

e *Quibusdam* Mysia [illegible] *lib.* 3 *cap.* 9, Mysiæ superioris *partem* [illegible] *Dardaniæ* [illegible] *alii aliter quorum* [illegible] *afferre.*

f *Is.* Servius *et* Rascus [illegible] *in Pandecte historiæ* [illegible] *cap.* 37. [illegible] *tur in epitome rerum Hungar. Petri Ransani indice* 2.

g [illegible] Stephani [illegible] *Castrus* [illegible] *quod tradit* [illegible] *in tabula Genealogica ad Nicetam Græcum et Chalcondylam.*

Stephani Rasciæ Reges

h *Ternova* [illegible] *Drinæ fluvii, qua Serviam* [illegible] *[Apud auctores inde,* [illegible] *Trebinje.]*

i *Drinus* [illegible] *lib.* 2 *Geogr. cap.* 17. *Ab eodem, inquit,* [illegible] Drinus *nomine, qui in* Savum fluvium exit.

Drinus fl.

k *Thuroczius in Chronic. Hungarorum, part.* 2 *cap.* 63. *Urosmagnum comitem* [illegible], *cujus filia circa an. Ch.* 1130 *nupsit Belæ II. Cæco, Regi Hungariæ, atque Geisam II peperit, qui dein rex fuit.*

l *Ideo Manuel imperator* [illegible] *apud Nicetam lib.* 5. Audierat Manuel, *inquit,* [illegible] *hominem*, Stephanum Neemanem justo audaciorem factum, finitima quoque invadere, ac populares suos graviter premere ferro grassantem, [illegible] *fortunæ* [illegible] *Crabatiam et Cattarorum dominatum sibi vindicare, etc. Obiit Manuel an. Chr.* 1180, *cum paucis ante annis Neemani bellum intulisset, et ad fidem sibi servandam coegisset.*

m *Ptolemæo* Nissus Dardaniæ urbs, *Antonino et Cedreno* Naissus, *modernis geographis* Nisa, *ad* [illegible] *fluvium, qui a Morava absorptus in Danubium effluit. De ea urbe quorumdam imperatorum sede multa erudite disputat Michael Alfordus noster lib. de Constantini patria cap.* 1, *sect.* 2, § 3.

Nissus urbs Dardaniæ

n *Capta a Saladino Hierosolyma* 4 *Octob. an.* 1187, *Fredericus vere sequente iter in Orientem suscepit.*

o *Arnoldus*

o *Arnoldus Abbas Lubecensis lib. 3 Chronici Slavorum cap. 29, post descriptum iter imperatoris ultra Savum fluvium, addit :* Quingenti servi pabulatum exeuntes sagittis ab hominibus illius regionis, qui Servii nuncupantur, interfecti sunt. Altera autem die venit dux ejusdem gentis, et fecit Domino imperatori hominium, suscipiens ab ipso terram suam jure beneficiario.

p *In qua Sede Naiso Bodonem, sive Budonum,* [imo Vidinum,] *quod oppidum, Danubio adjacet, translata, cujus meminit Thurocius par. 3, cap. 33.*

q *Erat* Alexii Angeli *tertia filia, quam eo in Palæstina oberrante* Isaacius *patruus despondit* Stephano *filio Neemanis, Triballorum Principi. Nicetas lib. 3, Alexii.* [*Fallitur Nicetas, teste ipsomet S. Sabba, auctore S. Simeonem nunquam ad secundas nuptias convolasse.*]

r *Nupta deinde alteri Stephano, hujus filio, de quo mœstu ejusque ultione consulendus est Nicetas. Consulatur* [*etiam Pajacranus pag. 154, qui Nicetam melius interpretandum esse prudenter observavit.*]

s *Præfuit ecclesiæ ab 8 Januar. 1198 ad 17 Julii 1216.*

t *Niceta* Bozes, Volcus *dicitur,* [*id est* Lupus.]

u *Ptolemæo* Doclea urbs, *Latinis fere* Dioclea. *Diocletiani patria loque, cujus illa erat caput, eodem nomine data videtur, quare et* Docleatæ *populi apud Ptolemæum.*

x *Cantacuzenus ob frequentiam monasteriorum* sanctum montem *passim, et cœlestem civitatem appellat lib. 2, cap. 39, ipsos monachos viros sanctos lib. 2, cap. 40, a Deo afflatos, lib. 4, cap. 24, castitate sanctimonia præstantes lib. 3, cap. 34. Adhuc* hoc tempore sub *Turcis, teste Leonclavio in Pandecte Historiæ Turcicæ cap. 17, supersunt viginti tria monasteria, quorum singula olim a 200 aut 300 monachis fuere inhabitata, nec exiguus nunc eorum numerus est.*

y *An. Chr. 1204, 12 Aprilis, feria 2 hebdomadis 6 Quadragesimæ, capta est a Latinis Constantinopolis, teste Niceta apud quem, uti et Nicephorum Gregoram, Georgium Logothetam, Græcos et plures Latinos, descripta hæc imperii mutatio.*

z *Ne ... [illegible] a Genuensibus occupatam. Blondus decad. 2, lib. 6, ... [illegible] ... anno 1261.*

CAPUT II.

Archiepiscopatus Serviæ. Obitus in Milesceno monasterio.

Quo tempore regius adolescens Rasco, Sabbas inter cœnobitas dictus, post magna virtutum incrementa, ad maturam ætatem progressus, mortuo Theodoro Serviensi episcopo, in ejus locum vel invitus sufficitur. Urbem Serviæ, ne quis totum regnum pro ea acciperet, Joannes Cantacuzenus imperator ita illam describit: Servia, urbs non parva, ad confinia *a* Bottiææ et *b* Thessaliæ jacet, ædificata est super montis ardua prominentia, statimque a principio se inceptis altior, sicut est, accedenti apparet. In ipso autem jugo montis desinit, triplici muro distincta et intersepta, ut foris existimes tria esse oppida, aliud post aliud, utrimque vallibus profundis circumdatur. Hæc et plura cap. 19, lib. 4. Cujus ecclesiæ cura, post instantissimas populorum regisque ac magni Jupani fratrum preces, tandem suscepta, ita suo pastorali muneri fecit satis, ut Constantinopolitanus patriarcha in omnibus suæ curæ partibus, quacumque Illyricæ linguæ usus habebatur, ei suas vices cum amplissima auctoritate demandaret; unde vulgo tamquam alter *c* patriarcha est habitus. Præcipua tamen ejus cura fuit circa Serviensem ecclesiam, quam, ob schismaticorum vicinitatem, silvescentem potius agrum, quam bene cultam vineam, invenerat: quamobrem totis in eo viribus incubuit, ut ab erroribus repurgatam cultui pietatis catholicæ restitueret. Quo in negotio pastorali ipsius sollicitudini magno adjumento fuit, auctoritas regii sanguinis, fratrumque regnantium favor, spectatissimæ pietati conjunctus. Præsertim cum non ita pridem, utriusque principis christiana industria, concilium nationale in illis partibus, Romani pontificis *d* Innocentii auctoritate, fuisset celebratum, præsidentibus Joanne sedis apostolicæ capellano et Simone subdiacono legatis, in eoque saluberrimæ constitutiones, pro reformatione cleri, tam Dalmatiæ quam Serviæ et Diocliæ, editæ fuissent, subscribentibus Joanne *e* Dioclen. et Antibaren. archiepiscopo, Dominico archipresbytero Antibaren., episcopisque Petro Scutaren., Joanne Polatien., Petro Drivasten., Dominico Suacien., Natali Dulcinen., Theodoroque *f* Servien., magno applausu Vuksani regis, Vencianique principis: in eo siquidem comprobatum fuit, quantas vires pietas cum auctoritate regia conjuncta in excolendis silvescentibus ecclesiarum agris habeat; cum brevi tempore non tantum Serviensis ejus sponsa, sed omnes circumcirca positæ christianæ plebes in antiquum pietatis nitorem reflorescerent.

6 Pastorali ejus indefessæ sollicitudini, regio sanguine roboratæ, dos altera summis quibusque præsulibus imprimis necessaria, discretio nimirum, proxime juncta accessit; cum enim populi sibi per vices Constantinopolitani throni commissi, ex Græcis, Latinis, Illyricisque, ritu scituque discrepantibus, constarent, mistisque sedibus plerumque inter se agerent, ita eorum saluti promovendæ, ita pacis inter eos conciliandæ, christiana dexteritate prudentiaque se gessit, ut ex diversissimis gentibus, moribus, animis, omnium in sui amorem et observantiam adtractis, eos tamquam unius familiæ plebeculam, caritate mutua conjunctos efficeret. Adauxit præstantiam discretionis, in nobilioribus stemmatibus rara virtus, affabilitas, qua ut neminem ad se accedentem exclusit, ita non nisi lætum abscedere permisit, in perlustrandis et adeundis piorum gregibus, nulla locorum distantia, asperitate, gentiumve ferocia deterreri potuit unquam, quominus ad omnes accederet, cunctisque paternas aures et pectora aperiret.

7 Aliquando tum priscæ educationis memoria, tum muneris exsequendi officio, cum ad cœnobia sancti Montis, quem ex Macedonia in Ægeum procurrere diximus, accessisset, sacramque illam turbam, plurimis *g* lauris, id est domiciliis, juxta diversarum linguarum proprietates, distinctam inviseret; subiit præclarum inter præcipua loci cœnobium, in quo plurima juventus, juxta illorum temporum consuetudinem, secularem postea vitam actura, inter Deo sacratos viros, instituebatur. De quorum statu sæpius cum loci præsidem interpellasset, isque prorsus in ejuscemodi juventute educanda, utpote quæ nec minis, neque flagellis ab innata ferocitate quicquam remitteret, oleum et operam amitti conquereretur, sanctus vir, præside in partem, sed coram senioribus, accepto, interrogavit hominem, utrum expediret teneras arborum plantas ita ab injuriis temporum servare munitas, ut radicatæ inter septa minora atque arcta propugnacula, et solis et venti sævitiem ignorarent, et utrum ab ejuscemodi planta maturæ arboris unquam sperare posset incrementa? Cumque ille respondisset, nil minus quam quid tale ab ejuscemodi cautela, tum Sabbas: Ergone ingenuis parentibus, claroque sanguine nata soboles, durius quam arbor vilissima, cuique inservitura, erit educanda? Et quid mirum nobilissimorum natalium prolem, nullis virtutum incrementis augeri, dum sævissimarum ferarum instar, carceribus, flagris, omni denique inhumanitatis rigore, inter viros Deo sacratos ad divina æque ac humana fastidienda adigitur? Et qui fieri poterit, inquiens, ut unquam vel vestri vel rerum a vobis propositarum capiantur affectu, dum vos durissimis exactoribus immaniores experiuntur? Tenella planta juventutis a frigidioribus tempestatum turbinibus est illa quidem præservanda, eo tamen temperamenti tenore, ut suaviores salubriumque ventorum auræ, jucundioresque solis radii, minime illis opportuno tempore denegentur. Quod si fiat, et juveniles plantas beneficentissimorum agricolarum spem non elusuras, et iisdem agricolis nulla vel minima fastidia allaturas. Statuarios etiam, metallorumque fabros, nequaquam perpetuis ictibus efformando signo insultare, sed aliquando post malleos ad limaturas, et ab iis ad unctiones, et molliores extensiones, manum admovere. Quin interdum

ne

Marginalia: Dioclea. — Athos mons a monachis habitatus. — Sabbas fit Serviæ Archiepiscopus. — a b — et Vicarius Patriarchæ Constantinopolitani. — c — Concilium nationale celebrat. — d — e — AUCTORE TONCO MARNAVITIO. — f — moderatus et industrius in variis nationibus pacificè regendis. — diligens in visitanda diœcesi. — invisit monasteria in monte Atho. — g — monet Præsidem in educanda juventute mitius agendum.

AUCTORE TOMCO MARNAVITIO

ne limaturis plus nimio rigeant, vel unctionibus pulveri inhærendo modum præbeant, ventorum auræ solaribusque radiis exponi. Humanis quoque corporibus non eosdem cibos omnibus conducere, sed pro naturæ diversitate alimenta subministrari debere. Eamdem rationem in animis pertractandis, ad virtutem efformandis adhibendam. Secus ex hominibus, universali reipublicæ detrimento, belluas fieri : idque eorum culpa, qui belluinis modis similes sibi juvenes informant. Iterum atque iterum mente revolverent, an ullibi gentium plantas audiverint, quæ ubi primum radices tenellas solo infixerint, maturos fructus proferant? Pristinos ætatis annos in memoriam revocarent, examinarentque an prima adolescentia, ea judicii gravitate, morumque præstantia viguerint, qua jam graves annis aliis exemplo prælucerent? Ipsa frugum semina prius humida sub tellure nisi putrescant, in herbam assurgere nequaquam, herbam porro non nisi post alternantes tempestatum anni vices ventorumque pluviarumque simul, ac radiorum solis indulgentia in aristam et spicam, ipsaque demum victualia grana coalescere. His plurimisque aliis paternis monitis, et piæ juventutis jugum, ad illam diem vix tolerabile, saltem inutile, ne perniciosum dicam, allevavit, et ipsis moderatoribus, molestissimæ curæ onus reddidit suavissimum.

Archiepiscopatu relicto fit monachus

8 Hisce dotibus Serviensi ecclesia aliisque plebibus egregie institutis, post plures annos in pastorali officio utiliter exantlatos, pristinæ solitudinis, et uni sibi vacandi desiderio, tandem obtinuit, ut solutus ab ecclesiæ suæ vinculo, antiquos montis Athos recessus repeteret : ita tamen, ut et alibi monasticam vitam agentibus, aliquando sui præsentiam non denegaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in Milescevo cœnobio intra avitas ditiones constituto, terrena sarcina deposita volavit ad cœlos die quartadecima Januarii, circa quinquagesimum tertiidecimi seculi annum *h*.

moritur 14 Januarii *h*

Boltæ regio · *Castoria urbs* · *Patriarcha Serviæ*

a Boltæa, *regio Macedoniæ, media inter Albaniam et Thessaliam modernam. Hinc apud Cantacuzenum lib. 2, cap. 32, ex Albania per Boltæam et Thessaliam devenitur Thessalonicam.* Urbs in ea [illegible] apud eumdem auctorem cap. 24, Castoria, *quæ lib. 1, cap.* [illegible], munitissima *dicitur*, propter lacum quo cingitur, *quo modo [illegible] Geographus, e cujus lacu fluvius* Castor *in [illegible], nunc Thessalonicensem, sinum effluit, cujusque ora [illegible] est Cantacuzeno lib.* 3, *cap.* 63.

b *Idem Cantacuzenus lib.* [illegible], *cap.* 38. Servia urbs ad confinia Thessaliæ *et lib.* 2, *cap.* 28. Thessaliæ Boltææ confinis. *Est ergo* Thessalia *apud eum pars Macedoniæ ad Thessalonicam urbem, ubi* [illegible] regnum Thessaliæ *constituit Bonifacius marchio Montisferrati.*

c *Hunc forte postea* patriarchæ *titulum usurparunt. Bulla Innocentii VI* [illegible] Joanni [illegible] patriarchæ Serviæ *exstat* [illegible] *Waddingum tomo* [illegible] *Annal. Minor. ad an. Ch.* 1354, *ut pluribus dicetur ad Vitam S. Petri Thomæ* [illegible], 29 *Januarii.*

d *Hic est* Innocentius IV, *qui sedit a* 24 *Junii* 1243, *ad* 13 *Decemb.* 1254.

e Petro Diocleensi et Antibarensi archiepiscopo *pallium misit* Alexander II, *anno Ch.* 1062 [illegible] *refert Baronius tom.* XI [illegible]

f [illegible] *Hist.* [illegible] 168.]

g [illegible] *lib.* [illegible] *cap.* 31 *lib.* 3, *cap.* [illegible] 20 *Januar.* [illegible]

h [illegible] *anno* 1237, *non in* [illegible] *Milesceve, sed* [illegible] *translatum est.*

CAPUT III.

Publica veneratio.

S. Sabbæ corpus [illegible]

Vitæ ejus fusiori stylo prosequendæ non defuit occasio ex iis monumentis, quæ, a solitariis viris Athon incolentibus collecta, ad memoriam posteritatis habentur transmissa. Verum cum ea Græca fide laborare [illegible], utpote posterioribus temporibus conscripta, quibus exstincto Latinorum imperio in Græcia, [illegible] sinceritatis puritas evanuit, [illegible] principibus. Quæ tamen ad nostra tempora [illegible] sanctitatis ejus comprobandæ admiranda contigere, breviter subtexam; et quidem præclarum illud et sanctitate celeberrimorum virorum proprium, corpusculi nimirum ejus integritas, per trecentos quinquaginta annos, magno peregrinorum concursu celebrata fuit, tanta omnium membrorum consistentia, ut recenter extincti hominis cadaver appareret : indicio absque dubio puritatis ejus angelicæ : cujus sacræ reliquiæ violatio quanti steterit sacrilegis nostra ætate, admirando successu spectatum est.

magno concursu honoratur

10 Siquidem Sinanus, summus Ottomanicæ aulæ purpuratus, alter Pompeius, sive Belisarius habitus, quippe qui Tunetano regno in Africa ex Hispanorum manu *a* erepto, Persico regno in Asia ad extremas angustias magnis reportatis *b* victoriis redacto, demum in Europa, capta munitissima urbe *c* Jaurini in Ungaria, Germaniæ Italiæque, ne dicam christiani orbis propugnaculo, cum plurimis aliis magni momenti arcibus et oppidis per Ungariam, cum post tot victorias et triumphos accepisset, christianos jugo Turcico pressos, S. Sabbæ opem implorantes, nonagesimo quinto anno sextidecimi christiani seculi, *d* Strigonensem urbem Ungariæ metropolim, Vissegradum Pannoniorum olim regum sedem, Vaciam pariter, et Chanadium episcopales urbes cum aliis plurimis, per Ungariam, Transylvaniam, Slavoniamque et Croatiam, in christianam libertatem vindicasse, Transylvanorum principe Sigismundo, et Michaele Valacchorum, a Turcarum amicitia recedentibus; Bulgarosque ac Servios, S. Sabbæ imagine militaribus vexillis exornatis, cum præfatis sentire principibus, et occulta agitare consilia, coacto centum millium militum exercitu, in Serviam irrupit, belloque reliquiis sancti episcopi indicto, ad Milescevum oppidum, ubi magna veneratione cultæ habebantur, advolat, ac sacrum corpus tumulo extractum, flammis incendit sacrilegis. Constans adhuc fama, Turcarum æque ac christianorum testimonio roborata, perseverat, ubi primum flamma sancti viri corpus invasit, ab ipso rogo, ad cœlum usque, magna barbarorum confusione, mille coloribus speciosam diutius iridis instar perseverasse nubeculam, incertum, cœlestisne tutelæ circa sacras reliquias indicem, an infelicissimæ cladis Turcarum, quæ sacrilegum facinus statim est consequuta cum ipsius impii ducis infami post cladem interitu, portentum : a paucis siquidem Ungaris et Valacchis, potentissimi exercitus imperator, ad illam diem victor ubique, fusus, inter præliandum, proprii equi morsibus in paludem dejectus, in turpem fugam coactus, cum post fugam iterum instaurato milite, cum Sigismundo Transylvano, longe inferioribus copiis stipato, manu collata, fortunam tentare voluisset, iterum fusus et fugatus, Byzantium ex fuga repetens, cujus virtus militaris ex Asia, Africa, Europa triumphos retulerat, ubi semel eadem virtus impio sacrarum reliquiarum afflata est incendio, Deo, qui capillos capitis servorum suorum sacrosancto numero vult esse intactos, barbaricum sacrilegium vindicante, perpetuo dedecore, funesto fine vitam conclusit.

a *b* *c* *ob defectionem et victorias Christianorum cum coloribus,* *d*

comburitur anno 1595, a Turcarum Duce,

quem mox ultio divina oppressit.

11 Quam porro cultum et honorem Deus reliquiis servi sui exhibitum gratum habuerit, quibusque beneficentiæ suæ muneribus ejus cenobii cultores cumulaverit, nobile monumentum in familia Cossacia, inter patricios Venetos illustrissima, est videre. Hæc enim, quamvis beneficio regum Bosniæ ac Serviæ amplissimum principatum, ex intimis Dalmatiæ visceribus ad Dardaniam mediterraneum, decem dierum itinerationis in longitudinem obtinuisset, non alio tamen quam S. Sabbæ Ducatus nomine illum appellavit, ipsosque duces regnantes Custodes sepulchri S. Sabbæ dici et esse voluit, adeo ut in ipso stemmatis gentilicii ornamento leonem clavem attollentem superpositum gestet. Hinc licet ante centum annos principatu ab immani

Cossacia Patricia Veneta

olim ducatum S. Sabbæ obtinebant.

Custodes sepulchri S. Sabæ dicti.

immani hoste occupato, vertere solum coacta fuerit, tanti sancti patrocinio, summorum principum affinitatibus eminentissima, inter Venetos locum patriciorum retinens, eorumdem proventuum reliquiis vitam traducit, quos olim florentibus eorum rebus respublica Veneta pro *e* Catharensis urbis proprietate, ducibus S. Sabbæ solvere pacta conditione tenebatur : adeo nulla diuturnitate temporis impensa Dei famulis obsequia benignitate divina destituuntur.

Colitur S. Sabas 14 Januarii ab Illyricis.

12 Viget Illyricanæ non solum ecclesiæ, sed ipsis, quorum intolerando jugo maxima ex parte eadem premitur ecclesia, Turcis nobilis annua celebritate ad undevigesimum kalendas Februarii S. Sabbæ memoria : quam, fracto tyrannico jugo, ejusdem sancti patris ac cæterorum regiæ fœcunditatis Illyricanæ sanctorum patrocinio, futuram semper faustam speramus. Hæc de sanctissimo præsule, ipsis hodie christiani nominis hostibus Turcis, et unionis catholicæ eversoribus schismaticis, nedum catholicis nostratibus, culto inprimis : cujus sacræ reliquiæ licet ab impuro Sinano fuerint flammis combustæ, manet tamen et sacro loco, et sancti viri tumulo, in eodem sacro loco, ubi semel quievit, idem honos, qui prius, assidua Illyricorum peregrinatione solenniter attestatus. Et quidem Nemaniæ familiæ principum, mira solidæ pietatis ad eorum penultimum *f* Stephanum parricidam, non solum, sed etiam opera græculæ conjugis Helenæ (adeo hujus generis Helenæ perpetuo regnis ferales exstitere) catholicæ Romanæ unitatis ab avis suis religiosissime cultæ, desertorem, alioqui magni animi virum, exstitit observantia, ut ex innumeris per universum Illyricum ad ipsa sacræ Palæstinæ loca, sacratis ædibus Deo dicatis a fundamentis, vel regali splendore ornatis, bona ex parte adhuc inter Turcicos furores exstantibus, est videre.

Pietas Regum Rasciæ erga S. Nicolaum.

13 Gratissimum porro omnium piorum hujusce familiæ operum Deo fuisse pretiosissimam illam ex puro argento amplissimæ formæ iconiam, divo Nicolao in Barensi basilica ab Uroscio Stephano rege dicatam, vel inde apparet, quod ab eo tempore, quo in venerandi sacrarii penetralibus ejusdem basilicæ pretiosa servatur iconia, nulla temporum calamitas, aut offensi Dei vindex ira, Barensi urbi, vel regioni proximæ incubuit, quæ aspectu solo cœlo gratæ imaginis, per vias urbis circumlatæ, non resederit, aut conquieverit, ut Vitæ S. Nicolai et iconiæ ipsius disertissimus et eruditissimus scriptor et illustrator Antonius Beatillus, Barensium civium decus *g*, superius a nobis, sed numquam satis superque laudatus, ingenti volumine nuper edito testatur : cujus iconiæ nobilem descriptionem, ut apud *h* illum lector magna voluptate poterit contemplari, ita regiæ inscriptionis epigrammate sub ipsa sacra iconia insculpto ut hic valeat delectari, illud ipsis verbis expressimus.

AUCTORE TOMCO MARNAVITIO.

anathematis illi dicati inscriptio.

14 Anno Domini MCCCXIX, mense Junii, secunda indictione. Uroscius rex Rasciæ et Diocleæ, Albaniæ, Bulgariæ, ac totius Maritimæ de Culfo Andriano a mari usque ad flumen Danubii magni, præsens opus altaris, iconiam magnam argenteam, lampades et candelabra magna de argento fieri fecit, ad honorem Dei, et beatissimi Nicolai ejus, Obrado adstante Decatara, filio Desislava, fideli et experto, a prædicto rege, super dicto opere deputato, et nos Rogerius de Invidia protomagister, et Robertus de Barolo magister in omnibus præfatis, opus de prædicto mense Junio incepimus, et per totum mensem Martium anni sequentis, tertia indictione, fideliter complevimus.

Marnavitius iis sanguine junctus.

15 Quo elogio pietatis, maximi Nemaniæ regum, variis connubiis vicissim meis atavis junctorum, finem pro nunc, regiæ sanctitatis Illyricanæ fœcunditati, finem imponimus : regique seculorum immortali et invisibili, soli Deo reddimus honorem, virtutem, et gloriam, et benedictionem in secula seculorum, Amen.

a *An. Ch.* 1574.

b *Ipsos Turcas sæpe a Persis profligatos, ideoque* Sinanum *an. Chr.* 1579 *relegatum scribit Spondanus.*

c *An. Ch.* 1594. *Describitur ea obsidio lib.* 28 *historiæ Hungaricæ a Nicolao Istuanffo. Recuperatum est eximio stratagemate a Comite Swartzenburgico an.* 1598, *idem lib.* 31.

d *Agit de interceptis his urbibus et victoriis Christianorum contra Sinanum, idem Istuanffus lib.* 29.

e Cataras urbs Dalmatiæ in sinu Risonum sita, civibus frequens, agrum amplum et bene habitatum habet. *Ita Coriolanus Cepio Dalmata lib.* 3 *Gestorum Petri Mocenici imperatoris Venetæ classis contra Othomanum.*

Catarus urbs

f *Ad hunc missus est* S. Petrus Thomasius, *ut ad illius Vitam dicitur* 29 *Januar. cap.* 3 *et in Prolegom.* § 1. *Bullæ pontificiæ Innocentii VI, ad hunc Stephanum, ejusque conjugem Helenam, et filium Orosium, exstant apud Waddingum post vitam ejusdem S. Petri in Annalibus Minorum ad an. Ch.* 1354.

g *Potissimum in Vita* S. Irenæ virginis et martyris.

h *Lib.* 7, *cap.* 26, *ubi plura de his regibus commemorantur.*

DE B. ODORICO SIVE ORDERICO,

DE PORTU-NAONIS ORD. MIN., UTINI IN FORO-JULII.

ANN. MCCCXXXI. XIV JANUARII. Portus-Naonis et Utinum urbes.

Portus Naonis, *sive* Portus Noanus, *Italis* Pordonono, *Germanis* Portnaw; *et* Utinum, *sive* Utina, *vulgo* Udine, *Fori-Julii civitates sunt : hæc ampla, et totius regionis caput, ac Sedes Patriarchæ Aquileiensis : illa minor, muris tamen cincta. Ea Aliquando Austriæ Archiduces potiti, se passim* Dominos Portus Naonis *scribunt. Ejus insignia in Maximiliano II, Imperatore describit Joannes Jacobus Chiffletius de aureo vellere num.* 63. *Plurimum utramque urbem exornavit* B. Odoricus, *sive* Ordericus: *Utinum morte, ortu Portum Naonum. In utraque monasterium est ordinis S. Francisci. Utini condidit Raimundus Turrianus, ex Episcopo Comensi Patriarcha Aquileiensis, circa an. Ch.* 1279, *ut eo anno num.* 30, *Lucas Waddingus tomo* 2, *Annal. Minorum. Id nunc tenent qui* Conventuales *vocantur, ut auctor est Franciscus Gonzaga par.* 2, *de origine Seraphicæ religionis, provinc. S. Antonii, Conv.* 6, *Originem alterius in Portu Naonis non reperimus. Ejus meminit Gabellus, de quo mox, qui hoc monumentum B. Orderico ibidem in Ecclesia erectum recitat :* B. Odorico a Portu Naonis Ord. Min. Conv. qui omnibus ferme infidelium regionibus peragratis maximas Indiæ provincias ad fidem convertit, vivensque mortuum ex tumulo post sex dies excitavit. F. Hier. Ast. Pos. MDXCIV.

In B. Orderici monumentum.

ejus Vita

2 *Vitam B. Odorici conscripserunt Petrus Rodulphius lib.* 1, *historiarum Seraphicæ religionis, Marcus Ulyssiponensis par.* 2, *Chronic. Minorum lib.* 8, *cap.* 18, 19, 20, 21. *Lucas Waddingus tomo* 3, *Annal. Minorum an. Ch.* 1331. *Citant ambo vetusta Chronica, et Miracula LXX authentica, Patriarchæ Aquileiensis jussu conscripta a Meliorantio Canonico Utinensi et Maphæo Cassino, quæ non vidimus. Joannes Baptista Gabellus a Portu Naonis in folio patenti edidit Utini an. Ch.* 1635, *hymnum in laudem* B. Odorici, *versu Jambico dimetro, cum aliis quibusdam antiquis sanctimoniæ publice testatæ monumentis. Ipse etiam* B. Odoricus *præter* varios sermones *et* epistolas *scripsit* historiam peregrinationis suæ *ac* librum de diversis ritibus et conditionibus hujus mundi, *ut tradunt Henricus Willotius in Athenis Orthodoxorum sodalitii Franciscani, et ex eo Possevinus noster in apparatu sacro, ac Vossius de Historicis Latinis : verum ea ipsa est* historia peregrinationis, *et a Waddingo num.* 14, liber de Mirabilibus mundi *appellatur, ubi hæc de eo profert ex Rodulphio fere descripta.* Mirabilia, *inquit*, sunt quæ

et scripta

Ex variis

se vidisse in illis regionibus recenset. scripsit enim, seu potius dictavit, dum jaceret infirmus, Fr. Guilielmo de Saxonia Scriptori, ita jubente, et importune imperante Fr. Guidotto Ministro provinciæ S. Antonii quæcumque vidit prodigiosa in regionibus Orientis, inscriptusque est liber de Mirabilibus mundi, in quo plura judicabit lector incredibilia, nisi fidem adstruat vel extorqueat sanctitas auctoris, *in pervetusto Codice MS. quem beneficio Joannis Gamansii nostri obtinuimus, extat ea historia sub hoc titulo:* Descriptio terrarum Fr. Odorici de Foro Julii, *cum appendice rerum ab eo narratarum* Fr. Marchisino de Bayadon Ordinis Minorum. *Quæ omnia una cum brevi relatione obitus et miraculorum descripsit in hoc nostro Codice* Fr. Henricus de Glats ord. Minorum Pragæ an. Ch. 1340, *ab obitu* B. Odorici 9. *Præcipua solum decerpsimus, quæ* B. Odorici *zelum demonstrent in Christianæ religionis propagatione indefessum planeque magnanimum, quo adscitis quamplurimis sociis eodem tempore velle videbatur universum Orientem fidei lumine collustrare. Reliquam ejus vitam ex Annalibus Waddingi mox proponimus ut sanctitas auctoris cognita ejus scriptis fidem conciliet.*

antiquum sanctitatis ejus testimonium

3 *De hac ejus historia, vitæ sanctitate, et publica veneratione Bartholomæus Pisanus sacræ Theologiæ Magister lib. 1, de conformitate vitæ S. Francisci ad vitam D. N. Jesu Christi par. 2, conformitate 8, ita scribit:* In loco Utini jacet sanctus Frater Odoricus, qui zelo fidei partes adiens infidelium, fructum multum in conversione gentium fecit, et partes ipsorum infidelium pro majori parte personaliter visitavit. Et licet de conditionibus, habitationibus et moribus præfatorum esset informatissimus, ac veridice posset effari; voluit tamen trinum habere mandatum ad scribendum mirabilia præfatorum: et sic obedientia adstrictus breve quoddam opus edidit de mirabilibus ipsorum infidelium. Demum ad provinciam nativam rediens, scilicet S. Antonii, Utini obdormivit in Domino. Cujus mors in conspectu Domini gloriosa. Signa multa post mortem fecit, et facit Sanctus iste. Propter quæ in Patriarchatu Aquilegiensi est canonizatus. Hic Frater Odoricus quemdam Fratrem Minorem sex dies habentem in monumento, precibus sacris a mortuis suscitavit, quem vidit suscitatum F. Henricus Generalis Minister, ut mihi Magistro Bartholomæo dixit ipse oretenus. *Henricus iste cognomento Alfarus electus est Minister Florentiæ an. Ch.* 1387, *atque anno Ch.* 1399, *in Capitulo generali Assisii approbavit librum Bartholomæi Pisani. Unde constat intra duodecim annos intermedios hæc scripta fuisse,* 50 *aut* 60 *annis ab obitu B. Odorici. Idem Pisanus conformitate* 11, *hæc iterum confirmat:* Custodia, *inquit,* Forojulii habet locum de Utino, in quo jacet Frater Ludovicus Odoricus suis virtutibus in Patriarchatu Aquilegiensi canonizatus, qui quasi totum orbem perambulavit prædicando et informando.

et publicæ venerationis

4 *Franciscus Gonzaga part.* 1, *inter Seraphici ordinis Beatos hoc Odorico elogium tribuit:* B. Odoricus Forlijiensis, vir sanctus atque devotus, qui Asiam et Indiam zelo fidei evangelizando peragravit, in conventu Utinensi feliciter obdormivit in Domino, qui que in Patriarchatu Aquileiensi inter Sanctos relatus est, et sanctorum quatuor Martyrum corpora de civitate Heronis ad superiorem Indiam, in civitatem Carram, non sine ingenti miraculo, per mare transtulit, *quod ait Marcus Ulyssip. in 1 eis cap.* 21, § 1, *ait Festum ejus quotannis in diœcesi Aquileiensi celebrari. Quod Gobellus in suo de B. Odorico hymno sic cecinit:*

alia monumenta publici cultus

> Patri beato protinus
> Antistes aras construit
> Diem, quo sacrum Fratribus
> Indixit, orbi supplici.

Ado.... Ivo.... Gobellus quidem Beati Indis aliisque barbaris prædicantis pervetustam imaginem, quæ in ecclesia S. Udalrici de Villanova extra muros Portus Naonis reperitur. Aliam ejus effigiem dedit Rodulphius, his adscriptis versibus:

> Lumine fax oculis veluti fugat undique noctem,
> Erroris nebulam sic Odorice fuga.

5 *Hieronymus Montenianus Utinensis hoc carmine sanctitatem B. Odorici testatus est, apud Rodulphium et Willotum supra:*

vota et facta

> Qui tibi vota canunt, ægrotis redde salutem:
> Si qua pericla, tuis impiger adfer opem.
> Sit procul a nobis crimen quodcumque nefandum
> Quilibet exoptet nil, nisi grata Deo.
> Da Pater istius conservatoribus ædis
> Sacræ, quod valeant omnia rite geri.
> Devotis solitum præstes Odorice favorem,
> Servetur per te Monteniana domus.

Obiit anno Christi 1331, in crastinum octavæ Epiphaniæ circa horam nonam *inquit Rodulfius. Waddingus addit* feriam *tum fuisse* secundam, diei XIV Januarii. *Marcus* tempus Tertiarum *assignat.*

Not 72.

VITA
ex Annalib. Minor. Lucæ Wadingi.
CAPUT I.
B. Odorici variæ virtutes. Miracula in vita. Obitus.

Beatus Odoricus *a* provinciæ S. Antonii, ex portu Naono oppido Fori-Julii oriundus, in tenera adolescentia Ordinem Minorum professus, super nudam carnem semper habebat cilicium vel ferream loricam; panem *b* dumtaxat, et aquam in cibum admittens, una tunica contentus, excalceatus incedens, crebris flagellis in suum corpus severe animadvertebat. In oratione assiduus et humilitatis religiosæ studiosus sectator, noluit assentiri dignitatibus Ordinis communi Patrum suffragio sibi collatis. Ex Ministri sui licentia in eremum secessit, ubi solitariam vitam per *c* longum tempus traduxit. Adeo profecit in virtute et sanctitate, ut *d* miraculis coruscaret, et plurimos ad Christi fidem, et Minorum institutum allceret.

a Ad an. Ch. 1331, num. 13. Odoricus in Ordine Minorum austere vivit

b

secedit in eremum

c

d

2 Lucrandarum zelo animarum universum ferme orbem pervagatus est ... *e* Postremo rediit in Europam, post annorum *f* sexdecim continuam peregrinationem, disseminato ubique Evangelii semente, et sacro baptismate intinctis ultra viginti millia Paganis, Saracenis, aliisque infidelibus. Ita squalore et inedia mutata est facies ejus, et a sole denigrata, ut parentes eum minime potuerint cognoscere....

num. 14 animas Christo lucraturus Orientem pervadit

e

f

3 In hac peregrinatione multa passus: accidit ut in quadam provincia, in qua sub pœna capitis cautum erat, ne ullus Christianus sub tecto reciperetur, valde ægrotaret, et sub umbra cujusdam arboris per *g* dies multos decumberet, nec quidquam in gravi et prolixa infirmitate comederet, præter decidentem ex arbore fructum, et aquam ad ejus radices placide manantem. Paullulum convalescens accessit ad vicinum flumen, repertumque in eo prætertluens pomum comedit, ac tantam illico virtutem sensit et robur, ut animose ambulaverit dies novem, nihil bibens aut manducans. *h* Vidit beatissimam Virginem Mariam multis Virginibus, Martyribus, et viduis associatam, gloriose procedentem, ut piam feminam, quæ multis annis Domino inviolata virginitate servivit, mox morituram consolatione et honore afficeret, sicut ipsa eidem Oderico, ex nomine ad se vocato, narravit, producto colloquio ad integrum milliarium, eodemque invitato ut languenti sacram præberet synaxim....

num. 15 ægrotat diu sub arbore

g

h

a B. Virgine sibi apparente recreatur

4 Redeunti occurrit *i* dæmon in via, mala illaturus propter multam, quam ei eripuit, prædam animarum, et propter novum quem contra eum conscribere militem tentabat, prædixitque irritum fore ejus conatum,

num. 16

i

dæmonem signo crucis pellit

conatum, neque iterum rediturum in Tartariam. Ille importunum et insolentem invasorem signo crucis repulit : sed verum esse probavit, quod dixit. Nam ut in Italiam an. MCCCXXX, applicuit, et Pisas pervenit, ut inde navigaret Avenionem, rerum Orientalium statum Pontifici significaturus, et operarios pro magna illa messe Tartarorum petiturus; dum audiret calamitates Ordinis ex fuga *k* Cæsenatis et intrusione Corbarii ortas vehementer doluit, cupiitque quantocyus ad Curiam accedere, ut laboranti sodalitio, si qua posset succurreret, et consodalibus adlaboraret.

k calamitati Ordinis condolet :

5 Sed in gravem incidens morbum vidit S. Franciscum sibi in magna nube interius lucida, exterius obscura apparentem, et dicentem : Ego pro te et pro reliquis vadam, et *l* curabo quæ tu concupiscis. Induere fortitudinem et surge, revertere ad nidulum tuum; ibi morieris : non enim hæc civitas, quæ tantopere vero restitit Pontifici, meretur te vel mortuum possidere. Obsecutus voci paternæ, statim curavit se deferri ad provinciam suam S. Antonii, non obstante corporis languore, et itineris longitudine. In civitate Utinensi decubuit, ibique, quem diximus, ad Ministri præceptum librum dictavit. Cum vero infirmitate gravaretur, et post generalem peccatorum confessionem absolveretur a Sacerdote, dixit : Utere Reverende Pater tibi potestate tradita, quantumvis mihi Dominus nunc significaverit se condonasse omnia mea peccata, attamen tamquam humilis filius libenter me subjicio clavibus Ecclesiæ. Paullo post accepta sacra synaxi et extrema unctione, placide obdormivit in Domino.

apparet ei S. Franciscus. l

Utini moritur

a *Provincia hæc in antiquo* Provinciali secundum ordinem Fratrum Minorum, *scripto ab auctore Anglo, in opere cui nomen* Polychronicon, *circa an. Ch.* 1314, *(ad quem annum exhibetur a Waddingo) dicitur* Provincia Marchiæ Tarvisinæ : *cui suberant* quatuor Custodiæ. *At Bartholomæus Pisanus lib.* 1, *par.* 2, *conform.* 11, *appellat* Provinciam S. Antonii, *et in has* quatuor Custodias *distinguit* Paduanam, Venetiarum, Fori-Julii, *et* Veronensem, *in quibus enumerat* Conventus duodequadraginta. *Triplicem Pisani catalogum exhibet ex codice impresso, et MSS. Vaticano et Aræ-cœlitano Waddingus lib.* 1, *an. Ch.* 1399 *et sequenti. Plenius eamdem provinciam describit Franciscus Gonzaga parte* 2, *in eaque an. Ch.* 1587, *extitisse testatur Conventus Fratrum quadraginta, monasteria* [illegible], *et S.* Antonio de Padua *ideo dicatam quod sacrum ejus corpus Patavii servatur.*

Provincia S. Antonii de Padua,

b *Marcus Ulyssiponensis*, plurimo anni tempore

c *Idem Marcus* aliquot annis, *additque diabolum horribili forma apparuisse* B. Odorico, *ut a precibus eum averteret. Verum ab hoc Christi milite viva fide armato magno animo repulsum.*

d *Idem Marcus duas feminas ab eo signo Crucis sanatas scribit, quarum alteri morbus in genis erat incurabilis, alteri ab infantia ab cunabulis languenti.*

Alia B. Oderici miracula

e *Hæc infra ex Vita B. Oderici verbis damus.*

f *Marcus* septemdecim g *Marcus*, integro anno

h *Marcus hanc aut similem petius, D. Virginis apparitionem, ita describit* : Pervenerat B. Odoricus in urbem infidelium, in eaque ad fidem Christi converterat patrem cum filio, assumptoque hoc itineris comite, sæpius a Deo ejusque sanctissima Matre meruit visitari.

i *Idem Marcus ait* dæmonem apparuisse sub forma mulieris gravidæ.

k *Michael Cæsenas Minister Generalis fugit Avenione ex aula Pontificis* Joannis XXII, *Pisas ad Ludovicum IV Imperatorem et* Petrum Corbarium *ex Minorita Pseudopapam. Miserum tunc Ecclesiæ statum passim describunt auctores : quidam satis* [illegible] *breviter et nervose Waddingus an. Chr.* 1328.

l *Ita hoc anno* 1330 *die* 26 *Augusti* Petrus Corbarius *in publico consistorio, misericordiam humiliter, alligato ad collum fune, imploravit et obtinuit a* Joanne XXII.

CAPUT II.

Miracula in sepultura.

Ipso eodem die, quo obiisse supra memoravimus, voluerunt Fratres post Vesperas corpus ejus sepelire : sed impedivit Castaldus Rector civitatis, Fratris Odorici carus amicus, dicens : Non expedit, ut tantus vir statim absque honore tradatur sepulturæ : exspectate usque in crastinum, et ergo cum universis urbis Proceribus conveniemus, ut honorifice funus peragatur. Annuerunt Fratres, et exequias die sequenti solemniter celebrarunt, posito cadavere pretioso in loculo in omnium conspectu. Accedebat universus populus,

num. 17 Exequiæ solemnes apparantur

osculabatur manus et pedes, et vestimenta decerpebat. Præ reliquis adfuit nobilis matrona soror Patriarchæ Aquileiæ, septem mensibus brachium dolens contractum; quod dum magno fidei ardore brachio applicuit Odorici, repentino clamore se sanatam esse circumstantibus ostendit. Ad apertum miraculum commotus populus, vere Sanctum esse proclamavit; accurreruntque alii languidi et infirmi, et curati sunt omnes. Noluerunt itaque permittere, ut adeo cito terræ mandaretur optima languentium medicina, sed per integros dies voluerunt insepultum.

Ex Luca Waddingo

Contracto brachio laborans sanatur

7 Avide omnes reliquias colligebant, ex habitu scindebant fragmenta, pilos capitis et barbæ evellebant, tentavitque quædam Heroina forfice *a* auriculam abscindere; sed mirabiliter effectum est, ut nullatenus potuerit forfices occludere, vel adnectere, quos ad secandum dilataverat. Hac intentata corporis injuria Fratres commoti, in arca condiderunt, et tertia die sub vesperam egregius Concionator Ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ Professor, universam ejus vitam et pie gesta pro sermone recitavit ad populum. Quarta die translatum est corpus ad aliam arcam nobiliorem, tribus seris munitam, præsente Domino *b* Pagano Patriarcha Aquileiæ, et Decano Canonicorum Utinensium; talemque emisit mirificum odorem, ut suspicionem ingesserit aromaticæ conditionis. Unus ex eis volens probare, an ita esset, ad omnes ferme corporis partes, manus applicuit et nares, juravitque non humanum aut terrenum, sed cælestem se sensisse odorem, eodemque fragrasse manus, quibus sanctum corpus tractavit, per dies septem.

Auricula ei præscindi nequit. a

b

Odor suavis e corpore exhalatur

8 Deposito in novo loculo sancto cadavere, primum, in quo jacuit, pii viri in minutissimas assulas desciderunt : sed uno incaute avideque secante digitum mutilavit, hærente pelle dumtaxat. Linteolo mox involvit, et assulæ colligatum suo loco direxit, abiitque ad chirurgum remedium adhibiturus. Explicato vero digito ita integer et illæsus apparuit, ut nec sectionis vestigium appareret.

num. 18 Cuidam digitus serræ abscissus subito redintegratur.

9 Post *c* multos dies Patriarcha desiderabat videre, quo in statu esset sanctum cadaver, vocatisque Rectore et Consulibus civitatis, ac conventus Guardiano, qui tres capsulæ claves habebant, fecit exhumari. Extractum ex arca corpus repositum fuit super altare, suavissimum emittens odorem, adeoque mollia, tractabilia, et candida erant universa membra, ut viventi potius quam mortuo simile videretur, ac color ruborque faciei vegetior et pulchrior tunc fuisset, quam dum viveret. Non potuit Patriarcha se a lacrymis continere; extraxitque annulum e digito suo, et posuit in indice B. Odorici, exhibita prius flexis genibus reverentia, universaque familia devotis precibus se ejus meritis et intercessioni commendavit.

c

Odorici corpus viventi simile, post plures dies

10 Extruxit ei confestim nobile sepulchrum, speciosam et nobilem aram erexit, atque sacellum picturis et multo cohonestavit ornatu, atque hinc judico sumpsisse fundamentum *d* Pisanum, ut minus proprie diceret, eum in Patriarchatu Aquileiensi esse canonizatum. Curam imposuit Meliorantio Canonico Utinensi, et Maphæo Cassino, ut sancti viri miracula diligenter perquirerent : qui septuaginta authentica conscripserunt, et Guidoni Candido Episcopo Mutinensi remiserunt, ut eumdem inter Sanctos annumerari diligenter et efficaciter curaret in Curia Romana.

Sepulchrum ara et sacellum ei erigitur. d

Miracula 70 authentica

a *Ita etiam Bartholomæus. Sed Marcus ait feminam hanc tentasse digitum* [illegible]

b *Paganus Turrianus Mediolanensis, ex Episcopo Patavino creatus Patriarcha, et at an. Ch.* 1334 [illegible] *MS* B. Bertrandi [illegible] *Ch.* 1350, [illegible] *anno* 1317 [illegible] 1330 [illegible]

c *Marcus* [illegible]

d [illegible]

CAPUT

Ex Luca Waddingo

CAPUT III.

Variæ supplicationes ad ejus reliquias, miracula.

num. 19 Solemnem ad reliquias supplicationem instituunt Foro-Julienses et Carni.

Crebrescentibus itaque miraculis, et divino quodam æstu hominum animos succendente, absque omni humana opera aut cura, subito totius populi et provinciæ Foro-Juliensis accrevit devotio in utroque statu Ecclesiastico et seculari. Confluebant undique ad visitandum ejus sepulchrum Castellani cum consortibus et filiis, Foro-Julienses Nobiles, populares, cives, et rustici, mixtim certatimque ex oppidis, agris concurrentes cum Crucibus et vexillis in forma supplicationis publicæ pedestres, et magna ex parte flagellantes se, accesserunt in tanta multitudine, ut aliquando convenerint sexdecim Cruces et vexilla diversarum urbium, villarumque, ex regionibus *a* Carneæ et Foro-Julii.

Abbatissa Civitatis Austriæ cum suis,

12 Abbatissa monasterii majoris *b* Civitatis Austriæ, cum toto suo collegio, composito consuetoque ordine supplicandi pedites venerunt Utinum. Et similiter Abbatissa Aquileiensis, cujus monasterium per septem leucas distabat ab Utino. In hujus gratiam (erat enim nobilissima) præsentibus Rectore et Consulibus urbis extractum est sanctum corpus ex loculo, et multis accensis cereis collocatum super altare. Accedentibus binis et binis sanctimonialibus, ut pedes exoscularentur, cecidit fortuito quidquam ex alto super tibiam sancti viri, et vulnus inflixit. Ex cicatrice statim recens et rubicundus sanguis effluxit, quem adhibitis linteolis collegerunt Rector et Consules aliquoties, panniculis sanguine tinctis concessis Abbatissæ et Monialibus. Ita perseveravit hic populorum concursus, ut totis diebus et noctibus ecclesia Minorum fuerit plena populo. Quin etiam ex longinquis regionibus veniebant multi Dei servum veneraturi. Comitissa *c* Goriciæ cum magna solemnitate et devotione eo concessit. Ex Sclavonia et Germania multi adveniebant Heroes.

Comitissa Goritiæ, Slavi et Germani

13 In *d* Vellacho in finibus Pannoniæ magnificatum est nomen ejus, sanante Domino nobilem Heroinam, gravi et diutina infirmitate laborantem, ad contactum ejus tunicæ, quam illuc asportavit quidam Professor Theologiæ Minorita, qui adstitit morienti.

Depellitur diutina infirmitas, incurabilis fistula in gutture,

14 Fr. Michael a Venetiis Concionator Minorita, et socius aliquando servi Dei in Oriente, septem annis laborans incurabili fistula in gutture, habensque guttur ipsum perforatum, cum magna fiducia accessit ad sepulchrum, oravitque his verbis : Frater Oderice, amice et comes carissime, per caritatem, per amicitiam et societatem, quam longo professi sumus inter infideles, et per meritum tuæ sanctitatis supplico, rogo, et obtestor, ut me digneris liberare per intercessionem tuam a molesto et gravi hoc morbo. Ita oravit in vigilia Pentecostes post Matutinum præsentibus duobus Fratribus, et apposita gutturi lorica, quam gestabat vir sanctus, repente et perfecte convaluit, ita ut ipso eodem die populo prædicaverit mirabilia Dei.

15 Die sequenti curru evecta accessit ad sepulchrum mulier Patavina, spina dorsi ita confracta, ut incurvata caput ad genua ferme demiserit, et hoc pacto decem annis incesserit : tribus diebus orans et vigilias exercens, repente convaluit tertia die, rectoque corpore absque baculi aut alterius adjumento rediit in patriam.

16 Quemdam Fratrem Minorem sex diebus habentem in monumento, propter preces sororis ad vitam revocavit. Hunc Fratrem a mortuis resuscitatum se vidisse et allocutum fuisse, retulit Henricus Alferus Astesanus, Ordinis Minorum Generalis Minister, Bartholomæo Pisano; uti ipse testatur, dum de hoc servo Dei quædam enarrat. Multa sane vivens et mortuus patravit miracula : cæcos illuminavit, surdos fecit audire, mutos loqui, claudos ambulare, contractos, et diversis infirmitatibus oppressos mirabiliter sanavit.

a *Rodulphius :* De toto Forojulio et tota Carnea longo ordine procedendo conveniebant. *Est autem* Carnia, *alus* Carniola, *a Carnis populis dicta Forojuliensibus proxima, Archiducibus Austriæ subjecta. In ea olim* Japides *et* Liburnos *habitasse tradunt.* — Carnia.

b *Olim* Forum-Julii *fuisse ubi modo* Civitas Austriæ *est, tradunt Leander, Porcacchius, Lazius, alii. Mediam percurrit amnis* Natiso, *ponte lapideo nobili junctus, ut scribit Leander. Utino decem millibus passuum distat. In ea olim conventum Minorum fuisse legitur in catalogo Pisani. Apud recentiores Geographos* cividal de Friuli *vocatur.* — Civitas *urbs.*

c *Goritia Ptolemæo* Julium Carnicum, *Amaseo* Noreia, *ut Leander auctor est. Comitatus titulo jam olim nobilis, ad Austriacos devoluta, inter quos Maximilianus I. Imperator* Comes Goritiæ *primum inscriptus in tabulis Theodorici Presporдii legitur. Situs hic Comitatus in confinibus Fori-Julii, Istriæ, et Carniolæ.* Goritiæ *conventus Minorum signatur in catalogo Pisani.* — Goritia.

d Vellachum, Villachum, *aut* Villacum, *Carinthiæ oppidum, situm in planitie, altissimis rupibus septum, ad* Dravum *fluvium, cujus oræ ponte lapideo istic connectuntur.* — Villacum.

B. ORDERICI PEREGRINATIO

ab ipsomet descripta.

CAPUT I.

Iter in Orientem.

Venit Trapezuntem

Licet multa et varia de ritibus hominum, et conditionibus hujus mundi, a pluribus enarrentur; sciendum tamen, quod ego Fr. Odericus de Foro-Julii, Ordinis Fratrum Minorum, volens transire ad partes infidelium, ut aliquod lucrum facerem animarum; (et hoc de licentia Prælatorum meorum, qui hoc concedere possunt secundum regulæ nostræ instituta) multa, magna, et mirabilia audivi a fide dignis, et quædam propriis oculis conspexi. Nam primo transivi per mare *a* Maius, et veni *b* Trapesondam, quæ Pontus antiquitus vocabatur. Hæc civitas bene sita est : ipsa enim schola quædam est Persarum, Medorum, et eorum omnium qui sunt ultra mare. Ibi vidi quoddam mirabile, quod mihi plurimum placebat. Nam vidi quemdam hominem secum ducentem plusquam quatuor millia perdicum. Iste homo per terram veniebat, perdices vero per aera volabant : illas perdices ducebat ad quoddam castrum, nomine *c* Tegana, distans a Trapesonda tribus dietis. Et cum homo ille voluit quiescere vel dormire, omnes perdices illæ submittebant se circa eum, more pullorum qui collocant se juxta gallinam : et hoc modo deducit eas Trapesondam usque ad palatium *d* Imperatoris, qui de eis tot accipiebat quot volebat : alias autem perdices homo ad locum, ubi eas acceperat, reducebat.

Lustrat Armeniam majorem

2 Hinc recedens veni ad *e* Armeniam majorem, in quamdam civitatem, nomine *f* Caricon, quæ quondam multum bona fuit et opulenta; et adhuc esset, si eam Saraceni et Tartari non vastassent : nam abundat pane et carnibus et aliis victualibus, præter vinum et fructus : ipsa enim est multum frigida. Et dicunt gentes illæ, quod altior sit terra omnibus aliis quæ inhabitantur. Habet et multas bonas aquas; cujus ratio videtur esse, quod venæ aquarum illarum scaturire videntur a flumine Euphrate, quod per unam dietam distat ab ipsa. Hæc autem civitas est via media eundo Tauris a Trapesonda. De hac recedens veni ad quemdam montem, qui vocatur Sarbi Sarbolo : in hoc territorio est mons ille in *g* quo arca Noe requievit. Hunc libenter ascendissem, si me voluisset mea societas præstolari. Cum tamen illuc ire voluissem, dicebat gens illa quod nullus unquam ascendere potuit, quia hoc dicitur Deo altissimo non placere. Ab inde recedens, transivi *h* Thauris, civitatem magnam et regalem, quæ *i* Suors antiquitus vocabatur. Hæc civitas nobilis, melior est provisionibus quam aliqua de mundo. Nam nihil est comestibile, nihil alicujus utilitatis, necessitatis, aut mercimonii,

Ex ipsius scriptis.

cimonii, cujus illic copia non reperiatur magna. Est etiam multum bene sita, nam quasi totus mundus huic civitati pro mercimoniis correspondet. De hac dicunt Christiani, quod plus de censu recipiat Imperator ille, quam Rex Franciæ de toto suo regno. Penes hanc civitatem est unus mons magnam habens copiam salis, de quo unusquisque recipit quantum sibi placet, nemini quidquam persolvendo. In ista civitate diversæ nationes Christianorum commorantur, quamvis ipsi Saraceni per omnia dominantur. Multa quidem et alia sunt illic quæ per singula scribere nimis longum esset.

regnum Persarum.

3 Ab hac civitate Thauris recedens per decem dietas, veni ad quamquam civitatem, nomine Soldolina. In hac moratur Imperator *k* Persarum tempore æstivo, quia frigida est: in hyeme autem vadit ad aliam, quæ vocatur Axam, quæ sita est super unum mare, quod dicitur Abacut: hæc magna est et calida habens in se bonas aquas. Ad hanc ducunt multa mercimonia. Recedens ab ista cum quadam societate Tartarorum, transivi versus Indiam superiorem, ad quam cum sic irem per multas dietas, applicui ad unam civitatem trium Magorum, nomine *l* Casan Hæc regalis et magna extitit, sed Tartari eam plurimum destruxerunt. Hæc civitas abundat pane et vino, et habet alia multa bona. Ab hac usque in Hierusalem, quo Magi venerunt, sunt fere quinquaginta dietæ. Vidi et alia multa in illa quæ scribere non curavi. Post hæc ivi ad quamdam civitatem, nomine *m* Gest, a qua distat mare Arenarum per unam dietam, quod mare est valde periculosum et mirabile. In Gest est copia victualium et omnium bonorum quæ necessaria sunt humanæ vitæ. Ficuum autem illic abundantia est; uvæ autem siccæ et virides ut herba, et multum minutæ, illic uberius reperiuntur, quam in alia parte mundi. Ista est civitas de melioribus quas Persarum Imperator possidet in toto regno suo. De hac dicunt Saraceni, quod in ea nullus Christianus possit vivere ultra unum annum. Ab hac transiens per civitates et terras, veni ad quamdam civitatem, nomine *n* Coprum, quæ antiquitus civitas magna fuit. Hæc maximum damnum quondam intulit Romæ. Ejus autem muri bene quadraginta milliarium sunt capaces: in ea sunt palatia integra, et multis victualibus hæc abundat.

4 Ex hac recedens, per multas civitates et terras perrexi ad terram quæ vocatur Ur, cujus situs est multum pulcher, et est cunctis victualibus plena. Penes hanc sunt montes cum pascuis animalium habentes illic melius manna, et in majori copia, quam alicubi in terris aliis reperitur. In ipsa quandoque quatuor bonæ perdices habentur minori quam uno grosso Veneto. In ea sunt pulchri senes: ibi viri nent et filant, mulieres vero non. Hæc civitas correspondet a capite Chaldeæ versus Tramontanam. Inde exiens ivi in Chaldæam, quæ est *o* regnum magnum, et circumeundo perveni juxta turrim Babel, quæ per quatuor dietas forte distat ab ea. In hac Chaldæa sunt pulchri viri, mulieres vero turpes. Viri illi cooperti vadunt et ornati sicut hic mulieres incedunt: mulieres vero turpes non . portant autem super capita sua fasciolæ aurea de perlis pretiosis. Mulieres viles tunicellam usque ad genua pertingentem, et habent manicas ita largas, quod usque ad terram in longum prætenduntur. Istæ vero mulieres ambulant discalceatæ portantes serabullas usque ad terram, et tiaras non habent, sed earum capilli undique sparguntur. Viri sequuntur eas, sicut in aliis terris post viros mulieres incedunt. Sunt et multa alia quæ non expedit declarare.

a [illegible] Pontum Euxinum [illegible] B. Odoricum [illegible] Paulus [illegible]

b [illegible] Trapezus [illegible]

tabula 1, *Asiæ. Isthic domicilium habuisse dicuntur Minores in catalogo Polychronici, et a Pisano* custodia Trapezundarum, in vicaria Orientis, *constituitur.*

c *Rodulphius* Zancha.

d *Cum* Turci Asiam, *moderni* Natoliam *dictam, interciperent, et* in ea dominum regni Turquiæ *constituerent,* non potuerunt, *inquit Aytonus Armenus lib de Tartaris cap* 13, civitatem Trapezondæ, nec ejus pertinentias occupare, propter castra fortissima et munimenta; et sic permansit in potentia Imperatoris Constantinopolitani ad terram illam regendam. Unum vero Gubernatorem annuatim consueverat transmittere Imperator, qui Dux dicebatur: unde accidit, quod quidam ex illis Rectoribus, seu Ducibus, rebellis effectus, tenuit terræ dominium pro seipso, et fecit se Regem, et ille qui nunc tenet, Trapezuntis fecit se Imperatorem vocari.

Trapezuntinus Imperator

e *Armeniæ tum proprius Rex erat, fortassis tunc adhuc* Osinus, *qui anno Christi* 1311 *a Clemente V, petiit, ut ex speciali privilegio sibi liceret secum Minoribus retinere. Ita Waddingus eo anno num* 2. *Quæ tum fuerit regni amplitudo describit Aythonus cap* 13 *qui cap*, 23, *refert ab Aythono Rege Armeniæ, cujus ipse nepos erat, ad Christi fidem Magnum Can Imperatorem Tartarorum fuisse conversum.*

f *Rodulphius* Achæream *vocat, aitque* a Scytis eversam : *a Rodulphio, eadem pæne in omnibus servata phrasi, descripsit Waddingus. Forte illa Marco Paulo Veneto* Arzinga *dicitur lib.* 1, *cap.* 13, *et Aythono cap* 13

g *De eo Armeniæ monte pluribus Adrichomius, Bonfrerius noster, aliique interpretes sacræ scripturæ ad cap.* 8, *Geneseos* 1, 4 *Meminit hujus traditionis Paulus Venetus loco citato*

h *In Catalogo Polychronici, dicuntur duo fuisse Taurisii Minorum domicilia Ibidem* Fr. Jacobus de Camerino, *et* Fr. Bartholomæus Accola *an Chr.* 1321, *degebant, de quibus Waddingus ad eum annum num.* 1 Fr. Jordanes, *ordinis Prædicatorum, ex India scripsit Prædicatoribus et Minoribus in Thaurisio degentibus de quatuor Martyribus Minoritis. Epistolam recitat Waddingus num.* 14. *Taurisii Rex* Abaghas *Fr. Hieronymum Asiobanum aliosque Minoritas Legatos misit ad Concilium Lugdunense II. an. Ch* 1274. *Consule Waddingum tomo* 2, *anno citato num* 6, *et Marinum Sanutum Torsellinum lib* 3, *par.* 13, *cap.* 8, *citatum a Waddingo an Ch* 1289, *num.* 6, *De Taurisio agit Marcus Paulus Venetus lib* 1 *cap* 17

Tauris urbs.

i *In* Saraca, *vel certe* Zizaca, *quæ in Media Ptolemæo eo fere loco, ubi a modernis Geographis* Tauris, *constituuntur, qui tamen velgo veterum* Ecbatana *esse aiunt*

k *Persarum regnum quale eo tempore fuerit, scribit Aythonus cap* 7

l *Plurimorum antiquorum Patrum opinio est, venisse Magos e Perside. Qua de re agit Baronius an. Ch.* 1, *num.* 24, *Baradius tom* 1, *lib.* 9, *cap* 8 *et alii.*

m *An hæc est* Jasdi *Paulo Veneto lib.* 1, *cap.* 20 *memorata? incolæ sunt Mahometani*

n Comum *dicta videtur a Rodulphio, a Waddingo* Karum, *et forte* Crermam *a Paulo Veneto lib* 1 *cap.* 21. *Ceterum Waddingus et Rodulphius aliis locis neglectis iter ita contraxerunt, non absque mendis* Ad urbem Tauris, *inquit Rodulphius,* viceenis a Babylone diebus longinquam permeavit Inde Comum petrexit, et varias percurrens urbes Jeb Persarum extremum oppidum adiit, mox et per Ichthyophagos, Ores, et Gedrosios ad mare Indicum progressus Ormes celeberrimum emporium vidit. *Non videtur Waddingus hanc B Oderici historiam integram habuisse Populi hi Orientis antiqui, quorum non meminit B Odericus,* Gedrosii *inter Carmaniam et Indum fluvium sunt* Ori *et* Ichthyophagi *in tractu maritimo juxta Carmaniam, et Gedrosiam Sed et ad oram maris Arabici juxtaque Troglodytas* Ichthyophagi *fuere, atque alibi*

o *An hæc Ur Chaldæorum, ex qua evocatus est Abraham Geneseos* 11

p *Chaldææ regnum describit Aythonus cap.* 11

Chaldæa.

CAPUT II.

Iter in Indiam. Translatio reliquiarum IV Martyrum.

Iter in Indiam

Abinde recedens veni in *a* Indiam, quæ est infra terram, quam Tartari multum destruxerunt. In ea autem sunt homines pulchri, tantum dactylos comedentes, quorum quadraginta duæ libræ minori pretio habentur quam sit unus grossus Venetus. Ex hac India recedens, transivi per multas terras. Veni ad mare Oceanum. Prima autem civitas, quam inveni, vocatur *b* Ormes, multum bona, et bene murata, et est magna multum mercimoniorum .... In hac contrata utuntur homines navigio, quod vocatur Jassefutum In unum illorum ego ascendi, in quo nullum Fratrum potui reperire. In illa ergo navi per viginti octo dietas, veni in *c* Chanaam, in qua pro Christi fide gloriosum martyrium sustinuerunt *d* quatuor nostri Fratres Minores, sicut inferius est conscriptum. Hæc bene sita est, et habet copiam panis, vini, et arborum diversarum, et fuit antiquitus valde magna. Nam fuit civitas Regis *e* Ponti, vel Parti Regis, qui

cum

Ex ipsius scriptis

cum Alexandro Magno prælium commisit. Hic autem populus idolatrat: nam adorant ignem, serpentes, et arbores. Istam terram regunt Saraceni, qui eam violenter ceperunt, et nunc subjacet imperio Daldili. In hac reperiuntur diversa genera bestiarum, et potissime leones maximæ quantitatis. Sunt vero et simiæ, et cathi magni, et noctuæ magnæ; item mures ita grandes ibi sunt, sicut in terris nostris canes qui dicuntur Depi; imo canes illic capiunt mures, quia murilegi, seu cathi, nihil ad hoc valent, et multæ sunt ibi aliæ novitates.

f reliquias 4 Martyrum secum asportat

6 In hac Chanaa passi sunt quatuor Fratres Minorum martyrium gloriosum *f*..... Istorum corpora bene quatuordecim diebus jacuerunt recentia et integra, sicut eadem die qua martyrium subierunt. Quod videntes Christiani in terra illa, acceperunt corpora, et ea cum magna reverentia (quod longum esset dicere) sepulchro tradiderunt. Tunc ego Fr. Odoricus de Foro-Julii audiens felices Fratres ex hoc mundo per martyrium migrasse, et illuc veni, et apertis sepulchris suscepi ossa eorum humiliter et devote, et pulchris roaliis involuta corpora in Indiam superiorem, ad unum locum Fratrum nostrorum, cum uno Fratre socio et famulo portavi. Omnipotens quoque Deus, qui per Prophetam mirabilis in Sanctis suis dicitur, etiam per istos Sanctos sua voluit mirabilia demonstrare. Cum enim sacra illa ossa per viam sic deferrem, in domo cujusdam hominis hospitio me recepi, et cum cum socio pergerem ad quiescendum, ossa illa meo capiti supposui, et dormivi. Ecce subito domus a Saracenis mihi mortem intendentibus est accensa, et socio cum famulo citius domo exeuntibus, ego in flammis unicus sum relictus. In arcto igitur positus accepi reliquias sacras, et invocato Dei auxilio, in uno domus angulo me collegi. Mira Dei clementia, qui se pie invocantibus non elongat! Tres anguli domus toti comburuntur, *g* illo tantum salvo, in quo cum fiducia residebam. Me tandem sine læsione ignem egrediente tota illa domus, et quamplures illi conjunctæ penitus cremantur.

Psal. 67, 36

per eas incendium evadit

g

ventum prosperum impetrat,

7 Aliud quoque accidit mihi per viam illam eunti: cum enim irem per mare versus civitatem, quæ Polumbum dicitur, ubi piper abundanter crescit, defecit totaliter necessarius nobis ventus. Quapropter idololatræ Deos suos invocantes, ut eis prosperum ventum reddere dignarentur, nec in aliquo profecerunt. Deinde Saraceni orando multum laborabant, nec vero poterant ventum suis supplicationibus obtinere. *h* Post hæc mihi et socio meo mandarunt cuncti qui erant in navi, dicentes: Vos surgentes adorate Dominum Deum vestrum: si vestris orationibus salutem consequamur, honorem vobis maxime impendemus; sin autem, vos cum ossibus istis in pelago submergemus. Tunc nos cum tremore surgentes, tamen spem habentes in Domino, qui maxime adest his qui tribulato sunt corde, orationes Deo et multas Missas celebrate promisimus Virgini gloriosæ. Cum autem nec sic ventum optatum haberemus, ego clamavi ad Dominum Jesum Christum, ut per merita istorum Fratrum dignaretur nostrum desiderium exaudire. Et accipiens de reliquiis sacris os unum, dedi famulo nostro occulte, præcipique ut iret ad caput navis, et illud os in mare mergeret sine mora. Quod cum factum esset, mirificavit Dominus Sanctos suos, et nos clamantes ad se sub nomine eorum mirabiliter exaudivit. Nam mox venit ventus optatæ prosperitatis, qui nos cum salute perduxit ad portum.

h

[...]rum parte in mare demissa

8 Cum autem Polumbum venissemus, aliam navim ascendimus, ut ad superiorem, sicut dictum est, Indiam navigaremus. Transivimus vero ad quamdam civitatem, *i* Sandon nomine, ubi duo loca Fratrum nostrorum sunt constructa, et ibi sanctas reliquias posuerimus. In ista autem navi erant bene septingenti homines idololatræ, præter quosdam alios mercatores: *k* isti autem idololatræ hanc habent consuetudinem, quod priusquam applicant ad portum, totam perquirant navim considerantes quid in ea sit; et maxime si ibi inveniunt ossa mortuorum, mox illa in mare projiciunt, tenentes illam fidem, quod propter hæc pericula in mari eis eveniunt et in aquis. Cum autem sic scrutarentur in navi, licet essent in magna quantitate, numquam tamen illa invenire vel tangere potuerunt, Domino Deo, qui absconderat animas eorum in abscondito faciei suæ, ossa eorum ab infidelibus occultante. Pervenimus ergo ad locum Fratrum, ibique ossa eorum beatorum Martyrum cum magna, sicut decuit, reverentia condidimus et honore. Et sic usque in hodiernum diem Deus omnipotens miracula non solum in fidelibus, sed etiam in infidelibus operatur, nam idololatræ et Saraceni, cum morbo aliquo detinentur, accipiunt de terra illa, in qua beati Martyres suum sanguinem effuderunt, et illam abluentes, ipsam lotionem bibunt, et multi mox ab omni ægritudine liberantur præstante Domino nostro Jesu Christo.

i

hæ frustra ab impiis in navi quæruntur

k

clarent miraculis

9 Notandum, quod in imperio quod *l* Ezaminibar nominatur, ad quod ego Fr. Odoricus applicui, piper nascitur, et non in aliqua parte mundi: nemus, in quo crescit ipsum piper, continet octodecim dietas... A capite istius nemoris versus Meridiem est civitas nomine Polumbum, de qua supra actum est, ibi nascitur melius zingiber de universis terris: tot et tanta sunt mercimonia in illa, quod multis, nisi vidissent, incredibile reputatur..... Ab hoc regno per decem dietas est aliud regnum, nomine *m* Mobar, magnum et latum, habens sub se multas civitates et terras. In hoc positum fuit corpus *n* B. Thomæ Apostoli, ecclesia vero ejus nunc idolis plena est, juxta quam quindecim domus Nestorianorum sunt, qui sunt Christiani, sed pessimi hæretici..... Rex hujus insulæ dives est in auro et argento et lapidibus pretiosis, illic enim tot bonæ perlæ reperiuntur, sicut in aliqua parte mundi. Sunt illic alia multa, quæ scribere longum esset.

l

Odoricus alias Indiæ provincias lustrat.

m

n

a *Hinc Indiam etiam orditur Aythonus cap. 6.*

b Armusia *aliis, quam Maffæus et Jarricus nostri in historiis Indicis describunt, ille pluribus locis, hic tom. 2, lib. 2, cap. 4, et seq. ubi iter ex Europa Armusiam bis quotannis a mercatoribus suscipi solitum refert. Multa quoque de Armusia memorat Nicolaus Trigautius noster in vita Gasparis Barzæi, tert. Apostolici qui isthic Evangelium prædicavit.* Hermes *dicitur Haithono, quod ab* Hermete Philosopho *artificiose sit fundata.*

c Tomam *vocat Rodulphus. Waddingus anno supra citato num. 11* Thanam. Tanam *appellatur* in Vicaria Aquilonis, in custodia Saræ *apud Pisanum, qui addit in loco de Sara sepultum esse Cabaganti fratrem Imperatoris Tartarorum, conversum ad fidem per Minores.*

d *Occisi sunt Kalendis Aprilis tres,* Fr. Thomas de Tolentino, Fr. Jacobus de Padua, *et* Fr. Demetrius *Laicus: triduo post* Fr. Petrus de Senis *an. Ch.* 1321.

e *Into Peri, ut alii.*

f *Martyrium hoc cum altero MS. collatum dabimus suo loco. Recusa [...] Rodulphus ad calcem libri 1. Marcus par. 2, lib. 7, cap. 35, et seqq. Waddingus anno citato.*

g *Addit Waddingus:* perflante suavi aura, quæ ex somno exsurgentem in medio ignis mirifice recreabat.

h *Waddingus aliter sequentia:* Navarcha, *inquit,* Armenus Christianus sua lingua, quam Fr. Odericus callebat, dixit, ut cum socio Fratre Deum rogaret, et ab eo obtineret, quod falsi Dei exhibere non poterant.

i *Rodulphus,* Zaithum. *Waddingus,* Zadonem.

k *Aliter ea narrat Waddingus.*

l *Videntur intelligi regna, quæ Eli et Melibar Paulus Venetus vocat lib. 3, cap. 33 et 34, modernum Malabar.*

m Maabar *Paulo Veneto lib. 3, ca. 23. Modernus* Coromandelia.

n *Idem tradit Paulus cap. 24 et 27. Corpus S. Thomæ* Meliapori in ora Coromandelica *repertum est Joanne III Lusitanorum Rege. De ea inventione agunt Vasconcellus in Vita ejusdem Regis et Maffæus lib. [...] historiæ Indicæ. Vide infra XXI Decembris.*

CAPUT III.

Iter per insulas Oceani Indici.

De hac terra recedens ivi per mare Oceanum versus Meridiem, et infra *a* quinquaginta dietas perveni ad

a

b Lustrat insulas maris Indici, Lomori,

ad quamdam terram, nomine Lomori *b*, in qua ita est immensus calor, quod omnes tam viri quam mulieres incedunt nudi, et nulla se parte corporis operientes. Illi me videntes multum deridebant, dicentes : Deus Adam nudum creavit, cur tu vestitus ambulas contra naturam ?... Terra in se bona est et abundans blado, risi, amaraco, lignis aloe, et camphora, et multis aliis bonis rebus. Ad hanc insulam mercatores veniunt de longinquo, portantes secum homines, quos illi interficiunt ad edendum. In eadem insula est quoddam territorium, nomine Zumptloc, in quo habitat hominum quædam generatio singularis hi quodam ferro parvo et calido cauterizant se in duodecim locis in facie consignando, et hoc faciunt tam viri quam mulieres : isti cum his qui nudi incedunt continuum gerunt bellum. In hac terra magna est rerum copia diversarum. Post hoc est aliud regnum, nomine Resengo, versus Meridiem, et multa, quæ sunt illic, propter prolixitatem scribere non curavi.

c Java,

11 Penes hoc regnum est una magna insula, nomine *c* Java, quæ bene tribus millibus milliariorum circumdatur. Rex hujus Java sub se septem Reges possidet coronatos. Hæc insula multum bene inhabitatur, et est de melioribus Indiæ una. In ipsa nascitur camphora, cubebæ crescunt, et melegetæ, nucesque musquatæ, et multæ species pretiosæ. Illic est magna copia victualium, præter vinum. Rex habet unum palatium tam pretiosum et mirabile, quod multis impossibile videretur. Scalæ hujus palatii sunt magnæ et altæ. Harum graduum unus est aureus, et alius argenteus; pavimentum ejus habet unum laterem de auro, alterum de argento : muri quoque ejus intrinsecus laminis aureis sunt vestiti..... Est tamen tectum hujus domus de auro purissimo fabricatum. Can autem magnus Catay sæpius fuit in bello cum isto Rege in campis, de quo semper iste solenniter triumphavit. Sunt etiam ibi plura alia quæ non pono.

d Pacen, e

12 Penes istam terram jam dictam est alia, quæ dicitur *d* Pacen, (aliqui tamen appellant Thalamasym) cujus Rex multis aliis insulis dominatur. In hac terra reperiuntur arbores farinam producentes.... cum homines farinam habere volunt, operantur isto modo : Arborem enim circa pedem securi incidunt : ex qua incisione quidam *e* liquor defluit; quem colligentes, ponunt in saccis ex foliis factis, et hos saccos dimittunt in sole per dies quindecim ad siccandum. In fine vero illius quindenæ, ex proprio liquore farina optima reperitur : quam ex tunc per duos dies ponunt in aquam marinam: postea lavant aqua dulci, et sic conficiunt bonam pastam, et ex illa faciunt quidquid volunt, sive cibos et pulmenta, et panem multum bonum, de quo ego Fr. Odoricus non solum pro necessitate, sed etiam pro delectatione pluries manducavi. Hic vero panis exterius pulcher est, interius aliquantulum niger apparet. In fine hujus terræ est mare mortuum versus Meridiem, cujus aqua semper currit, etsi aliquis casu circa ripam vadens in ipsam ceciderit numquam ulterius invenitur.. Ab isto regno per multas dietas est aliud regnum nomine Zapa, pulchrorum habens in se copiam victualium et bonorum. Rex hujus terræ, ut dicebatur quando eram ibi, habebat filios et filias bene ducentas nec mirabitur de hoc cum plures habuerit uxores. Hic Rex habuit quatuordecim millia elephantorum domesticorum, qui nutriuntur a villanis sibi subjectis, sicut apud nos boves et alia animalia conservantur....

Zapa, Insulæ variæ, f

13 De hac terra navigans per mare Oceanum reperi multas insulas et terras, quarum una vocabatur Insinezan. Hæc insula est ita magna, quod bene duo millia milliarium per circuitum habet ... Rex istius terræ bene trecentas perlas in collo suo portat. .. Habet etiam unum pretiosum *f* lapidem bene ita magnum, quem sicut una manu gestare possem, et sic tamen in manu eum portat. Ipse quasi flamma ignis inspicientibus apparet : creditur ibi, ita nobilis, quod non possit in mundo pretiosior inveniri. Verumtamen magnus Imperator Tartarorum Cathay hunc lapidem ab isto Rege, nec vi, nec pretio, nec aliquo umquam ingenio potuit obtinere....

Ex ipsius scriptis.

Sylan.

Alia est insula, nomine Sylan, circuitus cujus est plusquam millia milliarium; in qua sunt serpentes innumeri, et alia animalia silvestria maximæ quantitatis et præcipue elephantes. In hac terra est mons quidam magnus, de quo dicunt gentes illæ, quod super eum luxit Adam filium Abel centum annis. In supremo hujus montis quædam planities pulchra, in qua est unus lacus non multo magnus, sed profundus. Hujus laci aquas gentes errore delusæ dicunt esse lacrymas, quas fudit Adam et Eva pro filio suo Abel, cum tamen videatur ipsa aqua de terræ visceribus scaturire..... In descensu hujus aquæ de isto monte fodiuntur rubini optimi, et boni adamantes, et alii lapides valde boni. Unde dicitur quod Rex plures habeat pretiosas gemmas et perlas, quam aliquis in hoc mundo....

g Dodyn, ubi anthropophagos conatur ad humanitatem deducere

14 Ab inde recedens versus Meridiem ad quamdam insulam applicui, nomine *g* Dodyn, quod interpretatur immundum. Ibi mali inhabitant homines, edentes carnes crudas, et aliam immunditiam, quod est abominabile et dicere et audire : habent et hanc malam consuetudinem, quod pater comedat filium, et filius patrem, maritus uxorem, et contra, quod agitur isto modo : Si pater infirmatur, filius accedit ad sacerdotem idolorum, dicens : Domine, pater meus ægrotat : consulite Deum nostrum, utrum possit vivere, an non ? Tunc sacerdos cum eodem euntes ad idolum aureum vel argenteum, orationem faciunt, dicentes : Domine, tu es Deus noster, et nos te pro Deo colimus et adoramus : petimus ut nunties nobis, utrum talis homo ab ægritudine possit liberari. Tunc dæmon quandoque ex idolo de convalescentia respondet; jubens pro curatione illius in fine aliquas fieri cerimonias et oblationes, et docens filium, quomodo nutriat patrem, et qualiter usque ad plenam sanitatem ei debeat deservire. Si autem dicat ipsum evadere non posse; tunc sacerdos accedit ad infirmum, et ponens unum pannum super os ejus, ipsum suffocat, et extinguit. Post hoc cadaver illud in frustra concidit, et præparat ad comedendum Et tunc parentes et amici cum histrionibus de civitate illa ad hoc convivium invitantur. Epulantur itaque cum canticis, et gaudio magno valde. Post hujus ossa accipientes sepulturæ tradunt cum magna solennitate. Si autem aliqui de cognatione ad hoc convivium non fuerint vocati, hoc illi pro verecundia maxima reputabunt Hos ergo ego Fr. Odoricus pro tali ritu plurimum reprehendi. Inter alia, quibus rei hujus irrationabilitatem argui, dixi : Si canis occisus, ab alio cane non comeditur, cur vos existentes homines rationabiles facitis vos bestiis viliores ? Ad quod illi responderunt Hoc ideo facimus, ne vermes eum lacerent, et ex hoc ejus anima sustineat pœnas magnas Quamvis prædicarem illis, quantum valebam et potui, numquam tamen ab hac perfidia discedere voluerunt. Multæ sunt ibi novitates aliæ, et mirabilia quæ non scribo, quia vix aliquis crederet posset, nisi qui propriis oculis hæc vidisset.

a *Ita Waddingus ex Rodulphio. Numerus in MS. haud satis distincte erat expressus.*

b *Ad hunc locum* [illegible] *videtur* [illegible] *ita nudi incedere solitos scribit Paulus Venetus.*

c *Paulo Veneto lib. 3 cap.* 10, insula Java magna in circuitu suo *dicitur* patere tribus millibus milliarium, *et Java minor* divisa in octo regna cap. 13.

d *Pacem Regis et regni* [illegible] *Paulus Venetus lib.* [illegible] *in Septentrionali parte Sumatræ.*

c In

Ex ipsis scriptis

e *De simili liquore agit Paulus Venetus cap. 16, in regno Samara insulæ Javæ minoris, et cap. 22, in insula magna Seilan.*

f *Paulus Venetus cap. 22* rubinum *vocat, et a Rege Seilani insulæ possessum, cui pro eo magno Chamo egregiam urbem ait fuisse oblatam.*

g *Idem cap. 21, anthropophagos constituit in insula Angania.*

CAPUT IV.

Iter per regnum Manzy.

De magnitudine hujus inferioris Indiæ a multis, quibus hæc nota est, diligentius exquisivi: qui omnes uno ore protestantur, quod bene viginti quatuor millia contineat insularum, in qua etiam sunt sexaginta quatuor Reges coronati: major pars Indiæ ab hominibus inhabitatur. Cumque navigarem per mare Oceanum versus Orientem per multas dietas, ad unam nobilem *a* provinciam Manzy ego deveni, quam superiorem Indiam vocamus. De ista sollicite quæsivi a Christianis, Saracenis, et idololatris, ab omnibusque Officialibus magni Can, qui omnes eodem modo fatentur, quod hæc Manzy habet bene duo millia magnarum civitatum, quæ tam grandes sunt quod bene Tarvisium et Vicentia intra muros ipsarum cujuslibet possent stare: unde tanta multitudo hominum est illic, quod apud nos multum incredibile videretur. Est etiam ibi copia panis, vini, risi, carnium, piscium, et omnium quæ ad humanos usus necessaria requiruntur. Hujus provinciæ homines omnes sunt artifices et mercatores, qui nunquam depauperantur, nec unquam aliquis eleemosynam sibi petit. Viri sunt corpore satis pulchri, sed pallidi, habentes barbam ita raram et longam sicuti murilegi, id est cati: mulieres nimium sunt formosæ. Prima civitas hujus provinciæ, quam intravi, vocatur Soustalay, quæ bene est ita magna sicut tres Venetiæ essent. Hæc distat a mari per unam dietam, posita super unum flumen, cujus aqua propter ipsum mare adscendit ultra terram bene duodecim dietis. Omnis populus hujus civitatis, et totius provinciæ Manzi, idola colunt. Civitas autem ista sola plus habet de navigio et mercationibus, quam tota Italia posset habere. In hac etiam civitate bene centum libræ zingiberis recentis possunt haberi uno minori grosso Veneto...

a Ingreditur regnum Manzi

Lustrat urbes Soustalay

16 Ab inde recedens, et per multas terras et civitates transiens, veni ad nobilem civitatem Saiton. Illic est copia bonorum omnium, quæ necessaria sunt humanæ vitæ. Tres etiam libræ et unciæ zingiberis minori dimidio grosso emuntur. Hæc civitas ita est magna, sicut bis Bononia ab omnibus æstimatur. Multa sunt illic monasteria religiosorum idola colentium. In uno monasterio ego fui, in quo erant tria millia religiosorum illorum, qui sub cura sua habebant undecim millia idolorum. Et inter illa unum videbatur ita magnum sicut S. Christophorus depingitur circa nos. In hora qua isti diis suis dant ad manducandum contigit me interesse, et vidi quod omnia cibaria, quæ illis offeruntur a populo, sunt calidissima, et isti sic calida coram diis suis elevant, ita quod vapor in eorum facies ascendit. Et hoc modo ipsos asserunt comedisse, substantiam vero ciborum ipsorum ipsi sumunt, et pro suis usibus reservant. De hac exiens versus Orientem, veni ad quamdam civitatem, nomine *b* Suctro, quæ in circuitu triginta milliaria dicitur habere, in qua sunt majores galli quos vidi, gallinæ vero ita magnæ non sunt, sed sunt albæ sicut nix, plumas et pennas non habentes, sed lanam deferunt sicut pecus. Hæc civitas est pulchra valde et sita super mare. Recedens inde in octodecim dietis, transivi per multas terras et civitates, et veni ad unum montem magnum, in cujus latere uno omnia animalia morantur, ex alio autem latere quæ ibi morantur animalia sunt alba... Transiens hinc in octodecim dietis, per multas civitates et terras, veni ad unum flumen magnum ibique applicui ad unam civitatem, quæ per transversum istius fluminis erat sita....

Saiton

b Suctro

17 Hinc recedens veni in quamdam civitatem *c* Chamsana, quæ dicitur Civitas-cœli. Hæc major est omni alia quam conspexi. In circuitu enim fere habet centum milliaria, et populosissime inhabitatur, imo raro est domus, quæ non decem vel duodecim suppellectibiles, id est, familias in se habet. Habet duodecim portas principales; et prope æqualiter, forte ad octo milliaria, sunt civitates, majores quam esset civitas Venetiarum et Padua. Unde itur bene per sex vel septem dietas per unum illorum burgorum, et videtur modicum measse. Hæc civitas sita est in aquis lacunarum, quæ stat sicut civitas Venetiarum. Ipsa etiam habet plusquam duodecim millia pontium, et in quolibet morantur fortes homines custodientes hanc civitatem pro magno Cane. A latere hujus civitatis labitur unum flumen, juxta quod ipsa sita est, sicut Ferraria juxta Padum... Illic est copia panis, vini, carnium, et aliqua genera potus nobilissima, et omnium victualium abundantia reperitur. Hæc est civitas regia, in qua Rex Manzy morabatur. In ea nostri Fratres quatuor prædicti ad fidem Christi unum potentem hominem converterunt, in cujus domo ego continue hospitabar, et ille mihi aliquando dixit: Ara, id est, Pater, vis venire ad perdeductionem conspicere civitatem? Tunc consentiente me, ascendimus simul in unam barcham, et ivimus ad quoddam magnum monasterium religiosorum, qui sunt illic. Et evocato ad se uno ex illis, dixit: Vides hunc Rabi Francum, id est, virum religiosum? Iste venit a regionibus ubi sol occidit, et nunc vadit Cambalech, ut roget pro vita magni Can. Ideo aliquid sibi ostendas, ut si aliquando reversus fuerit.. ..... novum et rarum in Chamsana ego vidi. Ille autem respondit se velle aliquid libenter demonstrare. Deinde magnas duas sportas accepit plenas, quæ mensæ superfuerant fragmentorum, et aperta porta nos in quoddam viridarium introduxit. Erat autem in eo monticulus quidam plenus arboribus amœnis: acceptoque uno tintinnabulo cœpit pulsare. Ad cujus sonitum mox animalia multa et diversa de illo monticulo descenderunt, sicut essent simiæ, cati,... et plura alia, et quædam quæ faciem hominis videbantur habere. Et cum videremus de bestiis usque ad tria millia circa ipsum ordinate convenisse, ille parapsides posuit, et illis sportis secundum naturæ suæ... distribuit illis cibum. Et cum comedissent, iterum cymbalum pulsans, animalia ad loca propria remeabant. Ego autem multum ridens illi seni dixi: Edissere mihi, quid ista significent. Ait ille: Istæ sunt nobilium virorum animæ, quas nos hic pascimus amore Dei. Ad quod ego: Ista animalia non sunt animæ, quæ spirituales sunt, sed solum bestiæ corporales. Respondit ille: Non sunt animalia, sed animæ defunctorum. Et adjecit: Sicut hic quilibet nobilior fuit, sic anima ejus in nobilius animal transformatur: animæ vero rusticorum vilibus animalibus se conjungunt. Et licet multa sibi dicerem, et prædicarem, nunquam tamen ipsum ab hac perfidia potui revocare. Si quis velit hujus civitatis magna et mirabilia, quæ in ea sunt, scribere, vix unus quaternio posset omnia continere.

c Chamsana, sive Quinsay.

ubi metempsychosim ab incolis creditam refutat,

18 De hac recedens per sex dietas veni ad aliam civitatem magnam, nomine Chyleso, bene muratam, ad quam sunt quadraginta pontes lapidei pulchriorum de hoc mundo. In hac civitate fuit prima sedes Regis Manzy, hæc bene a gentibus inhabitatur. Hinc exiens veni ad fluvium magnum, nomine Tannay... Cum autem per istud flumen transissem, per multas civitates veni ad unam, nomine Janzi, ubi locus est Fratrum Minorum. ... Ab hac civitate est quædam alia civitas in capite fluminis Thanay, nomine Mensy per decem milliaria ab illa, quæ habet majus et pulchrius

Chyleso.

chrius navigium cunctis terris, omnes naves ibi sunt albæ sicut nix zesso depictæ, et multa sunt illic aliis variis decoribus ordinata. Recedens ab hac per octo dietas per multas civitates et terras, per aquam dulcem veni ad civitatem quamdam, nomine Lensium, quæ sita est super unum flumen Tharamorim nomine. Hoc flumen per medium Chathay transit cui damnum magnum infert cum inundat, sicut est Padus transiens versus Ferrariam. Cum autem irem per hoc flumen versus Orientem, transiens per multas civitates et terras, per plures dietas, veni ad civitatem nomine Sucumat, quæ ibi quo major carentia serici solet esse, tunc quadraginta libræ habentur octo solidis grossorum minorum. In ea sunt mercimonia, et copia panis et vini et omnium victualium.

Lensium

a *Hic describi regnum Sinarum vix dubium erit ei, qui hæc contulerit cum iis quæ Nicolaus Trigautius noster de hoc regno et Christiana apud Sinas expeditione scripsit.* Mangi *appellat Paulus Venetus, et in novem regna divisum scribit cap.* 64, *lib.* 2.

b *Videtur* Suceu *Trigautio dici lib.* 4, *cap.* 4. *qui asserit instar Venetiarum super aquas, sed dulces, ædificatam.*

c Quinsai, Civitas-Cœli *dicitur Paulo Veneto cap.* 63 *et* 64, *ejusque etiam circuitum statuit circiter centum milliarium, in eaque reperiri ait pontium lapideorum duodecim millia,* ob fundum, *ut Venetiis,* paludinosum.

CAPUT V.

Iter per regna Cathay et Thibet. Conversio infidelium.

Inde recedens per multas civitates et terras versus Orientem, veni ad illam nobilem civitatem *a* Chambalech, quæ vetus est et antiqua in provincia Chatay. Hanc ceperunt Tartari, et abinde a dimidio milliari unam civitatem, nomine Thayde, construxerunt. Hæc duodecim portas habet, et intra quamlibet earum sunt duo milliaria magna; et numquam civitas bene per homines habitatur. Harum civitatum circuitus plus ambit quam quadraginta milliaria magna. In civitate magnus Cham sedem imperii sui habet, palatium ibi magnum habet cujus muri per quadrum se extendunt, infra quod spatium multa sunt pulchra palatia ædificata.... Ego Fr. Odoricus mansi ibi tribus annis et festis regis sæpius interfui. Nam nos Fratres Minores in hac curia habemus locum pro nobis specialiter deputatum, et nos semper oportet primos procedere, et dare Domino Regi nostram benedictionem. Diligenter etiam de ipsis histrionibus inquisivi a Christianis, Saracenis, cunctisque idololatris, non modo ab illis qui per me ad fidem Christi conversi sunt, quorum plures in illa curia sunt magni Barones aspicientes solummodo ad personam Regis..

a

In Cambalech habitat tribus annis

20 De hoc imperio Chatay recedens versus Orientem in quinquaginta dietas, transeundo per multas civitates et terras, veni in terram Pretesoan, de qua centesima pars non est, sicut olim dicitur fuisse cujus autem principalis civitas Tozan vocatur, quæ sola de melioribus est in terra, multas et sub se habet civitates,. . Deinde per multas dietas veni ad provinciam quæ Kansan vocatur. Hæc provincia est una de duodecim partibus magni Canis. De hac recedens veni ad unum magnum regnum, nomine *b* Tibet, quod ipsi Indiæ contiguum est et subjectum est magno Cani, ibi panis et vini abundantia reperitur. Gens hujus terræ moratur in tentoriis ex filtris nigris factis, civitas principalis tota est ex muris albis et nigris ... In hac civitate moratur Abbassi, quod sonat Papa in illa lingua. Iste caput est omnium idololatrarum quibus secundum morem suum distribuit gradus et beneficia dignitatum.

transit per Pretesoan

Kansan.

b

in regnum Tibet

21 *c* In terra hac omnipotens Deus nostris Fratribus contra immundos spiritus magnam contulit potestatem. Nam sic eos ejiciunt ab obsessis corporibus, sicut qui ex facili de domo expelleret unum canem: ideo multi a dæmonibus obsessi, et catenis ligati, ad ipsos Fratres per decem dietas et amplius adducuntur. Illi autem, qui sic a dæmonio liberantur, mox se permittunt et petunt sacro baptismate purificari. Tunc Fratres idola filtro facta, quæ isti coluerant, accipiunt portantes secum Crucem et aquam benedictam, ad ignem pro hoc paratum deferunt ad cremandum. Tunc omnes de contrata illa conveniunt ad spectaculum, cupientes videre qualiter dii vicinorum suorum a Fratribus comburuntur. Et cum Fratres idola in ignem projiciunt, frequenter agente diabolo prosiliunt extra ignem. Tunc ipsi benedicta aqua ignem aspergunt et idola penitus incinerantur. Indignatus ergo Sathanas cum suis, quia vasa diu possessa amisit, in aere vociferatur, dicens : Videte qualiter de meo habitaculo cum injuria sum expulsus: propter hoc multi de gentibus illis ad baptismi gratiam convertuntur.

c

Ex ipsius scriptis. *Multi ad fidem convertuntur ab ejus sociis.*

combustis idolis

22 Aliud quoque stupendum et terribile ego vidi. Cum enim irem per unam vallem, quæ sita est super flumen deliciarum, multa corpora mortuorum ibi vidi. Audivi etiam in hac valle cantum diversi generis musicorum, maxime autem citharæ, quæ ibi mirabiliter pulsabatur. Unde propter tumultum, clamorem, et cantum istorum, timor mihi maximus incumbebat. Hæc vallis longa est, scilicet octo milliarium terræ, in quam, ut dicitur, si quis intraverit, ibi moritur, et numquam de cetero revertitur. Et licet hoc pro certo audiverim, tamen intrare volui, confidens in Domino, ut viderem finaliter quid hoc esset. Et cum intrassem, ut dixi, vidique corpora mortua, quæ innumerabilia videbantur. In uno latere hujus vallis, in quodam saxo, vidi faciem hominis; quæ sic aspectu erat terribilis, quod præ timore nimio putabam me spiritum exhalare. Idcirco illud Evangelicum, Verbum caro factum est, ore meo continuo proferebam : ad ipsam autem faciem accedere non audebam, sed tremens ac stupens ab ipsa septem vel octo passibus ego steti : deinde transivi ad alium finem vallis : super montem arenosum ascendi, de quo circumspiciens nihil videbam penitus præter unam citharam, quam pulsari audiebam. Cum autem essem in vertice montis, inveni illic argentum multum, quasi squamas piscium congregatum; de quo accipiens posui in gremio, et quia non indigui, nec de eo multum curavi, iterum illud in terram projeci, et sic protegente me Deo absque periculo exivi, et ad habitationes hominum remeavi. Saraceni vero omnes, cum rescirent me hanc vallem pertransisse, et sine periculo evasisse, reverentiam mihi exhibebant dicentes me esse beatum et sanctum. Illos autem mortuos, nescio qua delusione ac phantastica imaginatione decepti, dicebant esse homines, dæmonum infernalium

Varias præstigias dæmonis contemnit et superat B. Odoricus

23 Ego Frater Odericus de Foro-Julii testificor coram Deo et Jesu Christo, quod omnia hæc, quæ hic scripsi, aut propriis oculis vidi, aut a majori parte fide dignorum hominum hæc audivi. Multa alia vidi, quæ non scripsi, quia hominibus terrarum nostrarum impossibilia viderentur, nisi qui eas in terris infidelium, sicut ego peccator, adspexissent.

Liber Epilogus

a *Paulus Venetus* Cambalu *vocat, et pluribus describit lib.* 2 *cap.* 9, 10, 11 *de magno Canonem, cap.* 12, 13 *et seqq. Hanc civitatem hoc tempore Pechinum,* [illegible] *Paquinum dici, et Sedem Sinensium Regum esse arbitratur Trigautius noster lib.* 1 *de Christiana expedit. apud Sinas cap.* [illegible] *Alii aliter sentiunt. In Cambalech* [illegible] *Joannes de Monte Corvino anno Chr.* 12[illegible] [illegible] *creatus an. Chr.* 1307. *Additi Episcopi septem suffraganei,* [illegible] *ordine Minorum. Ita Waddingus* [illegible] [illegible] *in Cathay* [illegible] [illegible] Vicarium Aquilonis, *hunc vero* Vicarium [illegible] *in Cambalec in palatio magni Canis habent* Fratres locum.

b [illegible] *Tibet* [illegible] *Paulus Venetus lib.* 2, *cap.* 36 *et* 37 [illegible] *Antonius Andrada* [illegible] 1626 [illegible]

c [illegible] 1331 [illegible] *Odoricus a Fratribus* [illegible]

Ex ipsis scriptis

APPENDIX.

Auctoribus Marchisino, et Henrico.

Hymno cum sociis cantato excepit in itinere Magnum Chanum Imperatorem.

Ego Frater Marchisinus de Baiadon, Ordinis Fratrum Minorum, protestor, quod a Fratre Odorico prædicto dum adhuc viveret, audivi plura quæ non scripsit. Dixit enim quod semel dum Chan magnus Imperator Tartarorum iret de Cambalech Sandon, ipse Frater Odoricus erat cum quatuor Fratribus Minoribus sub umbra unius arboris juxta viam, ubi ipse Chan erat transiturus. Et cum jam appropinquare cœpisset unus Fratrum illorum, qui erat Episcopus, indutus Pontificali ornatu accepit crucem, et impositam baculo in altum erexit. Tunc hi quatuor cœperunt altis vocibus hymnum, Veni Creator Spiritus, decantare. Quo audito ipse Chan quæsivit a vicinioribus sibi Principibus, quid hoc esset. Cui responderunt illos esse quatuor Rabanth Franci, id est, religiosi Christiani. Et vocans eos ad se, et visa cruce erexit se in curru, depositoque galerio capitis sui humiliter deosculabatur crucem. Et quia statutum est, ut nullus audeat appropinquare currui suo vacuis manibus, idcirco Frater Odoricus parvum calatum plenum pomis pulcherrimis obtulit ei pro xenio. Et ille duo poma sustulit : et de uno comedit, alterum vero in manibus gestans tum recessit. Ex quo luculenter apparet, quod ipse Chan aliquid sapit de fide Catholica, et hoc per inductionem Fratrum Minorum, qui in Curia sua continue morantur. Istud autem galerium, quod ob reverentiam deposuit, prout audivi a Fratre Oderico, ex gemmis et perlis pretiosis factum est, et plus valet quam tota marchia Tarvisina.

poma offert

ut novos socios adsciscat, redit in Europam

2 Beatus autem vir Odoricus, cum anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo de partibus infidelium ad suam provinciam remearet, scilicet Marchiam Tarvisinam, Curiam summi Pontificis, videlicet Domini Joannis XXII, adire disposuit, ut ab eo licentiam peteret, quod quinquaginta Fratres de quibuscumque provinciis collectos, qui voluntarii essent, ad eundum, secum duceret ad seminandum fidem in partibus transmarinis. Cum autem recederet de Foro-Julii, unde natus erat, et venisset Pisis, gravi infirmitate correptus est. Eapropter ad locum suum redire compulsus est : et veniens in Utinum, quæ est civitas de Foro-Julii, anno Dominicæ Incarnationis MCCCXXXI, postridie Idus Januarii, de hujus mundi naufragio transiit ad gloriam Beatorum. Sed innumeris virtutibus, et multis miraculis nunc coruscat: nam ad tumulum ejus cæci, claudi, surdi, muti, et alii diversis morbis prægravati, per merita ipsius accipiunt gratiam sanitatum a Domino Jesu Christo. Hoc testatus est litteris suis in Curia Papæ Patriarcha Aquileiensis, in cujus diœcesi hæc fiunt. Et protestatur Styria et Carinthia, et multi de Italia et regiones plurimæ circumquaque.

moritur

claret miraculis

Epilogus Henrici, qui hæc transscripsit

3 Ego Frater Henricus, dictus de Glatz, qui prædicta omnia transscripsi existens Avenione in Curia Domini Papæ anno Domini supradicto, si non intellexissem ibidem de felice Fr. Odorico, et sociis qui secum fuerant, tot perfectiones et sanctitatis ejus opera, vix aliquibus hic per eum descriptis credere potuissem : sed coegit me vitæ suæ veritas dictis ejus fidem credulam adhibere. Scripsi autem hæc anno Domini trecentesimo quadragesimo in Praga, circa festum omnium Sanctorum, et copiosius ea audieram in Avenione.

XV JANUARII.

SANCTI QUI XVIII KAL. FEBR. COLUNTUR.

S. Abacuc, S. Michæas, } Prophetæ, in Judæa.
S. Pansophius, Martyr Alexandriæ.
S. Secundina, Virgo et Martyr, Anagniæ in Latio.
S. Cresconius, S. Zeno, S. Menelaus et alii, } Martyres in Ægypto.
S. Cornelius, S. Cœlestius et alii, } Martyres in Oriente.
S. Ephysius, Martyr in Sardinia.
S. Macarius Ægyptius, Abbas.
S. Isidorus, monachus et Presbyter Alexandriæ.
S. Maura, S. Britta, } Virgines apud Turones in Gallia.
S. Alexander, Abbas et institutor Acœmetorum, Constantinopoli.
S. Joannes Calybita, monachus Acœmetus, et propter Deum mendicus, Constantinopoli.
S. Maurus, Abbas Glannafoliensis in Gallia.
S. Ida, sive Ita, Virgo in Hibernia.
S. Tharsitia, Virgo, Rutensis in Gallia.
S. Bonitus, Episcopus Arvernorum in Gallia.
S. Ablebertus, sive Emebertus, Episcopus Cameracensis in Belgio.
S. Maurus, sive Mortuus-natus, Eremita, Hui in Belgio.
S. Ceolulphus, Rex Northumbriæ in Anglia, dein monachus.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Martina, Virgo et Martyr, *tempore Pauli III, Papæ culta fuit hoc die officio trium Lectionum, ut patet ex Breviario Romano, quod Cardinalis Quignonius concinnavit. Colitur jam officio semiduplici XXX Januarii. Acta dedimus die ejus natali* I *Janu.*

S. Macarium Alexandrinum, discipulum S. Antonii, *refert hoc die Felicius. De eo egimus* II *Janu.*

S. Paulus Thebæus, primus Eremita, *colitur hoc die officio semiduplici ab Ecclesia Romana, et refertur a Molano, Felicio, Menæis etc. ab aliis XIX Januarii. Vitam dedimus* X *Janu.*

S. Designatus, Episcopus Trajectensis. *Ferrar. De eo egimus* XIII *Janu.*

S. Pontianus, Martyr Spoletinus, *memoratur hoc die in Viola SS. Haganoæ an.* 1508, *excusa. Ejus Acta dedimus* XIV *Janu.*

S. Fulgentius, Episcopus Astigitanus, *Berzocanæ, ubi ejus corpus diu quievit, colitur XV Januarii; aliis diebus alibi. De eo egimus* XIV *Janu.*

Sacrum conjugium B. Mariæ Deiparæ et S. Joseph, *celebratur hoc die officio duplici ab Ecclesia Nannetensi, ab aliis alio die, ut XXIII Januarii dicemus.*

Festum sanctissimi nominis Jesu *a quamplurimis Ecclesiis Belgicis et aliis agitur hoc die, et pluribus inscriptum est Martyrologiis. PP. Minorum rogatu (qui tamen XIV Januarii id celebrant, uti et Servitæ, atque alii) anno* 1530, *institutum scribit Petrus Galesinius in Notis. Potius confirmatum, aut restauratum dixisset: nam prius viguisse, patet ex vetustis Breviariis et Martyrologiis diu ante Clementis Pontificatum tum cusis tum manu exaratis. De ea Catholicorum pietate, ejusque antiquitate, præclara sunt quæ habet Antonius Quintanadvennas noster lib. de SS. Hispalensibus.*

S. Lucerius Diaconus, Antiochiæ *MS Martyrologium S. Hieronymi, in quo et antea VII Janu.* Lucerius Diaconus, *qui aliis* Clerus; *uti et XIV* Lucerius, *qui* Clerus. *Hicne ab utroque diversus sit, ambigimus.*

S. Clarissima, Martyr sub Diocletiano in Græcia, *memoratur a Ferrario, qui citat tabulas Græcorum: in quibus tamen nullam* Clarissimam *reperimus, nisi sit* Epiphane, *vel* Epiphania, *de qua XII Julii agitur.*

Sanctos sex Patres in pace finitos *referunt hoc die Menæa. Quinam illi sint, an aliis forte diebus separatim religioso cultu celebres, haud scimus.*

S. Mauri Abbatis *corpus asservari in vico* Membrillar, *juxta* Badajoz *Hispaniæ urbem, et festum illius agi XV Januarii, scribit Joannes Marietta lib.* 18, *cap.* 12, *et se ex incolis sedulo quæsisse, quis esset ille* Maurus Abbas, *an S. Benedicti discipulus, qui hoc die colitur, an alius aliquis; nihil certi discere potuisse, nisi esse ibi corpus* S. Mauri Abbatis.

Eligius *quidam a* S. Mauro Abbate, *ut in ejus Vita infra hoc ipso die narratur, gravissima ægritudine liberatus, dein in Lirino insula monachus fuit. Recensetur a Vincentio Barrali Salerno inter Sanctos illius sacrati asceterii, cum tamen de eo aliud nihil proferat, nisi testimonium illud sanitatis recuperatæ, et vitæ religiosæ susceptæ. Sanctis quoque in Martyrologio Gallicano annumerat Saussaius.*

Bigitanus Episcopus in Scotia, *memoratur a Ferrario, et Camerario. Adhuc nobis ignotus.*

Isidorus, Episcopus in Sicilia, discipulus S. Gregorii Papæ, *a Constantio Felicio statuitur hoc die. Felicium sequitur Wion, sed cujus Sedis Episcopus fuerit, fatetur pervestigare se nequivisse. Wionem citant et sequuntur, absque alia auctoritate, Menardus, Dorganius, Octavius Cajetanus, Ferrarius, Rocchus Pirrus.*

Alfredum, *vel* Alfridum, *Regem Northumbriæ*, Sanctum *appellat, et monachum fuisse scribit Arnoldus Wion lib.* 4, *Ligni Vitæ cap.* 6. *Wionem secuti sunt Wilsonus et Ferrarius, qui ambo hoc die eum retulere; ille vero in posteriori editione Martyrologii Anglicani XIV Martii. Videtur Wion loco Bedæ lib.* 5, *cap.* 13, *perperam intellecto inductus ut monachum crederet, cum Beda non* Alfredum, *sed* Drithelmum, *Alfridi rogatu in monasterium receptum testetur. Wernerus Rolevinck a Wione citatus, non* Alfredum *Nordhumbrorum, sed* Adulfridum, *vel* Alfridum, *aut potius* Ethelredum, *Merciorum Regem monachum factum scribit, de quo nos IV Maii.* Alfridus *Northumbriæ XIX Kal. Januar. mortuus est anno* 705, *succedente Osredo, filio, ut scribunt Wigorniensis et Westmonasteriensis. De Aelfredo Occidentalium Saxonum Rege, atque Angliæ monarcha, agemus* 28 *Octobris.*

Bamba, *sive* Wamba, *Hispaniæ Rex*, Sanctus *indigitatur a Benedicto Dorganio hoc die, et Wione. Honorifice translatum est ejus corpus* Philippo II, *curante. Haud tamen omnino adhuc exploratum nobis, an ut* Sanctus *colatur.*

Godefridus, *sive* Gaufridus de Perona, Prior Claravallis, *a Chrysostomo Henriquez in Menologio Cisterciensi* Beatus, *vel* Beatus, *appellatur, a Saussaio* Pius *accensetur.*

Conanus,

EX VARIIS

Conanus, *sive* Cunanus, Marganensis in Wallia Abbas instituti Cisterciensis, *a Chrysostomo Henriquez in Menologio refertur hoc die, et* Beatus *appellatur. Illustria sunt, quæ de illius virtutibus narrat Silvester Giraldus in Itinerario Cambriæ lib. 1, cap. 7. Verum an Sanctorum, aut Beatorum catalogo legitime insertus sit, nos latet. Abest a Martyrologio Anglicano.*

Heylecka, Reclusa sanctissima, Coloniæ, *refertur hoc die a Chrysostomo Henriquez in Menol. ab aliis XIV Janu. ut isthic diximus.*

S. Sulpitii Pii, Bituricensis Episcopi, Translatio, *in plurimis hoc die consignata Martyrologiis, Bedæ vulgato, Adonis, Saussati, Menardi, aliis. De ea agemus ad ejus vitam* XVII *Janu.*

S. Marius, S. Martha, Martyres. *MS. Martyrol. cœnobii S. Maximini Treviris. Acta eorum dabimus* XIX *Janu.*

S. Stephani templum in monasterio S. Euthymii *hoc die* dedicatum *anno 460, ut ad ipsius* S. Euthymii *vitam cap.* 16, *nu.* 99, *dicetur* XX *Janu.*

S. Anastasius Persa, monachus et Martyr, *refertur hoc die in Menologio Græcorum. De eo agemus* XXII *Janu.*

S. Elidius Martyr, Arvernis, *Ferrar. De eo et* S. Præjecto, *agemus* XXV *Janu.*

Institutio sacræ militiæ Calatravæ sub S. Raymundo Abbate Fiteri anno 1159, *his ipsis verbis in Kalendario Cisterciensi Divione excuso consignata est. De ea agemus ad ipsius* B. Raymundi *vitam* I *Febru.*

S. Maximus, *sive* Maximianus, Episcopus Nolanus, *de quo in gestis* S. Felicis *Presbyteri XIV Januarii actum est, refertur hoc die in Martyrologio Romano, et aliis. Colitur ab Ecclesia Beneventana, quæ aliquibus ejus reliquiis gloriatur, VIII Februarii, ast in sua, id est, Nolana, quam sequemur,* VII *Febru.*

S. Cointa, Virgo et Martyr, Alexandriæ. *Carthus. Colon. in addit. ad Usuard. Nos* VIII *Febru.*

S. Accas, Episcopus Hagulstadiensis in Anglia. *David Camerar. ut Martyrologium Anglicanum* XIX *Febr.*

S. Probus Episcopus Reatinus, *refertur hoc die a Galesinio, iterumque ab eo et pluribus aliis* XV *Martii.*

S. Josephi nutritii Christi commemoratio *videtur aliqua hoc die celebrari ab Ecclesiis Germanicis, nam eam hic consignant Carthusiani Colonien. Martyrol. Colon. et Canisius. De eo agemus* XIX *Martii.*

S. Prochorus, unus e LXX Christi discipulis, *hoc die inscriptus reperitur Kalendario Coptico. Colitur ab Ecclesia Romana* IX *April.*

S. Antonina Virgo, una de sodalibus S. Ursulæ, *refertur hoc die in nova editione Martyrologii Anglicani. Celebratur ejus Translatio XIX Januarii; solemnius feria 2 Pentecostes. De ea agemus* XI *Maii. atque in historia Ursulana* XXI *Octob.*

S. Mauritii Translationem, *Augustæ Taurinorum hoc die summa celebritate recoli tradit Ferrarius. De ea agemus, cum illius gloriosi Martyris Acta dabimus,* XXII *Septemb.*

S. Firmini, Episcopi Ambianensis et Martyris, inventio *recoli hoc die in quibusdam Ecclesiis consuevit, ut patet ex veteri Missali Cameracensi, ab aliis XIII Janu. ut diximus. De eo agemus die ejus natali* XXV *Septemb.*

S. Romedius, *sive* Remedius, Confessor, *colitur hoc die Tridenti, ut auctor est Ferrarius, qui I Junii agi ecclesiæ ipsius dedicationem scribit, obiisse ipsum XIII Januarii. Ast in Vita, quam e veteribus MSS. to.* 3, *Bavariæ sanctæ exhibet Raderus noster, consentientibus quibusdam Martyrologiis, dicitur obiisse et coli* I *Octob.*

S. Remedius, Episcopus Remensis. *Canisius, Carthus. Colonien. in addit. ad Usuardum. Martyrolog. MS. S. Hieronymi, sed auctum, ut vel hinc patet, est enim* S. Remigius *de quo agemus* I *Octob.*

S. Charitina Martyr. *Menolog. Græcorum. Eadem videtur quæ in eodem Menologio, ac Martyrologio Romano et aliis, refertur* V *Octob.*

S. Cosmas, Episcopus Maiumæ, *refertur in Menæis hoc die et iterum, uti et in aliis plurimis,* XIV *Octob.*

S. Felix, Episcopus Tubzacensis in Africa. *Carthus. Colon. in addit. ad Usuard. et Canisius, Acta etiam, quæ in MS. Ultrajectino, et in Agonibus Martyrum Lutetiæ excusis extant. De eo cum Martyrologio Romano et aliis agemus* XXIV *Octob.*

S. Macarii, Aberdonensis in Scotia Patroni, ecclesiæ dedicationem *memorat hoc die Ferrarius in Notationibus ad generalem SS. catalogum. Lesleus et Conæus hujus* S. Macarii *meminerunt. Camerarius festum ejus celebrari solere tradit* XIII *Novemb.*

S. Maximus, Abbas juxta Aureliam, *refertur in MS. quodam Kalendario SS. ord. S. Benedicti. Colitur* XV *Dec.*

DE SS. PROPHETIS ABACUC ET MICHÆA.

§ I. *Reliquiæ utriusque inventæ. Dies Natalis.*

XV JANUARII

Coluntur sancti Prophetæ Abacuc et Michæas ab *Ecclesia Hierosolymitana, (cujus Kalendarium exhibet Waddingus to. 3 Annal. Minor. ad an. Ch. 1342,) officio semiduplici, hoc die. Quædam vetera MSS. Martyrologia solius Abacuc hic meminere, vetus Romanum et cetera Latina utrumque. Beda, Ado, Usuardus, Rabanus, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Galesinius, Canisius, sub Arcadio et Honorio repertas sanctorum horum Prophetarum reliquias tradunt, Romanum Martyrologium sub Theodosio seniore. In Judæa, inquit,* SS. Habacuc et Michææ Prophetarum, quorum corpora sub Theodosio seniore divina revelatione reperta sunt, *et reliqua, ut patet ex Sozomeno, Nicephoro, et aliis. De Inventione primum, deinde de singulis separatim agemus.*

SS. Michææ et Abacuc reliquiæ inventæ.

2 *Sozomenus lib. 7, historiæ Ecclesiasticæ cap. 28.* Abacuc, et post eum non longo intervallo Michæas, inter Prophetas primi, circa illa tempora apparuerant. Amborum autem corpora (ut intellexi) per divinam in somnis visionem indicata sunt Sebomio tunc temporis Eleutheropolis Episcopo. Erat autem nomen ejus civitatis Cela, quæ antea Ceila vocabatur, in qua repertus fuit Abacuc. At Barathsatia locus est circiter decem stadiis ab ea civitate distans, in quo Michææ sepulchrum erat, quod Monumentum fidele vocabant indigenæ, ignari quid dicerent, Nephsameemana lingua patria appellantes. Satis igitur opportuna et hæc ad Christianæ doctrinæ celebritatem, sub hoc imperio contigerunt. *Cassiodorus historiæ Tripartitæ lib. 9, cap, 49, ex Sozomeno paraphrastice.* Abacuc et Michææ Prophetarum corpora (sicuti audivi) hoc tempore sunt ostensa revelatione divina, cum Zebennus tunc Eleutheropolitanam gubernaret Ecclesiam, in vico qui prius vocabatur Ceila, in Berethsatia prædio quod distabat ab urbe ferme stadiis decem. Circa hunc locum sepultura Michææ fuit, quam nescientes quid dicerent provinciales, O fidelem memoriam vocitabant.

3 *Idem quoque narrat Nicephorus lib. 12, cap. 48, qui* Celam *olim* Celiam *cum Cassiodoro dictam scribit, locum vero ubi Michæas inventus est appellat* Berathpsia, *sepulchrum, vocatum ab accolis* Nephsameemana *. ut Cornelius a Lapide noster præfatione in Michæam,* Nephsameemana, *id est,* Animam fidelem, *vel* Corpus fidele, *nam animam pro corpore, etiam mortuo, interpretes usurpant. Deinde addit Nicephorus.* Prophetæ Zebenno in somnis apparentes, sepulcra qui essent indicarunt. *Vide Baron. tom. 5, anno 406, sub finem, licet paulo ante inventa sacra pignora fateatur. Sigebertus anno 396, habet hanc inventionem.*

Ubi inventæ

quando

§ II.

§ II. *Quis hic Michæas Propheta?*

Duo Michææ Prophetæ.

E*umdem esse Michæam Prophetam sextum inter XII minores, et illum qui sub Achabo Rege floruit, existimat Epiphanius de vitis Prophetarum cap.* 13, *et Dorotheus in Synopsi, atque alii : sed vel ex eo refelluntur, quod ille a Joramo Achabi filio occisus sit, ipso Epiphanio teste, hic sub Joathan prophetarit, facile* 150 *annis post. Sed nec nomina, nec patriæ, nec tribus utriusque Michææ conveniunt. Nam Michæas ille lib.* 3, *Reg. cap.* 22 מִכָיְהוּ Machaiehu *vocatur, hic* מִיכָה *Michah; quamquam facile evenire potest ut vocabula aliter uno loco, alio aliter efferantur; et in omni lingua suppetunt exempla, suntque hic radicales litteræ eædem. Ast ille ex tribu Ephraim erat, ut ait Epiphanius, et verisimiliter in Samaria, hic ex tribu Juda in vico Morasthi natus.*

hic posterior :

ejus patria

5 *De hoc ita scribit Cornelius a Lapide noster in Præfatione commentar. in Michæam.* Hic Michæas oriundus fuit de Morasthi, qui fuit viculus in tribu Juda juxta Eleutheropolim, ad Orientem ejus. Chaldæus, Clarius, Arias et Vatab. putant esse eumdem cum Maresa; a Maresa enim vel Mereset deductum videtur Hebræum nomen patronymicum Morasthi, id est, Morasthites, quod hic Michææ attribuitur. Verum S. Hieronymus docet, Morasthi nomen esse loci distincti a Maresa. Unde ipse in Epitaphio Paulæ scribit suo tempore ibidem extitisse sepulchrum Michææ, illudque conversum fuisse in ecclesiam, quam S. Paula invisit religionis ergo. Sic et Adrichomius, et alii in Descriptione terræ sanctæ; sic et Remigius, Haymo, Rupertus, Hugo et Liranus hic. Fuit ergo Michæas oriundus ex tribu Juda, non Ephraim, uti censuit Epiphanius, Isidorus et Dorotheus in Synopsi : unde cap. 1, v. 9, ait, venit usque ad Judam, tetigit portam populi mei, usque ad Jerusalem. De Maresa vero quasi de peregrina dicit v. 15, Adhuc heredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa. *Hæc Cornelius*

sepulchrum in ecclesiam conversum.

vaticinia

6 *Et paucis interjectis* . Argumentum Michææ est, taxare idololatriam, vitiaque ex ea nata, ac præsertim oppressionem pauperum, tam Samariæ quam Jerusalem, puta tam decem tribuum, quam duarum. Et quia Samaria idololatriæ vitulorum initium dedit, eamque communicavit Judæ sub Achaz impio Rege, hinc primo excidium Samariæ per Assyrios, deinde excidium Hierosolymæ per Chaldæos comminatur; stragemque et captivitatem populi præsertim Principum tam laicorum quam Ecclesiasticorum, qui in scelere duces fuere populo, prænuntiat. Post hæc tristia, demum læta subjungit, eosdemque consolatur, promittens lætum reditum e Babylone per Cyrum, et lætiorem ex peccato, morte, et gehenna regressum ad gratiam, vitam, et Ecclesiam tum militantem tum triumphantem, per Christum, quem in Bethlehem nasciturum prædicit.

7 *Consule Franciscum Riberam nostrum, et alios interpretes qui fusius singula disputant ac Jacobum Salianum anno mundi* 3290. *Menæa Græcorum hunc habent* 14 *Augusti, sed cum altero confundunt, ideoque pluribus annis prophetasse scribunt, tamen (quod ridiculum videri potest) a Joramo occisum.* Erat, *inquiunt,* Michæas Jorami filius, natus Boratæ, e tribu Ephraim, prophetavitque annos quatuor et octoginta: præcessit autem Christi sexcentis et sex annis: multaque fecit Achab Regi Judæ, a cujus filio Joram e medio sublatus est, suspensus, quod ipsius impietatem et majorum reprehenderet. Mortuusque in Morathi sepultus est, solus in terra sua prope cœmeterium Enacim, sepulchrum ejus notum est. *At Menologium Michææ Prophetæ unius e XII minoribus natalem statuit* 14 *Augusti, alterius vero e tribu Ephraim* 5 *Januarii.*

Cum priore a quibusdam imperite confusus.

§ III. *Abacuc Propheta unus an duo?*

Abacuc unus an duo?

E*piphanius, Dorotheus, Isidorus, et alii cum Germanico Martyrologio, unum tantum agnoscunt Habacuc, eum qui octavus recensetur inter minores Prophetas, quique ab Angelo ad Danielem in lacum leonum deportatus est. Contrarium censet cum multis Jacobus Salianus noster anno mundi* 3327. *Ezechiæ* 19 *et alibi, cui assentiri videtur Cornelius præfat. in Habacuc et alii Interpretes. Idem Cornelius in cap.* 14 *Danielis v.* 32 *ita scribit :* Nota, licet tempore excidii Hierosolymæ per Chaldæos, multi Judæi abducti fuerint in Babylonem, alii fugerint in Ægyptum, vel in alias regiones; tamen nonnullos remansisse, vel rediisse in Judæam, inter quos fuit hic Habacuc. Quæres : Fuitne hic idem cum Habacuc uno e 12 minoribus Prophetis? Affirmare videtur S. Hieronymus præfatione in Habacuc, Epiphanius, et Dorotheus in Synopsi, Pererius et Pintus hic. Verum Torniellus et alii id negant, idque verius videtur. Nam noster hic Habacuc illo fuit posterior. Ille enim fuit ante captivitatem Babylonicam; nam eam prædixit hic vero post eam vixit sub Evilmerodach : nisi dicas eum ad multam ætatem vixisse. Si enim eum ponas hoc tempore fuisse 75 vel 80 annorum, potuit esse unus idemque; unde tam hic quam ille vocatur Propheta.

9 *Nobis quidem videtur multo probabilius, diversos fuisse, tamen quia non omnino est certum, eos hic non distinguemus. Menæa* 2 *Decemb* Erat Abacuc e tribu Simeonis Saphati filius. Prævidit captivitatem, et templi et urbis Hierosolymorum expugnationem valde deploravit. Quando Nabuchodonosor venit Hierosolymam, fugit Propheta in Ostracenam, et mansit apud Israelitas. Postquam reversi sunt Chaldæi ad reliquias Judæorum, qui Hierosolymis et in Ægypto remanserant, se contulit, et inserviit messoribus agri paterni. Cum autem accepisset prandium, denuntiavit suis : Abeo in regionem longinquam, statimque redibo. Si autem moratus fuero, ferte prandium messoribus. Raptus inde in impetu Babylonem, Prophetæ Danieli cibum attulit, qui erat in lacu leonum. Subitoque adstitit rursus messoribus suis prandentibus, nec ulli quicquam dixit eorum, quæ facta erant. Intellexit etiam populum brevi e Babylone reversurum, et biennio ante reditum extinctus est, et in agro suo humatus. Hic portendit Judæis fore ut in templo ingens viderent lumen et spectarent gloriam Dei, prædixit etiam eversionem templi, quæ futura esset per gentem ex Occidente venturam. Tunc etiam velum Dabir in parvas rupturas scissum, et duo columnarum capitella ablatum iri, nec quemquam cogniturum ubi lateant. Hæc autem ab Angelis in solitudinem deferentur, ubi primum condita est arca testamenti. Et in ipsis sub finem cognoscetur Dominus, qui illuminabit eos quos serpens persequitur a principio.

ejus tribus,

exilium,

esca Danieli allata.

Dan. c. 14

vaticinia

10 *Eadem fere habet Epiphanius de vitis Prophetarum cap.* 18. *Dorotheus de vita et morte Prophetarum* Iste octavus est. Accepit et ipse divino munere ut de resurrectione Christi vaticinaretur, ad hunc modum loquutus : Videte contemptores, aspicite et admiramini, et disperdimini, quoniam opus ego operor in diebus vestris, quod non credetis si quisquam vobis narraverit. Oraculum hoc Paulus concinne de resurrectione Domini Jesu Christi Antiochiæ Pisidiæ usurpavit. Hic Abacuc erat de tribu Simeon ex agro Bithicuchar. *Cetera fere cum iis quæ habet Epiphanius conveniunt. Isidorus de vita et morte Sanctorum cap.* 47 Abacuc de tribu Symeon, in agro Bethacat ortus est, et hic ante biennium reversionis filiorum Israel de captivitate, in agro Sabarta vita decessit. *Plura repetet qui volet apud Interpretes sacræ Scripturæ, ad cap.* 14 *Danielis, et ad ipsius Habacuc Prophetiam.*

Habacuc 1. 5

Act. 13. 41

tempus mortis

DE S. PANSOPHIO MART., ALEXANDRIÆ.

Sub Decio. XV Januarii.

S. Pansophii nomen in Martyrologiis

In nullis se Divorum Fastis reperisse S. Pansophii nomen, præterquam in Græcorum Menæis ad XV Januarii, scribit in annotationibus ad Menæa nondum vulgatis Raderus noster. At Petrus Galesinius, sed postridie, præclaro eum elogio celebrat : Alexandriæ, *inquit*, S. Pansophii Martyris. Hic e Nilo Alexandriæ Proconsule natus liberalibus disciplinis institutus, mortuo patre primum omne patrimonium pauperibus in eleemosynam contulit, tum in solitudinem secessit, ubi septem et viginti annos orando vitam egit. Post Christianæ religionis apud Augustalium Præfectum, Decio fidei hoste, accusatus, tamdiu verberibus cæsus est quoad spiritum Deo reddidit. *Eadem fere habet Canisius. Ferrarius breviter :* Alexandriæ S. Pansophii Martyris, sub Decio. *Plenius Menæa hoc die.*

ACTA EX MENÆIS GRÆCOR.

Et Pansophium amplius cædite impostores,
Sic enim illi plures plectetis coronas.

S. Pansophii genus,

Alexandrinus hic erat, Nilo patre Proconsulis dignitatem adepto natus : opum copia, indolis dexteritate, et paterna virtute, ad summum pervenit tum profanarum tum sacrarum disciplinarum apicem. Post patris obitum, facultatibus in pauperes profusis, *a* solitudinem petiit, atque omnibus terrenis commodis abdicatis, Christum solum secutus, annos septem et viginti in desertis locis exegit, cum solo assidue colloquens Deo, et mente ab his infimis abstracta, in cœlo conversans. *eruditio, a solitaria vita*

2 Cum igitur tanta virtus diutius latere non posset, ad *b* Augustalem, Alexandriæ Præfectum, qui *c* Decii imperio bellum Christianis intulerat, delatus est. Ad eum perductus, ex ipsismet eorum fabulis, inanes et fallaces Gentilium superstitiones redarguit, et tyranni fastum repressit : quare immaniter cæsus et lauream martyrii adeptus est. *b c cædes*

a *De piorum hominum a vulgi turbis secessu, et quibusdam monasticæ atque anachoreticæ vitæ rudimentis sub Dionysio Alexandrino Episcopo, his ipsis Pansophii temporibus, agemus XVII Januarii ad vitam S. Antonii* § 3.

b *Augustalem dici Ægypti Præfectum ex Notitia imperii patet*

c *Decius cæsis Philippis imperium invasit anno Christi* 249, *ut pluribus dicemus* 20 *Januarii ad S. Fabiani Papæ Acta*

DE S. SECUNDINA, VIRGINE ET MART., ANAGNIÆ.

Sub Decio XV Januarii

Anagnia *urbs est Latii, caput Hernicæ gentis, olim, etiam Christianorum ævo, celebris. Hic* S. Secundina *virgo martyrio coronata est, inscriptaque Martyrologio XV Januarii his verbis:* Anagniæ S. Secundinæ Virginis et Martyris. *De illius Actis ita scribit Baronius in Notis ad Martyrologium :* Ejus res gestas, præter illas quæ missæ sunt Romam ab Ecclesia Anagnina, reperimus etiam in vet. cod. MS. nostræ bibliothecæ, quarum præfatio sic exorditur : Martyrum triumphos *etc. Has nos consequi adhuc non potuimus, nec Silvanus Razzius, ut lib. de feminis sanctitate illustribus queritur. Dabimus ergo earum epitomen, quam ex veteri codice Ecclesiæ Anagninæ concinnavit Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiæ.*

S. Secundinæ natalis

Acta

2 *In vita S. Magni Episcopi, quam dabimus XIX Augusti, ista de* S. Secundina *habentur :* Eodem autem tempore, quo Cornelius Romam ingressus est, sub Decio Cæsare et Valeriano Præfecto, cœpit persecutio diabolica personare adversus Christianos : et dum B. Magni fama ad Imperatoris pervenisset notitiam, una cum Valeriano Armentario cum iracundia miserunt xxx milites, qui B. Magnum cum festinatione ad eos perducerent, aut cæde nimia eum interficerent. Et euntibus eis ad sanctum Dei Episcopum, ut nobis a quibusdam fidelibus intimatum est, occurrit eis in quadragesimo milliario ab urbe Roma, in via Latina, invidus diabolus : et cum vidisset milites venientes, misit vocem excelsam ad eos, dicens : Viri optimi, qui ab Imperatore missi estis ad sacrilegum Magnum, prius mihi consentite mihi, quia est in civitate Anagnia Virgo, nomine Secundina, quæ est et ipsa docta et persuasa a Magno mago et seductore, quare Deos blasphemat, et jussa Imperatoris contemnat. Ducite eam ad Imperatorem, ut aut sacrificet, aut interimatur : et sic postea ad contra illum sacrilegum Magnum sententiam dandam venite, quia et ego statim ab illo reversus sum, qui multas malas injurias de Imperatore et omnibus suis facit. Hic autem fortiorem se vobis esse dicit, sicut et antecessores ejus Petrus et Paulus.

In vita S. Ma[illegible]

3 *In vita S. Magni edita a Thoma Angelo Bay, hæc non de Magno, sed de ipsa S. Secundina dicit diabolus :* Modo reversus sum ab illa, quæ multa mala minatur, et injurias Imperatoribus facit. At illa vocavit venientes ad se, sicut de vobis facit. *Sed pergunt MSS. Acta :* Illi autem milites stantes auscultabant verba ejus. Hæc cum diabolus diceret iterum persuasit eis, ut irent in civitatem Anagniam, et perquirerent Christi sponsam. Et invenientes hominem quemdam paganum, nomine Tarquinium, in ejus cor ingressus diabolus, duxit milites, et tradidit eis sanctam Virginem Christi Secundinam. Quia comprehensa cœperunt ei dicere : Cujus sponsa es? aut quem confiteris? Ad quos Virgo Christi Secundina respondit : Ipsius sum discipula, qui pro nobis omnibus unicum filium suum passioni et morti tradidit, ut nos redimeret. Christum ipsum Dominum et Salvatorem habeo sponsum : ipsum confiteor, et illi soli servio. Tunc iniqui milites dederunt eam sub custodiam, quousque pervenirent ad virum sanctum et beatum Magnum.

a Tarquinio prodita

4 *Eadem commemorat aliter paullo Franciscus Maria Torriggius in Vita Italica S. Magni :* Interea pervestigantibus sanctum Episcopum Decii satellitibus, ipsi Imperatori via Latina iter agenti occurrit specie humana cacodæmon in quadraginta millibus passuum ab Urbe; eique singulari artificio indicat, Anagniæ mulierem esse, Secundinam nomine, sacris Christianis a Magno imbutam, quæ cunctos a Deorum cultu avertat, pertrahatque ad Christum. Jubet is Secundinam Anagniæ perquiri : sed cum isthic inventa non esset, prodita est a Gentili quodam Tarquinio, atque a lictoribus comprehensa, cum induci non posset ut Diis sacrificaret, Fundos perducta est, ibique XV Januarii martyrium consummavit.

ubi passa?

5 *Occurrit igitur dæmon Imperatori vel cuipiam ejus Præfecto, via Latina inter* Pictas tabernas et Compitum Anagninum. *Quod id contigisse dicitur tempore, quo Urbem ingressus est Cornelius, Thomas Angelus Bay, habet,* tempore quo Cornelius Roma egressus est, *cum nimirum Centumcellas se recepit, ut ad ejus natalem dicemus XIV Septembris.* Fundi, *ubi occisa dicitur* Secundina, *etiamnum nomen retinent. Quod Ferrarius XIX Augusti aliquot diebus ante Magnum, et ab iisdem satellitibus, passam esse* Secundinam *scribat, haud possumus assentiri. Ab iisdem fortassis satellitibus capta, sed non nisi quinto post mense occisa.*

quando?

ACTORUM EPITOME

Auctore Philippo Ferrario in Catal. SS. Ital.

Secundina Virgo Anagniæ, quo tempore S. Magnus Episcopus captus et martyrio affectus est, et ipsa

S. Secundina comprehenditur

ipsa Decio Imperatore, ab ejus satellitibus comprehensa, carceri diutino mancipatur, ex quo post quinque menses educta, cum nec minis, nec promissis a Valeriano Præfecto a Christiana religione removeri posset, primum palmis cæditur : sed ministri, voce de cœlo ad eos facta, Vos oratione Secundinæ vivitis, ad Christum convertuntur; ab eaque in carcerem reducta instructi, deinde baptizati ad octodecim Virgini abeundi potestatem fecerunt. Postera die ante Præsidem tracta, cum in sancto proposito constantissima reperiretur, vestibus exuta dirissime cæditur, ingenti ex ejus corpore splendore, quem carnifices et milites adstantes ferre non poterant, egrediente : illaque quo acrius cædebatur, eo fortior tortoribus imbecillitatem exprobrabat. Illud etiam mirabile contigisse fertur, quod pro sanguine ex ejus corpore lacero lac profluxit, et suavissimus odor exhalabat. Quibus populus animadversis, Virginem, ut pro ipsis intercederet ad Deum, deprecabatur. Cumque Virgo sancta oraret, tonitruo ingenti facto spiritum Deo reddidit. Cujus animam Angeli, Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus præparavit in æternum, cantantes, in cœlum deduxerunt, Corpus vero a Christianis in vico Salapi nominato conditum, postea in civitatem translatum est.

palmis cæditur
lictores convertit
sponte in custodia remanet
AUCTORE PHILIPPO FERRARIO.
cæditur, splendenti corpore : lac pro sanguine fundit
cantu Angelorum evocatur

DE SS. MARTYRIBUS ÆGYPTIIS
CRESCONIO, ZENONE, MENELAO
ET SOCIIS.

XV JANUARII

Plures nobis Menelaos *ac* Zenones *exhibent sacri fasti, at non simul. His* Cresconius *jungitur, et alii. Ita vetustissimum MS. S. Hieronymi :* In Ægypto Crisconi, Tyrsi, Lauci, Gauniti, Zenonis, Menelai. *MS. Hibernicum Conventus Dungalensis :* Ciscom, Tirsii, Celavi, Lauci, ...nitii. *MSS. monasteriorum Lætiensis et S. Martini Tornaci :* Eodem die in Ægypto sanctorum Martyrum Crisconi et Tyrsi. *at MS. Rhinow.* In Ægypto Cresconii, Genonis. *Memoratur alius* Thyrsus, *qui videtur martyrium Alexandriæ fecisse, XXXI Januarii, cum aliis* Thyrsus, Leucius, Callinicus, *quorum Acta XXVIII Januarii dabimus, alus hujus mensis diebus, incertum qua caussa, in variis Martyrologiis referuntur : propterea omisimus hic* Thyrsum, Laucum, Gaunitum; *ne iidem fortassis sint, licet magis opinemur diversos esse.*

DE SS. CORNELIO ET COELESTIO,
ET ALIIS MARTYRIBUS IN ORIENTE.

XV JANUARII

I*gnoti hi penitus nobis, in duobus expressi vetustissimis Martyrologiis : alterum est S. Hieronymi, atque ita habet* : Et in Oriente Corneli, Cœlesti, et ceterorum. *Alterum Rhinawiense* : In Oriente Cornelii, Cœlesti.

DE S. EPHYSIO MARTYRE, CARALI IN SARDINIA.

SUB DIOCLET.
XV JANUARII.
S. Ephysii natalis

Carali, *quæ vulgo nunc* Calaris, *Sardiniæ primaria urbe* S. Ephisius *colitur, sive* Ephysius, *aut* Ephysus. *Baronius nomen ejus Martyrologio Romano ita inscripsit ad XVIII Kal. Februarias* . Caralis in Sardinia S. Ephisii Martyris, qui in persecutione Diocletiani sub Flaviano Judice plurimis tormentis divina virtute superatis, demum abscissis cervicibus victor migravit in cælum.

Acta

2 *In Notationibus subdit idem Baronius* : Hujus martyrii Acta e Sardinia missa accepimus. Agit de eodem Fara de rebus Sardois *Eorum actorum compendium recitat Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ,* ex vita, *inquit,* per Marcum Presbyterum scripta, ut Joannes Franciscus Fara auctor est, ac ex monumentis Ecclesiæ Pisanæ, et ex Jo. Maria Arca lib. de SS. Sardiniæ. *Subdit deinde* : Multa etiam MSS. quæ vidimus, continent inverisimilia, quapropter purgatione aliqua indigent.

a Marco Presbytero scripta

3 *Ea Acta ad Heribertum Rosweydum e Sicilia missa a quo, nusquam expressum, suspicamur ab Octavio Cajetano, Is vero illa prænotavit* Consignata illa quidem Acta sunt, ejus testificatione, qui se his omnibus præsentem, hortatuque, ut affirmat, ipsius S. Ephysii (sic enim illum scribit) fideliter veraciterque descripsisse omnia, in fide eorumdem profitetur. Is vero Marcus quidam Presbyter fuit, ut ex ejusdem subscriptione patebit inferius. Cujus narrationem illam ex pervetusto Pergameno codice MS. archivii Ecclesiæ Calaritanæ sub folio 211, et cum hoc titulo, PASSIO S. EPHYSII MARTYRIS, huc, rebus nusquam, rescriptisve, aut epistolis, in cetero verbis aliquantum ex instituto nostro immutatis, sincere traducimus *Hac illa. Multi sensus pruningentam ipsius* Marci narrationem. *Plane similia sunt Actis S. Procopii, quæ ex Metaphraste VIII Julii dabimus.*

unde huc edita

4 *De* SS. Ephysii *et* Potiti *reliquiis ex Sardinia Pisam translatis, festo solenniter Idibus Novembris agi solito, diximus ad* S. Potiti *vitam XIII Januarii in Prolegom. nu. 7, et sequentib. De crypta ubi olim Carali* S. Ephysii *reconditæ reliquiæ fuere, ubi ipse in custodia detentus creditur, ita scribit Seraphinus Squirrus ordinis Capucinorum Theologus, in Sanctuario Calaritano par.* 1, *lib* 3, *cap.* 17.

Reliquiæ festum.

5 Calaritanæ urbis regione, quam Estampache vocant, via S. Annæ, haud procul æde et crypta S. Restitutæ, mediocre visitur templum, præclaro Martyri Ephysio sacrum. Curant id Sodales qui S. Ephisii dicuntur, atque aulæis ceteroque ad splendorem apparatu egregie exornarunt Nam et frequentia isthic sacra peraguntur, et Martyris ipsius aliæque magnifice celebrantur feriæ. Est vero istud totum fere profundæ cryptæ superstructum. Carcer hic fuit, quo detentus gloriosus Martyr Ephysius asseritur Quinquaginta gradibus lapideis in eam descenditur, estque mediocris magnitudinis : ad medium in ipsa rupe excisum habet quasi exiguum cubile, solo ad putei normam depresso ad octo circiter palmos, adeo angustum, vix ut hominem sedentem capere queat In hunc locum compactus S Ephisius fuit *Prosequitur deinde succincte S. Ephysii acta Capite* 18, *narrat repertam in ea crypta columnam marmoream, adhuc sanguine tinctum, Martyrum indubie, ipsius pro adeo Ephysii. Addit repertas sub altari, quod e regione cubilis illius aut ergastuli S Ephisii in eadem crypta erat erectum, S Edictii reliquias an MDCXVI Quem arbitratur a S Ephysio cum aliis conversum*

templum
Sodales.
crypta

De

AUCTORE MARCO, EX MSS.

De eo agemus XIII Martii. Ejusdem cryptæ meminit Franciscus Squivellus, Archiepiscopus Calaritanus, in narratione Inventionis sanctarum reliquiarum ad Paulum V, Pontificem Maximum missa.

ACTA

ex iis quæ tradidisse litteris Marcus Presbyter, testis oculatus, dicitur.

CAPUT I.

S. Ephysii ortus, militaris dignitas.

Cum impius et crudelis idololatra Diocletianus accepisset Imperium, non distulit a suum adversus Christum odium evomens universaliter in Christianos edicere, ac tum quidem edicta per singulas provincias, civitates, urbesque, et loca Syriæ, in qua aderat, mittere promulganda; exequendaque mandare, quorum exemplar in b Italicam ejusdem regionis civitatem, (in qua Ephysius c Stratilates sub materna disciplina, ob præproperam patris Christophori viri quondam Christianissimi mortem, commorabatur) sub hoc augusto et universali rescripto pervenit: Rex magnus et Imperator Diocletianus, omnibus populis, tribubus, et linguis salutem. Placuit exaltatione nostri Imperii Deorum nostrorum ampliare et honorificare culturam, quoniam ipsi sunt per quos mundus regitur totus. Quicumque ergo in fide illius Galilæi inventi fuerint permanere, aut diis nostris thura ponant, et sacrificent, aut atrocissimis pœnis consumentur. Nolumus enim varios sacrificiorum ritus fieri, ne forte dii nostri irascantur, cum debeant misereri. Una erit omnibus lex et cultura, una doctrina, atque una religio, et nullus a nostra separabitur fide. Si quis ergo inventus fuerit, cui hæc nostra displiceat epistola, et quæ in ea præcipimus noluerit adimplere, quicumque fuerit, punietur, et nostram dominationem in toto mundo fieri cognoscet. Nam qui dixerint se Christianos esse, et deorum culturam affirmabunt nullatenus esse tenendam, sique nostris obedire noluerint præceptis, omnibus quæ excogitari possunt subjiciantur tormentis. Qui vero ex ipsis ad nostram convertuntur magnificam Deorum culturam, de nostro accipient palatio auri et argenti plurimum. Hoc autem ideo facimus, quia Deos nostros propitios habere volumus, et, ut nostro propitientur Imperio, eos exaltare cupimus. Et quoniam cum festinatione partibus vestris appropinquare disposuimus, propter Imperii nostri altitudinem, et debitam Deorum nostrorum reverentiam exurgentes, sacrificia ponite, thura incendite, festa celebrate; quatenus eorum claritas et potestas in finem usquequaque permaneat, et nostri altitudo Imperii.

Diocletianus lato contra Christianos edicto,

[illegible]

2 Strata sibi his præmissis via promissæ visitationi, ad exactiorem prædictorum omnium executionem incumbens, Antiochiam pervenit. Cives cujusvis ætatis, sexus, conditionis, certatim ei obviam egrediuntur, pars cantu, pars musicorum instrumentorum pulsu stipantes eum in civitatem introducunt, summa omnium plane lætitia et hilaritate. Ille in Deorum suorum honore et cultu promovendo impiger, sed in Christi odium, et Christianorum necem propensior, sive in utrumque impie fervens, proxima die Primores potioresque Antiochiæ viros accersiri ad se jubet, atque ab iisdem præsentibus, quam fidem profiterentur, incipit percunctari. Illi vero respondentes, inquiunt, eam se inviolate observare, quæ sit permanentium Deorum, Jovis nempe, Junonis, Saturni, Mercurii, Apollinis, et Minervæ, ceterorumque cœlestium ut aiebant, numinum: quo quidem responso hilaris effectus Imperator, primum iisdem ipsis Diis gratias agens, Antiochenos ob eorum fidem donis ornavit amplissimis.

[illegible]

3 Inde circumfusa etiam juxta vicinias Imperatorii adventus fama, d Æliam quoque urbem advolavit: ibi e Alexandria nobili ora stirpe Christophoro viro primario quondam nupserat; qui etsi vir probissimus, et Christianæ religionis observantissimus extiterat, illa tamen eo præmortuo idolorum cultum, quo viri tempore occultius, forte ipsius timore, retinuerat, exercueratque remissius; eo apertius exhibebat, incumbebatque in illum ferventius. Susceperat ex prædicto suo conjuge unicum filium, cui Ephysi nomen fuerat impositum. Huic immatura patris morte, reliqua fuerant maternum iniquitatis lac, et educatio, ac simul ejusdem impietatis disciplina, qua illum ipsa, vano idolorum cultu imbutum, quem etiam Curialium honorum procuratione promovere, eorumdemque functione confirmare, et simul gloriæ cupida ad aliquod dignitatis fastigium tendebat evehere.

Alexandria ethnica vidua,

4 Quo desiderio adeo arsit mulier, ut, vel quod sibi persuaderet Diocletianum singulas provinciæ urbes, ac sic nec Æliam ut Antiochiam invisurum, vel certe quod levitati muliebri satis est consentaneum, moræ, omnis impatiens, ea ad illum cum Ephyso unigenito implendi studio perrexit. Mox adventans adit Aulam Imperatoriam, Diocletianique alloquendi copiam quærit. Is visa muliere, primum ab assistentibus provincialibus sciscitari, cujusnam illa esset; respondentibusque ipsis, ob illius quam habebant notitiam, Æliæ civitatis primariam, nobilem, et prudentem esse; iterum quærit Diocletianus, an haberet virum necne, quamque religionem profiteretur. At iidem, eam plene agnoscentes, Christophoro cuidam aiunt Christiano viro nupsisse; nunc vero eo viduatam esse, et augustam Deorum religionem sequi. Unde lætus Imperator propius ad se mulierem jussam accedere, poscit quid quærat, quid velit. Tum vero Alexandria, quæ linguam Græcum callebat optime, a latere Ephysum suum habens, ac ore supplex Augustæ Majestati loquitur: Rex magne et Imperator in æternum vivas; veni ad Imperii tua altitudinem, quo totus floret, et regitur mundus: habeo siquidem hunc unum filium, Ephysum nomine, quem ad te, Domine Imperator, adduxi ut in tuo sit conspectu, unus ex assistentibus miles.

filium ei commendat

5 Hunc ut vidit Imperator aspectu decorum, formosumque, et juvenili ætatis flore virentem, recepit hilariter, adeoque ipsius in illum affectio, ac simul Ephysi æstimatio crevit apud eumdem, ut magnam sui exercitus partem mox ei concesserit, commiseritque provinciam Christianos persequendi, et ad hoc eum in Italiam cum ipsismet copiis confestim transmiserit. Hoc itaque sibi imposito onere, dum sese profectioni accingit, Dux novus Imperatori refert audisse, Christianos prius mortem optare et pati, quam ut Christi, quem colunt, religionem abnegent, derelinquantve. Ad hæc Ephyso Diocletianus, carcere omni penitus ratione Christum Deum dici posse, hoc sophismo tentavit: Nulla ratio, inquiens, videtur esse cur Christus debeat dici Deus: cum enim a Principibus Judæorum reus mortis judicatus, et ante Pilatum eorum Præsidem flagellatus, septies sputis et colaphis, et corona spinea delusus, et tandem in cruce suspensus, et mortuus fuerit, patet ipsum non fuisse Deum, qui de tantis injuriis, et de crucis supplicio se ipsum non potuit liberare: proinde in illum credentes poteris rationibus confutare, et nisi ad Deorum nostrorum culturam redierint justissime condemnare.

qui ab eo præficitur parti copiarum

jussus Christianos persequi.

a *Non videntur hæc statim initio imperii Diocletiani contigisse, nam ipse in Diocletianum Apro [illegible] [illegible], et lentius persecutionem adversus Christianos movit, quod Carinus [illegible], ut 20 Junii in vita S. Sebastiani cap. 18 dicetur [illegible] [illegible] in Syria [illegible] ut ex Eusebio alibi dicetur.*

b *[illegible]* Italica *[illegible]*

c Στρατηλάτης, *[illegible] significat. Id tunc needum [illegible] Ephysio nomen.*

d Ælius Adrianus *cum Hierosolymam a Tito eversam restaurasset,*

rasset de suo nomine Æliam *dixit, qui et* multas civitates Adrianopolis appellavit, *Spartiano teste*, ut ipsam Carthaginem, Athenarum partem. *Ferrarius scribit* Æliam *apud nullum auctorem reperiri. Reperitur apud Eusebium, Dionem, alios*

e Ferrarius Alexandriam *appellat.*

CAPUT II.

Ephysii conversio, cruce cœlitus objecta.

Tum vero jam procinctu existens Ephysus, ordinatis mox militibus, facultateque ab Imperatore exeundi accepta, vale matri primum, deinde ceteris omnibus, quos norat, dixit; sicque in mandatam adversus Christianos provinciam Italiæ iter arripit. Et primum quidem in locum *a* Transei dictum accedit, indeque præ solis ardore nimio noctu equitans tendit in *b* Uritaniam. Undique ei in itinere innumera exit obviam multitudo, salutatumque reverenter excipit honorifice. Verum cum iter suum pedetentim, et noctu, ut dictum est, prosequuntur, stadiisque adhuc fere XXX abesset ab Uritania, hora noctis circiter tertia auditus ingens cœli fragor Ephysum turbasque militum perterruit adeo vehementer, ut magis mortui, quam exterriti solum, videri omnes possent. Mox vero de tanto sonitu egressa ad ipsum Ducem vox est, proprio eum nomine appellantis, ac per apostropham. Quis esset, unde venerit, quove tenderet, sciscitantis. Ille licet prævio fragore admodum adhuc perturbatus, animis tamen in responsionem sumptis, ait se filium Alexandriæ Æliæ civitatis primariæ mulieris, Antiochia egressum, a Diocletiano potestatem in Italiam adversus Christianos proficiscendi accepisse, neminem ut eos, ni Christum abnegent idolisque offerant sacrificia, diversis tormentis suppliciisque afficiat atrocissimis. Ad hæc repetita in aere voce his verbis replicatum Ephyso est: O Ephyse, et tu per martyrii palmam ad me huc venies.

7 Quibus quidem ille, veluti Saulus alter, mente paullo clarius jam intueri incipiens, respondit: Quæso Domine, ostende te mihi, ut videam magnitudinis tuæ potentiam. Unde eo ipso momento et crux micans in similitudinem crystalli apparuit in aere, voxque hæc simul audita est: Ego sum Christus, Filius Dei vivi, quem crucifixerunt Judæi, et tu persequeris. Ad quæ respondenti adhuc ignoranter Ephyso, se [illegible] a Diocletiano audisse, illum a Principibus Judæorum damnatum, multisque delusum opprobriis suppliciisque, ac tandem crucis morte crudelis [illegible] fuisse, atque ita [illegible] argumentum, si Filius Dei esset, cur hæc omnia tunc ipse sustinuisset, a quibus se divina virtute poterat eripere, subdidit porro in amplissimum [illegible] pignus [illegible] voce Christus: Ephyse, ab hac hora vas dilectionis eris, et ego ostendam tibi hæc omnia. Dico tamen tibi, quia nisi omnia, quæ dixisti, patienter sustinuissem, et judicatus ab impiis, quos judicaturus [illegible], non fuissem, quæ Prophetæ prædixerunt adimpleta non essent, et a captivitate diaboli humanum genus eripi non posset: et nisi in ligno suspensus fuissem, Patriarchæ et Prophetæ, de inferni claustro non exiissent [illegible] mortem non gustassem, [illegible] Galeatque [illegible] Dei, postremum hoc adjecit Dominus: In virtute crucis, quam tibi ostendi, vinces omnes inimicos tuos, et pax tua semper [illegible] erit.

8 Post hæc [illegible] voce, [illegible] favorabili, quam [illegible] colloquio [illegible] Christo Ephysus, [illegible] gestis his omnibus, ex illis plerosque [illegible] ut [illegible] ipso [illegible], gloriam Deo suam [illegible] darent, [illegible] amplissime. Proxima inde nocte Calaritanam Ephysus cum copiis suis pervenit, eamque ut primum est ingressus, convocatos omnes civitatis aurifabros interrogat, scirentne an possent vas aureum quo plurimum se indigere aiebat quanto citius conficere. Ad quod singuli, verentes ne Crucem intelligeret, nescire se præsto responderunt unanimes. Quibus ideo dimissis, alium quemdam, quem ea in arte esse peritissimum perceperat, nomine Joannem, accersivit, eique ostensa Cruce, quam dextra ipse gerebat, similem sibi ex auro argentoque studiose ac diligenter elaborandam cælandamque commisit. Verum hic pariter ob hoc inde est commotus, quod et sciret Galilæos Christianosve illud salutis signum credere, et Diocletianum eo utentes omnino variis tormentorum generibus cogi ab ipso desistere vel tandem interfici præcepisse, ideo etiam amplius sibi metuens, quod desperaret se tale opus, uti necessarium esset ad vitandas laboris sui pœnas, in abscondito adeo posse perficere, ut nemo vel sciret, vel referret. Cujus quidem timoris caussa reperta, Ephysus Joannem in secretum ad abditum locum perduxit, ubi per certam loci solitudinem, promissumque ipsi secretum, adeo ut nequaquam unquam id resciret Imperator, hominem obtestatur, ut deposito [illegible] petitam, aurumque et argentum, quantum ad id sufficeret, offerens, ac multos se illi honores largiturum promittens, ad extremum [illegible] bat, opere, ab se ullo pacto dimissum iri.

9 His igitur persuasus Joannes Ephyso annuens tandem petitam ab eo crucem ex commisto auro argentoque pretiosissimam, miro artificio elaborat. Verum ea absoluta, dum sequentem diem expectat, quo Duci eam perferat ac tradat, crescit in ea opus, artificiumque. Etenim præter opificis cælaturam (res mira!) noctu tres insculpuntur imagines, suo quæque nomine litteris descripta, in ipsius scilicet crucis titulo Emanuel, dextro cornu Michael, levoque Gabriel. Hinc experrectus Joannes diluculo, dum crucem Ephyso ferre [illegible] assumens auctum in ea artificium suum [illegible] præter Ducis mandatum, novus invadit timor, diuque ille supradictas imagines eradere conatus, nequivit usquam, nec quatenus archisculptoris Dei voluntati [illegible] tentaverat, [illegible] tamen unquam valuit efficere. Postridie itaque Ephysus, ante solis ortum, per noctis obscuræ tenebras ad Joannem, nimium sibi visum opus protrahere, se contulit, videndæ recipiendæque crucis desiderio; quam cum præter præscriptum suum tribus illis figuris cælatam aspiceret, divini opificii inscius, præcepti sui transgressorem Joannem in primis succensuit quidem acriter, sed respondente eo in cruce ex mandato duntaxat composita, appensaque per noctem pariete, tres has imagines se penitus inscio sculptas, [illegible] dum eam acciperet illi pridie deferendam, apparuisse, Ephysus mox eventum hunc Dei nutui tribuens, lætus crucem suam extulit eamque [illegible] honore amoreque sensu, ac non sine lacrymis, veneratus, purpura involutam recondit, ac [illegible] Deo gratias plurimas, Joannis operam [illegible] largissime compensavit.

a [illegible]
b [illegible]

CAPUT III.

Victoria per Crucem relata.

Per id tempus [illegible] Romani imperii hostes [illegible] Sardiniæ [illegible], viri [illegible] ac [illegible], nihil [illegible]. Quo [illegible] Ephysum [illegible] præli [illegible]

 crucis

AUCTORE MARCO, EX MSS.

crucis vexillum potissimum secum gerens, apud se toto itinere proponit, tum se demum hoc sibi signum ad auxilium et victoriam concessum probaturum. Ideoque simul a turbis parumper amotus, equo desiliens, chlamydeque nobili militari indumento exutus, illam, quam gestabat, crucem in edito et sublimi loco collocatam, maximo cum honore, summaque reverentia et devotione adorat, flexisque ad Orientem genibus, et effusis lacrymis, firma fide in hæc plane verba oraturus irrupit: Fiat mihi Domine in auxilium promissio tua, et spes mea, quam habeo in te; tu es enim Christus, filius Dei vivi, quem credunt et adorant Galilæi. Per te ergo, et per sanctæ Crucis tuæ signum, gentes has, quæ in sua confidunt feritate, comprime, atque prosterne.

Crucem adorat

11 Quam quidem illius orationem subsecuta sunt, mox hæc solantis, promittentisque; Christi verba: Ephyse ne timeas, viriliter age, et confortare, ego enim tecum sum Dominus Deus tuus. Quibus mirum in modum recreatus, alacrisque ac plane intrepidus exurgens, resumpta chlamyde ad suos accelerat, narraturus. Ergo ubi ad eos pervenit, tam militibus quam qui ad profectionem hanc invitatum advenerant, animos ad pugnam addens: State, inquit, fratres mei, viriliter a dextris, et a sinistris meis, et pugnate adversus inimicos nostros; Deus enim nobiscum est, qui per sanctæ ac triumphalis crucis signum de illis nobis victoriam præstabit. Iterumque eosdem ipse, ut inimicos nullo modo pertimescant, sed nudatis gladiis intrepide percutiant, hortatur. Illi vero ejus sermone et hortatu pariter in prælium accensi, roboratique, ac salutifero sanctæ crucis signo, victoriæ medio ab Ephyse proposito, confidentes, ineunt certamen unanimes, statimque ac needum fere consertis manibus a Saracenos prædam non solum, sed et arma hinc inde, quasi dispersis penitus viribus, projicientes, fugant partim, partimque profligant, et occidunt, adeo ut cæsis eorum duodecim millibus, reliquis fugam capessentibus, tam prospero, sanctissimæ crucis auspiciis opeque, ab Ephyso sit pugnatum eventu, ut nullo penitus ex suis occiso, perditove aut læso, pacatas illas liberasque omnino populi Romani terras unica et fausta illa quidem die reddiderit.

a Christo animatur

suos hortatur

ope sanctæ Crucis victoriam reportat

12 [illegible] admirabili divinæ crucis virtutis probatione, omnibus [illegible] promissa erant, idem adhibet [illegible], et firmissimum Ephysus, [illegible] suscepto sacro baptismate, idola penitus abhorret, et [illegible] Scripturarum studio applicat. Interea vero non multo post tempore nuntiatur [illegible] gentem, Sardiniæ insulam occupantem, [illegible] crudeliter et impie undique devastare et depopulari, multamque et validam [illegible] esse. [illegible] confecto aptatoque navali exercitu, cum viginti circiter navibus eo properat, miseræ insulæ succursurus. Ad dum classem [illegible] barbari inspexerunt, resistendi animo cum armis ad littus [illegible] convenerunt, [illegible] pugnam navali [illegible] adventum exspectant [illegible], sublata pugnæ copia in [illegible] habitationes, [illegible] relictis, singuli sese receperunt.

Ephysus... baptizatus

in Sardiniam mittitur contra barbaros

13 [illegible] tempestate, [illegible] vento, quindecim ex Ephysi navibus, quinque [illegible] reliquis [illegible] superfuit, ad littus illud tandem perlatæ. [illegible] Barbaros per speculatores [illegible], [illegible]. Inde Dux [illegible] relictos, [illegible] eventu, [illegible] Non me, Domine, tempestas [illegible] demergat, neque me profundum absorbeat, neque super nos urgeat puteus os suum: non me derelinquas Domine, ne barbarica gens exaltetur, et dicat, Ubi est Deus eorum? Sed intende de cœlo, et vide, et ne patiaris nos fluctibus maris opprimi, sed fac illud placidum, quia tu es gloriosus nunc, et per omnia secula. Vix absolutis his Ephysi precibus summa in pelago facta est tranquillitas.

precibus tempestatem sedat

14 Unde is cum superstitibus navigationis cursum, Deo propitiante, pacate prospereque ulterius prosequentes, meridianam Sardiniæ oram circumeuntes, Occiduam versus ad fluvium regionis Arboreæ tandem appulerunt. Per quem quidem remigio altius subeuntes, relictis deinde navigiis, eductisque et extractis inde equis, armis, ac ceteris omnibus, quæ deferebant, stadiis circiter tribus fluvii oram occupant: ac mox postea conscensis equis milites catervatim viciniam totam peragrant, lustrantque diligentissime, quidque sibi tum facto esset satius secum ipsi singuli, simulque etiam omnes accurate perpendunt, et consultant. Neque vero interea obdormiunt Barbari, sed adveniis continuo fiunt obviam: verum cæsis eorum plurimis, Ephysi milites nonnullos quoque vinctos ad castra et Ducem adducunt, a quibus discunt loci et provinciæ, quod prædiximus, Arboreæ nomen.

in Sardiniam appellit

Barbaros fugat

15 Proxima deinde nocte dum se tumultu fatigatum somno Ephysus tradit, tertio ei apparens Christus orbis conditor servatorque, Gaudium, inquit, tibi sit semper; age viriliter Ephyse, et confortetur cor tuum. Unde ille experrectus, omni mentis abjecta formidine, suis quoque timorem militibus excutit, Christum, referens prohibere eos quidem hactenus voluisse, [illegible] vero certo illum cum ipsis deinceps permansurum, monetque ideo, et hortatur in continenti terra intrepide oberrent, considerentque. Nec mora [illegible] cum Duce progredientes ulterius, ad locum Tyrum appellatum in occurrentes sibi et ad pugnam paratos Barbaros incidunt. Tum vero dum magno adversarii hinc inde exercitus clamore ad conserendum manus invicem sibi appropinquant, a dextris suis ad Orientem Ephysus virum equo albo insidentem, Eunucho, Augustalis palatii cubiculario, haud [illegible] absimilem conspicit, gladium utrimque acutum, in ejusque apice [illegible] Crucis effigiem gerentem, statimque ut eum intuetur [illegible] intentus auscultat: Hoc [illegible] (de cruce aiebat) venerandum signum Regis est omnium hominum. Hinc Ephysus accepta redditaque salute equo desiliens, bellicumque instrumentum exuens, in terram pronus adorat illud reverenter, ac porro de Rege, cujus paullo ante meminerat, interrogans, responsum accepit ab illo hujusmodi; se nempe ab eodem Rege, de quo sciscitaretur, missum ei in auxilium, cum gladio illo, quem manu gestantem cerneret, quo ille inimicos Barbaros illos esset debellaturus, cujus virtute adepta victoria mittentis Regis nunquam desineret meminisse. Tandemque absoluta locutione, divinoque illo munere per Legatum dexteræ Ephysi imposito, ac eo secum ire in hostes jusso, Barbari ad pugnam [illegible] accurrentes, solo amborum aspectu adeo sunt exterriti, ut vel ante cœptam dimicationem fugam penitus omnes capesserent. Quos continuo Ephysus cum suis insequens, victoria ei e cœlo per Angelum illum subministrata, omnino profligavit, [illegible] Provinciæ reliquiis Barbarorum superstitum cervicibus servitutis jugo subjectis, suo liberi dominio remanente.

Christus ei in somnis victoriam pollicetur

Angelus ei gladium tradit

[illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Fidei publica professio.

a Calari Christum prædicat

Postea vero non adeo dudum Calarim *a* civitatem potiori urbaniorique populo, et omnibus facultatibus refertam proficiscitur : ibique, ex milite prædicator effectus, Christianam fidem disseminare totis viribus contendit. Qua in re, velut in ceteris pene omnibus, cum sibi Deum propitium adjutoremque esse intelligeret, et Crucis beneficia erga se adversus hostes plurima maximaque conspiceret, militi cuidam e suis strenuo hujusmodi epistolam dedit ad Diocletianum Imperatorem deferendam : Diocletiano Magno Imperatori Ephysus Dux. Cum Imperii tui sapientia tanta ac talis fieri debuisset, ut per eam totus mitesceret mundus; miror valde, quare tam turpes colis deos, qui ex quocumque metallo fabricati, nec sibi nec aliis valent proficere; quorum capitibus stercora aves cæli projiciunt; quorum oculi non vident, non audiunt aures, manus non palpant, non ambulant pedes. Hos deos dicere sapientia Romana non debet, sed Christum Deum vivum esse credere, qui omnia ex nihilo creavit. Unde, o Imperator, altitudo Imperii tui omni remota ambiguitate cognoscat me Christum filium Dei vivum colere, ipsumque adorare, et ab ejus fide nulla me posse amplius re divelli.

Diocletiano renuntiat se Christianum esse factum,

et matri

17 Harum latori socium dedit Ephysus alium militem, qui matri verbis nuntiaret, se suosque Dei optimi maximi gratia, et sanctissimæ Crucis virtute, victores in Romani Imperii hostes extitisse, barbaram Sardiniæ gentem superasse, ac se demum Christiano charactere in sacro baptismate esse insignitum. Hæc ut audivit mater, mœrens e vestigio questum de filio ad Imperatorem perrexit, adstansque multis cum lacrymis Augustum salutat, captat illius ad Imperialis dominationis coruscatione, et regni amplitudine benevolentiam : exponit deinde universalem, inanimatumque Deorum cultum; odiumque in filium movens, dolet, et queritur eum a communi et avita religione aversum, deos ipsos aspernari, ac de medio tollere contendere; ideoque ipsi conviciatur, Magum et Galilæum vocitat, reum Imperatorum mandatorum contemptus et perduellii facit; ac demum supplicat Imperatori, ut ad illum mittat aliquem, qui eum cogat a tanta, ut aiebat, dementia resipiscere, reduceque ad cultum Deorum, quos Romanus orbis ubique colat et veneretur.

ab hac contestatus Imp.

18 Qua Alexandriæ oratione, crevit Imperatoris accepta ex prædictarum litterarum Ephysi lectione iracundia, non aliter quam flamma oleo injecto. Unde continuo de præsentium aliquot suorum consilio *b* Julicum militem quemdam ad se vocatum Judicem in Christianos Calaritanæ regionis constituit, jussitque ut selectis aliquot nobilibus Antiochiæ civibus, epistolaque quam porrigebat accepta, sese Calarim, quanto posset citius conferret, atque illic inventum Ephysum Alexandriæ filium apprehenderet, et variis tormentorum generibus, si ab errore et stultitia sua nequiret abduci, cruciatum, ad extremum occideret. Audivisse enim aiebat, illum deorum fidem abnegasse, eorumque deridere cultum, quorum ipse virtute ac potentia orbem regeret; credere vero in Christum illum, quem Judæi diversis tormentorum modis suppliciisque tandem cruci suffixum affecerint. Mandavit porro idem Augustus Julico, ut primum quidem studeat Ephysum ad sua reducere numina, et propter ampliorem illi honorem [illegible], et divitiarum cumulum polliceatur. Quod si his hortationibus eum nequeat allicere, omni [illegible] potest [illegible], quolibet tormentorum genere terreat, ac deinde, si nihil aliter possit, laceratisque [illegible] cunctis ejus membris, extremo tandem supplicio [illegible], ceteris ejusdem sectæ hominibus exemplo futurum,

b Julicum in Sardiniam mittit,

qui eum, ni Christum deserat

crudeliter necat

ut et illi eam deserant, et reliqui imposterum ab ipsa deterreantur.

Auctore Marlo, ex Mss.

a *Ferrarius scribit S. Juvenalem, de quo agemus 28 Maii, tunc Episcopum Caralitanum fuisse*

b *Ferrarius Julium appellat*

CAPUT V.

Tormenta humano divinoque solatio lenita.

Julicus itaque Imperatoris mandata nequaquam detrectans, mox cum civibus illis sibi ascitis, navigationem in Sardiniam arripit, Calarimque delatus, interim dum lustrat locum, ad Ephysum præmittit, qui nuntiet se illum invisum salutatumque, debitamque ei reverentiam (majori quippe dignitate erat Ephysus) exhibitum venire. Annuit nuntio Ephysus, paratumque se ait Julicum, quandocumque veniat, recipere. Quo responso Ephysi ad Julicum delato, mox ipse ad Ducem accedit, salutat, deosculatur, atque inter discurrendum de plurimis invicem, ut moris est, aperta Ephyso adventus sui caussa Julicus Augustalem epistolam porrigit. Qua quidem Dux accepta perlectaque, cæcitate et amentia Imperiali indignatus, Stulti, inquit, et fatui Principis mandata, neque peragenda, neque auscultanda sunt. Unde noveris Julice, me Christianum esse, et Christi famulum, Diocletianique præcepta vilipendere, ejusque epistolam pedibus conculcare. Tum vero Judex, ut venerat ab Imperatore instructus, jussusque primum blandiri Duci, dixit Augustum in palatio cupere eum amplioribus honoribus evehere, indigere quippe ipso Diocletianum, hortari demum ideo augusta jussa ne contemnat, et credat, ac Diis sacrificet.

Julicum Præsidem honorifice excipit.

ab eo blanditiis tentatur

20 At respondit Ephysus, sacrificium se Deo suo Jesu Christo offerre quotidie, cujus præcepta custodiat, et Diocletianum non curet, quod sacram Scripturam sic monentem audierit : Nolite timere eos qui occidunt corpus, quoniam animam non possunt occidere; sed eum potius timete, qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Ecce vero corpus meum, subdit, pœnis quibuscumque pro Christo paratum sustinere. Judex ad hæc Ducem monere, ut his sermonibus abstineat, et dicere se eos, solum quod amicus esset, impune ferre. At Dux contra in his persistens, Dixi, inquit, me Christianum esse, ejusque crucem die noctuque adorare, qui in Judices omnes, Principes, Reges, et Imperatores terræ, ac in universum genus humanum plenam absolutamque habeat potestatem.

Matth. 10. 28

21 Quibus tandem in iram versus, assistentibus sibi militibus Judex Ephysum ligari, ligatumque in carcerem detrudi imperat : statimque die postera, pro tribunali sedens, educi illum, vinctumque ante se jubet consistere. Cum ecce ethnicus hinc inde populus Calaritanus confestim, Præsidique questum accedit, Ephysum deorum suorum derisorem, blasphematorem, deturbatoremque, ac regiorum edictorum effractorem esse vociferans. Cujus clamoribus magis accensus ira Judex sanctum athletam durissime fustibus in præsentia sua mulctari jussit, [illegible] viderit. At hoc tam atroci spectaculo permoti [illegible] humana commiseratione [illegible] Ephysi, ejusque pulchritudinis, et florentis ætatis in lacrymas prorumpentibus, consolabatur Dux fortissimus : Viri fratres et patres, nolite flere super me, sed super vos, qui a diaboli [illegible] decepti, et quorum animæ, nisi converti [illegible] in æterna damnatione. Hanc statim orationem subdens : Domine Jesu Christe, qui [illegible] redintegras, esto in adjutorium mihi, et [illegible] servum tuum, quatenus diabolum omnem [illegible] valeam.

22 Interea dum hæc agebantur, qui cum eo ex suis superstitibus erant milites, ab ejus conspectu sese nequaquam unquam subtraxerunt; quinimo [illegible] corpori [illegible] que

AUCTORE MARCO, EX MS.

corporisque præsentia ei semper assistentes, ipsius carnes, tum etiam ferreis uncis ex Judicis præcepto laniari discerpique viderunt, donec costis ossibusque denudatis ipsimet carnifices eum jam exanimem esse asseverarunt. Verum bellator ille fortis et patiens intentam in Christo et Domino suo spem habere, voce, quæ ei extrinsecus sola esset, continuæ orationi incumbente testabatur. Hinc et quod adveniente jam vespere non videretur illius sævius cruciandi temporis satis superesse, eum in carceres detrudi Judex mandat, secumque interim, qua ratione postea igne torqueat concremetque, cogitat. Tum vero Caplicarius, seu carceribus præpositus quidam, Terentianus nomine, ob summam, quæ alias sibi cum Ephyso intervenerat durabatque, necessitudinem, clausis ostiis secreto collectum amicum, albaque involutum syndone curat quidem quam potest humiliter et benevole. Verum Angeli extemplo ægrum visitant e cœlo, ac proprio se et ore prodentes, Angelos esse ad consolandum eum a Deo missos asserunt; negataque eorum confessioni ab Ephyso fide, ne sibi sacrosanctæ crucis signum in frontibus efforment, signo se Crucis a Martyre postulato confirmant. Credens igitur Ephysus Angelorum præsentiam, sic humilis eos affatur. Scio equidem, quod tribus pueris in caminum olim Babylonicum projectis, atque in eo orantibus, missus est Angelus Domini de cœlo, qui ignis flammam extinxit: sed ego quid operatus sum boni, ut ad me mitteret Dominus Angelos suos?

benevole curatur a Præfecto carceris

visitatur ab Angelis,

quos jubet se cruce signare ad certitudinem visionis

23 Hoc Ephysi sermone, Angeli cognita amplius viri sanctitate, Deum ipsi enixe rogant, ut sui ipsius conspectu tantam Martyris sui humilitatem abjectionemque dignetur in præsentiarum compensare. Quorum quidem exaudita oratione, Ephyso in carcere Christus Dominus summo coruscante in lumine videndum se obtulit, sinumque illum erigens, timorem jussit expellere. Ne timeas, inquit, Ephyse serve mi, neque minas tyranni expavescas, quoniam ego tecum sum, nec te deseram. Viriliter age et confortetur cor tuum: tu enim hoc in loco multum mihi populum acquires, et oves congregabis innumeras. Hinc vero Ephysus maximo correptus timore, in terram cadens, ad preces e vestigio recurrit, oratque præsentem Dominum hoc modo: Dominator Domine Deus, cui nullus resistere potest, secundum multitudinem miserationum tuarum miserere mei, et ne memineris iniquitatum mearum antiquarum: respice in me Domine, quem tu creasti me, atque cognoscere te mihi dedisti. Delicta ergo juventutis meæ, quibus te irritavi, teque graviter offendi, ne memineris piissime Deus. Quibus mox replicat Dominus: Pax tibi Ephyse, dulcis amice, confortare mecum iterum, ac viriliter age, accipies enim coronam vitæ, et per martyrium gloriam æternam consequeris.

a Christo sanatur et corroboratur

CAPUT VI.

Idola subversa, impii puniti.

Sic habita finitaque et Domini et servi, Christi scilicet ac Ephysi conversatione, colloquioque, nonnullis post actis diebus misit ad Terentianum unum ex ministris, qui se scitaretur, ac referret, si viveret adhuc Ephysus, necne. Minister [illegible] illi, quæ transacto tempore, e quo in carcere [illegible] esset Martyr, audissent. Minister [illegible] videndi desiderio ad locum, ubi is [illegible] [illegible] se eum versus [illegible] videndi [illegible] Verum cum Sanctus [illegible] [illegible], et ille [illegible] [illegible] Ephysus. Quem [illegible] [illegible] vulneravit, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in tenebris [illegible] Ephysus [illegible] [illegible] [illegible]

Ad eum ministrum Præsidis [illegible]

25 [illegible] Judex [illegible]

sibi Ephysum mandat. At hic dum Prætorium ingreditur, facie ipsius solis instar coruscante, et corpore sine ulla fustium vel uncorum plaga, cicatriceve, aut plagæ nota existente; Calaritanum omnem populum præsentem rapuit in admirationem, tanto miraculo attonitum, ac suspicientem quanta præter naturæ vires admiranda Deus in Sancto suo esset operatus. Unde non potuerunt uno fere ore omnes Deum ipsum Christianorum sanctissimum potentissimumque non exclamare, ac eum in auxilium suum invocare, et deprecari. Cujus quidem tam frequentis et sancti populi applausus impatiens Judex, ex ipso tribunali assurgens, signo silentii manu facto, elata voce sic concionem aggreditur. Fratres carissimi, a fide vestra, quam usque in hunc diem inviolatam tenuistis, extranei nequaquam efficiamini: in istum, qui insanus effectus est, nolite credere. Scitis enim Deos nostros esse felices, et cuncto mundo auxilium præstantes, quos ideo Imperator et omnis orbis colat. Ipsi vero hunc servum suum Ephysum plasmaverunt, et ut ad sensum redeat sanum effecerunt.

vultu splendenti ad tribunal sistitur,

populo Christum laudante

26 Contra autem Ephysus non minus alte quam audacter in hunc modum respondet. Dominus Deus Jesus Christus unigenitus Dei filius, secundum carnem de Virgine natus, et pro humani generis redemptione crucifixus, efformare me ad imaginem et similitudinem suam dignatus est, non dii tui lapidei, vel ex quocumque metallo facti, quos surdos vanosque sacræ Scripturæ attestantur. Sed si vis, deorum tuorum templa ingrediamur, ut quis me Deus ex ipsis plasmaverit, ut ais, cognoscamus, et in quem credere populi isti debeant videamus. Lætus tum Judex nihil magis quam Ephysi aversionem certam inde expectans, a Prætorio ad ædem usque Apollinis viam verri, linteisque et mollibus pannis totam sterni curat. Ac ea quidem sic parata incedentem ejusdem Judicis præcepto Ephysum, et ad prædictum Apollinis templum properantem, mulieres in muro hinc inde obambulantes hortabantur, et ad eum conversæ exclamabant: Ephyse Dux, quoniam honorabilis es mulieris filius, convertere et sacrifica diis. Idem Duci repetit pars populi altera. Sed porro universa fere Ethnicorum multitudo cujusvis sexus et conditionis læta hilarioremque Judicem stipans, Ephysum ad prædictum templum sequebatur.

ducitur cum pompa ad templum Apollinis, velut sacrificaturus,

27 Cum Sanctus cunctis [illegible] ad ostium delatis Julianum invitet, et admonet primum ingredi, primumque diis suis sacrificent, ut ipsi illi suum adventum [illegible]. Qui Ducis invitatione exultans [illegible] ingressus Judex ad Apollinea statim [illegible]: Magne Deus Apollo, vosque præpotentia numina, ecce Ephysus servus vester, ad vos [illegible] sacrificaturus vobis: suscipite ergo propter deprecationem meam servum vestrum, atque eum illi gaudentes misericordiam ei vestram impendite: vos enim estis qui misereamini ad vos redire volentium. Moxque ipse ad Ephysum regressus foras: Ingredere, dixit, Ephyse, dulcis amice, dii enim te expectant ut recipere, et tibi indulgentiam præstare. Cujus quidem Divus Martyr blasphemiam iniquitatemque [illegible] non valens tolerare: Pereas tu, increpat acriter, et dii tui, et omnes, qui illos colunt. Ad quam [illegible] [illegible] valida a [illegible] Judicem [illegible], ut se prope mori sentiret, templique [illegible] [illegible], is adeo [illegible] [illegible] navim conscendens, [illegible] Calaritanis [illegible] Flaviano quodam non minus impio, in patriam remeare contendit.

imprecatione templum cum idolis evertit

Præses febri correptus

CAPUT VII.

Blanditiæ, minæ, tormenta superata.

Sed statutus itaque Judex Flavianus, eodem ferme momento [illegible] illum Ducem præcepit eumque, [illegible] tormentis [illegible] nihil

Flaviano [illegible] blanditiis [illegible] contemnit

nihil profecisset, verbis primum et illecebris, ac minis postea tentare aggreditur : redeat hortatur ad sanam mentem, et ab illa stultitia sese revocet, sic eum præmia, dona, honoresque ab Imperatore consecuturum, ac tormentorum pœnas vitaturum proponit, idemque suadere contendit Augusti amicitia, suique ipsius benevolentia, qua se illum prosecuturum, et ei quicquid postulet concessurum pollicetur : ac tandem e contrario absterr et minis, plurimis variisque tormentorum generibus propositis. Sed constans et strenuus victor, Miror, respondit, te virum rationis participem ad tantam insipientiam devolutum, ut credas me vel per blanda verba, vel per tormentorum minas, posse a Deo vivo et vero separari, et diis tuis surdis ac vanis, manibus hominum fabricatis, quibuscumque promissionum illecebris sociari. Non enim est hominis sensum habentis, ligna et lapides colere, vel pro auro et argento Deum cœli relinquere. Ego autem Deum Patrem adoro, et Filium et Spiritum sanctum, ac sanctæ et vivificæ Crucis lignum venerabile.

luce cœlesti circumfusus

29 Hæc ita sancto Martyre clara elataque voce prosequente, micante e cœlo fulgore in conspectu iniquissimi Judicis, stipantiumque militum, Sancti facies non minus meridiano sole resplenduit. Verum illi hoc licet portento exterriti, dicere tamen sibi ad invicem dignum esse morte Ducem Martyrem non desiverunt. Ex quibus vel unus, Archelaus nomine, Principem Flavianum salutans, gladio suo capiti Ephysi sese obtulit amputando. Cum auditis decollationis suæ sententiis eorum, gestisque prædictis attentis, ad militem illum accurrens parata cervice eum est quidem hortatus, ut feriret. Sed is dum manum ad feriendum attollit, decidit ita ei gladius, ut amplius illum nequiret erigere. Quibus visis perpensisque a Judice et præsentibus jubetur invictissimus athleta catenis collo injectis in carcerum custodia reponi, dum, ut ipsi aiunt, quid eo fiat investigent. Perrexit in carceres hilaris Ephysus, quantumvis catenarum pondere prægravatus. Statimque ac est illos ingressus, positis in terra genibus orare in hunc modum cœpit : Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui totum mundum illuminasti, et per crucem tuam a potestate diaboli liberasti, ne derelinquas me usque in finem. Nunc vero, Domine, gratias ago tibi, quia tu me creasti, et me peccatorem ad te convertisti : tu enim omnes peccatores, qui ad te redeunt, recipis, et qui a via veritatis errant illuminas et exaudis. Nunc Domine exaudi me servum tuum, et perfice in bonum desiderium meum, ut merear introire in regnum tuum. Quæ quidem oranti illi hac voce e cœlo emissa responsum est : Pax tecum Ephyse serve mi carissime : scias quod tecum sum ego, et non deseram te, quia multa patieris pro me, et adhuc patieris.

cum volenti eum occidere gladius excideret,

redactus in carcerem

[illegible]

30 Peractis itaque proximis aliquot diebus Flavianus tribunal repetens, jubet iterum sisti Martyrem hortaturque ut antequam eum flammis tradat deos suos veneretur. Cui quidem Ephysus, corpus suum in illius esse potestate inquiens, monet ut quicquid eo velit faciat sine prestolatione. Regnabo enim ego, subdit, cum Deo meo in æternum, et tu miser cum diabolo cruciaberis sine fine. Replicat perfidus Præses, vana illius verba ineptaque ferre se amplius non posse, quippe qui per magicas artes de militis manu corruere gladium fecit, maximo suo et militum stupore. Verum quod Sanctus nihili penderet minas tormentorumque objectiones omnes, his magis magisque confirmatus in Christo tyrannum increpare, filium diaboli vocitare, promissa tormentaque ab illo proposita deridere, Patrem sibi esse Jesum Christum, Regem cœli et terræ, et Dominum suum potentissimum profiteri, qui Flavianum, et diabolum ejus parentem inferno alligaturus, æternisque ignibus

[illegible]

esset addicturus. Unde magis accensus Judex, illi se dejerat effecturum, ut diis suis ipse sacra faciat. At ridens imperterritus Christi miles, sævius tyrannum objurgat, immanem bestiam et agrestem vocat : quærit cur talia minetur, ac veluti rabidus canis frustra latret, cum illum ipse non timeat, nec deos ejus, ignemve, ferrum, catenas aut reliqua quæcumque tormenta inferre possit.

Auctore Marco, ex MSS

31 Ad hæc autem ille Flavianus : Corpus tuum, inquit, reipsa igni faciam apponi, vulneraque vulneribus imprimi, resinam, picem, oleum, et omnem pinguedinem candentem subministrari, et acri demum aceto omnes tuas plagas aspergi mandabo. Statimque Sanctum ministris imperat in pavimento violenter extendi, muneribus, quæ in sacrificium offerret, ejusdem dextræ impositis. Parent ocyssime Judicis imperio ministri, cum vir sancta fortitudine præditus, duabus jam prope horis in pavimento extensus, projectis e manibus muneribus illis profanis, Spiritus sancti ope, prædicta illa omnia tormentorum genera sibi illata gloriose superat. Unde non oblitus Deo adjutori suo gratias agere, cœpit cum regio Propheta canere : Impulsus, eversus sum ut caderem, et Dominus suscepit me : fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Dextera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me. Ac mox Flaviano ceterisque ejusdem farinæ circumstantibus interrogantibus, quid miser diceret, quid loqueretur, cur plangeret, subjecit : Propter peccata mea plango, ne forte animam meam impediant, quoniam multa mala commisi : unde corpus meum lutum et pulverem conspiciens, si pro Deo centies posset occidi, ob animæ meæ salutem lætarer plurimum. Dæmones enim in animarum perditione valde congaudent : quibus tu (Flavianum intuens) ad exurendum perpetuo sociaberis.

crudeliter torquetur duabus horis

Psal. 117

32 At ille Sanctum eisdem vinctum catenis in carcerem detrudi mandat, alteraque die iterum sibi ad tribunal, dum ibi sederet, adduci. Tum vero primum extensas ei manus conteri penitus jubet : deinde dum interim in ipsa extensione sinitur, inito cum ceteris consilio, fornacem ingentem accendi e vestigio curat, et statim Martyrem in eam projici. Projicitur ipse quidem, at sanctæ et salutiferæ Crucis signo munitus patienter fortiterque flammas ferens, canit hilaris : Igne me examinasti Domine, et non est inventa in me iniquitas : tamquam aurum in fornace probasti me Domine. Oransque subdit : Nunc, Domine, clementiam tuam posco, ut, qui liberasti tres pueros de camino ignis ardentis in Babylone, eruas me de medio istius, ut gentes istæ videant mirabilia tua, et glorificent nomen tuum in æternum. Nec est a Christo repulsam passus tam bene meritus orator : etenim illæso eo in mediis incendiis remanente, erumpentes a clibano flammæ, Flavianæ iniquitatis executores circumstantes uno momento collabusserunt.

contritis manibus in ardentem fornacem conjicitur

manet illæsus,

satellitibus combustis

33 Hinc ex adstantibus quoque huic spectaculo populis, alii portento attoniti Flavianum compellere, ut Ephysum cito demitteret, veriti, ut aiebant, ne casu id præsto fieret, mox cuncti quoque simul pari fato corriperentur. Alii Christianos sese profiteri, et palam clamare sanctam se Christi crucem adorare, Imperatoris præcepta respuere, Deorumque sacrificia abhorrere atque detestari, deinde ad Ephysum conversi dicere : Tecum, sanctissime Pater Ephyse Dux noster, tormenta et mortem pati pro Christi nomine parati sumus. Alii vociferari virum sanctum et justum, vitæ æternæ et felicitatis perpetuæ indicem, talia sustinere non debere : non deficientibus tamen ex eadem turba, qui contra affirmarent, imperii edicta, et sacrificiorum antiquorum ritus nequaquam esse contemnendos.

multi convertuntur

64 CAPUT

Auctore Marco, ex mss.

CAPUT VIII.
Martyrii consummatio. Miracula.

Accepta mortis sententia.

Quos illorum omnium clamores ferre amplius non valens Judex, imo eum invadente mortis metu, tribunal prætoriumque reliquit, habitaque nocte proxima consultatione, mane illud repetens, capitis tandem sententiam tulit in Christi Martyrem sanctissimum, ex hoc fere breviculo recitatam. Ephysum rebellem, nostris diis credere nolentem, eorumque sacrificia per superbiam respuentem, Imperatoris atque totius mundi religionem vanam putantem, eamque dissuadentem, nostris precibus aures suas nullo modo inclinantem, honores et hujus vitæ gaudia pro nihilo habentem, contumelias, derisiones, opprobria, vincula, carceres et tormenta pro Galilæo illo crucifixo libentissime tolerantem, capite præcipimus obtruncari.

Nuras ducitur.

35 Lata hujusmodi a Flaviano sententia, condemnatum arripiunt Ephysum ministri, Nurasque constitutum ad solitum supplicii locum perducunt. Quo pervectus, tortorem beatus Martyr fratrem appellans, rogat ut antequam eum feriat, orandi sibi inducias largiatur. Permissusque Martyr a tortore ut quantum vellet id ageret, elatis in cœlum oculis, expansisque manibus, hanc Christo pie devoteque orationem effudit : Domine Jesu Christe, qui ante mundi principium de Patre genitus, per uterum intactæ Virginis Mariæ in hunc mundum venire dignatus es, et homo fieri, propter nos ac salutem nostram, et sedes a dextris virtutis Dei, esque nobiscum, sicut ipse promisisti, usque in finem seculi, dabisque nobis post diem judicii corporis et animæ beatitudinem, exaudi orationem meam, et auribus pietatis tuæ percipe lacrymas meas, et propitius esto mihi. Concede itaque Domine, ut martyrii mei, quod pro te libenter suscepi, cursum consummem feliciter. Adsit mihi misericordia tua, ut nullum impedimentum patiatur anima mea, humani generis adversarius non appropinquet mihi, nec me manus contingat inimici. Peto etiam, Domine, ut hanc Calaritani populi civitatem ab hostium incursu custodias, et ut desinant cives ejus idola vana colere, dæmonum figmenta respuant, et cognoscant te verum ac vivum Deum Dominum nostrum Jesum Christum, quicumque vero ex eis ægri fuerint, vel si aliquo modo maris fluctibus supra vires constricti, si barbaris gentibus oppressi, si peste afflicti extiterint, postquam ad me servum tuum supplices recurrerint, salventur, et ab angustiis suis liberentur, per te Domine Jesu Christe, Deus de Deo lumen de lumine, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu sancto in æternum. Qua oratione per præsentes Christianos voce hac, Amen, conclusa, videt Sanctus apparentem sibi Christum Dominum, auditque suis precibus his verbis cum hortatu annuentem : Ephyse dilecte mi, tuas preces audivi : veni, accipe coronam tuam semper mansuram, quia bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti.

Orat pro Calaritanis.

A Christo invitatur ad gloriam.

36 Hoc itaque divino accepto oraculo tantis fretus divinis pollicitationibus invictus Christi athleta, speculatorem monet, ut agat quicquid ex Præsidis sententia mandatove agere eum oporteat, sanctissimeque se signo Crucis muniens, flexis genibus dum spiritum suum in manus Domini commendat, porrecto capite a speculatore obtruncatur, octavo decimo Kalendas Februarii, ut ex Martyrologio Romano prænotavimus, et ex Marci testificatione mox sequitur, anno Domini 286. Cujus quidem invictissimi ac sanctissimi Dei Martyris anima in cœlum ipsorum Angelorum manibus perlata, gloriosum cadaver in terra relictum, muneribus per Christianos redemptum, et a profanis ferarum dentibus, seu potius a sacrilega impiorum Ethnicorum ultione vendicatum, inde non procul in loco celebri ex parte Orientis hymnis et psalmis decantatis, Deoque datis laudibus, et actis gratiis reverenter est reconditum. Ibi vero deinde sanctus Martyr innumera patravit miracula. Nam ex hac eadem Marci narratione cæci ibi visum receperunt, mundati sunt leprosi, fugati humanis corporibus dæmones, surdis auditus, incessus claudis est restitutus : ac etiam ubicumque pro qualibet necessitate ipsi Divo Ephyso supplicatum est, præsto ipse et cum effectu semper adfuit.

Decollatur.

[illegible]tur.

Claret miraculis.

CAPUT IX.
Translatio, templa.

S. Ephysii vita a Marco scripta

Martyrizatus est autem beatus Christi Martyr Ephysus octavo decimo Calendas Februarii apud Calaritanam civitatem in insula Sardiniæ, in loco qui dicitur Nuras, et sepultus est ex parte Orientis, imperante Diocletiano Imperatore, et Flaviano Principe, cujus passionem ego Presbyter Marcus dum a principio usque ad finem vidissem, hortatuque ipsius beati Martyris Ephysi fideliter veraciterque descripsi, præsentibus atque posteris profuturam, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum, Amen.

Corpus Pisas translatum.

38 Ceterum et hic quoque dico, Divum Ephysum una cum S. Potito Pisas ex hac insula esse asportatum : quo vero singulariter ex loco, plurimum confert dicere. Peninsula est modici spatii juxta propugnaculum illud recenter ad Barbarorum frequentes antea descensiones cohibendas extructum, quod vulgo Turris et Collallas dicitur, in qua quidem peninsula, quæ vestigia ædificiorum oppidive cernuntur ex quadratis quibusdam lapidibus, Arabicis litteris inscriptis, dignoscitur fuisse Saracenorum opus : quæ vero hinc extra peninsulam passibus aliquot versus et ad castrum usque Pulæ, latiori spatio existunt, vel ex ipsis D. Ephysi actis genuinum Noræ situm magis indicant, quod ei loco præfati Sancti sepulchrum juxta ejusdem acta, ut viseuti bus plane innotescit, adstat ex parte Orientis.

Locus martyrii et sepulchri.

Templi descriptio.

39 Enimvero illud est eo in templo, quod Sancti nomini perstat nuncupatum, inter prolata distinctorum a nobis locorum vestigia extra eam peninsulam, atque hoc quidem templum quadrato constans ex lapide ad Occidentem fere duobus aditibus, latiore in medio, angustiore a sinistris patet, utroque sursum arcuato; latitudo ejus passuum sex in tres fornices, et trinum trinarum columnarum ordinem deducitur, ad longitudinem passuum decem : medius fornix passus tres latus, ceteris duplo altior, ad Orientem super ara majori desinit in semiorbem. Columnæ hinc inde tres quadrata figura exstructæ ex quadrato lapide, crassitie quatuor pedum, et ab extremis muris in has, atque ab una earum ad aliam ducti per longitudinem arcus, erecto desuper muro, contexunt mediæ quidem testudinis utrumque, collateralium vero intrinsecum fundamentum. Hæ autem latæ sunt passus duos, et in sinistra ab ingressu arcus superiori, hoc est ad Orientem, qua parte ara est, fenestra una, in dextra duæ, duobus inferioribus arcubus respondent : quarta ipsi aræ superstat, sub ipso majori ac medio fornice. Porro a dextro aræ cornu ad extremum dextræ testudinis...... patet quidem scalarum aditus ad Orientem duobus gradibus, sed hinc aliis quatuor a Meridie contra Septemtrionem ad duarum sepulturarum aperturam mediis in lateribus factam pervenitur, adeo ut ipsæ ante aram facta quoque experientia quatuor circiter aut quinque pedes subsint, extructæ quidem non in transversum, sed juxta ipsam templi longitudinem, inferior stracto tegmineque constat lateratio hoc quidem

dem in acutum desinente. Erectis eum in modum lateribus ab utraque stracti ora per longum, hinc altera superstat paullo latior altiorque strata, marmore candido, et in arcum per longitudinem operta quadrato lapide : ceterum paris latitudinis utraque quinque circiter vel sex pedum. Atque hunc Divorum, primæ in primis Ephysi, secundæ vero deinde Potiti ab ejus ex Apulia translatione depositionis locum, hæc eorum monumenta extitisse, tenacissima traditione perhibetur, quæ et situ cum ipsis D. Ephysi actis, collato, et templi nuncupatione, ac ipsa demum utriusque sepulchri structura satis superque confirmatur.

alia ejus ecclesia,

40 Hinc alia sub Sancti ejusdem invocatione alibi erecta, illud quidem extra oppidum, vulgo dictum Villasor, Marchionatus ejusdem nominis caput. At hoc aliud in suburbio Calaris, Stampache dicto, longe famosius est, tum ex eo quod subterraneam cryptam ejus firma traditione fuisse creditur S. Ephysi carcerem, ex quo subterranea quoque porticus ad aliud antrum subtus Divi Venerei templo, in vico ejusdem nominis, uno a Calari miliari, pertingit; tum quod idem oratorium est Confraternitatis sanctissimi Gofelonis, seu sacrosanctarum Christi plagarum primariæ Romanæ tituli ejusdem aggregatæ, cujus Sodales cæruleo habitu in Confraternitatis exercitiis et pietatis officiis induti procedunt.

AUCTORE MARCO, EX MSS *alia celebrior*

DE SANCTO MACARIO ÆGYPTIO

PRESBYTERO ET ABBATE IN SCITHI.

§ I. *S. Macarius S. Antonii discipulus.*

ANN. CCCXCI XV JANUARII

Duo SS. Macarii

Plures fuere Macarii, *vastarum Ægypti solitudinum inquilini. Celeberrimi in Martyrologiis duo, quorum alter* Alexandrinus, *sive* Urbanus *appellatur, alter* Ægyptius : *ambo Magni Antonii discipuli, ut ex Ruffino et Sozomeno infra XVII Janu. in Prolegomenis ad ejusdem S. Antonii vitam dicemus; non quia sub ejus disciplina primum ad pietatem vitamque monasticam eruditi sunt; sed quia cum convenerint aliquando, et salubribus ab eo monitis informati sunt : qua ratione alii quoque sese Antonii discipulos prædicarunt : et vero fuit ille communis, ut isthic dicemus, vitæ monasticæ Magister.*

utriusque natalis :

2 *Colitur a Græcis uterque hic* Macarius *XIX Januarii, ut ex Menæis ac Menologio patet; licet Anthologium solius* Ægyptii *meminerit. Latinorum fastis recentioribus hic XV Januarii, ille II, adscriptus. At paullo antiquiora Martyrologia, ut II Januarii monuimus, illud fere statuunt discrimen, quod qui XV, colitur,* eum S. Antonii *discipulum vocent, alterum non item. Quam ob caussam censebat Rosweydus, ut in quadam schedа notatum ab eo reperimus,* Ægyptium II, Alexandrinum XV, *reponi oportere : hunc enim præcipue Antonii discipulum fuisse, cui ipse dixerit Antonius, ut auctor est Palladius in Lausiaca cap.* 20, Ecce Spiritus sanctus requievit super te, eris que mihi deinceps hæres mearum virtutum. *Nam quod Ruffinus lib.* 2, *cap.* 28, *eadem de Ægyptio prædicat,* cum quasi hæreditatem gratiarum et virtutum B. Antonii possedisse, *Rosweydus in Notationibus ad lib.* 2, *de Vitis PP. nu.* 49, *monet,* Videndum num Ruffinus Palladium, vel alium, quem Latine expressit, male ceperit. *Recte quoque ibidem pronuntiat* intricatam plane rem de duobus Macariis.

uter dicatur S. Antonii discipulus ?

qua caussa ?

3 *At qui caussa intricata? Quia nimirum posteriores scriptores, ac præsertim Martyrologiorum concinnatores, cum memorari a S. Athanasio in S. Antonii vita* Macarium *ejus discipulum cernerent, a posterioribus vero scriptoribus Palladio, Ruffino, et aliis, qui Ægypti Libyæque deserta lustrarunt, potissimum duos prædicari* Macarios Alexandrinum *et* Ægyptium, *et utrumque cum Antonio locutum, alterutrum existimarunt celebrem illum ejus discipulum, atque in Pispirensis cœnobii præfectura successorem extitisse, hi Ægyptium, illi* Alexandrinum, *ut cuique verisimilior id ratio persuaserat.*

Alius autem qui ?

4 *Verum utroque illi* Macario *senior fuit. Nam* Ægyptius, *ut mox dicemus, anno Christi* 391, *decessit,* 90 *natus annos, quorum* 60, *exegerat in solitudine : in eam itaque secesserat sub annum* 341. *S. Antonius, ut suo loco ostendemus, obiit anno* 19 *Constantii, Christi* 356. *At Fratres duos, Amatham et* Macarium, *quandoquidem annos dudum in solitudine cum eo vita sociam duxerat, et tradit a antiquo illo magistro institutus, ii ipsi illum tumulaverunt, ut S. Athanasius in S. Antonii, S. Hieronymus in S. Pauli Vita tradunt. Ipso ergo tempore, quo Scithicam solitudinem petiit* Macarius Ægyptius, *aut etiam aliquanto ante, in interiorem illum montem alter ille ductus* Macarius *est, longo jam virtutis experimento probatus. Nam antea Œconomus videtur Pispiritani cœnobii ad Nilum siti fuisse, ut colligitur ex Palladio cap* 25 Cronius quidam, *inquit,* mihi narravit Presbyter Nitriæ. Cum essem, inquit, junior ab initio, et propter animi angorem et tristitiam fugerem ex monasterio mei Archimandritæ, errans perveni ad montem S. Antonii. Sedebat autem B. Antonius inter Babylonem et Heracleam in vasta solitudine quæ fert ad mare rubrum, circiter 30 milliaribus a fluvio. Cum ergo venissem ad ejus monasterium, quod est prope fluvium, in quo sedebant ejus discipuli Macarius et Amathas, in eo qui Pisper appellatur loco, qui eum etiam cum dormivisset sepelierunt; expectavi quinque dies ut convenirem S. Antonium. Dicebatur enim accedere ad hoc monasterium, aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post 20, aliquando vero post quinque, prout expediebat pro beneficio eorum, qui veniebant ad monasterium, *et post pauca* Accidit autem ut alio die veniret Magnus sero vespere, ut narravit Cronius, amictus chlamyde pellicea. Ingressus est ergo suum monasterium; erat autem hæc ejus consuetudo, ut alloqueretur Macarium, et eum interrogaret : Frater Macari, veneruntne huc aliqui? Respondebat Macarius : Venerunt. Dicebat autem Magnus : Suntne Ægyptii an Hierosolymitani? Dederat autem Magnus ei signum dicens : Cum videris venisse aliquos, quibus est minus negotii, dic : Adsunt Ægyptii. Quando autem videris venisse aliquos religiosiores, et paullo consideratiores, dic : Sunt Hierosolymitani. Rogabat ergo Magnus pro more dicens Fratri Macario : Sunt Ægyptii Fratres, an Hierosolymitani. Respondet Macarius, dicens : Est mixtura. *Hæc autem ante annum* 340, *gesta sunt quæ narravit Cronius. Non igitur ille* Macarius, Ægyptius *est, qui non nisi eo aut potius sequenti anno eremum petiit. Multo etiam minus dici potest* Alexandrinum *fuisse, qui Ægyptio junior, nequaquam et minister adhibitus a Magno fuisset Antonio, cum ipso Cronio, a quo hæc Palladius didicit, junior esset, ut ex Ruffino colligere est.*

ejus monasterium ad Nilum

et œconomus

et janitor

5 *Locis quoque longissime interim dissitis habitavere hi* Macarii. *Antonii monasterium in Thebaide erat ad Nilum flumen. Habitabat vero* Macarius Ægyptius *in Scithi,* Alexandrinus *in Cellis, quæ loca in Libya sunt. Ut mirum sit* 11 *Januarii scribere de Alexandrino Usuardum et alios :* In Thebaide S. Macarii Abbatis, *nisi de illo Pispiritano scripserint, cujus aliquam non reperimus in Martyrologiis mentionem, ut magis etiam illi conveniant, quæ hoc die XV, in nonnullis habentur. Ita vetus Romanum a Rosweydo vulgatum* Macarii Abbatis, Antonii discipuli *Notkerus :* Item Macarii Abbatis,

longe alius ab hoc illo

forte etiam 2 a et 15 Jan colitur

Ex variis

batis, discipuli S. Antonii. *Beda vulgatus, Usuardus, Rabanus, Ado, Bellinus, et MSS. plurima et pervetusta*. Item B. Macarii Abbatis, discipuli S. Antonii, vita et miraculis celeberrimi. *Maurolycus quasi hunc significet*, Apud Ægyptum in Thebaide, *inquit*, B. Macarii *etc. Galesinius quoque*: In Thebaide S. Macarii Abbatis. Hic B. Antonii discipulus, religiosæ disciplinæ, sanctimoniæ, et miraculorum laude floruit. *Sed in Notis significat se de Ægyptio agere.*

6 *Plura de Pispiritano illo, sive Thebæo* Macario *infra ad Vitam S. Antonii, præsertim* § 5. *Prolegomenon. Successit ei in præfectura Antonianı cœnobii* S. Posthumius, *sive* Pasthumius, *qui an non* Poemen, *sive* Pastor *sit, alibi disquiremus*, Posthumii *vitam qui scripsit*, (sicut referentium jactavit oratio, qui conversionis ejus ordinem noverunt, *ut in Præfatione scribit, ns verbis fortasse illius sese æqualem innuens*) *idem de* Macario *ait*: De quo sæpe diximus, corpus sepelisse Magistri, cum spiritus ejus vocatus est ex seculo. *At ubi illud dixit, et sæpe quidem? Idem fortassis* Macarii *illius vitam litteris tradidit, quæ non extat. Ast ex eadem illa* Posthumii *vita hic* Macarii *illius se mortis obitum referemus.*

Vita ejus olim scripta est

7 Nota facta est, *inquit*, S. Macario, scilicet B. Antonii discipulo, conversatio Posthumii, et celebre ejus factum est nomen, visumque est illi ad hunc abire in eremum. Nam idem Macarius ab illustri viro Antonio monachorum fere quinquaginta millia susceperat gubernanda. Ejusdem igitur Macarii exitus de seculo appropinquabat, et Dominico gregi, quis post ejus excessum magisterii nomine subrogaretur inquirebatur. Sanctus itaque Macarius cum ad Sanctum venisset Posthumium, excepit eum libenter, præcipue cujus jam ab Angelo famam audierat. Non ergo ille ut hospes, sed ejus subtiliter explorare propositum venerat. Porro Macarii adspectibus Posthumii complacuit conversatio, et eum suadere cœpit, ut S. Antonii anachoretarum Principis non gravaretur visitare reliquias. Sed cum omni virtute reniteretur, et abire penitus noluisset, in somnis Posthumius sine aliquo cunctamine ire jussus, Divinæ contradicere non poterat majestati. Itaque cum Macario aggreditur iter, multitudinem congregationis monachorum, quæ a solo gubernabatur Macario, ingressus, de quo sæpe diximus, corpus sepelisse Magistri, cum spiritus ejus vocatus est ex seculo. Qui cum se in extremo vitæ istius temporalis adspiceret, advocato ad se S. Posthumio, ita exorsus est ei: En Frater, tempus resolutionis meæ instat: quapropter, audiens bonum testimonium de te, finem senectutis meæ debilitati suppositi gressibus ad pertingendum usque ad te. Nunc igitur bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno amore gregem Dei ad regendum. Noli quærere, quod tibi utile est, sed quod multis ut salvi fiant: ne ergo neges suscipiendi honoris gratiam, mercedem a Domino recepturus tempore opportuno. Tunc S. Posthumius pedibus ejus provolutus, ut Cur, inquit, Pater, quomodo mihi tam magnæ multitudinis curam imponis, rustico homini, litteras nescienti? Provide igitur ex eis meritum hominem, qui possit cum sollicitudine tantas animas regere populorum. Tunc Macarius ait Posthumio: Excusationes non audio, neque excusas recipio. Hi enim omnes sub tua ditione manebunt, nec alius est tantæ abstinentiæ vir, qui possit istius populi gubernare animas, ac sollicite pertractare: et ut certius dicam, dilecti[illegible], te electione sua Dominus designavit ad [illegible] monasterii [illegible] ne[illegible] cœlesti potens contradicere jussioni. Nihil ex his Posthumius locutus est Macario, sed [illegible] Macarius [illegible] populorum ingens turba [illegible] Ibi psallentium multitudo, diversis [illegible] vocibus, quasi uno ore laudes

addit S. Posthumium

deducit eum secum Deo jubente

designat successorem

moritur

Deo canebant, donec corpus ad sepulchrum deduceretur humandum: nemo tamen vehementer dolebat, eo quod S. Macarius tam velociter monasterium relinqueret, quoniam Dominus similem ei Posthumium gregi suo magistrum providerat.

8 *Hæc ibi. Quod dicatur tam velociter monasterium reliquisse, argumento est non diu ei post S. Antonii aut S. Sarmatæ mortem præfuisse, nec ad* 391, *quo S. Macarius Ægyptius decessit, pervenisse. Mendum videtur, cum monachorum fere quinquaginta millia dicitur gubernanda suscepisse*: quinque *legendum, itaque habet titulus vitæ S. Posthumii* Vita B. Posthumii Patris quinque millium monachorum.

diu ante alios duos Macarios

§ II. *S. Macarius Ægyptius.*

Nunc de S. Macario Ægyptio agendum. Presbyter hic fuit, quod de Pispiritano non traditur. Agitur ejus natalis a Latinis XV Januarii; licet quod in plerisque Martyrologiis ejus extat elogium, in alterum jam memoratum Macarium, aliquanto etiam aptius, quadret. Expressius eum celebrant recentiora; Coloniense anno 1490. excusum: Apud Ægyptum B. Macarii Abbatis discipuli B. Antonii, vita et miraculis celeberrimi: qui contra aereos spiritus, et in curationibus hominum, et in denuntiationibus futurorum divinam gratiam consecutus, sexaginta annos in desertis implevit, ad quæ tricenarius ingressus est. Hic interrogatus a quodam, quomodo sic corpus suum siccum esset respondit: Timor Dei etiam ossa exsiccat. *Similia habet MS. Martyrolog. Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellis, aliaque.*

S. Macarii Ægyptii natalis

10 *Vitam ejus Græcam nacti sumus ex Bibliotheca Regis Christianissimi, cujus hæc erat inscriptio*: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου. Vita et conversatio S. Macarii Ægyptii. *Ea continet quæ sparsim extant de illo in vitis Patrum, nisi quod quæ Ruffinus lib.* 2, *et Palladius in Lausiaca narrant, vix attigit, quæ propterea separatim subjungemus. Aliam Latinam ex MS. Codice Bodecensis cœnobii Canonicorum regularium in diœcesi Paderbornensi accepimus a Joanne Gamansio nostro, sed quæ fere ex lib.* 3, 5, 6, 7, *de Vitis PP. ipsismet auctorum verbis erat consarcinata, et quædam huic tribuebat* Macario, *quæ sunt Alexandrini propria.*

Vita.

11 *Sozomenus lib.* 3, *histor. Eccles. acturus de præstantibus, qui quarto seculo floruere, monachis, ita Macarium utrumque celebrat cap.* 13: Ex ordinum vero ea [illegible] ex Ægypto, et duobus monachis, qui Macarii nominabantur, quinque cum summa laude monasteriis in solitudine Sceti et monte, qui ibi est, positis præerant. Quorum alter in agris Ægypti, alter in urbe natus (erat enim Alexandrinus genere) et ita institutis civilibus educatus, ut ἀστικός, id est Urbanus, appellaretur. Ambo autem viri sanctissimi, divina præscientia et sapientia eximia imbuti, dæmonibus terribiles, rerumque mirabilium et sanationum effectores. Ægyptius vero fama est mortuum ad vitam revocasse, quo hominem, qui contra sentiret, posset persuadere mortuorum fore resurrectionem. Vixit annos circiter nonaginta, quorum sexaginta in solitudine contrivit. Qui simul, ut studio monasticæ et exercitæ disciplinæ, cum adhuc adolescens esset, se dedidit, sic in eo excelluit, ut a monachis Παιδαριογέρων, hoc est, Adolescens senis mores et gravitatem præ se ferens, nuncuparetur. Ubi autem annum jam ætatis egit quadragesimum, presbyter ordinatus est.

Elogium et miracula ex Sozomeno

12 *Socrates lib.* 4, *hist. Eccl. cap.* 18, *eadem fere de illis prædicat*: In numero, *inquit*, monachorum, qui eo tempore vixerunt, duo viri erant pietate et sanctimonia eximia, qui eodem nomine (uterque enim vocabatur Macarius) nuncupati fuerunt: quorum alter ex superiore Ægypto, alter ex urbe Alexandria oriundus, uterque multarum rerum causa, ut disciplinæ monasticæ,

Socrate

monasticæ, vitæ pie institutæ, morum præstabilium, et miraculorum denique ab ipsis editorum, percelebris et illustris. Ægyptius Macarius morbis tam multos liberavit, tot dæmones ex hominibus, qui eisdem agitabantur, ejecit, ut res ab eo per Dei gratiam gestæ opus separatum desiderent. Erga illos, qui in ipsius congressum venirent, severitate cum reverentia temperata usus est. *Similia habet Nicephorus lib.* 9, *hist. Eccl. cap.* 14. *Suidas etiam verbo* Macarius: Duo, *inquit*, fuerunt ejusdem nominis, atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores, atque disciplinam. Alter quidem Ægyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos qui se conveniebant erat severus; alter Alexandrinus per omnia similis Ægyptio *etc.*

Suida

13 *Præcipue* Scithium, *sive* Scetin, *aut* Scithicam *in Lybya* solitudinem *inhabitavit, cujus situm ex Ruffino induximus* 2 *Jann. ad alterius* Macarii *vitam cap.* 9. *Nam et is, licet præcipue in Cellis commoraretur, sæpius tamen ad seniorem hunc* Macarium *in Scithi divertebat, habebatque etiam isthic cellulam, atque aliam in* Nitria. *Distabat* Nitria *quinquaginta millibus passuum Alexandria, ut ad vitam S. Antonii diximus. Ab eo loco decem millibus distabant* Cellia, *a multitudine dispersarum in eremo cellularum dicta, ut auctor est Ruffinus lib.* 2, *de vitis PP. cap.* 20 *At Cassianus*: Cellæ, seu Cellia, inter Nitriam et Scythim, a monasteriis Nitriæ quinque millium, octoginta millium solitudine ab eremo Scythi.

locus habitationis

14 *Ætas S. Macarii sic statui potest. Palladius venit Alexandriam secundo consulatu Theodosii Magni Imp. id est, an. Ch.* 388, *ut ipsemet testatur cap.* 1, *hist. Lausiacæ. Triennio versatus in monasteriis quæ sunt circa Alexandriam, abiit in montem Nitriæ, ut testatur cap.* 7, *anno videlicet* 391. Cum toto anno in monte habitasset, *ut ibidem scribit*, venit in intimiorem solitudinem, *in Cellia videlicet, anno* 392. Dormierat *autem* anno, antequam ipse ingrederetur in solitudinem, *Macarius Ægyptius. In Cellis novem annos habitavit Palladius cum Macario Alexandrino, qui adhuc triennio post vixit, unde abitum in vivis fuit. Recessit autem e solitudine Palladius an.* 399, *aut* 400, *nam an.* 401, *jam Episcopus ordinatus interfuit synodo Constantinopolitanæ, ut diximus ad vitam S. Joannis Chrysostomi.*

ætas.

15 *Natus est igitur* Macarius Ægyptius *circiter annum Christi* 301, *Diocletiano et Maximiano imperantibus: secessit in eremum an.* 341. *Valentis Imp. tempore, Lucii Præfecti jussu cum Alexandrino Macario aliisque sanctis Patribus extorris deportatus est in insulam quamdam Gentilium, quos omnes Christo adjunxere, uti Ruffinus commemorat lib.* 2, *hist. Eccles. cap.* 4. *Socrates lib.* 4, *cap.* 19. *Sozomenus lib.* 6, *cap.* 20.

Exsulat.

16 *Hujus S. Macarii esse feruntur homiliæ Græcæ, quas Joannes Picus in Senatu Parisiensi Inquisitionum Præses anno* 1559, *Latine reddidit. At Gennadius Massiliensis unam ei tribuit epistolam, ita enim scribit cap.* 10, Macarius, monachus ille Ægyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum ad juniores professionis suæ scripsit epistolam: in qua docet, illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suæ cognoscens, ad omnes semetipsum laboribus subjiciens, et luctando atque Dei auxilium adversum omne, quod in hac vita suave est, explorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam, velut naturæ debitum, mereatur obtinere. *Eam epistolam esse censet Auctarius Macarius, quæ in MSS. reperitur hoc exordio:* Milites ergo Christi, *quæ alias Regula S. Macarii scribitur.*

Scripta.

VITA EX GRÆCO MS.

CAPUT I.

Calumnia depulsa. Secessus in eremum.

a Beatus Macarius de semetipso referebat dicens: Dum essem junior, atque in cella residerem in Ægypto, tenuerunt me, et Clericum ordinaverunt in vico. Ego vero nolens acquiescere, in alium locum profugi: et venit ad me secularis quidam vir pius, qui quod manibus eram operatus tollebat, mihique ministrabat. Accidit autem ut virgo quædam in eodem pago diabolica tentatione in fornicationem laberetur: cumque jam uterum gestaret, interrogata est, a quo esset imprægnata, ipsa vero: Ab isto, inquit, anachoreta. Exeuntes vero pertraxerunt me in vicum, et suspenderunt ad collum meum b fictiles ollas, et ansas vasorum, et circumduxerunt in pago per vias cædentes, ac dicentes: Hic monachus filiam nostram corrupit: tollite, tollite eum: et pæne ad mortem me occiderunt. Superveniens vero quidam seniorum dixit: Quousque peregrinum hunc monachum cædetis? At, qui mihi solitus erat ministrare, sequebatur retro, pudore suffusus, nam et ipsum multis contumeliis affecerant, dicentes: Ecce solitarius ille, cui tu testimonium tribuebas, quid perpetrarit. Et dixerunt puellæ parentes: Non dimittimus eum, nisi de alimentis ei præbendis fidejussorem dederit. Cumque ei, qui mihi ministrabat, innuissem, fidejussit. Atque ad cellam reversus, dedi ei quotquot habebam sportulas: Vende, inquiens, has, et conjugi illi meæ cibum præbe, dicebam vero cum animo meo: Ecce, Macari, uxorem tibi reperisti, oportet te nunc amplius laborare, ut eam alas: et dies noctesque operabar, eique mittebam. Cum vero miseræ illi tempus pariendi advenit, dies complures in acerbo cruciatu exegit, neque parere omnino valuit. Mirantibus qui aderant, et quid hoc esset quærentibus: Scio, inquit, quia videlicet monacho illi falsum crimen imposui, cum ille flagitii sit expers, et quod juvenis iste clausit. Advolat minister meus, et gaudio gestiens ait: Non potuit puella illa parere, donec confessa est, insontem esse te criminis, quo te falso accusarat. Ecce vero universi vici illius habitatores huc convenire cupiunt, ut cum gloria arrogatæ tibi injuriæ veniam flagitent. Ego vero his auditis, ne me homines affligerent, surrexi, atque inde in Scetem profugi. Hoc principium est caussæ, ob quam huc veni.

2 d Venit aliquando Macarius de Scithi in montem Nitriæ, e ad oblationem Abbatis Pambo, et dicunt ei seniores: Dic verbum Fratribus Pater. Ipse vero dixit: Ego nondum factus sum monachus, et vidi monachos. Cum enim sederem aliquando in cella mea in Scithi, vexabant me cogitationes meæ dicentes: Abi in eremum, et considera quod illic vides. Persistiti in ea animi mei lucta quinque annis, dicens: Ne forte a dæmonibus sit hæc suggestio. Sed cum perduraret illa cogitatio, discessi in eremum, et lacum reperi, inque medio aquarum insulam, veniebant vero feræ solitudinis potatum ex eo lacu, vidique in medio earum duos homines nudos, et cohorruit corpus meum, existimabam enim spiritus esse. Ut me vero ita trepidum conspexere, sic me sunt allocuti: Ne metue, et nos homines sumus. Dixi eis: Unde estis aut quomodo venistis in hanc solitudinem? Et responderunt: Ex cœnobio sumus, et facta est nobis concordia, et egressi huc sumus, ecce quadraginta anni sunt: unus nostrum est Ægyptius, alter Libycus. Et percunctati sunt et ipsi dicentes: Quomodo nunc regitur mundus? Adhuc ne aquæ suis temporibus fluunt? ac mundus rebus consuetis abundat fertilitate? Respondi: Omnino. Et ego eos rogavi, quomodo fieri monachus possim? Dixerunt: Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ in mundo sunt, fieri non potest monachus. Dixi vero eis: Ego infirmior sum, neque valeo ita ut vos vivere. Responderunt mihi: Si non potes ut nos, sede in cella, et defle peccata tua. Et interrogavi eos: Hieme cum algetis, nonne æstu corpora vestra torrentur? Dixerunt: Deus nobis hanc dispensationem fecit, ut neque hieme frigeamus, neque nos æstus lædat. Ideoque dixi vobis, quia nondum

AUCTORE ANONYMO, EX MS GRÆCO

Macarius invitus fit Clericus

innocens patitur fornicationis calumniam b

puella in partu periclitata, eum innocentem fassa c

ne honoretur fugit in Scethen

d

e

5 annis suggestionem explorat

penetrat in ulteriora desertum

Atque duo ... in deserto reperit,

frequentes ... dicunt

AUCTORE ANONYMO, EX MS GRÆCO.

necdum monachus factus sum, sed vidi monachos. Ignoscite mihi Fratres.

a *Hæc eadem referunt Ruffinus lib 3, de Vitis PP. num. 99, et Pelagius lib 5, libello 15, num 25.* b *Pelagius :* Appenderunt in collum meum cacabatas ollas et ansas vasorum, et miserunt me circituram in vico illo per viam cædentes, *etc.* c *Ruffinus :* Nam me juvenis vicinus noster ille compressit d *Hæc decerpta ex lib 6, de Vitis PP. interprete Joanne Subdiacono, libello 3, num 4.* e *Joannes* In die oblationis, ad monasterium Abbatis. Pambo. *Colitur S Pambo* [illegible] *Julii. Ejus vita describitur a Palladio lib 8, de vitis PP. cap 10.*

CAPUT II.

Tentationes dæmonum detectæ. Colloquium cum S. Antonio.

Videt dæmonem cum variis phialis adeuntem monachos.

a Idem Abbas Macarius Ægyptius in loco omnino deserto habitabat, eratque in eo solus qui anachoreticam vitam ageret. Inferius vero alia erat eremus, in qua plurimi habitabant Fratres. Observabat autem senex viam, et conspicit dæmonem adventantem specie humana, ut juxta ipsum transiret. Videbatur vero tunica indutus linea undique perforata : ac per foramina suspensæ erant *b* ampullæ. Dicit ei senex : *c* Magne, quo vadis? Vado, inquit, commonefactum Fratres. Dicit senex : Et ut quid tibi ampullæ istæ? *d* Potiones, inquit, varias Fratribus porto. At senex : Istas omnes? Respondit : Plane. Si quæ uni minus placeat, alteram offero; si nec hæc, iterum aliam : saltem vel una ex omnibus ei arridebit. Hæc cum dixisset, abscessit. Perstitit senex vias speculans, donec ille reverteretur. Et videns eum ait : Salve. Ille vero respondit : Unde mihi salus? Dicit ei senex : Quare? Respondet : Quia *e* omnes duri et intractabiles mihi effecti sunt, et nemo mihi acquiescit. Addit senex : Neminemergo isthic amicum habes? Unum, respondet, adhuc habeo monachum isthic fratrem, et is mihi credit, et quando me videt convertitur uti ventus. Qui, inquit senior, vocatur iste Frater? At ille : *f* Theopemptus? Hæc cum dixisset, abscessit.

4 Consurgens vero Abbas Macarius in inferiorem solitudinem proficiscitur. Quo cognito Fratres acceptis ramis palmarum ei obviam prodierunt : ceterum quisque cellam præparabat, existimans quod ad se diverteret senior. Ipse vero percunctatur, quis Theopemptus vocaretur in eo monte. Quem cum reperisset, ad ejus cellam abiit, qui eum magna lætitiæ significatione suscepit. Cumque colloqui secreto cœpissent, ait senex : Qui tecum agitur, Frater? Ille vero : Per preces tuas, recte. At senex : Non te cogitationes tuæ impugnant? Ille, Interim, inquit, bene sum. Pudebat enim eum fateri. Tum senex : Ecce, inquit, quot annos in rigidiore hac versor exercitatione, et honore afficior ab omnibus : et mihi hoc ætatis, spiritus fornicationis negotium facessit. Ad hæc Theopemptus : Crede Pater, etiam mihi. Senex vero simulabat et alias cogitationes sibi esse molestas, donec eum ad confitendum induceret. Deinde quærit, qua ratione jejunet. Ad Nonam, inquit. Jejuna, ait, usque ad vesperam, et te exerce, ac de Evangelio aliisve Scripturis aliquid semper meditare. Et si te aliqua invaserit cogitatio, nunquam deorsum respicias, sed semper sursum : et celeriter tibi Dominus auxilium feret. Cumque ita Fratrem illum monitis informasset, ad proprium eremum reversus est senex. Rursumque speculatus conspicatur eumdem dæmonem, eique ait : Quo tu rursus? Denuo, inquit ille, commonefactum Fratres. Atque ita effatus pertransiit. Cum vero reverteretur, dicit ei Sanctus : Qui se habent Fratres? Male, inquit. At senior : Quid ita? *g* Agrestes, ait, et duri sunt omnes, quod [illegible] est, quem amicum habebam, et obedientem mihi, et ipse nescio quomodo subversus est, neque mihi amplius paret, sed ceteris agrestior effectus est. Et juravi non amplius isthuc reverti, nisi post tempus. Et hæc cum dixisset, senex reliquit. Sanctus vero ad cellam suam redibat.

prudentia sua tentatum curat.

5 *h* Venit Abbas Macarius ad Abbatem Antonium in montem : cumque ostium pulsaret, ad eum egreditur, et, Tu quis es? inquit. Ille vero : Ego sum Macarius : et clauso ostio intravit, reliquitque eum foris. At videns ejus patientiam, aperuit ei; et amice eum complexus; Pridem, inquit, desiderio tenebar te videndi, audiens quæ a te gererentur : magnaque eum hospitalitate refecit; erat enim multo labore fatigatus. Vespere autem facto madefecit sibi Abbas Antonius ramos palmarum : dicitque ei Abbas Macarius : Sine ut et ego mihi infundam. Ille vero : Infunde. Cumque fascem magnum fecisset, madefecit. Atque una considentes, colloquentes de salute animarum, *i* plectam faciebant. Ipsa vero plecta per fenestram in speluncam descendit. Et egressus primo mane B. Antonius videt cumulum plectarum Abbatis Macarii et ait : Multa virtus de istis manibus egreditur.

inter laborandum colloquitur de rebus piis cum Antonio,

6 *k* Dixit Abbas Macarius de desolatione Scete, Fratribus : Quando videritis cellam exædificatam juxta paludem, scitote quia prope est desolatio ejus : quando videritis arbores, jam ante januam est : quando vero videritis pueros, tollite melotas vestras et discedite.

tradit signa desolationis eremi.

7 *l* Dixit iterum cupiens Fratres consolari : Venit huc aliquando puer cum matre sua, qui a dæmone vexabatur, dixitque matri suæ : Surge, vetula, eamus hinc. Illa vero respondit : Nequeo pedibus incedere. Dixit ei puer : Ego te gestabo. Et miratus sum dæmonis improbitatem, qua ratione voluerit eos hinc fugare.

a *Narrant eadem Ruffinus lib. 3, num 61. Pelagius lib. 5, libel. 18, num 9, et Paschasius lib. 7, cap. 1, num. 8.* b *Ruffinus,* vascula parva, *Paschasius,* vasa parva c *Pelagius,* major *Ruffinus et Paschasius,* maligne. d *Alii* gustum e *Pelagius* Quia modo omnes sanctificati sunt, et nemo mihi acquiescit f *Ita etiam Ruffinus, at Pelagius* Theoctistus, *Paschas* Theopistus g *Pelag.* Quia toti sancti sunt h *Excerpta ex Pelagio lib. 5, libel. 7, num 9, ubi* Macarius Magnus *cognominatur.* i *Hæc vox* Plecta *sæpe alibi in Vitis PP occurrit, ducitur a Græco* πλεκτόν, *plexum aut flexum, subinde* Flexa *legitur Habenæ sunt e palma, junco, sparto, aut simili re contextæ, ex quibus sportæ, canistra aliaque ejusmodi conficiuntur Græce est* σειρά, *quod infra num. 12. Ruffinus* funiculum *vertit Vide Cassianum Collat. 18, cap. 10, et Rosweydum annot 8, in lib. 5 de Vitis PP.* k *Pelagius hæc recenset libel. 18. num 11.* l *Ibidem num. 10.*

CAPUT III.

Responsum mortui. Humilitas S. Macarii.

a Dixit Abbas Sisoes : Quando eram in Sceti cum Abbate Macario, surreximus metere cum eo *b* septem nomina. Et ecce vidua colligebat spicas post nos, assidue lacrymans. Vocavit igitur senex agri illius dominum, aitque ei : Quid habet hæc vetula, quod assidue ploret? Ille vero : Habuit vir ejus depositum cujusdam, et subito mortuus est, neque indicavit ubi illud posuerit : cupitque nunc qui id depositum ei credidit, ipsam ejusque liberos in mancipia sibi vendicare. At senex : Dic ei ut ad nos veniat, ubi requiescimus *c* ab æstu. Cumque illa venisset, dicit ei senex : Quid assidue ploras? et ait : Vir meus mortuus est, cum depositum a quopiam accepisset, neque indicavit moriens, ubi id collocavit. Et ait ei senex : Age, commonstra mihi ubi eum sepelieris. Assumptisque secum Fratribus, cum ea profectus est. Cumque ad locum venissent, dicit ei senex : Recede hinc ad domum tuam. Cumque preces fudissent, sanctus senex mortuum inclamat, dicens : Ubi posuisti alienum depositum? Ipse vero respondens dixit : In domo mea absconditum est sub pede lectuli. Et dixit ei senex : Dormi iterum usque in diem resurrectionis. Videntes vero Fratres præ timore corruerunt ad pedes ejus. Dixitque eis senex : Non propter me factum est hoc, nihil enim sum ego; sed propter viduam illam ejusque orphanos fecit rem hanc Deus. Hoc enim est magnum, quia sine peccato vult Deus animam esse, et si quid petierit, accipit. Veniens autem nuntiavit viduæ illi, ubi esset depositum illud

a mortuo responsum elicit ut viduæ succurrat.

Ipsa

Ipsa vero illud sumens reddidit domino suo, filiosque suos liberavit. Audientes vero glorificaverunt Deum.

Alexandrinos pastillos ægro affert

9 Dixit Abbas Petrus de S. Macario, quod cum venisset aliquando ad quemdam eremitam, invenisset que eum male habentem, quæsivit, quidnam comedere vellet, nam in ejus cella nihil erat. Cumque diceret, cupere se pastillos; Alexandriam illico vir magnanimus excurrit, atque hos laboranti attulit. Neque id miraculi cuiquam innotuit.

10 Dixit iterum : Cum in simplicitate Fratres omnes gubernaret, dixerunt ei quidam : Cur ita te habes? Ipse vero ait : Duodecim annis Domino meo servivi, rogans ut mihi gratiam largiretur; et omnes mihi suadetis eam nunc dimittam.

d ob vini haustum aquæ abstinentia se castigat

11 *d* Dicebant de Abbate Macario, Quod si forte vacasset cum Fratribus, sibi legem constituebat, ut quando vinum inveniebatur, propter ipsos Fratres biberet : sed pro uno vini calice, die integro nec aquam biberet. Fratres igitur volentes eum recreare, dabant ei : senex cum gaudio suscipiebat, ut semetipsum postea cruciaret. Ejus vero discipulus id cernens dixit Fratribus : Per Dominum ne detis ei; alioqui in cella seipsum domat. Fratres hoc cognito, deinceps vinum ei non præbuerunt.

e

12 *e* Revertens aliquando Abbas Macarius a palude ad cellam suam, palmarum ramos portabat. Et ecce occurrit illi diabolus in via cum falce : et cum vellet eum percutere, non potuit; dixitque ei : Magnam a te vim patior Macari, quia adversum te nihil valeo. Ecce enim quidquid tu facis et ego facio. Jejunas, et ego *f*. vigilas, et ego omnino non dormio. Unum est tantummodo, in quo me superas. Et dicit ei Abbas Macarius : Quod est istud? Respondit diabolus : Humilitas tua : et ideo adversus te nihil possum *g*.

f humilitate dæmones superat

g h

13 *h* Interrogaverunt quidam Patrum, Abbatem Macarium Ægyptium, dicentes : Quomodo sive comedas, sive jejunes, corpus tuum semper siccum est? Et dixit eis senex : Lignum versans ardentia virgulta, semper ab igne consumitur. Ita si homo mundaverit mentem suam in timore Dei, ipse timor Dei exedit corpus ejus.

timore Dei carnem domat

i k l

14 *i* Descendit aliquando Abbas Macarius ex Sceti in *k* Terenuthen, intravitque in *l* fanum quoddam, ut isthic dormiret. Erant vero isthic antiquitus ethnicorum sepulta corpora, ex quibus unum arripuit capitique supposuit, tanquam *m* plumatium de scirpo. Dæmones igitur cernentes ejus fiduciam, succensuerunt, volentesque eum terrere, vocabant quasi quamdam mulierem, dicentes : Heus *n* mulier veni nobiscum ad balneum, alter vero dæmon de sub ipso tanquam ex mortuis respondit : Peregrinum quemdam habeo super me, et non possum venire. Senex autem non expavit, sed percutiens tundebat corpus illud, dicens : Surge, vade in tenebras, si potes. Quod cum audissent dæmones, clamaverunt voce magna, dicentes : Vicisti nos. Et fugerunt confusi.

m n magnanimitas ... [illegible]

o

15 *o* Dicebant de Abbate Macario illo majore, quod ascendens de Scete, et portans sportas, fatigatus resedit, et oravit dicens : O Deus tu vides quod non prævaleo. Et subito inventus est *p* ad flumen *q*.

[illegible] p q

r

16 *r* Habebat quidam filium paralyticum in Ægypto, et tulit eum ad cellam Abbatis Macarii, et relicto eo ad ostium flente, longius recessit. Respiciens igitur senex videt puerum, et dicit ei : Quis te huc tulit? Et dicit : Pater meus reliquit me hic et discessit. Dicit ei senex : Consurge et apprehende eum, et subito sanus effectus surrexit, apprehenditque patrem suum : et sic abierunt in domum suam.

paralyticum sanat

[illegible]

Terenutis, *locus vicinus, quo ex Scethi levi negotio commeabant ut patet ex Ruffino num.* 199. *Pelagio libel* 15, *num* 11, *etc.*

l *Pelag. vertit* monumentum. *Græce est* ἱερόν. m *Ita Pelag Græce est* ἐμβρίμιον, *qua de voce alibi egimus.* n *Græce* ἡ δεῖνα, *id est*, aliqua talis *Pelagius vertit*, Nonna illa. o *Ruffinus lib.* 3, *num.* 213, *et Joannes lib.* 6, *libel.* 2, *num.* 6. p *Joannes*, supra flumen. q *Addit Ruffinus* Unde adhuc multis aberat intervallis. r *Idem refertur a Joanne lib.* 6, *libel* 2, *num* 6 *At Ruffinus lib.* 3, *num.* 122, *paralyticum a* B Besarione Abbate *narrat sanatum, ubi Rosweydus margini annotavit*. Besarion nescius paralyticum sanat. *De* S Besarione *agemus* 17 *Junii*

Auctore Anonymo, ex MS. Græco

CAPUT IV.

Varia documenta. Mansuetudo.

a **A**bbas Macarius major dixit Fratribus in Sceti *b* postquam dimisit congregationem : Fugite Fratres. Et dixit ei quidam seniorum : Pater, quo fugiemus ultra hanc solitudinem? Ipse vero digito ad os apposito, ait : Istud fugite et intravit in cellam suam, ostiumque clausit, et sedit.

a b Præscribit taciturnitatem,

18 Dixit idem Abbas Macarius, si quempiam increpare volens ad iracundiam commoveris, propriam passionem imples: non enim ut alios salves, teipsum perdes.

et mansuetudinem.

c

19 *c* Idem Abbas Macarius dum esset in Ægypto, invenit hominem habentem jumentum, et rapientem quæ in cella habebat : et ipse ut peregrinus adstans furi, *d* juvabat eum in onerando jumento, et cum magna quiete illum deduxit, dicens : Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possumus. Dominus dedit; sicut voluit ipse, ita et factum est. Benedictus Deus in omnibus.

d sua furantem adjuvat

e

20 *e* Interrogaverunt quidam Abbatem Macarium, dicentes : Quomodo debemus orare? Dixit eis senex : Non opus est multum loqui, sed extendere manus, et dicere : Domine, sicut vis et scis, miserere. Si vero imminet *f* bellum : Domine miserere. Et ipse scit, quæ nobis expediant, et facit nobiscum misericordiam.

docet orandi modum

f

g

21 *g* Dixit Abbas Macarius : Si facta est tibi despectio quasi laus, et paupertas ut divitiæ, et indigentia ut affluentia; non morieris. Impossibile enim est recte credentem, et in pietate operantem incidere in spurcitiam passionum, et dæmonum errores.

22 Dicebant, quod duo Fratres peccaverant in Scethi, et separavit illos Abbas Macarius urbanus, et venerunt quidam ac dixerunt Abbati Macario majori Ægyptio : et dixit : Non sunt Fratres qui separati sunt, sed Macarius ipse separatus est : amabat enim eum. Audiit Abbas Macarius, quod segregatus esset a sene, et fugit ad paludem. Exiit igitur Abbas Macarius major, et invenit eum a *h* culicibus perforatum, et dicit ei : Tu Fratres segregasti, et ecce reversuri erant in vicum. Ego te separavi, et tu ut speciosa virgo ad intimum conclave huc confugisti. Ego vero advocatos Fratres interrogavi, dixeruntque nihil eorum esse gestum. Vide igitur et tu Frater, ne et tibi dæmon illuserit. Nihil enim vidisti, sed suspice pœnitentiam pro peccato tuo. Ipse vero ait : Si vis da mihi pœnitentiam. Videns vero senior ejus quietem dixit : Vade et jejuna tres hebdomadas, singulis hebdomadis comedens. Hæc enim erat exercitatio ejus, semper integram hebdomadam jejunare.

Macarium Alexandrinum nimis severum punit

h

jejunium trium hebdomadum [illegible]

i

23 Dixit Abbas *i* Moyses Abbati Macario in Scethi : Volo quiescere, et non permittunt Fratres. Et dixit illi Abbas Macarius : Video, quia natura tua delicata est, et non potes abstrahi a Fratre. Sed si vis quiescere, vade in solitudinem interiorem ad rupem, et illic quiesces. Et hoc fecit, et requievit.

promittit monacho quietem in solitudine

k

24 *k* Accessit ad Abbatem Macarium Ægyptium Frater quidam, et dicit ei : Abba dic mihi verbum, quo salvus fiam. Dicit ei senex : Vade ad monumenta, et maledic mortuis. Descendens igitur Frater conviciis ac lapidibus eos appetiit. Et veniens seni id renuntiavit, et dicit ei : Nihil tibi dixerunt? Nihil, inquit. Tum senex : Vade cras iterum, et lauda eos.

[illegible] indifferentiam

Abiit

AUCTORE ANONYMO EX MS. GRÆCO

Abiit ille, eosque laudibus cœpit demulcere, dicens : Apostoli sancti, et justi : atque ad senem reversus dicit ei : Laudavi. Senex vero : Nihil responderunt? Nihil, inquit. Dicit ei senex : Vides quoniam neque cum injuriis eos affecisti, responderunt; neque cum laudibus celebrasti, locuti sunt? Ita et tu si cupis salvus fieri, esto veluti mortuus, neque aut injuriæ hominum, aut gloria movearis ut mortui, et poteris salvari.

25 Transiens Abbas Macarius cum Fratribus per Ægyptum audivit puerum dicentem matri suæ : Abba, dives quispiam me amat, et odi eum, et mendicus odit me, et amo eum. Et cum audisset Abbas Macarius miratus est. Dicunt ei Fratres : Qualenam est hoc verbum Pater, quod ita mireris? Dicit eis senior : Vere Dominus noster dives est, et amat nos, et nolumus eum audire; inimicus vero noster diabolus mendicus est, ac nos odit, et ejus amamus immunditiam.

26 Rogabat eum Abbas *l* Pœmen cum multis lacrymis dicens : Dic mihi verbum, quo salver. Respondens senex dixit ei : Res quam quæris abscessit nunc a monachis. Accessit Abbas Macarius ad Abbatem Antonium, et cum illi esset locutus, reverterunt in Scetim, et venerunt Patres obviam illis, et ut locuti sunt, dixit illis senex : Dixi Abbati Antonio, quod oblationem in loco hoc nostro non habeamus. Et cœperunt Patres de aliis loqui, neque quid dedisset responsi aut ipsi petierunt, aut ultro eis senex dixit. Hoc igitur dixit quidam ex Patribus, quod si viderint Patres, Fratres nescire petere quod ipsis utile est cogebant seipsos sermonem inchoare, nisi vero coacti sunt a Fratribus, non prosequuntur sermonem; ne non interrogati loquantur, et sic otiosus sermo reperiatur.

27 Interrogavit Abbas Isaias Abbatem Macarium, dicens : Dic mihi verbum. Dicit ei senex : Fuge homines. Dicit ei Abbas Isaias : Quid est fugere homines? Senex vero dicit ei : Sedere in cella tua, et deflere peccata tua.

28 Dixit Abbas *m* Paphnutius, discipulus Abbatis Macarii, quia rogavi Patrem meum dicens : Dic mihi sermonem. Ipse vero dixit : Neminem injuria affeceris, neminem judicaveris, ista serva, et salvus eris.

29 Dixit Abbas Macarius : Non dormias in cella Fratris habentis malum famam.

30 Accesserunt aliquando Abbatem Macarium Fratres in Sceti, et nihil invenerunt in cella ejus, nisi putridam aquam. Et dixerunt ei : Abba, veni superius in vicum, et recreabimus te. Dicit eis senex : Nostis Fratres pistrinum istius in vico? dicunt ei : Novimus. Dicit senex : Et ego novi. Nostis et villam istius, quam fluvius alluit? Respondent : Novimus. Dicit eis senex : Et ego novi illam. Quando igitur volo, non egeo operis vestri, sed mihi ipsi appono.

31 *n* Dicebant de Abbate Macario, quod si Frater qui pium ad eum ut sanctum et magnum virum accessisset, nihil ei loquebatur. Si vero dixisset ei quispiam Fratrum, [illegible] eum nihili faciens [illegible]

[illegible]

32 *q* [illegible]

[illegible]

17, *alia occasio habetur, quare culicibus se exposuerit ultro, et sex quidem mensibus, ob culicem manu sua peremptum.*

i S. Moyses *anachoreta colitur XXVIII Augusti.* k *Hoc multo fusius refertur in antiqua versione Palladii in appendice ad vitas PP. cap. 9.* l *De S.* Pœmene *agit Martyrologium Romanum XXVII Augusti.* m *Plures fuere* Paphnutii. *Non est hic qui colitur XI Septembr. de quo agetur in vita S. Antonii, nam is Episcopus fuit, antequam anachoreticam vitam susciperet Macarius.* n *Ea narrat Paschasius lib. 7, cap. 13.* o *Paschasius,* eras camelarius. p *Idem* numquid vapulabas a magistris? q *In sententiis Patrum Martini Dumiensis cap.* 107.

CAPUT V.

Duorum juvenum conversio, vita et mors. S. Macarii lacrymæ.

a Referebat Abbas *b* Bitimius, quod dixerit Abbas Macarius : Cum sederem aliquando in Scithi descenderunt duo juvenes peregrini eo, et unus quidam *c* barbam habebat, alter vero incipiebat principium barbæ mittere. Et venerunt ad me dicentes : Ubi est cella Abbatis Macarii? Dixi : Quid eum vultis? Responderunt : Audientes de ipso et Sceti, venimus ut eum videamus. Dico eis : Ego sum. Et compuncti dixerunt : Hic volumus manere. Ego vero cernens eos delicatos et in divitiis enutritos, dixi ipsis : Non potestis hic sedere. Et dicit major : Si non possimus hic sedere *d*, imus alio. Dico ego cum animo meo : Quare abigo eos, et scandalizantur? Ipse labor faciet illos sponte hinc fugere. Et dico eis : Venite, facite vobis ipsi cellam, si potestis. Et dixerunt : Ostende nobis locum, et faciemus. *e* Dedi autem eis securim, et sportam plenam panibus, et salem. Ostendi etiam illis duram petram dicens : Excidite hinc, et ferte vobis ipsis ligna de palude, et cum imposueritis tectum, sedete. Ego autem existimabam futurum ut propter laborem discederent. Interrogaverunt autem me : Quid operantur hic? dico eis : Plectas. Et accipio ramos palmarum de palude, et ostendo eis initium plectæ, et quomodo consuere oporteret; et dixi : Facite sportas, et præbete custodibus *f*, et ferent vobis panes.

Duos juvenes delicatos probat

34 Post hæc igitur discessi ab eis. Ipsi patienter cuncta quæ dixeram fecerunt, neque ad me venerunt tribus annis. Et permansi cum animo meo luctans, et dicens : Quænam est operatio quod non venerunt me interrogatum de cogitationibus suis? qui procul habitant, veniunt ad me, et hi ex propinquo non venerunt, sed neque ad alios iverunt, nisi solum ad ecclesiam cum silentio tempore oblationem. Et oravi Deum jejunans una hebdomada, ut mihi ostenderet operationem eorum. Surgens vero post unam hebdomadam abii ad eos, ut viderem quomodo sederent. Et cum pulsassem, aperuerunt, et *g* salutarunt me tacentes. Et cum fecissem orationem, sedi. Innuens vero major minori ut exiret, ipse sedit plectam texens, neque quidquam loquens. Et hora nona pulsavit, et venit junior, et fecit parum pulmenti, et apposuit mensam innuente majore, et posuit in ea tres *h* paximates. Et stetit tacens. Ego vero dixi : Surgite, comedamus. Et surgentes comedimus, et tulit *i* lagunculam, et bibimus.

eos post triennium exercitationem visitat.

35 Cum vero vespera esset, dicunt mihi : Discedis hinc? Ego vero dixi : Non, sed hic dormio. Et posuerunt mihi [illegible] et tulerunt zonas suas, et *k* [illegible]

[illegible]

non valebant appropinquare. Sub tempus vero matutinum, iterum se reclinaverunt. Ego vero simulavi me primum evigilare, uti et ipsi quoque. Dixit mihi senior hunc tantum sermonem : Vis dicamus duodecim psalmos? Omnino, inquam. Psallebat ille minor quinque psalmos, senos versus, et unum Alleluia. Et ad unumquemque versum exibat lampas ignis ex ore ejus, et ascendebat ad cœlum. Similiter autem, cum major ille os suum aperiebat psallens, ut *l* funiculus ignis exibat de ore ejus, et pertingebat usque in cœlum Et ego quoque oravi parum ex pectore, et descendens dico : Orate pro me. Ipsi vero *m* ad meos pedes provolvuntur tacentes. Cognovi igitur quod major ille perfectus esset, minorem vero adhuc impugnaret inimicus. Intra paucos deinde dies major ille Frater dormivit, et tertio post die minor. Et cum venirent aliqui ex Patribus ad Abbatem Macarium, ducebat eos in cellam istorum, dicens : Venite, videte martyrium horum minorum peregrinorum.

et psallentium efficaciam — *l* — *m* — *mortuos pie honorat*

36 *n* Miserunt aliquando ad Abbatem Macarium in Scethi seniores montis, advocantes eum, et dicunt ei : Ne fatigetur omnis populus ad te veniens, si ipse ad nos veneris, ut videamus te antequam peregrineris ad Dominum. Cum vero in monte esset, convenit omnis populus ad ipsum et rogabant ipsum seniores, ut sermonem haberet ad Fratres. Ipse vero audiens dixit : Ploremus Fratres, et producant oculi nostri lachrymas, antequam eamus eo, ubi lacrymæ nostræ perurant corpora nostra. Et fleverunt omnes, et ceciderunt in facies suas, et dixerunt : Pater ora pro nobis.

n *flens provocat alios ad deflenda peccata*

37 Alias *o* rursum dæmon accessit ad Abbatem Macarium cum cultro, volens pedem ejus percutere, et propter humilitatem ejus non valens, dicit ei : Quæcumque habes et nos habemus sola humilitate differtis a nobis, et superiores estis.

o *humilitate vincit dæmonem*

38 *p* Dixit Abbas Macarius : Si memores sumus quæ ab hominibus nobis mala fiunt, tollimus virtutem recordandi Deum. Si vero memores simus malorum quæ dæmones excitant, *q* erimus imperforabiles *r*.

39 Dixit Abbas Paphnutius, discipulus Abbatis Macarii, quod dixerit senex : Quoniam cum essem puer, cum aliis pueris pascebam boves, et ivimus furatum ficus et dum currunt, una ex iis cecidit, et sumens comedi eam, et quoties ejus reminiscor, sedeo plorans.

furtum in pueritia factum deplorat

a *Ruffinus lib.* 3, *num.* 195, *et Joannes lib.* 6, *libel.* 3, *num.* 2. b *Joannes*, Vindemius. c *Ruffinus*, ad plenum doctus. d *Idem*, quid ergo faciamus? e *Græce est*. Dedit autem eis senex. f *Addit Ruffinus* [illegible] g *Idem Ruffin.* Viso homine Dei, adoraverunt [illegible] in terra. h *Græce* παξιμάδας, *id est*, panes biscoctos. *Suidas* [illegible] *Per Romanos hic* [illegible] *de Militia Romana lib.* 5, *dial.* 11, *intelligit Græcos dictos Romanos in imperio* [illegible] *Thracica* [illegible] *Græcis* [illegible] Paximates, *seu* Paximatia, *aut* Paximacia [illegible] k [illegible] l *Græce est* [illegible] *Joannes* [illegible] fumus. m *Ita Joannes. Græce est* [illegible] n *Ita refert Pelagius lib.* 5, *libel.* 3, *num.* 9. o *De prorsus accessit dæmonis actum num.* 12. p *Pelagius lib.* 5, *libel.* 10, *num.* 34. *Paschasius lib.* 7, *cap.* 37, *num.* 1. *In* [illegible] q [illegible] r *Addit Paschasius* : Sciendes quod ab initio bona Deus creavit, diabolus vero mala superseminavit. [illegible]

CAPUT VI.

Cranii responsum. Ethnici conversio. Contemptus terrenorum.

a Dixit Abbas Macarius quod ambulans aliquando in eremo, invenit cranium mortui in terra jacens et cum illud movissem virga palmea, locutum est mihi cranium, et dixi ei : Tu quis es? respondit mihi : Ego fui sacerdos idolorum et gentilium, qui isto loco morabantur. Tu vero es Abbas Macarius, *b* qui habes Spiritum Sanctum Dei. Quacumque hora misertus eorum qui sunt in tormentis, oraveris pro eis, paullulum solatii accipiunt. Dixit ei senex : Quale est istud solatium, et quæ tormenta? Dixit ei : Quantum distat cœlum a terra, tantus est ignis, in cujus medio stamus a pedibus ad caput, undique perfusi, nec licet cuiquam faciem alterius intueri. Sed facies cujusque ad tergum alterius adhæret. Cum ergo oras pro nobis, ex parte videmus faciem mutuam. Hoc est solatium. Et flens senex dixit : *c* Væ diei, in qua natus est homo! Dicit ei sanctus senex : Estne aliud pejus supplicium? Respondit Cranium : Majus supplicium est subtus nos. Dicit ei senex : Quinam isthic sunt? Dicit ei cranium : Nos, ut qui Dei cognitionem non habuimus, *d* ... hi vero qui cognoverunt Deum et negaverunt eum, nec fecerunt voluntatem ejus, hi sunt subtus nos. Et sumens senex cranium istud, defodit illud in terra.

AUCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO. — *et refrigerium tenue*, — *c* *ac durius Christianorum supplicium* — *d*

41 *e* Dicebant de Abbate Macario Ægyptio, quod ascenderit aliquando ex Sceti in montem Nitriæ, utque loco appropinquavit, dixit discipulo suo : Præcede paullulum. Cumque is præcederet obvium habuit sacerdotem Gentilium cursu concito venientem et lignum grande portantem; et exclamans ait illi Frater : Heus, heus dæmon, quo vadis? Conversus ille verberibus eum male mulctavit, et reliquit eum semianimem, sublatoque ligno abscurrit. Et progresso paullulum, occurrit ei Abbas Macarius currenti, dicitque ei : Salvus sis, salvus sis laborator. Ille miratus, ad eum venit ac dicit : Quid in me boni vidisti, ut me salutares? Respondit senex : Quia vidi te laborantem, et nescis quod ignoranter laboras. Dicit ei ille : Et ego salutatione tua compunctus, cognovi te ex parte Dei esse. Alius vero malus monachus mihi occurrens injuria me affecit; et ego eum ad mortem verberavi. Agnovitque senex discipulum suum esse, et apprehendens pedes ejus, sacerdos dixit : Non dimittam te, nisi feceris me monachum. Perrexeruntque sursum, ubi erat ille monachus, et sustulerunt, deportaruntque eum ad ecclesiam montis. Et videntes eum eo sacerdotem illum, stupefacti sunt, et fecerunt eum monachum. Et multi Gentilium propter illum facti sunt Christiani. Dicebat igitur Abbas Macarius : *f* Malus sermo etiam bonos, malos facit : et bonus sermo etiam malos facit bonos.

e *Gentilem a suo discipulo ad iram et verbera concitatum*, *amica salutatione convertit*. — *et monachum facit* — *f*

42 Dicebant de Abbate Macario, quod absente eo intravit latro in cellam ejus. Ipse vero reversus ad cellam invenit latronem onerantem sua supellectile camelum. Ipse vero intrans in cellam, accepit de vasis, et cum eo camelum quoque onerabat. Cum vero onerassent, cœpit latro camelum verberare, ut surgeret, neque consurrexit. Videns vero Abbas Macarius, quod non surgeret, ingressus in cellam, invenit parvum sarculum, idque efferens imposuit camelo, dicens : Frater hoc quærit camelus, et pulsans eum pede senior dicit : Surge, et statim surrexit, et paullulum progressus propter ejus sermonem, iterum resedit, neque surrexit, donec eum exonerarent. Omnibus ei vasis ademptis surrexit, et sic discessit.

juvat latronem sua furantem

43 *g* Abbas Aio rogavit Abbatem Macarium dicens : Dic mihi verbum. Dixit ei Abbas Macarius : Fuge homines, sede in cella tua, et defle peccata tua, nec ames loquelam hominum, et salvus eris *h*.

g *docet, latere, tacere, flere.* *h*

a *Hæc* [illegible] *legenda* [illegible] *quadrant cum placitis Theologorum Scholasticorum, qui in horum explicatione multum desudarunt. Referuntur a Ruffino lib.* 3, *num.* 172, *et Joanne lib.* 6, *libel.* 3, *num.* 1 [illegible] *in tertia tamen persona de ipso Macario* [illegible] *Ruffinus* [illegible] *MS.* [illegible] Abbas Macarius dum ambularet per desertum, homines [illegible] mortuum [illegible] in terra [illegible] Jesu Christi [illegible] mortuus, surrexit [illegible] [illegible] quemadmodum [illegible] [illegible] Quantum [illegible] cœlum distat a terra, tantum ignis [illegible] Dei [illegible]

Auctore Palladio

An et quale refrigerium damnatis ob preces pro eis oblatas

fino, Joanne et collectore hujus vitæ testantur Græcorum Menæa atque Anthologion auctoritate Clementis VIII, ab Antonio Arcudio editum, et gravissimus auctor S. Joannes Damascenus, cujus, in libro, De iis qui in fide dormierunt, hæc sunt verba Macarius ex cranio arido sciscitando de defunctis pleraque edidicit. Et quia faciebat pro consuetudine sua pro defunctis preces, scireque desiderabat, numquid illis prodessent et an consolatio inde proveniret, Deus animarum amator, volens hoc servo suo pluribus et certis argumentis patefacere, cranio, quod exaruerat, verbum veritatis inspiravit. Prorupit enim cranium in hæc verba : Quando pro mortuis offers preces, consolatiunculam sentimus. *D. Thomas in 4 dist. 45 ar. 2 refutatis ex tertiana opinionibus ad 4, ait* Illud adjutorium non erat, quod pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo ut ibidem dicitur quod eo orante concedebatur eis ut mutuo se viderent et in hoc aliquod gaudium non verum, sed phantasticum habebant, dum implebatur hoc quod desiderabant, sicut et dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccata pertrahunt quamvis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur, sicut nec minuitur gaudium Angelorum per hoc quod malis nostris compati dicuntur. *Eadem est solutio Durandi et aliorum. Quidni alicujus accidentarii augmenti pœnarum data dicatur ad tempus remissio? Simile quid habetur in vita S. Brandani XVI Maii. Fortasse conjicere liceat hæc ab aliquo S. Macarii discipulo relata perperam fuisse. Raderus suspicatur a sacrificulo de animabus in purgatorio detentis dictum fuisse. Dionysius Carthusianus lib. de quatuor novissimis art. 52 historiam hanc de cranio citat, omissis iis, quæ hic dicuntur de relaxatione pœnarum damnatorum, forte quod hanc rem dubiam reperiret, et inter Doctores controversam. Quid si non anima respondit, sed mendacii parens diabolus in cranio, ut supra num. 11?*

b *Græce est* πνευματοφόρος, spiritifer.

c *Addit Joannes* Si hæc est consolatio suppliciorum. *Ejus loco Ruffinus* Væ diei illi, in quo homo mandata Dei transgressus est.

d *Supplent defectum alii sic* Vel ad modicum habemus aliquid misericordiæ. e *Ruffinus lib. 3 num. 127.*

f *Ruffinus* Sermo superbus et malus etiam bonos viros convertit ad malum, sermo vero humilis et bonus etiam malos mutat in melius. g *Ruffinus lib. 3 num. 189.*

h *Ruffinus* et quod super omnes virtutes est, lingnam coercere quam ventrem.

ALIA VITA

ex Palladii hist. Lausiaca, cap. 19.

S. Macarii morum gravitas

Primum virtutes narrabo Macarii Ægyptii, qui vixit nonaginta annos integros. Ex his in solitudine annos sexaginta. Cum triginta annos natus ascendisset, essetque ætate junior, tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur discretione, adeo ut vocaretur παιδαριογέρων, id est, in puerili ætate senex : quoniam citius quam pro ætate profecerat virtutibus. Cum enim esset quadraginta annos natus, et potestatem accepit contra spiritus et gratiam curationum, et spirituum futurorum prædictionis, dignus quoque est habitus honorando *a* sacerdotio. Cum eo habitarunt duo discipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete, ex quibus unus quidem erat ei minister, qui semper prope ipsum inveniebatur, propter eos qui veniebant ut curarentur, alter autem seorsum sedebat in cella.

sacerdotium a

prophetia de discipuli avaritia puniendo

2 Procedente autem tempore, cum Sanctus perspicaci oculo prævidisset, dicit suo ministro, Joanni nomine, qui postea factus est Presbyter in loco S. Macarii (presbyteratu enim dignus fuerat habitus magnus Macarius) : Audi me Frater Joannes, et per æquo animo meam admonitionem, eaque tibi proderit : tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiæ. Sic enim vidi : et scio quod si meam æquo animo tuleris admonitionem, in Deo tamen et consummaberis, et in ejus opere, et in isto loco, et laudaberis, et ad tuum tabernaculum non appropinquabit flagellum. Quod si non audieris, in te veniet finis Giezi, cujus vitio laboras. Contigit autem ut Sancto quidem non obedierit post ejus mortem, sed obedierit ei qui Judæ alligavit laqueum propter avaritiam : et post alios quindecim aut viginti annos, cum bona pauperum sibi usurpasset, ita laboravit elephantia, ut non inveniretur integer locus in ejus corpore, in quo quis posset figere digitum. Hæc est prophetia S. Macarii.

4 Reg. 5

abstinentia

3 At de cibo quidem et potione supervacaneum est dicere, cum nec apud eos, qui sunt extra, inveniri possit ingluvies, aut ulla citra delectum et discrimen vivendi ratio, aliis ab iis qui sunt in illis locis; cum propter inopiam rerum necessariarum, tum etiam propter zelum qui est in Deum, unoquoque contendente vincere proximum diversis vitæ institutis.

assidua ecstasis

4 De alia autem exercitatione cœlestis hujus viri, Macarii, inquam; dicebatur hic Sanctus esse assidue in extasi, et *b* majori tempore cum Deo versari, quam hujus mundi rebus occupari : cujus etiam feruntur diversa miracula.

b

5 *c* Ægyptius quidam libidinosus, captus amore cujusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiam et castitatem erga conjugem virginitatis, convenit improbus præstigiatorem, dicens : Aut eam incita ut me amet, aut arte tua effice ut ejus maritus eam dimittat. Cum ergo præstigiator satis ab eo accepisset, usus est suis præstigiis et incantationibus : et cum non posset ejus animum movere ut ei assentiretur, efficit ut videretur equa iis qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset ejus maritus, aspexit uxorem suam in forma equæ : cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur, quod in suo cubili equa jaceret. Flet ergo ejus maritus, et lamentatur, quod rem non inveniat, et quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci. Unde magis angebatur animo, cum intelligeret eam esse suam uxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutatam in equam. His de caussis accersit vici Presbyteros, et domum adducit, et eis eam ostendit : sed nec ii cognoverunt calamitatem quæ ei acciderat. Tribus ergo diebus neque fœnum comedit ut equa, neque panem ut homo, utroque alimento privata.

c

mulieris, quæ equa videbatur

6 Tandem ut Deus glorificaretur, et videretur virtus S. Macarii, ascendit in cor mariti ejus, ducere eam in solitudinem ad sanctum virum : et cum eam capistro ligasset ut equam, duxit in solitudinem. Dum autem appropinquassent, steterunt Fratres prope cellam S. Macarii cum ejus marito contendentes, et dicentes : Cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit : ut misericordiam consequatur, Sancti oratione. Illi vero dicunt ad eum : Quid mali habet? Ille eis dicit : Quam videtis equam, ea misera erat uxor mea, neque scio quemadmodum mutata sit in equam : et jam sunt tres dies, ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audissent, referunt ad servum Dei Macarium, eo jam intus pro illa orante : ei enim Deus revelaverat, ipsis ad eum venientibus, et ideo orabat ut sibi declararetur caussa, propter quam hoc evenerat. Respondit autem S. Macarius Fratribus qui ei renuntiaverunt quemdam illuc equum adduxisse, dicens : Equi vos estis, qui habetis equorum oculos; illa enim est femina, ita ut est creata, non transformata, sed sic solum apparens oculis eorum qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, et in ejus nudæ caput infudisset, super ejus caput est precatus, statimque effecit ut omnibus videntibus videretur femina. Cum autem jussisset ei cibum afferri, fecit ut comederet, et eam sic curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens : Numquam ecclesiam deseras, numquam abstineas a communione Christi Sacramentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod jam quinque hebdomadis non accessisti ad intemerata nostri Servatoris Sacramenta.

adventus ei revelatus

curatio per aquam benedictam

frequentis communionis fructus

7 Alia est actio magnæ ejus exercitationis. Magno vitæ suæ tempore a cella sua in dimidium usque stadium fodiens cuniculum, ultimam effecit speluncam : et si quando complures ei essent molesti, occulte e sua cella egrediens, ibat in speluncam, neque quisquam eum inveniebat. Narravit autem nobis quidam ex studiosis ejus discipulis, quod recedens usque ad speluncam, per eum dum dicebat viginti quatuor orationes *d*, et rediens, totidem.

Vitæ secessus a turbis, et assidua oratio

d

8 *e* De eo exiit fama quod mortuum suscitavit, ut

e

persuaderet

persuaderet hæretico, qui non confitebatur esse resurrectionem corporum, et fuit constans hæc fama in solitudine.

Portentosæ ingluviei dæmonem

9 Ad hunc Sanctum adductus est aliquando a matre propria lamentante adolescens, qui vexabatur a dæmone, a duobus adolescentibus ex utraque parte constrictus. Hunc autem ita vexabat dæmon : Trium modiorum panes postquam comedisset, et amphoræ unius Cilicensis aquam bibisset, utraque eructans, cibos resolvebat in vaporem. Ab eo enim, non secus ac igne, consumebantur quæ comederat et biberat. Est enim ordo quoque dæmonum qui dicitur igneus. Sunt enim dæmonum quoque, sicut hominum, differentiæ, non mutata essentia, verum voluntate distincta. Hic ergo adolescens cum ei mater non suppeditaret, sæpe sua comedebat excrementa, et lotium bibebat. Flente ergo ejus matre, et alienam sui filii mœrente calamitatem, et Sanctum valde obtestante et rogante, illum accipiens invictus Christi athleta Macarius, supplex pro eo Deum oravit. Post unum autem aut alterum diem, remisit dæmon vexationem Tunc ergo dicit matri adolescentis Sanctus Macarius : Quantum vis ut filius tuus comedat? Illa autem respondit, dicens : Rogo te, jube eum solum comedere decem libras panis. Eam autem increpans, ut quæ nimium dixerat, dixit : O mulier cur hoc dixisti? Cumque septem dies orasset cum jejunio, expulso ab eo pernicioso dæmone ingluviei, constituit ei vescendi rationem ad tres usque libras panis, quas deberet ipse comedere si operaretur. Cum hoc modo, Dei gratia, puerum emundasset, eum matri reddidit.

eque. lum expellit.

10 Has res admirabiles et præter opinionem fecit Deus per S. Macarium, cujus immortalis anima nunc est cum Angelis. Eum ego non conveni : obierat enim anno antequam ego ingrederer in solitudinem.

a *Ergo quod supra dictum est, eum* Clericum ordinatum in vico, *ac deinde in alium vicum effugisse, et postremo in solitudinem, erit accipiendum non de sacerdotio, sed de aliquo inferiore ordine. Nam in solitudine exegisse annos* 60, *vixisse universim* 90, *omnes consentiunt: unde sequitur anno ætatis trigesimo in eam abiisse, cum antea tamen aliquamdiu vitam anachoreticam, quatenus id per ea ætate in vico fas erat, colsset*

b *Ita Rosweydus. Heracles autem*: et majori tempore vel cum Deo, vel in rebus versari cœlestibus

c *Hanc similem de virgine quadam mox ex Ruffino referemus*

d *In Heraclide additur*, Dominicas

e *Id fusius a Ruffino narratur*

ALIA VITA

ex Ruffino lib. 2. de Vitis PP. c. 28.

Narrabant autem nobis, quidam ex Patribus, qui ibi erant, quod in locis illis duo Macarii, quasi duo cœli luminaria refulsissent: ex quibus unus Ægyptius genere, et discipulus B. Antonii fuit, alius Alexandrinus. Quibus ut vocabula nominis, ita virtutes animi, et cœlestium gratiarum magnificentia concordabat. Uterque enim Macarius, uterque abstinentiæ exercitiis et virtutibus animi æqualiter pollens, hoc solo alius præcellens, quod quasi hæreditatem gratiarum, et virtutum B. Antonii possidebat.

a S. Macarius ut innocentem homicidii suspicione liberet

a Hunc denique ferunt, aliquando cum homicidium in locis vicinis fuisset admissum, et innocenti cuidam impingeretur crimen admissi, confugisse ad ejus cellulam eum, qui calumniam patiebatur, affuisse etiam eos, qui persequebantur, allegantes et dicentes periclitari seipsos, nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Is vero, cui crimen impingebatur, cum sacramentis affirmabat conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab utraque parte certamen haberetur, interrogabat S. Macarius, ubi sepultus esset, qui dicebatur occisus. Cumque designassent locum, cum omnibus qui ad persequendum hominem venerant, pergit ad sepulchrum: atque ibi, fixis genibus invocato Christi nomine, ait ad eos qui aderant: Nunc Dominus ostendet si vere reus est hic qui persequitur a vobis. Et elevata voce ex nomine vocat defunctum. Cumque ei de sepulchro vocatus respondisset, ait ad eum : Per fidem Christi te obtestor, ut dicas, si ab hoc homine, qui calumniam patitur, occisus es. Tunc ille de sepulchro clara voce respondit, dicens, non se esse ab eo interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent ad terram, ac pedibus ejus advolverentur, rogare cœperunt, ut interrogaret eum, a quo esset occisus. Tunc ille, Hoc, inquit, non interrogabo. Sufficit enim mihi, ut innocens liberetur, non est autem meum, ut reus prodatur.

Auctore Ruffino a mortuo testimonium exposcit

virginem, præstigiis in equam versam

2 Aliud quoque ejus genus miraculi ferebatur. Cujusdam in vicino oppido patrisfamilias virgo filia, per phantasias magicas videbatur hominibus in equinum animal versa, ut putaretur equa esse, et non puella. Hanc adduxerant ad eum. Tunc ille percontatus, quid vellent? aiunt parentes ejus : Equa hæc, quam vident oculi tui, puella virgo et filia nostra fuit : sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc, quod vides, mutaverunt eam. Rogamus ergo, ut ores Dominum, ut commutet eam in hoc quod fuit. At ille ait : Ego hanc, quam ostenditis mihi puellam video, nihil in se pecudis habentem : hoc autem, quod dicitis, non est in ejus corpore, sed in oculis intuentium. Phantasiæ enim dæmonum sunt istæ, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus intra cellulam, fixis genibus orare Dominum cœpit, simulque et parentes rogat secum Domino supplicare, et post hoc perungens eam oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa, virginem videri omnibus, ut etiam sibi videbatur, effecit

oleo benedicto et oratione restituit

aliam ulcere tenuda to mirabiliter sanat

3 Alia quoque minor puella ad eum deducta est, cujus obscœna corporis ita omni ex parte computruerant, ut consumptis carnibus, interiora quoque et secreta naturæ nudarentur, ac vermium ebulliret inde innumera multitudo, ita ut nec accedere quidem quisquam ad eam posset præ fœtoris horrore. Hæc cum allata a parentibus, et projecta fuisset ante fores ejus, miserans virginis cruciatus, Æquo animo, inquit, esto, filia : hæc tibi ad salutem Dominus, non ad interitum dedit : unde providendum est magis, ut sanitas tua nullum tibi periculum conferat. Et cum institisset orationibus per septem continuos dies, et oleum benedicens, in nomine Domini perungeret membra ejus, ita eam sanam reddidit, ut muliebris in ea naturæ nulla forma, nulla species appareret; sed esset ei inter viros conversatio absque fœmineæ suspicionis obstaculo.

b

Hieracitam ut convincet

4 *b* Aiebant præterea aliquando venisse ad eum hæreticum quemdam e Hieracitam, quod genus hæreseos invenitur apud Ægyptios. Hic cum per multam loquendi artem plurimos Fratrum, qui habitabant in eremo, conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei suæ asserere pravitatem. Cui cum resisteret senior et contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum videret Sanctus, fidem Fratrum periclitari, Quid opus est, inquit, nos verbis contendere, ad subversionem audientium? Exeamus ad sepulchra Fratrum, qui nos præcesserunt in Domino : et cui nostrum concesserit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probata sit a Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, Fratribus placuit. Processerant ad sepulchra, et hortatur Macarius Hieracitam, ut evocaret mortuum in nomine Domini. At ille, Tu, inquit, Domine, qui proposuisti, prior evoca. Et Macarius prosternens se in orationem ante Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum oculis suis ait ad Dominum. Tu, inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende elevato mortuo hoc. Et cum hæc dixisset, Fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus evocavit. Cui ille cum de tumulo respondisset, accedentes Fratres continuo quæ superposita fuerant auferunt, et eductum eum de sepulchro, resolutis fasciolis, quibus constrictus erat, exhibuerunt viventem. Hiera-

mortuum suscitat

cita

AUCTORE RUFFINO.

cita vero, ubi hæc vidit, obstupefactus in fugam vertitur. Quem Fratres quoque insequentes, extra terminos terræ illius exturbaverunt. Multa etiam et alia ferebantur de eo, quæ nimis prolixa sunt ad scribendum: sed ex his paucis etiam cetera ejus opera noscuntur.

a *Idem narratur lib. 3, de Vitis PP. num. 11.*

b *Idem narratur in Appendice ad Lausiacam cap. 9. iisdem verbis: a Cassiano autem collat. 15 ca. 3, variatis circumstantiis quibusdam.* Sicut et ab Abbate Macario, *inquit*, qui habitationem Scythioticæ solitudinis primus invenit, mortuum suscitatum esse reminiscimur. Nam cum hæreticus quidam, qui Eunomii perfidiam sectabatur, sinceritatem Catholicæ fidei arte dialectica subvertere conaretur, magnamque jam hominum multitudinem decepisset, rogatus a Catholicis viris, qui ruina tantæ subversionis gravissime movebantur, B. Macarius, ut simplicitatem totius Ægypti ab infidelitatis naufragio liberaret, advenit. Quem cum hæreticus arte dialectica fuisset aggressus, et Aristotelicis ignorantem spinis vellet adducere, B. Macarius Apostolica multiloquium ejus * brevitate concludens: Non est, inquit, in verbo regnum Dei, sed in virtute. Eamus igitur ad sepulcra, et nomen Domini super mortuum qui primus inventus fuerit invocemus, ac sicut scriptum est, ostendamus ex operibus fidem nostram, ut manifestissima rectæ fidei documenta ejus testimonio declarentur, et perspicuam veritatem non inani disputatione verborum sed virtute signorum, et illo quod non potest falli judicio comprobemus.

* al. brevitate

Hæreticum ad suscitandum mortuum provocat. Jacob. 2. 18.

Quo audito hæreticus, coram circumstanti plebe pudore confusus, cum ad præsens præbere se conditioni propositæ simulasset, [illegible] posteradie expectantibus universis [illegible] *qui clam profugit* [illegible] Ægypto [illegible] B. Macarius [illegible]

suscitat mortuum [illegible]

[illegible]

Hæreticus [illegible]

ALIA ANALECTA

De S. Macario, ex Vitis PP.

Sanctus Abbas Macarius commonebat sæpe discipulos suos, et dicebat eis, dicens: Mementote semper, quia ante conspectum Domini omnipotentis [illegible] Heb. 4. 12. [illegible] et Apostolus docet, [illegible] vivus est enim sermo Dei et efficax, et acutior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, discretor cogitationum et intentionum cordis: et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus; omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus. Ideoque si nos, Fratres, pulsaverit delectatio carnis, et concupiscentia fornicationis, festinemus repellere et abjicere de corde nostro sordidissimam et pessimam cogitationem, invocantes intentissime adjutorium Domini nostri Jesu Christi in orationibus ac jejuniis, ut virtute potentiæ suæ eripiat nos, et protegat, et conterat Satanam sub pedibus nostris. Oportet ergo, ut etiam nosmetipsos pœnitendo, et a peccatis abstinendo corripiamus, dicamusque ad animam nostram: Quoniam delectatio quidem corporis, quæ te male oblectat, ad modicum tempus est; nam tormenta et cruciatus animæ et corporis in igne æterno gehennæ in perpetuas permanent pœnas. Illud etiam admonentes animam nostram, dicamus: Si erubescis homines similes tui peccatores, ne videant te peccantem, quare non magis revereri et timere debes Majestatem Dei omnipotentis, qui omnium secreta cordium considerat, sicut et Apostolus ait: Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus? Talibus ergo cogitationibus si increpamus nosmetipsos, continuo timor Domini venit in corde nostro, et in amorem castitatis confirmatur anima nostra, etiam et ad omnia præcepta Domini facienda incitamur, adjuvante nos gratia Domini nostri Jesu Christi, qui servientibus sibi in sanctitate et castitate promisit cœlestia et æterna donare in illa gloria futuri seculi vita, cum Angelis sanctis in perpetui luminis splendore semper gaudere.

et pœnæ æternæ

Heb. 4. 13.

2 *b* Quodam tempore orante B. Macario Abbate vox ad eum personuit, dicens: Macari, necdum ad mensuram duarum mulierum pervenisti, quæ in proxima pariter habitant civitate. Quo audito senex exurgens, arrepto baculo in designatam pervenit civitatem. Cumque ostium quæsitæ domus atque inventæ pulsaret, egressa una ex illis, cum magna exultatione eum suscepit. Quas utrasque senex convocatas, ita est allocutus: Propter vos tantum laborem veniens ex solitudine longinqua sustineo, ut opera vestra cognoscerem, quæ mihi vos condicite ac narrate. Cui illæ sic dixerunt: Crede nobis, sanctissime Pater, quia nec præsenti nocte a maritorum lectulis fuimus separatæ. Qualia ergo opera a nobis exquiris? Sed senex in precibus persistebat, ut ei vitæ suæ ordinem declararent. Cui tunc illæ compulsæ dixerunt: Nos nulla inter nos sumus parentelitatis affinitate conjunctæ; contigit autem ut duobus fratribus jungeremur, et cum his quindecim annis in domo una pariter permanentes, neque turpe verbum altera dixit ad alteram, neque litem aliquando commisimus, sed in pace hactenus viximus, et pari consensu tractavimus, quatenus pariter relictis maritis, in congregatione religiosarum Virginum proficisceremur, et multis precibus hoc a conjugibus non valuimus obtinere. Quo non adepto, inter nos et Deum posuimus testamentum, ut usque ad mortem nostram secularem verbum non loqueremur omnino. Quæ cum audisset B. Macarius, dixit: In veritate non est virgo, neque maritata, neque monachus, neque secularis, sed Deus [illegible] propositum quærit, et spiritum vitæ omnibus ministrat.

h

mittitur ad duas mulieres, ipso superiores in virtute.

licet conjugatæ essent,

sed lingua cogreque frenates.

3 *d* Dixit Abbas Macarius: Cella est monachi, si læsus a Fratribus, primus in caritate purgato corde non occurrit. Nam Sunamitis non meruisset recipere Elisæum Prophetam in domum suam, nisi quia cum nullo alio habuit caussam. Sunamitis enim in persona est animæ, Elisæus vero in persona Spiritus sancti figuratus: quia si pura sit anima, [illegible] meretur suscipere Spiritum Dei. Iracundia inveterata excæcat oculos cordis, et [illegible] excludit ab oratione. *f*

d

docet quomodo recipiendus Spiritus sanctus

f

a *Hic est* [illegible] *Palladii,* [illegible] *in Appendice ad* [illegible] *cap. 9.*

b *Extat l. 3, de Vitis PP. cap. 97. Eadem narrantur l. 6, lib. 3 num. 17* [illegible] *Macario tribuuntur* [illegible] *Joannes.*

c *Joannes*: Sed secundum uniuscujusque propositum Deus omnibus præstat Spiritum sanctum.

d *Hæc sumpta sunt ex lib. 7, interprete Paschasio, cap. 37, nu. 4. Eadem referuntur a S. Martino Dumiensi in sententiis Patrum nu. 16, et sub titulo* Incerti *a Joanne lib. 6, libel. 1, num. 7.*

e *Dumiensis*, habuit aliquam caussam.

f *Joannes addit pro antapodosi*: Quacumque ergo hora recedit anima a seculari confusione et perturbatione, adveniet ei Spiritus Dei, et tunc poterit parere cum sit sterilis.

Ex vitis Patrum.

DE SANCTO ISIDORO

MONACHO ET PRESBYTERO, ALEXANDRIÆ.

§ I. *Varii Isidori. Hujus natalis.*

An. Chr. cdiv. XV Januarii. S. Isidorus collega S. Macarii.

Macario Abbati, *cujus jam Acta dedimus, collegam statuunt hoc die* S. Isidorum *antiqua Martyrologia fere omnia. Romanum antiquum a Rosweydo editum*: Macarii Abbatis, Antonii discipuli, et Isidori. *Romanum itidem antiquum Bellini de Padua*: Apud Ægyptum B. Macarii Abbatis, discipuli B. Antonii, vita et miraculis celeberrimi. Item S. Isidori in sanctitate vitæ, fide et miraculis præclari. *Consentit modernum Martyrologium Romanum; Usuardus, Beda vulgatus, Rabanus, Ado, Notkerus; MSS. Centulense, S. Lamberti Leodii, S. Mariæ Ultrajecti, S. Gudilæ Bruxellis, aliaque: in quibus omnibus illi conjunguntur et iisdem fere verbis celebrantur.*

discipulus S. Antonii;

2 *Ruffinus lib. 2 Hist. Eccl. cap. 4, ita refert S. Antonii discipulos*: Patres monachorum, vitæ et antiquitatis merito, Macarius, et Isidorus, aliusque Macarius, atque Heraclides, et Pambus, Antonii discipuli, et maxime in Nitriæ deserti partibus habebantur viri, qui consortium vitæ et actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. *Et cap.* 8: Quos ipsi vidimus, et quorum benedici manibus meruimus, hi sunt: Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in Cellulis, etc., *et invectiva* 2, Ut ad eremi magistros veniam, quibus et attentius et frequentius vacabamus, ubi Macarius Antonii discipulus, et alter Macarius, et Isidorus, et Pambus, omnes amici Dei, qui nos hæc docebant, quæ ipsi a Deo discebant. *Hæc Ruffinus. Qui* Isidorum *inter duos Macarios Ægyptium et Alexandrinum collocat, atque ex S. Antonii discipulis censet, de quibus ad hujus Vitam in Proleg.* § 6 *agemus. Cum S. Antonio egisse* Isidorum *testatur Palladius in Historia Lausiaca, sive lib. 8 de Vitis PP. cap.* 3, Beatus ergo, *inquit*, Isidorus xenodochus, qui B. Antonium convenerat, narravit mihi se ab eo audivisse rem dignam quæ mandetur litteris. *Et subnectit martyrium* S. Potamiœnæ, *atque historiam suam ab ejus vita, quam § sequenti dabimus, auspicatur.*

diversus a S. Isidoro Episc. Hermopolis,

3 *Alius ab hoc est* S. Isidorus Episcopus Hermopolis et Confessor, *in vita S. Paulæ a S. Hieronymo laudatus, et in vita Melaniæ apud Palladium cap.* 117. *Sed a Laurentio Barrensi cum hoc confusus, quem cum Martyrologio Romano II Januarii retulimus. Alius fuit in Thebaide* Isidorus, Pater mille monachorum, *apud Ruffinum lib. 2, de Vitis Patrum cap. 17, et Palladium cap. 71, qui inter Origenistas numeratur a S. Hieronymo mox citando. Hunc tamen hoc die coli putarunt recentiores nonnulli, aut forte cum* Isidoro Presbytero *confuderunt. Maurolycus*. Item S. Isidori vitæ sanctimonia signisque celebris, et Abbatis in Thebaide, plurium quam mille monachorum Patris. *Galesinius*: Eodem die S. Isidori item Abbatis, fide ac vita, tum rebus pie divineque actis præclari, cujus cura mille et amplius monachi regebantur. *Eadem scribunt Felicius et auctor Martyrologii Germanici. Ideo ista hoc die ad Martyrologium annotavit Baronius*. Longe alium hunc existimato ab illo Isidoro, quem laudibus prosequitur Socrates lib. 6, cap. 9. Sozomenus lib. 8, cap. 12 et 13. Ruffinus lib. 2, cap. 4, et Evagrius Ponticus (*Heriberto Ruffinus*) in Vit. Patrum: nam ille ad Origenistas defecit, illorumque Dux inventus est, ut S. Hieronymus de illo scribit epist. 61, ad Pammachium, et ad Ctesiphontem contra Pelagianos: hic autem potius alibi, quam in Ægypto vixisse videtur: nam de alio Isidoro Ægyptio superius actum est IV Nonas Januarii.

et altero Isidoro Origenista,

cum S. Athanasio venit Romam

4 *Verum quem Baronius hoc loco ignoravit tertium* Isidorum, *cum postea agnovit to. 3, an. Ch.* 340, *nu.* 50. Quod autem pertinet, *inquit*, ad Athanasii Romam adventum, reperimus duxisse secum inter alios Isidorum illum, de quo plura Palladius, qui eum mirifice commendat. *Imo quod* Romæ Procerum uxoribus notus *infra dicatur, ex iis videtur, quos laudat S. Hieronymus in Vita S. Marcellæ*; Hæc, *inquit*, ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaque Athanasio, et postea Petro, qui persecutionem Arianæ hæreseos declinantes, quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonii adhuc tunc viventis, monasteriorumque in Thebaide, Pachumii, et Virginum, ac viduarum, didicit disciplinam. *Certe fide* præclarus *dicitur in Martyrologiis, et mox in Actis, et* S. Antonio notus, *aut ejus etiam* discipulus. *Nam de eo in Ruffino lib. 2, Hist. Eccl. agi, non de Origenista adjuncti socii, sancti et orthodoxi, persuadent, et loca Annalium Baronii Notationibus Martyrol. adscripta in posthuma editione confirmant.*

40 annis tentationi resistit

5 *Hoc a* S. Isidoro *pronuntiatum apophthegma refert Socrates lib. 4, cap. 18, cum de* Piore *discipulo S. Antonii egisset*: Isidorus dicebat quadraginta annos, ex quo peccatum in animo senserat, jam præteriisse, ac numquam vel cupiditati vel iræ consensisse. *Ab* Isidoro *transit Socrates ad* Pambonem, *ideoque de* Isidoro Presbytero *eum agere arbitramur. Putarunt Laurentius Barrensis et Rosweydus in Notationibus ad Palladium num.* 1, *præter Socratem citatum, de eodem agere Sozomenum lib.* 6, *cap.* 28, *et Nicephorum lib.* 11, *cap.* 34, *quod nobis non sufficienter probatur. Certius de eo agit S. Hieronymus epist.* 22, *ad Eustochium de custodia Virginitatis.* Quidam ex Fratribus, *inquit*, Nitriæ parcior magis quam avarior, et nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque millia divisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos Ecclesiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero et Pambo et Isidorus et ceteri, quos Patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu, decreverunt infodiendos esse cum eodem dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Macarius *hic est* Alexandrinus, *qui e Celliis forte evocatus aut ultro adfuit, nam in monte etiam cellam habebat, uti etiam* S. Isidorus. *Cum* Melania Roma venisset Alexandriam, B. Isidorus Presbyter et Xenodochus eam deduxit ad Abbatem Pambo in solitudinem, *ut e ore ipsius* Isidori *scribit Palladius cap.* 10, *et ex eo Baronius tom. 4, an. Ch. 388, num 34. Quæ etiam huic* S. Isidoro *tribuit in citationibus novis ad Martyrologium*

damnat monachum proprietarium

Melaniam in solitudinem ducit

Excerpta

§ II. A *Palladio invisitur.*

Ex Palladii historia Lausiaca cap. 1 et 2.

Cum ergo primum venissem in Alexandriam civitatem, *a* secundo Consulatu Theodosii Magni Imperatoris, qui propter suam rectam in Christum fidem nunc est cum Angelis, in ipsa civitate incidi in quemdam virum admirandum, et omni ex parte ornatum sermone, moribus, et scientia, nempe Isidorum, qui erat et Presbyter et *b* Xenodochus Alexandrinæ Ecclesiæ. Is dicebatur prima quidem juventute versans in solitudine, peregisse certamina exercitationis. Cujus etiam *c* cellam vidi ego in monte Nitriæ. Offendi autem eum senem septuaginta annos natum; qui cum vixisset alios *d* quindecim annos, in pace obiit. Hic Sanctus usque ad horam obitus nihil *e* linteum gestavit extra vittam, non balneo est usus, non tetigit carnes, nunquam a mensa recessit repletus ad satietatem. Erat autem corpore a Dei gratia tam bene contemperato, ut omnes qui ignorabant ejus victus rationem, persuasum haberent eum laute vivere et opipare. Hujus virtutes animæ si velim sigillatim narrare, narrantem me tempus deficiet. Qui erat adeo mitis, benignus, et pacificus, ut etiam *f* infideles, ejus inimici propter rectam in Christum fidem, vel ejus umbram revererentur ob insignem viri bonitatem.

Notus Palladio,

austerus in seipsum,

benignus erga alios,

7 Tantam autem habuit spiritalem gratiam et cognitionem sacrarum Scripturarum et comprehensionem divinorum dogmatum, ut etiam in ipso convivio hora solita refectionis Fratrum, Sancti hujus fieret mentis excessus, mutusque evaderet ipse et obstupesceret: et cum rogaretur, ut quæ in excessu evenerunt narraret, diceret: Mente sum peregrinatus ab aliqua raptus contemplatione. Scio ego eum sæpe in mensa fuisse lacrymatum, et cum rogaretur caussam cur esset lacrymatus, audivi eum dicentem: Pudet me vesci cibo a ratione alieno, cum sim ratione præditus, et versari deberem in paradiso deliciarum, replendus ambrosiæ nutrimento, propter eam quæ nobis a Domino data est potestatem. Is erat *g* Romæ notus cunctis Senatui et Procerum uxoribus, quo tempore cum B. Athanasio Episcopo prius recesserat, deinde cum *h* S. Demetrio Episcopo. Is cum abundaret opibus, et iis quæ sunt ad usum necessaria, non scripsit testamentum decedens, non *i* pecuniam reliquit, nec ullam suis sororibus quæ erant Virgines, sed eas Christo commendavit dicens: Deus qui vos creavit, vobis quoque victum providebit, sicut et mihi. Erat autem *k* conventus Virginum, quæ erant cum sororibus ejus, septuaginta.

inter edendum solitus aut rapi in ecstasin,

aut solvi in lacrymas

8 Is cum ad eum venissem *l* adolescens, et rogarem, ut ad vitam me exerceret monasticam, mea adhuc ætate lasciviente, et non opus habente sermonibus, sed laboribus qui carnem subigerent, duraque et aspera vivendi ratione quæ corpus compesceret, is, inquam, tanquam bonus domitor pullorum, duxit me extra civitatem *m* ad eos qui dicuntur Cellæ eremiticæ, circiter quinto ab urbe lapide. Et me tradit cuidam *n* Dorotheo exercitatori Thebano sexagesimum annum agenti in spelunca, et jubet me implere apud ipsum tres annos ad domandas animi perturbationes (sciebat enim senem agere vitam admodum duram et asperam) et postquam numerum annorum implessem, rursus ad eum reverterer mandavit, ob reliquam doctrinam spiritalem. Cum autem non potuissem apud eum implere numerum trium annorum, eo quod in morbum incidissem vehementem, abscessi ante tempus præstitutum.

Palladium tradit disciplinæ cujusdam anachoretæ

a [illegible]
In [illegible]

b [illegible] Fratrum

c [illegible] *Macarius Alexandrinus* [illegible] *habebat in monte Nitriæ, licet in Cellis habitaret, ut refert Palladius cap.* 20, *et 11 Januarii in ejus Vita num.* 8

d *Hinc colligitur pervenisse ad annum circiter* 404

e *In Heraclidis Paradiso* non linteo usus est, nisi eo quo velaret caput. *Græce est in MS. Veneto apud Rosweydum,* [illegible] *in MS. Regio, et Palatino, quorum hoc edidit Meursius, illud Fronto Ducæus* [illegible]. *Illud significat vittam seu capitis tegumentum Suidæ, Photio, Joanni Moscho: hoc censetur a Latino Faciali deductum, et linteum, quo facies sudore manans tergitur, valet. Ita Rosweydus in Onomastico.*

f *In Heracl. Parad.* pertinacissimi inimici. *Vetus Interpres:* Inimici ejus et infideles gentiles. *Græce* [illegible] *quibus verbis etiam hæretici indicantur.*

g *In Heracl. Parad.* Notus Romano Senatui feminisque primatibus. *Vetus interpres:* Notus cum esset Romano Senatui, et omnibus matronis magnificorum et illustrium virorum. *Græce* [illegible]

h *Videtur* Demetrius *hic esse Metropolitas Pisinuntius in Galatia secunda, qui pro S. Joanne Chrysostomo cum aliis* 40 *Episcopis Constantinopolitanæ Synodo interfuit, atque inde Chalcedonem ad Pseudo-Synodum Legatus, a Theophilo Alexandrino plurima perpessus est, eo tempore quo Constantinopoli aderant Nitriotæ monachi ab eo expulsi, de quibus § seq. Chrysostomo in exilium misso idem* Demetrius *Romam profectus est, caussamque Joannis apud Innocentium Papam peregit. Reliqua Demetrii gesta, cultus vel beatæque intersecuntur Actis S. Chrysostomi, an colatur, et quo die, huc usque non reperimus.*

i *Græce* [illegible]. *Vetus interp.* nummum. *In Heracl. Parad.* solidum

k *Ita et SS. Antonii et Pachomii sorores* [illegible], in parthenone *Deo sacrarunt suam virginitatem.*

l *Viginti annorum, ut colligitur ex Epistola ejus ad Lausum Præpositum*

m *Græce* [illegible] ad ea quæ vocantur solitudinum loca, *ut Heraclides,* secretiora loca, *ut vetus interpres. Meminit hic Cellarum Cellis illis celebribus Lybiæ, sive Cellis de quibus actum est in Prolegomenis ad vitam S. Macarii*

n *Dorothei hujus meminerunt Sozomenus lib.* 6, *cap.* 29, *et ex eo Cassiodorus hist. trip. lib.* 8, *cap.* 1, *et Nicephorus lib.* 11 *cap.* 26

§ III. A *Theophilo Alexandrino agitatur.*

Ex Actis S. Joannis Chrysostomi.

Multa de eodem Isidoro referuntur in Actis S. Chrysostomi. *Ubi Georgius eum ita describit:* Secundum ea tempora vir quidam erat Alexandriæ, nomine Isidorus, ordinatione beati ac vere magni Athanasii Presbyter, annum agens ætatis octogesimum, quem Romanorum plurimi probe norant, ob caussam et tractationem rerum Ecclesiasticarum, quippe qui a multis retro temporibus Romam adiisset, peregrinorum et hospitum Alexandriæ exceptor. *Quæ ex Palladii dialogo sumpsit Georgius. Conveniunt singula; quippe qui ante in Histor. Lausiaca anno Ch.* 388, *erat septuaginta annos natus anno Ch.* 397, *aut sequenti (nam de illis temporibus supra agitur) octogesimum ætatis annum necessario agebat. Hunc eumdem initio summe amavit Theophilus Episcopus Alexandrinus, et defuncto Nectario Constantinopolitanam et cathedram tradere studuit, ut docet Sozomenus lib.* 8, *cap.* 3 *et* 12. *Quod ita narrat Georgius Alexandrinus in Vita S. Joannis Chrysostomi:* Theophilus, *inquit,* Alexandriæ Episcopus multum adhibuit studii, ut ejus (*Joannis*) convelleret gloriam suis insectationibus, *quibus relatis, pergit:* Accedit his, quia Isidorum quemdam cum haberet suæ ditionis, magnopere contendebat eum præficere, et ad Episcopatum suo suffragio promovere. Eum siquidem maximopere amabat Theophilus, quia sua olim caussa is in se recepisset negotium plenum periculi. Quid id fuerit nunc edisserendum est. Theodosius Imperator cum adversus Maximum tyrannum prælio congrederetur ac decertaret, Theophilus per hunc Isidorum munera quædam ad Imperatorem mittens, duplices Isidori manibus epistolas tradidit, præcipiens ut et dona et litteras ei offerret, qui victoriæ esset potitus. His ceu mandatis cum suam navaret operam Isidorus, Romamque advenisset, in omnem occasionem imminebat, ut nosset in quem inclinaret victoria. Atqui res nequaquam diutius latuit. Quum enim is, qui epistolas fuerat suffuratus, eas ipso præsente legisset,

Constantinopolitanus Episcopus a Theophilo destinatus

*missus antea ab eo ad victorem cum muneribus

set, hanc ob caussam Isidorus timore correptus repetivit Alexandriam. Hæc erat occasio quare erga eum Theophilus fuerit propensioris studii ac favoris.

10 *Quam ob caussam incurrerit Theophili odium, ita narrat Socrates lib.* 6, *cap.* 9 : Isidorus Theophilo, *inquit*, jam olim amicissimus, tunc tamen inimicissimus factus, idque ob hanc caussam : Theophilus adversus Petrum quemdam, primarium Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyterum gravissimo odio inflammatus, eum Ecclesia expellere cogitavit : eique istud objectavit crimen, quod mulierem sectæ Manichææ ante ad sacra mysteria admiserat, quam illam ab errore Manichæorum avertisset. Verum ubi Petrus docuerat, se mulierem ab illa secta traduxisse, eamque de sententia Theophili in Ecclesiam recepisse, Theophilus iniquo animo tulit, perinde ac si calumniis a Petro fuisset appetitus. Nam dixit, se facti illius omnino fuisse ignarum. Idcirco Petrus Isidorum testem advocavit, Episcopum Theophilum non ignorasse, quod de muliere factum esset. Eodem tempore Isidorus Romæ urbe primaria versabatur, a Theophilo ad Damasum Episcopum Romanum missus, ut Flavianum Episcopum Antiochiæ cum illo in gratiam reduceret. Nam omnes qui favebant Meletio, cum Flaviano propter jusjurandum, ut a me supra declaratum est, discordarunt. Isidorus igitur Roma reversus, et a Petro ad testimonium dicendum vocatus, affirmavit mulierem sectæ Manichææ de sententia Episcopi Theophili in Ecclesiam receptam fuisse, eamque ipsum mysteria ei impertivisse. Itaque Theophilus iracundia exardescens, præ vesania utrumque ab Ecclesia exturbavit.

Flavianum Antiochenum S. Damaso Papæ reconciliat

11 *Eadem narrat Sozomenus, Georgius, et Metaphrastes in Vita S. Chrysostomi. Alia additur odii caussa in Palladii dialogo.* Nosti, *inquit*, et ipse virum, quando cum Acacio profectus, Flaviani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis segregata fuerat, B. Evagrii gratia, qui multa certamina in laboribus Ecclesiasticis pertulit. Huic itaque Isidoro vidua quædam ex principalibus civitatis mille aureos dedit, adjurans eum ante altare venerandum, coemptis ut vestibus pauperculas Alexandriæ mulieres indueret, ignorante Theophilo, ne, si sciret, acceptos lapidibus emendis impenderet; quædam enim ædificandi rabies, Pharaonis instar illum obsedit, minime Ecclesiæ necessaria. Verum ista missa facio : quod autem de Isidoro magis urget attende. Acceptam pecuniam Isidorus pauperibus impendit ac viduis. Hoc comperto, Theophilus (nihil enim ipsum latebat ex his quæ ubique aut gererentur, aut dicerentur, quod haberet rerum atque operum exploratores, ne aliter dicam) Isidorum advocat perturbatus modice, et, an ita se res habeat, sciscitatur. Nihil ille cunctatus, rei seriem pandit. Quod ille audiens, habitum mutat, et qui ante paullulum modestus ac mitis interrogando videbatur, paullo post intumuit totus, Isidori accepto responso, effigiemque mutavit.

incurrit odium Theophili

12 Ac parumper se intra silentium continens, veluti canis clam impetitus, post duos menses congregatis Sacerdotibus, Isidoroque præsente chartulam profert, Hanc, inquiens, Isidore, contra te accepi, jam decimus octavus annus evolutus est. Et quoniam occupatus fui, rem interim oblivioni tradideram. Nunc vero cum alias requirerem chartas, inveni hanc de te chartulam diu latitantem. Quid ergo ad eam respondes? Continebat illa Sodomorum crimen. Ad hæc Isidorus respondit Theophilo : Concedamus verum esse, quod et chartulam accepisti, et memoria excidit, non fuit qui libellum dedit, evocandus? Ad hæc Theophilus : At puer non aderat, navigabat enim. Et Isidorus : Non aderat tunc, ut dicis, Episcope. Post navigationem non aderat? Secundo anno non aderat? non tertio? Et nunc, si adest, adstare hominem jube. Theophilus cum ipsa veritatis evidentia vinceretur, in diem alterum judicium differt, deprecatusque adolescentulum quemdam, promissionibus multis ad accusandum Isidorum instruit, datis illi, ut aiunt, aureis quindecim. Ille hæc omnia retulit matri. Mater id minime probavit, partim integritate judicii, partim legum metu dissuasa : cogitansque ne forte calumniam passus Isidorus ad Principem judicem provocaret, accedens omnem scenam pandit Isidoro, aureos quoque illi ostendens, quos a Theophili sorore mercedis nomine, contra insontem accepisse dicebat. Quæ cum ob alia plurima, tum ob hoc præcipue dignas persolvit pœnas, mortua, cum illi mamillas medicus curandi caussa ferro tentaret. Ad hæc Isidorus mansit domi, Dominum deprecans. Adolescens vero hinc leges metuens, inde Theophilum magis irritandum non ignorans, ad utilem recurrit Ecclesiæ murum, venerandaque apprehendit altaria.

calumniis et impetitur

Ex variis

13 Ita Theophilus muto judicio Isidorum Ecclesia eliminat, gravia illum deliquisse pronuntians, honestamque faciem injustitiæ imponens. Ad hæc veritus Isidorus, ne forte graviore indignatione concitatus, saluti quoque suæ Theophilus insidiaretur (et ista enim, ut aiunt, moliri consuevit) cursu rapido contendit ad Nitriæ montem, repetens monasticum ordinem, in quo juvenis fuerat nutritus; ibique intra cellulam residens orabat, patientissimum Dominum interpellans. Interea Theophilus sibi conscius quam indecenter egisset, incertamque victoriam suspectam habens, litteras ad vicinos Episcopos mittit, mandans, quosdam de monte ex primoribus abjici, atque interiore eremo monachos pelli. *Prosequitur persecutionem monachis Nitriensibus illatam*, quod Isidoro affecti, viderentur, solumque *apud Theophilum intercederet* odium Isidori. *Ergo* trecenti sumptis continuo melotis suis in Palæstinam concedentes Æliam occupant. *Verum Theophilo illos persequente*, ingenti necessitate loca in dies mutare compulsi, tandem regiam ad urbem pervenerunt, in qua divina manu ad curam indigentium Joannes ordinatus Episcopus : procumbentesque ad ejus genua, orabant, ut opem ferret animabus calumniam passis, atque vastatis horum studio, qui hoc potius, quam benefacere consuevissent. Stetit Joannes, ut vidit quinquaginta electorum hominum canitiem venerandam, sacris sudoribus infectam compunctusque, juxta Joseph, pro fraternitatis studio in lacrymas solvitur, percunctatus ab iis quisnam aper de silva, aut singularis fera huic fecundissimæ ac lætissimæ viti invidisset..... . Mansiones illis in ecclesia, quæ Anastasia dicitur, ad requiem tribuens, ipse quidem necessaria victui non suppeditabat, sed eis religiosæ mulieres ministrabant, ipsis quoque ex opere manuum necessitates suas ex parte supplentibus. *Inter has præcipua fuit S. Olympias, quæ colitur XVII Decembris. Hinc odium Theophili in S. Joannem accrevit, ut S. Isidorus Pelusiota lib.* 1 *epist.* 152 *ad Symmachum de S. Chrysostomo scribens testatur.* Pium virum, *inquit*, ac divinarum rerum doctrina præditum expugnavit *Theophilus*, odium videlicet atque inimicitiam, quam adversus eum, qui quo ego nomine appellatur (*Græce* Τὸν ἐμοὶ ὁμώνυμον) improbitatis atque importunitatis suæ velut propugnaculum nactus. *Unde clare refellas Metaphrasten, qui hæc ipsi S. Isidoro Pelusiotæ omnia attribuit, de quo agemus IV Februar. Plura de Isidoro aliisque monachis a Theophilo pulsis dicentur ad Vitam S. Joannis Chrysostomi.*

ejectus ex ecclesia Alexandrina,

ad eremum redit,

hinc pulsus cum 300 monachis,

confugit ad S. Joannem Chrysostomum,

odio Theophilo magis exosum.

DE

DE SS. VIRGINIBUS MAURA ET BRITTA,

APUD TURONES IN GALLIA.

XV Januarii

SS. Mauræ et Brittæ revelatio.

Latebant harum Virginum corpora ac nomina : utraque ipsæ prodiderunt. Rem omnem breviter litteris consignavit S. Gregorius Turonensis de gloria Confessorum cap. 18. *Acta vel conscripta non sunt, quod uni Deo ac Cœlitibus notam vitam egere, procul hominum turbis ac luce; vel intercidere in illa Galliarum per Francos, Wandalos, Hunnos aliosque barbaros vastitate. Ætas quoque incerta. S. Martini temporibus, aut non multo post, vigente, quam sedulo excoluerat, Christiana pietate, vixisse eas liceat suspicari. Reperta corpora sunt dum Turonensem Ecclesiam S. Euphronius, S. Gregorii decessor, administraret, sexto nimirum seculo, quippe qui Concilio Parisiensi III, anno* 557 *et Turonensi II, anno* 567 *interfuerit, ut ad ejus natalem dicemus IV Augusti.*

annua memoria.

2 *Aliæ affini nomenclatione celebrantur sanctæ sorores* Maura *et* Brigida, *quæ in Bellovacis martyrium pro virginitate tuenda fecere, ut fuse narrat Petrus Lovetus V. CL. lib.* 2, *Antiquit. Bellovac. cap.* 13 *et tribus sequentibus. Earum elevatio solenni celebritate recolitur Dominica post Christi ascensionem, inscripta Martyrologio Gallicano a Saussaio V Maii. At Turonicæ illæ minime dubium quin sacris quoque honoribus ornatæ ab Euphronio et posteris sint; quo die, id nos latet. Idem Saussaius XV Januarii retulit, in Supplemento Martyrologii Gallicani : pridie Canisius, Ferrarius, Molanus in priori editione Usuardi.*

INVENTIONIS HISTORIA
EX S. GREGORIO EP. TURONENSI

Harum corpora cælesti lumine,

Infra ipsum terminum Turonicum erat mons parvulus, sentibus, rubis, vitibusque repletus agrestibus, et tanta densitate labruscæ contextus, ut vix aliquis intro posset inrumpere : ferebat enim fama, duas Deo sacratas Virgines in illo loco quiescere, scilicet cum in vigiliis dierum festorum, luminibus accensum divinitus a fidelibus sæpius cerneretur, unus audacior et animi fretus auctoritate, ad locum accedere sub obscura nocte non metuit. Atque cereum miri candoris immenso lumine fulgurantem aspiciens, admiratusque diu, discessit, aliisque quæ viderat nuntiavit.

et iterata earum apparitione.

2 Tunc uni de incolis loci se Virgines per visum ostendunt : exponunt se ibidem esse sepultas, ac sine tecto, imbrium injuriam diutius ferre non posse : hic vero si sibi vellet esse consultum, incisis vepribus tegumen tumulis adhiberet. Expergefactus vero, inruentibus aliis cogitationibus, tradidit oblivioni quæ viderat. Alia vero nocte apparuerunt ei iterum, vultu minaci terribiliter comminantes, nisi locum tegeret, anno præsenti ab hoc seculo migraret. Territus igitur vir ille visu, accepta secure, stirpe succisa tumulos detexit : invenitque validas de cereis guttas in modum libani odore nectareo effragrare.

reperta cum miraculo :

conditum isthic Oratorium,

3 Tunc deputatis bobus et plaustro lapides congregat, et data æstate oratorium superædificat : explicitoque opere B. Euphronium, qui tunc Turonicam regebat Ecclesiam, ad benedicendum invitat. Sed ille jam defessus senio, excusat abire, dicens : Vides, inquit, fili, quod senuerim, et hiems solito asperior ingruat : descendunt pluviæ, ac venti cuncta turbine perflant, inflantur flumina, et ipsæ quoque viæ a frequentatione imbrium effusæ pene in lutum sunt dissolutæ. Et nunc non convenit ætati meæ ista modo properare itinera. Hæc audiens vir ille discessit a conspectu Sacerdotis, abiens valde mœrens. Verum ubi Sacerdos membra quieti laxavit, vidit duas Virgines adstare sibi : quarum senior tristi vultu sic infit : Quid tibi ingratæ extitimus, Beatissime Pontifex? quid molestiæ intulimus regioni tibi a Deo commissæ? Cur nos despicis? cur ad consecrandum locum, quem nobis vir fidelis ædificavit, venire dissimulas? Veni nunc, obsecramus per nomen omnipotentis Dei, cujus nos sumus ancillæ. Hæc effata, genas lacrymis rigabat obortis.

rogatur ab ipsis SS. ut dedicet Episcopus,

eoque illuc tendente tempestas quiescit.

4 Expergefactus vero senex, vocat Ecclesiasticæ domus rectorem, dicens, Peccavi non eundo cum homine; ecce enim vidi duas Virgines me ob id increpantes, et vereor Dei offensam incurrere, si illuc distulero ambulare : acceleransque iter, viam ingreditur. Igitur eunte illo quievit pluvia, Austrorumque violentia sæva succubuit. Ipse quoque feliciter, conficiens iter, benedicto loco cum pace regressus est. Nam referebat plerumque vultum incessumque Virginum; et unam quidem dicebat prolixiorem, alteram minorem statu, non merito; utramque tamen nive candidiorem : quarum unam Mauram, Brittam alteram vocitabat, dicens se ab earum ore hæc nomina cognovisse.

SS. statura et nomina

DE S. ALEXANDRO,

FUNDATORE ACOEMETORUM, CONSTANTINOPOLI.

§ I. *S. Alexandri natalis, Vita.*

Circiter an. CDXXX
XV Januarii

S. Alexandri ignotus natalis

Duos hoc die damus illustres sanctitate Acœmetos, *alterum natu grandem, auctorem ejus instituti* Alexandrum, *juniorem alterum, atque in ipso prope flore ætatis cælo transscriptum,* Joannem, *cognomento* Calybyten, *qui ad Alexandri nuper vita functi reliquias, plurimis miraculis, ideoque et piorum hominum concursu, celebres, sexennium exegit. Et hunc quidem Latinorum Græcorumque fasti XV Januarii exhibent, illius nusquam expressum natalem reperimus. Fit tamen honorifica ejus mentio in vita S. Marcelli Abbatis, qui ab eo sacratum habitum suscepit, et tertius ab eo Acœmetorum monasterio præfuit, cujus natalis agitur XXIX Decembris. Eo quoque die signari* Alexandri *nomen poterat ; sed quoniam Joannes, etsi non ab eo sit in monachorum numerum cooptatus, tamen quia diu ante Marcellum diem suum obiit, merito inter Acœmetos, quorum quidem religiosa peragatur memoria, S. Alexandri primogenitus censeri appellarique potest : eaque caussa illi* Alexandrum, *parentem filio, comitem damus, aut ducem potius, propterea quod ex ejus vita plurima, quæ de Acœmetis adhuc perperam tradita, illustrabuntur.*

cur hic data ejus Vita?

2 *Eam Vitam nacti sumus e bibliothecæ Regis Christianissimi MS. codice, vetustate quibusdam locis exeso, eoque mutilom, præclaram alioqui, et nondum typis vulgatam, aut ulli citatam, quod quidem viderimus, recentiorum. Auctor monachus Acœmetus fuit, ab ipso Alexandro præceptionibus asceticis eruditus ad virtutem. Id ipse non uno loco significat. Nam cap.* 4, *cum Christum narrasset S. Alexandro apparuisse, id se ab illius ore didicisse scribit :* καὶ τοῦτο αὐτὸς ἡμῖν ὡμολόγησεν, ὅτι ἐκ προσώπου ἑώρα, *et cap.* 8 *profitetur se ea scribere, quæ*

ejus auctor S. Alexandri discipulus

quæ oculis ipse viderit, et curiose observarit : καὶ ἡμεῖς μὲν, *inquit*, τὴν φιλαδελφίαν καὶ τὴν στοργὴν ἐπιδεικνύμενοι, ὅπερ ἐθεασάμεθα. *Alia ex* Rabbuli, *ab Alexandro ad fidem et vitam anachoreticam conversi, dein Edessæ Ecclesiæ præfecti, relatione tradit* : Τελειωθέντος τοῦ μακαρίου, ὡμολόγησε τοῦτο ὁ Ῥάββουλος ἔμπροσθεν Ἐπισκόπων καὶ μοναχῶν· καὶ ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία τοῦ νέου μαθητοῦ. *Supervixit* Alexandro *hic Auctor, in monasterio quod in Bithynia a Joanne ejus successore inchoatum, Marcellus deinde perfecit; in quod deinde S. Alexandri translata* ὅσια λείψανα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθαυματούργουν, *ut cap.* 8, *dicitur; illudque subjungitur votum* : Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς ἀξίους μαθητὰς γενέσθαι τε καὶ εὑρεθῆναι καὶ τυχεῖν διὰ τῶν πρεσβειῶν αὐτοῦ, ὧν αὐτὸς μέτοχος ἐγένετο. *Hæc de Auctore.*

alibi laudata Alexander

3 *Ipsam porro vitam solidissimam, omnique acceptatione dignissimam, tum rerum omnium exacta descriptio, et consequentia persuadet, tum consentanea aliorum scripta, ac præsertim Vita* S. Marcelli, *in qua dicitur Alexander*, vir virtute incomparabilis, plenus sapientia, plenus pastorali sollicitudine et diligentia curaque animarum. *Baronius quoque tomo* 6, *Annal. an.* 459, *num.* 18, *memorat* Alexandrum Abbatem, hujus instituti, (*Acœmetorum, quos ipse Acametas vocat, minus fortassis usitate, cum* ἀκοίμητος *dicatur Græce*, vigil, insomnis, *de quo mox*) auctorem, et S. Marcelli institutorem.

§ II. *Acœmetorum origo, prima monasteria.*

Andreas *Saussaius* V. CL. *in Martyrologio Gallicano hoc die* S. Joannis Calybitæ *vitam brevi epitome complexus, ait eum* e patria fugientem Acœmeti monasterium remotissimum petiisse. *Debuit Acœmetorum scribere, sed cujusmodi illud, aut ubi terrarum situm fuerit, silet. In Fastis Marianis*, in Syria, *in Martyrologio Gallico idiomate Lauduni vulgato*, Hierosolymis *statuitur. Jacobus Canisius noster in Petri Ribadeneiræ Flore SS. Latine verso, parte* 2, *de SS. Extravagantibus, ad XX Februarii, ait* S. Eucherium Episcopum Aurelianensem, Christi crucem amplexum, cœnobiumque Acœmetorum ingressum, monachum induisse *etc. et multa ibi de Acœmetis annotat. At quantum devíat! Gemmeticum S. Eucherius ingressus est, quinque leucis a Rotomagensi urbe dissitum, instituti Benedictini, circiter annum* 640, *a S. Philiberto, sumptum præbente Dagoberto Rege, fundatum, ut XX Augusti ad S. Philiberti vitam dicemus. Dicitur quidem post* S. Alexandri *decessum late per orbem propagata* Acœmetorum *religio, hic cap. ultimo. Et in Vita* S. Marcelli: Quemadmodum ex [illegible] Eden [illegible] [illegible], ita etiam ex Marcelli tabernaculo cœpit per universum terræ orbem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], illius, inquit, ac [illegible] vitæ, quæ ab eo agebatur, imitatio. Præterea autem supernarum potestatum ministerii, quod nullo somno interrumpitur, zelus cum hinc cœpisset, venit ad primam et urbium Reginam, deinde ad alia quoque transiit loca [illegible] *Sed hæc de Oriente accipienda: quamquam fuerunt etiam in Occidente, qui similem sacrarum precationum disciplinam sibi præscriberent, aliis tamen statutis temperatam.*

Acœmeterii primum ad Euphratem [illegible]

5 *Primum ejus coltonis cœnobium circa ad Euphratem* Alexander, *ut cap.* 4, *dicitur. Ad ejus normam alia ab ejus discipulis ipso vivo condita, et quibus Cyrthenium cap.* 6, *laudatur. Sed in his institutum, non nomen Acœmetorum viguit. Dein iam Constantinopoli aliud ipse constituit, in quo e vita migravit. De eo cap.* 7, *et* 8, *atque in vita S. Marcelli ista habentur* : Καὶ τότε μὲν ὁ θεῖος Ἀλέξανδρος πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Μηνᾶ τὴν τοιαύτην ἐπετήδευσε. ὕστερον δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ τοῦ Πόντου στόματι τὸ τίμιον ἱδρύεται φροντιστήριον, τοῦ δὲ καὶ νόμον [illegible], καινὸν μὲν, ἀλλὰ τὰ ἀπάντων κάλλιστον, μηδέποτε τῶν εἰς Θεὸν ὕμνων τὸ συνεχὲς διακόπτεσθαι, ἀλλὰ τῇ καταδιαδοχῇ τῶν λειτουργούντων ὑπαλλαγῇ τὴν ἄσιγηον ταύτην, καὶ ἄπαυστον τῷ δεσπότῃ προσάγεσθαι δοξολογίαν. Et tunc quidem divinus Alexander in templo magni Martyris Menæ exercebatur; postea autem in ipso quoque ostio Ponti venerandum statuit monasterium : in quo novam quidem, sed longe omnium pulcherrimam legem posuit, ut hymnorum ad Deum numquam interrumperetur perpetuitas; sed per vices mutatis ministris hæc numquam silens et numquam quiescens tribueretur Deo glorificatio.

Ex variis

6 *Hoc post* Alexandri *decessum in Bithyniam translatum est, a* Joanne *ejus successore, in locum* Γομῶνα *appellatum, quem et* Εἰρηναῖον *dixerunt*, διὰ τὸ θορύβων ἐκτὸς εἶναι, *quod procul a turbis et strepitu abesset.* Ἰωάννου δὲ, *ut in vita S. Marcelli dicitur*, τὸ πρᾶγμα ὄνομα τῷ τόπῳ δόντος, ἐκ τῆς διηνεκοῦς πρὸς Θεὸν ᾠδῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἄχρι τῆς δεῦρο τὸ φροντιστήριον ὀνομάζεται. Τὸν γὰρ αὐτὸν Ἀλεξάνδρῳ τύπον καὶ Ἰωάννης ζηλώσας ἐν διαδοχῇ τῶν ᾀδόντων τὴν πρὸς Θεὸν ἀκοίμητον ἐποιεῖτο δοξολογίαν. Cum Joannes autem ex re ipsa nomen loco dedisset, propter perpetua quæ ad Deum fiunt cantica, in hodiernum usque nominatur monasterium Acœmetorum, id est, Non dormientium. Nam cum eamdem formam, quam Alexander habuerat, imitatus esset Joannes, eorum qui per vices canebant, nullo somno interruptam faciebat glorificationem.

in Bithynia

7 *Joanne haud diu post translatum monasterium vita functo, subrogatus est* Marcellus, *sub quo ea colendi numinis ratio late sparsa, venit etiam, aut potius rediit*, ad primam et urbium Reginam *Constantinopolim : quando* Studius quidam vir præclarus, *ut ait Nicephorus lib.* 15, *cap.* 23. Roma Constantinopolim venit, et Divo Præcursori templum erexit, in quod monachos ex monasterio Acœmetorum induxit, quod divinissimus Marcellus extruxerat; in quo perpetui hymni Deo canerentur, sodalitate monachorum in tres cœtus divisa. *Hinc* Studitæ *orti, quorum multis seculis eluxit virtus et eruditio, et præsertim gloriosa adversus Iconoclastas Imperatores certamina, de quibus IV Februarii ad* S. Nicolai Studitæ *vitam, XI Novembris ad* S. Theodori, *et alibi sæpe.*

aliud Constantinopoli, quod Studii dictum

8 *Hinc manifestum unde* Acœmetorum *fluxerit nomen. In Vita* S. Joannis Calybitæ *a Lipomano edita, ita appellati dicuntur*, quod numquam cubare soliti essent. *At vero id glossema videtur interpretis, aut cujuspiam librarii. Ita Carthusiani Colonienses in addit. ad Usuardum XXVII Februarii habent* S. Joannem, septem annis in monasterio stetisse. *Rosweydus in Notis ad cap.* 26. *Philothei, ait* 76, *Stylitas vocat* ἀκοιμήτους, *quod S. Simeon Stylites isthic referatur* manibus in cœlum extensis stetisse tota nocte, nec a somno delinitus, nec a labore superatus. *Sic et monachi Palæstinæ in Lauris degentes laudantur ab Evagrio lib.* 6, *cap.* 31, Κοινὰς τὰς πρὸς τὸν Θεὸν [illegible] [illegible] καὶ διανυκτερεύουσι, οὕτω σφᾶς [illegible], οὕτω τοῖς πόνοις [illegible], ὡς τάφους [illegible] αὐτοὺς δοκεῖν. In precibus, quas ad Deum fundunt, die noctuque perseverant, ita se atterentes, ita laboribus diffluentes, ut insepulti mortui videantur. *Verum et Palæstinorum monachorum, et Stylitarum diversum ab Acœmetis institutum fuit. De utrisque illis actum alibi. Alexandri præclaram continuandæ per vices precationis institutit methodum : quam Canisius et Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ perperam ita interpretati sunt, quasi eidem absque intermissione in divinis laudibus excubuerint, et somni penitus aut omnino nihil caperent. At recte Baronius to.* 6, *Annal. an.* 459, *n.* 16, *scribit* ea jugesque die noctuque pervigiles Deo laudes, extulisse, tripartito tempore, sibi invicem succedentes.

Unde Acœmetorum, id est, Non dormientium, nomen

§ III. S. *Alexandri ætas, tempus obitus.*

Quot annis vixerit Alexander, nusquam diserte expressum

Ex variis.

pressum. Quinquaginta in religiosæ vitæ exercitatione posuisse, in proœmio vitæ et cap. 8, asseritur. Prius vero quam ei sese exercitationi daret, adolescentiam in studiis litterarum Constantinopoli exegit; militiam annis aliquot secutus, atque aliquamdiu Ἐπάρχικου *functus munere, ut haud multo minor viginti quinque annis videatur ad monasticam vitam accessisse.*

monastica, 50 per annos,

10 *Hæc omnis in ser veluti flexus aut præcipuas functiones partita illi fuit. Primum enim, quadriennium in Syria sub Elia Archimandrita rudimentis cœnobiticis datum: septennii anachoresis secuta: adjecit inde ad conciliandos Christo Gentiles animum, et Rabbulum cum suis, triginta item latrones, atque alios convertit, miraculis etiam patratis, ac cœlitus elicito igne; quod evenisse dicitur triginta ante obitum illius annis. Postea viginti ipsos annos monasterio trans Euphratem præfuit, et quadringentos in eo monachos instituit ad virtutem; ut cap. 4, memoratur. Tum peregrinus, in solitudine Euphrati vicina, Antiochiæ, Palmyræ, atque in variis monasteriis quinque facile annos exegit; tres quidem, quibus annonæ sterilitate castella dicuntur laborasse, antequam ad urbem Antiochenam accederet: quartus fertilitatis fuit: altero post tandem Constantinopolim venit, ibique quinque reliquos vixit.*

11 *Hæc de* Alexandri *ætate. Nunc qui Christianæ epochæ ea congruat, quærendum.* Theodotus *Antiochiæ Episcopus erat, cum isthic degeret* Alexander, *ut cap. 6, dicitur. Is autem anno* 421, *ordinatus, annis sex eam rexit Ecclesiam, ut ex Theodoreti epistola 83, patet, quam ex codice Vaticano recitat Baronius to. 6, Annal. an. Chr. 444, nu. 23. Qua de re actum pluribus VIII Januarii in S. Attici Vita. Cum eam Ecclesiam teneret* Theodotus, Alexander *hic noster Antiochia mendici habitu recessit, et Constantinopolim paullo post venit. Quam hic persecutionem passus cap. 8, scribitur, ea videtur a Nestorio concitata ejusve asseclis. Capessiverat eam Sedem Nestorius IV Id. Aprilis,* Felice et Tauro *Coss. ut auctor est Socrates lib. 7, cap. 29, qui Christi annus erat 428. Idem anno 431, ab Ephesina Synodo damnatus, solioque exturbatus est. Nec videtur* Alexander *illi damnationi superstes fuisse, aut saltem diu: plane ut probabile sit, circiter 380 annum Christi, militiæ nuntium remisisse, ac dein quinquaginta annorum curriculo strenue ac feliciter peracto, e vita decessisse sub annum 430. Quid, quod ejus discipuli domicilio in Bithyniam translato, hoc* Ἐιρηναῖον *appellarunt, qui demum pacem et quietem reperissent, procul insectantium tumultu? suffragantur quæ dein ab iisdem gesta Acœmetis*

tempus mortis.

12 *Illud quoque declarandum videtur,* Rabbulus, *qui et* Rabbulas, Rabulas, Rabula *dicitur, quo tempore Edessenam administraverit Ecclesiam. Is ante annum 400, ab* Alexandro *fidei mysteriis eruditus, constructo uxori ac filiabus monasterio, in eremum secessit, atque annis aliquot anachoreticam vitam duxit. Dein Episcopus ordinatus, annis 30 Edessenæ Ecclesiæ præfuit, ut cap. 3, dicitur. Illi* Ibas *successit, qui in epistola ad Marim Persam, quæ extat Act. 10 Concilii Chalcedonensis, et to. 6, Annal. Baron. an. 448, nu. 66,* Rabbulam *perstringit, et* tyrannum civitatis Edessenæ *appellat, propterea quod cum Acacio Melitenensi Theodori Mopsuesteni libros damnarat. Hæc vero non ante annum 435 contigerunt, quo, cum Nestorii libri a Theodosio Imp. jam XV, Cos. III Nonas Augusti interdicti incendioque damnati essent, ut dicitur L. ult. C. Theodos. de Hæreticis, Nestoriani, ut Nestorium non* [illegible] *ostenderent, Diodori Tarsensis et Theodori Mopsuesteni scripta, affinem tradentia doctrinam,* [illegible] *quibus* Rabbulus *atque* Acacius *restiterant, ut testatur* [illegible] *Liberatus in Breviario cap. 10. Extant in Concilio V* [illegible] *Collatione V* [illegible] *et Cyrilli* [illegible] *epistola* [illegible] *inter alia* Rabbulo *ita* Cyrillus *scribit:* Semper quidem tua splenduit sancti[illegible] [illegible] *omnibus* Orientalibus [illegible] *veritatis, et sicut quemdam*

Rabbulas ab eo conversus

inde Episcopus Edessenus.

pestiferum expellens morbum, novæ et abominandæ hæreseos Nestorii blasphemiam. *Videtur ergo etiam post annum 435, aliquamdiu fuisse in vivis* Rabbulus. *Ubi is decessit, subrogatus est* Ibas, *superstite etiamtum Joanne Antiocheno; nam huic S. Proclus Constantinopolitanus Antistes scribit, apud se* Ibam *Edessenum hæreseos Nestorianæ a suis Clericis insimulatum. Extant eæ litteræ collatione VI, concilii V, quod propter tria Capitula præcipue convocatum, quorum Capitulorum secundum erat de citata Ibæ ad Marim epistola. Successit* Theodoto, *de quo supra, in Antiochena Cathedra* Joannes *anno Christi* 427, *sedit annis tredecim, ut diserte scribit Theodoretus ep. 83, ante citata. Obiit ergo an. 440, quo anno ejus obitum consignavit Baronius in Appendice tomi 5, ad ann. 436, cum prius eo anno decessisse illum scripsisset: quod in Epitome quoque observavit Spondanus; at non Gualterius in Tabula Chronographica, et Petavius in Chronologia lib. 13, de doctrina tempor. qui* Theodoti *mortem referunt ann.* 427, Joannis 436, *additque Petavius,* cum sedisset annos XIII, *ut calami aut memoriæ lapsum liceat agnoscere. Præfuerat jam, superstite* Joanne, *anno uno alterove Edessenæ Ecclesiæ* Ibas.

suffectus a successore Iba.

13 *Unde confici potest circiter annum 437, decessisse* Rabbulum, *qui S.* Alexandro *septem annos superstes, narravit facta olim ab eo miracula, jam grandis natu, cæcus oculis corporis, cum mente acutum cerneret, ut jam vidimus. De cæcitate meminit Theodorus Lector Collectan. lib. 2.* Μετὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς συμβίβασιν συγγράψαι λέγει τὸν Θεοδώριτον κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων Κυρίλλου. Ῥαβουλᾶς Ἐδέσης Ἐπίσκοπος τυφλὸς ἦν. Ἀνδρέας δὲ τῶν Σαμοσάτων ἐνεκάλει ὡς γράψαντα κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων Θεοδορίτου. Post reconciliationem cum Orientalibus, Theodoritus contra duodecim Capita Cyrilli scripsisse fertur. Rhabulas Episcopus Edessenus cæcus erat. Andreas vero Samosatenus accusavit eum, quasi contra duodecim Capitula Theodoriti scripsisset.

mortuus circiter an. Ch. 437

sub finem vitæ cæcus

VITA

Auctore monacho Acœmeto, ejus discipulo,

ex veteri Græco MS.

PRÆFATIO AUCTORIS.

Sanctissimus ac beatissimus Alexander, vir Apostolicus, et vobis Christum diligentibus, et mihi disceptationis proponitur argumentum. Illud enim mihi licere existimo, ut et virtutem imitatione, et verbis præclara ejus facinora coner exprimere. Benignissimo igitur Deo adjuvante, cujus hic vir, quo de sermo est, extiterit, et unde illa ei exercitationis ratio modusque, exponam. Novimus, cunctos, qui cœlestibus cumulati beneficiis a propitio Numine sunt, illius agnoscere beneficentiam, illius delectari operibus, illius laudes prædicare, et cum Apostolo in hos prorumpere voces: O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Spectemus igitur exitum victoriosi athletæ, qui inter nos vitam egit, et numquam interruptum, veluti Sol hic aspectabilis, cursum peregit.

S. Alexander exemplar virtutum.

Rom. 11, 33.

2 Atque hic solus in hac nostra vere, ut Salvator noster testatur, perversa generatione, ita eluxit, ut geminam sibi coronam pepererit. Etsi igitur omnes, qui scribendæ historiæ dederunt operam, hic fatiscere necesse sit, rerum narrandarum magnitudine eorum obruente facultatem, tamen quia silentium nostrum volentibus illius virtutem imitari infructuosum futurum sit, quemadmodum qui seculi negotia tractant mercatores, quæstus proventuri gratia, mortis etiam periculis sese objiciunt; nos quoque propter eorum qui imitari voluerint, emolumenta, facilius ad hanc dicendi temeritatem devenimus, ac tempori obsecuti partem aliquam recensebimus magnanimi hujus athle-

Matth. 17, 16.

te-

tæ præclare factorum; nam ut universa pro dignitate exponamus, fieri nullo modo potest. Eia igitur principium proponamus certaminis, et præstantem hunc athletam fide egregie instructum fuisse commonstremus. Alexander, cujus memoria est in benedictione, toto corde, totisque viribus Deum dilexit, ipsisque id patefecit operibus : et quod nullum Divinorum mandatorum sit prætergressus, fructus testatur : indicium id Christus ipse præscripsit : A fructibus eorum cognoscetis eos. Neque suæ dumtaxat salutis curam gessit, verum orbem terrarum universum subjugare Christo studuit; atque id quoque ex parte perfecit. Et velut in manibus haberet eorum qui per ipsum salvarentur mercedem, ita firmo pectore, animoque invicto, quinquaginta per annos alienam, impentius tamen propriam, assidue salutem curavit.

sincero Dei amore

Matth. 7. 16.

suam et proximorum salutem curavit.

CAPUT I.

S. Alexandri vita secularis, cœnobitica, anachoretica.

Beatus hic ex Asia illustri genere oriundus, in insulis habitavit : Constantinopoli vero arte Grammatica accurate eruditus, atque omni morum honestate et temperantia conformatus, ad maturam pervenit ætatem : dein in militum *a* Prætorianorum classem allectus, brevi pervidit quam humana omnia infirma sint et instabilia, quamque gloria omnis mundana velut flos fœni celeriter defluat : eoque res has sublunares ut fluxas aspernatus, mentis oculos in alterius longeque melioris vitæ bona intendit. Ergo veteris novique Testamenti libros indefesso studio pervolvens, in sanctis tandem Evangeliis invenit inexhaustum, nullique rapinæ obnoxium thesaurum, ita eos qui viva fide accedunt invitantem : Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me.

a *A militia conversus*

lectione sacra Scr. pluræ,

Matth. 19. 21

4 Hoc ut audivit et sincere credidit, continuo et patrimonium omne, et castrensia bona (nec exigua illa, qui in eo esset Prætorianæ militiæ gradu, et insigni præditus cum temperantia, tum animi magnitudine) in mendicos et pauperes profundit. Cupiebat enim propter propositam spem, procul a patria, cognatis, amicis secedere, ut in solius Christi adlegeretur familiam. Et audierat in Syria cœnobia esse sanctorum virorum, quorum præclara et laudabilis esset conversatio. Eo igitur cum venisset, multis precibus, tandem obtinuit, ut in monasterium admitteretur religiosissimi Archimandritæ Eliæ, cujus erat celebre in iis regionibus nomen, propter eximiam et morum sanctitatem, et domesticæ disciplinæ institutorumque rationem.

bona sua pauperibus distribuit

fit monachus in Syria

5 Isthic quadriennio moratus egregios in virtute progressus fecit, alacre et indefessum iniens certamen, atque in cunctis reverenter obtemperans; vitam autem divinarum Scripturarum norma regens. Cum vero.... non reperiret, quod quæ in commune instituitur vita, ut norunt earum rerum studiosi, summam illam egestatem, et curarum omnium vacuitatem sancto Evangelio consentaneam, *b* minus experiri videatur, Præfectis omnes Fratrum necessitates sollicite curantibus, servus Dei Alexander, spiritu fervens, assidue illam audiens Domini vocem, vetantis vel in crastinum sollicitos esse, qui multis passeribus præstemus, angebatur et perturbabatur animo, neque ulterius continere se poterat. Nec fas erat quidem, ut principio statim iis de rebus faceret sermonem : oportebat enim eum prius omni spirituali instrui armatura, quæ est psalterium.

b

Matth. 6. 31. Luc. 12. 7

q.... ... perfectionem ... det

6 Cum vero quadriennii spatio desiderium suum explesset, non propter ingenitam tarditatem diutius in illa disciplinæ exercitatione immoratus, sed quod exacte intelligeret, de quo quisque versus esset pronuntiatus, tunc oratione et observatione ad Deum fusa, haustaque cœlitus intelligentia, nihil, præter

... ...

Præpositi mandatum, jam mortale spectare sustinuit, verum sumpto Evangelio continuo Præfectum adit, itaque eum compellat : Pater verane sunt omnia quæ in Evangelio conscripta? Elias autem vere Pater et pastor rationalium ovium, insolitam interrogationem miratus, ratusque eum maligni dæmonis fraude in aliquam prolapsum incredulitatem, nihil quidem statim illi respondit; verum prona facie solo affixus, Fratres hortatur, ut orent pro eo, laqueis, inquit, diaboli irretito. Cumque duarum horarum spatio pro eo cum lacrymis fudissent ad Deum preces, assurgit Archimandrita, ex eoque sciscitatur : Frater, unde hæc tibi incidit cogitatio? Hic ille rursus quærere, Verane sint quæ in sancto scripta Evangelio sunt? Respondentibus, verissima esse, quia Dei verba : Cur non ergo, inquit, illa exequimur? At illi : Nemo *c* servare illa potest. Tum vehementi quodam spiritu correptus, ac veluti præteritum omne tempus damnans, et ad nihilum redigens, salutatis Fratribus, sumpto secum Evangelio egreditur, executurus quæ scripta sunt, et sanctos Patres nostros imitaturus. Ergo Eliæ vatis exemplo abit in solitudinem; in qua septem exegit annos, nulla terrenarum rerum pulsatus sollicitudine; Spiritu sancto actus ejus omnes perpetuo dirigente.

AUCTORE EJUS DISCIPULO, EX MS GRÆCO

c

septennio degit in eremo

a *Græce est* Ἐπαρχικός. *Est* Ἔπαρχος, Præses, Prætor, Præfectus Prætorio. *Fortassis innuitur gessisse eum aliquam præfecturam, ut* Ἐπαρχικός *non* Prætorianum, *sed* Præfectorium *significet.*

b *Videtur id dicere Auctor, Cum suadeat in Evangelio Christus, ut rebus omnibus abdicatis, totos non illius providentiæ committamus, nec de cibo aut vestitu omnino cogitemus, id perfectius impleri in anachoretico vitæ genere, ubi necessariæ res non propria industria parentur, non Præfectorum sollicitudine curentur, sed ab una Dei manu expectentur. Verum, etsi, propter et hanc eminentem de divina ope fiduciam, et assiduum cum dæmone luctum absque hominum aliorum auxilio et solatio, sublimior ea videatur vivendi ratio, quam quæ in cœnobio ducitur, tamen potest hic et debet, in iis saltem qui aliis non præsunt, omnino perfectissima inesse sollicitudinis vacuitas. Cur enim de crastino cogitent, de cibo, potu, vestimentis, quibus abunde paterna Dei cura prospicit, vel Præsidum vigilantia, vel aliorum hominum, imo et brutorum quandoque animalium, atque Angelorum etiam ministerio? Laudabilis tamen fuit antiquorum consuetudo, qui diu in cœnobio exercitati in solitudinem abibant, vel ad tempus, vel in perpetuum, ut quietius vacarent Deo, plura incommoda paterentur, dæmonem veluti singulari certamine vincerent.*

c *Hæc ob infirmitatem nimia missa vox est. Si de præceptis agatur, servari cum divinæ gratiæ auxilio omnia possunt, non ita tamen, quin subinde homo, saltem leviter, labatur, si de consiliis, et illa quoque cum eadem gratia suscipi atque impleri queunt, licet quisque expendere ante debeat, quod monuit Christus, ne altius ædificium moliatur, ne gravius bellum aggrediatur, quam exequi possit ejusdem gratiæ fultus præsidiis.*

CAPUT II.

Fanum succensum. Rabbulus conversus.

Ubi vero visus est fidem caritate radicasse, mentem quoque ad Evangelii prædicationem adjecit, ne cum otioso et nequam illo servo damnaretur. Cum ergo audisset civitatem esse quamdam, in qua improbi dæmonis etiamnum dominaretur superstitio; nam et festivas idolorum peragebant ferias, et in nefandis exultabant gestiebantque flagitiis; succinctus lumbos in præparationem Evangelii, ingressus in celeberrimum eorum fanum, Divina *a* quadam virtute illud succendit evertitque. Eoque perfunctus certamine, nequaquam ex eo loco profugit, sed in ipso templo consedit.

Matth. 25. 26

Fanum idolorum succendit

a

8 Concurrere interea populares ingenti furore, eique necem intentare; qui mox tamen incredibili ejus libertate mansuefacti discedebant. Ille vero a Dei gratia custoditus, in Apostolicam illam vocem prorupit : Et ego homo sum similis vestri patibilis; atque in his quoque vanissimis rebus tempus aliquando contrivi. Fugite judicium æternum. Regnum vobis cœleste annuntio. Et multo tempore hæc facientes.... .

idololatras placidos mitigat

Act. 14. 14

9 .... *b* urbis Præfectus, quod et divitiis et facundia præstaret... deinceps vero idolorum exterminator, et præco factus veritatis. Hic insano correptus defendendæ superstitionis studio, magna voce populum ita affatur : Fratres et Patres, patrios Deos ne deseramus :

b

deseramus: at sacrificia iis ritu solito offeramus. Dii Galilæo huic minime auxiliantur. Neque ab eo injuria lacessiti, velut si obsequiis essent deliniti, opem illi ferent. Ecquid magnus est Deus Christianorum? Dein sua fretus potentia et nescio quibus diaboli præstigiis offusam habens mentem, dicit multitudini: Ego solus ad eum accedam, ejusque magiam ac fraudem dissolvam, et Deos ulciscar, nosque omnes ab eo contumelia affectos. Magna ergo cum insania ad eum accedit, cumque eo disputaturus, cœpit jactabundos hosce proferre sermones: Ut certaminis moderatorem c..... justitiæ, denuntiem;... capesamus armaturam, qua omnem, vim roburque hostile elisit, et non solum principatus et potestates, et dominationes æternæ illius caliginis, et spiritales nequitias evertit; sed totum orbem terrarum obsistentem repulit. Omnia igitur frustra expertus adversarius, semperque divina virtute prostratus, ac nihil omnino valens efficere tandem universalem hominum pugnam ciet... variehis sanctum athletam aggrediuntur.

10 Ille vero neque regiam reveritus est potestatem, neque Præfectorum timuit minas, neque populi contumeliam, neque Antistitum perversas adhortationes, nec quæ alia intentabantur, ut abduci sese a veritate pateretur. Verum eos omnes qui contradicebant confudit, recta vitæ ratione, et fide perfecta. Audierat enim Apostolum dicentem: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?....

11 .. .. deorumorum nostrorum Deorum evertisti; et non solum populum, sed et nos omnes ad te attrahere vis, ac tui similes efficere, sacrilegos ac Deorum omnium contemptores. Dic igitur veritatem: Quam spem habetis vos Christiani, qui ita vitam vestram contemnitis, tdia audentes? Beatus subridens, ait: Nos vero neutiquam vitam nostram contemnimus, ut dicis, sed æternam vitam expetentes, præsentem hanc negligimus. Scriptum enim est nobis: Qui perdiderit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam inveniet eam. Ille vero: Qualem spem expectatis, ubi ab hac vita migraveritis? At Beatus: Nos volentibus veritatem addiscere, et transferri a tenebris ad lucem, hujus vim sermonis operibus ostendimus. Nec opus est fabulis multiplici involutis, ut vos Ethnici existimatis.

12 At ille: Et ego paratus sum omnem vestram insaniam addiscere, qua non solum nos conturbasti, verum et Deos contumelia afficere non cessas. Tum Sanctus: Audi, inquit, Dei nostri virtutem, et mysteria fidei nostræ, cœpitque illi explicare Dei erga homines benignitatem, et sacrarum Scripturarum virtutem, exorsus a prima mundi conditione, usque ad Crucis dispensationem. Et persisterunt invicem his de rebus conferentes die illa ac nocte tota, cibi omnis somnique expertes. Scripturis igitur consignatas ostendens sanctorum virorum virtutes, quæque de Deo habuere fiduciam, atque in eum quasi libertatem, evolvensque a Deo dictata volumina, in eum devenit locum, ubi Elias traditur ter ignem e cœlo eduxisse. Cumque plura jam ille capita audisset, hæc obloqui cœpit, ac sibi scilicet victoriam polliceri. Ista omnia, inquit, mendacia sunt: res vestræ confictis fabulis constant. Utile tibi suadeo, ut nobiscum diem festum agas, et Diis sacrificia offeras. Et quæ in eo perpetrasti, quia benigni sunt, eorum tibi veniam atque impunitatem, qui ignoranti... Et tus ... tribuent. At Beatus: Si Dii.... ... sacerdotum in vespertinum ad se clamantes exaudiebant, ignemque largiebantur? Et quidem Dei servus Elias ... ... pseudoprophetis .... virtute ... neque orante ... ... idolis ... ... nubes ... ... ipse Dominus servi sui severitatem, ob humanitatem erga viduam, inflexit, atque ad benignitatem eum induxit, ut jusjurandum suum solveret, et pro hominibus ad se funderet preces. Dixerat enim: Vivit Dominus, si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta oris mei verba. Neque irritum servi sui jusjurandum esse voluit Deus; verum ut dixit propheta, ita evenit.

13 Irridens autem dicit B. Alexandro: Si hæc vera sunt, si talis est Deus vester, et famulos suos ita actutum exaudit, precare et tu illum, ut coram nobis ignem demittat. Id si fecerit, dicam non esse Deum ullum nisi Deum Christianorum. Sin vero, falsa sunt quæ apud vos scripta extant: nam et tu, ut dicis, servus es Dei illius. Beatus autem Alexander firmiter credidit absque hæsitatione; et Deus ejus petitioni annuit. Et quia scriptum est, Omnia possibilia sunt credenti, ait illi: Invoca et tu Deos tuos, quia multi sunt, ut coram nobis ignis decidat. Deum ego Deum meum precabor, et veniet ignis, consumetque positas ante nos storeas. Rabbulus vero ait: Non habeo ego talem potestatem; verum ora tu. Sanctus ergo his auditis, fervens Spiritu, surrexit, dicens: Oremus, et stans versus Orientem, manusque extendens, sic oravit, ut ipsa moveretur creatura; venitque ignis et storeas consumpsit per domum jacentes, ut gener sus noster pugil prædixerat, ipsos vero minime læsit. Rabbulus repentino hoc viso miraculo, veritus ne et ipse incendio hauriretur, magna voce exclamavit: Magnus Deus Christianorum. Volentem vero prodigium hoc late prædicare, obtestatus est, adeoque jurejurando obstrinxit Sanctus, ne se vivo cuiquam id narraret quod et ille præstitit. Annis vero triginta post hoc miraculum elapsis, Sancto jam vita functo, Rabbulus illud coram Episcopis et monachis narravit, et verum est testimonium novi discipuli. Licet vero hoc ex miraculo statuere, eadem quoque ratione exustum ab eo delubrum illud fuisse.

14 Rabbulus hoc viso miraculo, mansit cum B. Alexandro hebdomadem unam, accuratius cuncta perdiscens, quæ ad sermonem pertinent veritatis. Cumque ex ipsis operibus penitus etiam illi esset persuasum, poposcit sese deinceps illuminari, et cœlesti initiari baptismo, cum jam sanctum Pascha instaret. Verum inimicus veritatis cernens undique suum subverti dominatum, conatus est novum hunc discipulum æternæ vitæ exortem facere. Persuadet ergo illi, ut non in ipsa urbe baptismum suscipiat, sed in quodam Martyrum templo, tribus inde dissito stationibus, illuminationis suscipiat sacramentum. Procuravit autem ut in eodem ipso templo Canonica quædam ipso tempore ab infausto corriperetur genio. Cum ergo illi templum essent ingressi, repererunt eam velut epileptica ægritudine humi stratam. Quam cum Rabbulus vidisset, avertit se ut abiret, dicens: Non fio Christianus; hæc enim omnino a Diis punitur, quod Christianam sit religionem complexa. Et me quoque eadem manent.

15 Sanctus vero ut exterritum eum vidit, jamque a proposito resilientem, Deum obnixe precatur, ut pessima dæmonis technas elidat, novique sui discipuli misereatur. Tribus ergo horis elapsis, vix tandem illi persuadere potuit, dicens: Hæc inimici fraus est. Illa suorum criminum pœnas exolvit, quodque sanctum habitum, quem gerit, inhonorarit. Et si ingredi libuerit, neque illud ex ejus ore dæmon ipse fateatur, non postulo deinceps verbis meis habeas fidem. His ille auditis, induci se passus est, ut templum denuo ingrederetur, probaturus num vera essent, quæ Sanctus dixerat; jam enim e templo recesserat. Ingressi ergo repererunt illam a Deo punitam, magna voce confitentem, quam ob causam dæmonis tradita esset potestati. Rabbulus auditis ejus pravis actibus, et cernens ita se rem habere ut Sanctus dixerat, ait: Vere illa flagitiorum suorum pœnas exolvit. Ac deinde sincera fide sacrum suscepit baptisma.

16 Alia

Veste interim crucibus undique repleta

16 Alia plurima per eum Deus fecit miracula. Nam cum a cœlesti prodiret lavacro, inventa est ejus vestis undique crucibus a summo ad imum referta: quæ res haud leve attulit ad ejus roborandam fidem momentum. Cives vero conspecta hac repentina mutatione et miraculis, cum uxoribus et liberis Christo crediderunt; itaque prompto animo, ut prius etiam quam de rebus divinis pro more habendis sermonibus instituerentur, festinarent sigillum sacri baptismatis accipere.

Cives baptismum petunt,

17 Sanctus vero Alexander experiri volens, num serio crederent, edicit omnibus: Prius operibus fidem probate; ac deinde consignabimini. Si quis igitur idola domi suæ habeat, ea proferat in medium, et propriis manibus confringat. Quæ cum illi audissent, certatim (quis enim in eo segnis esset?) sua et parentum idola comminuebant: licebatque eo die isthic mirabilia divina contemplari. Si quis fidem mentiri, atque abdere idola voluisset, non poterat. Quisque enim priusquam ab alio accusaretur, contendebat propria sua efferre, noverant enim mutua arcana. Atque ita ipsi, cum omni quisque familia, purgati sunt, et exiguo tempore in fide confirmati, omnes sacro baptismate dignati sunt, ac deinde cum uxoribus et liberis eo studio fidei propagandæ exarserunt, ut Principes coacti sint eos omnes qui veritati adversarentur, exilio multare.

et prius confractis omnibus idolis,

a petunt,

ferventes in fide

a Igne cælitus dato, ut infra indicatur

b Dolendum hos Syriaci ... alterius codicis ... non posse. Rabbulum fuisse, sive Rabulam, ex sequentibus patet. At quæ tales alia fuerit, nobis non constat. Viguisse idololatriam plurimis locis et tempestate in Syria patet ex S. Porphyrii Vita 26 Februarii.

c Hæc lacuna fortassis Rabuli Thrasonicam orationem absorbuit, nisi quæ sequuntur illius pars sunt.

CAPUT III.

Rabbuli vita anachoretica; uxoris filiarumque monastica. Ejus Episcopatus. Latrones ab Alexandro conversi.

Sanctus ergo cum videret omnes fide suscepta gestientes, Deoque gratias agentes, ait eis: Hactenus lacte estis nutriti; at si quis solidi cibi esse particeps cupit, et perfectus Christianus fieri ... possessiones suas, et det pauperibus, nec sollicitus sit de crastino, et habebit thesaurum in cœlis. Sed quærat, juxta quod scriptum est, regnum cœlorum et justitiam Dei, et hæc omnia illatum ei adjicientur. Hæc gravia et dura visa sunt quibusdam, qui amplas habebant facultates. At Rabbulus discipulus dixit: Non sum ego perfectus Christianus? at qua ratione possum hæc facere? Quis enim multitudinem domesticorum meorum nutriet, si id egero? Hic mera fraus est. At si vis, ipso facto id mihi persuade, et me liberosque meos vel die uno sustenta, tum demum credam quæ dicis. Sed id in urbe præstare haud vales, quid si in solitudinem exierimus? Respondit B. Alexander: Sume liberos tuos, atque alios quot volueris, et in quampiam illos duc solitudinem, et si vestri curam non gesserit Dominus, ne mihi deinceps fidem habeas. Rabbulus ait: Id si feceris, exequar universa quæ scripta sunt.

Matth. 6, 33

19 Assumptis igitur liberis suis, et quot voluit aliis, maxime B. Alexandrum cupiens tentare, in vastam eos solitudinem deducit, nunquam humano, ut videbatur, calcatam vestigio. Cumque die toto iter egissent, sub horam undecimam substiterunt in medio duorum montium. Et Rabbulus quidem vias circumspiciens ridebat. B. Alexander autem juxta consuetudinem statim precationi se dedit. Cumque simul vespertinum hymnum complessent, fiduciæ magnanimi athletæ sui respondit piissimum numen. Misit enim Angelum rustici specie, jumentum agentem mundis et calidis onustum panibus, et duabus ollis obsoniorum utrimque dependentibus, in quibus olera erant et legumina. Tunc B. Alexander Rabbulo dicit: Surge, accipe, et noli incredulus esse. Is vero longo tempore attonitus hæsit, ita secum ratiocinans: Unde in loco deserto rusticus homo tot et tales habuit panes? Et nos quidem toto die incedentes vix in hunc pervenimus locum: omnino igitur ipsum oportet noctu domo discessisse, ut hunc tandem hoc tempore perveniret: necesse proinde est, ut hodie panes illi cocti non sint: unde ergo calidi sunt? Atque hæc animo volvens, admirabatur Christi virtutem. Dicit autem ei qui advenerat: Unde venis? aut quis te huc misit? Angelus vero: Meus me Dominus misit. Sumptis ergo cibis illum qui rusticus videbatur dimiserunt: qui ad exiguum spatium progressus, subito videri desiit. Suscipientes cum gratiarum actione quæ iis a Domino Jesu missa erant, manserunt isthic ea nocte. Postridie in urbem reversi sunt.

Auctore Filio Discipulo, ex ms. Græco

20 Rabbulus autem hoc miraculo in fide confirmatus, volens absque ulla distractione divinæ vacare contemplationi, quæ Reip. erant, ea resignat; uxori, quæ ejus erant, restituit, et filiabus atque ancillis. Acquievit vero uxor viri sui consilio, constructoque monasterio in eo cum filiabus et ancillis Deo toto corde servivit. At Rabbulus servos manu misit, quæ rationi consentanea essent vitæ subsidia iis largitus; possessiones vero ac vestes divendens, pretium in pauperes erogavit. Atque in eremum secedens eo assidua exercitatione processit, ut non videretur humano amplius corpore circumvestitus, in jejuniis, vigiliis, precibus perseverans, et cum Christo indesinenter colloquens, dolens de præterita ignorantia.

Rabbulus, consentiente uxore et cum filiabus sanctimonialium vitam amplexa, secedit in eremum, ibique sancte vivit

21 At benignus et misericors Deus, qui solus mala non recordatur, qui dixit, Glorificantes me glorificabo, id quoque promissum erga eum complevit, neque diu bonum suum servum abscondit, sed velut luminare mundo ostendit. Nam cum decessisset *a* Episcopus Edessenus, universa civitas ac circumjecta regio eum Pastorem poposcit. Plurimorum igitur suffragiis eligitur populi Princeps. Est autem *b* Edessa metropolis Mesopotamiæ.

creatur Episcopus Edessenus

22 Ordinatus Episcopus, portus quidam divinæ cognitionis factus est, non solum Syriæ, Armeniæ, Persidi, sed et toti propemodum orbi terrarum. Erectæ in ea urbe sunt jam olim divino nutu linguæ Syriacæ scholæ in vicinarum civitatum commodum. Nam viri principes atque alii locupletes liberos suos eo institutionis gratia ablegant. Sacrum igitur principatum adeptus Rabbulus studuit, cooperante Spiritu sancto, omnes in verum et stabilem fidem adunare, et scilicet quæ Magister suus, sedulo actitare. Et vere de eo licet illud pronuntiare: Sufficit discipulo si sit sicut et magister ejus. Exponam vero et aliud B. viri hujus beneficium, proderit enim legentibus. Viduarum et pupillorum erat pater. Exteros Gentilium filios bis in mensem e scholis ad se evocabat, eosque verbum veritatis docebat. Ac susceptio sancti Spiritus signaculo, eoque pacto maximum consecuti emolumentum in patriam revertebantur, et successu temporis bonis assueti moribus, eosdem liberis suis in hoc usque tempus inserunt. Ita in illis quoque partibus Christi gratia effulsit. Id vero egit non duobus aut tribus, sed totis triginta annis. Et hæc illius præclara facinora ac virtutes, propter magistri ejus certamina retulimus: hæc enim illo manus laboravit. Et vere illud possum asserere ejusmodi fuisse ejus acta, ut Elisæi Prophetæ conditionem exæquare videatur. Et hæc quidem novus ille discipulus.

suorum saluti studet

Matth. 10, 25.

pueros Gentiles in fide instruit

30 annis vivit in episcopatu

vir sanctus.

4 Reg. 2, 9

23 At pater rationæ præditi gregis Alexander, eum ita præclare affectum intuens, et intelligens posse eum aliis ad Christum viam commonstrare, reliquis vero pro temporis opportunitate fidei obedire, animo exultabat, ipsa re expertus, omnia possibilia esse credenti, et paratum esse Deum optima largiri eum rogantibus. Ceterum perpendebat, quid a se nunc Christus exigeret. Populus vero omnem movebat lapidem, ut eum secum retineret propter

Marc. 9, 22

Alexander ne Episcopus fiat clam profugit

 immensam

Auctore ejus discipulo, ex ms Græco

immensam qua eum omnes complectebantur caritatem, ut eum quoque Pastorem sibi deposcerent. Quod cum ille didicisset, meditabatur clam urbe excedere. Cives autem perspecto ejus consilio, ut ne, quem vere Patrem agnoverant, eo privarentur, custodes ad portas urbis statuerunt, qui diu noctuque ne ipse profugeret caverent. Cum ergo præreptam sibi egrediendi facultatem videret, nocte in sporta dimissus e muro est a discipulis, uti Beatus olim Paulus, atque ita urbe excessit. (2 Cor. 11 33)

24 In solitudinem bidui itinere progressus, incidit in *c* latronum latibula, in quibus dux latronum morabatur, qui triginta sub se habebat viros sceleratos, quos nec urbs ulla nec regio effugit, quin eorum nefariis flagitiis fœdaretur. Hæc cum a multis audivisset Alexander, precatus est Deum, obsecrans sibi improborum illorum animas daret, quas ipsi vicissim offerret. Videns Deus optimum ejus propositum, annuit postulatis. Nam cum in ducem latronum incidisset, ei fidei mysteria exposuit. Qui ejus verbis compunctus, ac sincere credens, gratiam sancti baptismatis suscepit. Cum vero divino eo munere esset dignatus, et primum a sacro lavacro egressus, dicit ei B. Alexander: Petiisti quidpiam cum ad sacrum lavacrum accederes? Omnino, inquit ille. Quid vero petiisti? ait Alexander. Ut, inquit, Deus brevi animam meam susciperet. Cumque hebdomade una supervixisset, et præteritorum scelerum vehementer eum pœniteret, octavo die ad Deum migravit.

Ducem latronum convertit, qui in albis moritur

25 Qui ei adhærebant viri triginta insolitum hoc prodigium contemplati, et ipsi ad S. Alexandrum accedunt, flagitantes ut et ipsos dona Christi dignaretur. Et sincero animo Dominum nostrum Christum confessi, baptismo quoque abluti sunt. Tanto vero tamque inflammato studio fidem complexi sunt, ut illam latronum domum in monasterium converterint, atque ibi ea animi contentione virtutem coluerint, ut brevi coram Deo pretiosi inventi sint. B. Alexander, ut eos vidit sufficienter jam in fide perfectos, qui et alios possent instruere, Præsidem eis constituit, leges præscripsit, amplius eorum animos confirmavit, et bene precatus iter antea susceptum prosecutus est, gaudio exultans.

[illegible] convertit — *qui omnes præclari monachi evadunt*

a [illegible] S. Basil. ad Basil. [illegible] S. Fulgentius, an. 381 [illegible]

b [illegible] de Edessa urbe, quæ hic Ἔδεσσα dicitur. [illegible] lib. 2, hist. [illegible] cap. 1. Usque ad [illegible] tempore [illegible] S. [illegible] Apostolus Edessenos [illegible] Edessa [illegible] Christi [illegible] et populo frequentissimo [illegible] exornatur.

Edessa urbs

c [illegible] S. Mat. [illegible] 24 Octobr. [illegible] Edessam [illegible] montibus non distantem [illegible] pergentibus, [illegible] Sar[illegible] sedibus [illegible] atque illuc vagantur, et [illegible] sequitur, late [illegible]

CAPUT IV.

Cœnobium ad Euphratem constructum.

Bidui itinere ad Euphratem pervenit, eumque trajecit spiritualis Jacob. Hic cum fixum dolium reperisset, interdiu quidem preces in montibus peragebat, nocte autem *a* in eo dolio morabatur. Ille virgam gestans idem flumen transmisit, et unus panem quo vesceretur, quæque operiretur vestem sibi tribui, atque isthic viginti annis habitavit. Quæ cum memoria repeteret B. Alexander, Deum obtestatus est, ut se alterum veluti Jacob efficeret. Annuit benignissimus Deus. Ergo suam illiusque sortem conferens, ita cum animo suo loquebatur: Ille pastor erat [illegible] ego [illegible] fieri cupio. Ille [illegible] frustratus est mercede, [illegible] Domino [illegible] gratiam consequar. Ille viginti per annos homini servivit, [illegible] uxores conjugio [illegible], ex iisque prolem suscepit; ego annos viginti Domino meo serviens,

a Habitat ad Euphratem — *[illegible]*

quatuor diversarum linguarum choros illi *b* congregavi: ille fratrem metuens, octo gregibus ordinatis eique obviam missis, vitam servavit; ego per octo choros Deo hymnos concinentium, salutem suscipio: ille duodecim filios carnales habuit; ego duodecim ex divinis Scripturis lectiones. Hæc meditabatur, per intervalla in illo ante scripto dolio degens.

27 Convenerunt autem ad eum viginti annorum spatio viri quadringenti, contendentes præclara et inculpata ejus institutione in familiam Christi adsciscí, inducti ab eo ut dignos sese præstarent regno cœlorum. Erant hi quatuor linguis distincti, videlicet Latini, Græci, Syri, Ægyptii. Hos in octo choros partitur, ut alacriter et assidue canerent et psallerent Deo laudes, constructo ordinatoque monasterio. Normam vero et officia duodenis ordinibus descripsit, juxta eam precationem quam auspicatus erat in dolio. Licet vero etiam in hoc fidem admirari generosi athletæ, quod cum tot Fratrum curam gereret, nulla omnino earum rerum quæ ad quotidianos usus accommodatæ sunt, sollicitudine angebatur, sed juxta Evangelium solum quæ in diem necessaria erant procurabat, quod supererat, in omne pauperibus largiebatur. Habebant vero cuncti singulas tunicas, atque in his omnibus singularem percipiebant ex divinis sermonibus voluptatem, et futurorum spe nutriebantur.

b discipulos congregat, — Matth. 6 34 — *numquam de crastino sollicitus*

28 Attendebat autem servus Dei Alexander iis quæ in traditis divinitus voluminibus descripta sunt, ita accurate et sedulo, ut ne unus quidem eum apex præteriret, sed fieret omnium magnorum virorum, quorum tradita litteris gesta, imitator. Et primum in regula sanctæ institutionis, normam Apostolicam suscipit, statuitque *c* Tertiam, Sextam, Nonam, et simul Nocturnum. Deinde vero expendit, quid Deus exigat, et reperit ubique septimum numerum prædicari, quemadmodum dicitur, Septies in die laudem dixi tibi; et illud statuit exequi: quod et perfecit, septies interdiu, ac noctu septies concipiens preces. Septennio hunc secutus est tenorem.

c septies orandi regulam servat — Psal. 118 164

29 Inquisivit postea denuo, quid aliud exigatur; et reperit dictum a Propheta: Et in lege Domini meditabitur die ac nocte. Quærebat ergo secum, qui fieri id posset, atque ita ratiocinabatur: Equidem si id fieri non posset, sanctus Spiritus per Prophetam id minime nobis præscripsisset. Et volens rem tantam petere a Deo, non audebat, ratus esse eam humanis altiorem viribus. Tunc illius subit animo, Christum quotidie nos ita hortari: Petite, et dabitur vobis, pulsate, et aperietur, et: Omnis qui petit accipit, et pulsanti, aperietur, et rursus: Omnia possibilia sunt credenti. Hæc secum animo revolvens, ait: Si Dominus noster, ut est benignissimus, hortatur nos ut a se bona omnia postulemus, quid nos propter inertiam nostram negligimus petere? Et triennio integro perseveravit, jejuniis et orationibus vacans, et obsecrans Deum die ac nocte, ut quod cœlestium virtutum est opus, ab ipso perfici posset in terra. At benignus et misericors Deus cernens boni servi sui caritatem, et desiderium ac studium inflammatum, hoc quoque illi concessit, clare illi apparens, et dicens: Statue petitionem tuam, et stabilietur in terra, usque ad consummationem seculi, juxta verbum tuum. Et hoc ipse nobis veluti ex alterius persona confessus est. Nam quemadmodum olim beatus Apostolus Paulus, alterius assumpta persona revelationem sibi factam enarravit, ita et Apostoli imitator Alexander.

Psal. 1 2 — *perpetuæ hymnodiæ instituendæ gratiam,* — Matth. 7 7 et 8 — Marc. 9 22, *tri[illegible] [illegible]ter petit* — *a Christo sibi apparente impetrat* — 2 Cor. 12 2

30 Cum igitur hoc illi patefactum esset mysterium, regulam quærebat juxta quam id perfici opus posset: et perspecta naturæ imbecillitate, hærebat anceps animi. Omnem enim veterem ac novam perscrutatus Scripturam, et, quotquot omni ætate extiterunt, viros magnos contemplatus, neminem reperit, qui mirabile hoc opus in terris exacte peregisset, cujus imitatione suum expleret sanctum desiderium ad multorum salutem animarum. Magistrum igitur sibi legit architectum

[illegible] [illegible]

architectum universorum . et quemadmodum hic in prima mundi creatione quosdam terminos limitesque præfixit, ita et vitam ipse ordinat, dicens : Deus in prima rerum conditione horis quatuor et viginti diem ac noctem definivit : nos igitur quatuor et viginti ministeriis cursum diei ac noctis perficiemus, Deo hymnos accinentes. Salvator noster jubet nos conservis nostris mutuas offensas septuagies septies condonare : et nos cum totidem *d* genuflexionibus mittamus ad Deum preces. Dominus meus diem et noctem augeri ordinate constituit : et nos tali constitutione hymnos indesinenter illi offeramus. Salvatorem meum in terra Angeli glorificaverunt : et nos cum Angelis glorificemus. Et jussit omni divini officii acoluthia absoluta, Lectionibus servatis, ministeriis peractis, cum illis hymnologiam sanctorum Angelorum nocte ac die septuagies septies decantari; ea est autem : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas.

Matth 18 12
d
multas genuflexiones etc.

31 Hæc cum egregia instituta in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti sanxisset, denuo, scrutatur quid exigat Deus; et reperit in Evangelio, ex omni discipulorum numero delectos esse septuaginta, qui regnum Dei nostri evangelizarent. Deum precatur ut et e suis pari numero deligat, fidei zelo inflammatos, qui valeant Gentilibus Verbum Dei prædicare. Et hoc quoque ei Deus concessit, atque ex omni turba discipulorum ejus, uti ille postularat, septuaginta fide potentes designavit. Narrabo rem, uti gesta est, ex fide. Cum octo essent ordines perfecta fide exculti, quique longo tempore cum gaudio ac jubilo cordis ad Deum preces et hymnos fundebant; ita secum ratiocinabatur Sanctus : Ne quando in hac tanta curarum vacuitate negligentia aliqua surrepat, rursumque carnalem, ut fieri solet, afflictionem inducat, ac simul centum quinquaginta nominatim accersit, generosos Christi pugiles, vere lorica fidei tectos, et galea salutis, et gladio sancti Spiritus armatos, itaque illos affatur : Fratres, probemus nos ipsos, num simus fide perfecti, et peragremus solitudinem hanc horrendam Gentilium, ostendamusque operibus, non solum verbo, quod ex corde credidérimus Deo. Volebat igitur primum in Ægyptum proficisci, et Gentiles isthic, qui a se fabrefacta idola venerabantur, catechesi instruere; et ducebatur a Spiritu sancto. Illi autem ejus vere discipuli audito hoc consilio constituerunt incessanter eum sequi. Beatus vero Alexander omnino cupiebat ex eo loco migrare, neque hoc ulli indicavit. At simulans, se Fratres, qui in eremo essent, visitare velle, monasterio virum quietum et sanctum, ac vere Patrem præficit, Trophimum nomine, quem cum idoneis monitis instruxisset, ceteros pro more esset adhortatus, facta oratione, discedit.

Luc 10. 1.

designat qui prædicent Ethnicis

150 secum ducit in eremum,

Trophimo relinquit præfecto.

a [illegible]

b [illegible], in ejus domum vel familiam adscivi [illegible]

c [illegible]

d [illegible] lib. 1, hist. [illegible] cap. 21, genuflexiones [illegible] Multi [illegible]

CAPUT V.

Iter per solitudinem et limites Romani Imperii. Miracula.

Transmittit rursus cum discipulis, quos delegerat, Euphratem Alexander : inde in Persicam solitudinem abeunt, nihil omnino secum rerum necessariarum deferentes, præter descriptas in membranis sacras litteras. Itaque induti tum versabantur in inculta solitudine, assidue die ac nocte canonem sacræ hymnodiæ exequentes. Contigit deinde, ut magis eorum virtus probaretur, eos corporis necessitatibus tentari : nam multis diebus solis arborum herbis victitabant, itaque incedebant. Oblocuti autem sunt viro sancto triginta ex iis, eumque ita affati, ut olim illi S. Moysen : Eduxisti nos in hanc solitudinem ut fame enecares. Et cupiebant clam ad monasterium reverti; idque inter sese agitabant consilium. At viro sancto divinitus id patefactum est; ut nihil eum celabat Deus, cum vere, ut alter Moyses, esset fidelis in omni domo ejus. Convocat igitur eos, et ut incredulos increpat, verbisque castigatos dimittit, ut ad monasterium unde discesserant revertantur, magna voce inclamans : Credite mihi Fratres, hodie visitabit nos Deus, et vestram incredulitatem arguet.

[illegible]

AUCTORE EJUS DISCIPULO, EX MS. GRÆCO.

Exod. 16 3.
murmurantes quosdam remittit ad cœnobium

33 Cumque haud longo spatio recessissent, misit Deus, ut prædixerat Sanctus, Tribunos Romanos et milites, qui cuncta iis bona attulerunt, rogaruntque ut ad ipsorum *a* castella diverterent, iisque benedicerent. Sunt enim ad confinia Romanorum ac Persarum castella, Barbaris opposita, decem ac viginti invicem distantia milliaribus. At Fratres qui stationem suam reliquerant, hos eminus adventantes conspicati, ac vere rati evenisse quod vir sanctus prædixerat, confirmati sunt in fide, et quidam eorum pœnitentia ducti ac humi procumbentes, valedixerunt fraternitati : alii vero qui cum eo erant, abierunt in interiorem solitudinem, et isthic usque ad mortem permanserunt. Beatus vero Alexander jussus a Spiritu sancto, quemadmodum et olim beato Apostolo Petro accidit, cum militibus illis ire, continuo eos sequitur, et totum obiens *b* limitem, omnes in fide confirmabat, pauperes nutriens ut Pater, divites vero ut egentibus benefacerent, adhortans. Tantus autem ejus verbis factus est motus animorum, ut multi tabulas ac lites adversus creditores instructas, coram eo prolatas comburerent.

ceteris cibos afferunt Romani milites;

a

Act 10.
quorum castella visit,

b

magno quæstu spirituali

34 Consurrexerunt autem quidam viri scelerati divitiis affluentes, et diabolicis tenebris involuti, et dixerunt : Accessisti huc, ut nos depauperares. Hos vero divinis beneficiis ingratos execratus est Sanctus, atque in eorum *c* castro tres ipsos annos omnino non pluit. Postea vero intellecta plagæ hujus caussa, unanimes concurrerunt, ut ejus rei auctores e castro exterminarent. Qui terrore perculsi ad ecclesiam confugerunt, et profusis lacrymis noxam diluerunt : ceteri vero metuentes ne et ipsi paria paterentur, *d* Romanos Episcopos adiere, ut cum litteris legatos mitterent ad B. Alexandrum, quem audierant Antiochiæ esse. Hujus igitur rei diligentem curam gessere, arbitrati eum Antiochiam abiisse ut Ducem exercitus contra ipsos interpellaret. Episcopi eo audito, Sanctum continuo per litteras obsecrarunt, ut pro castro apud Deum intercederet, atque incolarum misereretur. Ut litteras legit vir sanctus, didicitque populi calamitatem, amare coram Deo collacrymavit, et, Quis ego sum, inquit, Domine, quod ita me exaudisti, et populum innocentem afflixisti? Gratias tibi semper ago Domine, quia me peccatorem exaudisti. Et nunc benignitatem tuam deprecor, ut miserearis pauperum, et trium illis annorum sterilitatem fructuum ubertate, compenses, atque re mihi declares, servum me tuum esse. Hæc precatus, maximeque ambigens, quin Deus postulata esset largiturus, homines illos dimisit, dicens : In nomine Domini nostri Jesu Christi ite fratres. Evenit vero, ut prædixerat, talisque circa illud castrum anno quarto fertilitas extitit, qualis antea nunquam. At vero in viros duces ira Dei desæviit : nam intra paucos dies liberi eorum extincti sunt, pecora a Barbaris abacta, domus a latronibus direptæ; plane ut omnes intelligerent, hæc illis omnia evenisse propter viri sancti indignationem.

quorumdam avaritia triennii siccitate castigata,

c

d

quam precibus suis propulsat

[illegible]

35 Sanctus cum omnem solitudinem peragrasset, cum Fratribus assidue psallentibus, venit in civitatem Salomonis, cujus in libris regnorum mentio fit, quam in solitudine ædificavit, *e* Palmyram. Cives Fratrum multitudinem eminus conspicati, (Judæi enim

e
a Palmyrenis, [illegible]

enim sunt, licet dicantur Christiani) ubi propius accesserunt, portas illis occluserunt, ita invicem colloquentes : Quis tot homines alet? si in urbem ingrediantur, omnes famem patiemur. Quod ut Sanctus vidit, Deum collaudavit, dicens : Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bono animo estote Fratres; quando minime expectamus, visitabit nos Deus. Barbari vero, qui in iis locis degebant, exhibuerunt eis non vulgarem humanitatem. Cum tribus diebus in eremo morarentur, misit Deus juxta verbum viri sancti *f* camelarios quatuor mansionibus ab urbe distantes, qui omnes varia iis bona attulerunt. Accipientes ea, et Deo gratias agentes iis fruiti sunt ipsi, et hortante viro sancto etiam cum mendicis illius urbis, quæ missa sibi erant, participarunt.

36 Quidam vero e Fratribus viri industrii ex commiseratione consilium inierunt, ut propter præteritam molestiam multitudo Fratrum tantisper recrearetur : atque ex ipsius sententia paraverunt diversa fercula, quæ sciebant Fratribus conducere. Et volens eos docere ut superiores esse se humanis passionibus scirent oportere, dum illi omnia sollicite parant, repente juxta consuetudinem accipit sancti Evangelii volumen, atque in viam se dat, dicens : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas, (consueverat enim, cum proficisci vellet, id agere) præcipiens ne quid eorum quæ præpararant attingerent. Ergo illi cuncta jam facta dimiserunt, suumque prosecuti sunt iter.

a Græce [illegible] deinde [illegible]

b Græce [illegible] Theodoretus Philotheti cap. 2, [illegible] Romani imperii. Festus Rufus de [illegible] Invidens Trajani gloriæ, sponte Armeniam et Mesopotamiam et Assyriam reddidit, ac medium inter Persas et Romanos Euphratem esse voluit.

c Græce [illegible]

d Græce [illegible]

e 3 Reg. 9, 18. Ædificavit ergo Salomon... Palmiram in terra solitudinis. 2 Paral. 8, 4. Et ædificavit Palmiram in deserto, scilicet Syriæ supra [illegible] Ptolemæo, aliique et noster hic auctor, [illegible] Distat ab Euphrate itinere unius diei.

f Græce Καμηλαρίους.

CAPUT VI.

Antiochiæ gesta, tolerata.

Cum quatriduum essent itinere progressi, pertigerunt ad locum, ubi illius frater uterinus magnæ congregationis erat Archimandrita : statuit autem explorare an secundum Evangelium ambularet; et Fratre uno secum assumpto, januam pulsat. Janitor vero, Præstolare, inquit, tantisper, sine primum ad Præpositum referam et tunc ingredieris. Non acquievit Alexander, sed secutus est Fratrem, explorare cupiens num adversus Fratrem illum commoveretur Præpositus. At sanctus illius frater Petrus (id enim erat ei nomen) illum post triginta annos conspicatus, continuo agnovit, (Natura enim ingeneratum est, ut etiam inter ignotos propinquum agnoscamus) et humi procidens pedes ejus complexus, rogabat ut quod factum erat condonaret. Sanctus vero austerius illum increpans, ait : Pater noster Abraham ipsemet prehendebat peregrinos, eisque ministrabat. Dominus vero noster Jesus Christus eadem nobis præcepit. Et excusso vestimento suo, discessit. Sanctissimus autem Petrus et Fratres omnes cum fletu rogabant, ut vel diem istic unum moraretur : nec annuit, verum ad paupertatem eos et divinum amorem hortatus, abiit Antiochiam.

38 Antiochenus autem Episcopus *a* Theodotus cum improborum quorumdam hominum et hypocritarum instincta sinistram de Alexandro opinionem animo imbibisset, ut vidit eum in urbem advenisse cum grege psallentium monachorum, jussit injuriis ac plagis affectos expelli. Qua facta nefariis hominibus potestate, non minus inter Dei servos divexarunt, atque urbe exturbarunt. Sanctus vero cernens diaboli conatum, clam media nocte cum Fratribus in urbem ingreditur; cumque veteres quasdam thermas reperisset, hic juxta morem suum assiduam instituit hymnodiam. Episcopus vero eorum intellecta audacia, graviter quidem stomachatus est, manum tamen iis rursus injicere ausus non est : metuebat enim turbas, quæ veluti unum e Prophetis Sanctum reverebantur, audientes et cernentes quæ patrabat prodigia; unde relictis ecclesiis ei adhærebant, admirandæ ejus doctrinæ attendentes.

39 Cernens autem quantam vim sua habuisset in audientium animis adhortatio, ac paratos esse omnes exsequi imperata, plurimumque sibi honoris et gloriæ deferri, opportunum tempus ratus, statuit et pauperum ejus urbis curam suscipere. Atque in hoc admirari licet viri sancti magnanimitatem, quod rerum omnium egenus, undique extorris, studio suo curare ac moliri xenodochium valuerit. Convocatis igitur ad se opulentiores et pro divina, quæ ei inerat, prudentia admonitos permovit, ut xenodochio necessaria præberent. Insigni quoque usus libertate Ducem exercitus, et Episcopum arguit, quod multa quæ essent muneris sui negligerent. Et, ut verbo absolvam, Pædagogus erat et Magister omnium.

40 Hæc atque alia cum viderent quotidie Clerici, mirari quidem videbantur, tamen pristinam animo retinebant *b* invidiam. Malchus vero quidam Subdiaconus, homo superbus, ad Episcopum accessit, dicens : Unicam hanc habebam sustentationem, judiciorum potestate : et eam mihi Alexander monachus ademit, nec solum eam, sed et Ecclesiæ gloriam : et facti sumus omnibus ludibrio, assiduum Pædagogum nacti. Hic est præstigiator ille, qui adversus S.P.N. *c* Porphyrium urbem concitavit, et plurima ei conseruit mala. Hic est, qui oculos hæreticorum fuligine infecit. Hic est, qui Episcopis, et Præfectis, fortassis etiam et dæmonibus, terrorem incutit; ubique sui similis. Hic mortem contemnit, et facessit omnibus molestiam. Et nunc huc ingressus eadem agitat. Hic igitur si in civitate permanserit, nobis ex ea erit jam abeundum, quia omnibus deinceps ludibrio erimus. Sed precor Angelum vestrum, ut mihi potestas detur eum urbe exturbandi.

41 Et accepta potestate, cum turba *d* lecticariorum aggressus est virum sanctum, et effreni abreptus iracundia statim illi alapam infligit, dicens : Egredere ex hac urbe sceleste. At beatus veluti agnus innocens nihil respondit, sed mansueto animo illam hominis tulit procaciam, id solum effatus : Et erat nomen servo illi Malchus. Adstantes hoc ita ad rem apposito sermone audito, viri prudentiam sunt admirati. Cum ergo multi adversum sanctum virum convenissent, nihil ei incommodare valuerunt, populo eum defendente. Hæc ergo renuntiant Episcopo. Postea quam inter se contulere, Ducem adeunt, unumque id beneficii et gratiæ loco postulant, ut Sanctum *e* Chalcidem Syriæ urbem relegaret, ac Fratres cum eo urbe pelleret. Verum benignus Deus hac illorum improbitate ad majus usus est bonum : ut discessurus e Syria vir sanctus post viginti annos spirituales suos filios maxima cum providentia reviseret. Quod cum factum esset, in urbem regressus, omnes in fide confirmavit. Cum vero aliquo tempore isthic moraretur, observabatur a satellitibus, metu Præsidum, atque a civibus qui magno illius desiderio tenebantur. Intellecta autem improborum hominum machinatione, stupebat et Dei longanimitatem, et ipsorum animi cæcitatem.

42 Post aliquod vero tempus voluit iterum in peregrinum aliquem locum abire, et valedicere iis quibus jam sexto valedixerat. Et cum propter edictum Ducis palam egredi non posset, mutato habitu, mendici specie noctu discedit, factoque dierum aliquot itinere devenit in locum quemdam, ubi illustrium pietate virorum monasterium reperit, Crithenium dictum; atque in illud ingressus cunctos salutat.

Mirabatur

Auctore ejus discipulo. Ex ms. Græco.

cibos a Barbaris accipit.

Palmyra urbs.

cibos promptam obedientiam et mortificationem docet

Petri fratris successum inesset

caritatem explorat

Gen. 18

Matth. 2

magni fit a populo

xenodochium erigit

omnes libere monet

accusatur apud Episcopum ab invidis Clericis

a Malcho Subdiacono alapa cæditur

Joan. 18, 10

a Duce Orientis, urbe pellitur

clam redit

mendici habitu discedit

venit in Crithenum cœnobium.

Mirabatur vero cernens præclara instituta ac disciplinam, et maximam sanctorum Fratrum caritatem; secum vero ita ratiocinabatur : Vitæ institutum agnosco : disciplinam a me inventam videre hic videor. At quis eam has in oras invexerit, miror. Tantum itineris confeci, at nihil uspiam vidi simile. Ignoti tamen mihi Præsidum vultus. Hæc cum animo volveret, intelligit quis illud cœnobium instituerit, fuisse nimirum quempiam e suo grege : et Deo gratias egit, qui sibi in iis partibus laborum suorum fructus ostenderit. Eorum ergo collaudata caritate et alacritate, exiit rursus ut diaboli laqueis detentos venaretur. Sancti vero Fratres cernentes eum cuncta diligenter examinantem, et improbantem horti occupationem, ut quæ possit perfectæ virtuti afferre impedimentum, sancto Spiritu compuncti, intellexerunt hunc esse magnum illum spiritualium ovium pastorem Alexandrum, qui in Orientis partibus tanta splenduisset virtutis celebritate.

a suis fundatum

quædam corrigit

a Theodotum Episcopum Antiochenum, de cujus Sedis tempore supra egimus, multis laudat Theodoretus, at nempe Porphyrium, de quo mox, et Theodorum Mopsuestenum ei conjungit, lib. 5, cap. ultimo, ut facile sit agnoscere, haud satis defæcatam eam laudem esse.

b Haud alia validior, ad subruendam pietatem et virtutem machina, quam Cleri invidia. Ea Christo etiam mortem conscivit. Ea multorum Christum imitantium sanctos conatus elisit.

c Magna vero laus est Alexandri quod Porphyrio homini scelerato restiterit. Hic mortuo Flaviano, in cathedram Antiochenam intrusus sub annum 404, ut ex Palladii dialogo de vita S. Chrysostomi patet. Villagas quidam Nisibius Presbyter tunc Romam venit, exponens monasteriorum Mesopotamiæ gemitum et ejulatum, quodque inter alia, ordinationem de Porphyrio factam, ut illicitam ac nefariam execrarentur. Indubie tunc inter illos Mesopotamios zelotas S. Alexander fuit.

d Græce μετὰ πλήθους λεκτικαρίων. De his agit Meursius in Glossario. Mortuos efferebant.

e Chalcidica caput diei minimum itinere Antiochia distat. De ea alibi.

CAPUT VII.

Monasterium Constantinopoli constructum.

Inde abeuntem illum viginti quatuor e Fratribus secuti sunt, Christi milites, habentes thoracem justitiæ, et galeam salutis, necnon gladium Spiritus, obsecrantes ut ab eo offerrentur Christo irreprehensibiles. Sanctus vero tantam cernens Fratrum alacritatem, et zelum, ac fidem, et quid sibi hæc vellent perpendens, didicit sancti spiritus arcano quodam motu, sese in iis quoque partibus ad certamen vocari : eaque stimulatus cogitatione ad illud animum comparat, et Christum obtestatur, ut brevi ejus circa se voluntas fiat. Exaudiit haud diu post preces ejus benignus Deus. Et cum *a* juxta ædem sancti Martyris Mennæ moraretur, intra paucos dies convenerunt ad eum generosi athletæ Christi ex omnibus istarum partium monasteriis, sane sentientes. Erant vero universim e tribus nationibus, Romani, Græci, Syri, numero trecenti, et hos in sex choros distribuit, ut assiduam obirent hymnodiam, docuitque eos paupertatem, et juxta pristinam regulam omnia ordinavit effecitque ut intra breve tempus omni virtute efflorescerent, et virtutis iis ostendit fundamentum : præfecit quoque iis *b* Quinquagenarios et Decuriones secundum Regulam. Et erant omni hora perseverantes in divina doxologia.

Venit Constantinopolim 24 e Fratribus, et quamplures

a

multos e proximis collegit

sex choros regulariter instituit

b

44 Cum ergo videret populus constitutum certamen, assiduam confessionem, absolutam paupertatem, atque insolita quædam opera non sine miraculo perfecta, revera tamquam ad benefactorem et magistrum alacriter concurrebant, atque ab eo de fide et futura vita edocebantur. Et brevi tempore factus est omnibus portus salutis, ac Pædagogus justitiæ. Et si ipse siluisset, vita tamen ejus magna voce clamabat, ac Dei præcepta adulterantes assidue arguebat, si qui inemendabiles manerent, eos qua utebatur libertate percellebat. Maxime vero cernentes tantam paupertatem et integritatem, et nihil eos præter membranas, in quibus sacræ litteræ descriptæ erant, possidere, et indesinenter hymnodiam peragere, et veluti incorporeos vivere in corpore, attoniti Deum collaudabant, qui etiam in his partibus adeo admiranda ostenderet mysteria : terrena enim, ut ante scripsi, contemnebant, ac nulla omnino præsentium cura tangebantur.

multos e populo erudit ad salutem

Auctore ejus discipulo, ex ms Græco

45 Cogitarunt vero quidam increduli gratiam tentare, et manserent inter Fratres die ac nocte, volentes explorare, unde alimenta Dei famulis præberentur : cernebant enim in dies escam illis paratam assidue reperiri, qua ipsi sufficienter vescerentur; residuum vero mendicis distribui, et nulla eos crastini cura angi. Sanctus vero cum sancti Spiritus instinctu didicisset eorum cogitationes, dicit Fratri se sequenti, nemine fores pulsante : Exi, et sume quæ a Domino missa sunt. At priusquam ille ad januam pervenisset, venit vir quidam candida indutus veste, et fortiter januam pulsavit. Qua aperta, reperit Frater cophinum refertum mundis panibus et calidis, eum vero qui januam pulsarat, nusquam vidit. Erat enim Angelus, qui virum cum panibus isthuc stiterat, et discesserat. Dicit igitur Frater ei qui advenerat : Quis te huc misit? At ille : *c* Panes ex furno extrahebam; cum mihi vir adstitit procerus, candido amictu, graviter me urgens, ac dicens : Affer panes hos omnes servis Altissimi. Cumque locum ignorarem, jussit me sequi huc usque : ille est qui fores pulsavit, atque illico videri desiit. Hæc cum audisset Frater ille, sancto Abbati renuntiat, eum Fratres jam mensæ accubuissent. Accipiens ille calidos panes apposuit. Quos cum gratiarum actione sumentes, quod superfuerat pauperibus fratribus largiti sunt. Obstupuerunt vero hac viri fiducia, qui secundum Scripturam de crastino minime esset sollicitus. Is vero cupiens Fratribus fidem inserere, in medium advocat eum qui panes attulerat, ut ex ipsius ore cuncta cognoscerent. Atque ita animæ Fratrum cum timore et amore ei devinciebantur. Et hæc agebat, non ut sibi gloriæ quidquam accederet, sed quia in certamen erant deinde descensuri, exercebat illos piius, et animas eorum fide roborabat, ne cum in mediam arenam processissent, diffidentia deficerent.

divinitus intelligit,

c panes sibi a suis Angelo jubente afferri

Matth. 6. 34. ea re suorum fiduciam excitat

46 Commemorabo autem e plurimis miraculis nonnulla, quæ multis fuere manifesta. Volo enim vel per hæc demonstrare, generosum hunc athletam fuisse in domo Dei alterum Moysem. Consueverat vir sanctus responsa a junioribus discipulis exigere. Contigit igitur ut quidam ex ipsis, a Fratribus divina providentia rationabiliter gubernatis, egressus, per urbem temere vagaretur. Eo divinitus cognito Alexander, advenienti illi occurrit, atque in ænigmate eum arguit, id solum vernacula ejus lingua effatus, Κλέπτα, fur. Ac deinde siluit, scire volens num eo verbo ad pœnitentiam moveretur, et peccatum confiteretur. Ideoque neutiquam curiose rem inquisivit, ne hostis veritatis eum ad excusandum præ verecundia delictum induceret. Ille vero haud quaquam clare intellexit Patri culpam suam perspectam esse; sed lepore quodam id ab illo pronuntiatum existimavit, atque in cœpto progressus est. At sanctus pastor pro eo lamentabatur et obsecrabat Deum : et volens ei significare se prius illius peccatum probe cognitum habuisse, commoda oblata occasione, castigat eum et a conspectu removet. At rursus induravit Satanas cor ejus, et nolebat respondere. Verum post triduum compunctus, et se respiciens, statuit pœnam deprecari. Cumque id animo volveret, continuo id Sancto revelatum est, et sequenti se Fratri ait : Abi, et dic Fratri isti : Quandoquidem emollitum est cor tuum, et tui te peccati pœnitet, ego te quoque pœna absolvo. Ut id Frater audivit, ex secundo hoc miraculo facile intellexit, primum quoque delictum ei clare perspectum fuisse : et illud quoque cum lacrymis confessus est. Et salvatus est frater, Magistri vestigiis post hæc inhærens.

Fratris cujusdam peccatum divinitus cognoscit,

et pœnitentiam

47 Aliud commemorabo miraculum, humana na-

tura

Auctore ejus discipulo ex ms. Græco

suorum sanitati prospicit

tura altius. Curam gerebat vir sanctus bonæ temperiei propter infirmos Fratres. Ollas igitur habebat fictiles, easque jussit repleri, et calefieri: et quatuor Fratres constituit, qui quotidie per vices eam rem curarent. Quodam igitur die uni eorum oblivio surrepsit, (aut Deus potius eam evenire oblivionem permisit, ut viri virtus innotesceret,) eo igitur die neglecta res est: nam cum aqua frigida eas mane replevissent, abierunt. Instante igitur hora, et necessitate jam iis quod opus erat in memoriam revocante, erubescebant Fratrem respicere, ad Abbatem vero accedere eique id referre non audebant. Quidam tandem ex ipsis sumpta audacia, ad eum adit, et dicit: Ligna non habemus, et aquam non calefecimus. Sanctus vero: Cur mane non monuistis? Sed, ut video, tentare me nunc cupis. Vade: calefacta est. Et adhuc ambigentes ingressi, repererunt ollas bullientes. Certum tamen erat, neminem eo die quidquam supposuisse. Atque in hoc denuo sancti viri fidem admirati sunt Fratres. Et hæc quidem ex parte retulimus, ut ex paucis alia plurima probaremus, atque illud cumprimis, omnia ei possibilia fuisse, eo quod esset fide perfectus.

aquam divina virtute calefacit

a *Græce* [illegible] Sic in Vita S. Marcelli 29 *Decembris*: [illegible] Divinus Alexander exercebatur (*non* in templo, *ut Latine apud Lipomanum perperam versum est, sed*) apud templum magni Martyris Menæ. *Constantinopoli situm fuisse hanc ædem, patet ex sequentibus, et diserte exprimitur in Vita S. Marcelli. Ædem hanc a Constantino Magno ædificatam fuisse tradit Nicephorus lib. 7, cap. 49. De ea agemus ad Vitam* S. Menæ, *seu* Mennæ, XI *Novembris*.

b *Græce* [illegible]

c *Græce* [illegible]

CAPUT VIII.

Persecutio, mors, miracula.

Cum ergo, obsecundante Numine, præclare ministerium implesset, et discipuli ejus insignes in fide progressus facerent, et in psalmis, ac hymnis, et canticis spiritualibus exultarent, atque in pace viverent, non tulit hæc cernens inimicus: sed veluti in militari acie fieri solet, ita sanctum athletam aggressus est. Nam in illa primum quidem eminus telis geritur res, deinde gladiis exertis unanimes concurrunt, et fortiori parti cedit victoria. Idem hic egit hostis veritatis. Postquam quinquaginta per annos invictum hunc Ducem oppugnavit, neque eum valuit proturbare, at vim belli semper proprium in caput traxit, nunc tandem in eum cum toto diabolico exercitu irruit, et turbam hominum in ejusdem advocat belli societatem; ac rursus adversus Dei servos telum vibrat. Defertur ergo ad Præfectos Alexandrum monachum *a* hæreticum esse, et velle Dei Ecclesiam tetra contagione corrumpere. Sed cum vir sanctus assiduis precibus omne quod objectum erat generose dissipasset, nec umbræ quidem illius poterant resistere. Solet enim a veritate prodi et convinci mendacium; at si in obscuris rebus verum dixerit, justitia tempestate jactatur. Stetit igitur Alexander, inermis ille quidem et nudus, ut videbatur, sed prudentia indutus. Cernens enim Dei servus multitudinem populi adversum se a diabolo commotam, ista e sacris litteris protulit: Sederunt Principes, adversum me loquebantur; servus autem tuus exercebatur in tuis justificationibus. Nam et testimonia tua meditatio mea est; et consilium meum justificationes tuæ. Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere.

Semper adversus dæmonem victor,

eminus

a hæreseos insimulatur

Psal. 118. 23

49 Tunc hostis veritatis coram eo adstitit, exclamans: Quid me punis ante tempus serve Dei? Habeo proprium Dominum et Judicem. Constituti igitur Judices haudquaquam rectum reddentes judicium, contra integrum Judicem judicarunt. Id vero egerunt ut dimissus populo exhiberetur a satellitibus diaboli. Ipse vero divino fretus auxilio per medium illorum ibat. Eos etiam pavor quidam cœlitus immissus oc-

cominus

a diabolo

illæsus

cuparat, et dissipatum est eorum consilium. At sancti Fratres preces pro eo fundebant ad Deum. Et quod olim sub sanctis Apostolis, idem hic quoque evenit; idem enim utrobique id fecit Deus.

50 Ut vero bellum, Christi virtute, sopitum est, non conquievit tamen hostis veritatis; verum omnia movit, omnia periclitatus est, ut perennem illam hymnologiam abrumperet, quod illa præcipue adversus eum esset instituta. Et rationem reperit, qua eam penitus dissolveret, ut quidem rebatur; memor urbes quandoque et provincias a suis civibus esse proditas. Ita ergo Beatum aggreditur adversarius, et collectos contribules in belli provocat societatem. Comprehendunt hi Alexandrum cum sanctis Fratribus injiciunt iis vincula, plagas imponunt incurabiles. Tunc ergo assiduam hymnologiam ad dies aliquot intermiserunt. Et factus est revera planctus Fratribus, et sanctis virtutibus. Jussi sunt qui prius eorumdem Fratrum Pastores extiterant, singuli suos recipere.

cum suis vinctus verberatur.

dissolvitur congregatio,

51 Atque ita dimittitur Dei servus Alexander solus, ut existimabant. At solus non erat. Secum enim Christum habebat. Ut vero ille dimissus est, convenerunt unanimes, veluti tuba evocati Fratres omnes, atque eo ipso die in divino ministerio consueta servata regula est, itaque omnes erant affecti, atque si nihil durum essent perpessi: imo veluti spirituali reperto thesauro, ita exultabant: proficiebant etiam in Domino, pluribus aliis sibi adjunctis Fratribus. Si quis enim voluerit universum orbem peragrare, et non Romanum dumtaxat imperium, sed et barbarorum adire provincias, reperiet Sancti hujus vigere ubique discipulos. Tunc enim illustre cœnobium Acœmetorum ipsi construxerunt, et alia plura et maxima.

eodem die denuo coaluit,

et crescit

52 Si voluero magnanimi hujus athletæ virtutes cunctas ordine percensere, quemadmodum S. Paulus Apostolus ait, narrantem me dies deficiet. Quis enim ea est præditus dicendi facultate, ea sancti Spiritus gratia, ut quinquaginta annorum possit certamina explicare? Ego vero fieri vix posse existimo, ut apud incredulos, et honestatis inimicos, ea referantur, quæ vel supra modum magnifica, vel humanam superant imbecillitatem, propterea quod ipsi carnales sint. Fideles vero, et recta nobiscum sentientes, quique proximorum bona velut propria existimant, suscipient nos vera narrantes, non ignorantes a Domino promissum, cum arefactam ficum mirarentur discipuli: Non solum quæ ego facio, sed his etiam majora facietis, illud quoque: Omnia possibilia sunt credenti. Nos vero scimus recte et ex virtute actam vitam omnibus miraculis esse altiorem, qualem perfectus hic magister egit. Ibi ergo sermonem abrumpemus, ubi ille vitam finivit. Hic vir beatus annis quinquaginta assidue luctatus, nunquam succubuit, non fractus adversis, persecutionibus, nuditate, fame, siti, sed in his gaudens, et cum libertate docens verbum veritatis, et magnam congregans hominum multitudinem, ac Christo offerens; quod et in hodiernum usque diem ejus agunt discipuli. Cum in his ergo illius semper eluxisset virtus, tandem ad beatum, curis liberum et quietum a laboribus finem pervenit, cumque sancte obdormisset, sepultus est in Bithyniæ finibus, in loco qui Gomon dicitur.

Heb. 11. 32

Joan. 14. 12

Marc. 11. 20

Marc. 9. 22

moritur S. Alexander

53 Post ejus decessum, crevit, ipsius precibus, discipulorum numerus, et cœpta perseveravit disciplinæ ratio, uti diximus, non iis solum locis, sed ubique terrarum. Nam qui ipsorum congregationi præerant, monasterium est a nobis, dignum ejus sancta conversatione, quod propter assiduam ipsorum et nunquam somno interruptam doxologiam Acœmetorum, id est Non-dormientium, fuit cognominatum. Huc illius sacræ translatæ reliquiæ sunt. Ut vero etiam isthic ostenderet benignissimus Deus se eos qui gloriam suam amplificare contendant, gloria quoque

ad novum monasterium transfertur ejus corpus

quoque exornare, et quæcumque ab eo gesta atque instituta sunt, suo esse nutu gesta, sua sententia comprobata, sanctæ ejus reliquiæ quotidie plurima edidere miracula : adeo ut immundi spiritus ne nomen quidem illius audire sustinerent, velut igne quodam ita illius percussi nomine.

Scriptor visa narrat

54 Et nos quidem fraternam ejus caritatem beneficentiamque ostendimus, et quæ vidimus ipsi, pro nostra tenuitate, solam sectantes veritatem, retulimus. Speramus autem divina providentia futuros alios, qui sancto afflati Spiritu, majori quam nos scientia præd
iti, elegantius hæc sint explanaturi, ad ædificationem et utilitatem eorum, qui hoc vivendi genus voluerint complecti. Eveniat utinam nobis, ut digni illius efficiamur discipuli, atque ejus precibus consequamur ea, quibus ille nunc fruitur, gratia et indulgentia Domini nostri Jesu Christi, ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ex varis.

a *Erat tunc Constantinopoli Episcopus* Nestorius, *qui gnarus quo zelo Catholicam fidem et pietatem alibi propugnasset* Alexander, *et viderat ipse Antiochiæ cum quoquo modo submovere cupiebat, ne suis ille nefariis conatibus adversaretur.*

DE S. JOANNE CALYBITA,

PROPTER CHRISTUM MENDICO, CONSTANTINOPOLI.

§ I. *S. Joannis natalis, Vita, cognomen.*

Secul. V
XV Januarii

A*lexium, abdicatis opibus, spretis honoribus, deserta conjuge, sponte sua exulem, dein paterna in domo peregrinum, in luculento patrimonio egenum, novum philosophiæ genus colentem, sub initium quinti seculi Christiani, Innocentio I, Pontifice, Honorio et Arcadio Imperatoribus, narrata est Roma. Par prope exemplum, annis circiter quinquaginta post, vidit Constantinopolis, nova Roma : quamquam, ut mox dicemus, nonnulli etiam veteri illum Romæ vendicent. Hujus agunt Græci ac Latini natalem XV Januarii quo die Menologium ab Henrico Canisio editum :* S. Joannis Calybitæ filii Eutropii Senatoris et Theodoræ. *Ejusdem quoque mentio fit in Græco Menologio, ejusque Epitome a Christophoro Patricio concinnata, itemque in Anthologio, at plenius in Menæis, quæ, præter elogium a Matthæo Radero nostro olim Latine versum, editumque prima parte Viridarii Sanctorum, integrum exhibent Ecclesiasticum ejus diei officium, variis odis, hymnis, antiphonis contextum. Consonant recentiora Latinorum Martyrologia, quæ infra citabimus.*

S. Joannis Calybitæ natalis 15 Janu.

et 27 Februar.

2 *Maurolycus, Canisius, Carthusiani Colonienses in Addit. ad Usuardum, Petrus de Natalibus, XXVII Februarii ejus memoriam consignarunt; pleraque verba infra proferemus, cum de Joannis patria agemus. Raderus libro jam citato, et Rosweydus noster in Annotationibus ad lib. 9 de Vitis PP. num. 76 adnotarunt coli eum XV Septembris, cum eo die in nullo Martyrologio aut Kalendario illius adscriptum nomen adhuc legerimus.*

non 15 Sept.

Vita versa a Sirleto

3 *Illius Vitam e veteri MS. Cryptæ Ferratæ Latine vertit Guilielmus Sirletus tunc Apostolicus Protonotarius, qui deinde S. R. E. Cardinalis fuit. Eam Aloysius Lipomanus, atque ex eo Laurentius Surius, vulgarunt ab his acceperunt Zacharias Lippeloos, Philippus Ferrarius, Gabriel Flamma, Petrus Ribadeneira noster, Joannes Franciscus Buodinus atque alii. Ediderat pridem ejus compendium Petrus de Natalib. lib. 3, cap. 156. Ejus vitæ auctorem scribit Galesinius esse Simonem Logothetam, sive Metaphrasten Simeonem, ut ex aliis locis colligere est in ejus ad suum Martyrologium Notationibus.*

alia a synchrono,

4 *Quin alia antiquior extiterit, vix ambigeret licet nam cum erectum illi templum ab ipsis ejus parentibus, atque alii habiti honores sint, et, ut infra dicitur,* omnia ejus gesta ab ingressu in monasterium publice innotuerint, *quis non jam priscis illum ætatis, ac traditam litteris vitæ ejus historiam existimet fuisse? Atque hanc fortassis illa transcripsit Logotheta.* Viri justi et perfecti vitam, honeste, pure, et cum virtute actam, vobis qui certatim in hunc locum convenistis narrare minime habeo vixit enim ille temporibus nostris.

alia e Græco MS. H. [illegible]

5 *Aliam e MS. codice Bibliothecæ Vaticanæ nactus erat Rosweydus noster, quam Latine ex fide versam hic damus, quod ea, quam altera sit, purior et genuinam magis. Nam priori illi a librariis aut interpretis quibusdam glossematis aliquid addita videtur. Unde quidem acceperit Galesinius priorem illius auctorem esse Logothetam, nescimus; Baronius Metaphrastæ tribuit seu scriptori, seu collectori. Hujus quoque non ineruditus auctor fuit. Scribit idem Baronius in Notat. ad Martyrologium :* Legimus alia MSS. (*Acta*) ab illis paullo diversa. De eo meminit Nicephorus lib. 15, cap. 23. Claruit secundum eumdem auctorem, Leonis Imperatoris temporibus, licet MSS. sub Theodosio eum vixisse dicant. *De ætate post agemus. At cum Theodosii non meminerint Acta illa e bibliotheca Vaticana, alia lecta Baronio oportet fuisse.*

Joannes cognominatus Mendicus,

6 *Duplex* Joanni *cognomen fuit,* Calybita *et* Propter Deum mendicus. *Utriusque minime obscura ratio. Conjuncta subinde ambo; alias alterum solum expressum. Titulus vitæ e Vaticano codice ita habet :* βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ διὰ Χριστὸν πτωχοῦ. Vita et conversatio S. P. N. Joannis propter Christum mendici. *Tum in Vitæ proœmio :* Ἰωάννης ἐκεῖνος ὁ πτωχὸς μὲν ἐπικληθεὶς, πλούσιος δὲ γεγονὼς τὸν πλοῦτον τοῦ πνεύματος. Joannes ille, Mendicus quidem cognominatus, sed magnis Spiritus divitiis locupletatus. *Georgius Cedrenus in historiarum compendio ad annum Leonis Imper. quintum, qui erat* 461 *Christi, etiam Mendicum appellat.* Κατὰ μὲν γὰρ ἀνατολὰς ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἐπινεμόμενος μέχρι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ πτωχοῦ πρὸς δύσιν. Ad ortum a navali profectum incendium, usque ad ædem Joannis Mendici, quod est ad Occasum, *quo de incendio actum X Januarii ad Vitam* S. Marciani *Presbyteri cap. 4, litt. a. At* Calybitam *appellat Nicephorus infra citandus, Joannes Zonaras to. 3 Annal. de eodem illo agens Constantinopolitanæ urbis incendio, quod pervagatum ardebat in longitudinem* a Bosporo versus ædem S. Joannis Calybitæ. μέχρι τοῦ ναοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ καλυβίτου. *Utrumque nomen conjunxere Menæa.* Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ διὰ Χριστὸν πτωχοῦ, ὃς καὶ καλυβίτης ὠνομάσθη. Memoria S. P. N. Joannis propter Christum mendici, qui etiam Calybita nominatur. *Dicitur vero* Calybita ἀπὸ τῆς καλύβης, *quod sub tugurio habitarit ea vox a καλύπτω, tego, operio, deflexa.*

et Calybita.

vocatus Calvitus.

7 *In Kalendario præfixo antiquo Missali Ecclesiæ Vesontinæ, quod olim fuerat Caroli de Novo Castro Archiepiscopi ejusdem urbis, qui obiit anno* 1498 *scriptum erat hoc die* S. Joannis Calviti, *quod nomen Molanus in prima Usuardi editione et Galesinius expressere licet hic in Notis* Calybitam *scribendum moneat, et ille in secunda editione ita correxerit. Inscriptum erat videlicet, thecæ fortassis reliquiarum ejus,* Ἰωάννου Καλυβίτου. *Græcis litteris Latinis scripsere* Joannis Calviti, *pro quo posteri* Calviti *legerunt. De his reliquiis et inscriptione infra.*

§ II. *S. Joannis patria.*

S*æpius in Martyrologiis usuvenit, ut quo loco Sancti cujuspiam extant reliquiæ, ei ita tribuatur, quasi vitam isthic egerit, aut martyrium subierit, ita XXII Januarii* Romæ ad Aquas Salvias S. Anastasii Persæ monachi etc. *et XXXI* Romæ via Portuensi sanctorum

Ex variis

rum Martyrum Cyri et Joannis, qui post multa tormenta pro confessione Christi capite truncati sunt, *cum ille in Perside passus sit, hi in Ægypto. Idem S. Joanni Calybitæ accidit; cui posita Romæ ædes, reliquiis eo allatis, quibusdam persuasit eum Romæ habitasse. Quamquam edita a Lipomano Acta,* in urbe Roma *natum habent. At quis est in historiis vel mediocriter versatus qui nesciat Constantinopolim* Novam Romam, *et secundam Romam esse appellatam. Socrates lib. 1 hist. Eccles. cap. 12* ἴσην τε τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ ἀποδείξας, Κωνσταντινούπολιν ὀνομάσας, χρηματίζειν δὲ δευτέραν Ῥώμην νόμῳ ἐκύρωσεν, ὃς νόμος ἐν λιθίνῃ γέγραπται στήλῃ καὶ δημοσίᾳ ἐν τῷ καλουμένῳ στρατηγίῳ πλησίον τοῦ αὐτοῦ ἐφίππου παρεθήκε. Æqualem eam dominatrici Romæ effecit *Constantinus,* et Constantinopolim nominavit, ac secundam Romam nuncupari lege sanxit, quæ lex lapideæ columnæ incisa, publice in loco qui Strategium, sive Prætorium dicitur, juxta ipsius Imperatoris equestrem statuam, est collocata. *Sozomenus quoque lib. 2, cap. 2,* νέαν Ῥώμην Κωνσταντινούπολιν ὀνόμασε. Novam Romam Constantinopolim appellavit *Constantinus. Itaque illud in Oriente nomen invaluit, ut Romam fere* antiquam Romam *appellarent, sive* Romam quæ est in Italia. *Quin Thracia ipsa, cujus caput Byzantium, ideo Romania dicta, lingua Græca passim* ῥωμαική. *qua de re plura habet Simon Portius in libro quem* λεξικὸν λατινικόν, ῥωμαϊκόν, καὶ Ἑλληνικὸν *inscripsit.*

Joannes an Romæ natus an Constantinopoli quæ nova Roma?

Romæ veteris videri.

9 *Patriam igitur habuit Joannes Romam, sed novam, sive Constantinopolim. Petrus de Natalibus lib. 3, cap. 156, ambigue scripsit :* Joannes monachus filius Eutropii Magistri militum urbis Romæ. *Hunc secuti Carthusiani Colonienses in addit. ad Usuardum XXVII Februarii :* Item B. Joannis monachi filii Eutropii Magistri militum urbis Romæ, qui cum in omni sanctitate annis septem in monasterio stetisset, Romam rediit, in domo parentum incognitus permansit, et in extremo vitæ præsentibus se revelans, inter eorum brachia expiravit. *Maurolycus quoque eodem die :* Romæ Joannis monachi, qui diu peregrinatus, in ædibus paternis incognitus mansit, seque ante obitum Eutropio et Theodoræ parentibus manifestavit. *Canisius ibidem :* Item Romæ S. Joannis monachi, filii Eutropii Romani Tribuni, et Theodosiæ : hic xv annos natus clam a parentibus profugit in monasterium, ubi septem annos exegit in omni obedientia et sanctitate. Romam deinde reversus, in paterna domo ignotus, veluti pauper peregrinus, sub tugurio habitavit, assiduis jejuniis et precationibus vacans. Tandem sese parentibus aperuit, atque in eorum brachiis expiravit. *At cum XV Januarii* Calybitam *idem referat Canisius, videtur diversum ab hoc existimasse. Constantius Felicius XV Januarii :* Joannes Calybita Romanus nobilissimus, filius cujusdam Tribuni militum, monachus factus, deinde ignotus multis annis Romæ vixit sub exiguo tugurio, paterna in domo, maxima cum paupertate, ubi et sanctissime obiit.

10 *Et hi quidem omnes, cum simpliciter ei* Romam *patriam tribuant, Romam veterem intelligunt. Disertius Baronius in Martyrologio :* Romæ S. Joannis Calybitæ, qui aliquamdiu in angulo domus paternæ, deinde in tugurio in insula Tiberina ignotus parentibus habitavit, a quibus in morte agnitus, clarus miraculis in eodem loco sepultus est : ubi postea in ejus honorem ecclesia constructa est, *prius ita scripserat sub annum 1584 :* Romæ S. Joannis Calybitæ, qui Hierosolymam peregrinatus, diu post inde rediens, in tugurio juxta domum paternam delituit in insula Tiberina, ubi celebri memoria colitur. *Verum ea editio suppressa, et correcta, omissa illa Hierosolymitana peregrinatione.*

in insula Tiberina.

11 *Octavius Pancirolus in Thesauris absconditis almæ Urbis, regione 9, ecclesia 2, scribit Romanum fuisse, et Constantinopoli, in cœnobio paullo ante constructo monachum factum; Romam deinde reversum. Romanum eum fuisse eo conatur argumento probare, quod 100 aureos in naulum dicatur dedisse, ut proinde longinquam eam fuisse navigationem necesse sit. Poterat, et fortassis efficacius, illud urgere quod in Vita a Lipomano edita, dicatur* ad fluminis ripam accessisse, *et deinde* ivisse ad fluminis ripam; *cum nullum Constantinopoli flumen sit.*

12 *Verum si nobis licuisset Græcum ipsum codicem Cryptæ Ferratæ videre, fortassis interpolata hæc a quopiam deprehendissemus. Pretium naviculario datum, majus fuit quam vulgo pro minime longa navigatione pendi soleret, tum ut soli ipsi navigium vacaret, tum ut fidem ne falleret. Quis tamen credat quantulum in puerile symposium dederant parentes, eo contentum fuisse nautam, ut Roma ad Ponti Euxini fauces usque tenderet, indeque reverteretur? Et si in flumine reperta ea navis Romæ, non fuit sane ejusmodi quæ procellas ferre Ægæi Ioniique maris posset.*

13 *Melius ergo Molanus in Annotationibus ad Usuardum die 7,* Joannes qui Calybam, sive tugurium, inhabitavit, patria fuit Romanus, hoc est, ut arbitror, Constantinopolitanus. *Pronuntiat id diserte Galesinius in Notis :* Fuit, *inquit,* civis Constantinopolitanus Eutropio Patricio et Theodora natus. *Neque id quisquam in dubium revocabit, qui quæ de Acœmetis supra in Vita S. Alexandri dicta sunt expenderit. Nam si is qui Joannem e patria abduxit Acœmetus fuit, et Constantinopolim eum duxit, ut vult Pancirolus, quæ illa fuit ratio itineris, ut ipse Constantinopoli Hierosolymam iturus, in Italiam ac Romam veniret? Nam isthac redisse solius Joannis gratia credi posset. Sin alibi Acœmetæ in Italia Galliave fuerunt, ubi? quis eorum meminit.*

Potius Constantinopoli natus.

14 *Constantinopolitanum fuisse cum Menæa asserant :* Οὗτος ἦν ἐν Κωνσταντίνου πόλει, υἱὸς Εὐτροπίου συγκλητικοῦ καὶ Θεοδώρας. Erat hic Constantinopoli, Eutropio Senatore et Theodora natus, *tum Vitæ e MS. Vaticano multo disertius :* ἐν τῇ λαμπρᾷ πάντῃ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων, τῇ Κωνσταντίνου φημί, νέαν δὲ Ῥώμην οἶδε πᾶς ὀνομάζειν, ἀνήρ τις ἐκόμα πλούτῳ πολλῷ, ζῶν ἐπὶ γυναικί, καὶ τῷ τοῦ στρατηλάτου τιμώμενος ἀξιώματι· ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Εὐτρόπιος, τῇ γυναικὶ Θεοδώρα. *et num. 8 ait cœnobium Acœmetorum non procul a patria Joannis abfuisse, ideoque divina providentia factum ut lateret. Deinde templum ei jam vita functo ibidem parentes posuere :* Καὶ ναὸς αὐτῷ παρὰ τῶν τεκόντων ἱερὸς ἀνεγείρεται, καὶ τὸ ἐκείνου πάντα παρ' αὐτοῖς τε τῆς ὑποδεξαμένης μονῆς, καὶ τῶν θεραπόντων πᾶσιν ἀνακαλύπτονται. *Fuitque illud templum, ut ante ex Zonara et Cedreno diximus, ante annum 3 Leonis, Christi 461 ædificatum.*

Vita id testante.

§ III. *S. Joannis habitatio, ætas.*

S. Joannes in monasterio Acœmetorum in Bithynia vixit.

H*æc de Joannis patria. De instituto Acœmetorum, et monasterio in Bithynia a Joanne et Marcello Abbatibus constructo, egimus in S. Alexandri vita. Situm hoc erat vix LX stadiis Constantinopoli, in ipsis Bospori faucibus, in loco qui* Ἱερὸν *dicebatur, appellatumque* Εἰρηναῖον, *quod pacem isthic quætemque sibi nacti monachi viderentur, procul strepitu populi, et iis turbis quas in eos Constantinopoli per nefarios homines dæmon concitarat, postea* Acœmeterum, *sive* Non-dormientium *dictum. E regione ejusdem monasterii, ut 29 Decembris in S. Marcelli vita diximus, jacet in Thracio littore Sosthenium, de quo Petrus Gyllius lib. 2, Bospori Thracii cap. 14, et alii. Hinc corrigas quod in Fastis Marianis scripsit Brunnerus noster,* Joannem *in Syria* monachum *egisse, quodque in Gallico Martyrologio Lemaire censet,* Hierosolymis *habitasse. Nam quod Maurolycus ait* diu peregrinatum, *omnino abest a vero. In illo porro commoratum fuisse Acœmetorum cœnobio, quod statuimus, testatur Nicephorus lib. 15, cap. 23.* Studius, *inquit,* quidam vir præclarus Roma Constantinopolim venit, et Divo Præcursori templum erexit, in quod monachos ex monasterio Acœmetorum induxit, quod divinissimus Marcellus extruxerit, in quo

quo perpetui hymni Deo canerentur, sodalitate monachorum in tres cœtus divisa In ea mandra Joannes quoque Calybita monachicis disciplinis institutus est. ἐφ' ᾗ δὴ μάνδρᾳ καὶ Ἰωάννης ὁ Καλυβίτης τὰ μοναχῶν ἐπαιδεύθη. *Quid dici clarius potest?*

16 *Nunc ætas disquirenda Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ in Notis ita scribit*. Sub quo Imper. vixerit, non ita certum est, cum apud alios sub Theodosio, apud alios vero sub Leone illum vixisse legatur. Utrumque verum puto, vixisse scilicet et sub Theodosio IV, qui modico tempore imperavit, et sub Leone III. Icon-omachi circa annum Domini DCCVII. *Ast in ipsa vitæ narratione præmiserat sub* Leone *natum, quomodo ergo potest sub* Theodosio *Leonis decessore vixisse? Sed longe aberrat. Baronius in Notat. ad Martyrolog.* § 1 *citatis, ait claruisse eum secundum* Nicephorum Leonis Imp temporibus, licet MSS. sub Theodosio eum vixisse dicant. *Omnino sub* Theodosio *vixit; et sub eo, aut* Marciano *fortassis, mortuus est, quod ita confici breviter potest Templum et Constantinopoli erectum erat, ante incendium illud, de quo supra, quod Leonis anno 5, vel 9 contigit Ergo aliquam [illegible] ante obierat. S Alexander Acœmetorum parens, ut ante scriptum, Constantinopolim venit sub annum* 425 *obiit circiter* 430. *Postea in Bithyniam migrarant ejus discipuli, quibus Joannes præerat, huic S. Marcellus suffectus. Ab hoc sacrum habitum suscepit Calybites [illegible] cum ita studiose ex Acœmeto monacho quæsierit de ipsorum instituto ac vivendi ratione, manifestum videtur non fuisse tunc Constantinopoli ejusmodi cœnobium, quod propter [illegible] rationem vitæque sanctitatem omnium in se convertebat animos, nec potuit et sagacissimum adolescentem latere. At reducti sunt in urbem Acœmeti a Studio viro consulari sub Gennadio Episcopo qui anno* 458 *Anatolio successit, seditque annis* 13. *Unde conficitur Joannem vel extremis temporibus Theodosii, vel Marciano imperante, mortuum esse, cum vixisset annos fere XXII. Et fortassis Studio injecta voluntas Acœmetis cœnobium ædificandi, cum Joannis præclare vulgata sunt virtutes, et constitit eum Acœmetorum disciplina fuisse informatum. Cedrenus anno Leonis 6 qui erat Christi* 462 *ædificatum Studitarum [illegible] scribit* Τῷ δ' αὐτῷ [illegible] Στουδίου [illegible] Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, καὶ μονάζοντας [illegible] [illegible]. Eo enim anno, *proximo, ut ipse statuit, post incendium illud de quo supra*, Studius templum S. Joannis Baptistæ ædificavit, et monachos e cœnobio Acœmetorum in eo collocavit *Baronius retulit anno* 459 *Falli [illegible] qui ad annum* 467 *aut serius Calybitæ obitum retulerunt Marcellus Archimandrita ad annum* 485 *[illegible]*

§ IV S. Joannis Calybitæ reliquiæ

Sancto filio *Patricius et Theodora templum Constantinopoli ædificarunt, illudque [illegible] Ibi [illegible] reliquiæ aut postea Romam aliquæ et Vesontionem translatæ Testatur Saussaius in Martyrologio Gallicano*, Constantinopoli a Francis [illegible] caput S. Joannis [illegible] Vesontionem [illegible], atque in S. Stephani basilica maxime honore reconditum esse, ubi etiamnum [illegible] religiosius [illegible], et quotis publicis [illegible] præsidio [illegible] [illegible]

[illegible] Constantinopoli [illegible] ab anno 1204 *ad* 1261 *De his reliquiis Molanus in [illegible]* In Burgundia S. Joannis Calibiti Confessoris, cujus sacrum corpus in civitate Constantinopolitana [illegible] miraculis [illegible] pretioso capitis ejus thesauro urbs Chrysopolitana [illegible] ditatur [illegible] Chrysopolitana

varius medii ævi scriptoribus appellari, alibi adnotavimus ex Joannis Jacobi Chiffletii V. CL. Vesontione part. 1, *cap.* 12. *Idem Molanus in posteriori editione ista de Joanne habet*: Die XV, S. P. Joannis Calybitæ: cujus pretioso capitis thesauro urbs Chrysopolitana incomparabiliter ditatur. *Galesinius*. In Burgundia S. Joannis Calmiti et Confessoris cujus sacrum corpus, multis clarum miraculis, Constantinopoli quiescit, caput Chrysopoli religiose asservatur. *Eadem fere Canisius eodem die.*

18 *Chiffletius Vesontionis parte* 2, *in Vitale II Archiepiscopo* 69, *ita illius capitis meminit*: Joannes de Corcondrayo Scholasticus et Canonicus, dein Decanus Bisontinus, a duobus Græcis Episcopis Avenione accepit interpretationem quarundam Græcarum vocum, antiquo charactere inscriptarum circa thecam, in qua S. Joannis Calybitæ venerandum caput in Bisontina S. Stephani ecclesia servabatur; quo nomine Episcopi illi publicum instrumentum confecerunt Avenione XVII April. an. Christi 1321. Indict 4 Pontifice Joanne XXII.

19 *Extat Romæ in insula Tiberina ecclesia* S. Joannis Calybitæ, *de qua agit Pancirolus reg.* 9, *eccl.* 2, *testaturque traditam eam esse congregationi, quam instituit B. Joannes de Deo, de quo agemus VIII Martii, atque ab ea erectum insigne nosocomium. Addit deinde cum sub annum* 1600, *religiosi hi Fratres ecclesiam suam instaurarent, reperisse, cum aliorum Sanctorum reliquiis, ut* Marii, Marthæ, *de quibus XIX Januarii, tum* S. Joannis Calybitæ *corpus, id est, ut interpretamur, corporis partes aliquas. Verisimile est has reliquias, ut aliorum plurimorum, Constantinopoli Romam allatas sub Iconoclastis Imperatoribus, aliquas tamen Constantinopoli remansisse, unde caput postea Vesontini adepti sunt Idem Pancirolus testatur aliquas* S. Joannis Calybitæ *reliquias asservari in æde* S. Blasii 3, *regionis* I.

20 *Fuisse alios quoque Calybiticam vitam*, Joannis *nostri exemplo, secutos conjicere licet ex historia Miscella lib* 22, *cap* 30, *ubi de* S Andrea in Crisi, *ut postea a sepultura loco appellatus est, ista habentur* Eodem quoque anno (*Christi* 761) Constantinus persecutor Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas flagris in hippodromo S Mamæ peremit *De hoc plenius agemus* XVII *Octob.*

VITA AUCTORE ANONYMO,
ex MS. Græco Bibliothecæ Vaticanæ.

CAPUT I.

S. Joannis Calybitæ ortus, institutio.

R[illegible] [illegible] [illegible] semper ardens, quod [illegible] Dominus, ut hæc [illegible] hortatur, et [illegible] [illegible] [illegible] parentes, exhibuit Joannes vero, de quo [illegible] magna [illegible] hoc Christi præceptum implevit Joannes ille, Mendicus [illegible] appellatus, [illegible] [illegible]

2 [illegible] Constantinopoli [illegible] Eutropius [illegible] Theodosio [illegible] Minimi

 nati

AUCTORE ANONYMO, EX MS GRÆCO

Matth. 20 16

natu fuit præclarus hic Joannes, qui nascendi quidem ordine postremus; tamen, ut cum Evangelio loquar, primus evasit. A tenera ætate, singulari parentum cura educatus, doctrinæ ac disciplinis vacabat: hisque malebat multo, quam pecunia ditari, non respiciens ad vanitates et insanias falsas: uti egregie divinus David canit. Cum vero duodecimum ætatis annum attigisset, studia diligenter, templa vero nocte dieque frequentabat; veluti surculus quidam nobilis, divinorum auditione oraculorum, quæ vere sunt decursus aquarum, assidue irrigatus, et virtutis fructum jam tum dulcissimum proferens.

Psal 39 5

litteris et pietati studet

3 Accidit autem ut quidam ex ea monachorum congregatione, quos Acœmetos, id est, Insomnes vocant, divino incensus Ierosolymam visendi desiderio, priusquam illud sus[c]iperet iter, negotii cujuspiam gratia Constantinopolim ingressus, juxta Duris palatium hospitaretur. Eum Joannes conspicatus, et unico monachi intuitu, quasi ab igne torris inflammatus, quærere ex eo cœpit, cur et unde venisset, quod ejus esset monasterium quisve ejus congregationi sapienter præesset. Hic vero et familiam et Antistitem indicavit, et caussam quæ Constantinopolim sese evocasset aperuit, ac consilium quoque futuræ peregrinationis: sentiebat enim auditum sitientem spiritualium cogitationum. Rursus eum interpellans optimus adolescens sciscitatur, quomodo in monasterio degerent, et quæ ipsis essent exercitationes. Cumque hæc particulatim monachus explicaret, longe magis afficiebatur Joannes, et dulcia faucibus ejus erant viri eloquia, et super mel ori ejus. Ac mox eum ejusmodi instituti desiderium cepit, et sublimium spiritualium cupido. Denique manu ejus apprehensa, occulto eum sacramento obstringit, ut Hierosolymis redux, nequaquam se prætereat, sed secum clam assumat, ut discessum parentes minime percipiant; deinde religiosæ familiæ adscriptum detondeat. Jam enim me nuptiis copulare, inquit, cogitant parentes, et ad dignitates evehere, et mundanæ gloriæ rebusque vanis affigere: quod est ei qui vere liber esse et dici vult, aperta servitus. Me vero ardens tenet vitæ vobiscum agendæ desiderium, propterea in vestrum cooptari numerum vehementer expeto; et hoc existimo veram esse gloriam, et stabilem honorem, et pignus quoddam futuræ beatitudinis. Assensus ei est monachus, pactumque jurejurando sancivit; ac sic iter aggressus est.

tal ut secum [illegible]

pa[c]tio cum monacho de fuga clam instituenda

4 At divini amoris scintilla nutriebatur et augescebat in Joannis animo, multisque erga Christum desideriis incandescebat, et ei adesse, et intellectu cum eo versari optabat. Quid ergo? Divinum Evangelium sibi comparari a parentibus postulat, more vehementer [illegible], qui [illegible] eorum, quam sermonibus assidue [illegible], et sufficiens [illegible] esse solatium. Parentes itaque, [illegible] (validissima facillimumque [illegible] est) [illegible] libenter filii petitionem acceperunt, maxime quod nec vestem peteret exquisitam, nec [illegible] honorificam decoramenta, nec aliud simile, ut sunt juvenum cupiditates, sed [illegible] divinum Evangelium comparant, idque [illegible] præstantius, atque [illegible] ornatum, et [illegible] scripturas elegantia, interius exteriusque illustrarunt, ut illecebrosus [illegible] liber esset, [illegible] aspectu ad [illegible] studium, Joannis [illegible]. Neque [illegible] ipsum intus stimulus, [illegible] Christum [illegible], ad [illegible] illud [illegible] indu[illegible] amoris [illegible] atque inexpugnabilis. [illegible] Sed ille, ut [illegible] Evangelium

[illegible] Evangelium

CAPUT II.

Fuga, ingressus Religionis.

Jam vero etiam monachus redierat, non frustratus promissa. Hic fons aquæ oculis cervi, Joanni est visus, et mille ipsum voluptatibus complevit. Quocirca festinavit ut accensum in se desiderium opere expleretur, optatumque tandem finem consequeretur: sumptoque ex ædibus Evangelio expectavit monachum, quasi cum eo, ut heri ac nudiustertius, aditurus ad scholam. Metuebat quippe parentum in se amorem, matris potissimum lacrymas, ne divini desiderii in se ignem extinguerent. Discessum itaque celat, et scholam quidem non adit, sed celeriter ad mare contendit. At servorum illum quispiam sequebatur. Et hunc Joannes dimittit, cujuspiam negotii prætextu, sapienter prudenterque omnino, rem omnibus ignotam præordinans. Ipse ac monachus ad littus abeunt: et nave illico conscensa, ac secundo usi vento, ad monasterium quam celerrime evolant, Joannis auro nautarum manus corroborante, itaque celerem efficiente cursum navis.

Clam parentibus fugit

6 Cum escendissent, atque ad monasterii Præfectum una adiissent, monachus cuncta quæ ad Joannem pertinebant, exposuit particulatim, generis nobilitatem, dignitatem parentum, eorumque in ipsum amorem, paratos honores, procuratas nuptias deinde pueri erga res divinas studium, pacta secum inita et jusjurandum, denique fugam ac discessum. Intuitus Joannem monasterii Præfectus, ætatisque imbecillitatem ac priorem vitæ conditionem perpendens; et veritus, ne ita delicate educatus, laboris ac molestiæ rudis, non posset tam laboriosum vitæ genus sustinere, sed brevi discederet et jugum exercitationis abjiceret, (norat enim ferventes juvenum impetus, in quæcumque animi propensionem ostenderint, nec stabiles, nec perpetuos, sed fastidiosos esse ac mutabiles) his ille perpensis ipsum ad se accitum paterne adhortatus est, atque ita illius propositum tentare cœpit: Rem, inquit, fili aggrederis et educationi tuæ et ætati admodum repugnantem: adhuc enim puer es, et hactenus commode ac molliter enutritus: nostra vero vita laboriosa est et aspera, et cum perpetua afflictione conjuncta. Vereor igitur ne illa imbecillitas, omnis hactenus incommodi ignara, ubi laboris plurimum offenderit, immoderatione statim frangatur, et abhorrentem ab omni laborum tolerantia virtutis negligentiam complectatur, ut non in te solo deinde hæreat, sed ad multos alios hæc labes pervadat. Oportet igitur te quadraginta dies in monasterio commorari, et ipsa experientia discere quæ in eo agantur. Et si postea videris ea animo tuo viribusque convenire, tum fas tibi erit ad nostrum accedere institutum, ac desiderium explere.

difficultates multitudo teneritudini [illegible]

et idolescentum impetus instabiles

7 Hic vehementer angi fervens spiritu Joannes, et nihil omittere, quod animum inflectere illius posset ac flectere: instanter orabat: perseverantiam jurejurando sanciebat in genua provolutus: atque ex inflammato animi affectu totus lacrymis colliquescebat, nullas inducias negotio dandas ratus, sed quamprimum se tonderi postulans, Fratrumque choro adjungi. Id autem faciebat, non simpliciter propter magnam ejus rei cupiditatem; sed ut parentum studia eluderet, prudenter sic tuens, simul atque spem omnem præcideret. Non habens igitur quod opponeret tam multis his precibus ardentibusque lacrymis, obsecutus est monasterii Antistes: ac consuetis super eum precibus recitatis, et omnibus quæ monachis lex præscribit impletis, statim pueri comam detondet, simulque, ut vere loquar, omnem mundanum terrenumque sensum resecat, et monastico ipsum habitu induit, ac suo illegit gregi: ut eodem die Joannes et ad monasterium venerat, et monachus sit factus, non veste solum, sed re quoque ipsa.

Incredibili [illegible] tonsuram impetrat

ut [illegible] monachus [illegible]

et [illegible]

8 Nihil

perquiritur a parentibus frustra.

8 Nihil vero necesse est perquisitum a parentibus filium commemorare. Liquet enim si ipsi parentes, hic illorum filius, et filiorum carissimus et præstantissimus erat. Verum et hinc fortassis rursum dubitatio emergat. Si enim inquisitio facta est, quomodo latere usque in finem potuit puer; cum neque procul abesset, neque longo ab urbe intervallo monasterium distaret? Sed promptum est dicere, (omnino ab opere ipso et fine sumpta caussa) Deo occultante, et rem hanc gubernante, latuisse, ne lateret animæ nobilitas, et bonum consilium isthæc dirigere et volens et valens.

CAPUT III.

Tentatio, recessus e monasterio.

Sancte et exemplariter vivit.

Joannes igitur sextum jam annum cum monachis degit, demissionis animi et obedientiæ præbens potius exempla ceteris, quam ab iis accipiens; ceterarumque virtutum velut regula ipsis et exemplar, mirabile omnibus, perpaucis imitabile effectus. Vehementer hæc communem humani generis hostem torquebant. Neque ferre id diutius valens, ad consuetas artes convertitur, fraudes ei et insidias struens, et simpliciter mala detestantem supplantare ac vincere cupiens, qui inde ab initio semper bonis obstitit. At simili prorsus modo repulsus est: tutus enim cœlesti ope armisque virtutum erat Joannes.

tentatur desiderio parentum

10 Aliud igitur ipsi bellum infert, bellum sane grave et formidolosum. Reducit enim illi in memoriam parentum amorem, patris viscera, dolores matris, ceterasque naturæ necessitates. Ad desiderium eum provocat carissimi omnibus et dulcissimi parentum conspectus. Jamque alte adolescentis animo, eorum amor impressus, consumebat ejus corpus, et valide macerabat, multa abstinentia confectum, ut mors jam illi imminere videretur. Igitur familiæ Præses, ita ipsum extenuatum cernens, nimiam ejus reprehendebat, inediam, hanc occasionem esse tabis existimans, asserens, violentas sibi manus inferre, non virtutis esse, sed summæ omnino amentiæ. Hic vero ex veritate vivens, omnisque fraudis ac simulationis expers; Non ex abstinentia, inquit, o Pater, nimiaque austeritate est tabes corporis mei; sed a bello certe gravissimo, quod ex ipsa mihi natura, is qui a Superis bello pulsus est, hostis intulit. Ad desiderium enim nescio quo modo parentum me commonens, mihique acrem illos videndi cupiditatem injiciens conficit, ut perspicere potes, et consumit me, quemadmodum ab igne liquefit cera, et capere omnino vel brevissimam quietem mihi mentem non patitur. Propterea te oro, Pater, ut mihi ad eos reditum permittas. Hostis enim speravit hoc modo supplantare me, et perturbare gressus meos ad Deum tendentes. Ego vero confido sanctis tuis precibus fore, ut et parentum videndorum desiderium expleam, et hostis, pugnante mecum Christo, non modo spem infringam, sed et cladem illi inferam.

[illegible]

precibus pro[illegible]

11 His præter omnem spem auditis, monasterii Antistes, vehementer omnino perculsus, cœpit priorem illi fervorem ad memoriam revocare, quomodo et ipse inexorabilis fuerat primum, neque admittere eum in monasterium voluerit, qualia ad ipsum verba fecerit, qualiter eum præmonuerit, quave sit adhortatus. Deinde aliquantulum subsistens et dictis illacrymans, atque hæc [illegible] animi interius afflicti argumentum, diluculo suos convocat monachos, et in commune omnibus pro ipso precatis, amarum quid [illegible] et confusus, in [illegible] prorupit lacrymas. [illegible] Joannes ejus [illegible] desiderii stimulum infixerat, [illegible] desiderabilis [illegible] Proficiscere, inquit, o fili, Deo hujus itineris te [illegible], ex mandato ejus ac voluntate. Ille [illegible] se [illegible] omnibus simul Fratribus plorantibus [illegible] velut se dimittentes

[illegible]

dimittens, sed parentum desiderio et invitus ab illis divulsus, et tyrannidis potius opus quam propositi sui ratus, singulos complexus et iis lugentibus, vehementi et ipse tristitia oppressus a monasterio discedit; identidem ad illud respectans, donec ex oculis tandem subtractum est, memoria interim spiritualium quæ in eo suscipiuntur certaminum, et suavissimæ Fratrum consuetudinis viscera illi effodiente.

Auctore Anonymo ex MS Græco

12 Ut videri illi monasterium omnino desiit, statim resumit animum, seseque ex omni illo collegit mœrore ac perturbatione. Tum pauperem quemdam pannis obsitum in via offendit, et, Salve frater, inquit, et viæ comes. Exuit deinde se tunica, eaque pauperem induit. Pannos vero illius sibi sumit: jamque dissuta illa lacerna, mendicus vero ejus erat veste amictus; et lætabatur uterque, hic præsentia intuens, sperata ille, Christi imitando egestatem, et demissionem adamando.

vestes cum paupere commutat

CAPUT IV.

Vita sub tugurio in atrio parentum.

Venit in patriam

Jam mare trajecerat Joannes, et paternæ domui proximus in solum se abjicit, animoque sursum ad Deum erecto, corde et oculis ad lacrymas commotis, Domine Deus, inquit, qui mirabilem hanc et concordem creaturam moderaris; qui cœlum manu propria efformasti, sapiens tuum opus et illustre ac honorificum; qui amorem in parentes naturæ indidisti fortem et inexpugnabilem, et te tamen pluris quam ipsam fieri naturam jussisti, ut et rationem ostenderes affectionibus naturalibus validiorem, et nobile animi propositum naturam vincere posse; qui propter sola corda nostra, cuncta creasti; cujus palpebræ interrogant filios hominum; tu Domine nosti quod a puero te sitivit anima mea, et naturæ oblitus sum propter te, nec amoris parentum rationem habui; sed opes, honores, delicias tua caussa contempsi, omnia amori in te meo postponens, Ipse me nunc quoque, tyrannicum in morem a maligno afflictum, adjuva, et ne derelinquas me; sed complaceat tibi ut per ea generose eum prosternam, per quæ mihi ipse insidias struxit.

jacet ad fores domus paternæ

14 Hæc Deum religiose precatus, abjicit se ut mendicus et peregrinus ad parentum januam, ignotus omnino esse iis cupiens, quos sat ipse agnoscebat; atque ita sapientissime mederi et vincere vim naturæ. Cum jam illuxisset, essentque atria de more patefacta, intuitus ipsum is qui curam domus gerebat, pannis misere obsitum et veste lacerum, ac sordide adjacentem; Quis sit quærit, et unde venerit. Oblitterarat enim nimia corporis tabes speciei illius notas, et omnia plane obscurarat indicia. Quomodo igitur, inquit, sic prostratus jaces ad introitum, per quem Domini mei egredi consueverunt? Ille pauperem se esse confitebatur, et vestem habebat, quæ hoc, ipso etiam tacente, satis proderet. Indicabat etiam victus indigentiam, ac tecti sub quo commoraretur carentiam. Non igitur me repellas, inquit (tui enim memor ero mendicus) sed miseratione meæ egestatis ductus, sine ita miserum in hoc me angulo jacere. Talia dominus famulum rogabat, nec eum [illegible] mendicationem, nec se dominum manifestabat, illum imitari volens, qui divitias Deitatis et dominationem in carnis paupertate occuluit: etenim erat etiam ipse eruditus corde in sapientia, quemadmodum canit David, et sapientem in malitia, intelligentia boni spiritus studebat destruere. Illum ergo miseratus paternæ domus curator [illegible] et omnino lacerum vestitum, et umbratilem illum ac tabidum aspectum digressus est, permittens ut istic commoraretur.

in angulo [illegible] commoratio

Psal. 89, 12

15 Jacebat igitur in atrio parentum filius, angusto quodam tugurio tectus. Agon vero hic major etiam erat, et Gymnasium quoddam inter se pugnantium duum amoris [illegible] naturalis [illegible] naturalis quidem in

[illegible]

egre- [illegible]

egressu et ingressu patris ejus ac matris, memoriam magis vividam commoventis, et ipsi versantis viscera et cor dissolventis, ac suaviter abblandientis, et in agnitionem ut veniret cogentis, Divini vero resistentis et in contrarium abnitentis, et animum ipsius vehementer concitatum, et ad naturalia inclinantem, ratione quasi freno cohibentis, ac victorem ita præter opinionem efficientis. Qualem vero luctam habebat! Quos fluctus cordis sustinebat, deliciis servos videns affluentes paterna in domo, sese autem esurientem, squallidum, tecti et amictus egentem! Hæc forti animo ferebat Joannes, Dei sese amore corroborans, ideoque continenter ita precabatur: Dominator Domine, qui paternam hanc domum mihi postliminio aspicere dedisti, et ipso parentum frui aspectu, qui meus vere pater et creator es, tu mihi vires largire ut hostem superem tua virtute, ac penitus prosternam, ne parentum desiderium tui me desiderio exuat, ac spem in te meam infringat. Hæc et his similia Deum orans annum integrum ad parentum limen exegit magnanimus ille, neglectus et contemptus, inimico fortassis hunc ei despectum curante, ut gravius opprimeret magnanimum illum profecto et admirabilem ejus animum.

16 Cum integrum hic annum esset commoratus, omniumque ludibrio expositus jacuisset, patientiam illius demirari pater cœpit, nec levissime suspicans se parentem esse exulis illius, peregrini, tecto carentis, mendici. [illegible] ipsum deinde talis cogitatio, non esse [illegible] consentaneum, divinum hominem in atrio suo jacere: et propterea ejus (filii nempe) sibi deinceps curam gerendam esse existimavit, ac cibos Joanni copiosos quotidie de sua mensa mittebat. Ipse vero pauca quædam, quæ ad necessariam corporis sustentationem vix sat essent, delibans, cetera largiebatur pauperibus, alios præ se cupiens laute vesci. Ac sic media carnem maceravit suam ut interior forma in exteriori veluti in speculo quodam relucere propemodum videretur.

17 Mater vero acerbo dolore intima illi lancinante viscera, ignorabat eum præsto adesse quo orbatam se querebatur, atque omnino [illegible] refugiebat, ut ei post eveniret. Gravis [illegible] tristes et acerba, et multam post agnitionem pœnitentiam habens, neque tunc [illegible]. Etenim quadam vice magnifice et splendide [illegible] cum stipatoribus et pedissequis egrediens, vidit Joannem putrida tabe [illegible] et squallore [illegible] veluti [illegible] filium (heu!) [illegible] aversata [illegible] tra- [illegible] ne multo, inquit, [illegible] Hæc illa [illegible] ignara, eum se expellere quem [illegible] [illegible] Sic [illegible] Joannes [illegible] ejectus est [illegible] lum, ut divinum [illegible].

CAPUT V

Colloquium cum matre. Evangelia ei reddita.

T[illegible]

amplius expetebatur, ab his per ignorantiam execrationi habitus, expulsus, et verbo sese valens expedire, patienter tolerabat omnia, bello naturæ tam difficili se opponens. Hæc videns occultorum inspector Deus, secundum quietem ei apparet, et benignissime salutato mortem intra triduum denuntiat, et copiosa laborum præmia, præclaras coronas, et honorificam absolutamque remunerationem promittit. Experrectus autem statim flere præ voluptate affectuose ac dulciter cœpit; ac simul gratias agere Deo pro felici illo nuntio ac visione, simul et pro parentibus ex animo orare.

19 Deinde accersit familiæ præfectum, rogatque ut hæc Dominæ referat: Pauper ille, qui ante vestibulum jacet, per tuam te benignitatem obtestatur ne propter vilitatem et inopiam suam verearis ad eum accedere, Christum reverita qui figuram ejus induit, quem nostri iis qui a dexteris stant perspicue dicere: Infirmus ei pauper eram, et visitastis me: præterquam quod et est mihi, inquit, ad te sermo, qui non otiosus, scio, nec inutilis videbitur. Ille vero his egeni verbis inductus cuncta Dominæ indicat. Quæ secum diu multumque considerat, quid tandem esset sibi pauper ille dicturus: rem simul viro renuntiat, et an conveniat sibi illa pauperis visitatio sciscitatur: qui mox ut ad pauperem adeat hortatur, et, Pauperes, inquit, o mulier, Deus elegit. Cum vero differret illa ac cunctaretur, et quod divinus ait David, consilium inopis erubesceret, (res enim contempta vir pauper, et si quid habeat studio dignum, multosque præcellens) Joannes sentiens appropinquantem et prope jam in januis mortem etiam post mortem humilis esse et abjectus, omnique carere honore cupiebat, ut post paullo dicetur, iterum hæc matri renuntiat: Jam ultimam meæ peregrinationem. Te vero, si me jam aspectu non dignaris, sera tandem et inutilis subibit pœnitudo. Tunc mater multa ratiocinari, num quid sibi tandem necessarium esset dicturus: ipsum enim eam cor quodammodo ferebat, sollicitam de carissimo filio sibi pauper quidpiam posset nuntiare.

20 Imperat ergo quibusdam ministrorum ut pauperem ex tugurio abstractum ad se adducant. Adductus ad eam Joannes, jamque proximus matri filius, desiderantem viersam desiderius, mutuo oculorum conjectu salutantem residuit [illegible], adhuc tamen continebat linguam et animum, et naturæ impetum reprimebat. Magnus profecto et admirabilis animus. Deinde humili voce ac specie: Quæ a vobis, inquit, in me pauperem et peregrinum collata sunt, ea ad communem Dominum [illegible] [illegible] Quodcumque fecistis uni de fratribus istis minimis, mihi fecistis. [illegible] vitæ finis instat, ultimum hoc a te peto [illegible] [illegible] matrem rata. Hoc enim illius [illegible]

21 [illegible] Evangelium [illegible] illi obtigisset. [illegible] vel

Victoris animi se[...] Gaudio ingentem [...]

a Christo se intra triduum moriturum intelligit

matrem ad se vocat

Matt. 25, 36.

Psal. 13. 6.

Dum tandem iterum rogat, curat ut venias

adducitur ad eam

Ipse [...] pater [...] alebat

[...] pauperibus

Matth. 25. 40.

vel eumdem certe quem ei curarint. Ut cum ille vidit, illico agnovit, commotumque ei contremuit cor, et, Hic ille est, o mulier, ait, et nequaquam alius; sed idem ipse, quem nos aliquando carissimo filio comparavimus. Sed pauperem illum adeamus, et quæramus, unde et quomodo hunc sit consecutus, quantumque fluxerit temporis ex quo dominus ejus effectus est. Cito enim et aliud, quod inquirimus, ex ipso intelligemus.

pater librum olim filio datum agnoscit.

CAPUT VI.

Manifestatio sui. Obitus. Sepultura.

Continuo igitur ad Joannem accedentes interrogant, discutiunt, juramento adstringunt, ut cuncta sincere aperiat, et nihil ipsos celet. Ille fini jam propinquus, atque ita præventus, maxime cavens ne perjurio caperetur, alte ac flebiliter ingemiscens, atque in lacrymas effusus, vere affectionibus humanis fortior, latentem ipsis Joannem detegit : Ego sum diu vobis quæsitus, inquit, Joannes; atque hoc Evangelium ipsum illud est, quod vos circa meum a vobis discessum petenti comparastis. Quibus pater et mater intellectis, accurate filii indicia oculis observant, certoque ipsum ex vultu, voce, aliisque signis agnoscentes, pene linquebantur animis, lætitia simul et luctu immenso oppressi; lætitia quidem, quod sic expetitum sibi reperissent; dolore vero, quod simul ac reperissent, e mediis ipsum manibus amitterent.

Aperit parentibus, quis sit

23 Itaque extremum illum jam complexi, eique circumfusi, magno eum affectu inclamabant complorantes. O expetite multum, inquiebant, ac luctuose nobis fili! o viscerum dissolutio! o parentum vulnus! o aculeus medio cordi penitus infixus! ut nobis jam repertus acerbius, quam prius amissus animum sauciasti! Tunc enim abblandiebatur aliqua nobis spes reditus, et vehementia doloris spei dulcedine leniebatur; nunc autem et ipsum tollis nobis spei solatium, ac si ideo repertus fores, ut nos amplius excruciares, utque solum ostenderes desperatum tuum reditum. Utinam tacitus mortuus esses! utinam moriens ut vivens, sic latuisses! Sic enim non acutiorem nobis affectum fecisses; non latius inflixisses vulnus. O inventio jactura infortunatior! O expetiti conspectus, cupidos frustrati! Oportebat certe vel a reditu statim agnosci, ut esset occasio lætitiæ; ne dolorem dolor, sed voluptas aliqua exciperet, vel ignotum mori. Jam vero etiam animi pendemus, utrum prius deceat, reditum lætari an mortem deplorare. O nos miserrimorum miserrimos! Quomodo, quem ubique terrarum quærebamus, hunc in manibus habentes expulimus? O siderum orbis! o omnium inspector sol, tale videre sustines spectaculum? Quæ gemituum acerbitas, qui fontes lacrymarum ad tantum sufficient dolorem? Oportebat fili, et parentes discessus comites tibi accipere, ut et viæ munus haberemus carissimi societatem, et quos non exiguo tempore lætitia de te sperata privasti, lacrymis etiam liberares pro te fundendis. Nunc autem quis lapis, quod ferrum, qualis natura usquam tantum mali pondus feret?

flebiliter parentum ... [illegible]

24 Et ii quidem hæc et alia, quæ affectus suggerebat, filio circumfusi loquebantur, ac lamentationem ad horas quatuor protrahebant. Ad ipsum vero paulatim mors accedens sensum eripuit. Mox et ipsam, præclarus victor, animam inter parentum caras manus exhalavit. Urbem autem universam nova quædam et varia invasit affectio, voluptas, admiratio, lacrymæ. Gaudebant super adolescentis præclari inventione: mirabantur invictam longanimitatem pugilis: lugebant cum parentibus optatissima filii mortem.

moritur

25 Mater denique mandata filii oblita, aut certe amore erga ipsum victa, mox eum laceris illis pannis exuit, nitida induit veste ac splendida: at statim membrorum eam paralysis invasit, castigante facinus filio. O ferventem erga Christum amorem, quod et ipsa certaminum symbola propter eum multo cariora athletæ, quam mater ipsa, fuisse videntur! Pater igitur conjugem sic constitutam cernens, filii mandata ei revocat ad memoriam : et simul atque filius pretiosis exutus vestibus, consuetis indutus, mater paralysi expedita est. Ita filius parentum quodammodo censor et admonitor fuit; significante ut videtur Deo, non parentum modo jussa filiis observanda, sed etiam parentibus filiorum morientium petitiones, quando eæ ad Dei honorem pertinent.

Mater pretiosa cum vestem induit, paralysi percutitur

antiqua lacerna reddita sanatur

26 Sepultus est ergo strenuus luctator in ipso tugurio, uti petierat. Sciebat enim talem humilitatem longe facilius, quam eximiam claritatem ad superna pertingere tabernacula. Templum deinde ei a parentibus exstructum est, omniaque ejus gesta ab ingressu in monasterium, publice innotuere.

Templum ei extruitur

27 Post hæc ejus quoque parentes rebus suis optime ordinatis vita excesserunt, facultatum suarum parte templo consecrata, parte in egentes erogata, ut arbor ipsa etiam aliquid haberet fructui suo consentaneum, ad gloriam Dei et Patris Domini nostri Jesu Christi, cui debetur omnis honor, imperium, magnificentia, ac majestas, nunc et semper et in secula seculorum, Amen.

Parentes sua omnia in pias caussas expendunt

ALIA VITA

e ms. *Græco versa a Card. Sirleto,*

edita a Lipomano et Surio.

CAPUT I.

S. Joannis educatio, desiderium vitæ monasticæ.

Viri justi et perfecti vitam, honeste, pure, et cum virtute actam, vobis qui concordes in hunc locum convenistis, narrare in animo habeo : vixit enim ille temporibus nostris. Qui cum hujus vitæ negotia singulari sapientia, et in Christum fide ac pietate contempsisset, cœlestia bona consecutus est. Res ipsa cujusmodi sit, narratione hac explicabitur.

2 Fuit in urbe Roma vir quidam valde dives, et dignitate illa præditus, qua ii sunt, qui exercitus ducunt. Nomen viro illi erat Eutropius : ejus autem conjunx Theodora vocabatur. Is habuit tres filios, e quibus duo civilibus magistratibus ab ipso occupati erant. Qui vero natu erat minor, Joannes appellabatur. Eum ad litteras discendas pater magistro tradidit. Itaque cum primas eruditionis litteras didicisset, ad Rhetoricos et Philosophicos libros cognoscendos se traduxit. Cum vero duodecimum annum ageret, et omnia fere perfecte didicisset, eo quod boni et elegantis ingenii esset puer; cumque Christi fidem servaret, præter cetera sanctis ecclesiis vacabat, neque horam unam a libris discedebat, ita ut Grammatici homines adolescentuli perseverantiam obstupescerent.

S. Joannes nobilibus parentibus ortus.

studet litteris et pietati

3 Quodam autem die Abbas quidam e superioribus partibus ex venerabili eorum monasterio, qui vocantur Acœmeti, eo quod numquam cubare soliti sunt, cum votum fecisset, ut Hierosolymam proficisceretur, venit in eam domum, in qua Joannes docebatur, et eos qui illam habitabant, exoravit, ut apud ipsos diversari posset. Ejus viri habitum, et exercitationis institutionem, cum B. Joannes vidisset, a sancto Spiritu inflammatus, cœpit ab eo quærere, undenam esset, quo iret, et quænam foret exercitationis ratio, quam monasterium illud, e quo discesserat, teneret. Monachus igitur ille a puero interrogatus, omnem vitam et exercitationis regulam enarravit. Patefecit autem et res suas, quod scilicet devotionis caussa Hierosolymam proficisceretur, ut illic Deum oraret, et sancta loca veneraretur, ac rursus in sanctum monasterium, e quo discesserat, rediret.

colloquitur cum monacho Acœmeto

4 Hæc cum Joannes audivisset, manu apprehendit monachum illum, et seorsum duxit, ac jurejurando valde horribili eum adstrinxit, ut postquam iter illud perfecisset, ad eum rediret, ut secum una ipsum ad sanctum

desiderat fieri monachus

Ex Lipomano

sanctum illud monasterium duceret. Tunc dicebat illi B. Joannes: Audi, quæso, mi Abba, et mei commiseratio te tangat. Nam parentes mei, cum me præter ceteros fratres, et alios omnes domesticos diligant, et eruditionis ac doctrinæ litteris plurimis me instituendum curent, cogitant ad magnum aliquem dignitatis gradum me extollere. Ut enim dicit Dominus et pater meus, vult me provehere ad dignitatem aliquam, quæ major sit, quam gradus ille est, quem Tribuni militares obtinent. Post hæc omnino me nuptiis copulare in animo habet. Sed ego partim in sanctam ecclesiam veniens, partim ex iis, quæ legi, et mecum ipse cogitavi, res omnes, quæ in hac vita sunt, vanas esse cognovi, et illum solum salvum esse, qui hujus vitæ rebus contemptis, constanter in isto vestro habitu Christo servit. Quamobrem a te supplex peto, Domine, ut me ducas, et in illo sancto monasterio connumeres. Hæc cum audivisset monachus ille, jurejurando se rediturum promisit, et eum secum una in monasterium ducturum.

Librum Evangeliorum petit a parentibus

5 Cum ita igitur inter se convenissent, uterque in suam viam abiit. Cum vero monachus ille discessisset, hæc secum B. Joannes dicebat: Interea hoc primum faciam: a meis parentibus sanctum Evangeliorum librum petam, ex quo Christi traditiones ediscam, et quomodo possim ea facere, quæ Christo grata sunt. Itaque parentes adiens: Non possum, inquit, præ pudore in gynasium ire, cum omnes, qui mecum una litteras discunt, postquam res illas expedierint, quæ in gymnasio exercentur, secum habeant Evangelia, et sedentes ea legant: at ego talis sum, quasi unus ex iis, qui parentes non habent, cum Evangeliis caream. Itaque supplex a vobis peto, Domini mei, ut mihi quoque jubeatis Evangelium dari, quo et ipse illud in manibus meis habens ediscam. Hæc cum ejus mater audivisset, valde lætata est, quod ejus filius tanto discendi studio teneretur, et cum viro collocuta, Age, inquit, Domine mi, cura, ut talis Evangeliorum liber conscribatur, et filio nostro detur, qui non solum litterarum figuris, et his quæ intus scripta habuerit desiderium filio commoveat, sed etiam ipsius conglutinatione et exteriori specie ita pulcher sit, ut ejus desiderium magis excitet. Statim vero ejus pater jussit aurificem vocari, eique dixit, ut tantum pecuniæ sumeret quantum satis esset ad Evangeliorum librum filio conglutinandum. Aurifex igitur cum quingenta numismata, et pretiosos lapillos ac margaritas sumpsisset, librum Joanni conglutinavit. Cum vero Evangelium ipse Joannes accepisset, et in manibus teneret, studiose illud didicit, expectans quoad monachus, de quo supra dictum est, reverteretur.

Accipit valde pretiosum.

CAPUT II.

Fuga ad monasterium Acœmetorum.

Statuit cum monacho clam discedere

Intervallo temporis monachus ille reversus est, quemadmodum se facturum promiserat. Quem cum vidisset Joannes, valde gavisus est, et occurrens animo admodum læto, eum amplexus, his verbis affatus est: Domine mi, parentum meorum affectum et nimiam ipsorum in me benevolentiam nemo scit ut ego ipse. Novi enim matrem meam præcipue talem in me esse, ut si quid hujusmodi præsenserit, lacrymis suis propositi mei cursum impediat. Itaque te precor, ut tacite discedamus, ne quis id sciat, quod facimus. Tum monachus: Faciemus, inquit, fili, quod vis: votis enim tuis Deus satisfaciet. Itaque Joannes secum ducens monachum illum, ad fluminis ripam accessit, et nauclero quodam invento, ait: Rogamus te, frater, ut liceat nobis navigium tuum conducere, quo ad eorum monasterium, qui Acœmeti vocantur, nos vehas. Quibus ille: Ego, inquit, propterea hic sedeo, ut onus aliquod capiam, et navigium meum impleam, verumtamen multi sunt ipsius merces. Tunc Joannes dixit: Expecta frater usque ad tertium diem, et a me navigium conducetur. Cum ita inter se convenissent, discesserunt. Tuncque Joannes dixit monacho: Multa erit merces, qua navigium hoc conducitur: illud autem consilium valde placet, ut rationem ineamus, qua parentes discessum meum non impediant. Ibo igitur, et aliqua ficta excusatione a parentibus meis petam, ut mihi pecuniam largiantur: ea vero navigium conducemus. Tum monachus: Vade fili: Dominus dirigat omne tuum consilium bonum.

Quærit navigandi opportunitatem

Pecuniam in naulum necessariam a parentibus extorquet

7 Venit igitur Joannes, et matri suæ dixit: Mater mea Domina, quæ ab initio ita me educasti, ut paucæ admodum matres filios suos educarunt, et propter summam tuam in me benevolentiam, quicquid ipse optavi, mihi præstitisti; unum est, quod præterea ego a te ac patre meo peto, idque vestræ gloriæ caussa exopto. Ad hæc mater: Pete, inquit, fili, quicquid vis. Tum Joannes: Mater mea Domina, omnes pueri, qui sunt in gymnasio, non semel tantum atque iterum, sed sæpius me in convivium vocarunt: ego cum illos similiter accipere non valeam, in gymnasium ire non possum: ita pudore multo perfundor. At illa: Expecta, fili, hodiernum diem, et ego patri tuo persuadebo, ut tibi det pecuniam, qua invitare possis, quoscumque velis. Hæc dixit mater, et absente filio, singula viro suo narravit, quæ a Joanne acceperat. Cui vir: Demus, inquit, illi centum aureos nummos, et puerum qui eum custodiat et observet, ne quo modo adolescens proclivior evadat, et in sordidum ac turpem aliquem usum pecuniam conferat atque consumat. Placuit utrique consilium illud.

8 Cum igitur Joannem accersivissent, dederunt illi pecuniam, et puerum custodem. Joannes vero, acceptis centum illis aureis nummis, ea re valde gaudens, ad monachum venit una cum puero illo, et ait: Mi Domine, hic homo meus est: ipse tecum hic manebit: ego vero ad socios meos adibo, ut ab ipsis audiam certum diem, quo illos in convivium accepturus sim. Abiit igitur, et secum habens pecuniam, navigii dominum adiit, ac dixit: Rogo te, frater, ut mihi et monacho tantum navigium loces. Cui navigii dominus: Dixi, inquit, tibi multa mercede navigium conduci: quod si expectetis, vos una cum reliquis oneribus accipiam. Tunc illi Joannes: Accipe a me mercedem tuam, modo nos salvos pervehas. Hoc cum dixisset, centum nummos aureos ei numeravit. Quos cum daret: Rogo, inquit, te frater, ut cœlum ipsum bene inspicias, cumque is ventus flare incipiat, qui ad nos vehendos idoneus esse possit, tunc in navigio tuo stans, nosipsos nutu voces: suspectos enim habemus quosdam homines, et fuga uti volumus. Tum ille centum aureis nummis acceptis, valde lætatus, dixit: Vade, Domine mi, et securus esto, quod vos incolumes perveham. Abiit igitur Joannes, et monacho rem narravit clam puero illo, quem pater custodem apposuerat.

Navigium conducit

9 Post aliquod temporis intervallum, Joannes monacho, et puero dixit: Eamus ad fluminis ripam, eo quod intra duos dies futurum est, ut ego sodales meos in convivium accipiam, unde boni alicujus piscis obsonio indigemus. Cum igitur eo venissent, Dei voluntate factum est, ut ventus navigationi accommodatus flare cœperit. Itaque nauclerus e navigio ipso crebris nutibus illos vocabat. Cum vero puerum ipsum, si ibi maneret, latere non possent, ei dixerunt: Abi puer in gymnasium, et vide, quid adolescentes illi faciant, et redi huc, ubi nos invenies. Abiit puer. Joannes vero et monachus navigium conscenderunt, et illinc navigantes, ad sanctum illud monasterium incolumes vecti sunt.

Clam aufugiunt custode a se dimisso.

CAPUT III.

Vita monastica. Desiderium revisendi parentes.

Narravit autem monachus ille Fratribus totum id, quod

quod verum erat, et quanta esset pueri fides. Quem cum Archimandrita inspexisset: Nimium, inquit, adolescens es, o fili: nobis autem mos est, ut qui monasticam vitam profiteri velit, quadraginta dies apud monasterium maneat, et cum exercitationis nostræ regulam consideraverit, ita tondeatur. Ad hæc Joannes: Obtestor te purissimam Trinitatem, ut hodie me tondeas, quoniam isto Angelico habitu indui vehementer cupio ac studeo. Tunc Archimandrita puero illi benedixit, cumque eum totondisset, habitu induit. Ipse vero multo studio et animi alacritate, exercitationi monasticæ vacabat, Deum ipsum nocte et die precans. Mansit autem annis sex in monasterio illo, et omnibus qui illic erant, exemplo fuit, quo pacto humilitatem exercere, ac Deum ipsum orare deberent.

Tondetur, et habitu monastico induitur

11 Talem autem continentiam sibi præscripsit, ut nihil aliud gustaret, nisi pretiosum Christi corpus et sanguinem, ita ut Archimandrita ille miraretur, ac diceret: Tu quidem adhuc puer multum laboris tibi ipse imposuisti: itaque corpus tuum imbecillius efficitur, quam ut divinæ gloriæ ministerio sufficere possit: continentia enim, jejunium, et vigiliæ multæ ipsum corrumpunt.

miræ abstinentia vivit

12 Jam vero bonarum rerum hostis diabolus, cum adolescentis illius studium multum et sancti propositi cursum intentum videret, vehementer contra illum furere cœpit. In quem cum acerbissime affectus esset, et generosam ejus mentem et cogitationes superare, et a Christi spe removere non posset, talem mœrorem, et tantum parentum desiderium in ejus adolescentis mentem injecit, ut nocte et die de illis cogitaret, et ante oculos haberet, quanto comitatu ac servorum ministerio parentes uterentur: denique omnem vitæ hujus fallaciam ac vanitatem propositam habebat. Itaque multis jejuniis, vigiliis, et nimio parentum desiderio factum est, ut ejus corpus non caro, sed instar umbræ tenue videretur. Archimandrita vero cum adolescentem ita extenuatum atque afflictum vidisset, ut jamjam e vivis excessurus putaretur: An non tibi dixi, inquit, fili Joannes, Deum ipsum hoc tantum a servis suis postulare, ut eum pro viribus colant? Tu vero supra vires tuas ista exercitatione utens, teipsum nimis extenuatum et gracilem reddidisti. Ad hæc Joannes: Scito, Pater, non jejuniis me domari, sed peccata mea impedimentum mihi afferre. Multis enim abhinc diebus bonarum rerum inimicus diabolus cor meum conturbavit, et parentum ac videndæ familiæ meæ desiderium animo meo suggessit: neque perditus hic hostis illud videt, quod, Deo meo volente, et vestris precibus mihi opitulantibus, quamvis ad videndos parentes meos profectus fuero, ipsum tamen conculcabo, et ejus conatum imbecillum atque inanem esse ostendam. Tum illi Archimandrita: Nonne, inquit, fili, tibi dixi, cum primum monastica professione initiari voluisti, nostræ exercitationis certamen magnum, et laborem multum esse? Hæc cum dixisset, et adolescentis caussa lacrymatus esset, ei benedixit.

tentatur parentum desiderio

minuit tentationem Archimandritæ.

13 Postero autem die Joannes Archimandritam adiit, cumque ad ejus pedes se abjecisset ipsum rogavit, ne sibi succenseret, sed pro se Deum precaretur, et concederet abire, et parentes videre, eaque ratione diabolum, Domino adjuvante, conculcare. Archimandrita cum omnes Fratres, qui erant in monasterio illo, congregasset, et attentis precibus pro adolescente illo Deum oravisset, cum gemitu et lacrymis, Vade, inquit, fili, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et tecum una venientem habeas Dominum Jesum Christum, qui te ducat in via ista, prout ipse vult. Joannes vero cum e terra surrexisset, Fratres omnes obeundo, genibus flexis, petiit a singulis, ut extensis manibus illi benedicerent: et ita eos salutans, Salvi estote, inquit, omnes Patres et Fratres: salva esto laudabilis et sancta societas;

et tum tabeundi facultatem obtinet[illegible]

petit benedictionem a singulis Fratribus

quæ me bene suscepisti: ego omnino vestro tecto indignus sum.

Ex Lipomano.

CAPUT IV.

Reditus ad ædes paternas. Habitatio sub tugurio.

Cum igitur a sanctis illis Patribus Deo commendatus esset, exiit e monasterio illo, et ab ejus janua longius progressus, se convertens, et sanctum monasterium adspiciens, tristem atque acerbum gemitum emisit, et flexis genibus, Deum ipsum sic oravit, ut ejus lacrymæ in terram defluxerint: atque ita finitimam illam regionem salutavit, et lacrymas non intermittens, discessit, iterque suum fecit. Cum vero dimidium itineris confecisset, vidit inopem quemdam hominem lacera veste indutum, cui dixit: Salve, frater, et viæ comes. An placet, ut una iter faciamus? Maxime, inquit ille, gratum mihi hoc est. Cum vero una iter facerent, Joannes ait: Video te, frater, vestem tam laceram habere, ut illam ferre non possis: te igitur rogo, ut veste ista te exuas, et meam capias: ego autem tua me induam. Cumque ad locum quemdam venissent, vicissim se salutantes, singuli viam suam aggressi sunt.

Abscedit a monasterio flens

mutat vestem cum paupere

15 Cum vero Joannes eo venisset, unde parentum suorum ædem e regione prospiciebat, seipsum in terram dejecit, et Deum ita precabatur: Domine Jesu Christe, ne derelinquas me. Cumque ad multam noctem parentum suorum januam adiisset, rursus in terram prostratus ac lugens, Deum ita precatus est: Domine Jesu Christe, en parentum meorum domus, quam mihi ostendisti: sed ne a gratia tua decidam, da mihi, quæso, ut superato diabolo, hoc in loco bene moriens, non amplius tentationem aliquam patiar. Mansit itaque illic tota nocte illa.

jacet ad fores domus paternæ

16 Ut vero dies illuxit, atrii fores patefactæ sunt, ut solebant, eo quod ejus parentes paullo post egressuri essent. Exiit autem familiæ Præfectus, qui cum ipsum lacera veste indutum vidisset, Quis, inquit, tu es, et undenam, et quare cum talis sis, huc accedere ausus es? Discede isthinc, quoniam domini mei egressuri sunt. Tum Joannes: Quæso, Domine, ut misericordia me prosequaris: sum enim homo pauper. Sine igitur me in hoc angulo manere, (nihil enim mali facio) atque hujus rei mercedem a Deo ipso expecta, si me pauperem ad hujus atrii fores manere permittas. Permisit ille, et abiit.

moratur in angulo atrii:

17 Exierunt autem ejus parentes in atrium. Quos cum Joannes vidisset, totus lacrymis repletus est, ac secum dixit: En diabole, et parentes meos, Deo ita volente, adspexi, et sagittas tuas ardentes contemno, Christi ope adjutus. Ac rursus dixit, Domine Jesu Christe, ne derelinquas me. Et manebat in illo angulo. Cœpit autem ejus pater e mensa sua cibum illi mittere, dicens: Hujus pauperis patientia multa est: quippe qui in tantis pluviis, et multa glacie tam patienter ac fortiter in hoc atrio commoratur. Potest Deus ipse per hominem hunc nobis salutem afferre. Omnino enim propterea huc missus fuit homo iste, ut et nos per illum salutem assequamur.

a patre patientiam ejus mirato cibos accipit

18 Exiens autem domo quodam die mater illius, cum eum ita abjectum vidisset, indignans substitit, quod tamquam horrendum aliquid videre sibi visa esset, et ad pueros suos conversa: Auferte, inquit, isthinc hominem istum, quod non possum illo sic jacente transire. Statim igitur servi hominem illum vi pertraxerunt. Cum vero aliquantulum a foribus illis longe abesset, manebat illic neque aliquo discedebat. Egredienti autem aliquando familiæ Præfecto: Rogo te, inquit Joannes, quemadmodum initio misericordia me prosecutus es, ita et nunc parvum aliquod tugurium mihi construas, ut a glacie defendi possim, neque a vestra domina unquam videar. Hæc cum ille audivisset, nihil moratus, parvum quoddam tugurium ei composuit: in quo manebat, Deum orans. Ei autem pater

jussu matris longius removetur:

tugurium sibi extrui petit

Ex Lipomano. *cibum suum dat pauperibus*

pater quotidie cibum mittebat. Verum quæ a patre mittebantur, pauperibus ipse distribuebat, ex eis non edens, neque bibens, ita ut omnes pauperes ad eum currerent, et ab illo nutrirentur. Itaque ejus corpus sic extenuatum erat, ut ossium compages numerari possent : tanta continentia se afflixerat.

CAPUT V.

Manifestatio sui. Mors. Sepultura.

A Christo sibi apparente mortem instantem intelligit

Tertio autem post anno, cum benignus Deus multum ejus laborem adspexisset, eumque virtutis exercitatione perfectum vidisset, apparuit ipsi et dixit : Salve Joannes, qui revera hoc nomine appellaris : eo enim, quod fecisti, te illi Joanni, qui virgo fuit, similem ostendisti : nam cum omnia dereliqueris, me secutus es. Tuæ igitur exercitationis tempus, et laborum tuorum certamen completum est. Post tres dies ad me venies, ad illam justorum hominum requiem. Experrectus autem Joannes flere cœpit, et Deum ita precari : Ago tibi gratias, Domine Deus, quod me indignum hominem illa justorum requie dignum facere velis : sed memento, quæso, et parentum meorum, et ipsos misericordia prosequere, illorum peccata non reputans, sed delens, quoniam solus tu clemens es et misericors.

ad se secundo matrem advocat

20 Cumque has preces complevisset, prædictum familiæ Præfectum ad se accersitum, sic affatus est : Quemadmodum ab initio usque ad hanc horam misericordia me prosecutus es, ita, quæso, et nunc facias. Unum est, quod a te peto, ut meis verbis dominæ vestræ significetur. At ille : Age, inquit, dic, si quid vis. Tum Joannes : Eas igitur, et illi hæc dicas : Pauper ille, quem ad fores jacentem expellere jussisti, per me a te petit, ne superbo animo pauperem inopem despicias, Jesum Christum Dominum respiciens, sed patienter digneris ad eum accedere, quippe qui habet quædam tibi dicere. Abiit ille, et dominæ suæ nuntiavit quæ a Joanne acceperat. Tum illa : Num, inquit, aliquid est, quod pauper iste mihi habeat dicere, quæ non possum ad eum accedere, neque ipsum adspicere? Virum autem suum adiit, et ipsi hæc significavit. Cui ille dixit : Abi uxor mea, et pauperem ne despicias : pauperes enim Deus elegit. At illa adhuc iter suum differebat. Rursus Joannes ad eam misit, qui ejus verbis diceret : Post tres dies ego moriar : at tu si huc venire, et me videre nolueris, postremo teipsam pœnitebit. Illa cum de ejus morte audivisset, exiit, et pueris suis præcepit, ut pauperem illum ad se ferrent.

Matth. 25, 40

21 Ille vero cum esset contectus, agnosci non poterat, sed hæc dixit : Merces tua, o Domina, completa est, sicut Dominus dixit in Evangeliis suis, quo loco ait : Quæcumque feceritis uni ex istis fratribus meis minimis, et mihi fecistis. Ego vero, ut pauper et nihil habens, benedictionem quamdam tibi volo derelinquere : sed jurejurando promittas velim, te facturam quæ dixero, et ita benedictionem accipias. Juravit illa se observaturam quæ audiret. Tum ille : Per eum, inquit, ipsum te obtestor, per quem et tu jurasti, ne jubeas me alia veste tectum sepeliri, nisi hac ipsa, quam nunc habeo : et in hoc ipso loco, ubi tugurium meum est, facias me humari : quoniam neque aliis vestibus, neque nobiliore aliquo loco ego dignus sum. Hæc cum dixisset, illi Evangelium tradidit, ac dixit : Hoc tibi in hac vita propugnaculum, et illius futuri ævi bonum tam tibi, quam Domino meo viro tuo sit viaticum. Illa cum Evangelium accepisset, undique illud versans, ait : Simile Evangelium hoc illi est, quod olim Dominus meus filio nostro dedit. Cucurrit igitur, et viro suo librum ostendit. Quem cum ille agnovisset : Vere, inquit, Evangelium illud hoc est, et non aliud. Sed undenam ipse hoc habuit? Par est illum interrogare, ubinam sit filius noster Joannes.

petit iisdem in vestibus, et loco tugurii sepeliri

dat matri Evangelium.

et se filium ejus esse confitetur

22 Cum igitur ad ipsum venissent, dixerunt : Obtestamur te per purissimam Trinitatem, ut nobis vere dicas, undenam Evangelium hoc habueris, et ubi sit filius noster Joannes. Ille cum lacrymarum vim ferre non posset : Ego, inquit, sum Joannes filius vester : ego sum multarum lacrymarum vobis caussa. Evangelium hoc illud est, quod vos mihi dedistis. Sed Christum meum desiderans, suave illius jugum portavi. Hæc cum parentes audivissent, ad filii collum se abjecerunt, et ab hora prima usque ad sextam ita fleverunt, ut omnes, qui urbem habitabant, una cum illis filium agnitum fleverint. Ut vero ejus recta et sancta institutio, nulla vitæ hujus perturbatione macularetur, illius Spiritus, quem loquentem in se habebat, ope adjutus, animam suam Deo reddidit.

moritur

Mater aureis vestibus eum induens, fit paralytica

23 At ejus mater oblita quod juraverat, laceratis vestibus illum exuit, et aureis induit : quibus cum ille indutus esset, repente mater paralytica effecta est. Cum vero ejus pater verba illius memoria repeteret : Servetur, inquit, quod sancti nostri filii voluntas postulavit. Cum igitur aureis vestibus eum exuissent, laceris illis induerunt, quas antea habere solitus fuerat. Quo facto, statim ejus mater sanata est. Illius autem sancti viri reliquias in tugurio illo parentes condiderunt, et sacram ædem illic ei construxerunt, omniaque bona sua sacro illi templo dedicarunt. Cumque multas pecunias in peregrinorum ministerium contulissent, in pace diem suum obierunt. Hæc fuit Joannis institutio, hæc vita, et sanctæ ipsius exercitationis ratio. Hic, inquam, cum diabolum conculcasset, supernæ vocationis bravio dignus effectus est, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria sit et imperium in secula seculorum. Amen.

restituens laceras sanatur

Templum exstruitur

DE SANCTO MAURO

ABBATE GLANNAFOLIENSI, IN GALLIA.

Ann. DLXXXIV XV Januarii

Quem *S. Benedictus instituerat, sanctissimisque legibus fundarat Ordinem*, S. Maurus *ejus discipulus præcipue propagavit : nam per eum* ejusque discipulos, *ut in Chronico Casinensi scribit Leo Ostiensis lib.* 1, *cap.* 2, omnis ordo et regularis disciplinæ norma, quæ per sanctissimum Patrem Benedictum in *Casinensi monasterio* fuerat constituta, per totam Galliam diffusa ac disseminata est. *Eum Benedictini officio duplici venerantur XV Januarii, quædam Ecclesiæ, ut Parisiensis, semiduplici. Nomen omnibus Martyrologiis inscriptum est. Breviter de eo Usuardus :* In territorio Andegavensi S. Mauri Abbatis, *addunt quædam, etiam perantiqua, MSS.* discipuli B. Benedicti Abbatis. *At Romanum, cui consonant multa et manu exarata et typis cusa :* In territorio Andegavensi B. Mauri Abbatis, discipuli S. Benedicti, cujus disciplinis ab infantia eruditus, quantum in ei profecerit, inter alia quæ apud eum positus gessit (res nova et post Petrum fere inusitata) pedibus super aquas incedens patefecit. In Gallias inde ab eo directus, constructo ibi celebri monasterio, cui quadraginta annis præfuit, miraculorum gloria clarus in pace quievit. *Celebrant eum quoque Beda vulgatus, Ado, Petrus de Natal. Bellinus, Maurolycus, Galesinius, Canisius, Felicius, et reliqui.*

S. Maurus natalis

2 *Vitam ejus S. Faustus, testis oculatus, litteris tradidit. De eo Sigebertus de illustr. Eccles. scriptor. cap.* 32 : Faustus discipulus S. Benedicti, ab ipso Benedicto

Vita a S. Fausto, scripta,

Benedicto missus ad Gallias cum Mauro, ejus monacho, vitam ipsius Mauri monachi descripsit. *Qua fide scripta sit hæc Vita, ipsiusmet Fausti testimonio patet: nam eam se* Bonifacio *Papæ ostendisse scribit, atque ab eo* approbatam, laude dignam *judicatam*, suaque sancta auctoritate roboratam. *Quod et Leo Ostiensis lib.* 1, *cap* 3, *testatur*: Tertio interea Bonifacio Apostolicæ Sedi præsidente, memoratus Faustus, qui cum B. Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranense cœnobium redit, atque a B. Theodoro (qui tunc post sanctæ memoriæ Valentinianum tertius eamdem congregationem regebat) rogatus atque compulsus, historiam de vita B. Mauri signata veritate conscripsit, quam idem Papa Bonifacius approbans, sua auctoritate roboravit. *Creatus Pontifex est Bonifacius XV Kal. Martias anno* 606, *eodemque anno, die XII Novembr. decessit. Unde patet omnino grandem natu fuisse* Faustum *cum hanc vitam scripsit. De eo plenius agemus XV Februarii, quo die Sanctorum Fastis adscriptus est.*

3 *Edita est ea Vita a Lipomano et Surio. Nos eam e plurimis MSS. codicibus descripsimus, e quibus alteram præfationem addidimus, sive narrationis exordium, cujus meminit Baronius in Notat. ad Martyrol.* Habemus, *inquit*, in nostra Bibliotheca eamdem Fausti scriptionem, alia tamen præfatione præposita, cujus est exordium, Postquam Divinitas etc. *Inseruimus et tria capita libri secundi Dialogorum S. Gregorii, quæ a se quoque e vita S. Benedicti fuisse transscripta ipse Faustus testatur, et habebantur in MSS. monasteriorum S. Maximini Treviris, Marchianensis, S. Mariæ Bonifontis, S. Mariæ de Ripatorio, atque Ecclesiæ S. Audomari. Ceteros qui S. Mauri res gestas prosecuti sunt nihil attinet percensere, cum fere innumeri sint. Maxime obvii sunt Petrus de Natalib. lib.* 2, *cap.* 79. *Vincentius Bellovac. lib.* 2, *cap.* 67, 68, 71, 72. *S. Antoninus par.* 2, *tit.* 15, *cap.* 14, § 2 *et* 3. *Ribadeneira, Haræus, Villegas, Lippelous, Gazæus, Doubletus, Joannes Basilius Sanctorius, Trithemius, Yepez in Chronico Benedictinis fuse, Baronius to.* 7, *Annalium etc.*

4 *Arnoldus Wion ex* Anicioruma *gente ortum fuisse* Maurum *tradit, patre* Æquitio, *ut scribendam esse contendit, citatque antiquam donationum instrumenta, quæ non vidimus, sigillum* Æquitii, *quod profert, haud facile nobis genuinum esse probaverit.*

5 *De ætate* S. Mauri *magna controversia est, quæ ab anno obitus S. Benedicti pendet, quem inquiremus* 21 *Martii. Nam quem Faustus ignasse characterem visus est,* [illegible] *Paschæ decessisse, is maxime* [illegible] *cum Gothorum regnum capessivit Totilas anno* 541. *At post eum annum in XII Kal. Aprilis non incurrit* [illegible] *Paschæ usque ad* 604. [illegible] *Patriarch.* [illegible] *XXI M.* [illegible] *Cyclum ab* [illegible] *Faustum, verissimum* [illegible] *ab iis quibus hæc narrabat,* [illegible] *Baronius* [illegible] *Mauri ætatem colligit.* Oblatus est a patre Eutychio S. Benedicto anno a Christo Domini quingentesimo vigesimo tertio, [illegible] annos viginti [illegible] missus in Gallias [illegible] S. Benedicti, [illegible] ad Dominum [illegible] anno Christi quingentesimo [illegible] quarto

VITA

Auctore S. Fausto ejus æquali,

ex multis veteribus MSS

PRÆFATIO AUCTORIS

Faustus, famulorum Christi famulus, omnibus monachis, qui sunt in Oriente et Occidente, Meridie et Septemtrione, et fidem, quæ secundum pietatem est, una nobiscum in Domino retinent, gratia, misericordia, pax et propitiatio a Deo Patre omnipotente, conditore omnium; et ab Jesu Christo unico filio ejus, Domino, Redemptore ac Salvatore nostro; atque a Spiritu sancto, illuminatore et vivificatore animarum nostrarum.

2 Cum a parentibus meis omnipotentis Dei servitio nutriendus, secundum regularis normam institutionis, septennis B. Benedicto in ejus sanctissimo cœnobio, quod idem totius sanctitatis vir in Cassino ædificaverat castro, traditus fuissem, juxta miserantis Dei pietatem, qua et velle et operari in nobis perficit, pro bona voluntate, gratuita nos et omnipotentissima miseratione ut velimus præveniens, ac misericordissima gratia, ne frustra bona, quæ inspirare dignatur, aggredi conemur, subsequens, quin magis, ut recta in illum fide credentes, atque in bonitate et simplicitate cordis de illo sentientes, pro his quæ ipse tribuit et immittit, præmia nos æternorum ab eo recipere speremus gaudiorum; si tamen propositi nostri et fidei rigorem ad finem usque firmum ac inconvulsum servemus. Postquam autem, ut ipsi superno placuit opifici, annos puerilis ætatis emensus sum, et uti jam liberæ facultatis cœpi permissione; ex integro me pro viribus, uti licuit posse tunc et scire, monasticæ mancipavi observationi, adeo ut ne momento quidem visioni beatissimi et sanctissimi Benedicti disjungi ullo modo vellem; sed semper ejus Deo placita, et hominibus imitanda instrui doctrina, ac radiantibus ædificari exemplis, ardentissimo desiderabam amore.

3 Cernens itaque beatissimus Pater me per omnia saluti propriæ, et regulari institutioni operam dare, multis sæpissime argumentationibus propositum animi mei *a* nisus est experiri, etiam de his, quæ ipse homini omnibus modis impossibilia ac importabilia esse sciebat. Sed ubi per gratiam omnipotentis Dei, qui omnes homines vult salvos fieri, me paratissimum atque promptissimum ad omne quicquid illud erat aggrediendum ac attentandum, sive etiam perferendum, esse pervidit; illico *b* specialius præ ceteris obsequiorum meorum uti servitiis cœpit, meque arcanis quibusque, et nulli pene ab eo, ut ipse asserebat, antea prius creditis, paterno affectu instruere, ac contra tentamenta præmunire vitiorum. Unde factum est, ut cum beatissimo Mauro discipulo suo, qui ab eo religiosissime nutritus et eruditus fuerat, quique vitæ merito, et perfectione virtutum, Magistri cooperator existerat, me ad partes dirigeret Galliarum, quo illic [illegible] solatium mea præberet cohabitatio (ergo quippe ex prioribus, qui ab eo educati [illegible], solus superstes [illegible]) [illegible] ab [illegible]

4 [illegible]

AUCTORE S. FAUSTO, EX MSS.

nunc videtur, tuis nihilo minus meritis, restituet gradum: et aliis e perinde nationibus hujus lumen religiositatis de hoc eodem irradiabit loco. Pro quo ut interpellatus, vel potius efflagitatus fueris, extemplo quos probabiliores in hujus grege sanctæ habes congregationis, quos deposceris mittere maturato, sciens proculdubio, quoniam laboris eorum fructus uberrimus, et tibi ad cumulum recipiendorum augmentabitur præmiorum, et illos ad habitationem perennis introducet beatitudinis. Hoc ergo sanctissimus Deoque carissimus Pater certus factus responso, mox ut legatione *d* Cenomanici Antistitis conventus et *e* exoratus est, continuo summæ religionis virum evocans Maurum, cum consilio totius congregationis, legatis eum ipsius assignat Præsulis, dans illi socios et cooperatores, Simplicium, et Antonium, ac Constantinianum; me quoque laboris eorum et peregrinationis, non dico operum perfectorum, comitem deputans.

d e cum S. Mauro et aliis mittitur in Gallias.

5 Ego itaque cum longe post transitum egregii Confessoris Christi Benedicti Magistri nostri, operum mirabilium patratoris, sepulto jam beatissimo Mauro, et duobus comitibus nostris, Constantiniano scilicet et Antonio, ad nostrum monasterium, ultimam pene [illegible] agens ætatem, una cum Simplicio, juxta mandatum B. Mauri [illegible] gressus, compulsus ab omnibus Fratribus Cassinensis cœnobii, de quo profecti fueramus, et præcipue a religiosissimo viro, [illegible] Theodoro, qui tertius post sanctæ memoriæ Valentinianum [illegible] tempore Lateranensis congregationem rexit monasterii, historiam de vita et conversatione, sive etiam de profectione ejusdem beatissimi Mauri, necnon etiam de constructione cœnobii, quod Deo se juvante, strenue atque [illegible] ædificavit, quin et de miraculis, quæ per illum Dominus ad laudem et gloriam nominis sui operari dignatus est, quæ et nos [illegible] oculis nostris inspeximus, altius et [illegible] infantia, senilem sum aggressus, ad [illegible] ædificationem monachorum. De veritate [illegible] gestarum rerum et narrationis, [illegible] suadeo, quia multo melius de toto silere [illegible], quam aliquid frivolum confictumque narrare. Denique hoc opusculum beatissimo Papæ B[illegible] tradi, [illegible] ipse sanctissimus Pontifex [illegible] dignum laude duxit, suaque sancta auctoritate [illegible].

in Italiam reversus vitam S. Mauri scripsit

præ[illegible] Bonifacio III Papæ

6 Deprecor autem eos, qui hoc ad legendum sumpserint, ne [illegible] conscripta stylo fastidiant, sed [illegible], quæ quamvis [illegible] existerem, ac nullius prærogativa litterariæ artis, quam [illegible], essem instructus, ea tamen quæ per [illegible] sunt, Dominus operari voluit, et quibus ipse interfui, silentio non sum passus abscondi [illegible] cum ad hæc exaranda, quoquo modo possem, tam fraterna caritate et deprecatione, quam non parvi [illegible] sanctorum virorum [illegible].

Italiam [illegible]

a [illegible] MS. [illegible] d [illegible] 3 [illegible] 2 [illegible] e [illegible]

CAPUT I.

S. Mauri institutio, ardor pœnitentiæ.

Postquam [illegible] Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, [illegible], salvationem humani generis [illegible] est dignatus, universi [illegible] Apostolorum [illegible] prædicatione, et Ecclesia Catholica [illegible] Dominum [illegible] Martyrum [illegible] patentia, infinita [illegible] quibus [illegible] fidei disciplina [illegible] Imperatoris [illegible], per longa [illegible]

toris omnium, clementissimo ac rationabili æquitatis jure est subdita; diversi longe lateque per Dei providentiam sancti extitere viri, qui adversus mundi Principem, divino vallati adjutorio, viriliter decertantes, corporisque illecebras, et voluptates carnis desiderio æternorum abdicantes præmiorum; tam virtute signorum potentissimi, quam doctrinæ spiritualis scientia clarissimi, quamque omnium bonorum operum executores effecti ardentissimi, et sua visione, et nostra adhuc ætate, recordatione simul et veterum micant lectione monumentorum. Inter quos, velut clarissimum sidus inter astra reliqua lucidius rutilans, tempore *b* Justini senioris et *c* Hilderici Regis Wandalorum, beatissimus ac egregius vir Benedictus, facundissimus ac luculentissimus cœnobialis regulæ scriptor, totiusque monasticæ religionis discretissimus institutor, effulsit. Quo etiam tempore sanctus Papa *d* Joannes, qui tunc sanctæ et Apostolicæ Sedi in Romana urbe præsidebat, a Theodorico Rege Ariano, sævissimo orthodoxorum persecutore, fame peremptus est, *e* Symmachus quoque Patricius ab ipso Arianæ perversitatis fautore ferro trucidatus. Hujus igitur sanctissimi Benedicti vitam quicumque pleniter nosse desiderat, secundum Dialogorum B. Gregorii librum legat, ubi quæ et qualis ei a puero institutio et conversatio fuerit, sed et miraculorum ejus opera insignia, quibus præ omnibus, quos nostri recolit memoria, clarior et sublimior habetur, lucide satis et ordinate descripta inveniet. Nos autem ea tantum ex ipso assumpsimus, quæ huic nostro opusculo inserere dignum duximus, et ut nostra legentibus, in quorum forte manus liber iste non venit, panderemus, quod perfectissimi Magistri discipulus tanto liberius Deo opitulante perfectionis peragere opera valuit, ejusdem sui Magistri comitatus et roboratus orationibus et meritis, quanto ab ipsis, ut ita dictum sit, cunabulis cum lacte carnis in ejus sancta adolevit doctrina et eruditione.

S. Benedicti sapientissimi fundatoris Religionis

b c

d

e

e cujus vita huc quædam transcripta

8 Beatissimus igitur Maurus, clarissimo Senatorum genere, patre *f* Eutychio, matre vero Julia exortus, duodennis sanctissimo Benedicto, omnipotenti Deo sub regulari nutriendus institutione, a parentibus est traditus. Qui cum adhuc junior bonis polleret moribus, sicut etiam ipsi vidimus, et frequenter experti sumus, Magistri cœpit adjutor existere, ac ejus miraculorum cooperator esse. Hunc sanctissimus Benedictus præ omnibus semper carius dilexit et instruxit, atque ita in omnipotentis Dei informavit servitio, ut nemini post ipsum in cœnobiali sacræ sanctæ observationis fuerit secundus. Quis enim unquam austerius corpus proprium jejuniis, abstinentia, ac vigiliis, squaloribus quoque ac nimiis [illegible] frigoribus? Frequenter enim eum vidimus in diebus sanctæ Quadragesimæ nec tunica, nec cuculla, nisi solummodo sacco uti cilicino, et duabus tantum vicibus in hebdomada parvissimum potius prægustare, quam sumere cibum. Iste quippe mos in omni vita sanctissimo fuit Benedicto: cujus ille exemplo provocatus, afflictione [illegible] carnem macerabat, inquantum illi ejusdem Patris sui permittebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore, sub monachili tamen, semper [illegible] a scapulis usque ad renes induebatur *g* trogillo, ejusdem subtegminis in stratu, super agrestium [illegible], tantummodo excepto [illegible] tempore, semper usus [illegible]. Tunc enim, inquantum poterat, sollicite [illegible], non jacendo, sed potius stando, vel, cum [illegible], sedendo [illegible] Nam [illegible] cum ceteris [illegible] Fratribus [illegible] vigilando [illegible] attentius procurabat, [illegible] dumtaxat horarum spatio, quibus [illegible]

f instituti in duodennis traditur Maurus,

e f carus

mira ejus abstinentia et imitator

g

[illegible] et omni ratione

[illegible] et dormitio [illegible]

[illegible]

lacrymarumque ac creberrimorum profundebat preces singultuum. Silentio vero ac lectioni ita assidue vacabat, ut pro hoc etiam ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur.

proponitur ceteris in exemplum,

9 His ergo aliisque, quas enumerare longum est, eo succrescente virtutibus, sanctissimus de illo Benedictus plerumque in conventu Fratrum, suppresso ejus nomine, quasi de alio loquebatur, junioribus et negligentioribus illum proponens sequendum. Vidimus, aiebat, nostra ætate quemdam strenuissimæ nobilitatis juvenem, infra annos adolescentiæ, ita omnis monasticæ religionis subito arripuisse perfectionem, ut alicui ex prioribus similis, imo æqualis per omnia dignissime judicetur. Sed licet hæc beatissimus Deoque dilectissimus Maurus, ac nonnulli ex Fratribus, de eo sanctissimi ore Benedicti proferri scirent, numquam tamen ille pro hoc vitio succubuit jactantiæ, ardua semper et sanctiora appetens, et toto conamine de virtute in virtutem proficere studens.

in tanta humilitate

a MS [illegible] plurimum [illegible] fidei. MS [illegible] plurimorum viam fidei. b Justinus senior a 9 Julii 518, usque ad 1 Aug. 527, imperavit. c Hildericus, Hunerici Wandalorum Regis filius, ex Eudocia Valentiniani III, Imp. filia genitus, Maximo V. CL. Cos. id est anno Christi 523 [illegible] successit, regnavitque annis 7, mensibus 3. Anno dein 531, post Consulatum Lampadii et Orestis, a Gelimere tyranno, regno exuitur, ut ex Victoris Chronico patet. d S. Joannes Papa anno 526 [illegible] in carcere [illegible] 27 Maii. e Symmachus [illegible] Boetius [illegible], eodem anno a Theoderico, falso crimine [illegible] traducti [illegible] Evita [illegible] Leo Ostien [illegible] g [illegible] 17 Janu. lib. 1, cap. 3, [illegible] 10 [illegible] trogulo [illegible] lib. 2, cap. 1 [illegible] 2 [illegible] trogulo [illegible] Trogulus, [illegible] [illegible]

Trogulus

CAPUT II.

Miracula in Cassino facta.

a In uno ergo ex monasteriis, quæ B. Benedictus ædificaverat, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat; sed mox ut se Fratres in orationem declinassent, ille continuo mente vaga oratorium egressus, terrena quælibet et vana meditabatur, vanitati et levitati, instinctu dæmonis, quem sequebatur, operam dans; et cum ab Abbate suo sæpe fuisset admonitus, nec se vellet ab hac corrigere vanitate, ab eodem Abbate B. Benedicto adductus est. Cumque ab eo vehementer increpatus fuisset, ad monasterium regressus vix biduo viri Dei admonitionem tenuit; nam die tertia ad usum proprium reversus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum iterum viro Dei nuntiatum fuisset, dixit: Ego veniam, et per memetipsum eum emendabo. Cumque venisset, et se Fratres orationi dedissent, adspexit quod ille monachus, qui ad orationem stare non poterat, a quodam nigro puerulo per vestimenti fimbriam foras trahebatur. Tunc venerabilis Pater Mauro Dei famulo, et Pompeiano ipsius monasterii Patri dixit: Numquid non aspicitis, quis est, qui istum monachum foras trahit? Qui dixerunt: Non. Et ait: Oremus ut etiam vos videatis, quem iste sequitur monachus. Cumque biduo fuisset oratum, Maurus monachus vidit; Pompeianus autem videre non potuit. Vir autem Domini altero die oratorium egressus, stantem foris monachum reperit, et eum pro cæcitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis [illegible] a nigro puerulo pertulit, ac si ipse antiquus hostis [illegible] percussus fuisset. Nemo igitur [illegible], S. Mauri [illegible] consortem [illegible] virtutis [illegible].

Monachum vagum tempore orationis

[illegible] a S. Benedicto monitum

qui [illegible] candidatus

11 *i* [illegible] tempore, dum [illegible] sanctissimus Pater Benedictus in cella consisteret, Placidus [illegible] Tertulli Patricii filius, [illegible] egressus. Qui dum vas, quod tenebat, incaute in aquam

b

d

misisset, cadendo secutus est. Quem continuo unda rapuit, et pene in unius sagittæ cursum, introrsus traxit. Quod protinus vir Dei in cella positus agnovit, et dilectissimum discipulum suum Maurum vocavit, dicens: Frater Maure curre velociter, quia puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit; eumque longius jam unda *e* pertraxit. Res mira, et post Petrum Apostolum inusitata secuta est. Benedictione etenim postulata atque percepta, ad Patris sui imperium concitus perrexit Maurus; atque usque ad eumdem locum, quo ab unda ducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam cucurrit, eumque *f* per capillos tenuit, rapidoque cursu rediit: qui mox ut terram tetigit, ad se reversus post tergum respexit; et quia super aquas cucurrisset agnovit, et quod præsumere non potuisset ut fieret, miratus extremuit factum. Reversusque ad Patrem rem gestam retulit.

Victori S. Fausto ex MSS.

S. Placidum in aquas lapsum, jubente S. Benedicto, e

f extrahit, super aquas gradiens,

12 Vir autem venerabilis Benedictus, hoc non suis meritis, sed obedientiæ illius deputare cœpit. At contra Maurus pro solo ejus imperio factum dicebat, seque conscium in illa virtute non fuisse, quam nesciens fecisset. Sed in hac mutuæ humilitatis amica contentione accessit arbiter puer, qui ereptus fuerat. Nam dicebat: Ego cum ex aqua traherer, super caput meum Abbatis *g* meloten videbam, atque ipsum me ex aquis reducere considerabam. O beatissimi viri admiranda sanctitas, qui quod sanctis obtinebat meritis, discipuli potius ascribendum censebat obedientiæ, licet eum ad majora etiam operandum pro sua sanctissima et spectabili religione, utpote a se educatum, omnimodis idoneum sciret. Sed quia caritas, quæ in Sanctorum cordibus principalem obtinet locum, non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliorum; pretiosissimus et Deo acceptus Benedictus ea etiam, quæ suis effici non dubitabat meritis, suo magis sanctissimo volebat deputare discipulo, quo ejus sanctitas hominibus nota fieret etiam in virtute signorum, quem jam Deo carissimum atque perfectissimum in omni effecerat divina observatione.

idque S. Benedicti meritis adscribit vere

g

13 *h* Alio itidem tempore idem præcipuus Pater ferramentum, quod *i* falcastrum vocatur, quodque cuidam Gotho ejus monacho, materiem veprium excidenti, de manubrio in lacum exciderat, hoc prius comperto per B. Maurum, manubrio, de quo lapsum fuerat, restituit. Denique idem ipsi dilecto suo discipulo superius nominato pœnitentiam aliquando indixit, pro eo scilicet, quod de morte cujusdam Presbyteri persecutoris sui, quem omnipotens Deus terribiliter occidit, hunc illi nuntians gaudere præsumpsisset; seque post in gravibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de ejus morte discipulus exultavit.

h

i

Pœnitentiam a S. Benedicto [illegible]

14 Ex his ergo aliisque argumentandi facultas datur, quod postea quam beati viri magisterio traditus est, omnibus pene virtutibus ejus aut interfuit, aut cooperator exstitit. Nobis vero qui hæc certissime scimus, nulla dubietas de his moveri se valet, præsertim cum grande miraculum per eum Dominus, absente tunc beatissimo Patre nostro Benedicto, in ipso nostro monasterio efficere sit dignatus, quod præter missum a B. Gregorio nequaquam miramur, et innumera signorum miracula tam in itinere, per quod simul cum eo perreximus, quam etiam in loco, quo Deo ordinante requiescit, operari voluerat.

15 Denique quodam tempore sanctissimus Benedictus, a quodam nobilissimo [illegible] [illegible] exoratus fuisset, ut [illegible] dignaretur per semetipsum [illegible] filium, quem nuper [illegible] fuerat, [illegible] pariter [illegible] et orationibus [illegible], et Sanctus Dominum pro eo, [illegible] familiari [illegible] [illegible], [illegible] Maurus qui tunc in nostro monasterio, imperio sanctissimi Patris

Pro [illegible] S. Benedicto [illegible]

Patris nostri, Præpositi ac totius cœnobii Procuratoris et administratoris post ipsum fungebatur officio, cum Fratribus ad fruges colligendas, longiuscule a monasterio est egressus. A quo opere dum ad sextam refectionis horam cum eisdem rediret Fratribus, antequam ad portam ventum fuisset monasterii, claudum quemdam et mutum puerum invenit in itinere. Cumque pater et mater pueri, ejus pedibus provoluti, et cum clamore valido et lacrymis terribile Dei nomen obtestantes, ut filium suum eis sanum redderet, genua ejus firmissime utrisque constringentes manibus precarentur, refugit pavore nimio, tale attentare miraculum, se peccatorem esse, nec talis ullo modo operis effectorem vociferans posse fieri. Maxime, inquit, cum hæc sanctorum sint opera Apostolorum, aliorumque perfectorum, qui eorum exempla credendo et imitando sectantur. Nos ergo hæc ab eo dici audientes, simul et perfectam Deoque acceptam ad talia peragenda ejus vitam et meritum sufficere cognoscentes, juncti parentibus pueri, pro restitutione ægroti eum rogare cœpimus. At ille, ut erat piissimus, lacrymis perfusus, atque in orationem prostratus, postquam diutissime oravit, stolam, cum qua eodem anno, jubente beato magistro suo, ordinatus ad ministerium fuerat Leviticum, et quam juxta morem, gratia sanctitatis, primo indesinenter ferebat anno, collo protulit, et super caput infirmi, Crucis signum faciens, posuit, atque ad cœlum oculos erigens, dixit: Domine Jesu Christe, qui discipulis tuis polliceri dignatus es, dicens: Amen dico vobis, quia omnia quæcumque orantes petieritis, credite, quia accipietis, et venient vobis, ostende etiam nunc, quia et nos servi tui, exigui licet et peccatores, in te et in verbis tuis sanctis, prout ipse largiri dignaris, eamdem fidem habemus. Et hæc dicens, ait ad debilem: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, adjutus meritis sanctissimi Magistri nostri, sta sanus et incolumis super pedes tuos rectus. Et continuo sospitati redditus, cœpit rectissime ante nos pergere, ac Deum voce exultationis et laudis benedicere, dicens: Benedictus Deus creator omnium, qui me redintegrare dignatus est meritis sanctissimi servi sui Benedicti, per beatissimum discipulum ejus Maurum. Perfectissimus ergo Benedictus, cum reversus ad monasterium, sanctis pro quibus ierat, fuisset, nobisque narrantibus, et laudantibus Deum, ea quæ contigerant, comperisset, in magna deinceps admiratione ac veneratione beatissimum Maurum habere cœpit: nec jam loco discipuli censebat æstimandum, quem ita Deo proximum jam videbat effectum.

Auctore S. Fausto, ex MSS. — *ipse, monasterii Procurator, fruges colligit* — *claudum et mutum* — *fusa prece* — *stola* [illegible] — *et* [illegible] — Matt. 11, 24 — [illegible] — *Magna* [illegible] *S. Benedicti*

[illegible footnotes: a Hæc ex S. Gregorii ... lib. 2, cap. 4, transcripta sunt. b ... cap. 7. c ... S. Placidi ... d MS. ... e ... f ... 17 ... Prolog. ... § 15 ... 67 ... 2 ... cap. ... Fabrateriam ...]

CAPUT III.

Missio in Gallias, discessus e Cassino.

Per idem tempus Legati ad nostrum venerunt monasterium, missi a beatissimo a Bertigranno, Cenomannicæ civitatis Episcopo. Nam idem sanctissimus Pontifex, audita fama sanctitatis eximii Patris nostri, Flodegarium Archidiaconum, et Harderadum b Vicedominum suum, strenuissimos scilicet atque [illegible] viros, a latere suo cum magnis xeniis ad eumdem Patrem nostrum transmisit, obnixe etiam [illegible] precibus, ut illi perfectos dirigeret Fratres, qui [illegible] secundum regularis ordinem observationis [illegible] Ecclesiæ, quam regebat, ædificare [illegible]. Perfectissimus vero Pater noster juxta [illegible] et revelationem, quæ in præfatione hujus operis a nobis pleniter est exposita, quamquam finem dierum suorum jam jamque sciret imminere, secundum quod Spiritu sancto revelante didicerat; Legatis supradicti Antistitis tam beatissimum Maurum, quam nos quatuor, quorum nomina proœmio inseruimus, assignavit; præcipiens nobis, ut non minus ipsi beatissimo Mauro, quem nobis Magistrum constituebat, quam ei eatenus, in omnibus pareremus.

17 Jam vero quis digne explicet, quantus mœror, quantusque luctus totam sanctissimam nostram subito corripuit congregationem? Quia enim sanctus Pater eis jam obitus sui reseraverat diem, spes et consolatio totius congregationis in beatissimo Mauro pendebat: illum se Patrem, illum se gaudentes post ejus transitum habere rectorem. Sanctissimus autem Pater noster tantis fletibus et suspiriis motus, omnem convocans congregationem, talem ad eos protulit orationem: Si tristandum, dilectissimi Fratres ac filii, pro tali esset negotio; mihi magis, quam vobis hinc esset mœrendum, qui quantum ad præsens, magnis videor destitui solatiis. Sed quia, dicente Apostolo, caritas benigna est, benignitatem caritatis nostræ omnimodis impendere debemus his, quos aliquo modo ea indigere cognoscimus, nec nostra tantum, quam aliorum quærere. Quapropter vos amoris paterni sollicitudine fletibus et mœrore temperare deposcimus: quia potens est Deus meliores nobis, post hujus depositionem corporis, huic sanctæ immittere congregationi, qui eam et meritis et exemplis longe præstantius, quam nostris ædificemini. Sed et illud summopere nobis est procurandum, ne versutia antiqui hostis, unde aliis talus acquiritur, inde nobis tristitiæ malo detrimentum in aliquo ingeratur. Nos etenim, quos unitatis semel in sancta caritate junxit concordia, numquam vel longissima divident terrarum spatia: quoniam semper interioris hominis adspectu, qui renovatur secundum imaginem ejus, qui creavit eum, nos quoad vixerimus tempore invicem intuebimur. Vos autem, Fratres carissimi, quos ad opus Domini construendum ad illas dirigimus partes, viriliter agite, et confortetur cor vestrum in sancto proposito et religione, procul dubio scientes, quia quanto austeriora, causa salutis aliorum, in hujus via seculi pertuleritis, tanto majora a Deo recepietis cœlestium gaudia præmiorum. Nec vos ullo modo resolutio hujus nostri mœstificet corpusculi, quoniam præsentior vobis ero, carnis deposito onere, vestrique, per Dei gratiam, cooperator existam assiduus.

18 Et hæc dicens, dans osculum nobis, prosecutusque nos cum omni congregatione usque ad ostium monasterii, osculatis cunctis nobis, ac benedictione super nos tradita, dedit sanctus suo discipulo suo Mauro librum regulæ, quem ipse Sanctus manu sua scripserat, proferrique jussit pondus libræ panis, et vasculum æneum, vini heminam recipiens, et ita non [illegible] Missis [illegible] Pontificem, ut [illegible] paterno affectu nos suscipiens tractaret, ac nobis aptum locum ad ædificandum, sicut pollicebatur, cœnobium traderet.

19 Igitur nos quarta Epiphaniorum solemniter iter arripientes, primam mansionem in [illegible] nostri monasterii [illegible], in villa, quæ d [illegible] nuncupatur. Quo advenientes, honorifice satis a duobus Fratribus nostris, Probo videlicet et Aquino, suscepti sumus, quos sanctus Pater noster hujus rei gratia pridie illuc direxerat. Ea nocte [illegible] nobis nocturnale officium, advenerunt illuc duo [illegible] ex Fratribus nostris, Honoratus beatæ recordationis vir, e [illegible] adolescens, consobrinus S. Mauri, [illegible] Patre nostro Benedicto. Quos ut vidimus, [illegible] non modico gavisi sumus, certum tenentes, quod nos aliquid magni de parte ejusdem Patris nostri [illegible] vel audituros vel percepturos. Nec nostra frustrat [illegible]

mittitur in Gallias cum 4 aliis — *S. Benedicto reliquos consolante* — 1 Cor. 13, 4 — *ipsos vero animante, et opem e cœlo pollicente* — [illegible]

sunt

[illegible] Mauro protulit munera. [illegible]

[illegible] ctissimus Benedictus [illegible]

20. [illegible]

[illegible] videas felix in profectu [illegible]

CAPUT IV

P[illegible]

22. [illegible]

[illegible] firmo subveniret, opem sui adiutorii illi ferendo [illegible]

[illegible]

Auctore S. Fausto, ex mss.

a cæco deprecante

25 Exinde cum ecclesiam pretiosorum Martyrum Christi *a* Mauritii ac sociorum ejus, gratia orationis omnes simul fuissemus ingressi, cæcus quidam ex matris utero pro foribus ejusdem basilicæ sedens, et ab intrantibus ac egredientibus quotidianum mendicando victum deposcens, comperit a sociis itineris nostri illuc Maurum advenisse discipulum sanctissimi Benedicti, cujus fama sanctitatis jam ubique percrebuerat. Cumque oratione completa ostium basilicæ egressi fuissemus, cæcus idem in pavimento toto prostratus corpore, deprecari et obtestari B. Maurum cœpit, dicens : Adjuro te Maure serve Dei, per hos pretiosissimos Thebææ legionis Martyres, et per venerabile Magistri tui nomen Benedicti, ut sanctis tuis precibus oculorum mihi lumen conferri obtineas a Domino. Sanctus ergo Domini hoc audito, parumper figens gradum substitit, eumque de pavimento surgere præcepit. Cumque stetisset ante illum, interrogavit eum, dicens : Dic mihi homo, quantum temporis jam emensum est, ex quo hæc sancta sanctorum Martyrum adiisti limina? Cui ille respondit, dicens : Undecimus pene jam elabitur annus. Et Sanctus Domini ad hæc ait : Numquid si voluissent hi sanctissimi ac Deo carissimi Martyres, qui corpora sua sancta pro Christo gladiatoribus perimenda exposuerunt, ut animas pro ipso ponerent, lumen oculorum tibi a Domino dari, impetrare non potuissent? Istos itaque attentius exorando deprecare, quorum magis hæc quam nostra sunt opera, et quorum ipsi non minus ceteris indigemus suffragiis. Et hæc dicens, cœpit abire. Cæcus vero horrenda quædam et pavenda vociferando inclamare sacramenta non intermittebat, usquequo sanctus vir, nobis etiam compellentibus, sedibus oculorum ejus, quibus eatenus luciromi solis non splenduerat claritas, lacrymis *b* madefactos dexteræ manus suæ impressit digitos, cæloque aliquantisper intendens, ac super eos signum nostræ redemptionis edens, Dominus, ait, et Salvator noster Jesus Christus, qui est vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ipse te per invocationem sancti sui nominis, et merita horum beatorum Sanctorum, ac Magistri nostri Benedicti, illuminare dignetur, ut videns mirabilia opera Altissimi, quibus distinguere mundanæ voluit formam creationis, ipsum conditorem horum ac restauratorem nostrum voce exultationis, et opere veræ credulitatis collaudes.

b signo Crucis visum restituit,

26 Hæc cum cessasset sanctus vir, statim sanguis ubertim ab oculis ejus defluere cœpit, et continuo clarissimis luminibus sphæram solis respectans, hymnum trium puerorum ex ordine decantare clara voce cœpit. Vocabatur autem vir ille Linus : qui, ut ab ipso comperimus, tam psalterium, quam omnia et diurna et nocturna audiendo didicerat officia. Habitatores autem loci illius, videntes tale miraculum per B. Maurum celebratum, simul in unum conglobati, deprecabantur eum, ut benedictionem suam super eos daret. Quibus ipse hac tantum respondit voce : Benedicat vobis Dominus Deus noster, qui habitat in Sion, ut videatis bona ejus, quæ sunt in Hierusalem, omnibus diebus vitæ vestræ. Deditque mandatum illi qui illuminatus fuerat, ut numquam jam ab ipsa ecclesia discederet, sed jugiter ibi Domino ac sanctis Martyribus deserviret. Quod ipse postmodum devotissime implevit. Cum enim post transitum B. Mauri ad nostrum reverteremur monasterium, Clericatus eum functum officio in ipsa invenimus ecclesia, et [illegible] jam agentem sene tuteta.

[illegible] S. Mauri [illegible]

[illegible] S. Mauritii [illegible] 22 Sep[illegible] [illegible] Mauri [illegible] S. Sigismundi [illegible] [illegible] M[illegible]

CAPUT V.

S. Romani visitatio. Mors S. Benedicti.

I[illegible]

in locis hospitaremur *a* Jurensibus, et mulier quædam vidua, *b* Remeia nomine, quæ in contigua nobis commanebat domo, filium suum jam adolescentem, quem ex defuncto nuper viro suo susceperat, quique jam ultimum trahens flatum, vicinam in lecto jacens operiebatur mortem, insomnem plangendo et ejulando duceret noctem, vir Dei Maurus more sibi solito, nobis quiescentibus, ipsam ecclesiam, vota Domino precum ac supplicationum ut redderet, ingressus est. Cum vero jam vigilia propinquaret matutina, et mulier nec momento quidem a plangoribus et ejulatibus cessaret; vir Dei tenerrime motus ad pietatem, se cum lacrymis Domino prostravit, et ut miseræ mulierculæ misereri dignaretur, filium suum illi restituendo in columem, precabatur. Cumque ab oratione surrexisset, cellulam, in qua dormiebamus latenter introiens, Simplicium monachum caute tetigit *c* annuens illi, ut cautius surgens se sequeretur. Ille autem mox eum in ecclesiam secutus, attonitus quid ei vellet jubere, expectabat. Sanctus vero Domini accedens ad illum, ait : Doloribus hujus infelicis mulieris animus meus nimia compatitur teneritudine. Quapropter plena fide ad lectulum simul accedamus jacentis : forsitan recuperabit illum superna dignatio.

a

b

Viduæ compatiens

c

28 Veniens ergo ante stratum pene jam exanimati cadaveris B. Maurus una cum Simplicio, ait : Christus Dominus et Salvator noster, unica spes et consolatio dolorem patientibus et perferentibus, qui misericordia motus super viduam, filium ejus extra portam elatum, intuentibus populorum resuscitavit turbis, eadem nunc pietate et huic adesse dignetur mulieri, filium ejus restituendo incolumem. Et hæc dicens, abscessit. Ille vero, qui duobus jam diebus sine sensu et voce jacuerat, matrem suam vocare ac consolari cœpit, dicens : Noli mater flere, quia lacrymis cujusdam servi Dei, quas fudit tuo compatiens dolori, vitæ ac sanitati ab ipsis Averni faucibus redditus sum. Cui cum illa diceret : Ecce in hac nostra basilica cum aliis ejusdem habitus viris matutinos decantat hymnos; ille ac si nihil incommodi pertulisset, de lectulo continuo surgens, ecclesiam intravit, et absque hæsitatione sanctissimum adiit Maurum, vociferans et dicens : Vere tu idem ipse es, qui me tuis lacrymis et meritis a tribunali, *d* de quo tristem exceperam sententiam, qua jam incendiosis deputatus eram locis, superis revocasti. Fama hujus facti totam continuo replevit regionem. Ruunt præcipites nobis obviam viri cum mulieribus, senes cum junioribus, laudes Deo undique concrepantes, qui taliter mirificat Sanctos suos. Vocabatur autem idem adolescens Eligius, qui postea (ut nobis relatum fuit) *e* in monasterio Lirinensi monachus est effectus.

ejus filium moribundum

alioqui damnandum,

d

sanitati restituit

e

29 Nos itaque cum jam appropinquante solennitate Paschali, quotidie profectionem acceleraremus, eo die, quo Dominica celebratur Cœna, in pagum devenimus Autisiodorensem. Audiens autem B. Maurus opinionem *f* S. Romani monachi, qui beatissimo Patri nostro Benedicto in initio adjutor et cooperator extitit, ut in historia vitæ ejus plenissime invenitur, quique per revelationem Gallias petens, cœnobium in eodem pago, in loco, qui *g* Fons rogi nuncupatur, ædificabat; petiit duces itineris nostri, ut eo divertentes, ibidem sacrosanctum Pascha celebraremus. Hoc autem B. Maurus maxime idcirco expetebat, quia et sequenti die transitum sanctissimi Magistri nostri complendum esse sciebat, et colloquio B. Romani desiderabiliter perfrui cupiebat. Ductores vero itineris nostri, petitionibus viri Dei libenter annuentes, [illegible] gressu illuc tendere festinarunt.

qui monachus factus

ad S. Romanum divertit

f

g

30 Die itaque P[illegible] hora illuc [illegible] pervenientes, devotissime a B. Romano suscepti sumus. Cumque omnes nos, qui cum B. Mauro pergebamus, [illegible] qui [illegible] festum erat, [illegible] vel [illegible] ipse sanctissimi viri [illegible] Et

cum

[illegible]

CAPUT VI.

Adventus in Andegavos.

[illegible]

agebatur secundum dispositionem occulti consilii Dei, qui locum, quem B. Mauri magisterio, atque institutione doctrinæ regularis sublimandum esse decreverat, nullo modo obtentu alterius differri vel ad modicum volebat loci. Siquidem locus ille, qui a B. Bertigramno ad construendum cœnobium provisus ac delegatus fuerat, non admodum aptus vel congruus regulari erat religioni, ut nobis nostri dicebant ductores : nam ex ipso nomine, quo Rupiacus vocabatur, deformis a nobis et scabrosus æstimabatur.

36 Harderadus proinde certissime comperiens, quod Domnolus Episcopus nihil de hac re facere vellet, lætissimus effectus, licentiam ab eo ad nos revertendi petiit. Qua sibi concessa, nepotem suum strenuæ juventutis virum, nomine Hademarum, Beato transmisit Mauro, mandans illi, ut nullo modo mœstum gereret animum, sed quantocyus posset cum omnibus, quos cum eo dimiserat, Andegavensem adire festinaret regionem, quo ille nobis se occurrere per nuntium designaverat. Cum itaque tam B. Maurus, quam et nos omnes, qui cum eo remanseramus, alacriores tali effecti nuntio fuissemus, decimo die, postquam Aurelianis civitatem fueramus ingressi, iter arripientes, tendere quo jussi fueramus, summopere certabamus.

37 Quinto tandem die ad locum, qui Restis nuncupatur, pervenientes, honorabilem virum Harderadum et uxorem ejus ac filios, adventum nostrum jam per biduum ibi præstolantes, invenimus. Qui cum honorifice nos suscepissent, post abundantissimam, quam nobis præparaverant, refectionem, supradictus vir Harderadus cum conjuge sua, Cæcilia nomine, secretiorem expetens locum, adscito B. Mauro, omnia illi quæ cum suo invenerat Episcopo, per ordinem nuntiavit. Et cum Beatus ei diceret Maurus : Quid nobis nunc agendum, vir illustrissime, vel potius eligendum esse decernis? Ille amabiliter, ut vir jucundissimi erat vultus, respondit : Est mihi consobrinus, nomine Florus, magnis tam in his, quam in aliis regionibus possessionibus pollens, qui primus inter primos totius regni Francorum Proceres, decentissime omnia jussus a Rege Palatina disponit moderamina. Hic itaque ab ineunte ætate, in seculari licet habitu constitutus, omnipotenti Deo sollicite semper placere studuit. Cui ex amissa conjuge, quam ut acciperet, invitum eum tam Rex, quam nostri coegere parentes, unus tantummodo superest filius : qui si alicubi perfectos in hac religione posset invenire viros, in sua propria possessione, quæ ei de paterna evenit hæreditate, monasterium construere desiderat, filiumque suum ibidem Deo offerre cupit ; ac sic demum relictis omnibus, quæ sunt hujus mundi, negotiis, Deo in eodem deserviat, liber ex omnibus, exoptato cœnobio. Ad hunc ergo Missum nostrum directum habeo, qui illi adventus vestri caussam pleniter enarrare valeat, vel si in deliberatione animi sui perseverat, explorare. Nos tamen, si placet, usque dum aut ipse aut ille quem ei direximus, revertatur, locum ipsum, de quo loquimur, inspicere et considerare habeamus.

a [illegible] MSS. [illegible] Bertigramnus alii Bertigramnus [illegible] Bertichramnum pro Innocentio [illegible] Bertichramnum, quem non prior [illegible] Non. S. Innocentius [illegible] Domnolus, sive Domnulus, qui S. Maurum [illegible] anno 567 Turonensi II. Bertichramnus [illegible] Palatio [illegible] S. Maurum [illegible] Proba[illegible] in Vita S. [illegible] S. Innocentii, sive Innocentio [illegible]

CAPUT VII.

Glannafoliensis cœnobii fundatio

HIS B. Maurus auditis, gaudio gavisus est magno, et statim [illegible] cum eodem honorabili viro pergit ad considerandum locum. Eo tempore Theodebertus Rex nobiliter regni Francorum apicem gubernabat. Cui supradictus clarissimus vir Florus ita familiaris et carissimus in omnibus erat, ut quicquid in omni ditione ejus facere vellet, absque alicujus contradictione permissus a Rege obtineret. Qui cum relatu nuntii, quem ei Harderadus direxerat, tam B. Maurum, quam et nos advenisse cognovisset, et quia Cenomanicus Antistes recipere nos noluisset, illico accedens ad Regem, caussam ei adventus nostri pleniter enarravit, ac voluntatem suam, quam de ædificando cœnobio habebat, ei aperuit; petitque ab eo ut nos ejus permissu suscipere mereretur, quatenus ei monasterium, sicut desiderabat, construeremus. Cui Theodebertus Rex respondit, dicens : Non ita nobis hactenus servisti, ut aliquid tibi negare, aut contradicere possimus : unde perge quantocyus, et nostra comitatus gratia, ac roboratus auctoritate, eosdem sanctissimos viros cum omni suscipe reverentia, peragens cuncta eis desiderium, quod animo tuo superna inspiravit dignatio ; simul et deprecare illos, ut pro nobis ac liberis nostris, populoque totius regni a Deo nobis collati, ipsius assidue exorare dignentur misericordiam : paratissimos etenim nos atque promptissimos in omni suo invenient obsequio, si formam hujus religionis ita ab eis observari compererimus, sicut jam fama vulgante ab eorum Magistro arduis satis esse traditam audivimus. Tuum vero erit, artifices illuc ad operandum, ubicumque eos in omni nostra inveneris potestate, adducere et adunare, ut opus ipsum celerius possit expleri. Nec nostra, juxta voluntatem et consilium tuum, regia loco illi deerit largitas, si apte eum constructum et convenienter perspexerimus ordinatum.

39 Talibus ac tantis Regis promissionibus nobilissimus vir Florus roboratus, concitus ad prædium possessionis suæ, quod a Glannafolium dicebatur, advenit. Cujus adventu Harderadus audito, cum B. Mauro ante fores portarum in ejus pergit occursum. Videns vero Florus B. Maurum humillimo monachili indutum habitu stantem, de equo, cujus tergo insederat, perniciter desiluit ; ac tertio antequam ei appropinquaret, toto corpore in terram se prosternens, cum ab eo humiliter receptus, ac modeste, ut didicerat, elevatus fuisset, diutius se invicem complexantes, ac alterutrum constringentes, lacrymas quoque præ gaudio invicem b infundentes, immorati sunt. Tunc deinde prædictus vir, osculatis nobis omnibus, apprehendens iterum dexteram B. Mauri manum, et strictim eam exosculans ait ad illum : Bene te venisse gaudemus, serve Dei excelsi, et discipule sancti viri Benedicti, cujus honor et nomen, quod in sancta emeruit servitute, pene jam omni seculo innotuit : et benedictum nomen Domini gloriosum, qui te ac commilitones tuos, istos reverendos viros, ad adjutorium nobis in istam misit provinciam. Et hæc dicens, ducebat eum ad domum, præcedente nos Harderado, et filiis ejus.

40 Die vero alia, cum post matutinale officium in unum convenissemus, aperuit B. Mauro voluntatem suam, quam de constructione cœnobii habebat, simul et Regis referens [illegible] ac deprecationem, qua eum et pro se ac filiis, cunctoque populo Dominum attentius implorare expetebat. Tunc B. Maurus ait ad illum : Observantia ordinis nostri summam deposcit quietem et securitatem. Quapropter si nobilitati generositatis tuæ videtur [illegible] contrarium, primum [illegible] per famulis tradere pro remedio, ut [illegible] desideria, simul perlustrantes inspicere debemus. Inde [illegible] testamento, te tradente [illegible] tibi [illegible] eas in nostri [illegible] Cui cum ad sensum suum Florus [illegible] post diem tertium, [illegible] ad prædictum reversi sunt locum.

41 Tunc

41 Tunc clarissimus vir Florus scripto, juxta consilium beati viri, testamento, tradidit ei omnia, et de suo jure in ejus delegavit potestatem atque dominium. Obtulit etiam ipso die Domino filium suum, nomine Bertulfum, puerulum octo circiter annorum, nutriendum et instituendum doctrina et magisterio beatissimi Mauri, sicut et ipse a sanctissimo Magistro suo Benedicto educatus in omni nostra fuerat observatione. Post cujus oblationem ait B. Mauro: In hoc, sanctissime vir, et te, et qui tecum sunt, certos tam de hoc loco, quam et de rebus illic a me collatis esse convenit, cum et filium meum serviturum Deo per vestrum obtulerim magisterium, et meipsum, si vita comes Deo propitio fuerit, opusque perfectum, relictis omnibus quæ sunt hujus mundi, in hoc eodem divinis mancipandum servitiis polliceor loco.

42 Congregatis igitur plurimis artificibus et operariis, jactisque fundamentis, opus cœptum quotidie certatim accelerabant. Se[illegible] super ripam fluminis erat locus (ex una enim parte objectu montis, ex altera vero Ligeris alveo angustabatur) in devexo ipsius montis latere fabrica omnis monasterii ædificari cœpta est. Primum [illegible] non admodum magnum ædificaverunt [illegible] quam B. Maurus in honorem S. Martini Confessoris Christi consecrari fecit: in quo etiam Dei dispositione, et sua electione eum sepelivimus. Nam sicut sanctissimus Benedictus in oratorio ejusdem beatissimi Martini, in quo, destructa ara Apollinis, ejus memoriam posuerat, se sepeliri jusserat, sic perfectissimus ejus discipulus, ne vel in sepultura ab ejus [illegible] tumulari. [illegible] vir Florus cum in omni regno Theodeberti Regis summam obtineret potestatem, [illegible] Comitis in Andegavensi [illegible] peritissimos [illegible] artibus.

43 [illegible] Mauri [illegible] resideret, et vir Domini lectionem de contra operarum daret, ac interdum ea quæ legebat ipsi [illegible] exponeret, quidam Clericus, qui [illegible] [illegible]

44 [illegible]

tior in illis esset regionibus, suum reliquisse monasterium et [illegible] adiisse terras, et hæc quæ faciebat, non virtute Dei, sed potius quibusdam obtinere præcantationibus. Cum ergo hæc inter se sermocinarentur, malignus spiritus tres ex illis subito invasit, ac ita gravissima vexatione atterere cœpit, ut unius ex illis, nomine [illegible], animam extorqueret. Quod ubi vir Dei quod evenisset agnovit, vehementer flere cœpit, atque in oratorium B. Martini ingressus, attentius Dominum tam pro his qui torquebantur, quam et pro illo, qui mortuus fuerat, deprecatur. Et cum per tres continuas horas orationi incubuisset, ad eos qui vexabantur, et se invicem dentibus lacerabant, accessit, et signum Crucis tertio contra eos faciens, dixit: Filius Dei unigenitus Dominus noster Jesus Christus, qui discipulis suis potestatem dedit calcandi super serpentes et scorpiones terræ, et super omnem virtutem inimici, ipse vos ab hac solvit dæmoniaca vexatione. Et cum adhuc dentibus frenderent, pulvereque se conspergerent, vir Dei propius accedens, digitos utriusque manus illis in ora misit. Spiritus vero maligni, fœtida relinquentes [illegible]

45 Jussit [illegible] vir Domini corpus defuncti tolli, et in [illegible] totam duxit insomnem, assiduis Dominum exorans gemitibus, ut animam defuncti in corpus reddere dignaretur, ne diutius de ea diabolus, qui [illegible] nostræ redemptionis [illegible] offerret, [illegible] hostis humani generis cruciando de eo effugavit. Et [illegible]

CAPUT VIII.

Theodeberti Regis donationes. Flori ingressus in Religionem.

[illegible]

quarta autem, quæ in modum turris quadrifidæ, in [illegible]

47 [illegible]

Auctore S. Fausto, ex MSS.

visset, tristis licet et mœrens, pro eo quod ab eo separari nollet, permisit illi quæ deposcebat implere; eumque aliquantis diebus secum in palatio retinens, de virtutibus, quas per B. Maurum fieri audiebat, interrogare cœpit, vel qualiter ipse cum discipulis suis in sancta viveret religione, seu quantus jam Fratrum numerus ibi adunatus esset. Quæ cum illi omnia Florus enarrasset, prout ea ipse certissime sciebat, Rex dixit illi : Si placere hoc ipsi Dei servo scirem, multum tam eum quam locum illum videre cuperem, eumque nostro regio honorare munere. Cui Florus respondit : Quæratur primum, si vestræ placet Celsitudini, super hoc viri Dei voluntas : et tunc demum, sicut ipse ordinaverit, ea quæ vultis, implere poteritis.

Rex, licentia prius a Mauro postulata,

48 Dimittens ergo eum Rex, cum in ejus osculis diutius immoratus fuisset, dixit ad illum : Quæ cum viro Dei de nostra ad locum illum inveneris perfectione, citius nobis remandare satage. Multum enim vellem, si possibile esset, die quo capitis comam deposueris, ibi præsens adesse. Veniens ergo ad monasterium Florus cum multis optimatibus ac nobilibus viris, qui eum de palatio Regis fuerant secuti, viro Dei voluntatem Regis aperuit. Qui cum ei respondisset, nil loco officere, sed potius in meliorationem ejus ipsius ad eum adventum, quantum ipse intelligere poterat, proficere, certum diem Regi Florus, quo ad monasterium venire deberet, mandavit. Quo cum venisset, et magnifice, ut regiam decebat sublimitatem, a B. Mauro, et congregatione cujus sanctissimus grex jam quadragenarium excesserat numerum, susceptus fuisset; post orationem in conventum Fratrum pergens, regiamque dignitatem parvipendens, Beatissimo Mauro ac congregationi, regali indutus purpura, humiliter prostravit, et ut pro illo Dominum exorare dignarentur, lacrymis perfusus precabatur. Cumque eum vir Dei a pavimento elevasset, Rex ait ad eum : Celebre nomen Magistri vestri Benedicti ad nostram olim delatum fuerat notitiam; cujus sanctitatis et virtutis opera insignia, quæ de illo audivimus, per vos quotidie fieri, gaudio lætamur non modico.

illud invisit.

preces monachorum humiliter deposcit,

49 Tunc Rex B. Maurum petiit, ut Fratres eum in suam recipere dignarentur societatem, et nomen ejus inter sua scribere nomina : filiumque suum Theodebaldum sancto viro ac Fratribus commendabat attentius, præcipiens ipsi, ut semper devotus erga locum illum esset, ac in omnibus sanctæ illi congregationi adjutor et defensor existeret. Interrogavitque virum Dei, quinam illi Fratres essent, qui cum illo venerant. Qui cum nos digito illi designasset, in parte nos stare præcipiens, intuebatur attentius, nomen uniuscujusque ab eo sciscitans. Quæ cum didicisset, osculatus est nos, deinde omnem congregationem. Videns autem Bertulfum adolescentem inter reliquos Fratres stantem, interrogabat, quis esset. Cui B. Maurus cum hunc esse Flori filium indicasset, vocans eum ad se Rex, atque ad pectus suum amplexando stringens, B. Mauro eum attentius, amore patris ejus, commendare cœpit, et ut carissime ab eo nutriretur deposcere.

seque in eorum admitti societatem

Fratres singulos complexus,

præcipue Bertulfum

50 Inde cum omnia habitacula monachorum circumiens perlustrasset, ac convenienter cuncta constructa esse laudasset; ingressus iterum ecclesiam S. Petri, dedit ad ipsum locum fiscum regium, qui Boscus vocatur, cum duabus villis et reditibus, qui ad eum pertinebant. Vocansque ad se Ansebaldum, qui scriptoribus testamentorum regalium præerat, præcepit ei, ut antequam de ipso monasterio egrederetur, testamentum de eisdem scriberet rebus, ac de annulo ejus regali firmaret more : concessitque B. Mauro, ut si quid ex illo die apud eum obtinere vellet, ipsum quod ei adire placuisset, liberam haberet facultatem intrandi, quocumque eum sciret. Posuit quoque super altare B. Petri pallium pretiosissimum, et crucem auream cum lapidibus valde pretiosis.

multa monasterio tribuit

51 Florus autem accedens ad Regem, deprecatus est eum, ut præceptum regiæ dignitatis facere juberet super testamentum, quod ipse de propriis rebus, quas loco illi tradiderat, scribere rogaverat. Quod Rex libentissime annuit. Tunc in conspectu Regis allata sunt munera non modica in auro et argento, gemmis quoque et diversarum vestium multiplicitate, quæ idem vir eo die Domino et Sanctis ejus obtulit. Dimisit etiam viginti ex servis suis liberos, prius eos ditans magnis donis. Deinde veniens ante sacrosanctum altare, adstante Beato Mauro et omni congregatione, Rege quoque ex altera parte cum populi numerositate, quæ cum illo venerat, ac cingulum militiæ, quo eatenus usus fuerat, deponens, super altare misit. Cui, jubente viro Dei, Rex primus post eum de coma capitis ejus totondit; deinde quicumque ex optimatibus ejus voluit. Rex vero gaudio lacrymas effundebat, congaudens devotioni animi ejus : vocansque ad se nepotem ipsius Flori, nomine c Landrammum, dedit ei per sceptrum regale, quod manu gestabat, quæcumque Florus patruus ejus ex regali possederat dono.

confirmat donata a Floro.

eumque ipse et Maurus attondent

52 Post hæc Sanctus Domini deprecatus est Regem, ut domum, quæ hospitibus suscipiendis aptissime omni compendio ac decore constructa fuerat, intrare dignaretur. Quam cum ingressus fuisset Rex, antequam vir Dei pedibus ejus toto corpore prostratus fuisset, ab eo cum nimio elevatus pavore, ac inquisitus quid vellet, respondit, dicens : Hæc est petitio, quam a vestra, vice omnium servorum Dei qui in hoc degunt cœnobio, exposco sublimitate, ut veniat Rex cum servis suis, et alimenta cibi ac potus, quæ ei devotione et servitio sunt præparata monachorum, percipiat cum gratiarum actione. Quod cum Rex renuere cœpisset, seque, ne id fieret, humiliter vellet excusare, unus ex Consiliariis ejus, vir sapientissimus, nomine d Ebbo, dixit ei : Perpendere tibi, Domine mi Rex, convenit, quorum deprecatione istam sumere deposceris refectionem : si enim hi, qui ita Deo, sicut tua conspicit Celsitudo, deserviunt, tua aliquo modo tristes effecti fuerint contradictione, Deum propitium habere non poteris. Quod Rex audiens, illico quod petebatur annuens implevit.

Mauro rogante isthic cibum sumit

53 Cumque abundantissime cum suis omnibus, qui cum eo venerant, refectus fuisset, antequam egredi a monasterio cœpisset, Florum amantissimum sibi virum ad se adduci præcepit. Qui cum ei monachili jam indutus habitu, adductus fuisset, Rex usque ad suffusionem vultus lacrymis permotus, ait illi : Gratias omnipotenti Deo pro tua referimus conversione : sed tibi sollicite procurandum ac summopere pervigilandum est, ut sicut in seculari constitutus habitu strenue semper ac nobiliter absque dedecore conversatus es, ita nunc quoque in hac sanctissima, quam expetisti, religione, sine reprehensione Deo semper placere satagens, proficias quotidie de virtute in virtutem, quousque Deum Deorum in Sion felici cernere possis exultatione. His dictis, diutius in osculis ejus immoratus, ac benedictione, quam expetierat, B. Mauri roboratus, Andegavis ipso die reversus est.

Florum hortatur ad perfectionem

petit a S. Mauro benedictionem.

a *Manifestum est vel hic vel supra falli Odonem. Mortuus est* Theodoricus, *ut scribit S. Gregorius Turonensis lib. 3, cap. 23,* vigesimo tertio regni sui anno, *a morte videlicet Chlodovei patris, qui anno 511 decessit.* Theodebertus *ut cap. 9, num. 57, dicitur,* cum quatuordecim annis strenue ac nobiliter Francorum gubernasset regnum, *obiit.* A transitu igitur Chlodovei, *inquit idem S. Gregorius lib. 3 cap. 37* usque in transitum Theodoberti computantur anni 37. Mortuo ergo Theodoberto, quartodecimo regni sui anno, regnavit Theodobaldus filius ejus pro eo. *Mortuus est ergo* Theodebertus, *si recte calculum ponimus, anno Christi 548. Ergo si anno octavo post adventum S. Mauri in Gallias, visitavit Glannafolium, qui anno 548 decessit, necesse est anno 540, vel 541 isthuc venisse Maurum : quod cum ante scriptis de obitu S. Benedicti vix cohæreat, cum constet ad Totilæ tempora pervenisse.*

b *Hic successor S.* Albini, Domitianus *decessor constituitur a Cl. Roberto.*

c *Al.* Landramnum, *al.* Ladramnum. d *MS. Benif.* Elbo.

CAPUT

CAPUT IX.

Flori obitus. Theodebaldi et Clotharii Regum donationes.

Beatus vero Maurus altera die ad invisendum recipiendumque fiscum, quem idem Rex ad ipsum contulerat monasterium, est egressus. Cumque per biduum ibi commoratus fuisset, paralyticus quidam, qui in eadem villa per septem jam annis toto corpore destitutus in lecto absque sensu jacebat, ei deportatus atque oblatus est. Super quem cum vir Dei benedictionem suam dedisset, ita sanus effectus est, ac si nihil unquam molestiae pertulisset [illegible]

55 Inde reversus ad monasterium, [illegible] Magistri sui singulorum [illegible] habitantium mores et vitam perscrutatus, ac verbum vitae publice et privatim eis [illegible], atque antiqui hostis versutissimas et multiplices insidias detegens, proficere eos ad meliora [illegible] [illegible] bii congregatio centum [illegible] Fratrum [illegible]

[illegible]

56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

curret, quadam die in possessione monasterii, cui Gaudiacus nomen est, ingressus refrigerandi gratia, secretiorem locum petiit. Qui cum sederet, et cum duobus monachis, qui cum eo venerant, psalmos decantaret, nuntiatur illi, Ansegarium Archidiaconum Ecclesiae Andegavensis stare pro foribus, et cum eo colloqui desiderare. Cumque vir Dei ut ingrederetur jussisset, et ille ea, pro quibus venerat, perorasset, vir Domini S. Maurus Simplicium vocans monachum, ait illi: Virum hunc, qui nobis pro sua reverentia et affabilitate dudum familiaris effectus est, poculo caritatis potare, ac vino sanctae dilectionis inebriare, ut spiritales spiritaliter debemus. Cui cum Simplicius dixisset: Non est quicquam vini nobis, nisi tantummodo in uno parvissimo vasculo, quod ad sel[illegible] [illegible] Sanctus Domini Maurus dixit illi: Defer illud huc. Cumque allatum fuisset, adjecit: Panem etiam huc deferte. Et cum coram eo [illegible] Potens est Deus, qui [illegible] populo suo in eremo paravit, et aquam [illegible] de petra produxit, etiam nobis [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

CAPUT X.

S. Mauri mors, successores.

E[illegible] Cumque gregi suo de die in diem [illegible] omnipotenti Deo labiis exult[illegible] [illegible] mercedem operum [illegible]

Auctore S. Fausto. Ex MSS.

finem vitæ suæ propinquare cognosceret; ædificata sibi domuncula juxta B. Martini ecclesiam, remotiorem delegit vitam assumere.

Bertulfo monachis præfecto

63 Sed quia grex sanctæ congregationis sine rectore, qui super eum sollicite intenderet, esse non poterat; vir sanctissimus omnem convocans congregationem de substituendo sibi Abbate sollicitius pertractabat. Cumque omnis congregatio cœnobii hoc in ejus posuisset deliberatione, utpote qui omnes melius, quam se unusquisque eorum, cognosceret, ipse Pater sanctissimus Bertulfum, nobilissimum ac perfectissimum in omni religione virum, quem ipse sanctissime *a* edocuerat, ad tale onus suscipiendum idoneum esse judicavit. Cui cum omnis congregatio in tali electione assensum præbuisset; ipse Pater sanctissimus in loco eum sessionis suæ sedere constituens, ac singula ei, in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno insinuans amore, intra domum, quæ ei, in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno insinuans amore, intra domum, quæ ei, ut diximus, prope ecclesiam S. Martini constructa fuerat, se recepit, duobus tantummodo ad sibi cohabitandum et serviendum, ipsius congregationis electis Fratribus, Primo scilicet, et *b* Aniano. Nobis enim, qui cum eo veneramus, Bertulfo, quem Abbatem constituerat, sollicite adesse ac invigilare præcepit, ne forte in aliquo a rectitudine regularis tramitis deviaret.

in separata domo degens

64 Cumque duos ac dimidium taliter in contritione spiritus et corporis maceratione complesset annos; quadam nocte cum more sibi solito ecclesiam B. Martini intrare vellet, et vota precum ac lacrymarum Domino persolvere, diabolus magna obsequentium constipatus caterva, ab ingressu eum prohibuit basilicæ, dicens: Eia Maure, qui nos a propriis deturbare sperans sedibus, tam longissimas, tibique ac tuis incognitas, adisti regiones, nunc videndo ac experiendo nostræ perferes immissionis destituentissimam populationem. Ego enim prout libuerit strages diversarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo, ita ut vix aliqui de tanta istic adunata remanere videantur congregatione. Cui cum vir Domini respondisset: Increpet Dominus in te Satan, et in verbis tuis, quibus mendax es, et pater ejus, statim inimicus velut fumus evanescens, strepitum quoque immanissimum ac terrificum dedit, ita ut etiam ipsi viro Dei monasterium omne funditus contremuisse fuerit visum. Quo sonitu Fratres expergefacti, ingentique pavore perculsi, stratis illico exilientes, signa pulsare cœperunt, ac synaxim decantare nocturnam.

dæmonem sibi insultantem abigit,

qui cum strepitu discedit

65 Interea cum vir Dei nimia afflictione ac tædio pro his quæ audierat mœrens, ingressus ecclesiam B. Martini, Dominum precaretur, ut illi certius ea, quæ malignus spiritus ei dixerat, revelare dignaretur, Angelus Domini ei continuo, candidissimo amictus habitu adstans, dixit: Quid, dilectissima Deo anima, tanto mœrore pro his, quæ a Deo agi disposita sunt, afficeris? Nam diabolus, licet totius caput obtineat mendacii, multa tamen conjiciendo, de iis præcipue, quæ frequenter est expertus, prænoscit. Unde scias eum non sua voluntate, sed imperio Dei ea quæ tibi prodidit reserasse: nam aliquo modo verum est, quod audisti. Pars enim hujus congregationis maxima infra breve tempus colligetur ad Dominum, ut ab ipso præfixum est atque præordinatum. Sed non propter hoc ipse, ut asseruit, de aliquo istorum vel ad modicum triumphabit: Tuis enim admonitionibus et exhortationibus instructi, paratus unusquisque, vocationis suæ diem exspectabit gaudens. Quos cum omnes qui moderno obibunt tempore præmiseris felix, ut promeruisti felicior subsequeris.

ab Angelo discit mortes monachorum futuras

66 His dictis visio Angeli adstantis et colloquentis ablata est. Sanctus autem Domini facto mane, omni congregationi cuncta quæ viderat per ordinem enarravit. Deinde paterna erga eos usus sollicitudine, taliter illos allocutus est: De his quæ servi Dominum velle cognoverint, si aliquo modo tristari cœperint, voluntati Domini contraire ipsa sua videntur tristitia. Et ideo, quia ipse mortalibus terminum finiendæ istius posuit vitæ, qui præteriri a nullo natorum valet, sed ex eo quo primis hominibus mortem minatus est, ira ejus in hac irrevocabili permanet sententia; nos, quibus voluit, et quo ordine decrevit, dies hujus vitæ in proximo finiendos esse patefecit, maculas commissorum facinorum lacrymis pœnitentiæ et maceratione tergamus corporis: et sicut Propheta admonet, scrutantes sollicite vias atque opera nostra, præveniamus faciem Domini in confessione, ut atria supernæ civitatis in hymnis valeamus introire confessionum, ejusque claritatem cum omnibus Sanctis revelata facie perpetuo contemplari digni inveniamur. Et quia, dilectissimi fratres, nunc tempus adesse cognovimus, ut incipiat judicium de domo Domini, judicia ejus, quæ aliquando quidem occulta, numquam tamen sunt injusta, revocentur, ut servos boni Domini decet, suscipientes ac perferentes, sursum erectis cordibus ad cœlestia, summopere procurantes, ne qua minus perfecta nos accuset actio, ac attentius invigilantes, ne calcaneo nostro tentator insidians, muscipula nos deceptionis in via hac, qua jam undecima ingredimur hora, illaqueare possit.

suos hortatur, ut se ad mortem parent

67 Hac exhortatione et admonitione sancti viri ita omnis congregatio ad horam ultimam libere expectandam, præparare sese cœpit, ut omnes, qui illo tempore ab hac vita de ipso loco migraverunt, cœlestem ascendisse ad patriam nulli dubium sit. Factum est enim, ut infra quinque menses centum et sexdecim ibi morerentur Fratres, nec plus de tanto grege quam viginti quatuor remanerent monachi. Inter quos etiam tunc Antonium et Constantinianum comites et socios nostros sepelivimus. Expleto autem tanto numero, eo tempore in eodem loco mortuorum, dolor lateris graviter Beatum invasit Maurum. Qui languore ingravescente, quadragesimo primo adventus sui ad eumdem locum anno, octavo decimo Calendarum Februariarum die, ante altare B. Martini, super cilicium stratus sui decubans, cum exitum suum vivificorum munivisset perceptione sacramentorum, adstantibus qui relicti fuerant discipulis, feliciter migravit ad Dominum: sepultusque est in eadem basilica ad dexteram partem altaris. In quo loco meritis et orationibus ejus, multa magnifica et admiranda operatur Deus ad laudem et gloriam nominis sui.

mortuis illis,

ipse quoque pleuritide, supra 120 annos moritur

claret miraculis

68 Post obitum denique ipsius sancti viri, cum ego una cum Simplicio, sicut ipse nobis ipso die depositionis suæ præceperat, ad nostrum decrevissem reverti monasterium, vir Domini Bertulfus nos obtestando deprecatus est, ne illum quoad viveret, desereremus tempore. Quem cum offendere pro sua sanctitate ausi non fuissemus, per biennium, quo supervixit, cum illo commorati sumus. Quo defuncto, cum Florianus vir totius religionis, filius ductoris nostri Harderadi, qui a B. Mauro nutritus fuerat, ei in monasterii regimine successisset, ac nos multis precibus retinere voluisset, reversi ad vos, o sanctissimi Patres, Deo gubernante sumus: atque hæc vestris obsecundantes imperiis, de vita et conversatione seu virtutibus B. Mauri, imperito licet sermone, conscripsimus. Dies autem vitæ B. Mauri ita supputantur. Oblatus est Deo ac traditus B. Benedicto, cum duodecim esset annorum, habitavit cum eo viginti annis: commoratus est in monasterio suo, quod ipse ædificavit, annis quadraginta, diebus quatuordecim. Qui simul fiunt anni septuaginta et duo, dies quatuordecim. Per omnia benedictus Deus, qui regnat in secula, Amen.

monet Faustum et Simplicium ut Cassinum redeant.

qui post Bertulfi mortem faciunt

Æt. S. Mauri

a MS. *Lap.* educaverat. *b* *M.* Amando.

DE

DE RELIQUIIS S. MAURI,

ET TRANSLATIONE

Fossatense fuit cœnobium, (anno 1533 in sæcularem Ecclesiam conversum, atque Episcopatui Parisiensi conjunctum) ad Matronam amnem, tribus circiter leucis supra Lutetiam, conditum Clodovæi II tempore, loco ubi Fossatus Bagaudarum, vel Castrum Bagaudarum [illegible] S. [illegible] Huc S. Mauri allatæ a Glannafoliensi ad Ligerim [illegible] tempore, sub annum 868 [illegible] S. Mauri [illegible] appellatum [illegible] 869 [illegible] Caput S. Mauri, [illegible] S. Benedicti [illegible] [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

[illegible] vallis contulerat, ex eoque præterea præfationem, ante a Papirio citatam, transcripserat. Nos duobus aliis usi vetustioribus codicibus sumus, Bonifontis et Ripatorii, contulimusque cum MS. Nicolai Belfortii Canonici Regularis Suessionensis.

6 Testatur supra citatus [illegible] lib. 4 Antiquitatum [illegible] in S. Mauri ecclesia Fossatensi capsam, in qua S. Mauri corpus, ac præcipua [illegible] S. Mauri Abbatis [illegible] Eduardus [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible] S. Mauri [illegible]

AUCTORE ODONE ABBATE, EX MSS.

brachii narrationem ex Leone Ostiensi; subjiciemus aliud quoddam portentum ex lib. 4 Chronici Cassinensis a Petro Diacono post Leonem Ostiensem composito.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Odone Abbate Glannafol.

ex quatuor veteribus MSS.

a PRÆFATIO AUCTORIS.

Vinculo sanctæ dilectionis visceraliter nexo, Reverendo viro b Almodo, sanctæ Cenomanicæ matris Ecclesiæ Archidiacono, Odo Abbas monasterii, quod in c præripio ripæ Ligeris fluminis situm, Glannafolium ex antiquo appellatur, munusculum.

De d repertione Vitæ S. Mauri, nobilisque ejus conversationis, morum et actuum perfectione, unde frequens, ut recolis, inter nos sermo habitus est, certam cupiens reddere tuam fraternitatem, sicut te crebro poposcisse reminiscor, ne petitionis tuæ frustrari videaris effectu, scripto tamen plena fide percurrere disposui; qua occasione indaginem hujus rei eatenus et a nobis, et a nostris penitus ignotæ ac inauditæ consecutus sum. Valde siquidem tuis etiam in hac re congratulor studiis, dum sollicite perquirere te perpendo, qualiter et quomodo nobis comperta exstant, quæ de hoc beatissimo viro in manibus habentes, Patri [illegible] [illegible], a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum descendit, [illegible] quem a Pontifice sancto [illegible], cui Deo auctore [illegible], Berto scilicet e Bertichranno totius sanctitatis decus [illegible] nostris, [illegible] gaudentes [illegible].

2 Cum circumcirca cuncta pene loca nobis contigua [illegible] Normannorum feralis rabies depopulans, [illegible] vastaret, nosque vis et atrocitas barbarica optata pepulisset tellure, ac pristinis miserabiliter privasset sedibus; nec ullus uspiam refugii nobis tutus superesset locus, consilio tandem servandæ vitæ, cum corpore ejusdem S. Mauri, partes Burgundiæ petere decrevimus. Cumque in prædium illustris viri Andonis Comitis, citra fluvium, quem Ararim vocant, devenissemus, (quod nobis ob reverentiam et amorem sancti corporis, sive etiam f pro æterna remuneratione, diu [illegible] ad habitandum concesserat) benigno favore ibidem commorantium, ac munifica largitate [illegible], anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo sexagesimo tertio, Indictione g XI, digno cum honore, congruo illud et apto condidimus loco.

3 Ordinatis igitur Fratribus, prout rei suppetebat opportunitas, qui sacro thesauro inhærentes debito famulatu inservirent, liberi et expediti paternum censuimus solum repetendum. Et cum jam propinqua littora præfati fluminis legeremus, offendimus frequentiam virorum non ignobilium, qui dudum Romam petentes, sanctaque loca orationis gratia peragrantes, genuinam revisere festinanter accelerabant glebam. Cumque ob laborem tanti itineris sarcinulis animalia relevantes, ac fessi in littore nobiscum navigium opperientes resedissent, [illegible] quadam desiderabilique curiositate de sanctorum locorum positione et ornatu, sanctitatisque ac religionis custodia, divinorum etiam cultuum assiduitate, atque Ecclesiasticorum frequentia ac officiorum, Catholicorumque studio et eruditione dogmatum, plurima ab eis sciscitamus, atque, ut [illegible] [illegible], plurima audientes, reperi in sportula cujusdam Clerici, qui Petrus [illegible], vocabatur, qui [illegible], ut [illegible], illuc ex pago h Abrincatino, de [illegible] Archangeli Michaelis, qui [illegible] vocatur i Tumba, [illegible], quaternionem [illegible] vetustate [illegible], antiquariis et [illegible] scriptum [illegible] vitam B. Benedicti, ac quinque discipulorum ejus continentes, k Honorati videlicet, l Simplicii, m Theodori, n Valentiniani, atque Mauri: quos vix emerui datis non paucis redimere nummis. Et quia tam inculto sermone, quam vitio scriptorum depravati videbantur, vitam B. Mauri, prout potui, corrigere satagens, viginti dierum plus minus consumpto labore, salva fide dictorum ac miraculorum inibi repertorum, sicut nunc habetur, apertiorem eam legentibus reddidi et expressi.

4 Cui etiam, sicut tua postulavit industria, libellum o subindere cupio, de restauratione jam dicti cœnobii, regularisque in eo reparatione religionis, sive etiam de mirabilibus, quæ ibidem ostensa sunt, et quæ adhuc superstites ac non minimum reverendæ adstipulantur personæ. De visionibus quoque cœlitus ibi per Angelicam administrationem demonstratis, necnon et de his, quæ a die Translationis ejus usque nunc tam in itinere, quam in diversoriis multiplicium repausationum, per eumdem servum suum, in laudem et gloriam nominis sui divina operari dignata est majestas. Hæc omnia tuo dicans nomini, utilia legentibus fore, nostrisque potissimum, arbitratus sum. Quos per eum, qui est in Jesu, deprecor veritatem, ut veris et absque fuco a me prolatis fidem adhibentes, religiosioris vitæ studiis sollicite operam dare non negligant, quatenus fructum laborum suorum in die retributionis a pio Domino recipientes, perennis vitæ præmiis cum eo, cujus et audiunt et legunt virtutes, participari mereantur.

a [illegible] Epistola a Papir[io] citata, ut ante diximus, atque, ut [illegible], et patet n. 3 [illegible] non solum Miraculorum et Translationis historiæ, sed et Vitæ a Fausto olim scriptæ, sed interpolatæ ab eo [illegible]. b [illegible] Adelmodo [illegible] infra, et Adelmodo, ut MSS [illegible] [illegible] Almodinum [illegible]. c [illegible] MSS [illegible] d [illegible] repertione. e [illegible] Bertichrannum Cenomanensem Episcopum fuisse [illegible] S. Mauri [illegible] S. Innocentem [illegible]. f Ita MSS. [illegible] paterna. g MSS. [illegible] XI. h Civitas Abrincatum, vulgo Avranche, Episcopalis, in Gallia Lugdunensi II, sub Rotomagensi metropoli. i Oppidum [illegible] et cœnobium S. Michaelis de periculo maris, situm ad duas turbas, tribus leucis Abrincæ distat, in scopulo medio in undis situm, de quo [illegible]. k Hunc Antonius Yepez Chron. Benedict. centuria I, ad an. 543, cap. 1, scribit Abbatem Sublacensem fuisse, nondum nomen ejus in Martyrologiis reperimus. l Alius hic videtur Simplicius a tertio S. [illegible] Mauri utriusque meminit Petrus Diaconus in libro de ortu et vita Justorum cœnobii Casinensis. [illegible] Abbas Casinensis fuit. Reperitur ejus memoria consignata in Martyrologiis [illegible] 22 Martii. m Hic [illegible] Theodorus esse, cujus [illegible] S. Mauri [illegible] Faustus [illegible] quem Petrus Diaconus cap. 16 [illegible] vita sanctitateque præclarum. n [illegible] Abbas [illegible] fuit, Theodori [illegible], nobilis carne, sed nobilior spiritu, ut scribit Petrus Diaconus cap. 1[illegible] o [illegible] subjungere.

PRÆFATIO ALTERA.

Dilectissimo fratri et venerando viro Adelmodo Archidiacono Odo Abbas cœnobii S. Mauri, amoris subsidium.

Historiam eversionis seu restaurationis sancti cœnobii, quod olim a B. Mauro nobiliter ædificatum ex antiquo Glannafolium nominatur, quam a venerabilibus et probatissimis, atque adhuc in carne manentibus personis plena fide didici, in corpus unius libelli colligere ac ordinare aggrediens, sicut crebro tuam, venerande vir Adelmode, poposcisse reminiscor fraternitatem, earumdem personarum nomina in ipso exordio narrationis inserere dignum judicavi, quatenus et scrupulum dubietatis legentibus auferrem, et ad veraciter fideliterque amplectenda quæ narro, ex ipsarum Deo placita et hominibus spectabili probitate, omnes audientes invitarem. Harum primus et ordinis dignitate, et perfectioris vitæ sanctitate, a Godefridus venerandus Abbas Fossatensis monasterii exstitit, qui prolixiore tempore sub regimine sanctæ recordationis Theodradi in eodem sancto degit cœnobio. Bilichildis quoque Abbatissa nostro [illegible] speciale [illegible] viduitatis decus, quæ cum viro suo illustrissimo Comite Rorgone in reparatione ejusdem monasterii, juxta quod illis cœlitus ostensum.

[illegible] fuit, longo sollicite invigi[illegible] tempore. [illegible] et ego plurima, quæ refero, [illegible] Presbyter [illegible] [illegible]

[illegible] diffugientes, dispersi sunt [illegible] non remanerent ex eis nisi quatuordecim tantum, [illegible] quinque tan[illegible] [illegible] divini [illegible] cientibus liquido claret, dum dive[illegible] [illegible] semper pessimis adjiciendo, [illegible] [illegible] horum inquireret, et ego in [illegible] [illegible] ctatione Paganorum deperi[illegible] [illegible]

10 [illegible] rationis prandii, scelerat[illegible] [illegible]

CAPUT I

[illegible]

Auctore Odone abbate ex MS.

etis qui aderant audientibus, oculis jam cæcatus, quos in capitis percussione amiserat, frequenter repeteret; Arii infelicis multatus damnatione, effusis intestinis infelicem (ut dignus erat) finivit vitam, particeps dæmoniorum effectus.

d Unde auctor id didicerit.

11 Hæc ita gesta esse testatur *d* Gerramnus monachus nostræ congregationis, qui a patruo suo ipsius loci monacho, se frequenter peracta, sicut hic inserta sunt, ista audisse confirmat. Qui de eodem cœnobio cum ceteris Fratribus, ab ipso perversæ mentis homine expulsus, sæpe ad domum fratris sui, patris videlicet hujus Gerramni veniens, cuncta ex ordine referre erat solitus. Astipulantur etiam huic assertioni, religiosæ admodum ac veteranæ personæ, quæ ab eo tempore ad nostram usque perdurantes ætatem, evidentissimis ista prosequuntur indiciis. Ex quibus etiam ego duos vidi, quos pro hoc ipso ad me evocans, atque ab eis cuncta diligenter sciscitans, verissima hæc esse, prout ea ipsi oculis inspexerant, asseruerunt, addentes etiam hoc, quia post expulsionem ipsius loci habitatorum, et ejusdem sceleratí viri desperabilem percussionem, prædia ac villæ, quarum subsidiis ac reditibus locus idem eatenus substiterat, præreptione satis injusta tam a Comite Andegavensi, quam ab aliis quibusque præsumptuosæ ac cupidæ mentis hominibus usurpatæ sunt, atque pervasæ, ea scilicet data occasione, quia nemo fuit qui ad notitiam augustissimi honoris, magni scilicet Imperatoris Caroli, prout gesta erant, hæc perferre curaret.

[illegible]

[illegible] Supra in Vita cap. 9, ubi [illegible] dicitur S. Maurus, ut in cœnobio Glannafoliensi perpetuo essent 140 monachi.

b Est id monasterium Andegavis. De ipso S. Albino Ep. Andegavensi [illegible] 1 Martii. c Pro tabulario vel archivo [illegible] septum [illegible] al. Geramnus et Geraunus.

CAPUT II.

Glannafolium a Rorigone restauratum.

Rorigo Comes

Cumque idem locus pene jam desolatus atque in solitudinem redactus omnimodis esse videretur, jam tempore piissimi Augusti Ludovici, cum paucissimo numero villarum (sicut videlicet eum quisque habuerit,) ab ipso Imperatore Rorigoni religiosæ ac nobilis memoriæ Comiti collatus est. Qui Dei inspiratione idem tactus, ac divini muneris gratia præventus, cum conjuge sua jam superius dicta Bilechilde sollicite perquirere cœpit, qualiter sæculo renuntians, liber ab omni mundana occupatione, perfectionem regularis posset adipisci religionis, vel quidem ipsa super hac regeret voluntatem. Cumque ei et assensum suum eidem venerabilis mulier in tali negotio præbuisset, et se eadem facturam secundum sexus sui ordinem pollicita fuisset; de sola jam locorum opportunitate, in quibus id peragere cum superno adjutorio possent, studiose investigare certabant. Sed cum Deus omnipotens et eumdem locum in pristinam religionem reformare decrevisset, et eosdem religiosos conjuges mercede perfectorum operum, quibus ipsi in restaurando invigilaverant loco, a se donandos esse, hominibus notum facere voluisset, quadam die cor amborum, ut gratia orationis corpus B. Mauri adirent, manu sancti desiderii tetigit. Qui fervore sanctæ devotionis concepto, de loco habitationis suæ, qui Boscus vocatur, ascensis equis, religioso satis obsequio illuc tendere festinarunt. Perlustratisque omnibus convenientius, quibus locus ipse dignissimo et floruit et florere poterat honore, taliter communi consilio in restructione cœnobii laborare æstimaverunt. Continuo denique Turonis mittentes, Lambertum religiosæ vitæ virum de monasterio sancti Pontificis Martini evocant, ascito nihilominus Ebbone viro satis strenuo, affinitate consanguinitatis sibi propinquo. Quibus cum voluntatem suam de his, quæ suprascripta sunt, venerabilis Rorigo Comes aperuisset, eorum consiliis et exhortationibus, in ipso suo sancto desiderio ardentiores effecti, mox summo studio in fabrica monasterii laborare aggressi sunt; convenienter coram eis, quos evocaverant, jactis fundamentis.

ut opus intermissum perficiat

13 Sed aliquamdiu ædificatione tanti operis assidue occupati cum fuissent; quorumdam impedimentorum interceptu præpediti, Brennovuen amplissimum possessionis suæ cespitem petunt. Ubi dum prolixiori tempore moras innecterent, et cœptum ab eis opus, eorum absentia neglectum, non assurgeret; cuidam reverentissimæ vitæ Abbati, Jacob nomine, cœnobii *a* Cormericensis, cum post matutinale officium, sanctarum instantia precum divinitatis more sibi solito pulsaret aures, quidam candidissimum monachi præferens habitum, cujus facies roseo micabat aspectu, canities vero instar lactis candebat, astans talia infit: Vade, inquiens, et partes Britanniæ aggrediens, Rorigonem perquire Comitem: quem cum inveneris ista illi divinitus tibi nuntiata prosequere: Non recte vir bonorum desideriorum agis, quod segnitie improvidæ mentis pressus, occupatione terrenarum implicatus rerum, his quæ cœlesti inspiratus desiderio perficere cogitaveras, neglectis, temporalibus atque caducis operam dando inhæres. Sed si tibi Divinitatem placabilem, et adjutricem fore (ut dudum optaveras) concupiscis, religiose quidem a te cœptis, sed periculose dimissis, studiosissime insiste operibus, ut mentis viri sapientis, qui ædificavit domum suam supra petram, a Deo donatus, cœlestis regni heres, cum Paulo sapiente architecto effici merearis. Cui Abbas respondit: Rorigonem non novi, sed et te, qui talia jubes, ignoro. At ille subjunxit: Illum quidem ocyus perquirere satage, me autem quis sim ut superno placuerit opifici scire licebat. His peroratis disparuit. Tum ille sic quæ audierat et viderat, nulli prorsus prodere tunc volebat, eventum rei sollicite exspectans. Expleta vero hebdomada, iterum ei idem vir, in eodem habitu, hora eadem qua et prius, in ipso apparuit loco, austerius arguens quod negligentius a se jussa perceperit, sibique eum consulere asseruit, si festinanter his quæ audierat obtemperare voluisset. Sed nec sic quidem ille etiam hac vice animum apposuit, ut executioni ostensionem traderet, detentus quadam supra modum torpens. Cum ecce die tertia, horribiliter eum compellans in eodem loco illi astitit, ac tertio illum acerbissimo flagello, sicut accubans residebat, in dorso validissime percussit, morte ei minatus si ultra ad explenda quæ audierat tardare præsumpsisset. Qui nimio percussionum exercitatus dolore, siquidem et cutis et carnis mollitiem divinum transiens verber, medullitus, ut sic dictum sit, ossibus inhæsit, timore quoque intentatæ mortis perterritus, illico quo jussus fuerat pernici ter tendere festinat.

mittitur ad eum Jacob Abbas,

1 Cor. 3, 10.

tertio monitus etiam cum plagis

14 Cumque post longos viarum anfractus, labo rioso confecto itinere, tandem, ut optaverat Brennovuen devenisset, ac Comiti supradicto nuntiatus fuisset, mox ut ejus ingressus præsentiam adiit, secretiorem ab eo expetens locum, missum se ad ipsum specialiter indicavit. Et continuo nihil amplius dicens, agiliter se cœpit expoliare. Quem in amentiam versum Comes existimans, prohibere eum reluctando nitebatur. Cui ille, Non, inquit, virorum justissime, ut tu putas, desipio, sed cœlestis oraculi tibi jussa deferens, evidentioribus te indiciis roborare desidero. Et hæc dicens, ac dorsum suum retegens, liventes adhuc plagas lacrymis perfusus ei ostendebat. Et post hæc rei ordinem pandit. Denique cum ejus uxor ab eo vocata introisset, illi quoque cuncta replicavit, ostensis nihilominus divinorum ulceribus flagellorum. Igitur tantis ac talibus attoniti miraculis, tractare sollicite cœperunt, quomodo cœpto operi attentius invigilare possent. Deinde Abbatem illum diebus quindecim secum retinuerunt, instantiam devotionis suæ certatim ei impendentes,

quas Rorigoni ostendit, et ut cœpta prosequatur monet

pendentes, ac frequentium fovere jubentes inductione unguentorum. Quem jam obductis cicatricibus ad se evocantes, divinis se per omnia præceptis parere promittunt. Ita demum non parvis donatum muneribus, ad propria cum lætantem et alacri corde remittunt, et post hæc pagum Andegavum repetere decernunt.

15 Cumque in locum, qui Vernentis dicitur, manendi gratia divertissent, soluto adversæ valetudinis [illegible], supradicta matrona, ut prægravis erat, [illegible] ut de ejus vita omnes [illegible] desperare cogerentur. Sed honorabilis Comes vir ejus, [illegible] [illegible]

[illegible]

videbat et sentiebat, hujusmodi [illegible]

[illegible]

16 [illegible]

[illegible]

17 [illegible]

[illegible] et fami- [illegible]

gregationis suæ Fratribus, perrexit ad locum. Ex quibus duo specialiter nostro seculo tam in divinis contemplationibus, quam in cunctis sanctæ regulæ observationibus, velut quædam duo magna luminaria, in nostro ordine emicuerunt, *b* Gaubertus scilicet frater ipsius Comitis Rorgonis, atque Wilermus, qui quantæ nobilitatis quantæque potestatis exstiterint, ac quales in secularibus claruerint honore dignitatis, et qui in perfectam monasticam vitam duxerint, postquam fugitivi seculi fascibus abrenuntiantes, atque [illegible] præceptis Dominum inhærentes, [illegible] delegerunt [illegible] Et [illegible] Abbas [illegible]

[illegible]

b [illegible] Gaubertus

CAPUT III.

Glannafolium Fossatensibus traditum, ereptum

At vero venerabilis Comes, [illegible] præceptum Imperialis edicti, a Serenissimo Impera- [illegible] illic perficienda et interius et exterius studiose dis- [illegible]

[illegible] acquirere ac adu- [illegible]

[illegible] hortatu il- [illegible]

dum, ubi etiam ipse [illegible]

[illegible] 77 [illegible]

Auctore Odone Abbate ex Mss.

b [illegible]

c [illegible]

AUCTORE ODONE ABBATE EX MSS.

sitatis ipse Ebroinus ei propinquus erat. Hoc ergo cum apud Pipinum (ut optaverat) obtinuisset, accedens etiam ad piissimum Imperatorem Ludovicum, jam Episcopus constitutus, hic eum ipsum cum omnium plenitudine rerum, quas eo tempore dignoscitur possedisse, hæreditario ac perenni pro merito impetrare dono, ut testatur sacræ auctoritatis ejus celebre testamentum, quod hodieque scrinii nostri cautissima conservatur repositione.

20 Hic itaque supradicti Comitis jussionem sequens, ejusque obtemperans voluntati, Fratribus Fossatensis cœnobii liberrimam de eodem loco concessit potestatem, quamdiu idem nobilissimus et reverentissimus vir in corpore, Dei voluntate, permansit. Ille vero præsenti cessato lumine, cum auctoritatem ab eis inquireret, qualiter ipsum cœnobium in eorum devenisset potestatem atque dominium, nec eam illi ostendere quivissent, quippe quia jam (ut supra significatum est) fraudulenter abstracta atque igni tradita fuerat, illis quibus Fratribus de supradicto monasterio retentis, ceteros locum suum jubet repetere. Et hoc post obitum Augusti Ludovici, et justæ recordationis Rorigonis, inductus a quibusdam non sanæ cordis viris agere aggressus est. Accedensque ad Serenissimum Regem Carolum, et ostendens illi testamentum patris ejus, cujus auctoritate præ potestatis jure eumdem retinebat locum, deprecatus est eum ut suis novis præceptionibus Domini [illegible] decorare dignaretur electum. Cujus ille [illegible] benevolentissime [illegible], quod a tanto petebatur Pontifice, celeberrimis confirmavit scriptis. Quibus etiam continetur, ut quamdiu aliquis de progenie nostra inveniri potuerit, qui locum ipsum secundum auctoritatem B. Benedicti, regere et gubernare valeat, regulariter ipse vivens, et nullus alius ibi Rectoris fungatur officio.

a Pipinus a Ludovico Pio patre an. 817 Rex Aquitaniæ creatus, moritur an. 838.

b Interfuit hic concilio in Vermopalatio an. 844. In Vita Ludovici ad an. 839 appellatur nobilissimus Pictavensis Episcopus, dicturque cunctis [illegible] maximus Procerum.

CAPUT IV.

Translatæ S. Mauri reliquiæ. Prædones repressi.

His denique strenue satis peractis, Gauzlinum virum eruditissimum atque in monasticæ perfectione religiosissime institutum, filium scilicet sui ti viri Gausberti, regiæ præsentavit celsitudini; optatque cum eo ut illum loco ipsi Abbatis honore præficeret. Quod Rex gratanter accipiens, (valde enim eum pro sua eruditione, et doctissima locutione diligebat, qua idem vir nobilissime pollebat) honorabiliter eum coram Optimatibus totius regni sui Abbatem constituit, ampliora se ei daturum promittens, cum opportunitas id peragendi sese obtulisset. Qui suscepta cura pastorali ejusdem loci a Rege sibi injuncta, nobiliter in sancta religione cœpit excrescere, denique in divinis cultibus suo tempore nemini secundus emicuit.

Gauzlinus transfert reliquias S. Mauri.

22 Qui qualiter corpus B. Mauri de Australi climate alterius B. Martini, retro (ut nostro seculo moris est) ad Orientalem, scilicet ejusdem mensæ transtulerit partem, ipsius scriptis plenissime cognosci valet. Ita enim prosequitur: Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, octingentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, feria [illegible] hebdomadis *a* [illegible] quadragesima, quarto Idus Martii, translata sunt ossa beatissimi Levitæ Mauri, a famulo Dei Gauzlino, [illegible] Sacerdotibus [illegible] [illegible] [illegible] die, [illegible] [illegible] Bertulfo Abbate [illegible] prædicti Patris Mauri [illegible]

absque macula sunt repertæ, ut quasi eodem die illic repositæ fuisse crederentur. In qua etiam membranulæ vetustissimæ portiuncula est inventa, cujus series diuturna oblitteratione pene delata, vix perspicacissima elucidari valuit indagine. Cujus textus tandem enucleatus hæc continere repertus est: Hic requiescit corpus B. Mauri monachi et Levitæ, qui tempore Theodeberti Regis in Galliam venit, et octavodecimo Kalendas Februarii migravit a seculo. Beati quoque Petri Apostoli patrocinia, simili modo ibidem sunt reperta in *d* arcula, quæ ad caput ejus erecta, et arenoso aggere cooperta, pro conservatione eorumdem (ut opinari potest) decenter fuerat. Hæc quidem ille.

d

quæ miracula illustrantur

23 Testati vero nobis sunt Fratres congregationis nostræ, qui eo die obsequiis translationis tanti viri devotissime interfuerunt, quod octo notissimæ personæ ibi a diversis sanatæ sint infirmitatibus, ex quibus tres cæci fuerunt, claudi duo, paralyticus unus, mulieres mutæ duæ. Eodem anno, pridie ante sanctum Pentecosten *e* tertio Kalendas Junii, ordinatus est famulus Christi Gauzlinus primus Abbas, post restaurationem monastici ordinis, in cœnobio S. Mauri in ecclesia S. Salvatoris ante altare, quod ipse ædificaverat in honore individuæ ac vivificæ Trinitatis, a summo Pontifice Turonicæ urbis *f* Ursmaro, et aliis duobus Episcopis: quem etiam ipso anno, primum quidem Ebroinus Antistes, in Ecclesia Pictavensi ad ordinem diaconatus, *g* Dodo autem Episcopus in Ecclesia Andegavensi, ad presbyterii promoverat dignitatem gradus. Sed jam ad virtutum insignia, quæ per hunc beatissimum virum, in hoc eodem loco cœlitus demonstrata sunt, narrationis ordo est convertendus.

e

ordinatur Abbas

f

g

24 Cum locus idem, providentia et regimine monachorum Fossatensium, justæ videlicet memoriæ Gausberti et ceterorum (quorum superius mentionem fecimus) convenienter et religiose gubernaretur, tempore illo quo inter gloriosissimum Regem Carolum et ejus fratrem Lotharium longa concertatio pro *h* regni fastigio exorta est; quam, Deo se protegente, serenissimus Rex Carolus strenue satis armis decertando publice evendicavit; Cenomannicæ Ecclesiæ Antistes, *i* Aldricus, cuncta quæ in villa, quæ Cavania nuncupatur, habebat, prædicto Dei famulo Gausberto, ad nostrum adducens monasterium custodienda commendavit. Quod cum Haimericus quidam et ejus compar *k* Gerardus comperissent, Missis suos illuc dirigentes, cuncta quæ a supradicto Pontifice illic deposita fuerant, se per vim diripere mandaverunt, nisi celerrime a Fratribus traderentur. Cumque eis de monasterio remandatum fuisset, certam legem a Domino de depositis constitutam esse, seque omnia pro his custodiendis ac conservandis, etiam extrema pericula pati paratos, ipsi ira accensi, et cupiditate cæcati, ad monasterium equis sudantibus advolaverunt, suis mandatum dantes, ut dum ipsi cum Fratribus loquerentur, illi omnia ostia domorum, in quibus commendata reposita erant, pervadere absque ullius timoris pavoris satagerent. Qui eorum impiis jussionibus obtemperantes, mox ut auctores tanti mali introgressi, cum Dei famulo Gausberto et ceteris Fratribus de eadem re austerius agere cœperunt, strictis gladiis irrumpentes, auferre omnia dissectis foribus conabantur.

h

Gauzlinus, S. Mauro deposita

i

k

deprædantes

25 Quod cum viro Dei nuntiatum fuisset, convocatis Fratribus, ut misericordiam omnipotentis Dei attentius precarentur, ac S. Mauri suffragia ocyus sibi adfuturæ crebra deposcerent repetitione, ipse lacrymis perfusus hortatus est. Deinde ignis sonantibus, sumptis Sancti eorum reliquiis, impositisque Leonum, cum [illegible] numero pergit ad locum, ubi [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] splendenti claritate, subito dum B. Mauri nomen in [illegible]

pro-

prece a Fratribus cœpisset nocturna, tantus fragor [illegible] ter-[illegible] [illegible]

[illegible]

CAPUT V

[illegible]

[illegible]

27. [illegible]

[illegible] Sancte Maure [illegible] visitator et custos fa-[illegible], intercede pro nobis [illegible] peccatori-bus. Ista [illegible] et plorando, [illegible] per [illegible] prosequens, [illegible] a Fratribus, qui eum [illegible], a pavimento elevatus, [illegible]

[illegible]

[illegible] fuerant.

28. [illegible]

[illegible]

29. [illegible]

Victori Odone abbate ex Mss. Custos ecclesiæ ruina periculo eximitur

velociter foras egrederetur jussus est. Quod dum somno gravatus agere neglexisset, ac se in aliud convertens latus, sopori oculos repressisset; ille iterum, speciem Othberti ipsius monasterii monachi prætendens, ac frequenti inclamatione eum compellans, collocare se in ejus velle lecto, ob nimiam lassitudinem asserebat. Visumque sibi fuisse dixit, quod ipseejus magister Othbertus, qui eodem tempore ecclesiarum ejusdem loci Arcarius erat, se in stratum, de quo ipse surrexerat, collocasset. Sed cum ille basilicam intrasset, seque orationi dedisset, domus illa, de qua exierat, funditus corruit. Ille autem Othbertum, quem in lecto, ut sperabat, dimiserat, mortuum existimans, pernici cursu ad portas ecclesiæ S. Salvatoris advolavit, atque eas valido conatu impellens, ejulando magistrum suum ruina domus illius oppressum asserebat. Othbertus vero de stratu suo surgens, fores ecclesiæ reseravit, eumque insanire proclamabat. Ille e contra rei ordinem pandens eversam domum illi demonstrabat; hoc nutu Dei aut per Angelum visitatorem ipsius loci, aut per eumdem sanctissimum virum actum esse datur intelligi, ne scilicet juxta sacratissimum corpus ejus, vitæ discrimen custos basilicæ ipsius incurreret.

30 Nauclerus quoque cujusdam ratis, ex his quæ mercibus inservientes magnis quæstubus oneratæ sursum per Ligerim ascendere solent, cum rudentem *b* peripetasmatis malum navis scandens, tornaturæ, de qua dissilierat, reaptare vellet, laqueo subtilioris funis per pollicem sinistræ manus apprehensus, ac validissime constrictus est. Qui cum adminiculo dexteræ manus, triplicem ipsius laquei insertionem enodare conaretur, repente malo, quem inhærendo circumdederat, amisso desperaliter pendere cœpit. *Nauclerus e periculo eripitur.* Quid agerent nautæ, quo se verterent, nesciebant. Nam funem, de quo ille pendebat, præcidere metuebant; ne subito corruens elideretur. Sed et sursum ascendere, illius intercepti appensione non valentes, quo ei aliquo modo succurrere possent, B. Mauri nomen invocare cœperunt, ut suis sanctis meritis et intercessionibus misero in articulo mortis posito subvenire dignaretur. Hoc itaque sub ejus cœnobio contigit, in littore scilicet appulsionis piscatorum, eidem loco servientium. Exorto itaque clamore nautarum, Fratres conglobati, Christi clementiam ac B. Mauri auxilium instantissima prece, signis sonantibus implorare cœperunt: cum ecce subito illis orantibus, is qui appensus fuerat, paullatim desursum demitti videri cœpit. Cumque jam in navi recta staret planta, absque ullius juvamine, nodo durissimæ constrictionis solutus est, funis vero ac tormentis (non minus mirabile dictu quam visu) cursum suis locis redditus, stupentibus nautis, secundo admodum flatu navim dirigere cœpit, cunctis Deum laudantibus ac benedicentibus pro talibus tantorum beneficiis [illegible] per beatissimum virum ibi celebratis.

a [illegible] MSS. [illegible]
b [illegible]

CAPUT VI.
Multati cœlitus improbi.

Qualiter autem divina clementia meritis hujus beati viri, [illegible] [illegible]

corpus beati viri, misericordiam omnipotentis Dei implorare cœperunt: quatenus meritis sancti viri, et ille a perversitate atrocissimi animi conquiesceret, et innocens familia ab ejus immanissima vastatione liberaretur: et cum hoc per dies aliquot indesinenter agi ante sepulchrum B. Mauri ille comperisset, timore actus, ne forte pro commissis vitæ discrimen incurreret, servum juris sui Abbati et Fratribus ad monasterium transmisit, ut illum loco illius quem peremerat recipere et possidere dignarentur. *eorum precibus territus.* Sed non pro hoc ultricis pœnæ evasit vindictam. Ne enim orationes servorum Dei incassum fusæ viderentur, et auxilium sancti viri sibi servientibus, seque ac per se Deum invocantibus, præsto non esse dubitaretur, divinum continuo miserum prostravit flagellum. *damnum reparat* Qui ad extrema veniens, jamque desperatus in lecto decumbens, subito dum ab assistentibus observaretur, arcuatim se virtute qua poterat colligens, de lecto agiliter prosiliebat, horribiliter et se et circumstantes urinæ fœdans effusione, atque clamore valido, ingeminans: Heu S. Maure, etsi tibi servum tuum perimens abstuli, loco illius meliorem ex proprio jure substitue. Quid me persequeris? Quid me occidis? Hæc indesinenter per sex continuos dies ejulans, languore ingravescente, septimo tandem die, in eadem verba infelicem abrupit vitam. *tamen S. Mauro ulciscente male perit.*

32 Wlfuinus quidam vir clarus secundum seculi dignitatem, atque in equestri ordine nonnullos præcellens, cum toto quadragesimali tempore censum piscium, (quem more provinciæ *b* Cœnadicum vocant) per vim Fratribus abstulisset; nec crebris nuntiis sibi ab Abbate et Fratribus directis adquiescere vellet, ut ea quæ a piscatoribus monachis persolvenda erant, ex debito redderentur. Gerfredus monachus magnæ vitæ vir, (qui dudum per viginti annos vitam eremiticam ducens ab omni quod inebriare potest abstinuerat) novissime ad eum accedens, mortem illi minatus est, nisi præteritorum pœnitudinem gerens, de reliquo ea quæ Fratribus competebant, sine impedimento illis recipere permitteret. *Monachi vaticinium* Quod nullo modo ille assentiens, in pristina perseveravit malitia. Abbas vero jam dictus Gauzlinus, communi decrevit consilio, ut expletis hymnis matutinalibus, ad tumulum B. Mauri septem quotidie psalmos Fratres decantarent, et misericordiam Christi ocyus sibi affuturam contra tyrannum precarentur. Quod cum instantissima prece, omni illo jejuniorum tempore, peractum ab eis fuisset; ipso Dominicæ resurrectionis die, post omnem multiplicium apparatum epularum, cunctorumque [illegible] hilaritatem, quam eo die celebrius atque solennius ob honorem et reverentiam tantæ festivitatis, Christianus orbis colit, cum super [illegible] cubiculi resideret, a quodam viro, qui honoratior in domo ejus erat, nomine Adalgaudo, ipso suo ense quem ante illum tenebat, [illegible] per medium [illegible] [illegible]

[illegible] plenas [illegible] desperabiliter [illegible] posset, dicens, quod [illegible] [illegible] fratris dextera viscere tenus confossus interiit.

33 *a* Gerehar [illegible] Agelwin Abbatis clarior habetur, custodes [illegible]

[illegible]

paruit. Tertio tandem die a piscatoribus, [illegible]

[illegible]

34 [illegible]

unum, cælesti [illegible] insequente vindicta, a finibus di- [illegible] sibi tellurus, alii [illegible] oculis, alii truncatis manibus [illegible] Ranaldus vero, qui [illegible] nullo [illegible] quotidie scelere fœdabatur, [illegible] Sata[nae] [illegible] interior [illegible] ipsique [illegible] percussus [illegible] *b* Frotmundus autem et Her[illegible] [illegible]

[illegible]

CAPUT VII

Reliquiæ S. Mauri in Burgundiam, dein Fossatum translatæ.

I[illegible] sopore depressa, cuncta luminaria ecclesiæ illius, [illegible] multitudine : quorum [illegible] litteris [illegible] ignorare [illegible]

36 Cumque jam de [illegible]

78 [illegible]

Auctore Odone abbate. Ex MSS

monachi odorem suavem sentiunt, et luminaria accensa vident

cœpit. Cujus clamore ille excitatus, ardentiaque luminaria conspiciens, atque suavissimum odorem persentiens, inquirere ab ea cœpit, qualiter erga illam divina ageret clementia. Cui illa rei ordinem pandit. Qui cum ingressus cubiculum, in quo dormiebamus, nobis expergefactis, ut basilicam ingrederemur annuere non cessaret, e stratis perniciter exilientes, ecclesiam intravimus: conspicientesque succensa luminaria, simul et odorem captantes mirificum, stupore attoniti hærere cœpimus: solutoque prius silentio, (ut mos est) cuncta quæ acta fuerant, ab ipsa per ordinem didicimus muliere. Nam dicebat: Odor iste, cujus suavitate nares vestræ adhuc perfruuntur, mox ut retecto feretro hi qui ingressi sunt, quasi obsequendo et nescio quid divini dulciter modulando, urnam Sancti contingere cœperunt, totam istam replevit ecclesiam. Vocabatur autem eadem mulier Ratburgis: quæ cum gaudio ad propria reversa divina erga se per B. Maurum miracula celebrata cunctis enarrare non cessabat.

iterum cantum audiunt.

37 Sequenti vero nocte, ne quid dubietatis, ex his, quæ a multis audieramus, nobis in corde remaneret, antequam ad solemne peragendum surgeremus officium (erat quippe nox illa celebris, quæ Dominica appellatur) subito cum mæstitudine cantus suavitate voces concrepantium audire cœpimus: sed quasi quodam pressi onere, et cujusdam torporis gravati lassitudine, nullo modo ex stratis surgere valuimus. Præcipue tamen Girardus custos sancti corporis, placidissimum sibi soporem infusum asserebat, qualis matutino tempore nec plene dormientibus, nec perfecte vigilantibus accidere solet. Cujus gravitudine occupatus, nullo modo se de loco lectuli surgere potuisse (quamquam sæpe conatus fuerit) testabatur: nec horama illud, sed manifesta visio fuit. Interdum enim apertis oculis quosdam ex celebratoribus tantarum excubiarum se vidisse fatebatur. His itaque visis atque auditis, certum profecto tenuimus et tenemus, non minori frequentia cœlestium agminum, sancti viri corpus, quocumque delatum fuerit, et visitari et honorari, quam in loco sepulturæ ejus: idque evidentissimis crebro ab eis fieri approbatum est indiciis. Dignum quippe est, ut eos visitatores corporis sui habeat in terris quorum cœtibus admistus immarcescibili gloria felicitate una perfruitur in cœlis.

Sanctos vident

38 Ex eo ergo loco, comitante nos populi multitudine, qui undique ex vicis et agris nobis obviam præcipites confluebant, in pagum b Sagensem, cum sacro devenimus thesauro. Et quia sanctus Pontifex c Hildebrannus, generali expeditione universo populo contra Nortmannos indicta, occupatus, ad suscipiendum corpus [illegible] pro tempore hoc sancti viri corpus, [illegible] non poterat; Archidiaconum [illegible] suæ Sedis cum electiori parte sancti Cleri, ad villam quæ Merula nuncupatur, quam munifica largitate Serenissimus Rex Carolus ad suggestionem [illegible] Pontificis Ebroini, B. Mauro et ejus famulis per magnificentiæ celsitudinis suæ contulerat præceptum, cum omni Ecclesiasticorum honore et apparatu [illegible] habent, qui nobiscum sancti viri glebam religiosa [illegible] ecclesia S. Juliani reconderet obsequio. Ubi per annum integrum et dimidium, quanta valuimus hoc sancti viri corpus diligentia custodivimus. Ubi quæ et quanta Dominus per eumdem servum suum operari dignatus fuerit, si quis scripto digerere velit, ante (ut opinamur) tempus deficeret [illegible] quam materia [illegible]. Multi enim cæci, surdi, et claudi, diversisque oppressi languoribus, ante ejus lecticam nobis cernentibus [illegible] recuperare meruerant. Quos ideo nominatim exprimere omittimus, quia et copiosior eorum numerus [illegible] excedit, et legentium fastidium [illegible].

b

c

Corpus S. Mauri transfertur in villam Merulam

[illegible]

39 Illud tamen animo prætereuntes retinere non debemus, quod nullus febricitantium, cujuscumque typi contritione vexaretur, (si plena fide hujus sancti viri imploravit auxilium) sine sanitatis gaudio unquam ab ejus repedavit tumulo. Sed ut taceamus de reliquis, quid nobili viro Orgerio ibidem evenerit silere non debemus. Hic cum jam per tres continuos menses, sine intermissione duobus diebus validissima vi febrium irremediabiliter quateretur, adeo ut sensu penitus perdito, penitus in amentiam versus æstimaretur; Cadilo Comes, qui ei affinitate generis propinquus erat, secum eum ad locum sancti corporis B. Mauri adduxit. Et cum eum hortaremur, ut cum fiducia fidelis animi, ante membra sancti viri nocte integra jaceret, reluctari cœpit; seque conscium peccatorum suorum esse testabatur, pro quibus sibi pejora accidere pavidus formidaret. Cujus pusillanimitatem sacræ auctoritatis assertionibus utcumque roborantes, invitum eum illic dormire compulimus. Sed ut ostenderet Dominus quantum fides proficiat, et diffidentia officiat, meritis B. Mauri unius tantum cum diei vexatione solvere est dignatus, usquequo post non longum tempus, pleniori jam fide animatus, cum xeniorum munere regressus, atque jam securus periculorum, pervigilem ante Sancti urnam, summa cum devotione, duceret noctem, omni illius incommodi valitudine perfecte liberatus, gratias Divinitati et S. Mauro referens, ex eo usque nunc absque ullius viget infirmitatis labore.

omnes febricitantes juvantur

40 Cum vero et illic crebberrimis, et improvisis paganorum deterreremur eruptionibus, secundum quod in Epistola huic opusculo præposita continetur, hoc sancti viri corpus citra fluvium Ararim a nobis deportatum, digno cum honore (prout temporis et loci permisit opportunitas) reconditum ac collocatum in fundo Audonis Comitis est: ubi per tres semis annos custoditum, sedecim notissimarum personarum sanitate celebre nomen ejus circumcirca divulgatum, assidua populorum frequentatione venerari cœpit et excoli. Nam primo adventus sui ad eumdem locum anno, frequentibus claruit virtutibus, quas enumerare longissimum est. In quibus claruit ea quæ suprascripta est, emicuit curatio sedecim personarum, quarum aliquanti cæci, nonnulli claudi, quidam vero surdi, aliquanti autem muti fuerunt.

iterum transfertur

fiunt ibi miracula

41 Exinde illud juxta tenorem præfationis hujus libelli, in monasterium Fossatense deportavimus, et (sicut pleniter ibi prosecutum est) venerabiliter in ecclesia B. Petri recondentes, in ipsis Idibus Novembris collocavimus. Ad quem locum gloriosissimus ac clementissimus Rex Carolus, a partibus Burgundiæ regrediens, per semetipsum dignatus est accedere, Christi protectionem ante lecticam sancti viri, summa deposcens devotione, die Nonarum Februariarum, hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini octingentesimus sexagesimus nonus, regni vero ejus vicesimus nonus, indictione secunda. Qui ob majorem devotionem christianissimi animi, quam erga Deum et Sanctos ejus habet, post non multos dies, de monasterio beatorum Martyrum Dionysii et sociorum ejus, honorabilia B. Mauro transmisit munera, per Otulfum strenuæ probitatis monachum, pallia scilicet pretiosissima duo, quibus corpus ejus in diebus processionum, et festivitatibus cunctarum decoratur solemnitatum, cujus intercessione perennis vitæ a Domino æternaliter recipturus est remunerationem: qui ita præsentialiter venerabilia exornare non desinit d polyandria Sanctorum, ut nominum præteritorum, qui regni nostri claruerant honore, priorem videatur habere in sancta religione. At nos optato tandem fine narrationis hujus gaudentes, Christi misericordiam per B. Mauri imploramus suffragia, ut qui inculto licet stylo, fide tamen integra, seriem hujus historiæ prosecuti sumus, vinculis peccatorum solvi ab eodem mereamur Redemptore, æternorumque gaudiis perfrui valeamus præmiorum, juncti in cœlestibus consortiis Angelorum. Amen.

transfertur ad cœnobium Fossatense

visitatur et donariis honoratur a Carolo Calvo

d

a Ibratus

[illegible]

TRANSLATIO BRACHII S. MAURI.

ex a Leone Ostiensi l. 2. Chron. c. 54.

P[illegible] Dominus [illegible] Cluniacensis Abbas, ad hoc monasterium [illegible] advenit, et ob [illegible] sancto Patri Benedicto, [illegible] per eum monasterio [illegible] Quae cum [illegible] Abbati et Fratribus [illegible] in Capitulo [illegible] post verba [illegible] Domini [illegible] Abbatem [illegible] Domnum, [illegible] Fratrum [illegible] Theobaldus, [illegible] potuit. Post haec [illegible] eiusdem [illegible] precibus oratus [illegible] solenniter Fratribus [illegible]

2 [illegible] Dei laetus accipiens [illegible] Sicque [illegible] Mauri [illegible] turrium instar erecta, per [illegible]

3 [illegible] persecutionesque devitans [illegible] vestibus, cum [illegible]

vis utraque plena pius lacrymis fuit, devoto lectori considerandum relinquimus.

4 Fuere nonnulli ex Fratribus non quidem omnino dubitantes, sed certiores reddi cupientes [illegible] fidei caussa extitere. Quod cum Prioribus relatum [illegible] mansit.

[illegible] 1100, [illegible] 1023 [illegible]

APPARITIO S. MAURI

ex a Petro Diac. l. 4. Chron. Cassin. c. 130.

E[illegible] Casinensi monasterio [illegible] maneret [illegible] Dei [illegible] Fratribus [illegible] redi. Quos cum [illegible]

Ex Petro Diacono

audita vel visa sunt, cave ne quibus jussus es dicere omittas. Sin alias, contemptor negligentiæ pœnas exsolves. Sciasque te ideo divino justoque judicio, corporali lumine fuisse privatum, quia quæ aliquando in capitulo ob agendam pœnitentiam divina dignata est majestas ostendere, tui cordis arcano condidisti, nulli quæ videras pandens. Namque idem Frater dum adhuc sub districtione cœnobialis institutionis in claustro cum Fratribus reliquis degeret, seque jejuniis, orationibus, vigiliis, flagrisque in conspectu divinæ majestatis quotidie mactaret; nocte quadam ingressus Capitulum in spiritu rapitur, judiciariasque sedes in absida capituli, Domino una cum sancta ipsius Matre consedente (sicut ibi hactenus pictæ cernuntur) aspexit: tantoque liberius divinas cœpit intendere, quanto se ab humanis reddiderat alienum. Cumque tanta visione stupefactus assisteret, vidit repente sanctissimum Patrem Benedictum, Mauro ac Placido dextera lævaque comitatum, in medium advenisse concilium, magnis vocibus omnipotentis Dei majestatem ita interpellare: Rex Regnum, creator redemptorque mortalium, sine cujus nutu subsistere fragilitas humana non valet, has oro questus mei voces exaudias: meumque, quod te donante fabricandum perpetuoque regendum monasterium suscepi, respicias. Tu enim Domine, qui cogitationes de longe consideras, et vocas ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, hunc locum mihi adhuc mortali in carne constituto destruendum esse monstraveras, gentibusque barbaris, quæ præparaveram Fratribus, traditurum te occulto tuo judicio dixeras, ac restituendum in melius pollicitus fueras, quod et factum hodie cernitur. Insurrexerunt enim contra hunc locum iniquissimi quidam et execrabiles, ipsum conantes evertere. Rectores quoque ipsius nequaquam boni pastoris, sed voracis lupi vestigia sequentes, oves sibi commissas voracibus dentibus laniant tyrannorum more, opes ad servitium et honorem tuum congregatas in usus turpissimos convertunt: commissum sibi populum ut lascivientes vaccas vagari sinunt: pupillorumque et viduarum caussas contemnentes, ad munera sola convertuntur. Quem das his cladibus finem, Rex magne polorum?

Idem autem videbat in Christi et Capitulum concilio

S. Benedictus queritur de Prælatis, et malis Casinensibus

4 His dictis Sanctus conticuit, factoque ibi fine quievit. Cum ecce innumerabilis multitudo dæmonum fureis igneis et uncinis armata, ante se Crescentium Marsorum Comitem habentes adveniunt, thuribulaque argentea magna, quæ ex Casinensi monasterio quondam in pignus acceperat, et quæ contra velunt item d Senioreti Abbatis recollegerat, in manibus, veluti de fornace prodiret, habentem. Quem idem Frater cum interrogasset, cur his suppliciis afficeretur, quia thuribula retinuisset, se torqueri ait: coepitque rogare monachum, ut quæ de se viderat, Berardo filio diceret, et ut supradicta thuribula monasterio redderet, rogaret, addens: Hoc illi signum sit, quod eadem thuribula et aureum calicem ab aliis rebus dum viveret segregasset: idque, exceptis Fuscone et Transmundo consiliariis suis, neminem scire. Hoc ille ubi ad se rediit dicere dubitavit. Ex hinc justo Dei judicio cæcatus est; et qui lumen æternum quod viderat, talentumque, quod erogandum acceperat, voluit ceteris erogare conservis, sed in terram ut piger servus occuluit, juste talentum proprii luminis perdidit.

dæmones Crescentium comitem punientes ob sacrilegium

ob eo rogati, ut thuribula restitueret

sed omnia reticens cæcus erat factus

5 Et ut ad ea quæ omisimus revertamur, auditis beati viri Mauri monitis, illisque recedentibus, lux quoque, quæ ejus illustraverat oculos, una abscessit, adeo ut cæcus (sicut antea fuerat) remaneret. Verum ne delirus aut mendax haberetur, ne sic quidem quæ audierat vel viderat dicere voluit. Trigesimo autem die, postquam hæc viderat, illucescente, cum idem Frater in eodem loco, ubi prius visionem viderat, sederet, in ecclesia scilicet S. Andreæ Apostoli, idem qui supra sanctissimus Maurus apparuit, et cur ea quæ viderat vel audierat dicere renuisset increpans, talia verba profudit: Ego quidem, Frater, præcepi ut secreta Dei, quæ tibi per me revelata sunt, hominibus panderes; sed tu negligens desidiæ te dedisti. Unde veluti majestati obnoxius, tradendus esses inextinguibilibus. Sed quia omnipotentis Domini misericordia (quæ melior est super vitas) hoc tibi commissum indulget; præcipio ut quæ a me tibi revelata sunt, dicere ultra non moreris. Quod nisi feceris (quod absit) æternis traderis incendiis. Hæc fatus, in tenues subito Sanctus evanuit auras. Frater autem continuo surgens, Abbatem ad se evocat, et cuncta quæ audierat vel viderat per ordinem pandit. Abbas autem convocans Fratres, quæ supradictus Frater viderat, narrat. Omnesque discalceatis pedibus Capitulum, quo resederant, egressi, litanias cum fletu et lacrymis ante Patris Benedicti corpus peregerunt.

iterum a S. Mauro increpatus ob negligentiam

iterum a Sancto increpatur

Abbatem et monachos monet

6 Ceterum quidam ex Fratribus cum hæc deliramenta putarent, nullumque præbere assensum vellent; die quadam prædictus Albertus me accersiri fecit, remque eamdem quo supra diximus ordine se vidisse sacramento firmavit. Nullos igitur hæc ulla ratione dubitare commoneo, ne forte incredulitatis suæ pœna plectantur: et dum me falsitatis reprehendunt, ipsi falsi testes mentientes apud districtum examen habeantur.

hæc Auctor narrat.

a *Librum quartum Chronici Cassinensis composuit* Petrus Diaconus, *exorsus, ubi Leo desierat, ab anno* 1086, *prosecutus usque ad an.* 1138.

b *Rogerius Siciliæ Comes et Apuliæ Calabriæque Dux, a Petro Leonis, sive Anacleto II Antipapa, Regis titulo ornatus est an.* 1130, *triennio post a Lothario III Imperatore victus fugatusque, post ejus ex Italia discessum Provincias amissas recuperavit, Guibaldum Abbatem necis terrore Cassino fugavit. Innocentio II, cujus successori diu repugnaverat, reconciliatus est, ut hic dicitur.*

Rogerius Rex Siciliæ

c *Colitur S. Placidus 5 Octobris.* d *De Senioreto plura sunt, quæ idem Petrus narrat cap.* 5, *et sequentibus.*

DE S. IDA, SIVE ITA, VIRGINE IN HIBERNIA.

An. Sec. VI. XV Januarii. S. Hiberniæ

Celebratur in Hibernorum Fastis S. Ida Virgo, sive Ita, quæ et Yta, Ide, Ite, Itha, Itta *et* Mida *quoque appellatur, nam ut alibi iterum observabimus, propriis nominibus præponere M litteram vel Mo aut Ma solent Hiberni, quod meum significat, atque amorem reverentiamque indicat, ut sit* Mida *idem quod mea* Ida, *sic* XXXI Januarii Medocus, *alibi* Midanus, Modua, Mochelmoc, Molassas.

2 *Colitur* S. Ida XV *Januarii festo solemni in regione* Hua-conall *diœcesis Limericensis, provinciæ Momoniæ, præcipue quæ in Ecclesia* Cluain Credhail, *in regione quoque Desiorum Comitatus* Waterfordiensis, *loco qui* Rosmide *nuncupatur. In Catalogo tamen præcipuorum Sanctorum Hiberniæ ad XIV Januarii adscriptum est ejus nomen, in novo Martyrologio Anglicano ad XXV Januarii.*

3 *Vitam S. Idæ accepimus a R. P. Joanne Colgano ordinis S. Francisci, S. Theol. Lovanii Professore, qui ex Kilkenniensi codice ... descripserat. Auctor fere æqualis ipsius Idæ fuit, ut ipsemet indicat cap.* 5, *num.* 27. *Quidam vir, inquit, nomine* Feargus, *cujus filius adhuc vivit, adductus est ad S.* Ytham. *Aliam paullo elegantiorem ... ex MS. Insulæ Sanctorum in lacu Ree ... communicarat Hugo Varderius monachus S. Antonii de Padua Lovanii Guardianus, cum qua vetustiorem illam contulimus.*

Vita quando scripta.

4 *Mentio fit S. Idæ in Vita S. Aidani, sive Medoci,* XXXI *Januarii cap.* 8, *num.* 51. *Alio tempore cum* S. Maedhog *in finibus* Mumoniensium, *scilicet in* Hua Conaill, *prope monasterium* S. Ithæ esset *etc. In vita quoque S.* Pulcherii XIII *Martii pluribus agitur de* S. Ita *ejus amita et nutrice, et in aliorum plurium Sanctorum*

Alii ejus memoria

ctorum Hibernorum gestis. Est in Cornwallia S. Ithæ *oppidum vulgo* S. Ives, *vel* S. Ithes, *et subjectus sinus* S. Ives-bay. *Ab hac nostra* Ita, *sive* Ida, *ductum nomen censet Wilsonus in Martyrol. Angl. et Henricus Fitz-Simon noster in Catalogo præcipuorum Sanctorum Hiberniæ, cum ambo Guilielmum Cambdenum citent, qui in Damnoniorum descriptione ait hoc oppidum* Itæ muliери Hibernicæ, quæ singulari sanctitate hic vixit, hoc nomen acceptum ferre. *At non isthic vixit* Ita *nostra, ut necesse sit vel Cambdenum falli, vel aliam esse* Itam, *vel* Ian, *quæ nomen loco fecerit.*

VITA AUCTORE INCERTO

ex veteri MS. Hibernico.

CAPUT I.

S. Idæ adolescentia, sacrata Deo virginitas.

De vita et miraculis beatissimæ Virginis Ythæ aliquid in memoriam breviter enarrare cupimus: multa enim de miraculis ejus nos latent, quia ipsa semper ea abscondebat, et quæ sibi soli contigerunt, nemini narrabat; alia etiam quæ scimus propter brevitatem omittimus. Sanctissima siquidem Virgo Ytha de nobilissimo genere Hiberniæ orta est, id est, de semine *a* Feghilim Reachtmhair, a quo tota Hibernia multis annis in maxima potestate in oppido regali Themoriæ regebatur. Ipse vero tres filios habuit, id est, *b* Fiacha, Conn, et Eochaidh. Fiacha vero, tres filios habens, mortuus est sine regno, sive ante [illegible] regnum paternum, vel se deviat C[illegible] autem c superstes ejus frater totam Hyberniam post patrem suum potenter in maxima felicitate regnavit, et ipse (proh dolor!) occisus est in bello, quod commissum est in campo Cetha a Rege *d* Ultoniam, qui vocabatur *e* Tybraide Tireach. Tres autem *f* illi filii fratris sui Fiacha cum multis turbis et magno exercitu ad terram *g* Momoniensium de Themoria venerunt, et ibi maximam regionem nobiliter et fortiter [illegible] appreh[illegible] [illegible] gens [illegible] Hua [illegible] vocatur. De qua gente nobilissima Virgo S. Ytha orta est, quæ a fonte baptismatis Spiritu sancto repleta est: nam omnes narrabant continentiam et mores infantiæ ejus, et abstinentiam diebus quibus famula Dei debebat jejunare, et multa signa per eam, cum infantula esset, fieri videbantur. Et cum valeret loqui et ambulare, prudens in sermone et opere, dulcis alloquio, et constans mente apparuit, proferens semper verba castissima de ore suo, [illegible] omnes, larga valde, Deum timens et [illegible], [illegible] semper [illegible], [illegible] bona. Ita vixit [illegible] ætate.

2 Quadam quoque die sancta puella Ytha sola dormivit in cubiculo, et totum illud cubiculum visum est hominibus ardere. Cum autem illi homines accessissent adjuvare, cubiculum illud incombustum et flammis intactum apparuit. Et omnes mirantes [illegible], dictum est eis [illegible], quia gratia Dei [illegible] Christi [illegible], quæ illa [illegible]. Et cum [illegible] S. Ytha [illegible], [illegible] Angelos, qui [illegible] pulchritudinem, quantam [illegible] ante [illegible] posteri [illegible]. Ita enim species ejus tunc apparuit, ut vix [illegible] possent eam conspicere: et tunc [illegible] cognoverunt, quod gratia Dei [illegible] eam: et post breve intervallum, speciem suam Virgo Dei [illegible], quæ [illegible] pulchra erat.

3 [illegible] S. Ytha vidit Angelum Dei [illegible] venire, et dare ei tres pretiosos lapides. Et [illegible] Christi [illegible] de [illegible] quid [illegible] et de [illegible] Sancta Dei [illegible] in corde suo. Tunc Angelus Domini descendit ad eam, dicens: Quid scrutaris de visione? illi tres lapides pretiosi, quos vidisti tibi dari, significant sanctam Trinitatem visitatione ad te venire, et te visitare, id est, visitatio Patris, Filii, et Spiritus sancti: et semper in somnis et vigiliis Angeli Dei et sanctæ visiones ad te venient: tu enim Deitatis es corpore et anima. Et hæc dicens discessit ab ea.

4 Alio die beatissima Virgo Ytha accessit ad matrem suam, prædicavit ei divina præcepta Spiritu sancto docta, et rogavit ipsam, ut *i* patrem suum rogaret pro ea, ut cum licentia patris sui S. Ytha consecraretur Christo. Et ille nullo modo voluit hanc licentiam dare, quia nobilis vir potens adolescens petivit [illegible] eam, et valde hoc matri displicuit: et [illegible] aliis ut rogarent eum, ipse hoc cum juramento negavit. Tunc S. Ytha repleta Spiritu prophetiæ dixit [illegible]: Dimittite patrem meum ad tempus: pater meus modo me prohibet consecrari Christo, iterum [illegible], quia a domino meo Jesu Christo [illegible], ut me [illegible] quocumque ire voluero [illegible] Deo. Et ita factum est. Quomodo autem contigit, postea [illegible].

5 Post [illegible] multum tempus beata Virgo Ytha [illegible] diebus et tribus noctibus jejunavit. In illis autem diebus et noctibus, diabolus evidenter per [illegible] et vigiliis, multis pugnis contra Virginem Domini pugnavit: et beatissima Virgo prudentissime [illegible] ei resistebat tam dormiens quam vigilans. In posteriori vero nocte, apparuit diabolus tristis et lugens, et lucente die discessit a famula Dei, dicens lugubri voce: Heu nos, [illegible] Ytha liberabis [illegible], sed et alios multos. In illa vero nocte Angelus Domini venit ad patrem S. Ythæ, dicens ei: Cur prohibes filiam tuam, ut ipsa in Christi nomine velamen virginitatis acciperet? Ipsa enim magna et probata Virgo coram Deo et Sanctis ejus erit, atque [illegible] in die judicii. [illegible] non solum dabis ei signum virginitatis accipere, sed dimittes eam quocumque [illegible] Christo servire: [illegible] Deum, et [illegible] gentis erit [illegible], et hæc [illegible], et, sicut prophetavit superius Virgo [illegible], non solum dedit [illegible], sed etiam [illegible], ut ipso die velamen virginitatis acciperet, et iret quocumque vellet.

6 Et ipso die completo triduano, Virgo Domini ad ecclesiam Dei quæ fuit in [illegible] plebe, accipere velamen virginitatis perrexit. Et cum iter ageret B. Ytha, ecce multi dæmones contra eam in via venerunt, et cœperunt contra Virginem Dei [illegible] litigare. Tunc Angeli Dei desuper venerunt, et pugnaverunt fortiter pro sponsa Christi [illegible]. Et cum essent dæmones superati ab Angelis Dei, fugerunt per [illegible] et dicentes: Væ nobis, quia ab hac die contra hanc Virginem certare non valebimus, et voluntatis nostræ [illegible], et Angeli Domini a nobis [illegible]. Ipsa [illegible] [illegible] [illegible] et *k* ab infestis Virgo [illegible] Dei [illegible] Angeli Dei [illegible] ad ecclesiam pervenit, et in ea [illegible] Angeli [illegible] consecrata est, et velamen virginitatis accepit.

Margin notes: AUCTORE ANONYMO. EX MSS. *cæleste munus, pignus visitationis Divinæ.* *propositum virginitatis impugnatum a patre,* *a dæmone,* *Pater coactus concedit ultra id quod...* *[illegible] a dæmonibus* *[illegible]*

a MS. [illegible] Feidlim Regis cognomento Rectmar.
b [illegible] MS. [illegible], Cond [illegible]
c [illegible] MS. cognomento Cedfedach.
d Ultonia [illegible] Ulster [illegible] Hiberniæ [illegible]
e MS. [illegible] Tibraid Tireach. *f* [illegible] Rossium, Engusium, Logemum, *e quorum* [illegible] *Sanctæ extitere.* *g* Momonia *Angli* Mounster, *regnum Hiberniæ Australe.*
h [illegible] terra Desiorum [illegible] Desi [illegible] MS. [illegible]
i [illegible]
k [illegible] Nectain [illegible] MS. [illegible] multa [illegible] habitamus, a nobis auferet, et multos a nostra potestate eripiet.

Auctore anonymo, ex mss.

CAPUT II.

Monasterium constructum. Vita sanctissima.

Angelo jubente

Deinde Virgo Ytha oravit ad Dominum ut ostenderet ei locum in quo sibi serviret. Et ecce Angelus Domini venit ad eam, dicens : Relinque hanc patriam et perge ad illam regionem, quæ vocatur *a* Hyconaill, et manebis in occidentali parte ejusdem regionis juxta radices montis *b* Luachra; et ibi Angelus Domini veniet ad te, et ostendet tibi locum in quo erit civitas tua, in qua migrabis ad Christum : tu enim patrona gentis Huaconhaill eris; quæ gens tibi et *c* S. Senano data est a Domino. His verbis Angeli auditis S. Ytha cum suis comitibus ad illam regionem perrexit, et mansit juxta radices montis Luachra, sicut sibi Angelus dixit. Et statim Angelus Domini venit ad eam, et assignavit ei locum in quo serviret Deo. Et illico fama sanctissimæ Virginis per totam illam regionem diffusa est, et multæ Virgines hinc et inde ad S. Ytham venerunt, Deo servire sub cura ejus : et ipsa pie et mente hilari recipiebat eas omnes.

patriam deserit

Virgines instituit

8 Audita vero maxima sanctitate beatissimæ Virginis Ythæ, gens Huaconaill cum suo Duce venit ad eam, et voluerunt omnem agrum, qui erat in circuitu cellæ S. Ythæ, sibi et Deo in æternum donare. Famula autem Domini *d* nolens curiosa esse in secularibus curis, nihil de agro ab eis accepit, nisi tantum quatuor jugera in usus hortorum. Et hoc Duci et suis comitibus valde displicuit, et dixerunt : Quod tu non vis modo accipere, cum migrabis ad regnum Dei, tibi donabitur. Et ita factum est. Tunc tota gens Huaconnaill S. Ytham in matronam suam hic et in futuro accepit, sicut prædixit Angelus; et sancta Virgo eamdem gentem et terram suam multis benedictionibus benedixit, quæ semper complentur. Et illi cum gaudio magno ad sua reversi sunt, et magna munera et eleemosynas ac donationes ad eamdem cellam, ad usum sanctarum Virginum quæ ibi erant, in honore B. Ythæ semper ferebant.

oblatas possessiones respuit, quæ tamen postea ejus cœnobio donatæ

9 Beatissima Ytha Virgo omne studium in biduanis, triduanis, et frequenter in quatriduanis jejuniis vivere dedit. Angelus autem Domini quadam die cum ipsa esset fatigata jejuniis et fame, venit ad eam, et ait ei : *e* Sine mensura corpus tuum affligis jejuniis, et ne ita facias. *f* Sponsa vero Christi volente onus suum laxare, dixit ei Angelus : Tantam tibi Dominus gratiam donavit, ut ab hac die usque ad obitum tuum cibo cælesti reficiaris, et tu non poteris non comedere, in quacumque hora Angelus Domini veniet ad te afferens tibi prandium. Tunc S. Ytha inclinans se in terram gratias egit Deo : et de illo prandio S. Ytha aliis dabat, quibus sciebat dignum esse donari : sicque sine ullo dubio usque ad obitum suum annona cœlesti vixit, ministrante sibi Angelo.

de nimia abstinentia [illegible] remittere.

cælesti cibo pascitur

a MS. *[illegible]* Yconaill, *[illegible]* Huí Conaill *appellatur, id est*, stirps Conalli.

b *Idem* MS. Luac[illegible] c *[illegible]* S. Senanus *[illegible]* S. Mart[illegible]

d MS. *[illegible]* mentis [illegible] tempore [illegible] vel mente distrahi, vel minas [illegible]

e *[illegible]* MS. Supra vires corpus tuum affligis, non sic igitur facias, sed [illegible] rationabile sit [illegible]

f *[illegible]* MS. Et respondit Virgo : [illegible] velim tendere, et non [illegible]

CAPUT III.

Miraculorum gratia, unde? Donum prophetiæ.

Quadam die quædam Virgo religiosa accessit ad S. Ytham, et loquebatur cum ea de divinis præceptis, et cum loquerentur ad invicem, dixit Virgo illa S. Ythæ : Indica nobis in nomine Dei, cur tu diligeris plus a Domino, quam aliæ Virgines, quas scimus in mundo esse? Tibi enim prandium de cœlo a Deo datur, omnes langores tua oratione sanas, prophetizas de præteritis et futuris, dæmonia ubique fugas, Angeli Domini tecum quotidie loquuntur, semper in meditatione et oratione sanctissimæ Trinitatis sine impedimento persistis. Tunc dixit ei S. Ytha : Tuam quæstionem tu ipsa solvisti, dicens : Sine impedimento in meditatione et oratione sanctæ Trinitatis persisto. Si quis enim ita fuerit, Dominus cum eo semper erit : *a* et si ita ego fui ab infantia, hæc omnia quæ dixisti ideo mihi contigerunt. Sancta illa Virgo hæc verba audiens a B. Ytha de oratione et meditatione Dei, gaudens recessit in cellam suam. Tantam autem prophetiæ gratiam largitus est Deus S. Ythæ, ut ipsa sciret, si viverent infirmi sua infirmitate, an morerentur.

Miraculorum gratiam [illegible] SS. Trinitatem

11 *b* Sanctus Abbas Comganus, cum sciret suæ remunerationis tempus advenire, rogata est a se S. Ytha, ut veniret ad eum, et dixit ei S. Comganus : En moriar hac infirmitate citius; et rogo te in Christi nomine, ut ponas manus tuas super labia mea, et claudas os meum in hora dormitionis meæ. Scio enim ab Angelo Dei super quemcumque morientem imposueris manus tuas, quod Angeli Domini illico animam ejus deducent in regnum. Dixit ei sancta Virgo : O Pater sancte, quid tu dicis? Peccatorem hominem oportet hoc verbum dicere. Magna est merces tua apud Deum, et tu gloriosus eris inter Sanctos Dei. Quid indiges me? Dixit S. Comganus : Vere dico propter hoc quod ego petii, nullus dæmon ad iter nostrum appropinquare audebit, vel nos ullo modo accusare. Interea vir sanctus Comganus de hoc seculo inter choros Angelorum sanctorum migravit, et quod petiit, perfecit S. Ytha.

adest S. Comgano morienti

12 Deinde gloriosa Virgo Dei Ytha ad cellam suam reversa est. Et cum appropinquaret famula Dei suo monasterio, audivit de propinquo immensum et magnum ululatum. Ibi enim erant tres Nobiles mortui, qui illo die obierant; et amici eorum ululantes et lugentes eos : et illi scientes quod S. Ytha transiret, descenderunt, et voce flebili rogaverunt famulam Dei, ut veniret, et saltem oraret pro animabus eorum. Statim Virgo Ytha ait eis : Quod plus vultis quam orare pro animabus eorum, in Christi nomine fiet vobis. Illi hoc verbum adhuc nesciverunt. Hoc verbum dixit B. Ytha, quia noverat plena Spiritu prophetiæ, quod resuscitaret in Dei nomine illos a morte. Et descendit Sancta Dei cum illis, ubi erant mortui, et orans signavit corpora jacentia signo sanctæ crucis : et illi ad jussionem ejus surrexerunt vivi, assignavitque Christi sponsa eos vivos ante omnes.

tres mortuos precibus suscitat

13 In illo siquidem loco erat homo paralyticus maxima infirmitate detentus; et amici videntes mortuos suscitatos, apprehenderunt eum, et adduxerunt ad S. Ytham, ut sanaret eum; ipsi enim non dubitabant, quod infirmum curaret, quia mortuos suscitavit. Vidensque famula Dei magnam miseriam illius, respexit in cœlum, et ait ad eum : Dominus misereatur tui, et hoc dicens signavit illum signo sanctæ Crucis. Mirum dictu est valde : famula Christi signans adhuc paralyticum, ipse illico sanus et incolumis ante omnes surrexit, quasi numquam fuisset paralysi deprehensus. Tunc clamor omnis populi in cœlum erectus est, laudantes Deum, et sibi gratias agentes, famulamque ejus digno honore magnificantes. Postea Dei famula cum suis ad suam cellam pervenit.

paralyticum signo Crucis sanat

14 Quædam sanctimonialis, quæ fuerat sub cura S. Ythæ, occulte fornicata fuit : et in crastino die B. Ytha vocavit eam ad se et ait ei : Cur tu Soror non curasti custodire virginitatem tuam? Illa vero negans quod fecit, dixit ei S. Ytha : Nonne heri in illo loco fornicata fuisti, et ita tibi contigit? Statimque sciens illa B. Ytham prophetissam esse de præteritis et de futuris, confessa est veritatem rei, et sanata est agens pœnitentiam secundum jussionem S. Ythæ.

[illegible]

15 Alia quoque Virgo, quæ erat longe a S. Ytha, id est, in provincia *c* Connactorum, cum quodam viro

viro occulte adulterabatur. Sancta autem Ytha plena spiritu prophetiæ sciens hoc, jussit S. *d* Brandano ut illam adduceret ad eam. Sanctus autem Brandanus fecit eam venire ad S. Ytham. Christi siquidem famula et sponsa narrabat illi Virgini inter cetera, quomodo concepit et peperit filiam, illi enim [illegible] viro peperit filium. At illa audiens suam iniquitatem ex ore famulæ Dei, digna [illegible] pœnitentiam, et anima ejus saluti æternæ reddita est, postea degens vitam in sanctitate. De cetero autem omnis familia S. Ythæ, et ceteri qui cognoverunt scientiam propheticæ ejus, timebant eam tam absentem quam præsentem.

16 Quidam bonus artifex, qui erat homo honorabilis de provincia Connactorum, in exilium ad terram M[illegible] venit. Et [illegible] B. Ytha [illegible] artis ejus, rogatus est ab ea, ut sibi ageret ædificia. Ille vero artifex quæsivit sibi uxorem a S. Ytha, et [illegible] ad habitandum. Et beatissima Ytha dedit ei *f* sororem suam, et agrum in quo manerent. Et ille cum omni devotione ædificia in monasterio S. Ythæ agebat. Contigit autem ut duo Duces bellum inter se aliquo die agerent, et ille artifex cum uno illorum Ducum in bellum exivit: ipse enim probatus erat in militia. Ille vero Dux cum quo erat artifex versus est in fugam, et sui omnes occisi sunt, inter quos ille artifex occisus est, et decollatus, caput ante [illegible] est. Et [illegible] S. Ythæ, valde sibi displicuit. Ipse enim promisit [illegible] in Christi nomine, ut filium post se haberet: et ipse tunc non habebat prolem, quia illa uxor ejus sterilis erat. Et venit S. Ytha [illegible] Beonan artificis, (ipse enim artifex vocabatur Beonanus) et non invento capite ejus, oravit S. Ytha ut ostenderet sibi caput ejus; et caput divina potentia venit per [illegible], et [illegible] ante famulam Dei; et Dominus [illegible] capiti corpori adhærere fecit, [illegible] valde quasi nunquam fuisset abscissum, [illegible] tantum vestigium vulneris mansit. Sed [illegible] Sancta Dei, [illegible] spatio [illegible] ille vivus [illegible] salutavit famulam Dei et gratias Deo agens, omnes qui [illegible] simul [illegible] Deo egerunt et S. Ythæ. Et [illegible] Deo [illegible] Et [illegible] artifex [illegible] sterilis, et illa concepit et peperit filium, sicut [illegible] ante promisit [illegible] Dei Ytha. [illegible] filium ipsum Sancta Dei Ytha nutrivit, qui vocatus est [illegible], et ipse est sanctus [illegible] Abbas [illegible].

17 [illegible] S. Ytham [illegible] Et oravit sancta ancilla Dei ad Dominum pro eo, et statim [illegible] Dominum [illegible].

[illegible]

CAPUT IV.

Pietas, hospitalitas, aliæ virtutes.

Quodam festo ac sancto die rogavit B. Ytha Deum, ut de manu digni Sacerdotis corpus et sanguinem Christi illo die aciperet. Gratia autem Dei duxit ancillam suam per longa terrarum spatia ad civitatem Cluanmacnois, *a* et accepit de manu digni Sacerdotis corpus et sanguinem Domini, sicut ipsa voluit, sed nemo vidit eam [illegible] venientem, vel [illegible] vel redeuntem: et statim ipso die inventa est in suo loco. Et Sacerdotes [illegible] quid factum est de corpore et sanguine Domini, *b* jejunavit omnis populus et clerus cum illis illo die, ut mysterium [illegible] ostenderet eis Dominus. Postea Angelus Domini venit ad [illegible] seniorem illorum, et narravit ei omnia quæ gesta fuerant.

19 Ille autem Sacerdos qui manu dedit hostiam, quam suscepit S. Ytha, venit cum aliis Clericis [illegible] ut benediceret eos ancilla Domini. Et cum iter agerent, unus eorum aliquo eventu effectus est cæcus. Consolantes se invicem dixerunt B. Ytha sponsa Christi, quando pervenerimus ad eam, [illegible] Dei gratia lumen [illegible] nostri. Et beata Virgo Ytha suis adventum eorum prophetice indicavit, et prædixit. Et pervenientes illi illuc, ancilla Domini recepit eos gaudens, et [illegible] illi fratri cæco lumen [illegible] Dei gratia præbuit. Et S. Ytha præcepit illi sacerdoti, a quo accepit in civitate Cluanmacnois occulte communionem Dominicam, ut Missam cantaret ante se. Et beata Virgo Sororibus [illegible] præcepit, ut darent illi sancto Sacerdoti [illegible], in quibus tunc [illegible] At ille renuit dicens: Non possumus [illegible] quod nobis [illegible] Abbas noster *d* [illegible] Sancta prophetissa Ytha [illegible] Non displicebit [illegible] Abbati vestro [illegible] a me, quia [illegible] signum [illegible] sanctæ Virginis Christi [illegible] Dei [illegible] sancta Virgo rogavit eam, et [illegible] Tunc sanctissima Virgo Christi [illegible] autem (Deo [illegible] Abbas vester [illegible] munus meum lætus suscipiet. Postea illi accipientes, et [illegible] Sancta [illegible] Virgo Ytha [illegible]

20 Venit quidam [illegible] dives [illegible] B. Ytham [illegible] Deum [illegible] Deinde qui donum dedit interrogavit B. Ytham dicens: [illegible] Respondit famula Dei [illegible]

21 Inter hæc

[illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MS.

Tria Deo gratissima, tria maxime exosa

21 Interrogans S. Brandanus quodam tempore B. Ytham de tribus operibus, quæ magis Deo placent, et de tribus quæ satis displicent; ancilla Christi Ytha respondit sic: Vera credulitas corde puro in Deum, simplex vita cum religione, largitas cum caritate, hæc tria satis Deo placent. Os autem detestans homines, affectusque malorum in corde; tenax confidentia in divitiis, hæc tria satis Deo displicent. S. Brandanus et omnes qui ibi erant talem sententiam audientes, glorificaverunt Deum in famula sua.

Orans tribus Solibus illustratur

22 Quædam sancta Virgo, volens explorare quomodo viveret sanctissima Virgo in secretissimo loco, in quo consueverat soli Deo vacare, exivit quadam hora ut videret eam. Ingrediens autem ibi, vidit tres soles lucidissimos, similesque illi soli mundi qui universo mundo illucet, lucentes totum locum et spatium in circuitu et præ terrore non potuit intrare, sed statim reversa est. Mysterium hujus prodigii nos latet, nisi fuerint dona sanctissimæ Trinitatis, quæ fecit omnia de nihilo, cui beatissima Virgo Ytha corpore et anima assidue servivit.

23 Fuit quædam Virgo in campo *f* Liffe, *g* Rethna nomine, quæ sanctum habuit alumnum, cui nomen erat *h* Columnanus, qui ad insulam Hy ad S. Columbam pergens, illic gradum Episcopalem accepit, et iterum ad suam patriam reversus est. Qui veniens ad nutricem suam S. Rethnam, dixit ei B. Virgo: Fili mi magna ægritudine dulcis filia mea vexatur, et ideo veni mecum ad S. Ytham, ut te benedicat, et ut sodali tuæ subveniat. Itaque Episcopus gratanter hoc suscepit. Postea positis equis in curru, Episcopus et sua nutrix cum suis comitibus viam carpebant. Sed diabolus multum in via cœpit insidia facere eis. B. Ytha prophetissa suæ familiæ dixit: Præparate balneum et convivium, quia hodie sancti hospites ad nos venient de longinqua terra Lageniensium. Illo autem die illi pervenerunt illuc, et illico ait S. Ytha: Veniat Episcopus ad me, et ponat manum benedicens caput meum. Illi mirabantur quod Sancta Dei sciret quod Episcopus esset, nemine sibi indicante. Benedicentes se invicem, sicut placuit Episcopo, ait B. Ytha, non indicantes illi adhuc de Virgine infirma: Filia vestra, quam eduxistis eligite, ut sit sana corpore, et in peccato moriatur, an sit hic in labore et in æterna vita vivat? Sicut ait Apostolus: Nam virtus in infirmitate perficitur. Illi cum filia eligentes, ut hic esset in dolore, et in æterna requie viveret, sic factum est. Conversa S. Ytha ad S. Rethnam ait ei: Ancilla Dei iter tuum prosperum non esset, nisi Episcopus tecum venisset, quia multi dæmones insidiantur nostro sexui. Et commorantes per aliquot dies apud S. Ytham in vera caritate cœperunt redire. Tunc S. Rethna dixit ad B. Ytham: Est mihi carrissima, sodalis Virgo *i*, in australi plaga Hiberniæ: et quid mihi consulis Domina mea, si debeo adire eam? Dixit ei B. Ytha: Non, sed cum tuis recta via ad cellam tuam, et illa Virgo occurret vobis in confinio Lageniensium, et Mumenensium *k*, volens te adire. Sic factum est. Illis autem euntibus cum benedictione, illic prædicta Virgo occurit ipsis, et benedixerunt S. Ytham prophetissam, invicem gaudentes.

Columbanum Episcopum esse ... agritudinis ... 2 Cor. 12, 9 ... Sanctimonialibus ... S. Ythæ adventum ... prædicit

a *Addit Bur. MS.* quæ prope xl milliaria vel plus ab ea distabat. b *Idem MS. addit*, quod in diligenti custodia reposuerunt. c *Idem MS.* humiliter rogavit Sacerdotem illum. d *In codem MS.* Engus *appellatur, alii* Ængus, *et* Oena. *Abbas fuit* [illegible] *S.* [illegible] *Sept.* [illegible] *dicitur ab Hibernis S.* Ængus 20 *Janu.* e *Bur. MS.* ad cellam talium Virginum [illegible] Kenneham, *vel* Kenreacham, [illegible] *Novembr.* [illegible] *campi*, [illegible] *Brigidæ* [illegible] *Febr.* [illegible] g [illegible] *MS.* Rithna *dicitur, alii* Rathna, *et* Rathena [illegible] h [illegible] *MS.* Colmanum *vocat, alii* [illegible] *S.* Columbæ [illegible] 26 *Septembris*.

Ejus mentio fit in Vita S. Columbæ a Canisio edita lib. 1, *nu.* 5, *ubi* Columbanus *appellatur, ast in MS. titulo illius* § Colmanus *At lib.* 2, *nu.* 13, Columbanus *in excuso et MS. appellatur. Nam de eo isthic esse sermonem patet ex MS. ubi in titulo* filius Beogni *dicitur*.

i *Addit Ravense MS.* Deo devota.

k *Bur. MS.* in confinio Momoniæ et Lageniæ. *Est hæc Orientalis Hiberniæ regio, Anglis* Leinster, *cujus caput* Dublinium.

CAPUT V.

Varia miracula, et prædictiones.

Quidam vir occidit fratrem suum, et tactus pœnitentia venit ad S. Ytham, et egit pœnitudinem secundum jussionem ejus; et ait ei beatissima Ytha, videns animum ejus devotum esse: Si adhæseris meis verbis, non subi a morte morieris, sed ad vitam migrabis, æternam. Contigit autem ei postea ire cum Duce suo in bello, quia miles erat, et gravato bello contra suos, ipse inter ceteros occisus est. Hoc audiens B. Ytha ait. Ego promisi illi viro cursum vitæ suæ feliciter consummare, quia observat quæ ego præcepi ei; et ait ministris: Ite a me, et in nomine Dei mei in strage vocate eum nomine suo, et credo quod resurget ad vos. Illi autem sic agentes, ipse surrexit a cæde, quasi numquam esset jugulatus, cucurritque ad eos qui eum vocabant, et venit, cum eis ad B. Ytham, et postea evenit ei sicut promisit famula Dei.

Quemdam occisum ad se accersit, qui mox resurgit

25 *a* Quodam tempore venit vir quidam dives secularis ad B. Ytham dicens: Rogo te sancta Dei, ut equæ meæ masculos pullos albi capitis, et rubri coloris pariant hoc anno. Respondit ei S. Ytha: Non est meæ parvitatis quod dicis; sed Dei est facere de elementis suis, quod vult. Tunc ille gravius rogavit eam dicens: Pete Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui Deus trinus et unus cœli et terræ, maris et hominum, vestimentorum et pecorum colores coloravit, ut ipse efficiat colores pullorum sicut ego volo. Ait ei Ancilla Dei: Quod tu credis sic in Deum, ita erunt pulli tui hoc anno sicut vis. Ille de tali prophetia gaudens exivit, et evenerunt ei omnia, sicut dixit ancilla Dei,

impetrat et prædicit certi coloris pullos equinos nascituros

26 Alio tempore in cella Sanctimonialium, quæ dicitur Doirechuisgrigh, orta est quæstio inquietissima de furto, quod ibi factum est. Requirebatur autem illud ab unaquaque illarum. Negantibus itaque cunctis, dixit Abbatissa illius loci filiabus suis: Eamus ad B. Ytham Virginem, et credo quod solvetur per illam hæc quæstio obscura: nam displicuit quia hæc tota opinio venit supra unam innocentem Virginem Christi. Postea perrexit ad B. Ytham. Et S. Ytha prophetice familiæ suæ dixit: Præparate epulas et balneum, quia Christi ancilla veniet ad nos hodie. Postea illæ venientes intraverunt per ordinem ad S. Ytham, osculantes eam. Illa autem ad quam opinio erat, non ausa est propius ad famulam Dei accedere, quamvis innocens et puræ conscientiæ erat. Tunc B. Ytha dixit ei: Veni innocentissima Christi Virgo, et da mihi osculum, certum est quod non tulisti furtum, quod quæritur a te. Illico illæ Virgines in Christi nomine rogaverunt S. Ytham personam quæ furata est illud. Respondit eis B. Ytha: Illa quæ pro alia culpa apud vos in pœnitentia posita est, ipsa furata est illud, et abscondit inter lignum vel et pratum suum, et addidit dicens: Illud invenietis incolume; sed quæ furata est illud non manebit in cella vestra, sed, ut Propheta dicit, frons meretricis facta est ei. Et ita omnia fuerunt. Nam illud furtum inventum est, et illa infelix deferens habitum suum, apud silvaticos in fornicatione constuprata permansit.

prædicit hospitum adventum

cujusdam innocentiam detinatus regno scit et aperit

atque alterius furtum, et futuram apostasiam

Jerem. 3, 3

27 Alio tempore quidam vir, nomine *b* Feargus, cujus filius adhuc vivit, adductus est ad S. Ytham in maximo dolore oculorum et corporis. Vix enim sui amici sciebant, si vivus aut mortuus esset. Sed hic

æger pene mortuus, luminibus extinctus et a cunctis desperatus, satis videns corpore et oculis perspicacissimis ad sua rediit, atque cum usque ad obitum suum sanis membris per orationem et benedictionem beatissimæ Ythæ vixit.

28 Quodam tempore avunculus S. Ythæ mortuus est, qui octo filios habuit. Illi habitabant in regione [illegible], misitque ad eos de [illegible] Huaconaill ancilla Dei vocans illos. Qui venientes, allocuta est ad eos Christi sponsa, dicens: Avunculus meus, pater vester mortuus est. Heu [illegible] quia diuitiis et [illegible] [illegible] suis [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible] ut possit eum [illegible] [illegible] [illegible] ut det unusquisque vestrum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et totidem [illegible] [illegible] [illegible] Illi [illegible] [illegible] [illegible] sicut præcepit eis Christi famula, et reversi sunt post annum ad B. Ytham, [illegible] eis: Pater vester, a pœnis [illegible] [illegible] est per munera vestra et [illegible] Christi [illegible] Pater vester [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] S. Ytham [illegible] [illegible] Pater vester [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] misericordia Dei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

29 Quodam die homo [illegible] [illegible] filii sui [illegible] [illegible] ad S. Ytham [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sancta Dei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] B. Ytha [illegible] Virginis [illegible].

30 [illegible] [illegible] S. [illegible] S. Ytham [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] B. Ytham et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Bona est [illegible] eum: per spiritum enim S. Ytha novit eum nomine et merito, quem numquam vidit. Et venientes ad B. Ytham, ut benediceret eos, illico famula Dei illi juveni prædicto ait: Cur tu venisti ad anum vetustam, cum dixisti, quid prodesset venire Sanctis ad me? Tunc ille egit pœnitentiam, rogantes Sancti pro eo, manentesque ibi feliciter triduo, accepta licentia et benedictione a sanctissima Ytha ad sua redierunt.

a [illegible] MS.

b [illegible] Fergus.

c Ita MS. [illegible]

d [illegible] MS. [illegible] [illegible] [illegible] Missas.

e [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

f [illegible] MS. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

g [illegible] MS. [illegible] [illegible] [illegible]

h [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sanct. [illegible]

CAPUT VI.

Aliæ prædictiones, obitus.

Prophetia S. Ythæ in multis [illegible] [illegible] ostensa est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Quadam die Virgo Christi Ytha dixit [illegible] Tristis erit mater illorum, dum [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] serit, privata ambobus. [illegible] S. Ytha [illegible].

32 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Huaconaill a plurimis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] B. Ytha [illegible] S. Ythæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Deo, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] S. Ytha. Tunc S. [illegible] [illegible] [illegible]

Margin: Auctore anonymo ex MSS.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

sed in bello vulneratus egit

stris suis dixit : Perge ubi bellum gestum est, et quære illum ibi, qui promisit mihi agere pœnitentiam, et adhuc non egit, et invenies eum in strage belli latitantem et vulneratum. Ille enim erat miles, et in prima acie belli vulneratum est; et invenit eum nuntius Virginis sicut ipsa indicavit ei, reduxitque eum ad B. Ytham, et benigne ab ea susceptus est; et sanatus est a vulneribus suis, et postea egit dignam pœnitentiam secundum jussionem beatissimæ Ythæ, et in vita beata obiit.

Sancti moni alis peccatum divinitus cognoscit

33 Alias dixit B. Ytha filiabus suis : In hac hora anima ex nostra familia maculatur, ite et diligenter considerate, quæ modo ex nostris ab insidiante lupo nostro gregi rapitur. Tunc familia B. Ythæ inquisivit scelus peractum, et non potuerunt scire quæ persona ex eis peccavit. Et collecta est omnis familia ad B. Ytham, et negantes omnes singulariter dicebant : Non ego feci illud peccatum; negans cum ceteris quæ peccavit. Repleta Spiritu prophetiæ B. Ytha ait illi neganti : Tu hodie in fornicatione peccasti, et nec pœnituit illa, nec confessa est; sed cum peccati ignominia recessit. Quæ vagans per multa loca effecta est ancilla in regione Connachtorum, et peperit filiam. Post multum jam temporis dixit S. Ytha familiæ suæ : Nostra soror quondam libera, modo autem ancilla et serva est in domo magni cujusdam in regione Connachtorum, quæ jam agit pœnitentiam : et si jam esset libera se fideliter emendaret. Postea sancta Virgo Ytha nuntios ad B. Brandanum Abbatem in regione Connachtorum habitantem misit, ut ipse quæreret libertatem prædictæ feminæ. Et S. Brandanus humilis præcepto Christi sponsæ adivit Regem Connachtorum pro illa, et obtinuit ei ac filiæ suæ libertatem, et illa cum filia sua missa a S. Brandano, venit ad S. Ytham, et recepta est ab ea gaudens in adventu ejus. Et ipsa agens dignam pœnitentiam in sanctitate usque ad obitum suum cum filia sua in monasterio piissimæ Virginis Ythæ permansit.

deserto cœnobio jam pœnitentem,

sibi restitui curat.

34 Quodam die beatissima Virgo Ytha in senectute venerabili collectis Virginibus suis ante se indicans obitum suum esse prope, lenis ait eis : Abbas Cluainmicnois *b* Macnissius misit nuntios ad me, ut reducerent aquam benedictam a me Abbati Æneæ, qui valde infirmatur, quia sperant sanitatem illi, si ita contigisset ut ipse biberet aquam consecratam a me : modo benedicam aquam illi. Nuntii tristes sunt, et dicite eis quia ego benedixi aquam ipsi. Non enim ego moriar antequam ipsi huc venient; et antequam ipsi ad domum redeant ipse S. Æneas ad cœlum migrabit. Et sic hæc omnia contigerunt secundum vaticinium sanctissimæ Virginis Ythæ.

b prædicit suum et S. Æneæ obitum

moritur.

35 Postea sanctissima matrona Ytha in infirmitate correpta est, et cœpit benedicere et monere suam civitatem et clerum et populum Huaconnaill, qui accepit eam in Patronam suam : et visitata a multis Sanctis utriusque sexus, inter choros Sanctorum, lætantibus Angelis in obviam animæ ejus procedentibus, post maximam virtutum multitudinem, felicissima in conspectu sanctissimæ Trinitatis gloriosissima Virgo S. Ytha decimo octavo Calendas Februarii migravit. Cujus beatissimum corpus, collectis multis populis per circuitum, peractis miraculis quæ adhuc ibi non cessant ostendi, gloriosissime post Missarum solennia in suo monasterio (quod signavit ipsa S. Ytha quæ S. Brigidæ meritis et moribus nullatenus inferior videtur) traditum est sepulturæ, regnante Domino nostro Salvatore Jesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum, Amen.

a *Bucer.* MS germanos.

b S. Macnissius S. *Æneæ Abbatis Cluanensis successor fuit, coliturque 13 Julii diversus a* S. Macnisso, *sive* Engo, *Conderensi Episcopo de quo nos alibi.*

S. Macnissius.

DE SANCTA TARSITIA VIRGINE

APUD RUTENOS IN GALLIA.

Ruteni *Galliæ populi sunt, inde a Julii Cæsaris ævo celebres, Gabalis Cadurcisque vicini. Apud hos vixit colituque* S. Tarsitia *regii sanguinis virgo, de qua præter elogium e Martyrologio Gallicano Saussaii, et genealogiam, nihil comperimus. Ita scribit Saussaius hoc die in Supplemento :* Apud Rutenos natalis S. Tarciciæ Virginis, quæ in Germania regio Pipini nata sanguine, specie formosissima, artium sui sexus doctissima, pro tuenda castitate in Aquitaniam veniens ad castrum Rutenula dictum, in spelunca montis proximi fugiens se recepit, ubi Domino jugiter serviens, et aliquando cœlitus pasta, et uberibus capræ quotidie divinitus advenientis enutrita, animam Deo reddidit, cujus corpus venerabile maxima claritate circumfusum, cum Rutenorum Episcopus fragranti odore refertum comperisset, assistente Clero et populo reverenter ad S. Vincentium collocavit. *Quod* regio Pipini natam sanguine *scribit, ita accipiendum est, quod ex eo orta sit genere e quo deinde* Pipinus.

S. Tarsitia domo profugit

cœlitus pascitur

transfertur non sine miraculis,

2 *Ejus meminit idem Saussaius in Supplemento ad 2 Januarii, his verbis :* Ruthenæ civitate Segodunum in Aquitania prima, S. Vincentii Confessoris; cujus ibi claræ memoriæ dicata est ecclesia, in qua S. Tarcicia Virgo requiescit. *At quod ait* Ruthenæ civitate Segodunum, *rectius diceres,* Segodum civitate Rutenorum, *nam Segodunum urbs fuit, non populi Segodunes. Ita Ptolemæus lib 2, cap. 7,* Ὑπὸ δὲ τούτους Ῥουτανοί, καὶ πόλις Σεγόδουνον. *infra hos* Rhutani, *urbs* Segodunum. *Ea urbs Gallice nunc* Rodes *dicitur.*

Rutenum

3 *Refert Ferrarius quoque in Catalogo SS. qui desunt Martyrologio Romano,* S. Tarsitiam, *sed* Tarciliam *vocat :* In territorio Ruthenensi, *inquit,* S. Tarciliæ Virginis. *Genealogia* S. Tarsitiæ *edita est ab Henrico Canisio tom. 5, antiquæ lectionis, parte 2, quam cum MS. monasterii S. Maximini Treviris contulimus.*

Ejus genealogia

GENEALOGIA S. TARSITIÆ EX MSS.

Anspertus, qui fuit ex genere Senatorum, præclarus vir atque nobilis, in multis divitiis pollens, accepit *a* filiam Lotharii Regis Francorum ad conjugem, nomine Blithilt, et habuit ex ea filios tres, et filiam unam. Primogenitus ipsius habuit nomen *b* Arnoldus, secundus Ferreolus, tertius Modericus : et filia ipsius Tarsicia. Ferreolus quidem Episcopus effectus in *c* Ucecii civitate, *d* coronatus est martyrio, ibique quiescit in pace. Modericus vero in *e* Arisido Episcopus est ordinatus, ibique Confessor Christi requiescit in pace, ubi Deus pro ejus meritis multa miracula operatur. Tarsicia Virgo Christi in virginitate sua perseverans, in *f* Rodinis civitate requiescit; pro cujus meritis ibidem Christi virtus quotidie ostenditur, quæ etiam fertur mortuum suscitasse. Arnoldus primogenitus ipsius genuit Dominum Arnulfum, Dominus Arnulfus genuit Flodulfum et Ansgisum. Flodulfus divina gratia annuente Episcopus ordinatus est, Ansgisus genuit Pipinum, Pipinus genuit Karolum, Karolus genuit Dominum Regem Pipinum Dominus Pipinus Rex genuit Dominum Regem Karolum. Karolus Magnus Imperator genuit Ludovicum Pium Augustum; qui genuit inclytos Reges Lotharium, Karolum, et Ludovicum

a S. Tarsitiæ parentes

b sancti fratres,

c d e

miracula

f

a Conveniunt

a Consecrat ... S. Arnulfi Episcopi Metensis a Pabro edita. ... Sammarthani. Falluntur ... qui Clotharium II ... S. Leobardus ... Clotharius II ...

b In Genealogia S. Arnulphi ... Ansbaldus ...

c Castrum ... Narbonensis ... Episcopi Ucetiensis ...

d ... Galliae ... S. Ferreoli ... natalis S. ... Turon. lib. 6, cap. 7 ... Ferreolus Ucetiensis Episcopus ...

... obiit, plenus sapientia et intellectu. Qui libros aliquos Epistolarum quasi Sidonium secutus, composuit.

e ... Carolus de S. Paulo ... S. Gregorius Turon. lib. 5, cap. 5 ... Episcopus ...

f MS. S. Mar. ... mortuus ...

DE SANCTO BONITO, SIVE BONO

EPISCOPO CLAROMONTANO IN GALLIA.

Claromonte Arvernorum natalis XV Januarii ... tur S. Boniti, ... Episcopi, ... Joannis Savaronis ... Joannes ... et Claudius Robertus ... Baronius et ... Maurolyco et Felicio ... MSS. ... Eusebius, ... Bonus, Gallis vulgo S. Bont et S. Bonet ... Civitate Arvernis S. Boniti Episcopi et Confessoris, cujus vita et virtutibus ... Martyrologium Romanum, Maurolycus et Felicius ... Molanus, Wion, Bellinus, ... MS. ... S. Laurentii Leodii, et MS. ... Societatis Jesu Antverpiae ... Arvernis B. Boniti Episcopi Confessoris, ... Martyrologium Germanicum. Civitate Arvernis S. Boniti Episcopi et Confessoris. ...

2 Vitam S. Boniti ... cap. 2 ... cap. 3 ... 11, venerabilis Pater ... 12, S. ... 13, ... 7 ... S. Boniti ... 34 ... 37, ... Arvernicae ... 38 ... 39 ...

3 ... cap. 7, ... Vita S. Boniti Arvernorum Episcopi, ... Patres ... historia ... Martyrologio Arverni S. Boniti Episcopi et Confessoris ...

... Petrum Adelphium et ... jussu, ab Ægidio et Gallo litterarum monumentis consignata est, ...

4 Eam vitam ... Surius ... Laurentius ... S. Augustini ... Jacobus ... Ambianensi ... S. Martini ... MS. S. Mariae de Ripatorio ...

5 Huic ... miraculi, ... S. Michaelis ... Vincentii Bellovacensis lib. 7, cap. 97, ... Latino ... Carthusiae Coloniensis ... Anglus ... Bellovacensi ... Episcopum ... anno 1119.

6 ... Bonitus, ... 691, ... 690, ... 726 ... 720 ... 735, ... 654 ... 704, ... 701 ... 709, ... 708 ... 710, ... 715 ... 717

7 ... S. Boniti ... § 4 ... S. Martini ... S. Bonitus ... corpore. ...

ecclesiæ dedicatio celebratur VI *Junii. Citat Savaro MS. Martyrologium Claromontanum in quo hæc eo die leguntur:* Translatio S. Boniti Arvernorum Præsulis a civitate Lugduno ad urbem Arvernam, in suburbio dedicatio basilicæ ejusdem prædicti Confessoris. *Ferrarius in gen. catal. ad eum diem:* Arvernis S. Boniti Episcopi *et Saussaius in Supplem. Martyrol.* Arvernis veneratio S. Boniti Episcopi et Confessoris, *etc. Translatæ deinde sunt hæ reliquiæ in ædem cathedralem, ut scribit idem Savaro, ubi caput integrum capsæ argenteæ inauratæ inclusum asservatur.*

8 *Plura ei dicata altaria in citato de Claromontanis ecclesiis libro referuntur. lib.* 1, § 24, in ecclesia S. Præjecti, *quæ tamen penitus eversa Savarone teste,* § 32, in ecclesia S. Austremonii, *lib.* 2, § 3, in ecclesia S. Petri, § 7, in ecclesia S. Victoris. *Extat in Forensibus, ut Papirius Massonus in Flumin. Galliæ scribit,* S. Boniti castrum, *vulgo* S. Bonnet le chasteau.

VITA
AUCTORE COÆTANEO ANONYMO,
Ex tribus veteribus MSS.
PRÆFATIO.

Cum dies sanctæ Theophaniæ immineret, et vigiliarum jam solemnia celebrarentur, imperii vestri nostræ imputantes segnitiæ, o beatissimi Patres Adelphi et *a* Euteri, cur beati Sacerdotis et Confessoris Boniti prætermissa haberentur luce clariora, cum Antistitum Sedis Confessorumque *b* Elidii et *c* Galli luculento sint stylo prolata; et hæc dicentes jussistis, ut, quamquam simplici et inculto sermone, meo elicianı stylo. Quod verens opus aggredi, hactenus, hoc est biennio, distuli, temerarium judicans inusitata præsumere. Sed orationum vestrarum adminicula erunt mea nunc hinc indeque solatia, per quæ antiquus ille dierum et sator bonorum omnium pulsatus meæ linguæ abstergat rubiginem; qui Prophetæ Isaiæ purgavit calculo labia, et meam non dedignetur purgare immunditiam. Sed dum tantum me ingero in periculum, si quamcumque in partem deviavero, vestrum in me credatis errasse judicium. Nam laudes si fuerint dignæ, vestræ erunt, qui orationum meritis ac fidei imperiique vestri me totum committo. Me idoneum hoc in opere a mendacio ideo ubique defendere puto, si quod ego scribendum assumpsi, vestro examine approbetis. Nam mallem sub silentio reticere torporis, quam fallaciæ subire discrimen.

a *Is* MS. *et Savaroni* [illegible]

b *Civitas* S. Illidius *vulgo* S. Allyre, 5 *Junii*

c S. Gallus I. *colitur* 1 *Julii*

CAPUT I.
S. Boniti ortus, vita ante Episcopatum.

Inclyta Bonitus progenie Arvernicæ urbis oriundus fuit. *a* Cujus pater Theodatus, mater vero Syagria vocitata est, e Senatu Romano duntaxat nobili prosapia. Hic itaque antequam nasceretur, magnum salutationis a quodam sancto Sacerdote, nomine *b* Fregione, fertur accepisse præsagium. Qui Sacerdos cum paternam venisset ad domum, et a genitrice magno esset susceptus cum gaudio, et illa juxta morem benedictionem petivisset, ita fertur ab eo audisse salutationis gratia responsum: Tu vale, inquit, benedicta Dei, et tu venerabilis Domine. Quod cum ejus genitrix attenta percepisset sermone, et tacite considerans volveret in pectore, tandem sciscitatur servum Dei, intuens dicens: Quid est, inquit, quod loqueris Pater? an ignoras me unam tantum esse, quæ usque nunc unam fore salutationem proferri? Et ille: Non, tibi inquit, ut tu putas petii benedictionem, sed ei, qui est in utero tuo: quia summum video a Deo præelectum Sacerdotem. Et illa ovans ait: Rogo, Pater, ut orationibus tuis proveniat quod locutes es.

3 Postea vero cum natus adolevisset, et esset præfata cum parentibus in urbe constitutus, Grammaticorum imbutus initiis, nec non Theodosii edoctus decretis, ceterosque coætaneos excellens a Sophistis probus atque prælatus est. Cum vero adhuc pubentibus esset in annis, genitore jam defuncto, Deo gubernante, Regis ad Aulam usque processit, seque *c* Sigeberti Principis ministerio tradidit. Cumque ab eo obnixe diligeretur, *d* principem eum pincernarum esse præcepit. Non multo post annulo ex manu Regis accepto *e* Referendarii officium adeptus est. Quod ita splendide sibi commissum peregit, ut cunctis sibi palatii ministeriis traditis, Principi et cunctis Proceribus placens esset et carissimus. Erat quidem corpore pulcher, sed pulchrior mente, pollensque castitate.

4 Non multo post accepit a Principe magnum honorem cum gratia. Post cujus obitum, *f* filiisque defunctis, *g* pronepos ejus suscepit sceptra, cujus conspectui ita paruit gratus, ut eligeretur præfecturæ Massiliæ *h* primæ provinciæ. Sed idem caussas sibi commissas ita peroravit, ut jam non ut Judex, sed ut Sacerdos fore videretur. Non multo post, ubi ut moris erat, *i* homines venumdari, atque exulitatis captivitatisque pœna damnari, suo nusquam fieri decreto præcepit: sed magis eos, quos reperire potuisset venditos, sicut semper agere consueverat, redimendo ad propria reducebat. Sed inter ista jejuniis et orationibus insistebat, ut non jam uni sed multis futurus summo Sacerdotio dignus videretur. Eratque in sermone lenis, inter discordes patiens, et ad concordiam semper reducens.

a *Ex his quæ auctor Synchronus tradit, refellas quæ in quibusdam MSS. ac nominatim Ultrajectino, quo siluis usi, inepta de* Boniti *natalibus referuntur, videlicet ortum matre Abbatissa, caltide a dapifero suo oppressa, pia alioquin et religiosa femina, sed, ut matris honori consuleretur, deportatum ab Angelis ad quemdam anachoretam, ab eoque septem annos educatum.*

b Frigio *Savaroni appellatur, et Saussaio, aliis* Phrigio, *Lanovio teste.*

c Sigebertus *Dagoberti filius, Rex Austrasiæ, obiit anno Christi* 654 *cujus ætatem* [illegible] *Februarii. Saussaius ait Bonitum in* aula Regum Sigeberti et Theoderici educatum; *nec unde acceperit, refert.*

d *Savaro* Maistre d'hostel *interpretatur.*

e *Savaro Cancellarium facit, consentiente Lanovio, qui in Schediasmate de Cancellariis, quod eorum fuerit munus exponit. Aimoinus lib.* 4, *cap.* 41, Referendarius ideo est dictus, quod ad eum universæ publicæ deferentur conscriptiones, ipseque eas annulo Regis, sive dicto sigillo sibi commisso, muniret seu firmaret.

f Dagobertum *Sigeberti filium attondit se* Grimoaldus *Major domus, Pipini Landensis filius, traditur, atque in Scotiam misisse, filium que suum* Hildebertum, *olim a Sigeberto adoptatum substituisse, quo submoto* [illegible] Childericus *Clodovæi II et S. Bathildis filius, qui mortuo* Chlotario *fratre, pulsoque* Theodorico, *Neustriæ quoque regnum suscepit an.* 664, *tenuitque ad* 667.

g *Pronepos hic dicitur fratris filius* [illegible] *Lanovius et alii* Theodoricum *intelligunt, qui anno* 667, Childerico *fratri successit.*

h *Lanovius* Massiliæ [illegible] *provinciæ* [illegible] *a Regibus* [illegible] *quantum ad rem est quam agimus magis* [illegible] *Scriptorum* [illegible] *catalogi, in quibus* [illegible] MS. [illegible] *loco Viennensis provinciæ ponitur* [illegible] Massilia [illegible] *Auctor* [illegible] *Saussaius Bonitum hic Ducatus præfecturam tenuisse ait.*

i *Saverius* [illegible] *enim, ut more illo comparatum erat, homines venundari, aut exilio mulctari, aut captivos detineri* [illegible] *interpretati videlicet* [illegible]

CAPUT II.
Episcopatus, virtutes, miracula.

Per idem vero tempus germanus ejus *a* Avitus Pontifex, vir exterioribus studiis eruditus, sacrisque litteris [illegible] que officiis divinis præpollens, [illegible] qui

quinis fere amplius annis magna cum alacritate Arvernicam sibi commissam rexit Ecclesiam. Qui non post multum languore correptus, ad extremum est usque deductus [illegible] sue migrationis imminere diem, divino afflatus Spiritu, acceptoque consensu, sibi Ecclesiæ concordante, virum Dei sibimet successorem, suæque Sedis dignissimum judicat Sacerdotem. Ea de [illegible] tempore sub Theoderico Principe, Pippinus regni principatum tenens, atque curam Palatii gerens, cuncta que [illegible] bantur arbitrio. Cumque vir Dei [illegible] [illegible]

[illegible]

6 [illegible]

[illegible]

7 [illegible]

[illegible] valeret recedere.

8 [illegible]

[illegible] ac magis plebem, tam ipse quam etiam per eumdem virum, ut perseveranter agerent admonere instantius studebat. Ipse vero juxta morem [illegible] [illegible] ut psalmi sententia impleretur, qua dicit: Elegi abjectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum [illegible] [illegible] pallebat [illegible]

9 [illegible]

[illegible]

CAPUT III.

Alia miracula.

P[illegible] [illegible] cunctantes utrobique sancti Spiritus igne succensi, [illegible] [illegible] domum, aut agros, et cetera quæ possidet propter

nomen

AUCTORE ANONYMO COÆTANEO, EX MSS.

Matth. 19. 29.

nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit; tunc apud se ipse definivit, ut non solum Sedem, sed etiam patriam, parentes, res omnes exulando relinqueret. Sed hoc, cum ad locum ordinis venero, qualiter gesserit explicabo.

Aqua, qua laverat manus, æger sanatur.

11 Nunc subjungam quomodo Dominus illo in loco egerit suæ virtutis miracula. Cumque Resurrectionis Dominicæ illuxisset dies, eum Fratres petierunt, ut eis Missarum ageret solemnia. Sed dum, ut moris est, manus ad altare latice ablueret, et venerabilis Pater *f* Adelphius tunc Levita, sed nunc præfati viri Dei Bobonis, cujus superius fecimus mentionem, successor monasterii Magnilocensis, qui eo tempore coram altari viro Dei assistens Diaconi fungebatur officio; quidam Frater incommodus, nomine *g* Auderamnus, advenit, et ipse Levitam petiit, ut ex Sacerdotis manibus aquam ei ad bibendum præberet. Qua hausta saluti pristinæ restitutus est, statimque cum Fratribus lætus sedit ad mensam.

Item alius

12 Sed et alium itidem in eodem monasterio Fratrem, nomine Natalenum, cum ex eadem aqua accepisset, quamplurimi eum a vi febrium aiunt esse salvatum. Sed hæc, quæ jam supra retulimus, venerabili Patre Adelphio narrante cognovimus. Sed et cetera quæ nostro studio huic paginulæ indidimus, ipso exorante atque prodante conscripsimus.

Tactu claudum curat

13 Cumque ex eo monasterio digressus Sacerdos ad propria remearet, quidam in eodem itinere claudus post tergum ejus quo poterat conamine sequens clamabat: Expecta Domine, expecta. Vir quoque Domini protinus ejus infirmitatis misertus, paullulum substitit, ignarus quid posceret homo. Et ille, Hujus infirmitatis meæ, quæso, tuæ impositionis manus tactu præbe remedium. Et ille subridens ait: Non abnego, quod poscis; sed ac si bos te pede contingat, ita a meo es tactu suscepturus salutem. Tamen hæc dicens, infirmitatis locum vexillo crucis munire curavit. Ipse vero qui infirmus advenerat, lætus cum salute discessit. Et recte, ut reor, vir Domini se bovem prædixit: quia in agro Dominico, jugo Christi accepto, usu fructuosi laboris desudans, atque in area sanctæ Ecclesiæ magno cum studio triturans, et suo exemplo vivendi præbuit modum, ut lucrum magnum cælesti conferret in horreo. Sed ea quæ supra commemoravimus vir fidelissimus ac viri Dei cubicularius, *h* Domno nomine, nobis se vidisse testatus est, et Bonitus vir industria clarus, atque præfatæ Ecclesiæ sacrarii custos necnon et Sacerdos, curiosius ac diligentius postmodum requirens, ita reperit hominem Dei gratia ab infirmitate salvatum.

h

Et duos dæmoniacos

14 Quodam vero die dum vir Domini iter ageret, et duo dæmoniaci obvii facti, eum ut eis confirmandi gratia manus imponeret deprecati sunt. Sed ille, ignarus quod eos æmula adversarii vexaret insania, orans atque eis manus imponens, confirmatis iter quod cœperat peregit. Sed ii qui cum eo erant post tergum respicientes, atque eorum sinus investigantes, eosdem cruorem fundentes a dæmonibus affirmant esse salvatos.

i

k

[illegible]

15 Per idem tempus cum fama beati Pontificis celeberrima haberetur, ut non solum in vicinis urbibus, sed etiam Oceani partibus, citra maris littora insulam, quam Britanniæ una gens sita æquor continuo vallat, pervenerat. Nam in eadem provincia mulier quædam erat nomine *k* Blanda, quæ dudum lumen oculorum amiserat, nec non manuum ac pedum officio destituta languebat. Quadam itaque die, cum gentis suæ peregrini domo ejus hospitalitatis gratia devenissent, et eam ita corporis difficultate laborantem cernerent, aiunt ad eam: O mulier si adverteres nostris consiliis, ut commodares fidem ut B. Boniti Arverni urbis Episcopi intervenit oratio apud Deum commendaret, nos credimus, nec dubium est, quia vir sanctus potest apud Dominum, tuum hunc alleviare laborem. At illa hoc audito gavisa sermone, foras se in remotiorem locum duci præcepit; statimque ut ex oratione e terra surrexit, lumen oculorum ac membrorum recepit sanitatem. Vidensque erga se ob viri Dei meritum Domini tantæ pietatis inesse virtutem relicto proprio solo, parentibusque suisque omnibus ad beatum virum Arvernorum gleba tenus pervenit. Cumque propter urbem pene jam peregrina graderetur, vir Domini inopinatus ei obviam factus est. Ipse autem *l* Rubiacense cœnobium, quod hinc indeque montibus septum ab Oriente pandit aditum, et haud procul eminet urbi, visendi gratia, consulendique adire properabat. Mulier in ipso itinere, humili eum atque supplici voce compellans, se peregrinam et ob ejus famam advenisse prædixit. Cumque ille, ut ei moris erat, *m* indigentem cognovisset paullulum substitit, et quid vellet requisivit. At illa adventus sui caussam per ordinem pandit, eumque suæ salutis apud omnipotentem Dominum auctorem declamat. Ille ejus fidem atque devotionem miratus, eam secum ad monasterium ire præcepit, atque Matri ipsius monasterii tradens suæque nepti in cœtu Virginum commendavit. Ubi aliquamdiu degens post discessum beati viri ad proprium repedans solum, id est, ad Britannicum rus regressa est.

l

m

a *Non videtur hanc vitam legisse B. Petrus Damiani, qui ep. 9. ad Nicolaum II. et 10. ad Alexandrum II. Pontifices, ita scribit:* Nec te, felix Bonite, prætercam, qui hac dumtaxat occasione perceptà, quoniam de manu Regis, laici videlicet hominis, traditionem Ecclesiæ te suscepisse contigerat, cathedram contempsisti, atque ad remotioris vitæ custodiam te protinus contulisti. *Sed nec id tamen verum quod Launoius scribit:* solam abdicandi Episcopatus caussam fuisse, remotioris et tranquillioris vitæ studium.

b *Vitam ejus dedimus 7. Januar.*

c *MS. Ambian. sic habebat:* Quo cum pergens solemnia celebraturus pervenisset Symmonem, hoc est monasterium, miro cum gaudio, *etc. Surius solum:* Cumque ad ejus monasterium pervenisset. *De Solemniaco pluribus agitur in vita S. Eligii, qui id fundavit.*

d *MS. Sirm.* Simmonem. *Ambian.* Symmonem. *Savaro* Sommonem.

e *MS. Sirm.* consolationem.

f *Saussaius* Adolphum *vocat, et* Sanctum *facit, Ferrarium secutus, ut 25. Januarii dicemus.*

g *Surius et Launoius,* Audemarus.

h *Sur.* Donno.

i *Dubium est num Angliam Auctor significet, an potius insulam aliquam Britannico, sive Armoricano littori objectam.*

k *Sur.* Blada. *MS. Sirm.* Bladia.

l *Sanctum oratorium, ut hinc patet, tunc cœnobium fuit; nunc Prioratus est ordinis Benedictini, teste Roberto, vulgo* Royac.

m *MS. Sirm.* indigentiam.

CAPUT IV.

Abdicatio Episcopatus, vita monastica.

Per idem vero tempus sanctum Dei virum industrium atque excellentissimum *a* genealogiæque nobilis apice clarum Nodebertum petiit, et sibi successor, plebisque sibi commissæ existeret rector, atque patriæ tutor, suo robore Deo juvante constanter maneret. Qua de re ad Principem regni dignos tali opere cum plebis Ecclesiæque convenientia dirigit oratores, id est, Cantinum *b* Archilevitiæ ministrum, nec non reliquos ejus dignos itinere comites aptavit. Qui cum suæ petitionis effectu ad virum Dei regressi, cum magno etiam favore cunctorum sanctus Sacerdos suæ cathedræ scholis sublimavit.

a

Nodebertum Episcopum constituit

b

17 His ita peractis, vir Domini in Magnilocensi cœnobio sub sancto habitu atque cultu, sicut semper optaverat, aliquantum temporis degit. Qui locus tam remotus aptusque sanctæ sophiæ apparet, ut omnes cuncti sui nominis *c* auctorem adfirment. Nam omni ex parte collium tutione munitus, nemoribus obumbratur, comis frondentibus densis, amœna virent, rigante amne, florida erga hortulum cœnobii prata: patetque largum ab Austro aditum: triplici valvarum munere clauditur limes: jubare perlustrante splendent sanctorum Martyrum aulæ: insignis micat sanctæ semper Virginis Deique genitricis Mariæ, atque celsior eminet turris pentagona, quadrangulo,

Fit monachus

c

Descriptio cœnobii Magnilocensis

-gulo emergens fulcro, supragrediens ceteris prominet ima, quaternena contra decora inferius superius connexa surgunt, celsaque fastigia [illegible] Apostolorum aula non minus interea fulget, quasi nota [illegible] Sanctorum altaria nitent [illegible] centra hunc in[illegible] columnae [illegible] sculpt[illegible] emergunt, more [illegible] [illegible] consistunt nec non [illegible] muri, urbis [illegible] [illegible]

[illegible]

18 [illegible]

[illegible] damnationem pate[illegible] perfidia. Hæc ideo [illegible] telam, [illegible]

[illegible]

CAPUT V.

Peregrinatio Romana.

Cumque ibi sanctus Sacerdos aliquantisper demoratus fuisset, relictis omnibus, patria, parentibusque una cum sodalibus, rebusque [illegible] ecclesiis ac monasteriis distributis, Romæ ad Apostolorum sacra limina peregrinaturus, aut [illegible] Christi secuturus, arripuit iter.

20 Sed cum Arvernorum [illegible] Lugdunensem pervenissent in urbem [illegible] Burgundionum [illegible]

21 [illegible] Cumque ejus minister [illegible]

22 [illegible] frustrato labore [illegible] venerabile Adelphio, qui eo [illegible] quod ita [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible] prælium cum adversariis arripiens, ita pars [illegible]

[illegible]

Auctore anonymo coætaneo ex mss.

prostratis, *i* Rege in genitalibus vulnerato atque capto, cum magno tripudio ad virum Dei regressus est, et ei gratias pro suæ orationis adminiculo referens, iterum semetipsum ejus obnixius precibus humillimus commendavit, eique in suo regno fecit præberi necessaria.

25 Exinde digressus cum tenus maris littore pervenisset, carina susceptus, fluctante cærulo minaces fluctus terrorem nonnullis qui cum eo erant incutiunt mortis : atque *k* nave, quæ simul gradiebatur, separata, in divisis homines tabulis inditi, vix pauci ad littus pervenire potuerunt. Vidensque vir Dei suorum diffidentiam Fratrum, blande eos consolari cœpit. Illi vero mortis *l* metu declinantes, in navem prostrati corruerant, alii sumptum alimentum aut aliud quod navi intulerant, in undis, ad sublevandum vehiculum, projicere cupiebant, si non Dei Sacerdos restitisset, dicens : Nolite, nolite hoc facere, Fratres : melius est, inquit, pauperibus et egentibus vobisque servetis. Et hoc dicens, oculos ad cœlum cum solito lacrymarum imbre suspendit, et pro salute omnium Dominum supplicavit : statimque eodem puncto horæ undarum impulsu, ceu pennigero volatu, longius littore scapham unda protraxit. Post hæc Romam cum magna alacritate perrexit, ibique sanctorum excubias Apostolorum atque sanctorum circumquaque Martyrum loca percurrens, eorum sibi patrocinium atque suffragium supplici atque inæstimabili devotione poposcit. *m* Captivos exinde redimendo non modicam secum turbam reduxit.

Naufragii periculum precibus avertit.

Romæ loca sacra visit. Captivos redimit.

a Godinum *vocat Sacaro, qui ninarum infra cap 7, auferri Lugduno ejus reliquias voluit.* Gadinus *Claudio Roberto est* 16. *ejus Sedis Antistes, qui Joanni Chenu* Gadinus, Gudinus, Godinus, *aliis* Godwinus.

b *Collutus nullum his temporibus memorat Burgundionum Ducem, præter* Pipinum Herstallum, *quem tamen non arbitramur hic intelligi.*

c *Aliis* Insula Barbaræ, *vulgo* L'isle barbe. *De hac Papirius Massonus lib. de fluminibus Galliæ :* Insula nomine Barbara, quam prope Lugdunum Arar facit, recreationi civium serviens. *Agit de ea Paradinus lib 2, histor. Lugdun. cap.* 106, *citatque inter cætera ex quadam Leydradi Archiepiscopi epistola hæc :* Monasterium regale Insulæ-Barbaræ, situm in medio Araris fluvio, quod antiquitus est dedicatum in honorem S. Andreæ et omnium Apostolorum, nunc autem in honorem S. Martini recens videtur esse fundatum jussu Domini Caroli Imperatoris, qui ibidem præfecit Dominum Benedictum Abbatem, cum quo simul direxit ibi suos codices etc. *Jam est ecclesia secularis, ut scribit Cl. Robertus.*

Insula Barbara.

d *Sur.* Arnoldo. e *MS. Amb.* alvei.

f *MS. Sirm.* captura cepisset.

g *MS. Amb.* ad Cauroense, *mendose. Celebre est* Agaunum *SS. Mauritii et sociorum Thebæorum cæde et reliquiis.*

h *Hic* Aripertus II, *fuit Ragumberti filius, Gondeberti nepos. Ragumbertus Taurini Dux, Cuniperto Perthariti filio, patrueli suo mortuo, regnum armis invasit, Asprandum Luitperti Regis tutorem prælio vicit. Sed ipse eodem anno decessit. Filium Aripertum Asprandus et Rotharis Bergomatium Dux, instauratis animis ac viribus, Ticini commorantem opprimere cogitantes, ab eo quoque prælio victi. Narrat hæc Paulus Diaconus lib. 6, de gest. Longobard. cap.* 19 *Erycius Puteanus hist. Insub. lib.* 3, *Baronius ad an.* 704.

Aripertus II Rex Longobardorum.

i Luitperto, *quem deinde in balneo necandum curavit, eo crudelius, quod puerum, et consanguineum.*

k *Surius :* maxime quod aliæ naves jam disjectæ essent, ita ut vix pauci mortales littus possent attingere. *Hic unius tantum navis confractæ mentio fit.*

l *MS.* Andeg. metum. m *Idem MS.* captivorum.

CAPUT VI.

Reditus Lugdunum, obitus.

Cum vir Dei regrediens Roma *a* Clusinam Tuscorum pervenisset in urbem, mulier quædam cæca, ab ejus ministris petiit, ut aquam ex manibus Sacerdotis pro remedio, unde oculos sibi ablueret, largirentur. Cumque illi hanc gratiam poscenti præstare cuperent, vir Domini juxta morem aquam manibus ablutis in terram diffundi præcepit. Unde vix modicam furari guttam potuerunt, quam mulieri tribuentes, dixerunt : Unde et in basilica B. Petri, quæ in hac urbe sita est, sequenti nocte cum hac aqua vigila, et mane oculos ex fide sicut petisti continge : credimus quod tibi proveniat ad salutem. Quorum mulier præceptum secuta, ita peragens, lucem, quam toto cordis desiderio quærebat, oculis reseratis aspexit. Proinde ad viri Dei comites cum magna impensa alimoniæ pro largitione suæ salutis perrexit, et Deum pro sancti viri merito laudans benedicebat. Sed et Sacerdos videns ipsius in peregrinis obsequium, valde ei placuit ejus devotionis affectus, et mulierem collaudans benedictione percepta ad propria remeavit. Nam virtutis miraculum, quod virum Dei latebat, nullus indicare præsumpsit. Cumque post hæc eum infirmantium turba ubique prosequeretur, sed ille jactantiæ vitium cavens ubicumque potuisset, semetipsum hospitiolo tradebat, et infirmos ex oleo, quod ex B. Petri sepulchro pro benedictione levari jusserat, ungi præcipiebat : moxque sanitatis gaudio incommodi percepto, Deum, ad propria remeantes, jure debito collaudabant. O beatum commercium, quod vir egerat sanctus! Dedit terrena, accepit cœlestia : pauper divitiis, sed dives virtutibus fuit.

Cæca aqua manibus ejus abluta illuminatur.

Oleo a sepulchro S. Petri delato ægros sanat.

27 Jam vero eo in tempore ei in eleemosyna quod tribuere posset nihil remanserat, et ita juxta Evangelium nudus erat, ut nec duas, quibus indui posset, tunicas haberet; et juxta B. Petri Apostoli exemplum, aurum et argentum ei non erat : sed divinis virtutibus refertus gratiam sanitatum pretiosius erogabat. Ecce quod Veritas dixit in Evangelio : Qui reliquerit omnia propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. Centuplum accipit, qui in sanctitate atque caritate Dei fundatus, perfectionis tectum conscendit. Unde B. Paulus dicebat : Nostra conversatio in cœlis est. Non sicut nonnulli dicere solent : Qui reliquerit omnia, in præsenti centuplum accipient in honoribus, aut rebus terrenis, et vitam æternam possidebunt. Nec hæc dicens ignoro, quod sancti viri in præsenti honore sint prælati; sed non arbitrantur hoc illi retributionis præmium, sed dispensationis officium. Sicut nec beatus Sacerdos in præsenti, qui multa reliquerat, aliquid postmodum terrenum quæsivit aut meruit : sed centuplum accepit, quia perfectionis gratia claruit, et nunc vitam æternam possidet cum Sanctis in gloria.

Luc 9, 3. Act 3, 6. Matth 19, 29. Phil 3, 20.

Quomodo Religiosi centuplum recipiant.

28 Cumque post hæc Lugdunum rediens, bis binos annos ibidem demoratus fuisset, bonum quod semper egerat Deo juvante ad finem usque perducens, diem clausit extremum. Beatus igitur Bonitus, dum obitus sui per revelationem imminere jam cerneret diem, *b* cum sibi successore atque æmulo pacis vincula nectit, nec post multos dies lectulo detentus, quam Græco vocabulo podagram vocant, ingravescente molestia, ad extremum usque pervenit. Nam sacer Episcopus ad cœlestia anhelans, antequam beatum carperet iter, fenestram cellulæ, in qua quiescebat, reserari præcepit, et solito oculos imbris rore perfundens, psalmum, qui ea hora juxta morem canendus erat, incepit : Sicque sancta illa anima carne soluta, cœleste læta penetravit arcanum : Sanctorum, quorum vitam egit in terris, eorum nunc consortio fruitur in cœlis.

Lugduni podagra moritur.

29 Post hæc cum eum ad sepeliendum juxta morem deferrent, et quidam paralyticus advenisset, sacrumque corpus super ægrum transisset, salutem corporis redintegrari meruit. O beatum virum, qui tanta Domini potitus est gratia, ut hic gloriosum relinqueret nobis suæ virtutis exemplum et ibi perpetuum patrocinium nostris pro noxis præberet ad Dominum. Reliquit omnia, ut tamquam nihil habens omnia possideret. Luxit pro tempore, ut in perpetua Angelorum lætitia gauderet. Suorum parentum nobilium ac sodalium est fraudatus aspectu, sed Sanctorum gloriosum est adeptus consortium. Hic infirmus, sed illic potens : hic ad tempus voluntarie pauper et inops, laudansque nomen Domini; sed et hic et ibi dives, quia hic fulget per miracula, et ibi manet in gloria.

Ad ejus corpus paralyticus sanatur.

30 Hunc imitentur Proceres; hujus, si placet,

sequantur

sequantur exemplum Sacerdotes, hujus mortificationis vel frugalitatis ac mansuetudinem omnes, etsi forsitan imitari non possumus, saltem lacrymabiliter [illegible]. Mirentur alii virtutes et signa, quæ Dominus per eum dignatus est ostendere; ego nihil [illegible] magis mirandum, quam ejus longanimitatem [illegible] virtutem constantem. Quia Dominus [illegible] Apostolos vel ad discipulos suos non dixit aliud a se disci, nisi quia mitis esset et humilis corde. Quam gratum nobis suis vir beatus intercessionibus [illegible] postulet exorando, et quæ nostra non merentur ad [illegible] precamina, sua opitulationis interventu nobis conferantur opportuna.

[illegible] Chaunt [illegible]

[illegible]

[illegible] MS. [illegible] magnitudinem.

CAPUT VII.

Reliquiæ Claromontem translatæ.

Cumque beati Confessoris Boniti annis ter binis Lugdunensi [illegible] laboraretur [illegible] urbi, recordatus [illegible] successor ipsius Nordbertus Præsul ejus [illegible] vel benevolentiæ [illegible] exhibuerat, [illegible] ad virum beatissimum [illegible] ejusdem urbis Præsulem misit. Cumque hi qui missi fuerant petitionem sibi [illegible] commissam, [illegible] respondit: Quod mihi a Deo commissum est, nequaquam me meosque tanti muneris [illegible] permitto dispendium. Unde iidem, qui missi fuerant, magno [illegible] ad proprium regressi sunt urbem, facta [illegible] Præsuli nuntiaverunt. Tunc ille blande [illegible], dicens: Et [illegible] nocte, qua vos in oppidum Lugdunense intrastis, [illegible] veste, [illegible] solitus erat indui, apparuit, qui et dixit mihi: Quid, inquit, [illegible] frater [illegible]? Putasne bene [illegible] tibi commissa [illegible] geris? et addidit: Noli, [illegible] inquietare [illegible], quia cum redire voluero, ego nuntiabo. Unde certum teneo, quod petitio nostra non meruisset effectum.

32 His ita gestis, cum vir venerabilis Proculus [illegible] Cathedræ Arvernicæ [illegible] post virum [illegible] beatum [illegible] B. Martini [illegible] reperisset [illegible]

[illegible] Martyris [illegible]

33 [illegible] Sacerdo- [illegible] B. M[illegible] Adelphum [illegible] Abbatem [illegible] Petri [illegible]

34 [illegible] Præsulem [illegible]

officio erat præelectus, perventum fuisset atque suggestum, ille intulit dicens: Voluntatem implorate, cui nullus resistere neque obviare potest; et si ipse vestræ petitioni favens atque propitius esse voluerit, ego contraire non valeo. Sed cum nostris hæc optio data fuisset, indicato, ut oportebat, jejunio Sanctorum circumquaque orando [illegible] peragrantes, interventum suæ petitionis apud Dominum cum magna contritione deposcunt, verentes ne frustrato labore ac vacui ad propria redirent. Jam die transacto, cum in eodem *g* monasterio, ubi vir Domini quiescebat, vigilias celebrare voluissemus, nobis aditum nullatenus Mater ipsius congregationis permisit. Tunc consilium fuit, ut in ecclesia B. Stephani protomartyris pernoctantes, sanctæ agerentur excubiæ. Unde cum ante diluculum in eamdem urbem regressi fuissemus, nec mora, duo ab eodem præelecto Sacerdote missi sunt, qui nobis optatum ac minime [illegible] nuntium detulerunt, dicentes: **Ite, inquiunt, et, sicut petitis, reliquias vel artus** beati Sacerdotis absque mora levate, quia ipsi quod voluntatis omnipotentis Domini foret per scriptas [illegible] breves.

35 Post hæc cum ad locum sacri tumuli perventum fuisset, et venerabilis *h* Sacerdos Adelphus [illegible] differens altari adstaret, duo gesta [illegible] fuere non silendo narrabo. Venientes itaque ipsius civitatis Sacerdotes [illegible] sacrificio [illegible] dignitate, nec non cum modulamine cantus, juxta morem Sanctæ crucis præferentes vexilla, [illegible] ecclesia B. Stephani [illegible], ut [illegible] summitate [illegible] Quæ basilica beati Martyris juxta eamdem B. Petri Apostoli, in qua vir Domini quiescebat, geminata consistit. Unde quis dubitet, quod sanctus Sacerdos cum Sanctorum [illegible] adventu [illegible] suorum civium esset favens, ut [illegible] corda [illegible] miraculo ab alteratione cessarent.

36 Quod [illegible] sequenti [illegible] ejus [illegible] idoneo [illegible] miraculo. Nam quædam puella Deo dicata ad sepulchrum beati viri paralytica reptando cunctis videntibus venit. Ubi cum sopore depressa jaceret, nec mora, unus ex nostris [illegible] compellit, qui cancellum, quod super viri Dei corpus [illegible], aliam in partem transportari non poterat. Ipsa ergo ut ex somno surrexit, [illegible] pedibus suis stetit, ac membra [illegible], quod [illegible], illi redditaa est, [illegible] ad Matrem monasterii regressa, ita narravit, dicens: Ego vidi beatum Sacerdotem, et mihi [illegible] tibi [illegible] deferre præcepit: Vade, inquit, et dic Abbatissæ *h* Bidæ, ut [illegible] [illegible] ipse ad [illegible] urbem, et plebem, quam superstes dereliquerat, [illegible] consolari [illegible] adventu. Quæ res [illegible] contulit [illegible] fiducia[illegible].

37 [illegible] Arverno [illegible] S[illegible]

[illegible] Nam [illegible] 82 [illegible] fuisset.

Auctore anonymo coætaneo, ex mss.

Post preces annuit Episcopus Lugdunen.

g

h

Translatio cum [illegible].

[illegible]

[illegible]

AUCTORE ANONYMO COÆTANEO, EX MSS

intimasset, statim quæ recesserat adveniebat insania. Nam ego ea quæ oculis vidi, aut a probatis viris didici, quamquam simplici atque inculto meo eliciam stylo. Sed quid plura dicenda sunt? Sicut alibi quidam sapiens dixit: Cui pauca non sufficiunt, nec multa proderunt. Nam dum humeris veheretur, sicubi corpus ejus quievit depositum, statim vexillum crucis conseptum remansit, et rarum ubi non ecclesiæ fabricatæ miro modo gratulentur.

Magna devotio Arvernorum populi

38 Sed cum Arvernorum tellurem fuissemus ingressi, quanti nobiles viri ac feminæ occurrentes eum suis humeris magna cum alacritate ac devotione ferebant! eratque inter eos pia altercatio, ut aut quis primus aut quis plus eo pio in opere laboraret. Cumque propinquius urbem accederent, magis magisque suæ ad eum oves confluebant, atque ex nimio gaudio flentes nonnulli clamabant: Ecce Domine, urbem quam reliqueras recognosce: gregem tibi a Deo commissum, tua intercessione defende. Post hæc cum jam viri Dei reliquiæ urbi eminus graderentur, cum qua devotione atque apparatu sacratissimo occurrisset Episcopus, intimari posse difficile puto. Nam in utraque parte tanta erat populi cum Clericis multitudo, ut exercitum coadunatum, aut nundinas crederes celebrari. Cumque in ejus occursum, Sanctorum idem Episcopus ex urbe pignora humeris deferens, graderetur, tam diligenter ac reverenter occurrit, ut corporaliter Sancti Dei cum sacerdotio occurrisse viderentur.

Occurrit Episcopus cum SS. reliquiis

39 Exinde cum ab Episcopo in ecclesiam B. Mauricii portaretur, in ipso ingressu quidam claudus, nomine Valdinus, in foribus jacens sancti Sacerdotis præstolabatur adventum. Sed mox ut super eum viri Dei corpus transiit, ipse sanitatis gaudia sensit, et in eadem ecclesia usque hodie permanens, valvarum custos existit. Post hæc sancti Sacerdotis membra dignæ sepulturæ sunt tradita juxta beatorum Apostolorum *m* Petri et Pauli atque S. Andreæ altare, quorum reliquias præfatus Pontifex ex urbe jussit deferri, et magna cum devotione locum ipsum dedicans, ac pridie cum deposita renovavit. Et dignum erat ut quorum flagravit amore sancto igne succensus, eorum semper ejus etiam sepulchrum jungeretur altario. Deinde mausoleum beati Sacerdotis auri argentique mirifice decoravit metallo. Ubi Domino cooperante, multa infirmis præstantur remedia. Sed nunc e pluribus in præsenti unum narrabo miraculum. Quidam ex Burgundionum provincia, nomine Ceronius, cæcus advenit, cumque ad sepulchrum sanctum suo debilitati peposcisset salutem, nobis videntibus lumen recepit, et non solum ipse, sed et quotquot ex eadem provincia Burgundionum incommoda advenissent, sospites ex infirmitate ad propria remearunt.

Claudus sanatur

m

Oratorium et sepulchrum

Cæcus aliique curati

40 Hactenus velut quædam micularum colligentes edidimus, [illegible] quod ex his prudentioribus elegantius, [illegible] est, atque prudentius luculentiore viri Dei vita extollatur stylo, atque omissa requirendo diligentiori studio [illegible], alium forsitan [illegible] potestis.

[illegible]

a [illegible] Sulpicium [illegible] Proculum [illegible] refellentur. Post [illegible] Proculus [illegible]
b [illegible] lib. 1 [illegible] Claromont. [illegible]
c [illegible] S. Martini [illegible]
d [illegible]
e [illegible] Tetradium [illegible] altare S. M[illegible], altare S. Martini, altare [illegible] divina alimentos oracula apud [illegible]

quinque ecclesias, quidque corporis sensus designantes. Quarum unam in honorem Salvatoris condidit, postea alteram in honore Dei genitricis Mariæ *etc. Has quinque ecclesias scribit idem Savaro in Originib. a S. Bonito dedicatas, cui eas S. Genesius Comes donarat unaque castrum* Camaleriam, *vulgo* Chamalere.

f *Claudio Roberto* Fraldus, Faraldus, Focoaldus, Eraldus *dicitur: Chenu* Fraldus, alias Fealdus; *Severtio* Fraldus, Foaldus.

g *Superest etiamnum hoc S. Petri monasterium, estque ut testatur Cl. Robertus, nobilium virginum.*

h *MS. Amb.* Pater.

i *Ita MS. Amb. ast alii* visionis.

k *Saussai hinc* σχῆμα *emendes, ita scribentis in Supplemento Martyrol. 23 Januarii*: Item ibidem *Claromonte* B. Didæ Abbatissæ Arvernensis parthenonis, quæ cœlestem in terra vitam gerens, ipsimet cœlitì B. Bonito ita cara fuit, ut is in procinctu prædictæ suæ translationis, religiosissimo suo ascetæ actorum suorum exceptori apparens, illum admonuerit ut ipsimet Didæ reditum suum ad Arvernensem urbem significaret, *etc.* 1, *unde didicit hunc gestorum sancti Antistitis exceptorem asceticam fuisse*: 2, *non ei, sed puellæ Deo dicatæ hæc facta revelatio*. 3, *non Arvernensi, sed Lugdunensi parthenoni præerat Dida.*

l *MS. Amb.* revocavit.

m *Lib. 1, de eccles. et SS. Clarom. cap. 4. in ecclesia S. Boniti recensetur inter cetera* altare S. Petri.

DE a CASULA S. BONITI.

Ex Vinc. Bellovac. Speculo hist. l. 7, c. 97.

a

Sanctus Præsul Bonitus Alvernensis, cum cor suum perfecte dedisset, ut perfecte Jesum et ejus matrem diligeret; quadam die *b* templum *c* B. Michaelis cum turba intravit, et in angulo basilicæ licet inter multos solitudinem cordis sibi fecit. Consummatis mysteriis, quique in sua redierunt, et ipse solus in latibulo suo remansit. Et custodes quidem ne quis remansisset perscrutati sunt ecclesiam; sed Dei nutu sancti viri non potuerunt invenire latebram: qui obseratis jam ecclesiæ foribus, eo securius quo secretius, effudit in se animam suam, factusque in agonia prolixius et enixius orans, vidit hujusmodi visionem. Ecce repente de cœlo sonuit quasi vox dulcis cantilenæ, et micantibus luminaribus limen templi cœpit tremere, tanquam intrante multitudine. Aspiciebat vir sanctus: et ecce Virgo Maria intrabat, cum candidato Sanctorum Angelorum et animarum cœtu, sicut Regina circumstante exercitu: chorus ille cœlestis decantabat laudes Dominæ, ejusque filio: ipsa quoque vocem suam exercuit in Christi præconio.

b c

S. Bonitus noctu orans in templo

videt B. Virginem aliosque SS.

2 Per medium chori facta est illa processio: cumque ventum fuisset ante altare, quæsitum est a quibusdam Sanctorum quis haberet Missam celebrare. En, inquit beata Virgo, adest Bonitus Præsul, vere bonus, et satis dignus cui hoc officium debeat committi. Audiens hoc ille pavebat, et retrahebat se cujus rei lapis, qui ei cessit, adhuc servat indicium. Tandem quæsitus et inventus, deductus est, et præsentatus illi beatæ congregationi, et ministrantibus Sanctis veste nuptiali ornatus est, ac divino altari applicitus. Et postquam dedit in celebratione sancti operis operam, ac decenter consummavit, beata Virgo valefaciens dilecto suo pro munere cœlestem vestem ei dedit. Res est nota satis, et apud Alvernenses admodum celebris, maxime autem in civitate Alverniæ quæ dicitur *d* Mons-clarus; et usque hodie monstratur populo vestimentum illud cœleste, cujus materies et contexturæ modus a nullo hominum dignosci potest, et est eximii candoris, miræque levitatis.

Missam jubetur celebrare

Vestem cælestem donatur

d

3 Alter vero quidam post præfatum Sanctum sortitus cathedram honoris, sed non sic castigatione honestatis, simili quidem se promereri posse mentitus est, et si in præfati Archangeli basilica somniasset. Venit igitur procax, præsumptuosus intravit illam officinam sobrietatis, cibo et potu ingurgitatus. Et qui laborabat ebrietate, subito sepultus est gravi sopore. Et tamen in his omnibus non est conversus in sacrilegum furor Domini, sed flagitiosum sine flagello dimittens, miraculose eum a sanctificationis suæ domo longe fecit. Facto enim mane reperit se homo in domo sua, et in lecto suo, debinc exiens ad famulos

Alius eius id fortun præsumit

famulos suos, confessus est mentis suæ insanam præsumptionem, nec celavit, quam portabat cœlestis repulsæ confusionem: sciensque se esse stultum prophetam, et insanum virum spiritualem, jam humilius de se sensit, et in simplicitate cordis Deum quærere cautus fuit.

a Hæc idem narrant Surius, [illegible] in Notis, [illegible] Petrus de Nat. lib. 2, cap. 82, [illegible] Bonitu [illegible] admirabilis quæ antiqui ejus Ecclesiæ [illegible] Deipara donata [illegible] Latino rhythmo descriptus [illegible]

b MS. [illegible] instante festo Assumptionis B. Mariæ, et [illegible] in nocte Assumptionis.

c [illegible] Sacaro, [illegible]

d [illegible] Arvernia [illegible], montosa inferior, plana [illegible] metropolis Clarus mons [illegible] Arvernia, caputque [illegible] S. Flori civitas Episcopalis.

DE EADEM CASULA

Rhythmus antiquus ex MS. Carthus. Colon.

Præsul erat Deo gratus, ex a Francorum gente [natus;
Bonum erat illi nomen, quod designat bonum omen.
Ille juxta Dei legem custodivit suum gregem,
Sanctitatis dans exemplum, Michaelis petit templum
Solus [illegible] in obscuro, orat Deum corde puro,
Tundit pectus, agit cœtus, inter preces fundit fletus
Qui convenit plebs abscedit, et ad sua quisque redit
Ille solus [illegible], ut divinæ laudi vacet
Custos [illegible], ne quis ibi relinquatur:
Hic [illegible] solus [illegible], nec se capi posse gaudet:
[illegible] psallit, [illegible] servos fallit.
Hi recedunt, iste orat, culparumque memor plorat.
2 [illegible] dum revolvit sua gesta,
[illegible] planctus, Angelorum audit cantus
[illegible] descendente [illegible] cœlo,
Jam [illegible] memorique corde claudit.
[illegible] tanto sono, [illegible] gaudet tono,
[illegible] Dei numen, [illegible] fusum lumen
Et [illegible] metus.
Angelorum chorus [illegible] velut.
[illegible] Sancti Dei, qui [illegible] omnes rei,
[illegible] Mater Dei sicut Diva.
[illegible] Missam celebraret?
[illegible] credo
Verbo Præsul [illegible] retrahebat,
Ipse [illegible] signum hujus rei
[illegible] [runt.
[illegible] contra iram
[illegible] cives
[illegible] Propheta [illegible]

Incedebat sic deductus, memor tantum sui luctus,
Et accedens aram petit, quam cum suis ante stetit
Hic accepta manu pura ipse Deo offert thura:
Resonabant dulces meli, præeminente tuba cœli.
Ut divinum opus digne vir peregit et benigne,
Virgo Mater viro vestem pro mercede dat cœlestem
Agit grates, reddit vota, laudat Deum mente tota,
Et quam Virgo sibi dedit, sumit vestem et abscedit
His occultis ita gestis, crevit fama datæ vestis.
Ille quidem nihil celat, sed quod vidit hoc revelat
3 Alter quidam credens male pro merito quiddam tale,
Prædecessoris ad exemplum, illud quidem petit templum
Intrat solus valde sero, hebetatus multo mero,
Et labore longo fessus, gravi somno fit depressus
Hinc auroram lucem dedit, et cum somno mox recedit
Capite que mox erecto, se in suo videt lecto.
Signo Crucis se munivit, thalamo que mox exivit
Spectat servos et salutat, et errare sese putat.
Tandem Præsul in se redit, vocat servos, et consedit,
Et quod secum fuit gestum suis facit manifestum.
O quam pia, quam benigna, omni quoque laude digna,
Christi mater Lac intacta, per quam sunt tot mira facta,
Quæ sic parcens negligenti, sanum reddit suæ genti,
Malens illum pœnitere quam pro culpa mox delere.
Bonum autem vigilantem, nec incassum excubantem,
Sic dilexit, ut cœlestem largiretur ei vestem,
Videns eum celebrare opus Dei [illegible]!
4 Ne quis putet hoc commentum esse, ecce argu-[mentum
Durat adhuc vestimentum, nullum foris detrimen-[tum
Arvernensis urbs perdives, quæ et multos habet cives,
Orienti tota patens, Occidenti parti latens,
Fama fuit satis clara, bello [illegible] ignara
Clarus mons hæc nuncupatur. Apte [illegible] reservatur,
Illa Boni bona vestis, [illegible] festis.
Suavissimi est odoris, et nitentis est coloris,
Multæ quoque levitatis, sed et mirabilis [illegible]
Modus vero contexturæ, cujus artis vel facturæ
Sit introrsus et extrorsus, ignoratur quidem prorsus
Dominus Præsul hic Herbertus Norwicensis est ex-[pertus.
Qui decebat hanc vidisse, hanc et [illegible] tetigisse.
Ergo qui non credis vere rem, [illegible] se habere,
Vade et fac tibi fidem, vestem videns [illegible] ibidem,
Et tunc tibi fiet satis [illegible]
Enarrare tunc memento, corde puro et [illegible]
Verum ne oblivis carıs stellæ maris [illegible],
Cujus dono [illegible] datur
Ipsa atque Nato ejus salus, honor et [illegible] Amen

a [illegible] Boniti [illegible]

b [illegible]

DE S. ABLEBERTO, SIVE EMEBERTO,

EPISCOPO CAMERACENSI ET ATREBATENSI.

§ I. S. *Emeberti celebris memoria.*

Q[illegible] Sancti [illegible]
2 [illegible]
Emeberti [illegible] Mathildis [illegible] Ablebertus sive Emebertus, Cameracensis Episcopus, qui S. Autbertum in Cameracensi Episcopatu processit. Martyrologium Belgicum [illegible] Mathildis [illegible] S. [illegible] Ableberti Episcopi [illegible] Virginum [illegible] SS. [illegible] Philippi [illegible] SS. Mellanus [illegible] Est vero Mathildis

Ex variis

Malbodium Aduaticorum oppidum (*Nerviorum potius dixisset, et distat tribus dumtaxat leucis a Bavaco Nerviorum*) in quo Canonicarum Ecclesia, quæ hodieque sacro S. Ableberti pignore lætatur, ejusque solennia annue colit. *Ejusdem meminit Andreas Saussaius in Martyrol. Gallicano hoc die, Heribertus Rosweydus noster in vernacula historia Belgii, Christianus Massæus lib.* 12 *Chronicor. Ægidius Wauldæus in Gallica historia SS. Binchiensium lib.* 8, *cap.* 6, *et varia Kalendaria.*

et 13 Martii

3 *De eo in quodam MS. Carthusiæ Bruxellensis ad* XIII *Martii ista habentur :* Eodem die S. Emeberti Episcopi Cameracensis, consobrini D. Waldetrudis. *In eodem MS. ad* XIX *Maii hæc habentur :* Item B. Emberti (alibi Hildeberti) Episcopi Cameracensis, fratris germani BB. Gudilæ et Pharaildis, qui, S. Vindiciano mediante, S. Autberto in Episcopatu successit. *Eodem quoque die MS. Florarium :* Malbodio monasterio S. Emoberti, fratris S. Gudilæ ex patre et matre, de stirpe Karolidarum, qui alio nomine dictus est Ablembertus, et Episcopus fuit Cameracensis.

et 19 Maii

translatio 18 Octob.

4 *Solet ejus Festum, teste Molano, olim ita Malbodii peragi, ut novem Lectionum mediæ tres essent de* S. Mauro *Abbate, reliquæ de* Ableberto. *Rursumque Festo S. Lucæ* XVIII *Octobris habebat commemorationem At nunc Breviario Malbodiensi ad Romani normam conformato, sit quidem* XV *Januarii officium semiduplex de* S. Ableberto, *cum nona de* S. Mauro *Lectione, dilato in alium non impeditum diem S. Pauli Eremitæ Festo. At* XVIII *Octobris fit S. Aldegondis Virginis, non* Ableberti, *commemoratio. Verisimile est utriusque eo die factam olim elevationem vel translationem aliquam aut altaris consecrationem. Fortassis duobus illis diebus* XIII *Martii, et* XIX *Maii translatio facta aliqua reliquiarum* S. Ableberti.

§ II. S. *Emeberti parentes, sorores.*

ejus pater et parentes, sorores

B*aldricus Tornacensis Episcopus in Chronico Cameracensi de S. Ableberto hæc scribit :* Post Bertoaldum successit B. Ablebertus, qui ita in catalogo Episcoporum nominatus, ab incolis vero et vicinis Emebertus dicebatur. Hic ex Bracbatensi pago oriundus; parentibus siquidem et vitæ et generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero Comite, sancto viro, atque Amulberga matre editus est. Cujus etiam quatuor sorores fuerunt hæ, Reinildis, Sarachildis, Ermenlindis, beatissima quoque Guodila, junior ætate, sed non minus præstantior sanctitate. Quæ profecto antequam nata, ab Angelo beatissimæ matri nuntiata, dies suos bonis operibus vincere studuit, multisque virtutibus et miraculis, ut ipsius vitæ liber insinuat, coruscavit. Qui etiam liber Ablebertum Pontificem et mira sanctitate clarum protestatur, et morum ingenuitate conspicuum : quod nec dubitandum, præsertim cum et tam sanctis et tam magnificis natalibus ortum. Hic nimirum prælibatæ sororis, nempe Guodilæ, jam triduo sepultæ, tumulum a latrone pestifero violatum audiens, ingemuit, latronemque anathematis vinculo innodavit; imo etiam exerta imprecatione, ut signis fatentibus saltem posteros non lateret, obtinuit hoc modo sane, ut si vir esset, claudus vel quolibet modo debilis fieret, si femina, vitio, quod vulgo dicimus gutteriam, semper non careret. Et hoc mirabile dictu : namque omnem ipsam progeniem hæc ita postea habere, liber ipse fatetur. Unde liquet intelligi virum altioris meriti extitisse.

sacr. multa...

mors alibi

6 Fuit autem huic, ut ferunt, prædium, quod Miltinas dicitur, familiis quidem et rebus circumfluens locupletissimum, de quo Dei genitricis Ecclesiam heredem fecerat : sed nescimus qua causa, nisi infestatione pagensium, amiserit. Hic superveniente die suæ vocationis, in eodem pago, villa videlicet quam loci habitatores Ham dicunt, defunctus, migravit a mundo, illucque sepultus. Deinde ad Martinas deportatus : postea vero ad Melbodium translatus; ibique nunc quiescens, resurrectionis diem expectat. *Hactenus Baldricus. An Berthoaldo, an potius S. Vindiciano successerit S. Ablebertus, examinabimus* § 4.

mors. translatio

7 *De* B. Witgero, *et* S. Amalberga, *illius parentibus, agemus* X *Julii.* S. Reinildis *Virginis et Martyris vitam dabimus ejusdem Julii* XVI, *in qua et S. Emeberti mentio fit.* Sarachildem *vulgo omnes* Pharaildem *esse censent, cujus vitam dedimus* IV *Januarii. Verum illa Theodorici Regis Austrasiæ filia fuisse dicitur : nisi binominis extiterit Witgerus, Rexque isthic dicatur, quod opulentus et illustris vir fuerit. Nam bis nuptam fuisse* S. Amalbergam *non est verisimile, cum a parentibus cogi ad nuptias debuerit, ut suo loco dicemus. Theodorico filio Childeberti Burgundiæ ac deinde Austrasiæ Rege natam fuisse Pharaildem scribit Massæus Chronic. lib.* 12, *sub finem. Verum cum hic anno* 613, *obierit, et legitima uxore caruerit; non posset illa Pharaildis S. Amalbergæ, castissimæ matronæ, dici filia. Sororem tamen fuisse Gudilæ Pharaildem tradit Hubertus in ejus Vita* VIII *Januarii, his verbis :* Habuit sorores sanctitate famosas, videlicet Remildem atque Pharaeldem, germanumque fratrem S. Emebertum Episcopum Cameracensem. *Cum S. Reinildis sorores recensentur* XVI *Julii, in quibusdam exemplaribus S. Pharaildis expunctum est nomen.*

an S. Pharaildis ejus soror?

8 *Si soror fuit SS. Emeberti, Reinildis, Gudilæ, aliqua* Ermelindis, *quæ hic* Ermenlindis *appellatur, aliam fuisse necesse est ab ea quæ* XXIX *Octobris colitur Meldariæ Lovanium inter ac Hugardiam. Fuit enim ea* 48 *a morte anno elevata a B. Pipino Duce : unde liquido patet, ante annum* 600 *obiisse, cum ipse anno* 646 *decesserit Pipinus, ut* XXI *Februarii dicemus. Quare circiter* 80 *annis Gudila senior fuit Hermelindis: quas proinde una matre natas nemo facile crediderit. Breviarium Malbodiense pro* Ermelinde Ermentrudem *habet S. Emeberti sororem, de qua* § *sequenti.*

an S. Hermelindis?

9 S. Gudila, *sive* Gudula, *aut, ut hic appellatur,* Guodila *colitur* VIII *Januarii Bruxellis, ubi magnifica ei dicata est basilica. Obiisse videtur circa annum* 712, *ut in Chronico Belgico tradit Autbertus Miræus, et nos* VIII *Januarii diximus, aut fortassis aliquanto citius, seriusve. Pœna sacrilegis sepulchri virginei violatoribus a S. Emeberto inflicta, aliter paullo atque hic, refertur in vita S. Gudilæ cap.* XI. *Imprecatum videlicet, lata excommunicationis Ecclesiasticæ sententia, sanctissimum virum, ut non solum viri, sed et feminæ illius consortes flagitii, eorumque posteri altero poplite claudicarent, feminæ præterea gutteria laborarent. Est vero* gutteria, *ut annotavit Colvenerius ad hoc Baldrici caput quæ alibi* gutturnositas *dicitur, vitium gutturis.*

S. Gudula quando obierit

10 *Quidam* S. Emeberti *fratrem aiunt fuisse* S. Gangulfum, *sive* Gengulfum, *Martyrem, de quo* IX *Maii agemus. Burgundio is gente fuit, et Pipino militavit, si Brevi, ut vulgo asserunt, longe post Emeberti ætatem; sin Crasso, æqualis ei quidem fuit Emebertus, sed qui fratres hos vocet, antiquorum vidimus neminem. Inde fortassis ex vulgi sermone error natus, quod Gangulfum Belgæ* Gengoul, *Gudilam* Goul, *sive* sainete Goul *vocent : ut qui audirent Emebertum fuisse sanctæ Goul fratrem (quod sæpe rudibus usuvenit, ut in ritibus illis, qui pro* Eloi *sive* Eli, *Eaata ... a Christo in cruce ...) sancti* Gengoul *fratrem existimarint.*

an S. Gangulfus ejus frater?

11 *Longius ab omni abest veri specie, quod S. Venantii (qui regnante Pipino a latrone trucidatus est non procul Aria Artesiæ urbe, quo loco nunc S. Venantii monasterium est) frater fuisse Emeberto dicitur. Fuerintne Venantius et Gangulfus germani, non liquet. Nam neque id a majoribus traditum, aut de Gangulfi, et dici, certe constat ætate*

an S. Venantius?

§ III

§ III. S. Emeberti vita ex Breviario Malbodiensi

Breviarium Malbodiense in 2 nocturno, ex Baldrici chronico Cameracensi et MSS. Ecclesiæ Malbodiensis concinnatas has exhibet de S. Emeberto Lectiones.

S. Adelbertus, qui et Emebertus, ex Brabantiensi territorio, villa dicta Ham, parentibus vitæ et generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero Comite [illegible], et matre S. Amalberga editus est. Cujus etiam germanæ, sanctæ sorores fuerunt Reinildis, Sarahildis, quæ alio nomine Pharaildis, Ermentrudis, et Gudila. Post transactas in timore Domini [illegible] annos, factus est adolescens vultu [illegible], simplex, [illegible], devotus, et [illegible] [illegible] in virtutem, et [illegible] in Dei servitutem.

13 Post [illegible], et hominum secularium [illegible], vigilias, jejunias, et [illegible] Deo commendabat. Contigit autem [illegible] Cameracensis Ecclesiæ Episcopum [illegible] post cujus decessum ad eandem Sedem [illegible] Adelbertus, Deo disponente, assumitur. [illegible] optimae [illegible] quibus [illegible].

14 [illegible] [illegible] verbi semina spargens, animarum [illegible] cœlestium [illegible] secessit [illegible] Deus [illegible] febri pulsatur [illegible] seculo [illegible] Martinis deportatus [illegible] Ecclesia Dei genitricis Mariæ et S. Aldegundis Virginis [illegible] resurrectionis exspectat.

15 Hactenus Malbodiense Breviarium [illegible] Wardus [illegible] Ham [illegible] haud procul Vilvordia Brabantiæ oppido. Quænam sit Ermentrudis [illegible] S. [illegible] Emeberto [illegible] S. Rupertus [illegible] 623, [illegible] S. Ru[illegible] 628, [illegible].

§ IV. S. Emeberti ætas, sedes

S. Autberti decessorem [illegible] S. Emebertum tradit Baldericus [illegible] Folbertus in Autberti vita [illegible] Molanus in Indiculo SS. Belgii, Autbertus Miræus in Fastis Belgicis, Ferrarius [illegible], Gudula [illegible] Heribertus Rosweydus noster, [illegible] 2, [illegible] 15. Claudius Robertus in Gallia Christiana, Saussaius, aliique Fulberti [illegible] Baldricumque [illegible].

17 At [illegible] S. Gudilæ superstitem fuisse S. Emebertum, et [illegible], ut jam vidimus, fatetur Baldricus, et ex S. Gudilæ vita constat. Gudila autem a S. Gertrude suscepta de Sacro fonte, atque in ejus contubernio litteris et pietate instituta est. At Gertrudis obiisse traditur anno ætatis 33, XVI Kal. April. die Dominica, anno vel 659, ut volunt Bucherius noster et Miræus, aut potius ut habet Sigebertus 664, quo eadem dies XVII Martii Dominica fuit. Nam si anno 659, ergo matri Itæ, sive Idubergæ, quæ 12 a mariti morte vixit annos, solum 10 mensibus superstes fuit, cujus contrarium in vita innuitur. Deinde commemorato consilio parentis de ea cuidam Duci Austrasio desponsanda, dicitur post annos 14, patrem obiisse: quod de 14 annis ætatis ipsius Gertrudis accipiendum videtur, ut nimirum fuerit anno Christi 646 [illegible] II, [illegible], quo Pipinus obiit, annorum 14, [illegible] anni fluxerant 14. Si enim ad illos 14, adjungimus alios 13 annos, qui a morte Pipini usque ad annum 659, lapsi sunt, efficientur anni 27, illudque fateri necesse erit, Gertrudem fuisse [illegible] duntaxat annorum cum eam Dux ille sibi conjugem depoposcit, quod nemo, opinor, dixerit, cum et Orientalem Franciam [illegible], et alia egisse tradatur, quæ provectiorem fuisse eam, minimum 10 aut 11 annorum persuadent. At juxta nostrum calculum constant omnia. Fuerit anno 646, annorum 14, adjungantur 18, et quot [illegible] usque ad XVII Martii anni 664, habebimus 33, annum inchoatum.

18 Sed utrumvis computum [illegible], cum ea Gudilam susceperit, [illegible] non potest [illegible] ante annum 645, [illegible] vita [illegible], quo tamen [illegible] S. Emeberti [illegible] Adde, quod, ut in ejus vita diximus, quo tempore ex Ham [illegible] Moream translatum est S. Gudilæ corpus, tempore Caroli Magni, qui regnare cœpit anno 768, [illegible] Deinde S. Amalberga a S. Autberto, quem volunt Emeberto successisse, velata est vivente adhuc Gudila, quæ cum Reinilde sorore, ut in hujus vita refertur, Lobiense profecta est, ut relictas sibi a parentibus facultates Deo [illegible] et S. Petro [illegible] S. Autberti Episcopatum mortuam Gudilam fateri debeant qui contra sentiunt.

19 Denique conficitur hinc, videtur, quod ante asserimus, ultra annum 700, vixisse Gudilam, et, ut habet citatus [illegible], non Bertoaldo, sed S. Vindiciano successisse Emebertum. Et fortassis [illegible] Hildebertus [illegible] Baldrico et aliis [illegible] Hoiaulemon multum abludit nomen, quod alii aliter efferunt: nam præter [illegible], qui Emebertum, Emmebertum, Emolbertum, Embertum [illegible], hunc Surius in vita S. Reinildis et Saussaius Adelbertum appellant, MS. § 2, citatum, Hildebertum, Claudius Robertus Adelbertum, Albertum, Emelbertum, Democharos Ablebertum et Adelbertum.

20 Et sane apud Tornacum, ut scribit Molanus in Natalibus, est pagus S. Aldeberti, qui [illegible] Sanctæ Trinitatis vulgo appellatur. Pagum autem Pastor [illegible] asserit, qui ad S. Adelbertus Episcopus Cameracensis [illegible] habuit esse creditur. Asserit et Festum [illegible] celebrari. Hic fortassis est Aldeberto [illegible] S. Amandi anno 2 [illegible] Regis subscripsisse legitur, qui vel ad [illegible] Elnonensi, ut alio eodem tempore, Episcopus est consecratus, vel mortuo S. Vindiciano ad Cathedram Cameracensem et Atrebatensem erectus est. In MS. quodam Kalendario SS. Ordinis S. Benedicti ad 17 Martii ista, legimus: Ipso die S. Adelberti Abbatis. Hic ipse est fortassis de quo agimus.

21 Animadvertit doctissimus Molanus implicatam hic rationem temporum, nec satis, quod de S. Emeberti Episcopatu pronuntiaret, in promptu habuit. Ita namque scribit: Qui [illegible] vero ad Episcopatum attinet, in [illegible] Episcoporum Cameracensium [illegible] decessor S. Autberti, sed in Ranceldis historia et alibi, quæ [illegible] de Autberto leguntur, ex quibus consequi videtur Aldebertum aut successisse ei, aut saltem parem fuisse, Coepiscopum videlicet, ut tunc ad fidei propagationem plures fuerunt. Quod qui volet, pressius consideret.

§ V. *S. Emeberti mors, reliquiæ, cultus.*

Mortuus est, uti § 2 et 3, diximus, in pago Ham Emebertus, *atque ibi sepultus. Translatum deinde corpus ejus ad Martinas, sive Marcinas, pagum, quem Ecclesiæ Cameracensi donarat. Ubi situs hic pagus sit, fatetur Colvenerius se ex Cameracensibus Malbodiensibusque Canonicis perquisisse, nec quidquam assecutum. Molanus quoque nihil se de eo comperisse scribit. Suspicatur Ægidius Waulдeus, aliique viri eruditi* Marpinas *esse legendum. Extat enim* Marpeu *pagus ad Sabim leuca distans Malbodio, ubi aliqua videtur ejus superesse memoria. Dicata isthic est ecclesia S. Mariæ, fortassis, quia, ut conjicit* Wauldeus, *Ecclesiæ S. Mariæ Cameraci cum pago tradita erat. Nobis probabilius videtur* Martinas *in agro Brabantensi sitas fuisse. Indicat id Baldricus, qui innuit prædium* Martinas *et villam* Ham *in eodem pago, sive ditione fuisse. Ex vita S. Gudilæ cap. 2, discimus ædes parentum ejus a Mozella duorum circiter milliarium intervallo abfuisse. Tantum fere a* Morzella *distat municipium* Merchten *in ditione Alostana quod* Martinas *esse, haud temere quis conjiciat.*

23 *Martinis deinde, incertum qua caussa, an ob hostiles incursiones, ut tutius asservarentur, an ad majorem venerationem, Malbodium deportatæ sunt ejus reliquiæ, atque humo (an ut primum allatæ sunt, an postea alia occasione, non liquet) defossæ. Sed, ut testatur qui S. Aldegondis vitam Gallice scripsit Basilides Athensis Capuccinus, altare in veteri Ecclesia SS. Aldegondis et Emeberti nomini honorique dicatum est. Sanctus ille Abbas Lætiensium Antonius Winghius, meo præcipue hortatu, perquiri* S. Emeberti *ante annos aliquot reliquias curavit, refosso alte pavimento omni chori ecclesiæ Malbodiensis. Nihil tamen inventum est; Sancto nimirum in aliud tempus sui corporis manifestationem differente, ut homines tot adversis, quæ interim perpessi sunt, eruditi, magis ad dona cœlestia, quæ ubertim inventis Sanctorum pignoribus conferri solent, idonei fiant. Mentio fit corporis S. Ableberti* XXX *Janu. in* 3 *Vita S. Aldegundis Virginis nu.* 12.

24 *Hæc paucula de* S. Emeberto *e variis collegimus, cum vitam nusquam assequi potuerimus, quam nec Baldrico visam facile est ex ejus verbis colligere, scriptam tamen olim fuisse patet ex S. Raineldis sororis ejus vita, ubi cap.* 1, *hæc habentur :* Ex hac ergo *(Amalberga)* dedit ei *(Witgero)* Deus sob dem sanctissimam Emebertum, postea sanctæ Cameracensis Ecclesiæ Pastorem beatissimum, cujus gesta plena virtutibus atque miraculis in eadem Ecclesia usque in hodiernum diem florent : tresque *(quædam MSS* duasque) filias, quarum una Gudila, altera Rainildis vocabatur, et tertia Pharaildis, ut in vita B. Gudilæ habetur. *Hæc postrema,* Et tertia, *etc. absunt ab aliquibus MSS. Et sane solæ deinceps Raineldis et Gudila memorantur. Illud postremo ad Sancti gloriam facere videtur, quod haud pauci in Belgio, Teutonico præsertim,* Emberti, *sive* Emeberti *nomine appellentur.*

DE S. MAURO, SIVE MORTUO-NATO,

EREMITA HUI IN BELGIO.

Hui, antiquo Belgii oppido ad Mosam flumen, colitur XV *Januarii* S. Maurus *Eremita, sive* Mortuus-natus, *quia mortuus in lucem venit, verum ad ædiculam, ut vulgo traditur, Beatæ Virginis de Vinea delatus, isthic vitæ redditus est. Alii* Sancte-mortuum, *alii* Sanctum-mortuum *appellant. De ætate certi nihil constat, nisi quod nonnulli S. Beggæ temporibus vixisse volunt, Christiano seculo septimo exeunte, sive ita illi conjiciunt, sive a majoribus didicerunt. Bartholomæus Fisen noster in Historia Ecclesiæ Leodiensis lib. 6, num. 8, ad annum Christi* 909, *illius meminit, non quod eo tempore vixisse fidem faciat, sed quia de* S. Mengoldo *itidem Hoyensium Patrono, de quo nos* VIII *Februarii, sermonem isthic fecerat.*

2 *De ejus vita ac miraculis nihil eruimus, præter ea quæ ex litteris Godefridi Petiti Pastoris Ecclesiæ, in qua* S. Mauri *corpus quiescit, edidit in Natalibus Sanctorum Joannes Molanus. Nec alia tradidit citatus Leodiensis historiæ scriptor, nisi pauca hæc de miraculis, quæ et nos aliunde didicimus.* Pluribus olim, *inquit,* claruit miraculis. Sed et nuperrime cum paucorum annorum decursu ter Hoiolus amnis ita intumuisset ut universum templi pavimentum perfunderet, S. Mauri sepulchrum nunquam attigit, nec in illud penetravit, quamquam rimas pateret non exiguas.

3 *Exstat sancti hujus nomen non solum Martyrologio Belgico inscriptum, sed et Gallicano Andreæ Saussaii, qui rursum in supplemento etiam refert. Meminit quoque illius Ferrarius.*

VITA

Ex Jo. Molani Natalib. SS. Belgii.

Hui, natalis S. Mauri Confessoris. Qui, ut a majoribus accepimus, in uno ex vicinis locis a Andanensibus natus est et mortuus; sed divina permissione recepit vitam, et in baptismate dictus est Mortuus-natus, vulgariter Mort-né. Supervixit autem, vitam agens modestam, cum hominibus rudibus in silvis, præstans eis auxilium in conficiendis *b* carbonibus ligneis. Tandem in silvis circa Andanam eremiticam vitam elegit, in qua sancte extremum vitæ suæ diem conclusit.

2 Cum autem ulterius a nullo videretur, vicini diligenter eum quæsiverunt, et mortuum *c* invenerunt. Cujus corpus cum Andanam vehere vellent, equi divino nutu *d* refragabantur; cum autem Huium dirigerentur, absque omni difficultate progressi sunt usque ad parochialem ecclesiam S. Joannis Evangelistæ; in qua corpus ejus honorifice terræ inhumatum jacet, in navi ecclesiæ, inter duas columnas. Superius visitur ipse in imagine ad modum Eremitæ, pedibus nudis, crinibus sparsis in humeros, ætate, ut apparet, octogenarius, vestitus pallio oblongo usque ad talos, in dextera manu gestans sphæras precatorias cum baculo eremitico, in sinistra librum habens, in capite portans biretum, quale Fratres Minores sub cuculla gerunt, barbam habens oblongam, pictam aureo colore. Inferius corpus ejus lapide tegitur, supra quem alius lapis, in modum altaris, columnis innititur, in quo reponuntur offertoria peregrinorum, qui eo quotidie devotionis gratia confluunt, ut a calculo, a dolore capitis, dentium, tibiarum, *e* et ab aliis morbis liberentur. Offeruntur autem ex ferro vel cera tibiæ, coronæ, brachia, item compedes, sal, nummi, gallinæ, pulli, et similia, quæ priscis temporibus in majori copia, et cum majori devotione offerebantur, quam nunc, quando pluribus erga infirmos clarebat miraculis, quæ nunc decrescente devotione sunt rariora. Inde autem vir sanctus apud suos, a tempore omnibus ignoto, celebris est: et Pastores in die S. Mauri Abbatis memoriam ejus celebrant, officium legentes commune de Confessore non Pontifice. Capitulum quoque Huense, quod hic Pastorem Ecclesiæ, in qua quiescit, instituit, nominat eum in litteris institutionis, Pastorem Parochialis Ecclesiæ BB. Joannis Evangelistæ et Mauri. Hæc sunt quæ a Pastore Ecclesiæ ejus accepi.

3 Ne

3 Ne quis autem nomen miretur. Litterati quidam eum Sancte-Mortuum alii Sanctum-Mortuum vocant. Rectius Renatum dixissent quomodo f S. Maurilius puerulum a se resuscitatum nominavit, qui ei postea in cathedra Andegavensi successit. Vulgus eum pro *Sainct-Mort*, vocat *Sainct-Moor* : unde Clerus, eorum simplicitatem sequens, Maurum vocat et cum obitus dies nesciretur, in die S. Mauri Abbatis, memoriam ejus cum plebe celebrare voluit. Dedicationis autem festum incidit annue in Dominicum diem Rogationum.

a *De Andana, et condito isthic a S. Begga Canonicarum collegio, agemus ad illius vitam 17 Decemb.*

b *Patrem quoque illius tradunt carbonarium fuisse.*

c *Junctis manibus, scipionem incumbentem, ut narrant.*

d *Imo nullis mg elli stimulis peterant, ut scribit Fisen, at sibi* relicti [illegible] se converterunt

e *Brachiorum quoque, item chiragra, podagra, paralysi.*

f *Colitur* S. Maurilius 13 *Sept.* S. Renatus 12 *Novembr.*

DE SANCTO CEOLULPHO

REGE, DEIN MONACHO, IN ANGLIA.

Humber *nobile Angliæ æstuarium est ad* Urisæ Ousæ *fluminis ostia, quod Ptolemæus* Ἀβου ποταμου ἐκβολαι *dicit*, Abi fluminis *ostia, et facta voce utraque ab aber voce Britannica, quæ fluvii ostium significat. Quæ ab* Humbro *versus Septentrionem porrigitur regio, ab eo* Nordan-Humbria, *seu* Nort-Humbria *est appellata, amplum in heptarchia Saxonica regnum, et quandoque in duo divisum,* Deirorum *et* Berniciorum. *Minus late nunc* Northumbriæ *nomen patet, a Cumbriæ [illegible] ad Scotia confinia (quæ et ipsa Anglis olim paruere) porrectus Comitatus.*

2 Nordan Humbriæ *multi extitere Reges in Catalogum* [illegible] *relati*, Edwinus, Oswaldus, Oswinus, *et ipse Oswini interfector* Oswius, *quibus accenseri* Ceolulphus *debet*, [illegible] *Rex primum, dein monachus religiosissimus. Hi ex genere* [illegible], *ab Ida primo illius provinciæ Rege, qui circiter annum* 550, *vixit, propagatam. Ita Westmonasteriensis ad an.* 730. Fuit *autem* Ceolulfus filius Cuthæ, qui fuit Cuthwini, qui fuit Lethwaldi, qui fuit Egwaldi, qui fuit Adelmi, qui fuit Ossæ, qui fuit Idæ. *Eadem fere habet Florentius Wigorniensis et Henricus Huntindonensis.*

3 *Hic* [illegible] *majoribus, sed multo sapientia ac pietate clarior, Northumbriæ regnum accepit, ab* [illegible] *Osrico. Ita Wigorniensis ad an.* 729. Osricus Rex Northumbrorum [illegible] decessit, et Fratrem Kenredi Regis, qui ante se regnaverat, Ceolulfum sibi [illegible] fecit. *Idem tradit Huntindoniensis, et Radulfus Cestrensis. Plura aliquanto Malmesburiensis lib.* 1, *de gestis Regum Anglorum.* Habuit, *inquit*, Alfridus successorem filium Osredum [illegible] puerum [illegible] regnum [illegible], turpemque vitam sanctimonialium stupris exagitans, tandemque cognatorum insidiis cæsus, eamdem fortunam in ipsos [illegible]. Siquidem Kenredus duobus, et Osricus [illegible] regnantes [illegible] memorabile habuerunt, quod [illegible] merito (ut [illegible]) [illegible], sanguine [illegible], fœdo [illegible] polluere. Meruit sane, quod [illegible] Osricus, multum [illegible], ut [illegible], quod Ceolulphum Kenredi fratrem vivens sibi successorem adoptaverit. [illegible] dum regni culmen Ceolulphus [illegible] septimus et decimus. *Tallit ergo Harpsfeldius, sæc.* 8, *cap.* 21, *scribit Ceolulphum ab Osredo successorem designatum.*

4 *Porro Ceolulphum olim Malmesburiensis scribit*, et [illegible] fuisse, et cui, *inquit*, non deesset litterarum peritia [illegible], animo et [illegible] composita. Videtur [illegible] veritatem Bedæ, qui eo tempore, quo maxime [illegible] litteris Britannia, hanc potissimum Anglorum historiam eliminandam [illegible], [illegible] ad [illegible] ter [illegible] propter [illegible] propter ingenium. *Beda [illegible]* [illegible] Regi Ceolwlpho Beda famulus Christi et Presbyter. Historiam gentis Anglorum Ecclesiasticam, quam nuper edideram, libentissime tibi desideranti, Rex, et prius ad legendum ac probandum transmisi, et nunc ad transscribendum ac plenius ex tempore meditandum transmitto; satisque studium tuæ sinceritatis amplector, quo non solum audiendis Scripturæ sacræ verbis aurem sedulus accommodas, verum etiam noscendis priorum gestis sive dictis, et maxime nostræ gentis virorum illustrium, curam vigilanter impendis. Sive enim historia de bonis bona referat, ad imitandum bonum auditor sollicitus instigatur, seu mala commemoret de pravis, nihilominus religiosus ac pius auditor, sive lector, vitando quod noxium est ac perversum, solertius ad exequenda ea quæ bona ac Deo digna esse cognoverit, accenditur. Quod ipsum tu quoque vigilantissime deprehendens historiam memoratam in notitiam tibi, simul et eis quibus te regendis divina præfecit auctoritas, ob generalis curam salutis latius propagari desideras.

5 *Ea historiam et diligenter perlegit Ceolulphus, et singularem ex ea, quod auctor optabat, utilitatem percepit. Ita Henricus Huntindoniensis.* Hic est Rex ille cui Beda vir sanctus et venerabilis, vir ingenio florentis et Christi philosophus, Ecclesiasticam historiam Anglorum scripsit. Quæ Regi [illegible] profecerit, finis beatus Regis ostendit. *Hac ille lectione et se ad regnum etiam abdicandum excitavit, et* [illegible], *et ad ferendos fortiter adversos casus mentem ipse sanam confirmavit. Nam, ut Harpsfeldius ait,* ejus regni principia [illegible] progressiones, videntur [illegible] rerum adversarum difficultatibus implicata. *Testatur ut Westmonasteriensis ad an.* 733, Ceolwlfus Rex, *inquit*, captus, attonsus, et remissus est in regnum.

6 *Demum* Ceolulphus, *ut scribit Malmesburiensis*, [illegible] tem Christianam æstimans terrenis negotiis [illegible], post octo annos regni Regem exuens, in Lindisfarnensi [illegible] monachicum habitum accepit, *anno*, *ut habet Wigorniensis*, 738. *Eosus eam rem prosequitur Huntindoniensis.* Ceolwlfus [illegible], cum sæpe [illegible] Beda [illegible], et sæpe ante [illegible] et post [illegible] historiam [illegible] ad se [illegible] oculis adhiberet, [illegible] Regni sui [illegible] et finem [illegible], regna [illegible] et res humanas cum labore [illegible] timore possideri, cum dolore [illegible]. Et quidem [illegible] [illegible] tenens, videntibus temporalia pulera et delectabilia [illegible] et [illegible], videtur fravolum et contra [illegible], quæ [illegible] perceperunt [illegible] devenerunt. [illegible] multi [illegible] per [illegible] gererent, [illegible] Regem [illegible] et expertum [illegible]. Senserat enim in seipso, regnum sibi [illegible] fuisse [illegible], cum timore possessum [illegible] Sigillum [illegible] quasi magnus [illegible]. Maxime autem [illegible], quod cum [illegible], vulgus [illegible], vel etiam ditiores, [illegible] ad eum conspiciendum et ejus beatitudinem mirandum, ipse [illegible] et proditionis.

Ex variis

proditionis, et multimodæ calamitatis, intus cruciabatur, et animo et corpore decoquebatur : cumque alii judicarent eum beatissimum, ipse, qui solus animi sui secreta noverat, judicabat se miserrimum. Cum ergo parvo spatio, id est, octo annis regnasset, permaximum visum est ei, et valde anxiatus est, quod tanto tempore vitam suam amiserit, curis vanis et disciplinis fragilibus deditam : reliquum autem saltem vitæ suæ non erroneæ stultitiæ, sed sapientiæ et utilitati propriæ dicare certavit : exemplumque assumens ex historia beati viri prædicta, sex Reges fortissimos vir vere fortissimus prosecutus est; scilicet Edelredum Regem Merce, et Cenredum successorem ejus, nec non Cedwallam Regem Westsexe, et Ine successorem ejus; sed et Sigebertum Regem Estangle, qui monachus effectus est, quem postea Penda occidit; et Sebbi Regem Estsexe, qui monachus effectus diem jucundum mortis suæ prævidit, vidit, et gavisus est. Isti non devorarunt substantias suas cum meretricibus, sed euntes cum dolore semina sua seminaverunt, ut venientes veniant cum exultatione, suos Deo manipulos afferentes. Complevit ergo Ceolwlfus hebdomadam Regum perfectorum, et habitu monachali suscepto, capiti ejus corona de lapide pretioso imposita est a Domino.

et exemplis

regno se abdicat

7 *Ranulfus Cestrensis de loco ubi monachicam vitam professus est a ceteris auctoribus discrepat, ita scribens ad annum* 738, Ceolwlfus Rex Northumbriæ post octavum regni sui annum relicto regno Egberto patrueli suo effectus est monachus in cœnobio Bedæ. *Harpsfeldius Ranulphum secutus ait,* in Bedæ cœnobio, aut ut quidam scribunt, in Lindisfarnensi, monasticam vitam professum. *Wigorniensis, Malmesburiensis, Hovedenus, qui in monasterio Lindisfarnensi factum monachum scribunt, longe Ranulfo potiores. De S. Bedæ monasterio, constructo a S. Benedicto Biscopio in loco qui* Girvum, *nunc* Jarrow *dicitur, ad ipsum fere* Tinæ *amnis ostium, egimus* 12 *Janu. ad S. Benedicti vitam num.* 9. *De* Lindisfarne, *Lindi amnis, vel potius rivi, objecta ostio insula, quæ nunc Anglis* Holy-iland, *id est,* sacra insula, *dicitur, agemus alibi sæpe, præsertim* 20 *Martii ad S. Cudberti vitam, et* 31 *Aug. ad S. Aidani.*

et fit in Lindisfarne monachus

8 Hoc Rege jam monacho facto, efficiente, *inquit Rogerius Hovedenus,* data est Lindisfarnensis Ecclesiæ monachis licentia bibendi vinum vel cervisiam : antea enim non nisi lac vel aquam bibere solebant, secundum antiquam traditionem S. Aidani, primi ejusdem Ecclesiæ Antistitis, et monachorum, qui cum illo de Scotia venientes ibidem donante Rege Oswaldo mansionem acceperant, et cum magna districtione futuræ vitæ servientes, degere gaudebant.

monachis ut vinum concedatur efficit

9 *Tandem multis clarus benefactis in cœlum migravit Ceolulfus. Id anno* 764, *contigisse Hovedenus scribit, Wigorniensis* 760, *at Westmonasteriensis* 739. Hoc etiam anno, *inquit,* Ceollwlfus Northanhumbrorum Rex nobilissimus, ut quibusdam placet, ex hac vita migravit ad Christum.

moritur

10 *De sepultura ejus scribit Malmesburiensis :* Quo loci quanta meritorum gratia conversatus sit, testatur celebris juxta B. Cuthbertum sepultura, et multa superne demissa miracula. *Ceolwlfi corpus, teste Hovedeno, postea* delatum in ecclesiam Northam, multis ibidem, ut fertur ab habitatoribus ipsius loci, miraculis claruit. *Translatio illa eo tempore facta videtur, quo S. Cuthberti et aliorum Sanctorum, de qua Malmesburiensis lib.* 3, *de gestis Pontificum Anglorum. Cum enim Dani et Norwegi littora Angliæ sub finem octavi seculi infestarent, ipsamque Lindisfarnem insulam essent depopulati,* pensato consilio decretum est, *inquit Malmesburiensis,* ut ab insula illa, quæ esset maritimorum prædonum hiatibus exposita, corpora Sanctorum in continentem transferrentur. Tunc beatum magni Cuthberti corpus cum quidam religioso (ut putabant) furto Hiberniam transvehere ambirent, perdiderunt fructum operæ; dum aut multis diebus ventum operirentur in littore, aut flatu aliquantum concitatiore in altum provecti, statim repellerentur. Quocirca cum honore debito sacrum corpus apud Bulbeford, incertum an Episcopatus Sedem, deposuere, juxta amnem Twyda. *Hæc ille. Sed quod* Bulbeford, *vocat, alii* Bubedford, *Cambdenus* Ubbanford *dictum scribit : nunc* Norham, *sive* Northam *dicitur, estque Dunelmensium Episcoporum oppidum, ut idem testatur, juxta Tuedam flumen, ad ipsa Scotiæ confinia. Extare isthic templum, in quo conditus est Ceolwulphus Rex, testatur idem Cambdenus. Miraculorum Ceolulfi meminit quoque Harpsfeldius.*

claret miraculis

Corpus in Hiberniam avehi non potest

transfertur in Northam

11 *Est illius in Martyrologii Anglicani priore editione ad* XIV *Martii adscriptum nomen, quo die eum quoque Ferrarius refert, sed perperam* Gonulfum *vocat. Verum* XV *Janu. cum in Martyrologio Benedictino recenset Hugo Menardus, quem in posteriore Anglicani sui Martyrologii editione sequitur Wilsonus, qui tamen quod utrobique scribit anno circiter* 737 *mortuum, refellitur a ceteris rerum Anglicanarum Scriptoribus, qui anno* 738, *regno se abdicasse tradunt, licet quamdiu in cœnobio vixerit non consentiant.*

nomen sacris Fastis inscriptum

XVI JANUARII.

SANCTI QUI XVII KAL. FEBRUARII COLUNTUR.

S. Priscilla, matrona Romana.
S. Marinus Presbyter, S. Stephanus Diaconus, Martyres Brixiæ.
S. Saturninus, S. Faustinus, S. Naffanianus et alii VII, Martyres in Africa.
S. Ananus, S. Marius, Martyres Romæ via Appia.
SS. Milites IX, Martyres Romæ via Cornelia.
S. Honorius et alii XIII, Martyres Romæ.
S. Danax, Martyr in Illyrico.
S. MARCELLUS PAPA ET MARTYR.
S. Melas, Episcopus Rhinocoluræ in Ægypto.
S. Honoratus, Archiepiscopus Arelatensis.
S. Jacobus, Episcopus Tarentasiensis in Sabaudia.
S. Faustus, Episcopus Reiensis in Gallia.
S. Valerius, Episcopus Surrentinus in Campania.
S. Titianus, Episcopus Opitergiensis in ditione Veneta.
S. Liberata, Virgo Papiæ.
S. Honoratus Abbas, Fundis in Italia.
S. Treverius, monachus in Gallia.
S. Furseus Abbas, Peronæ in Gallia.
S. Tozzo, Episcopus Augustanus.
B. Joanna, ord. Camaldulensis, Balneis in Italia.
S. Henricus, Eremita in Anglia.
S. Bernardus de Carbio, S. Otto, Presbyter, S. Petrus de S. Geminiano, S. Accursius, S. Adjutus, Martyres ordinis S. Francisci in Mauritania.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Remundus Confessor *MS. Florarium, antiquum Martyrol. Coloniense, et Carthusiani in Addit. ad Usuardum. Suspicamur S. Raimundum Pennafortium esse, de quo egimus* VII Januarii.

S. Guillelmus Episcopus Bituricensis *colitur hoc die in Eccl. sia Rotomagensi officio semiduplici, cum commemoratione et lectione de S. Marcello, ut patet ex ejus Eccl. sia novo Breviario. Vitam ejus dedimus* X Januarii.

S. Polyeuctus, S. Candidianus, S. Philoromus, Martyres. *Carthusiani Colon. in addit. ad Usuardum. Acta eorum dedimus* XI Januarii.

S. Victor, S. Candidus, Martyres Thebæi, *Walciodorum translati, commemorantur hoc die, ab Arnoldo Raissio. At facta est reclatioque eorum translatio* XIII Januarii.

S. Heraclius Martyr *hoc die refertur in Kalendario monasterii S. Joannis Capuæ, edito a Michaele Monacho parte 4. [illegible]* Hermylus est, *cujus et Stratonici acta dedimus* XIII Januarii.

S. Fulgentius Episcopus Carthaginensis in Hispania, *colitur Carthagine hoc die officio primæ classis [illegible], [illegible] a Ferrario. De [illegible] egimus* XIV Januarii.

S. Pansophius Martyr Alexandriæ. *Grævenus [illegible] de eo [illegible] egimus* XV Januarii.

S. Priscilla vidua, Romæ, S. Marcelli Papæ temporibus. *[illegible] Germanicum, Ferrarius [illegible] SS. [illegible], an alia fuerit a secunda Priscilla, de qua hic egimus XVI Jan. dicemus.*

Bertholdus *[illegible] Auberti [illegible]* Sanctus *[illegible], Ghinio [illegible] Martyrol. [illegible] Sanctam*

Mel[illegible] *Episcopus Rotomagensis* Sanctus *[illegible] MS. S. [illegible] Melanius, qui et Mel[illegible], Episcopus [illegible] [illegible]*

S. Mechtildis Virgo, *Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani.*

S. Petrus Martyr. *Ita MS. [illegible] In civitate Beneventi [illegible] in monasterio Sophiæ B. Petri Martyris. [illegible] Marius [illegible] in catalogo SS. Beneventanorum [illegible] pertineat ad* Bernaventam, *sive* Bennavennam *Britanniæ, quam nunc* Wedon *dici scribit Camdenus, de qua agemus 24 Jan. ad vitam* S. Sophiæ *Episcopi.*

In monasterio Fuldæ dedicatio ecclesiæ S. Michaelis in cœmiterio fratrum. *Rabanus.*

Translatio imaginis sanctissimæ Dei genitricis Odigitriæ *recolitur hoc die Mazaræ in Sicilia, ut testatur Octavius Cajetanus auctor in Idæa operis de SS. Siciliæ.*

S. Spurus Abbas, *refertur a Ferrario, eumque secuto Saussayo in supplem. Martyrologii Gallicani, dicitur [illegible]* Cabellione, *sive* Cavalione, *aut* Cabelliæ, *in provincia Viennensi [illegible], reliquiæ ejus in æde principe asservatæ. Nihil de eo legimus.*

B. Rolandus, monachus ordinis Cisterciensis in Cheseriaco, *refertur hoc die, et* Beatus *appellatur a Chrysostomo Henriquez et ab Hugone Menardo in catalogo SS. et BB. ord. Cisterciensis ex vetusto Missali. Cetera nobis ignota.*

Theobaldus, olim Castellanus Cortracensis in Flandria, miles strenuus, deinde monachus Villarii in Brabantia factus, *ut habet liber de viris illustribus ejusdem monasterii, et Chrysostomus Henriquez in Menol. Cisterc. et Saussayus hoc die, qui eum Beatis annumerat.*

S. Pelcippus, S. Fleusippus, S. Meleusippus, S. Neonilla, Martyres. *Menæa. Nos* XVII Januarii.

S. Gengulphus Episcopus Confessor. *MS. Florarium. [illegible] Gengulphus [illegible]* XVII Jan.

S. Sulpitius Pius Episcopus Bituricensis. *Wion, [illegible] Ferrarius [illegible]* XVII Januar.

S. Liberata, *sive* Libera, Virgo *colitur hoc die Mantuæ [illegible] Ferrarius [illegible] SS. Italiæ [illegible]* XVIII Jan.

S. Marthæ [illegible] *MS. [illegible] [illegible] est fortassis [illegible] Ma[illegible] et filiis [illegible]* XIX Januar.

S. Calocerus Episcopus Ravennas. *MS. Flor. Nos* XI Februarii.

S. Eulogius, S. Lucretia, Martyres. *[illegible] Ove[illegible] [illegible] S. Eulogio [illegible]* XII Mar. *de S. Lucretia, sive Lucrecia,* XV

S. Quilinus

Ex variis

S. Quillinus Martyr *hoc die refertur in MS. quodam non ita vetusto, in eodemque ad* XXIII *Decembris ista habentur* . Translatio Quellini Martyris. *Videtur* Quirinus *esse : verum an Presbyteri socius S. Nicasii, an Tribunus, non liquet. Martyr uterque fuit, agiturque hujus natalis* XXX *Mart.*
Translatio XXX *April.*
Illius natalis et translatio XI *Octob.*

S. Ultanus *refertur hoc die a Galesinio cum fratribus* Furseo, *et* Fl-riano, *at* Foillano *voluit scribere. De* Ultano *agemus* I *Maii*

S. Honoratus, Episcopus Ambianensis. *Carthusiani in Addit. ad Usuardum, et Molanus in* I *edit. Petrus de Natalibus lib.* 2, *cap.* 87, *Galesin. Martyrolog. Germanicum. Nos cum Martyrologio Romano eum dabimus* XVI *Maii.*

S. Petri catena, *qua vinctus in carcere Herodiano fuit, hoc die concursu populi frequentari, adorarique in ejusdem sancti Apostoli sacello intra magnam ecclesiam Constantinopoli consuevit, ut patet ex Menologio et Menæis Græcorum, Molano, Galesinio, et sermone Simeonis Metaphrastæ. De ea catena pluribus agemus* I *Aug.*

S. Tammarus Episcopus, *refertur hoc die in duobus Kalendariis editis a Michaele Monacho in Sanctuario Capuano, qui addit :* Hac ipsa die in diœcesi Aversana loco qui dicitur Vico de Pantano, colitur S. Tammarus, qui ibi traditur mortuus et sepultus. *An idem sit qui socius S. Prisci Confessoris memoratur* I *Septembris in Martyrologio Romano, disquiremus, quo hic Beneventi colitur* XV *Octobr.*

S. Felix Episcopus Tubabocensis in Africa. *Carthusiani Colonien. in Addit. ad Usuardum, Petrus de Natalibus lib.* 2, *cap.* 85, *Galesinius, Martyrolog. Germanicum, Ferrarius in generali catal. et in cat. SS. Italiæ. Omnino is videtur esse, quem alii* Tibirensem, *alii* Tipzicensem *vocant de quo agemus* XXIV *Octobr.*

S. Foillani Martyris inventio et translatio, *hoc die consignatur a Molano, Wione, Menardo, Dorganio, Saussaio, aliisque. Eam dabimus cum ejus vita* XXXI *Octobr.*

S. Begga vidua Ansegisi Ducis, soror S. Gertrudis, *refertur hoc die a Saussaio. Colitur, quo die et ipse ejus meminit* XVII *Decemb.*

DE S. PRISCILLA MATRONA ROMANA.

I Seculo
XVI Januarii

S. Priscillæ natalis.

Romæ S. Priscillæ, quæ se suaque Martyrum obsequio mancipavit, celebratur, *XVI Januarii natalis, ut habet Martyrologium Romanum, de qua Bellinus, Molanus, MS Florarium, Maurolycus, et multa MSS. atque excusa Martyrologia sub nomine Usuardi* Romæ S. Priscillæ *Paradoxon est, imo mendosum, quod Carthusiani Colonienses in Addit. ad Usuardum, et Martyrologium Coloniense habent* Romæ S. Priscillæ Virginis. *MS. Martyrologium S. Hieronymi* XVIII *Januarii* : Romæ via Salaria Priscillæ.

Romana nepte?

2 *Non est hæc* Priscilla *illa, sive* Prisca, *de qua et conjuge ejus* Aquila *in Actis Apostolorum, et alibi mentio fit, ea enim VIII Julii colitur. Sed hæc est mater* S. Pudentis *Senatoris, patris* SS. Praxedis *et* Pudentianæ, *hospitis et discipuli* S. Petri *Apostoli ut in Annalibus et in Notis ad Martyrologium tradit Baronius, et Hieronymus Prestonius in vita S. Pudentianæ* 19 *Maii.* Hæc quoque, *ut in catalogo Sanctorum Italiæ scribit Ferrarius,* Apostolos Petrum et Paulum Romam venientes hospitio excepit, et pauperibus assidue eleemosynas ministrabat Fertur celebre illud cœmiterium via Salaria suis sumptibus ædificasse.

Cœmiterium

Catalogus?

3 *Anastasius Bibliothecarius in vita* S. Marcelli *aliam refert* Priscillam, *his verbis* Hic (*Marcellus*) rogavit quamdam matronam, nomine Priscillam, et fecit cœmiterium via Salaria. *Sed, ut notat Baronius hic in Notis ad Martyrologium, in plurimis codicibus illa non habentur. Certe in MS codice Bertiniano, quocum librum illum de Romanis Pontificibus qui Anastasio tribuitur, contulerat Rosweydus noster, ista de cœmiterio sic efferebantur* Hic fecit cœmiteria via Salaria *nulla facta* Priscillæ *mentione, quasi ipse* Marcellus *cœmiteria aliqua aut construxerit, aut vetustate aliove casu fatiscentia restaurarit Et quod* cœmiteria *dicit,* *non unicum* cœmiterium, *scribit Octavius Pancirolus quatuor recenseri cœmiteria Christianorum via Salaria*

4 *Canisius et Galesinius* Priscillam, *quæ hodie colitur, asserunt* Marcelli *Papæ hortatu cœmiterium ædificasse, senioris* Priscillæ *matris* S. Pudentis *non meminere. Addit Galesinius hujus vitam a* S. Honorato *Episcopo Arelatensi scriptam, nec prodit unde id acceperit, haud probatur. Videntur potius doctissimi Galesinii schedæ a librario confusæ hoc loco, ut quod de S. Honorati vita a S. Hilario scripta dicebatur, attributum sit Priscillæ Molanus* Priscillam *hic recenseri eam credit, cujus Paulus meminit, addit tamen in margine* de qua forte gesta Marcelli. *Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ ait* cœmiterium Priscillæ a Priscilla *illa* Pudentis *matre olim ædificatum, forte collapsum, a juniore* S. Marcelli *hortatu reparatum, facile enim, inquit, piæ feminæ, ut quod ab alia matrona ejusdem nominis ædificatum fuerat, illa reficeret, persuadere fuit. Probabiliter ista quidem dicuntur In eam tamen potius inclinamus sententiam, ut præter illam in Actis Apostolorum (de qua non est hic sermo) unicam* Priscillam *auctorem cœmiterii existimemus, alteram recentiorem, quæ S. Marcelli tempore exstiterit, a librariis excogitatam, pro* Lucina *fortassis juniore, cujus in actis S Marcelli mentio fit. De cœmiteriis sæpe alias* Via Salaria, *sic dicta quod in Sabinos per eam sal deferebatur, incipiebat a* porta Collina, *quæ et* Agonalis, *et* Quirinalis *appellata postremo* Salaria *ab ipsa via.*

Ejusdem cœmiterium restauratio

DE SS. MARTYRIBUS BRIXIENSIBUS

MARINO PRESBYTERO, ET STEPHANO DIACONO.

Sub
Adriano
Imp.
XVI Januarii

Adriano imperante, *rexit Brixiensem Ecclesiam* S. Apollonius *Episcopus, cujus ab ea natalis Nonis Julii celebratur. Ab eo* S. Faustinus *Presbyter,* S. Jovita *Diaconus, consecrati, ut eorum Acta [illegible], qua XV Februarii dedimus. Horum in [illegible] hoc munere, suscipiendis pro Christianæ religionis propagatione laboribus, perferendis cruciatibus, ac morte denique subeunda, secuti fuere* S. Marinus Presbyter et S. Stephanus Diaconus, *quorum tamen in illis actis nulla mentio Sed qui ea tamen studiose expenderit, censebit fortassis* SS. Marinum et Stephanum, *Comitis Italici jussu in [illegible], reservatis ad Imperatoris adventum* Faustino *et* Jovita, *utpote nobilissimo ortis genere aut certe cum sociis* S. Calocerii *(de quo XVIII Aprilis)* circumductos *jussu Adriani* et decollatos, *quorum* corpora rapuit Apollonius *Episcopus* cum Christianis, et digne tradidit sepulturæ sub die XIII Kal Decemb. *Ferrarius in Notis et Galesinius solum*

SS. Marinus et Stephanus [illegible]

[illegible] cum SS. Faustino et Iovita passos *Fortunas ab Aureliano Comite, Sanctos jam Roma Brixiam ad necem reductos, ipsi quoque tenti [illegible] sunt.* *tyrologii appellat, in Indice vero ad Catalogum SS. Italiæ ita scribit:* Marinus, qui et Morinus, Presbyter, et Stephanus Diaconus, Martyres Brixiæ XVI Januarii. *Galesinius eadem die:* Brixiæ Inventio sanctorum Martyrum Marini Presbyteri, et Stephani Diaconi, qui [illegible] cum beatis Martyribus Faustino et Jovita [illegible] tormentis [illegible] præclarum Christianæ fidei testimonium reddiderunt. *Observat Ferrarius* [illegible] Ecclesiæ Brixiensis ad usum sacrum confectis legi.

2 Horum corpora cum diutius [illegible] fuissent, cum inscriptione anno 1529, inventa sunt, *ut testatur idem Ferrarius, et ante eum Galesinius in Notis ad Martyrologium, ubi Annales Brixienses citat. Hanc Inventionem hac die consignat Ferrarius:* Brixiæ Inventio [illegible] Martyrum Marini Presbyteri, et Stephani Diaconi. *At Morinum in Topographia mar-*

DE SS. MARTYRIBUS AFRICANIS
SATURNINO, FAUSTINO, NAFFANIANO, ET ALIIS VII.

Meminit [illegible] S. Hieronymi: In Africa Saturnini, Faustini, Naffaniani et aliorum VII. *MS [illegible] Saturnini, Faustini, et aliorum VII.* *MS Rhinoviense:* In Africa Faust. *Alius XXII Martii Saturnini [illegible] IX [illegible] IV Julii* Naffaniani [illegible]

DE SS. MARTYRIBUS ROMANIS
ANANO, ET MARIO, VIA APPIA, MILITIBUS IX, VIA CORNELIA, HONORIO ET ALIIS XIII.

In [illegible] Martyrum [illegible], a duobus [illegible] MSS. Martyrologiis [illegible] S. Hieronymi [illegible] XVII Kal. Romæ [illegible] Priscillæ [illegible] S. Marcelli [illegible] S. Anani, Mari [illegible] IX Militum [illegible] XIII [illegible] MS [illegible] Celsi [illegible] XVI Februarii [illegible] Martyrum XXIX [illegible] XIV.

2 [illegible] MS [illegible] Priscillæ [illegible] 19 [illegible] [illegible] S. Anani [illegible] Cornelii [illegible] Fabianus Papa [illegible] MS [illegible] 20 [illegible] Fabianus.

3 [illegible] S. Celsi [illegible] XVI [illegible] Fabiani [illegible] S. Honorati [illegible] Martyres XXIX [illegible] Cornelia [illegible] MS. S. Hieronymi [illegible] S. Honorati [illegible] XIII [illegible] XIV [illegible] MS Hieronymi.

DE S. DANACTE MARTYRE.

Ex Menæis Græcorum.

S[illegible] Danax, [illegible] Rex [illegible] [illegible] infidelium incursione servaret, quodam loco ab illis [illegible]

[illegible] ἄναξ, quarum hæc Reg [illegible] alibi [illegible]

DE S. MARCELLO PAPA, MARTYRE.

M[illegible] Marcellum [illegible] Marcello XVI [illegible] Catholicæ [illegible] S. Marcelli Papæ [illegible] Maxentio tyranno [illegible] deinde ad servitium [illegible] Acta [illegible] Marcellinus XXVI Aprilis. [illegible]

Ex variis S. Marcelli natalis 16 Jan.

deputatus, post multos annos ibidem serviendo, amictu indutus cilicino, defunctus est. *Eadem habet Martyrologium Romanum, nisi quod sub* Maxentio *passum poni Marcellum; at Molanus in addit. ad Usuardum, Bellinus, plurimaque MSS. sub* Maximiano. *Agunt quoque de* Marcello *hoc die, Beda vulgatus, Ado, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Galesinius, Felicius, Ghinius, aliique : singulorum elogia cum sint ex Actis ejus aut libro de Romanis Pontificibus concinnata, hic dare nihil attinet MS. Martyrologium S. Hieronymi :* Romæ via Salaria in cœmiterio Priscillæ depositio S. Marcelli Episcopi. *Varia antiqua MSS.* Romæ Marcelli Papæ; *addunt quædam* Martyris; *unum pervetus Hibernicum,* et Confessoris, *perperam, cum in laboribus a tyranno in cruciatum illi impositis extinctus sit. Wandelbertus :*

Septima post decimam Marcelli Martyris atque
Pontificis summi meritis et nomine fulget.

Commemoratio 4 Octobr.

In tribus veteribus Martyrologiis refertur S. Marcellus 4 *Oct. an eo die electus, consecratus, occisus, translatus sit, non proditur, nec nos divinamus. Beda ergo vulgatus :* Romæ Marcelli Papæ. *Rabanus :* Romæ Marcelli Episcopi. *MS. S. Hieronymi :* IV Non. Oct. Romæ, Balbinæ, Marcelli Episcopi.

Acta ejus

2 *Acta ejus, quæ* per Romanæ Ecclesiæ Notarios conscripta *censet Molanus, cum veteribus MSS. S. Martini et S. Maximini Treviris, S. Audomari, S. Mariæ de Ripatorio, aliisque permultis contulimus. Egent ea correctione, ut decimus, quod eorum pars prior ad* S. Marcellinum *pertinet. Eadem Acta historiamque inventarum ejus reliquiarum scripsit Ursio Altimontensis in Belgio Abbas, qui ante sexcentos fere annos vixit. Hunc ejus commentarium exhibuere nobis vetusti codices cœnobiorum Altimontensis, S. Gisleni, Claremarescum. Præmittemus quæ habet libellus de Romanis Pontificibus, qui et in Marcellino* Conjurans B. Marcellinus Marcellum Presbyterum, dum pergeret ad passionem suam, ut præcepta Diocletiani non impleret. Et post hoc factum jacuerunt corpora sancta (*Marcellini, Claudii, Cyrini, Antonini*) in platea ad exemplum Christianorum diebus 36, ex jussu Diocletiani, et exinde Marcellus Presbyter collegit noctu corpora cum Presbyteris et Diaconibus cum hymnis, et sepelivit via Salaria in cœmiterio Priscillæ *etc.*

alia per Ursionem

Corpora SS. sepelit

3 *Tempus Sedis* Marcelli *haud ita liquido definiri potest, quod in libello de Romanis Pontificibus qui Damaso tribuitur, non solum numeri annorum, mensium, dierum, quibus aut quisque antiquorum Pontificum sedit, aut Sedes vacavit, vitiati sunt, nec in diversis exemplaribus sibi constant, sed et Consulum nomina confusa. De Marcello ita videtur statui posse Occisus est S. Marcellinus anno 304, extremis Diocletiani et Maximiani temporibus Ex tum Sedes aliquamdiu vacavit, non annis septem, ut in citato libello dicitur, sed mensibus aliquot Creatus inde Marcellus primis Galerii Maximiani et Constantii Chlori temporibus, annos et quinque, menses aliquot, omnes tribuunt, ut necesse sit eum ad an. 310, pervenisse, aut saltem 309, ut vult Baronius, putat eique eo tum Cœmeterium passum Maxentium censet, sed postea eraso ejus filiique* Romuli *nomine, secutum inscriptionibus* P. C. X et VII, *id est,* post consulatum Herculei X et Galerii VII.

Quandiu sederit

4 *Sunt in manibus epistolæ duæ Marcelli, una ad Episcopos provinciæ Antiochenæ, altera ad Maxentium tyrannum, ex quibus in Decretum suum quædam transtulit Gratianus Verum an eæ omnino eidem tribuenda sint fidei, alii disputant Certe nec epistolæ eæ, nec Consulibus, et res in postrema scriptæ parum sibi cohærent, et fatetur Baronius ad an. 308, n. 24, unde judicat epistolam illam additamentum aliquod extrinsecus accepisse.*

Epistolæ

5 *Octavius Pancirolus in libro quem inscripsit* Thesauros absconditos almæ Urbis, *agens de tertia regione ecclesiæ ejusdem quæ est S.* Marcelli, *testatur istic* S. Marcelli *corpus asservari in ara majore cum corpore* S. Pocæ, *de quo* 5 *Martii agemus. Antonius Vincentius Domeneccus in historia SS. Catalauniæ ad XI Aug. scribit in parochiali ecclesia juxta monasterium quod* Arles *vocant, diœcesis Helenensis, cum aliis Sanctorum corporibus extare corpus* S. Marcelli Papæ, *sed non integrum. Auctor anonymus originum monasterii Windbergensis to. 6, antiquæ lectionis Canisii, recenset inter alias Sanctorum reliquias etiam* S. Marcelli Papæ et Martyris. *Ascetæ Altimontenses juxta Malbodium oppidum ad Sabim fluvium in Belgio gloriantur se corpus ejusdem sancti Pontificis a mille circiter annis possidere.*

Reliquiæ

6 *Sepultum id primo fuit in cœmiterio Priscillæ via Salaria : quando in Urbem translatum, non constat. Suspicatur Pancirolus id* Paschalis I *temporibus contigisse, Ludovico Pio imperante, nam de Paschale scribit Anastasius :* Hic beatissimus Præsul multa corpora Sanctorum perquirens, invenit : quæ et diligentius intra civitatem ad honorem et gloriam Dei honeste recondidit. *Videtur sane ultra annum saltem 550 in priore tumulo permansisse, cum in* Vigilio *sic tradat idem auctor :* Cujus corpus ductum est Romam, et sepultum est ad S. Marcellum via Salaria in cœmiterio Priscillæ. *Si in Urbem sub* Paschale *deportatum, idem fortassis in Helenensem diœcesim partem aliquam deferri siverit, cum Domeneccus Privilegium Ludovici citet datum anno* 821, *quo omnes illius cœnobii confirmantur possessiones, rogatu* Castellani *Abbatis, qui et a Pontifice de iisdem sanctionem aliquam Apostolicam et reliquias impetravit.*

quando translatæ.

7 *Reliquiarum quæ in Altomonte sunt, meminere Martyrologium Gallobelgicum, et Aubertus Miræus in Fastis Belgicis, hoc die; ac Molanus in Additionibus ad Usuardum 9 Septembris his verbis :* Altomonte inventio S. Marcelli Papæ et Martyris. *Agit de iis quoque Gulielmus Gazæus in historia Ecclesiastica Belgii, et plenius Molanus in Natalibus SS. Belgii, ubi ita scribit :*

8 Romæ, via Salaria, natale S. Marcelli Papæ, qui catabuli bestias in ea ecclesia, quam dedicarat, a Maxentio custodire jussus est : ubi propter loci fœditatem, pœdore confectus, obdormivit in Domino Hujus Martyris corpus, habetur in Altomonte, Hannoniæ pervetusto juxta Malbodium monasterio. Quod tempore vastationis Hungaricæ reconditum fuerat in terris, eo loci ubi nunc jacet vetustissimum saxum, cum inscriptione Ursio abbas. Sed sub dicto Ursione primo Abbate post Hungarorum vastationem, tempore bellorum inter Henricum Imperatorem et Balduinum Comitem, est manifestatum et inventum, circa annum millesimum quinquagesimum quartum, V Idus Septembris Quo die narratio manifestationis in ecclesia eadem legitur a prædicto Ursione descripta.

In Altomonte diu abditæ, dein repertæ

9 Celebrant etiam Cluniacenses VIII Idus Januarii Exceptionem S. Marcelli Papæ Unde colligitur reliquias ejus etiam alibi haberi. Martyrium autem exstitit ad diem decimum sextum Januarii, cujus auctores esse videntur Romanæ Ecclesiæ Notarii

Aliquæ Cluniaci

10 Pingitur in Alto-monte, sedens cum duabus ecclesiis in manibus, et duobus Imperatoribus sub se prostratis. De Imperatoribus satis constat ii enim sunt Diocletianus et Maximianus, vel potius Maximianus et Maxentius, quos martyrio suo superavit sed de ecclesiis minus clarum est Non dubito tamen quin his significetur domus Lucinæ a S. Marcello in ecclesiam consecrata, in qua frequenter Missas celebrabat, et domus Cyriaci, in qua dictus Papa fontem consecravit. Hæ enim loca erant ecclesiæ, non quales nunc habemus, sed quales ea tempora in gravissima persecutione admittebant. Sunt denique qui Marcilii nomen a Marcello corruptum judicent.

quomodo pingatur

11 *Hæc*

11 *Hæc Molanus De reliquiis S. Marcelli Cluniacum allatis ista habet Andreas Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani* Apud Cluniacum receptio reliquiarum S. Marcelli Papæ et Martyris, hodie Romæ coronati, cujus ob susceptæ sacratissima pignora, cum apud Cluniacum frequentari cœpisset natalis celebritas, Petrus Abbas, cognomento Venerabilis, ejus in honorem sermonem lucubratum habuit, qui etiamnum inter ejus opuscula mss. ... est *Hæc ille, at sermo ille cum cæteris B. Petri Venerabilis operibus in Bibliotheca Cluniacensi editus non est, restauratusque Andreas du Chesne* [illegible]

EPITOME VITÆ S. MARCELLI
ex libro de Romanis Pontificibus.

Marcellus natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via Lata, *a* sedit annos quinque, menses *b* sex, dies 21. Fuit autem temporibus *c* Constantii, et Galerii, et *d* Maxentii, a *e* consulatu Maxentii quarto, et Maximi usque *f* post consulatum. *g* Hic fecit cœmeterium Via Salaria, et *h* xxv Titulos in urbe Roma constituit, quasi Diœceses, propter baptismum, et pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas Martyrum. Hic ordinavit *i* 26 Presbyteros in urbe Roma per mensem Decembris, Diaconos duos, *k* et Episcopos per diversa loca 21.

2 Hic coarctatus est, et tentus, eo quod Ecclesiam ordinaret, comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, et sacrificiis se humiliaret dæmoniorum. Qui semper *l* contemnens, deridens dicta et præcepta Maxentii, damnatus est in *m* catabulo, qui dum multis diebus serviret in catabulo, orationibus et jejuniis Domino servire non cessabat. Mense autem nono, noctu venerunt Clerici ejus omnes, et *n* eruerunt eum noctu de catabulo.

3 Matrona autem quædam nomine Lucina, quæ fuerat cum viro suo Marco annis 15, et in viduitate sua exstiterat annis 19, suscepit B. Marcellum, *p* quæ domum suam *q* nomine B. Marcelli titulum dedicavit, ubi die noctuque hymnis et orationibus Domino Jesu Christo confitebatur. Hoc audito Maxentius misit, et tenuit iterum B. Marcellum, et jussit in eadem Ecclesia tabulata *r* plancas sterni, ut ibidem animalia catabuli congregata sternerent, et ipsis B. Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus defunctus est. Cujus corpus collegit B. Lucina, et sepelivit in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, XVII Calendas Februarii, et cessavit Episcopatus dies 20. Lucinam vero proscriptione damnavit.

[illegible]

matronam nomine Priscillam et fecit. *Supra eum de S. Pris...* [illegible]

a EPITAPHIUM S. MARCELLI
auctore S. Damaso Papa.

Veridicus rector lapsos quia crimina flere
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus.
Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
Seditio, cædes, solvuntur fœdera pacis.
Crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
b Finibus expulsus patriæ est feritate Tyranni.
Hæc breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere posset.

[illegible]

ACTA
ex variis veteribus MSS.
CAPUT I.
SS. Cyriaci et Sisinnii comprehensio. S. Apronianus martyrium.

Tempore eodem *a* Maximianus Augustus rediens de partibus Africæ ad urbem Romam, volens placere Diocletiano Augusto, ut in nomine ejus *b* thermas ... [illegible] ... cœpit universam Christianam ... omnes milites Romanos ad ... compellere, et per ... alios ad lapides, alios ad arenam ... damnavit.

2 In quo tempore erat vir Christianus, nomine *a* Thraso ... potens et facultatibus locuples, et vita fidelis. Hic cum vidisset ... ad fatigationem ... de sua facultate sanctis Martyribus ... per viros Christianos Cyriacum, Sisinnium, Smaragdum, et Largum. Hoc audiens *f* B. Marcellus Urbis Episcopus, gaudio repletus est magno, de eleemosyna quam

Ex MSS

Thrason Sanctis ministrabat. Et rogans ad se venire sanctos viros Christianos et servos Domini nostri Jesu Christi Cyriacum et Sisinnium, Smaragdum et Largum, inquisivit ab eis: et notum fecerunt S. Marcello Episcopo, quomodo Thrason Sanctis Dei victualia ministrabat. Tunc gaudio repletus ducens consilium, consecravit Sisinnium et Cyriacum Diaconos Ecclesiæ Romanæ.

Cyriacus et Sisinnius ad eadem opera damnati.

3 Factum est autem, ut una nocte, dum deferrent humeris suis victum, quem Thrason ministrabat, tenti sint a militibus paganis, et perducti ad Tribunum *g* Exspurium. Suscipiens eos Tribunus, retrusit in custodiam publicam. Post diem vero tertium nuntiavit Maximiano Augusto. Hoc cum audisset Maximianus jussit, ut cum custodia et ipsi foderent arenam, et humeris suis portarent usque ad locum ubi thermæ ædificabantur. Erat autem vir senex inter eos nomine *h* Saturninus, qui jam senectute maceratus fuerat, et cœperunt eum ad portandum adjuvare. Hoc cum viderent custodes fieri, quia Cyriacus et Sisinnius Diaconi et suas et aliorum sarcinas cum adjutorio Christi portarent, mirati sunt, et nuntiaverunt Tribuno Exspurio. Tunc Tribunus nuntiavit Maximiano Augusto, dicens, quod cum hymnis et laudibus Dei et omni veneratione Christo gloriam reddebant.

Saturninum juvant

Sisinnius tyranno intrepide respondens

4 Eodem tempore misit Maximianus Augustus, et jussit sibi Sisinnium præsentari. Qui cum præsentatus fuisset, dixit ad eum Maximianus: Quis vocaris? Respondit: Ego peccator Sisinnius vocor servus servorum Domini nostri Jesu Christi. Maximianus Augustus dixit: Quæ carmina sunt in vobis? Respondit Sisinnius Diaconus, dicens: Si cognosceres quæ sunt carmina fidelium, scires utique Creatorem tuum. Respondit Maximianus, dicens: Et quis est Creator, nisi invictus Hercules? Respondit Sisinnius Diaconus: Nobis turpe est *i* vel nominare vel audire illum. Maximianus dixit: Unum tibi e duobus eligere festina: aut sacrifica deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo. Sisinnius Diaconus dixit: Et ego quidem semper hoc optavi; verumtamen si meritus fuero, ut coronam desideratam accipiam. Iratus Maximianus Augustus, tradidit eum Laodicio Præfecto. Tunc Laodicius Præfectus retrusit eum in *k* custodia Mamertini, et fuit ibi in custodia diebus *l* decem et septem.

compeditur in carcerem.

5 Post hos dies transactos jussit Laodicius Præfectus adspectibus suis Sisinnium præsentari. Qui cum præsentatus fuisset ab Aproniano Commentariensi, subito lux de cœlo facta est, et vox de luce exiit dicens: Venite ad me benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est a constitutione mundi. Tunc Apronianus tremefactus, cecidit ad pedes Sisinnii Diaconi dicens ei: Adjuro per Christum quem confiteris, ne tardes me baptizare, et facias me tecum pertingere ad coronam. Eadem hora allata est aqua, et catechizavit eum, et benedixit fontem, et deposuit eum nudum in pelvim et dixit ei: Credis in Deum Patrem omnipotentem, et in filium ejus unicum Dominum nostrum Jesum Christum, et in Spiritum sanctum? Et ille respondit: Credo. Et Sisinnius Diaconus dixit ei: Illuminet te Christus. Et elevavit eum de pelvi, et duxit eum ad S. Marcellum Episcopum, quem chrismate consignavit, et altare consecravit: et sic participati sunt omnes corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi.

Apronianus luce et voce cælesti conversus

6 Eadem die post meridiem jussit sibi Laodicius Præfectus præsentari Sisinnium Diaconum. Veniens autem cum Sisinnio Diacono Apronianus Commentariensis jam baptizatus, cœpit clamans dicere: Quid vos coarctat diabolus in Dei servos tanta mala exercere? Tunc Præfectus dixit ad Apronianum Commentariensem: Quomodo te video, et tu Christianus es effectus. Respondit Apronianus: Væ mihi infelici, quia perdidi dies meos. Respondit Præfectus: Vere modo perdes dies tuos, et jussit eum capitalem subire sententiam, dicens: Si hic extinctus non fuerit, multi pereunt. Eodem tempore ductus in via Salaria, milliario secundo, capite truncatus est sub die *m* quarto Nonarum Februariarum.

capite plectitur

a *Anno Diocletiani* 4, *ut habet Eusebius in Chronico*, Quinquegentiani Africam infestaverunt, *idque annis pluribus, accedente* Juliano *tyranno. Ita Aurelius Victor.* Eodem tempore Orientem Persæ, Africam Julianus ac nationes Quinquegentaneæ graviter quatiebant. *Ut Persæ anno demum Diocletiani* 14 *juxta Eusebium Pontaci, aut juxta editionem Scaligeri* 19 *victi a Galerio* commissa, *ut idem ait Victor*, Africa Italiaque Herculio; *qui rem feliciter gessit.*

b *Eusebius an.* 15 *Diocletiani, qui est Christi* 298 *aut, secundum editionem Scaligeri*, 18, *Christi* 302. Thermæ Diocletianæ Romæ factæ, et Maximianæ Carthagine. *Fuerunt illæ Urbis regione sexta, quæ* Alta semita *dicitur. Eo anno cœptæ sed non nisi septennio post dedicatæ a Constantio et Galerio Augustis, Severo et Maximino Cæsaribus, ut ex veteri inscriptione docet Onuphrius Panvinius. Exin in ecclesiam deinde S. Mariæ et Angelorum a Pio IV Papa consecratæ.*

Thermæ Diocletianæ

c *al.* sub. *al.* et solia. *Est enim* solium *vas balneis usitatum, in quo sedentes lavabant. Suetonius in Augusto cap.* 82, At quoties nervorum caussa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat, manus ad pedes alternis jactaret. *Et Plinius lib.* 33, *c.* 12 feminas, *cum lavarentur*, nisi argentea solia fastidisse *sua ætate, scribit.*

Solium in balneis

d *Is deinde cum* Pontiano Prætextato *et aliis, martyrium subiit, coliturque XI Decembris. Præclara de eo narrantur in vita S. Susannæ virginis et Martyris XI Augusti.*

S. Thrason.

e *Horum natalis agitur* 16 *Martii, translatio* 8 *Aug.*

f *Imo* Marcellinus *hic et sequentibus legendum recte monet Baronius, usque ad imperium Galerii et Constantii.*

g *Sur.* Spurium *forte* Exuperium.

h *Coluntur SS.* Saturninus *et* Sisinnius 29 *Novemb.*

i *al.* vel nominare illum, vel audire vos

k *De hoc carcere et* Tulliano *fuse et docte disserit Baronius in Notis ad Martyrol.* 14 *Martii. In hoc* Mamertini *carcere detenti fuerunt sancti Apostoli Petrus et Paulus, aliique innumeri Sancti.*

l *MS. Audom.* Seduecim

m *Quo ab Ecclesia colitur.*

CAPUT II.

SS. Sisinnii, Saturnini, Papiæ, Mauri martyrium.

Tunc jussit retrudi in custodiam Saturninum senem, et Sisinnium Diaconum, dicens: Si non immolaverint diis, diversis eos pœnis interficiam. Tunc Saturninus senex cum esset in custodia una cum Sisinnio Diacono, veniebant ad eos multi gentiles, et baptizabantur cum omni fiducia. Audiens hoc Laodicius Præfectus, jussit sibi tribunal parari in Urbe in *a* Tellude. Et post dies quadraginta duos, jussit et exhiberi sibi Saturninum et Sisinnium Diaconum: et vincti catenis, adducti sunt in conspectu Laodicii, nudis pedibus. Quibus dixit Laodicius: Quid est? non deposuistis vanas superstitiones, et adoratis deos, quos Imperatores adorant? Respondit Sisinnius Diaconus: Nos peccatores adoramus Dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei. Nam dæmonibus et lapidibus numquam humiliamur. Laodicius dixit: Deferatur tripoda, et thurificent majestatibus. Saturninus dixit: Conterat Dominus deos gentium. Et continuo soluta est tripoda ærea velut lutum. Tunc videntes duo milites *b* Papias et Maurus cœperunt clamare, et dicere: Vere Deus est Dominus Jesus Christus, quem colunt Sisinnius et Saturninus.

Saturninus et Sisinnius.

Papias et Maurus convertuntur

8 Iratus itaque Laodicius Præfectus jussit eos in eculeo *c* levari. Et cum traherentur, nervis, fustibus, et *d* scorpionibus cæsi sunt. Illi autem clamabant dicentes: Gloria tibi Domine Jesu Christe, quia meruimus socii fieri servorum tuorum. Tunc Papias et Maurus clamabant, dicentes: Ut quid vos sic coarctat diabolus in servos Dei ista exercere? Iratus Laodicius jussit, ut eum lapidibus os eorum contunderetur, et retrudi fecit in carcerem, Saturnino autem et Sisinnio flammas ad latera poni. Illi autem in eculeo pendentes, vultu alacri gratias Deo agebant. Eadem vero die dedit eis capitalem subire sententiam. Et depositi de eculeo, ducti sunt e via Numentana,

cum iis torquentur

mentanam, milliario secundo, et ibi capite sunt truncati. Eorum autem corpora collegit Thrason cum *f* Joanne Presbytero, et sepelivit in prædio suo via Salaria sub die *g* quarto Calendarum Decembr.

9 Post dies autem decem, jussit Laodicius Præfectus Papiam et Maurum milites, qui baptizati fuerant a B. Marcello Episcopo, sibi præsentari in *h* Circo Flaminio. Quos cum vidisset, dixit ad eos: Nunc cognovi, quod et vos Christiani estis. Papias dixit: Vere Christiani. Dixit ad eos Laodicius: Deponite et absolvite vanam stultitiam et adorate deos, quos Principes adorant. Respondit Maurus, et dixit: Adorent eos, qui desperaverunt de animabus suis, ut in æternum pereant. Laodicius Præfectus dixit: Modo vos desperabitis de animabus vestris, si non sacrificaveritis diis immortalibus. Audite et facite quæ dico, et vivite. Respondit Papias: Sacrificamus, et vivemus in tormentis [illegible]. Tunc jussit eos sterni in terram, et fustibus cædi. Et cum diu cæderentur, nulla vox eorum audita est, nisi tantum: Christe, adjuva nos servos tuos. Tunc jussit eos levari de terra, et plumbatis cædi. Et cum diu cæderentur, emiserunt spiritum. Quorum corpora collegit noctu Joannes Presbyter, et sepelivit in via Nomentana, sub die quarto Calendarum Februariarum, *i* ad Nymphas B. Petri, ubi baptizabat.

g [illegible] Felicis quarto [illegible] extra Carinas [illegible] 29 [illegible]

[illegible]

d [illegible] 27 [illegible]

[illegible]

i Ad Nymphas [illegible] Nomentana [illegible]

[illegible]

CAPUT III

Artemia et Jobia regum virgines a dæmone per S. Cyriacum liberatæ.

Post non multos dies narravit omnia Laodicius Præfectus Augustis Diocletiano et Maximiano de his, qui [illegible] Diocletianus et Maximianus Augusti. Deinde post [illegible] Diocletiano Augusto [illegible] Artemia [illegible]. Unde grandi afflictione contristatus est, et die præsenti [illegible] Et [illegible] B. Cyriacus, et [illegible] multi Christiani [illegible] custodiam et [illegible] sanabantur [illegible]. Interea cœpit urgeri Artemia Diocletiani filia a dæmone. [illegible] Diocletiano Augusto [illegible] Artemia [illegible] Nisi venerit Cyriacus [illegible] Largo et Smaragdo, et [illegible] Diocletiano Augusto [illegible] ut [illegible] filiam ejus.

11 Cumque introisset [illegible] Cyriacus, dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi [illegible] ut [illegible] Artemia [illegible] corpus [illegible] Artemiæ [illegible]

clausum et signatum est. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini nostri Jesu Christi crucifixi, exi ab ea, ut fiat vas mundum ad *a* serviendum Spiritui sancto. Et dixit ad Artemiam: Filia, crede in Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum. At ille exclamavit, dicens: O Cyriace, si hinc me ejicis, in Persidam te faciam venire. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini nostri Jesu Christi exi, et continuo exivit.

12 Tunc clamavit Artemia dicens: Per ipsum nomen te contestor, ut me baptizes: quia video de longe Dominum, quem tu prædicas B. Cyriace. Tunc tenentes manum ejus B. Largus et Smaragdus, levaverunt eam. Altera autem die secundum consuetudinem catechizavit eam, et [illegible] quam bene dixit S. Cyriacus, et baptizavit eam præsente matre sua *b* Serena Augusta, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ab eo [illegible] Serena [illegible] ut fideliter [illegible] religionem Christianam. Post menses vero decem [illegible] explicata [illegible] cœpit Diocletianus Augustus bene habere Cyriacum Diaconum, et donavit illi domum, et præcepit, ut securus viveret in urbe Roma, [illegible] Serena Augusta uxore Diocletiani.

13 Post parum vero tempus venit legatio a Rege Persarum ad Diocletianum Augustum, ut Cyriacum Diaconum ad se dirigeret, quia filia ejus a dæmone vexabatur. Tunc Diocletianus Augustus videns tantam supplicationem *d* Saporis Regis Persarum, præcepit uxori suæ Serenæ, ut rogaret ad se venire Cyriacum Diaconum. Quæ cum venisset Cyriacus ad Serenam Augustam, dicit ei legationem Saporis Regis Persarum, sicut dixerat ei Diocletianus Augustus maritus suus. Dixit et Cyriacus Diaconus: Cum [illegible] Domino meo Jesu Christo Salvatore [illegible]. Eodem vero tempore Serena Augusta Christianissima [illegible] omne [illegible] vel necessaria [illegible] Largus et Smaragdus [illegible] usque ad Persidam [illegible] Cyriacum [illegible] usque dum pervenirent ad Saporem Regem Persarum.

14 Cumque præsentati fuissent Regi Cyriacus Diaconus, et Largus et Smaragdus, dixit ad eos Rex: Quis ex vobis dicitur Cyriacus Diaconus? Et ut cognovit, quis esset Diaconus, adoravit eum, rogavitque ut [illegible] *f* Jobiam. Eadem hora exclamavit diabolus ex ore puellæ, et dixit ad Cyriacum: Quid est Cyriace? Respondit [illegible] In nomine Domini mei Jesu Christi [illegible] spiritus [illegible] Respondit diabolus: Fatigatus es? Respondit Cyriacus: [illegible] Domini mei Jesu Christi [illegible] et in omnibus [illegible] Dei [illegible]. Tamen ego te [illegible] Cyriacus [illegible] et puellam [illegible] et dicens: Imperat tibi Dominus meus Jesus Christus, quem *a* confessus sum, ut exeas. Respondit diabolus: [illegible] S. Cyriacus dixit: Dominus Jesus Christus [illegible] ipse imperat tibi ut exeas. Et ecce [illegible] clamavit diabolus: O nomen terribile, quod me coarctat exire! Et [illegible]

15 Tunc B. Cyriacus dixit ei: [illegible] Dei, et [illegible] Respondit Jobia: Ego credo in Dominum Jesum Christum, quem tu prædicas. Et [illegible] et [illegible] in [illegible] et [illegible] Patrem et Filium et Spiritum sanctum?

sanctum? Respondit: Credo. Et dixit ei: Credis carnis resurrectionem? Respondit: Credo. Et elevata de concha cœpit dicere Jobia: Vere Dominus Jesus Christus, quem prædicat B. Cyriacus, ipse est Deus. Eadem hora omnes affines ejus baptizati sunt: et ipse Rex baptizatus est, et alii promiscui sexus, numero *l* quadringenti et viginti similiter baptizati sunt. Eodem tempore multa dona vel pecunias obtulit Rex B. Cyriaco. Cui S. Cyriacus dixit: Nos gratiam Domini nostri Jesu Christi pretio non offerimus, sed fide æstimamus. Et nihil accepit: sed tantum pane et aqua cum Largo et Smaragdo usus est. Post dies autem quadraginta quinque ascendens navim, cum commendationibus epistolarum Regis reversus est Romam. Quem cum grandi honore suscepit Diocletianus Augustus cum uxore sua, et filia: et cœpit B. Cyriacus habitare cum Largo et Smaragdo in domo, quam ei donaverat Diocletianus juxta thermas Diocletianas.

a Alii MSS. superveniendum.
b Colitur S. Serena 16 Aug.
c Alii MSS. expletas: at non videntur thermæ absolutæ ante imperium Constantii et Galerii, a quibus dedicatæ, ut supra diximus.
d Non prolatur Baronio hæc historia, to. 3, ad an. 309 num. 6. Nam cum duo memorentur Sapores Reges Persarum, senior qui Valerianum cepit, victusque deinde est ob Odenato Palmyrenorum Rege, et junior, qui circa initia Constantini regnum capessivit, tenuitque ad annos 70, neutri id convenire videtur: non seniori ut patet, cum qui sextus ab eo regnasse traditur Narses sive Narsæus, ut Eusebius Scaligeri habet, 18 anno Diocletiani, ut vero Pontaci editio, 15, victus sit a Galerio. Narseti Misdates successit, regnavitque annos 7, menses 9, ac deinde Sapores junior, et quidem adhuc in matris utero quasi inauguratus. Ergo non potuit hic imperante Diocletiano filiam habere, et si Christianorum sacris fuisset initiatus, quomodo deinde tam acriter persecutus? quomodo non apostasiæ ejus quispiam meminit? Potuit regulus quispiam aut provinciæ Romanis propinquioris Præfectus fuisse hic Sapores, ex regio fortassis genere. Quamquam non omnia ab historicis scripta sunt, et multa sunt quæ in Agathia hæc narrante lib. 4, reprehendas, illudque imprimis quod secundum ejus calculum non nisi anno Christi 304, ultimo Diocletiani suscepit regni gubernacula Narsæus.
e Alii MSS. veredariis, al. vehiculis et veredis. Sunt veredi equi celerrimi tum ad venatum, tum præcipue ad usum publicorum tabellariorum, qui inde veredarii dicti. Et hujusmodi veredis uti S. Cyriaci comites potuerunt, ut qui ab Imperatore legarentur ad amicum Regem, vel Narsæi bello conciliatum, vel Romanorum commotionem fortassis adversus eum.
f al. Jovium.
g MS. Iap. confessus es.
h al. ipsa hora. i al. salva.
k Quædam MSS. habent: Deposuit eum nudam in concham argenteam. Est vero concha hic genus patuli vasis, sive pelvis.
l Quædam MSS. quadringenti triginta.

CAPUT IV.

SS. Cyriaci, Crescentiani, Artemiæ, et aliorum cædes. Marcelli constantia

Post menses duos *a* ambulavit Diocletianus Augustus ad Dalmatias, ibique ægritudine fatigatus, fecit testamentum, et coheredes fecit *b* filios suos, et *c* mortuus est. Hoc audiens filius ejus *d* Maximianus Augustus, præcepit ut Christiani, ubicumque inventi fuissent, punirentur. Et zelo ductus propter sororem suam Artemiam, misit et tenuit Cyriacum Diaconum, et misit eum in custodiam, et præcepit ut in die processionis suæ, ad exemplum Christianorum Cyriacus nudus et catenis obligatus ante rhedam ejus traheretur.

17 Uno autem tempore veniens in die processionis Marcellus Episcopus, obtulit se Maximiano Augusto, dicens ei: Pietati tuæ suggero, servos Dei, qui orant pro regno tuo et pro republica, quare trucidas? Tunc iratus Maximianus Augustus, præcepit ut fustibus cæderetur, et expelleretur Marcellus Episcopus: et Carpasio Vicario jussit dicens: Audi Carpasi, Cyriacum sacrilegum, qui carminibus magicis et incantationibus suadet hominibus Christum confiteri, diversis pœnis affige, si non libamina diis obtulerit.

18 Eodem tempore Carpasius Vicarius mittens ad custodiam, adduxit Cyriacum Diaconum, Largum, Smaragdum, et Crescentianum et jussit eos in Tellude præsentari; quibus dixit: Quare non obauditis præceptis Principum, et offertis libamina diis immortalibus? Respondit Cyriacus cum Largo, Smaragdo et Crescentiano: Nos ipsos Domino Jesu Christo offerimus. Carpasius Vicarius dixit: Quod vobis jubetur, facite. Senectus tua alba facta est, Cyriace, sed modo eam juvenem facio. Et jussit picem reliquari: et cum reliquata fuisset, præcepit ut in capite B. Cyriaci Diaconi funderetur. Tunc cœpit clamare B. Cyriacus et dicere: Gloria tibi Domine, qui nos servos tuos dignatus es portas cœlestis regni introire.

Cyriacus pice liquata perfunditur.

19 Dicit et aliis Carpasius: Sacrificate, aut peribitis sicut perfidus Cyriacus. Dixerunt: Nos peccatores Domino Jesu Christo nosmetipsos sacrificium offerimus. Tunc Carpasius Vicarius adduxit in conspectum suum eculeum, et jussit suspendi Crescentianum, et fustibus cædi, in conspectu Cyriaci, Largi, et Smaradgi. Et cum diu attraheretur nervis, et fustibus cæderetur, et ungulis raderetur, voce magna clamabat dicens: Gloria tibi Domine Jesu Christe, qui nos ad gratiam tuam dignatus es evocare. Carpasius dixit: Date flammas ad latera ejus. Et cum diu incendio constrictus ureretur, emisit spiritum. Cujus corpus jussit jactari ante Clivum Ursi, in platea ante templum *e* Palatii. Ipsa nocte venit Joannes Presbyter, et collegit corpus ejus, et sepelivit in cœmiterio Priscillæ, in arenario via Salaria veteri, sub die *f* VIII Calend. Decembris.

S. Crescentianus in tormentis moritur.

20 Post mortem autem Crescentiani, retrusit in custodiam Largum et Smaragdum et Cyriacum. Post dies vero quatuor resedit in eodem loco in Tellude, et præcepit sibi præsentari Cyriacum Diaconum, cui sic dixit: Quare dies senectutis tuæ cum tormentis ad inferos deducis? Respondit Cyriacus Diaconus: Ego semper hoc optavi. Dicit ei Carpasius: Sacrifica diis immortalibus, et vives. Cyriacus respondit: Sacrificent eis, qui non cognoverunt creatorem suum Dominum nostrum Jesum Christum. Hoc cum audisset impiissimus Carpasius Vicarius, iratus est valde, et jussit eum in *g* catasta extendi, et attrahi nervis, et fustibus cædi. Cyriacus autem clamabat, dicens: Miserere mihi peccatori Domine Jesu Christe. Eodem die nuntiavit Carpasius Vicarius omnia Maximiano Augusto, quæ exercuerat in Sanctos Dei. Tunc iratus Maximianus jussit omnes vinctos, qui erant in custodia, una cum Cyriaco capite truncari. Et data sententia, ducti sunt cum Cyriaco Diacono promiscui sexus, numero viginti et unus, et decollati sunt via Salaria intra thermas Salustii foras muros. Quorum corpora collegit nocte Joannes Presbyter, et sepelivit eos in eadem via: sanctum vero Cyriacum collegit, et commendavit ibidem sub die XVII Calend. Aprilis, ad gloriam et laudem Dei. Ipso tempore Maximianus Augustus interfecit sororem suam *h* Artemiam.

Cyriacus iterum torquetur.

cum aliis 21 capite plectitur.

S. Artemia occiditur.

a Ejecto imperii anno vicesimo, sponte id deposuit Diocletianus, et præcipue causa, quod exstirpare, ut cupiebat, religionem Christianam non posset, ut in Actis S. Mennæ et sociorum 10 Dec. traditur, ut idem faceret, Maximianum Herculeum, licet ægerrime, traxerit.
b Filios naturales non reliquit. Galerius Maximianus ejus gener fuerat, Constantius Herculei: ii Augusti tum facti.
c Imo privatus annos prope novem egit, ut Aurelius Victor scribit.
d Baronius deinceps restituendum censet Maxentii nomen, ubi Maximianus nominatur. Id nobis haud satis expeditum est pronuntiare. Fuit certe Romæ aliquamdiu Galerius, qui Diocletiani filiam, Artemiæ sororem, in uxorem habuerat. Nam Aurelius Victor de Constantino scribit: Hic, dum juvenculus a Galerio in urbe Romæ religionis specie obses teneretur, fugam arripiens, etc. Et ne dubitet quis intra [illegible] depositionem a Diocletiano purpuram id contigerit, addit: ad patrem in Britanniam pervenit: et forte iisdem diebus ibidem Constantium parentem fata ultima perurgebant.
e Surius et MS. Iap. Palladis, fuit delubrum Palatii in regione 10 quæ Palatium vocabatur. Templum Minervæ, sive Palladis in 14, quæ Anctiana.

f Colitur

f Colitur eo die, videlicet 24 Novemb. S. Crescentianus.
g De [illegible] Baronium in Not. ad Martyrol. 16 Martii.
h [illegible] S. Artemiam virginem et Martyrem, [illegible] S. Silvestr. [illegible] Serena [illegible] referunt.

CAPUT V.

S. Lucinæ pietas. Marcelli labores, martyrium.

Post dies autem octo, veniens Marcellus Episcopus cum Lucina matrona Christianissima, condivit corpora Sanctorum cum aromatibus, et linteaminibus, et imposuit noctu in carpentum cum eunuchis suis, et [illegible] fuerant. Translata sunt corpora cum S. Cyriaco [illegible] via Ostiensi, milliario ab urbe Roma septimo, ubi requiescunt in [illegible] quæ sunt [illegible] condidit B. Lucina [illegible] VI Idus Augusti.

22 Eodem tempore B. Lucina fecit donationem de facultatibus suis [illegible] sanctæ Ecclesiæ Catholicæ. Hoc audiens *d* Maximianus Augustus, indignatus proscriptione eam damnavit. Beata autem Lucina rogavit S. Marcellum Episcopum, ut domum ejus ecclesiam [illegible] Quod cum omni devotione fecit B. Marcellus Episcopus. At ubi frequenter in eadem domo Missas celebrasset in media civitate via Lata, audiens hoc Maximianus Augustus, iratus jussit in eadem ecclesiam, et fecit [illegible] in [illegible] catabuli publici, et eam [illegible]. Marcellum Episcopum ad servitium animalium [illegible] deputavit cum custodia publica. Ubi etiam, post multos annos serviendo, indutus [illegible] emisit spiritum, sub die septimo decimo Calend. Februarii. Cujus corpus rapuit Joannes Presbyter noctu cum B. Lucina, et condivit cum aromatibus, et sepelivit in cœmiterio Priscillæ via Salaria veteri, non longe ab urbe Roma, [illegible] ubi requiescit in pace.

23 Eodem tempore Maximianus Augustus præcepit ad se venire Carpasium Vicarium, et interrogavit [illegible] et [illegible] Sanctorum. Et cum vidisset Carpasius placatum sibi Maximianum, petiit ob eo domum B. Cyriaci. Cui confestim donavit domum Cyriaci Diaconi. Et cum introisset in eamdem domum, quam donaverat B. Cyriaco Diocletianus Augustus, invenit locum ubi S. Cyriacus fontem ædificavit, quem consecravit B. Marcellus Episcopus, ubi frequenter baptizabat S. Cyriacus venientes ad fidem. Tunc Carpasius Vicarius [illegible] in [illegible] eamdem domum, dum introisset et [illegible] baptisterium, fecit in loco [illegible] balneum, quasi [illegible] legem Christianorum. Ubi frequenter [illegible] exhibebat, [illegible] Et cum frequenter [illegible] cum sceleratis quadam die cum se lavissent, et exhiberent sibi epulas, [illegible] Carpasio de balneo [illegible] sceleratis, decem [illegible] cum Carpasio Vicario subito ceciderunt, et mortui sunt. Ab eodem die clauserunt balneum, et factus est timor magnus in eadem [illegible] usque in [illegible] Deo gratias.

24 Sanctorum vero corpora, hoc est, Cyriaci, Largi, Smaragdi, Crescentiani, *h* Memmiæ et Julianæ sepulta sunt in via Ostiensi, milliario ab urbe Roma [illegible] orationes eorum [illegible] et semper, et quicumque [illegible] steterit, [illegible] Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

[illegible]

c [illegible] celebratur ea translatio 8 Aug.
d Omnino hic [illegible] Maxentii nomen [illegible] tamen [illegible] videtur.
e Jam [illegible] a [illegible] ut supra ex libello de Romanis Pontificibus [illegible]
f MS. [illegible] lupinaribus [illegible]
g MS. [illegible] exhibebat turpia, ludo gaudens.
h [illegible] SS. Memmia [illegible] Julianæ 8 Augusti. [illegible]

ALIA ACTA

auctore Ursione Abbate Altimontensi,

ex tribus veteribus MSS.

PROLOGUS AUCTORIS.

Domino suo *a* Lieberto vere Episcopo, salutem et prosperitatem frater Ursio, Abbas nomine et baculo, non opere vel merito.

Dignitas, summe Pater, Episcopalis, cui constat præesse et [illegible] Ecclesias, et rebus Ecclesiasticis, quanto [illegible] sacrum Episcoporum [illegible] humilitatis, religionis, et [illegible] Respexit quippe Dominus ultima tempora nostra ex alto; dum filios Ecclesiæ, quos oppresserat [illegible] bellorum tempestas et desolatio, quotidie relevat tua admonitionis, et orationis mellflua consolatio. Tu es enim Pastor ovium, non aliunde ascendens in ovile, sed per ostium, tu subjectorum baculus, tu in Ecclesia Christi, et tui pastoralis oculus. Fructificando juvenescit flos Ecclesiasticus in tua senectute, quæ [illegible] virginitate, luxuriamque conterens cum Berzellai delegat [illegible] adolescenti filio *d* Mathan, nec vult Jordanem transire [illegible] in corde tuo, in loco quem Deus posuit [illegible] scilicet in valle lacrymarum, [illegible] filius [illegible] videbis Deum Deorum et [illegible] in Deum vivum.

2 Nec desunt patrocinia Sanctorum, quorum reliquiæ [illegible] antecessorum, temporibus quidem [illegible] innotuerunt [illegible] orandum. De Sancto autem Marcello Papa et Martyre, tua licentia et benedictione breviter scribendum, cujus gloriosa apud nos [illegible] Sedi [illegible] contulit inæstimabilem gloriam [illegible] apud Deum [illegible]

3 [illegible] ut [illegible] Deum te [illegible] tua [illegible] defensorem [illegible] Terram quippe [illegible] Nayn [illegible] in valle Josaphat, ubi peccatores judicantur, semper Deum [illegible] Sed quis [illegible] alienas [illegible] nullus posterior, nullus [illegible] Ergo [illegible] Certe non est [illegible] Quis [illegible] Dei, et gloriæ, quam [illegible] Hæc est [illegible] Sanctorum [illegible] Reg. [illegible] Patris, [illegible] et scribendo [illegible]

Pater [illegible]

AUCTORE URSIONE, EX MSS.

patroni nostri, S. Marcelli scilicet, gestis sanctorum Martyrum Saturnini, Sisinnii, Cyriaci, Largi, et Smaragdi, et ceterorum quorum magister extitit, insertam, necessarium sentio singillatim excerpere; et deinceps quando et qualiter ad nos sit translatus, et postea temporibus nostris manifestatus, æquum duco posteris litterare. In quibus omnibus, dignissime Pater, non attendas comicam *e* vernulitatem, nec *f* Mæandrico sermone *g* firmatam florariam orationem, quia doctrina Christi non constringitur regulis *h* Donati. Jamque fiat proloquendi modus, ne dum volo esse officiosus, fiam injuriosus.

a B. Lietberti *Cameracensis et Atrebatensis Episcopi vitam dabimus 23 Junii. Multa de eo habet Baldricus in Chronico lib.* 3.

b *Baldricus l. 3, cap.* 61, ex Brachatensi patria, nobili ortus prosapia, *etc. Alibi diximus* Brachantum, *vel* Brachbantum, *dici eam ditionem quæ a Tornaco Teneramundam usque cis Scaldim sita, nunc maxima ex parte Comitatu Flandriæ continetur. Unde Comites Lovanienses, ut inferioris Lotharingiæ Duces dici possent, suam omnem provinciam cum Brachbanti parte conjunctam* Brabantiam *vocarunt, quæ nunc prima Belgicarum provinciarum.*

Brabantia unde dicta.

c *Præcipue ab Hugone Castellano Cameracensi dire vexatus est* Liebertus, *ejusque subditi.*

d *Ita 2 MSS. at S. Gisleni MS.* Marcha: *vulgata edit. habet* Chamara.

e *Vulgo* venilitas, *assentandi ars, qua vernæ pollent: hic elegantiam Auctor intelligit, qua scripta comœdiæ, in quarum plerisque vernæ.*

f Periodico, *a* Mæandro *Phrygiæ fluvio sinuoso ducta metaphora. Nisi quis legat* Menandrico: *nam* Menander *poeta comicus fuit ingeniosus et elegans.*

g *MS. S. Gisleni* syrmatum.

h Ælius Donatus *grammaticus fuit, S. Hieronymi Romæ magister.*

LIBER I.

Acta S. Marcelli.

CAPUT I.

S. Marcelli opera ac decreta.

Ecclesiæ campus fertilis

Pulcrum est videre campos segetum aureis maturatos calamis aristarum; sed pulcrius est attendere campos Ecclesiæ micantes plantatione Martyrum, per sanguinem Agni suo cruore purpuratorum: segetes enim Martyrum sunt passiones, secus aquarum decursus lacrymarum fontibus radicantes. Venientes igitur venient cum exultatione portantes manipulos suos in beatitudine, et qui seminarant in lacrymis, in gaudio metent juxta arborem crucis, ubi est proximus fons Salvatoris. Unde plantata Martyrum tolerantia, seminis sui germina cœpit colligere purpurata, postquam victoria Dominicæ passionis antiqui hostis elisa virtute, adversus Christicolas lues tormentorum iterato cœpit recalescere. Contra quam fides valido fidens armorum munimine, cominus pugnatura procedit, adstat in acie, congreditur, et vincit, et Martyrum gregalem chorum ad cœlica regna transmittit. Quo certamine quadripartita mundi plaga concutitur: sed Roma omnibus superior, deterius cunctis subvertitur; quia quæ cunctas longe lateque ad serviendum sibi coegerat, nefandissimo ritu cunctarum idolis gentium serviebat, et quæ dedignabatur aurum habere, sed habentibus imperare, nunc sibi ipsi non valet repugnare. Unde accidit ut ibi amplius ferveret immanitas tormentorum, ubi plenius confluxerat impuritas dæmoniorum. Sed non defuit vicissitudo: quia postquam triumphavit Petrus et Paulus in sanguine suo, dæmonum multitudinem exterminavit Martyrum multitudo, quorum sequaces extiterunt plurimi coronis victricibus postea laureati, necnon post Sedem Apostolicam aliqui eorum regnis inthronizati.

Psal. 125.

Roma vergit ad idolatria,

post Christianos relıquıs

5 Inter quos S. Marcellus Papa et Martyr effulgens ut solis aureum, doctrina sua et sanguine nobiliter illustravit natale solum: erat enim natione Romanus, patre Benedicto progenitus, de regione quæ dicitur Via Lata oriundus, florem suæ juventutis redolendum, reddidit gratia senectutis. Ea quippe totius vitæ suæ fuit intentio, ut in confessione Dei terminaretur sui professio. Nec spes eum fefellit: sublimatus etenim Sede Apostolica, laureolum Ecclesiæ palæstrandum suscepit. Ad cujus professionis titulum Sedem suam et ipsum caput mundi, Romam scilicet, nobilitavit quantum permisit rabies temporum. Fecit denique cœmiterium via Salaria: et propter baptismum et pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas Martyrum constituit viginti quinque Titulos in urbe Roma: viginti quoque Presbyteros et duos Diaconos ordinavit: decreta etiam sua quæ habentur in decretis Pontificum Romanorum auctentice decrevit. Sed non plus quam annis quinque, mensibus quatuor, diebus viginti uno, Romanæ Sedi præfuit. Quibus expletis Apostolica sanctione inter æquitatem et iniquitatem, inter justitiam et injustitiam, duellum factum est publica statione.

S. Marcellus cœmiterium extruit varia statuit

6 Agebant in sceptris Diocletianus et Maximianus, *a* in consulatu Maxentius et Maximinus, qui postea purpuram a Diocletiano et Maximiano depositam suscipientes infeliciter usis successerunt infelicius. Horum quatuor immanis sævitia unius Martyris, S. Marcelli scilicet, gloriosa extitit victoria: tot enim coronæ extiterunt unius, quot tortores per Christum potuit ferre unus. Sciebat enim cædi pro Christo, et non deficere in Christo: nec poterat in certamine tortores formidare, quia volebat de triumpho gaudere: temporalem minime timebat pugnam, quia perpetuitatis studebat sortiri victoriam: neque sui solum sollicitus erat, sed etiam filiorum Ecclesiæ cui præerat, quos eadem palæstra sub eisdem tortoribus, coronis aptabat.

a sub quibus tyrannis passus.

a *Non reperiuntur in fastis Consularibus hi ambo una Consules, imperantibus Diocletiano et Herculeo.* Maximinus *autem hic, ut sæpe, pro* Galerio Maximiano *positus.*

CAPUT II.

Sanctorum labores. Aproniani martyrium.

Cujus palæstræ præludium cœpit proludi post Maximiani Augusti ab Africæ partibus reditum. Volens enim Diocletiano placere sub nomine ejus thermas Romæ instituit a solo ædificare. Et quia invidebat Christianis, super eos imposuit afflictionem hujus operis, aliis ad lapides deportandos, aliis ad arenam effodiendam destinatis. Quibus usque ad miserationem laborantibus, nec ullis eorum miseriæ misericordiam præstantibus, providit Deus Thrasonem quemdam fidelem vita, et locupletem facultatibus. Hic cum cerneret eos affligi tanto labore, per Sisinnium et Cyriacum, per Largum, et Smaragdum, constituit eis victum ministrare. Sicque Martyres relevati ciborum alimonia non Augustis thermas, sed sibi fabricabant coronas in labore et ærumna.

Christiani milites ad onera ferenda damnati

aluntur a Thrasone, per S. Cyriacum et socios

8 Sanctus vero Marcellus filiorum suspensus defectione, seipsum pro eis mactabat Christo quotidie in oratione cum lacrymis et spiritus humilitate. Cumque sibi innotuisset Thrasonis obsequium, Deo gratias agens, duos, ut præscriptum est, Diaconos consecravit, Sisinnium et Cyriacum, qui et Ecclesiæ Romanæ deservirent, et in angustia constitutis victum ex Thrasonis facultatibus ministrarent. Hæc autem Ecclesiastis ordinatio, totius Ecclesiæ fuit exultatio, et ipsorum in labore Confessorum necessitatis relevatio. Felices ministri tanti patris doctrina bene filiati, et ipsum ad coronam quandoque præcessuri.

Cyriacus et Sisinnius Diaconi,

9 Gratanter itaque creditum sibi suscipientes officium, dupliciter fiunt consortes Martyrum, quia numquam sine munere dimittitur obsequium. Nocte igitur quadam exeuntes de domo Thrasonis, et inde sociis victum deferentes humeris suis, a paganis militibus crudeliter arctati, Exparto Præfecto sunt præsentati. Quorum ille lætatus comprehensione, Maximiano Augusto placere festinat eorum delatione. Maximianus vero crudelitate furens, nec solum crudelis, sed et ipsa crudelitas existens, publicam apponit eis custodiam,

comprehenduntur,

damnantur ad fodiendam arenam.

stodiam, et arenæ effodiendæ imponit sententiam. Inter quos deputatus senex quidam, Saturninus nomine, jam senio fractus, maceratur nimii laboris afflictione, affligens et ipse juvenes, qui secum erant, [illegible] suæ ætatis miseratione. Erat ibi spectaculum [illegible] miserandum et miserendum [illegible] convenire, pietatem et [illegible] subvenire, Martyres sanctos fortiter [illegible], juvenes senem vix sepsi[illegible] [illegible] ab onere impositionis levare, custodes mirari et stupere.

10 Nec latuit Augustum, cui plus placebat delatores Martyrum, quam delatores regnorum. Quæ ut sibi relata est [illegible], dolens tantum [illegible] in regno suo, tradit eos puniendos Laodicio Præfecto. Laodicius autem [illegible] in carcere tradit Commentariensi Apronio. [illegible] autem visitatus [illegible] respectione, [illegible] ad pedes Sisinnii cum [illegible] protestatione, Adjuro te, inquit, per Christum, ut me facias participem prædestinationis tuæ. Ad hæc eum ille catechizavit, catechizatum ad [illegible] duxit, deductum de credulitate [illegible], regnis [illegible] depo[illegible], [illegible] ex [illegible] levavit, levatum ad S. Marcellum deduxit, [illegible] chrismate consecratus, Ecclesiæ [illegible] communicavit. Nec multum temporis intercessit, et capitalem jussus subire sententiam, Doctores suos ad coronam præcessit.

CAPUT III.

SS. Papiæ, Mauri, Cyriaci, etc. cædes. Marcelli constantia.

Sisinnius vero et Saturninus [illegible] in carcere, [illegible] Inter quos milites duos [illegible], Papiam et Maurum, cum [illegible] Laodicio Præfecto [illegible] S. Marcello [illegible] Papias [illegible] Maurus [illegible] Præfecto [illegible] via Nomentana [illegible]

12 [illegible] Cyriacus [illegible] Largo et Smaragdo [illegible] Maximianum [illegible] victoriæ [illegible]

13 [illegible] Cyriacum vero [illegible] S. Marcellus [illegible] ut pater filium [illegible] Augustum [illegible]

erectionis confirmatio. Vocalis quippe semper fuit æquitas apud Romanorum Rectores, parcere humilibus et debellare superbos. Ecce opprimuntur tibi Ecclesiæ, qui pro statu vestro, et pro Republica orant assidue. Non decet Romanam virtutem contra inermes et imbelles proelia [illegible] suæ agere. Trucidatur innocentium turba, et fœdatur Romanorum virtus [illegible]. Ita senex peroravit, sed non [illegible]. Irato siquidem Augusto [illegible] honestatum, et absque reverentia sacerdotii, et respectu senectutis, fustibus cæditur, et cum injuria expellitur.

14 Nec se [illegible] iratum statim omnia Sanctos, pro quibus Papa interpellaverat, minister diaboli [illegible] sententia [illegible] Cyriacum, Largum, et Smaragdum, et Crescentianum [illegible] At ille gratanter suscepit imperium jussus, quod si prius [illegible] libenter supplesset et injussus, ut postea probavit Martyrum [illegible] crudelitate, [illegible] Martyres atque sancti tormentantur, [illegible] catasta [illegible] extenduntur, [illegible] et ad ultimum [illegible] sententiam subire jubentur. Ita sancti in passione [illegible] germana societate. Officium vero sepulturæ, ut pater filiis, S. Marcellus supplevit paterna pietate et Ecclesiæ [illegible]

a MS. [illegible]
b [illegible]
c [illegible]

CAPUT IV.

S. Marcelli in catabulo labores, mors.

Quibus [illegible] sui Marcelli adornantibus [illegible] Lucina [illegible] Augustus [illegible] Papam [illegible]

16 [illegible] carcer [illegible] exilium [illegible] Episcopus [illegible]

17 Sed [illegible] Maximianus [illegible] S. Marcellum [illegible]

[illegible]

AUCTORE URSIONE EX MSS.

ruerat coronam, et subditis postulaverat indulgentiam. Quid ergo novi processit? Quid mali successit? quid prioribus intercessit? Maxentius pejor prioribus, regni infortunio sortitus imperium, ut regnandi, ita et sæviendi in Christianos obtinuit *b* hæredium. Qui cum cogeret sanctum Papam negare, quod erat, videlicet Episcopum; et ille Christum confitendo, sacrificia derideret dæmoniorum; iterum cum furore emissa sententia, restituitur in catabulo cum publica custodia. Recipit officium pastoralitatis suæ, educit et reducit animalia cum cordis contritione. Ecclesia fit ei catabulum, carcer ille bestialis fit regale prætorium, qui per hoc parabatur ad regnum.

iterum ad idem damnatur

18 O supplicium dissimile omnibus, et proinde sancto Martyri ceteris amabilius! Certe ea videbatur sibi remissior sententia, quam importabiliorem perpendebat tortoris insania. Licet enim tanta injuria dehonestaretur in catabulo, intentione tamen *c* theoretica semper suspirabat in cœlo. Cui hærendo assidue cum lacrymis, dilatio illa, quæ sibi videbatur gravior, breviatur clementia Salvatoris, et æquitate justi remuneratoris. Nam dum Maxentius cogitat de differendo supplicio, Christus disponit de remunerando milite suo. Statuit ei carcerem aperire, pastoralitatem mutare, ab animalibus inter Angelos transferre, pro catabulo paradisum conferre, et perlatis suppliciis dignam remunerationem referre, Martyrem Martyribus inferre, coronam inimicorum expugnatione paratam pugnatori proferre, nec amplius militem a regno differre. Itaque militando inibi per aliquot annorum, in fame et siti, in laboribus et ærumnis, in vigiliis et jejuniis, nudus amictus tantum cilicio, persistens in servitio animalium, tandem in confessione Dei, alacriter emisit spiritum. O somnium pacis! o requiem immortalitatis!

moritur

19 Corpus ejus collegit B. Joannes Presbyter cum Presbyteris et Diaconibus, et B. Lucina, et sepelivit in cœmiterio Priscillæ via Salaria XVII Kal. Februarii; ut a diaconibus et discipulis, quos præmiserat ad regnum, nec ipsa sejungeretur sepultura. O pia congregatio, cujus nec in cœlis, nec in terris fit separatio! o Martyrum præmia et coronæ, quæ perpetuo virescunt flore, immortalitatis scilicet et vitæ æternæ! Nesciunt marcescere, quia non timuerunt flammis ardere, quos Agnus deducet ad vitæ fontes aquarum, et delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, et florebunt sicut lilium in medio Angelorum.

sepelitur

a *Videtur innuere a* Maximiano *primo captum esse* S. Marcellum, *non quidem* Herculeo, *qui ut hic dicitur, collegam secutus purpuram deposuit, sed* Armentario, *qui et ipse ex Italia non multo post recessit.* b Heredium *prædium est, quod hæreditate venit, hic simpliciter pro hæreditate accipitur.* c Contemplativa, *a* θεωρῶ, contemplor.

Hæredium

LIBER II.

Narratio manifestationis et itineratio S. Marcelli.

CAPUT I.

Reliquiæ S. Marcelli diu absconditæ.

Est locus super fluvium *a* Sambram nuncupatum situs, a parte non a toto (neque enim adeo eminens est) Altus-mons dictus: quem illustrat cœnobium famosæ antiquitatis, et, ut conjicitur ex vestigiis antecessorum, antiquæ nobilitatis. Siquidem metata ab Angelo ejusdem templi mensura, *b* Vincentius Madelgarius potenter laboravit in ejus structura, qui Dux *c* Lotharingiorum, Francorum, et *d* Saxonum, in eodem loco postea est professus monachum, abjecta seculari militia, divinæ paciæ se præbens in monachum. Cum quo etiam Dagobertus Imperator locum excoluit, rebus et redditibus ditavit et ampliavit. Reliquiis quoque Sanctorum, prout potuit uterque eorum, decenter muneravit et illustravit, ad quibus serviendum ter centum ferme monachos constituit. Inter quos S. Vincentii intercessu, et *e* Martini Papæ concessu, et Dagoberti Regis conductu, ab *f* octavo urbis Romæ milliario remotus, S. Marcellus Papa et Martyr ad prædictum locum cum honoris gratia est translatus.

Altimontense cœnobium

S. Marcelli reliquiæ translatæ

2 Ubi susceptus officiosissime non est privatus per multum temporis officioso monachorum famulamine. Sed cum decidentibus aureis et argenteis temporibus successissent ferrea, opprimente fortuna orbem terrarum, felicitatis noverca, *g* Riphæi montes super Galliam emiserunt Hungrorum et Hunnorum tempestates et fulmina, a quibus desolatis ecclesiis, monachis, et monialibus et Clericis postliminio damnatis, Altus mons humiliatus, inter cetera factus est locus desolationis: fugatis denique cultoribus tantæ negligentiæ est relictus, ut neque memoriam Reliquiarum teneret notitia alicujus. Per successiones itaque temporum, per divisiones, dum sibi invicem succedebant, monachorum et Clericorum, per dissensiones animorum, et pervasiones militum, *h* redditus Ecclesiæ gallinaciis pedibus deducuntur ad nihilum. Sed cum redisset tempus miserendi ejus, quoniam placuerunt servis Dei lapides ejus, *i* respexit Dominus orationem humilium, et non sprevit precem eorum.

Barbarorum incursionibus neglectæ

a *Hic Namurci in Mosam influit* Sabis *Cæsari dictus.*
b *Ejus vitam dabimus* 14 *Julii.*
c *Necdum id nomen provinciæ sortitæ tunc erant, quæ regno Austrasiæ continebantur.* d *Etsi domiti antea erant a Clotario et Dagoberto Saxones, non tamen iis Vincentius præfectus.*
e *Mortuus est* Dagobertus *Rex anno Christi* 644, *cum Romæ sederet* Theodorus *Papa cui* Martinus *successit. Videntur hic conjungi, quod inchoatum sit forte sub* Dagoberto *Altimontense cœnobium, sed his reliquiis ornatum circa annum* 651 *sub* Martino.
f *Imo tribus tantum ab Urbe milliaribus distabat Priscillæ cœmiterium, ut testatur Baronius to.* 2 *ad an.* 130, *num.* 2, *ubi illud suo tempore refossum scribit, magnæ instar urbis.*
g *Alii non a* Riphæis *montibus, qui inter* Album sinum *et* Obium *flumen siti glacialem Oceanum respiciunt, interjecta solum* Hyperboreorum *angusta regione, sed a Caspio mari, aut ulterioribus Asiæ ad Boream plagis profectos Hunnos atque Hungros volunt. Sæpius ii Germaniam seculo Christiano decimo incursarunt sed Hannoniam, in qua Altus mons, anno præcipue* 954, *a* Conrado *Lotharingiæ Exduce contra* Ragincrum II, *Hannoniæ Comitem conducti. Consule Chronicon Marci, et Baldrici lib.* 1, *cap.* 74.
h *Baldricus lib.* 2, *cap.* 35. Per incursus Gentilium, imo et per crebras seditiones domesticorum, subripiente (*forte*, subrepente) inopia, ordo monachalis ad Canonicalem redactus *etc.* i Gerardi I *Cameracensis Epis. opera studio et laborante* Richardo *Abbate S. Vedasti restauratum Altimontense cœnobium, ac monachis restitutum, quibus præfectus Abbas* Fulcuinus. *Baldricus lib.* 3, *cap.* 6.

Cœmiterium Priscillæ

Hungarorum irruptio in Belgium.

CAPUT II.

Repertæ ornatæque reliquiæ.

Venantii quondam Patricii in Samnii partibus villa fuit, in qua colonus ejus filium, Honoratum nomine, habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorem cœlestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cumque tam magna conversatione polleret, seque jam ab otioso quoque sermone restringeret, multum, ut præfatus sum, per abstinentiam carnem domaret; die quadam parentes ejus vicinis suis convivium fecerunt, in quo ad vescendum carnes paratæ sunt, quas dum ille ad esum contingere per abstinentiæ amorem recusaret, cœperunt eum parentes ejus irridere, ac dicere : Comede, numquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo vero in loco pisces audiri consueverant, non videri. Sed cum his sermonibus Honoratus irrideretur, repente in convivio aqua ad ministerium defuit, et cum situla lignea, sicut illic moris est, mancipium ad fontem perrexit. Dumque hauriret aquam, piscis situlam intravit, reversumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes, totaque illa parentum irrisio cessavit. Cœpere namque in Honorato venerari abstinentiam, quam ante deridebant, sicque a Dei homine irrisionis detersit opprobria piscis allatus de fonte.

abstinentia, irrisa, miraculo honorata

Monasterium ab eo extructum

2 Qui cum magnis virtutibus cresceret, a prædicto domino suo libertate donatus est, atque in eo loco, qui *a* Fundis dicitur, monasterium construxit; in quo ducentorum ferme monachorum Pater extitit : ibique vita illius circumquaque exempla eximiæ conversationis dedit.

Miraculum cadentis saxi, crucis signo repressi

3 Nam quadam die ex eo monte, qui ejus monasterio in excelso prominet, ingentis saxi moles eruta est, quæ per devexum montis latus veniens, totius ruinam cellæ, omniumque Fratrum interitum minabatur. Quam cum venientem desuper vir sanctus vidisset, frequenti voce nomen Christi invocans, extensa mox dextera signum ei crucis opposuit, eamque in ipso devexi montis latere cadentem fixit, sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo inhærere potuisset, aspicitur, ita ut nunc usque montem cernentibus, casura pendere videatur.

4 Petrus. Putasne, hic tam egregius vir, ut post Magister discipulorum fieret, prius habuit Magistrum?

Gregorius. Nequaquam. *b* hunc fuisse cujusquam discipulum

discipulum audivi. Sed lege non constringitur sancti Spiritus donum. Usus quidem rectae conversationis est, ut praeesse non audeat, qui subesse non didicerit, nec obedientiam subjectis imperet, quam Praelatis non novit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli, qui ita per magisterium Spiritus intrinsecus docentur, ut etsi eis exterius humani magisterii disciplina desit, Magistri interni censura non desit. Quorum tamen libertas vitae ab infirmis in exemplum non est trahenda, ne dum se quisque similiter sancto Spiritu impletum praesumit, esse discipulus hominis despiciat, et Magister erroris fiat. Mens autem quae divino spiritu impletur, habet evidentissima signa sua, virtutes scilicet et humilitatem, quae si utraque perfecte in una mente conveniunt, liquet quod de praesentia sancti Spiritus testimonium ferant. Sic quippe Joannes Baptista magistrum habuisse non legitur, neque ipsa Veritas, quae corporali praesentia Apostolos docuit, eum corporaliter inter Apostolos aggregavit. Sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in sua libertate relinquebat. Sic Moyses in eremo edoctus mandatum ab Angelo didicit, quod per hominem non cognovit. Sed haec, ut praediximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda.

5. Alio quoque tempore pro causa monasterii, Abbatis jussu, qui Honorato ejus Magistro successerat, ad Ravennam pergebat. Pro amore vero ejusdem venerabilis Honorati, quocumque Libertinus ibat, semper ejus [d] caligulas in sinu portare consueverat. Itaque dum pergeret, occurrit ut quaedam mulier extincti filii corpusculum ferret. Quae cum servum Dei Libertinum vidisset, amore filii succensa, jumentum ejus per frenum tenuit, atque cum juramento dixit: Nullatenus recedes, nisi filium meum suscitaveris. At ille inusitatum habens tale miraculum, expavit petitionem illius, juramenta declinare mulieris voluit, et requirentiam praevalens anxie haesit. Consideremus quale, quantumque in ejus pectore certamen fuerit. Illic quippe pugnabat inter se humilitas conversationis, ac pietas matris, timor ne inusitata praesumeret, dolor ne orbatae matri non subveniret. Sed ad majorem Dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quod ideo fuit validum, quia devictum. Virtutis enim pectus non esset, si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit, genua flexit, ad coelum manus tetendit, caligulas de sinu protulit, et super extincti pueri pectus posuit. Quo orante, anima pueri ad corpus rediit: quem manu comprehendit, ac flenti matri viventem reddidit, atque iter quod coeperat peregit.

6. PETRUS. Quidnam hoc esse dicimus? virtutem tanti miraculi Honorati egit meritum, an petitio Libertini?

GREGORIUS. In ostensione tam admirabilis signi cum fide feminae virtus convenit utrorumque: atque ideo Libertinum existimo ista potuisse, quia plus didicerat de Magistri, quam de sua virtute confidere. Cujus enim caligulas super pectus extincti corpusculi posuit, ejus procul dubio animam obtinere quod petebat aestimavit. Nam Helisaeus quoque magistri pallium [illegible] ad Jordanem veniens, percussit semel, et aquas minime divisit. Sed cum diceret: Ubi est Deus Heliae etiam nunc? percussit fluvium magistri pallio, et iter inter aquas fecit. Perpendis, Petre, quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet? Tunc exhibere magistri meritum virtutem potuit, quando magistri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem sub magistro se duxit, quod magister fecerat et ipse fecit.

a Al. Fundis legunt. [illegible] Fundis.

b *Huic merito [illegible] S. Benedicti, aequalis [illegible] Menardus et alii.*

c *[illegible] Gothorum [illegible] Francorum.*

d *[illegible] interpretatur [illegible] 22 Julius Nigronus [illegible].*

VITA [a] S. TREVERII MONACHI,

Ex veteri ms. Prioratus S. Treverii

Eruta a Pet. Franc. Chiffletio Soc. JESU.

CAPUT I.

S. Treverii monastica professio, iter in Brescium.

Venerandi viri, [illegible] b Treverii [illegible] stylo [illegible] [illegible]

2 [illegible] igitur venerandi, cultusque Treverii monachi [illegible] Neustriae [illegible] ex genere [illegible] [illegible] tempore, quo [illegible] [illegible] Treverius [illegible] tempora octo lustra haberent, Clericatus suscepit dignitatem.

3 Cum [illegible] Rege [illegible] Theoderici [illegible] transversus [illegible] Mummoleno, et h Buccileno, ipse ad patriam [illegible] Treverius [illegible] Brescia [illegible] juxta fluvium [illegible] ris, sive m Sagonnae, de villa, sive [illegible] sex millibus [illegible] Neustriae [illegible] juxta [illegible] civitatem [illegible] Abbatem [illegible] B. Treverium [illegible]

4 [illegible] S. Treverius [illegible] [illegible] indicante

revert

Ex mss.

reverti se velle dixerunt, et de propriis hæreditatibus parentum suorum, tertiam partem ei, qui eos reduceret, cum omni cordis affectu se daturos spoponderunt. Cum autem homo Dei Treverius Abbati suo omnia exposuisset, post tres annos cum alimento, victu, et vestitu munerati, ab ipso absolute dimissi, et comite eis B. Treverio dato, cum anxietate cordis iter capere cœperunt.

5 Cumque introissent in vastitatem eremi, atque in opacis silvæ, cui nomen erat Memficus, jam triduo aberrarent; territus vir Dei Treverius, ne a bestiis devorarentur, flexis genibus orationi incubuit, ut misericordiam Christus cum ipsis faceret; et Angelum ducem haberent, qui recto itinere viam pacis, gradiendi prosperitatem tribueret. Hac igitur oratione expleta, ecce bestiæ, videlicet duo lupi, mansueto aspectu leniter venientes, flexo capite, auriculis demissis, adulantibusque caudis innuebant iter eorum per semitam antecedentes ad viam publicam, eosque ad errorem solitudinis dirigentes, quo ipsi recognoscere potuerunt cœptum opus itineris, gradientes ad patriam, in diœcesim Lugdunensis urbis, in Briscia, ad locum jam dictum devenerunt.

lupis ducibus in viam redeunt

a *In nullo Martyrologio* S. Treverii *reperimus nomen, ne in Gallicano quidem Saussaii. Extat tamen certe ejus nomine nuncupatum oppidulum in ditione Dombensi, vulgo* S. Trivier, *vix duabus ab Arari leucis.*

b *In MS. sæpius Treverius, quandoque Triverius scriptum erat.*

Neustria

c Neustria *dicta pars occidentalior Galliarum, quasi* Westria, West rijck, *id est,* occidentale regnum. Austrasii, Oost rijk, orientale regnum, *qui Rhenum et Orientem spectat tractus.*

Cadurci

d Cadurci *Aquitaniæ I populi, vulgo nunc* Querci; *eorum metropolis* Civitas Cadurcorum, *vulgo* Cahors, *sub Bituricensi Archiepiscopo.*

e Tarruana *Morinorum urbs antiquissima in Belgica II, excisa an. 1553, a Carolo V.*

f *Consulatum primum gessit* Justinus senior *an. Christi* 519, *secundum* 524. *Pleraque tum Galliarum Franci, Gothi, Burgundiones tenebant.*

Ulter fl.

g *Erudite hujus monasterii situm discussit Jacobus Malbrancus noster lib. de reb. Morin. cap. 43. censetque legendum hic* Ulter, *quasi* Legia, *sive* Lisia, *qui Taruannam perlabebatur fluvius, Romanis a Remorum metropoli tendentibus in Britanniam,* Citerior *dictus sit, alter fluvius paullo ultra primum lapidem* Ulterior. *Hoc monasterium a S. Victricio Rotomagensi extructum conjicit ante annum 400, ab Hunnis eversum, restauratum a S. Antimundo.*

h *Nam eo usque æstus marinus penetrabat, et prope aberat* Sinus Itius, *in quem sese* Ulterior *hic rivus effundebat, qui* Sinus Itius, *ut idem censet, sensim* Sitius, *et* Sitiu *dici cœpit. Ea certe ratione Latinas voces paullatim exolevisse, alibi licebit observare. De* Itio *aliter alii arbitrantur.*

Theodebertus I

i *Regnavit* Theodebertus *in Austrasia ab an. 534 ad 548. De ejus in Italiam expeditione circa an. 540, agit Aimoinus lib. 2, c. 21. Procopius lib. 2, de bello Gothico, Gregorius Turon. lib. 3, cap. 32.*

Buccelinus dux

k Buccelenum *vocat Marius Aventicen.* Butilinum *Agathias, qui testatur gente Germanum fuisse, sed magnam cum fratre* Leuthari *apud Francos potentiam consecutum.* Buccelinus *per annos aliquot Italiam Siciliamque infestavit, et Romanum sæpe exercitum superavit. Tandem exercitu ejus dysenteria attritus, a Narsete profligatus est, ipseque occisus. Ita fere Appendix ad Marcellini chronicon.*

l *Vulgo* la Souveraineté de Dombes. *Papirio Massono* Umbrarum regio *dicitur. Sita est intra Bressianensem provinciam, aut Principatum, qui Arari ac Rhodano inclusus a Burgundiæ Comitatu Lugdunum usque protenditur, vulgo* Bressia, *hic* Briscia, *Gallice* Bresse.

Bressia

Arari

m *Ammianus Marcellinus,* Sauconnam *appellari scribit. Gallice vulgo* Saone *et* Sone.

CAPUT II.
Sancta vita, mors.

Treverio de cellula donat

At illi, qui de captivitate adducti fuerant, de omni substantia parentum suorum homini Dei attulerunt. Igitur vir Dei Treverius pie in corde suo conferens, ne terrena donaria eum a devotione Christi separarent, eis fertur dixisse: Hæreditas patrum vestrorum vobis sufficiat, verumtamen beneficium necessitati meæ indulgete hoc, ut juxta habitaculum vestrum cellulam pusillam, et hortulum parvulum habeam. Quod illi sine mora gaudentes facere, impleverunt.

[illegible]

7 Post hæc autem præfatus Dei cultor oviculas eorum multo tempore pascens ibidem habitavit, hæc secum meditatione pervigili indesinenter considerans: Si ad loca unde huc accessi reversus fuero, ne forte prolixitas intervalli defatigatum me redire impediat, atque terrarum quarumlibet periculum incurram pertimesco: quod si me casus evadendi divina subveniente custodia illuc usque perduxerit, suscipiendi honoris ne immerito graver pondere vereor, ac per hoc propositæ servituti divinæ religionis inobediens cultor existam.

8 Hæc igitur, ut dictum est, dum quotidie meditaretur, exilii solitudinem pro nomine Christi subire, potiorem elegit sententiam; David Prophetam recolens, non dedignatum pascendarum ovium suscepisse custodiam; Jacob quoque memorans exilium appetiisse: atque Moysem in alienæ regionis peregrinatione, advenam multo tempore fuisse. Itaque die noctuque psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, jejuniis, ac vigiliis, et orationibus, cum lacrymarum ubertate ad Dominum insistens, desiderii sui satagebat explere laborem; id secum volvens, quo pacto ac vivendi more seipsum institueret, cum in psalmo tricesimo octavo habeatur, Exaudi Domine orationem meam, ne sileas, quia incola sum apud te in terra, et peregrinus, sicut omnes patres mei, et item in alio psalmo: Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et iterum: Mandata Dei scrutari, nisi quieta mens non potest. Ad ipsum Domini quoque recurrens dictum, Martha occuparis, et satagis circa multa: porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea; quia pars Marthæ non reprehenditur, sed Mariæ laudatur. Caritatem quidem Dei, et proximi tota mente retinere, se ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris indesinenter inhærere, ut nihil jam agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui Creatoris animus inardescat: ita ut jam noverit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totisque desideriis cœlestem patriam appetere; illic hymnidicis Angelorum choris interesse, admisceri cœlestibus civibus, de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere, et quod in hac vita positi contemplationis intimæ sola initia degustamus.

contemplationi aliisque virtutibus deditus

Ps. 38, 13

Ps. 118, 54

Luc. 10, 41

9 Sed cum jam longævus, et multis temporibus B. Treverius ita animam suam, et integra devotione custodiret, et ad loca sancta, quæ in circuitu erant, præcipue Prissanico vico in diœcesim Lugdunensis urbis diebus Dominicæ resurrectionis interesse sacris Missarum solenniis studuit. Inibi publice psalterium, quod secum habebat, super sanctum altare posuit, et reversus ad cellulam suam post aliquod tempus, dum in agro oves pasceret, et psalmis et orationibus diurnis insisteret, septimodecimo kalendas Februarii, genibus flexis in terram, cum orationem ad Christum Dominum funderet, spiritum emisit.

Loca sancta visit

Moritur in oratione

10 Hujusmodi ergo fine circumquaque divulgato, vicini populi turmatim affluentes, ac ligonibus humum egerentes, in eodem loco ubi solitas orationes frequentaverat, cum consueto indumento, et sine vase ligneo et lapideo, sanctum corpus ejus reverenter posuerunt, et complentes humo fossam, nomen ipsius loci dixerunt ad Nonnifossam.

Sepelitur

CAPUT III.
Translatio, miracula.

Sic per multa spatia temporis exolevit sancta ejus memoria donec jam completis quatuordecim lustris, duobus hominibus adhuc viventibus, qui eum in hac vita viderant, cœperunt juxta prædictum sanctissimi viri sepulchrum, virtutum plurimarum insignia cœlitus declarari, claudi gressum, cæci visum, ægri sanitatem recipere.

Claret miraculis

12 Multis

12 Multis modis in visionibus nocturnis aliquibus Christianis revelatum fuit, ut [illegible] ad illustrem sanct[illegible], quæ juxta ipsum locum prædia [illegible] tenebat, [illegible] Epiph[illegible] sive Eugeniæ [illegible] tum corpus [illegible] ipsa annuente levaretur a Sacerdotibus et in sepulchro justi [illegible] conderetur. Sed illa [illegible], metuens, ne seductio [illegible], vel illusio [illegible] esset [illegible] Apostolo [illegible] ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis, et ministros suos componit, [illegible] noctem pro die, tenebras pro [illegible] [illegible] opera ipsius [illegible] ministerio, [illegible] percussa est in capitis cerebro, ita ut non posset se [illegible]. Tunc convocatis ad se Sacerdotibus, [illegible] [illegible] pauperes et mendici advocati, omnisque ejus familia, et [illegible] Domini nostri Jesu Christi [illegible] Deo [illegible].

13 Tunc [illegible] ipsis Sacerdotibus revelatum est, ut [illegible] [illegible] Clericis [illegible] Sacerdote, [illegible] [illegible] Presbyter [illegible] tres Clerici [illegible] [illegible] caput S. Treverii [illegible] [illegible] locum suum.

14 [illegible] Dei [illegible] Treverii [illegible] Christi illæsum et integrum, cum [illegible] indumento suo, fragrans multis odoribus suavitatis. Cumque multi servi Dei illuc convenissent, præcipue tres senes Sacerdotes, pleni religione sanctitatis, scilicet Symphorianus Presbyter, Trasulfus Presbyter, et Eusebius Diaconus, seniores in Clero, levantes sanctum corpus in [illegible] per gyrum omnes senserunt [illegible] virtutum, quasi rosarum folia, et lilia, et balsamum, et incensum. Interea ipsa illustris femina a longe aspiciente, in sarcophagum cum timore Domini et psallentibus Clericis [illegible] cereis flammantibus, sicut erat indutus vestimentis suis, nihil amoventes, nisi sanctis reliquiis de coma capitis, condiderunt in sepulchrum, [illegible] desuper ex lapidibus, et cæmento construxerunt.

15 Pontifex autem *b* S. [illegible] Lugduni Galliæ [illegible] mox sanctum altare illic [illegible] ad pedes [illegible], quo Christi hostia [illegible] beneficiorum accommodantur.

16 [illegible] videtur hu[illegible] tunc in eo loco [illegible] Erat in civitate Lugdunensi Galliæ vir nobilis, [illegible] sua, nomine Marcella [illegible] ipsum S. Treverii sepulchrum, quia per se venire [illegible] transmiserunt. Sta[illegible] omni debilitate [illegible] [illegible] Domini nostri Jesu Christi [illegible] Patre et Spiritu Sancto [illegible] Amen.

[illegible]

DE S. FURSEO CONFESSORE

PERONÆ IN GALLIA.

§ I. *Fursei natalis triplex translatio.*

P[illegible] XVI [illegible] S. Fursei [illegible] Peronæ [illegible] Florarium [illegible] Martyrologium [illegible] Molanus [illegible] Peronæ [illegible]

2 [illegible] Bellovacensi [illegible] 23, [illegible] 83 [illegible] [illegible] 2, [illegible] 13, [illegible] 6, § 23 [illegible] [illegible] 86, [illegible] XVI [illegible] SS. [illegible] 19 [illegible] IX [illegible] XVI [illegible]

3 XVI [illegible] Martyrologiis, Anglicano [illegible] Gallicano [illegible] S. Fursei [illegible] 25, aut 27, aut 30 [illegible] Peronæ [illegible]

4 [illegible]

Latiniaci

4 *Latiniaci primo sepultum fuisse Furseum memorant quoque MSS. Martyrologia, monasterii S. Laurentii Leodii, et Domus professæ Societatis Jesu Antverpiæ, ac Florarium, his verbis :* Sepultus primo in Latiniaco monasterio, deinde translatus Parronam, ubi multis miraculis clarus quiescit. *Saussaius quoque quarto ab obitu anno in monasterium Peronæ fuisse illatum scribit.*

Locus mortis ejus.

Mortuus est S. Furseus *in castro* Macerias *ad* Alteiam *flumen infra* Dourlensum *oppidum qui locus in binos deinde vicos excrevit, quorum alter* Maseroeles *dicitur, veteri pene nomine, non* Massiers, *ut aliquoties scribit Desmaius, alter* Forhem, *sive* Frohem, *aut* Forshem, *quod* Forsei-domum *nostrate Teutonica lingua, qua isthic olim usi, sonat. Hic* templum D. Fursei miraculis nobile, *inquit Malbrancus noster Rer. Morin. lib.* 3, *cap.* 32, quod hac etiam ætate ab advenis excurritur ad languidam luem ab infantium corpusculis averruncandam : quamobrem in limpido illic fonte intinguntur, exsiccanturque accenso fomite, cui materiem subministrat ecclesia, ad id, ob factam sibi donationem, obstricta.

5 *Hinc ergo post dies aliquot a morte translatum Peronam est corpus, ac triginta post diebus in ecclesiam jam consecratum illatum; quarto vero post anno in peculiare conditorium ei fabrefactum. Hæc posterior translatio recoli videtur solenni memoria XXVIII Septembris, quo die Maurolycus, Wion, Felicius* Apud Latiniacum in Gallia S. Forsei Episcopi, qui in Hibernia claruit. *Meminit ejus quoque illo die Martyrol. Germanicum, Carthusiani Colonien. in Addit. ad Usuard. Ferrarius, Saussaius, MS. Florarium. Addit Wion in Notis :* Suspicor festivitatem præsentem, Inventionis ejus esse, quæ quarto ab ejus obitu anno contigit. *Confirmat id Florarii auctor in indice, ubi ista habet :* Fursei Abbatis et Confessoris XVI Januarii. Translatio ejus prima IV Martii. Translatio ejus secunda, XXVIII Septembris *Petrus de Natal. lib.* 8, *cap* 126, *ubi* Forseum *vocat, tradit IV Kal. Octob. Latiniaci obiisse; lib.* 11, *cap.* 130, § 35, *ubi* Fuseum, *in monasterio Patrona XVII Kal. Februarii. Desmaius cap.* 22, *scribit XVII Septembris, hanc secundam contigisse et quotannis recoli translationem, sive elevationem. Sed tertia illa est, anno* 1256 *facta, de qua infra*

Translatio celebrata 28 Septembris

Festum 17 Septembris.

§ II. *Vita S. Fursei.*

Vita S. Fursei antiqua

Extabat *Bedæ ætate libellus de S. Fursei vita conscriptus, e cujus lectione multum profectus spiritalis percipi posse asserit. Idem esse libellus videtur qui in manibus est, editus a Surio, a nobis cum MSS. Corbeiensi, Hiberniæ, duobus Ecclesiæ S. Audomari, Bertiniano, S. Mariæ de Ripatorio, S. Maximini, D. Prudhomii Canonici Cameracensis, aliisque collatus e quibus librum Miraculorum adjecimus, a Surio omissum. Hanc tamen ipsam vitam integram non esse, conjicimus, quod de ejus sociis perpauca referat, de quibus tamen* sufficientius *in ea agi Beda scribit. Aliam nobis vitam transmiserat Andreas du Chesne V. CL. sed priora sumpta erant verbotenus ex vita S. Foillani, quam XXXI Octobris dabimus, posteriora ex libro miraculorum S. Fursei, et subinde quidem contracta Extat in Legenda Sanctorum Angliæ Joannis Capgravii, et Florilegio Insulæ Sanctorum Thomæ Messinghami, alia ex hac breviata.*

Alia prolixior.

7 *Aliam prolixiorem descripsimus ex vetusto codice monasterii S. Mariæ Bonifontis, eamque contulimus cum MS. Nicolai Belfortii, in quo tamen passim erat contracta. Media quæ ad verbum erant ex priore descripta, omisimus. Auctor in Prologo et Epilogo fatetur se antiquissimis usum schedis, quæ ex variis locis erant collecta. Jacobus Desmaius Peronensis Canonicus edidit sermone Gallico Parisiis vitam S. Fursei anno* 1607, *quæ varia hactenus in plerisque continet, in iis præsertim quæ de ejus sociis narrantur plane admiranda, quæ eadem in S. Foillani vita referuntur. Hanc subjungemus quæ de eo Venerabilis Beda scribit lib.* 3, *historiæ gentis Anglorum cap.* 19.

Gallica.

8 *Agit de* S. Furseo *fuse Vincentius Bellovacensis lib.* 23, *cap.* 80, *et tribus sequentibus. S. Antoninus* 2 *par. tit.* 13, *c.* 6, § 23. *Aimoinus lib.* 1, *cap.* 18. *Andreas du Chesne to. I, scriptorum Francicorum. Sigebertus ad an.* 648. *David Camerarius lib.* 3, *de Scotor. pietate. Autbertus Miræus in Fastis, et Chronico Belgico. Molanus in Natal SS. Belgii. Nicolaus Harpsfeldius historiæ Angl. sæculo* 7, *cap.* 17. *Hæræus. Lippeloos. Hieronymus Platus noster lib.* 2, *de bono status religiosi cap.* 26. *Petrus de Natalib. supra citatus. Baron. to.* 8, *ad an.* 644, *nu.* 2 *Westmonasteriensis ad an.* 647. *Ranulphus Cestrensis lib.* 5, *cap.* 13.

Qui alii ejus meminere.

9 *Mortuum ait Harpsfeldius* S. Furseum *circa annum* 636 *Miræus in Chronico circa* 655; *MS. Florarium* 660. *Venit in Orientalium Anglorum provinciam cum isthic Sigebertus regnaret, qui anno* 636, *fratri Eorpenualdo successerat. Abiit inde in Galliam, cum sub Clodovæo II Rege, Dagoberti filio, Major-domus esset Erchenaldus, in regno Neustriæ: ast hic illud munus (quod tamen aliqui volunt eum sub Dagoberto gessisse) adeptus est anno* 646, *Clodovei anno* 3, *mortuo Aegane, sive Ega, ut testis est Fredegarius. Romæ demum Furseus S. Martinum Papam traditur convenisse, qui anno* 649 *creatus est. Corpus ejus quadriennio post mortem a sanctis Episcopis Eligio Noviomensi, et Autberto Cameracensi, translatum est, qui tamen ambo circiter annum* 660, *ut et Erchinoaldus, obiere, ut de hoc XIII de illo I Decemb. ostendemus. Quibus omnibus expensis conjicere licet anno* 653, *aut* 654, *e vivis excessisse* Furseum.

Quando obierit.

§ III. Hymni duo de S. Furseo.

Ex Arnoldo Wion lib. 3. Ligni vitæ.

I.

Laudes almi Confessoris Fursei vox resera
Qui, ad instar Præcursoris, matris intra viscera
Loquens, avi nequioris arguebat scelera.
Ille ferox opinatur quod falsa sit visio :
Triplex rogus apparatur mater stillicidio
Lacrymarum liberatur ignis ab incendio.
Patrem fugit hæc profanum, sponsi comes exulis
Inde venit ad Brandanum jubar ejus oculis
Nocte signum dat arcanum affuturi Præsulis.
Adolescens monachatur . gemellis infantibus
Ejus prece vita datur : regulam sequentibus,
Illis mare transfretatur, immersis corporibus.
Hic insultus et conflictum patitur in transitu
Dæmonumque reddit victum Angelico monitu .
Redivivus portat ictum, quem sensit in spiritu
Vitæ reddit homo mitis Haymonis infantulum
Aperitque compeditis carceris ergastulum .
Furorem matronæ ditis compescit per baculum.
Migrat Sanctus ad coronam, trina morte prævia.
Erchenaldus ob personam ejus, movet prælia
Trahunt boves ad Peronam, Dei providentia.
Excæcata lumen binum resumit mercedula .
Bibens aquam factam vinum languens muliercula.
Fert juvamen repentinum, per ejus suffragia.
Sit laus summæ Trinitati, honor, virtus, gloria,
Qua det nobis ut Beati Fursei solemnia,
Assequamur laureati post mortem in patria Amen.

II.

Læta plaude Hibernia,
Latiniaci mœnia
Choro corusca jubilo,
Pulso [illegible] nubilo
Clarum struit cœnobium,
Fratrum ponit consortium
Aqua saturit baculo,
Sed fixo terræ in arido.

Matronæ

[illegible]

Matrona vobis improba,
Sancti super ecclesiam
Gemit argenti millia,
Tam multa, inquit, perdita,
Fursee, lampas sideris,
Tui memor sis generis :
In nos cum iners jam pendulum
Suum fuderit jaculum;
Clausa natus de virgine,
Jesu spei fons unicæ,
Cum Patre et sancto Spiritu
Pius salvet in transitu. Amen.

VITA

Auctore anonymo, ex veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Fursei vita monastica, extasis

Fuit *a* vir vitæ venerabilis, Furseus nomine, nobilis quidem genere, sed nobilior fide, seculi dignitate inter suos clarus, sed in divinæ etiam muneram gratia [illegible] præcipuus. Hujus viri infantiam sacris quibusdam [illegible] culorum præsagiis apparentibus fulgebat [illegible] etiam Sacerdotibus per divinæ gratiæ providentiam commissus, sacris litteris, et monasticis erudiebatur disciplinis.

2 Crescente vero ætate, et gratia providentiæ erga illum *b* omnium affectus quotidie crescebat. Erat enim [illegible] præcipuus, corpore castus, mente devotus, affabilis colloquio, amabilis aspectu, prudentia præditus, temperantia [illegible], interna [illegible] firmus, constantia justitiæ stabilis, longanimitate assiduus, patientia robustus, humilitate mansuetus, caritate sollicitus [illegible] virtutum decorem [illegible] ornabat, ut secundum Apostolum sermo [illegible] semper in gratia sale esset conditus [illegible] [illegible] et [illegible] plenus, *c* patriam parentesque relinquens, [illegible] Scripturæ [illegible] instructus monasterium in quodam construxit loco, ubi, undique religiosis confluentibus viris, [illegible] etiam de parentibus suis [illegible] sollicitudine exercere curavit.

3 Hac ex causa [illegible] patriam parentesque visitare properaret, ut inter illos sacra verba semina [illegible] [illegible]

[illegible] vespertinalem [illegible]

4 [illegible] caligine circumdari vidisse [illegible]

[illegible]

intelligere, hoc est *f* Exierunt autem obviam Christo. Facies vero omnium, quantum intelligere potuit, Angelorum, pari similitudine videbat, quamvis *g* propter claritatem luminis, *h* perspicacie distinctionem corporeæ non posset videre formæ.

5 Tunc unus ex supernis agminibus armato præcedentique Angelo jussit, ad corpus venerandum reducere virum, suamque secum deferre debere sollicitudinem. Protinus ergo jussioni obedientes Angeli, quo venerant, iter repedarunt. Tunc primo vir sanctus se corpore exutum cognoscens, a sanctis comitibus, quo se deferrent, inquirit, sanctus Angelus a dextris consistens, dixit ei : Oportet te proprium corpus suscipere, quousque delatam reportes sollicitudinem. Tunc vir sanctus [illegible] separandæ societatis Angelicæ affectus, dixit se ab eis separari noluisse. Angelus vero Domini sanctus respondit : Ad te, completa prædicta sollicitudine, suscipiendum revertemur, cantabuntque dimidium versiculum : Videbitur Deus deorum in Sion. Tunc qualiter anima corpus intraverit hujus carminis suavitate lætificata, intelligere non potuit.

6 Tuncque in pullorum cantu, roseo colore vultum perfusus, in momento temporis, Angelicis cessantibus carminibus, audivit verba clamantium ac plangentium, qui paulatim vestimentis superpositis moventibus denudaverant faciem ejus. Tunc vir Dei circumstantibus dixit : Quid, stupentes, [illegible] inquietos [illegible]? At illi respondentes, [illegible] referebant ei ordinem, qualiter vespertinali hora transisset, et usque ad gallicinia cantus corpus exanime in medio servassent. At ille sedens, Angelicam quoque claritatem ac dulcedinem [illegible] revolvens, de quali sollicitudine admonitus fuisset pertractans, mœstus erat, quod non haberet ibidem sapientem hominem, cui ea quæ viderat [illegible] exponere potuisset, ne revertentes Angeli eum invenissent imparatum. *i* petivitque et accepit sacri corporis et sanguinis communionem, vixitque [illegible] die et [illegible].

[illegible]

CAPUT II.

Aliæ extasis, variæ ei a dæmonibus objecta

Media vero nocte tertiæ feriæ, parentibus et cognatis [illegible] [illegible] visitantibus, tenebris irruentibus, pedes ejus frigore ingravati [illegible] [illegible] hymnis [illegible] [illegible] [illegible] audivit horribiles [illegible] [illegible] [illegible] Angelos [illegible]

8 [illegible]

[illegible] 93

Ex MSS. *f* *g* *h*

Redit anima ejus ad corpus.

Ps. [illegible] 83 [illegible]

[illegible]

cacabi intumescente. Quando vero volabant, vel quando pugnabant, nullam corporis formam, nisi horribilem et volaticam umbram videre poterat. Sed quis prudentium lectorum ignorat, hæc etiam de immundis spiritibus ad terrorem videntis animæ fieri? Et facies eorum numquam potuit videre propter horrorem tenebrarum; sicut nec sanctorum Angelorum propter nimiam claritatem.

9 Bellantia vero dæmonia ignitas sagittas jactabant contra illum, sed Angelico scuto omnia tela nequissima extinguebantur. *d* Cadebant vero adversarii ante conspectum pugnantis Angeli; qui quasi rationem posuit cum eis quando dixit: Nolite tardare iter nostrum; quia hic homo non est particeps perditionis vestræ. Contradicente adversario ac blasphemante, injustum esse Deo, hominem peccatoribus consentientem, nihil damnationis habere, cum scriptum sit: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Pugnante vero Angelo, existimabat vir sanctus clamorem pugnæ, et *e* vociferantium dæmoniorum in omnem terram audiri.

10 Cumque victus Satanas, sicut contritus coluber, caput relevasset venenosum, dixit: Otiosos sermones sæpe protulit; et ideo non debet illæsus vita perfrui beata. Sanctus Angelus dixit: Nisi principalia protuleris crimina, propter minima non peribis.

11 Accusator antiquus dixit: *f* Scriptum est: Nisi remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Sanctus Angelus respondit: Ubi se vindicavit, vel cui injuriam fecit? Diabolus dixit: Non est scriptum: Si non vindicetis, sed si non remiseritis de cordibus vestris. Sanctus Angelus excusans, dixit: Indulgentiam in corde habuit, sed consuetudine humana continuit. Diabolus respondit: Sicut accepit in dum ex consuetudine, ita accipiet vindictam a superno Judice. Sanctus Angelus dixit: *g* Judicetur ante Dominum.

12 Ter victus inimicus, viperea restaurat venena, dicens: Si justus est Deus, hic homo non intrabit in regnum cœlorum. Scriptum est enim: Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Hoc verbum minime implevit. Angelus Domini dixit: Judicemur ante Dominum. Prœliante sancto Angelo contriti sunt adversarii.

a MS. [illegible] jucunditatem. b MS. [illegible] præfatos. c MS. [illegible] ingratitudine. d MS. *Bertin.* Canebant. e MS. *S. Bonif. et Bell.* vociferationem. f *De* [illegible] *cap.* 7 *censet hæc* [illegible] Fursei [illegible] Aeltitudo *propter* [illegible] g MSS. [illegible] Judicabimur.

CAPUT III.

Aliæ dæmonum criminationes.

Tunc sanctus Angelus, qui a dextris ejus erat, dixit: Respice mundum. Tunc vir sanctus respexit, et vidit vallem tenebrosam sub se in imo positam, et vidit quatuor ignes ibidem in aere incendi aliquibus spatiis a se distantes. Dixitque rursum sanctus Angelus: Qui sunt hi ignes? Vir Domini se nescire respondit. Cui sanctus Angelus dixit: Hi sunt quatuor ignes, qui mundum succendunt, postquam in baptismo omnia peccata dimissa sunt, *a* post confessionem, et abrenuntiationem diabolo, et operibus ejus, et pompis. Unus enim est mendacii, cum hoc, quod in baptismo abrenuntiare Satanæ et omnibus operibus ejus promiserunt, minime implent. Alter cupiditatis, cum mundi divitias amori cœlestium præponunt. Tertius dissensionis, cum animos proximorum etiam in supervacuis rebus offendere non formidant. Quartus impietatis, cum infirmiores spoliare, et eis fraudem facere pro nihilo ducunt. [illegible] ignis accendit alium, qui per augmenta [illegible], peccata ex culpis [illegible]. Ignibus vero crescentibus *b* in unum, effectus est unus, et illi appropinquabat. Timensque vir Dei [illegible], sancto Angelo eum loquenti ait: Ignis mihi appropinquat. Cui respondit Angelus: Quod non accendisti, non ardebit in te. Licet enim terribilis sit et grandis ignis iste, tamen secundum merita operum singulos examinat; juxta quod uniuscujusque crescit cupiditas, in isto igne ardebit. Sicut enim corpus ardet per illicitam voluptatem, ita et anima ardebit per debitam pœnam. Tunc vidit sanctum Angelum præcedentem, et ignem flammæ dividentem in duos muros utroque latere; et duo sancti Angeli utroque latere ab igne eum defendebant.

14 Vidit quoque quatuor dæmonia immunda per ignem volantia, et bellum horribile in medio ignis construentia. Et dixit unus ex illis: Servus qui scit voluntatem Domini sui, et non facit digna, plagis vapulabit multis. Sanctus Angelus respondit: Quid enim iste de voluntate Domini sui non adimplevit? Satanas respondit: Scriptum est: Dona iniquorum reprobat Altissimus, *c* iste dona iniquorum recepit. Sanctus Angelus respondit: Credidit enim quod unusquisque eorum egisset pœnitentiam. Diabolus dixit: Ante debuit probare pœnitentiæ perseverantiam, et sic fructum suscipere. Munera enim excæcant oculos sapientum, et pervertunt verba justorum. Sanctus Angelus respondit: Judicemur ante Dominum.

15 Fallax diabolus succumbens, in blasphemias contra auctorem erupit, dicens: Usque nunc Deum veracem esse existimavimus. Sanctus Angelus respondit: Quid enim aliud est? Procacissimus dæmon dixit: Quia omne delictum, quod non purgatur super terram, de cœlo promisit esse vindicandum, Esaia Propheta clamante: Quod si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. Hic autem homo non purgavit delicta sua in terra, nec vindictam hic recepit, ubi est ergo justitia Dei? Sanctus Angelus increpans eos dixit: Nolite blasphemare, dum nescitis occulta Dei judicia. Diabolus respondit: Quid enim hic occultum? Sanctus Angelus dixit: Quamdiu speratur pœnitentia, comitatur hominem divina misericordia. Satanas respondit: Sed nullus tamen hic locus pœnitentiæ. Angelus respondit: Profunditatem mysteriorum Dei ignoratis; fortasse etenim hic erit. Diabolus dixit: [illegible] ergo, dum judicandi [illegible] non est.

16 Alius vero satellitum ejus dixit: Adhuc restat illi angusta porta, per quam non nisi pauci intrant, ibi illum superare poterimus, et est hoc: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sanctus Angelus respondit: Vir iste in proximos suos operatus est bona. Adversarius respondit: Non sufficit operari bona, nisi etiam proximum sicut semetipsum dilexerit. Sanctus Angelus respondit: Fructus dilectionis, est bona operari; quia Deus reddet unicuique secundum opera sua. Improbus dæmon dixit: Sed quia verbum Dei, diligendo non implevit, damnandus erit. Pugnante turba nefanda, sancti Angeli victores fuere.

17 Victus sex vicibus diabolus more suo in blasphemiam erupit, dicens: Si Deus iniquus non est, et si mendacium, et verbi illius transgressio ei displicet, vir iste expers pœnarum non erit. Promisit enim seculo abrenuntiare, et e contrario iste seculum dilexit, contra Apostoli præceptum dicentis: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Virum ergo hunc nec propriæ sponsionis sermo, nec Apostoli prohibuit sententia. Sanctus Angelus respondit: Non sibi soli ea, quæ sunt seculi, sed omnibus indigentibus dispensanda dilexit. Nefandissimus diabolus dixit: Qualicumque modo diligatur, contra præceptum divinum est, et contra sponsionem Christianitatis in baptismo.

18 Victus adversarius, Angelis vincentibus, rursus diabolus ad ea illud se convertit *d* ad accusationes, dicens: Scriptum est: Nisi annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus requiram de manu tua; *e* Hic non annuntiavit digne pœnitentiam peccantibus.

Sanctus

Sanctus Angelus respondit: De hoc enim tempore scriptum est: Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus pessimum est. Quando enim auditores despiciunt veritatem, lingua etiam doctoris loqui prohibetur [illegible] ... Accusator autem respondit [illegible] ... tacere

[illegible]

CAPUT IV.

Alia cælestia visa

Inimicorum vero contradictione [illegible] ... prævaluit ... judice Domino, triumphantibus sanctis Angelis, contritis devictisque adversariis [illegible] ... est, societatem Angelorum ... apud se reputabat, quod videlicet, nullus ... [illegible]

[illegible]

20 Tunc [illegible] ...

[illegible]

CAPUT V.

Imminentes orbi calamitates ostensæ, earumque caussæ.

T[illegible] ... præcipiunt. At ille tacens, et Angelis [illegible] ... in momento reversus est, sanctis Angelis eum reducentibus. Præfati vero viri venerabiles spatium poscunt cum eo loquendi, et dicunt: Quid times? Unus dies iter est, quo laboraturus es. Prædicans ergo omnibus annuntia, quia in proximo est vindicta. B. Furseo interrogante de mundi fine, aiunt finem creaturæ jam tunc non esse, quamvis in proximo sit, sed famis et mortalitatis plagis humanum genus esse vexandum ... quod etiam signis solis, radios suos aliquo præterea abscondentis, et in medium lunæ jugiter splendentis, significatum est. Duo vero genera sunt [illegible] ... verba Domini, et [illegible] ... Sicut etiam avaris [illegible] ... sermonis Domini dulcedinem, ... amaritudine [illegible] ... Mortalitatis vero propter Dei [illegible] ... nonnulla sanctæ Scripturæ despexit, si non egerit pœnitentiam, mors illi in proximo est.

22 Et quamvis omnibus divina mandata contemnentibus [illegible] ... maxime tamen super Doctores Ecclesiæ, et Principes [illegible] ...

[illegible]

23 Sunt quoque nonnulli, qui, [illegible] ... Abel [illegible] ...

[illegible]

24 [illegible] ...

humiliter

Ex MSS.

humiliter confiteri, et in quem falsa congessit verba, ab eo indulgentiam supplicare convenit. Blasphemiæ quoque malum, medicamento simili sanatur, id est, per humilitatem subjectionis, et linguæ ab omni inutili locutione refrenationem, atque per orationis instantiam. Contraria enim vitia contrariis virtutibus sanantur. Nec satis est corpus affligere; si animus a malitia et nequitia non curatur. Principes ergo et Doctores Ecclesiæ Christi, animas fidelium ad pœnitentiæ lamentum post culpas provocent, et eas spiritali *f* pastu doctrinæ, ac sacri corporis et sanguinis participatione, solidas reddant. Nolentes vero excommunicent, ne reatum damnationis de neglectis sustineant, ne ulmum pro vite, et alnum pro oliva plantent: dum plus terrenum et infructuosum laborem diligunt, quam caritatem Dei, quæ omnium radix et culmus esse dignoscitur bonorum operum.

25 Contra Doctores irascitur Dominus, eo quod divinos libros negligentes, curas hujus mundi cum omni dilectione agunt. Si enim legentes Prophetarum dicta intelligerent, nec is qui a mortuis resurrexit plus timoris atque compunctionis audientibus, inferre potuit. Sed nemo est qui prohibeat, aut qui propellat. Rex enim et Sacerdos, unusquisque secundum hoc quod scriptum est, quod sibi rectum videtur, hoc facit. Caussa vero et radix omnium malorum est superbia. Populus enim contra *g* regentem erigitur, Clerus contra Sacerdotem, monachi contra Abbatem, filii contra parentes, juvenes contra seniores, superbiendo diversa sentiunt. Sed sicut unusquisque eorum subjectus Prælato sibi non debitam obedientiam humilitatis exhibere, sic justo Dei judicio agitur, ut illi ceteris prælato nullus humiliter subdatur: et quod ab illo superbiente alius injuste sustinuit, ille ab alio per districti judicis justitiam dolens sufferat. Malum ergo superbiæ, quod supernam Angelorum curiam destruendo corruperat, præsens quoque seculum inordinate pervertendo destruit.

Superbia omnium malorum caussa. Judic. 17. 6

a Ita MSS. Ea vero quæ impugnantes eos devicerunt, corde vigili et bonorum operum instantia vincere omittunt. b MSS. Bonif. et Bell. pro multo habentes. c Alii MSS. venturæ. d MS. Hib. gulam et fornicationem leviora existimant. e Albinto f MS. And. partu g Bell. Regem. MS. Rup. docentem se

CAPUT VI.

Monita ei cœlitus data.

Hæc ei dicuntur a S. Beano

Conversus quoque ad B. Furseum præfatus Sacerdos S. Beoanus, qui hæc diligenter perorabat, ait: Vitam tuam, creaturis Dei utendo, serva: omne quod malum est, abnegando respue. Esto sicut fidelis dispensator, nihil tibi præter victum et vestitum vendicans, sicque in auferendo lucro, oro, esto sicut in augendo temperatus. Qui enim sic libenter ablatum sicut datum susceperit, os mutorum aperire poterit, nihil mendicans, nulli negans. Deo odibile est aliena appetere, et propria retinere. Pauperibus enim et cunctis convenit petere, habentibus autem, indigentibus dispensare. Eleemosynæ vero, nullo rogante, dispensandæ sunt pauperibus. Bona quoque in omnes homines operanda sunt, maxime in domesticos fidei. Iniquorum vero dona in pauperes et omni solatio destitutos impertienda sunt. Dona vero Sanctorum pauperibus spiritu, vel vitiis correctis perfrui tribuantur in necessitatibus. Nulla vero discordia in Ecclesia Dei sit: sed qui in plebe præsunt, Apostolico ordini, et doctrinæ sanctæ insistant, qui vero in monasteriis degunt, cum silentio operantes, suum panem manducent.

27 Sed vero nonnulli, qui a doctrinæ sanctæ officio se excusant, et propter curas seculi in publico prosiliunt. Bonum igitur quod agunt, in occulto ponentes, lucem boni exempli proximis abscondunt. seculi vero causas seu contentiones in publico agentes, mortiferum cupiditatis venenum publice cordibus infundunt. Te ergo ipsum nec semper remotum, nec semper in publico decernas: sed quando te remotum esse volueris, [illegible] custodia te ipsum serva, omnia divina observando præcepta. Et quando in publicum processeris, ad animarum salutem, non ad hujus mundi *a* inhianda lucra, animum intentum adhibeto. Sed et si quis tibi prima hora diei dona contulerit, et ante vesperum pœnituerit, sicut libens suscepisti, ita hilaris ei restitue. Nullam quoque patrimonio custodiam, nullam curis hujus seculi intenti cordis diligentiam adhibeas: sed omnibus adversantibus vel contrariis, puri pectoris indulgentia, bona pro malis rependens, pro inimicis supplica Domino. Qui enim pacati cordis lenitatem contrariis et sibi resistentibus illæsam servaverit, omnium ferarum et bestiarum ferocitatem in mansuetudinem convertet. Nullum enim boni operis sacrificium Deo sic acceptabile probatur, quam patientissimi cordis contra omnes injurias lenitatis mansuetudo, per quam omnia adversa ac damna, quasi lucra et prospera, spe futuræ remunerationis lætus Domino juvante suscipit.

28 Duo enim humanæ animæ inimici esse probantur, diabolus et mundus: et unusquisque eorum mutuam vicissim alter alterius dilectionem insinuat, ut per hoc, quod anima mundi hujus illecebris substernitur, ab adversario victa et possessa teneatur. Vade ergo, terræ hujus Hiberniæ Principibus verbum Dei annuntians, ut relicta iniquitate, per pœnitentiam ad salutem perveniant animarum. Tum deinde excellentioribus sanctæ Ecclesiæ Sacerdotibus hæc ipsa annuntia, quod omnipotens Deus habet zelum, Deus enim zelotes est, erga illos qui plus amant seculum, quam ipsum; et neglectis animarum utilitatibus, lucris hujus seculi deserviunt, et ad mortem seram prædicant pœnitentiam: et tunc eorum dona suscipientes, ignem de illorum tormentis perferunt.

S. Furseus jubetur monere Principes et Antistites

Exod. 34. 14.

29 His dictis a B. Beano et Meldano, supernum illud Angelorum simul cum ipso Beano et Meldano in cœlum receptum est agmen; Beatoque Furseo cum tribus Angelis solis ad terram reversuro, maximus appropinquabat ignis. Sed Angelus Domini, sicut et ante, medium dividens findebat ignem. At dæmones arreptum de mediis ignibus virum unum projecerunt super humerum B. Fursei, et maxillam maxillæ ejus impresserunt, humerum et maxillam ejus incendentes. Cognoscebat quoque S. Furseus virum, quod ei vestimentum proprium moriens perdonavit; humerumque ejus ac maxillam incendens, ab Angelo sancto in ignem, unde exiit, projectus est. Angelo autem, qui a sinistris volabat, inter beatum virum et ignem stante, dexter illum Angelus in flammas projecit. Tunc diabolus antiquas repetens fallacias, dixit: Noli repellere, quem antea suscepisti: sicut enim ejus bona suscepisti, sic de pœnis ejus particeps esse debes. Angelus Domini respondit: Non propter avaritiam, sed propter animam ejus liberandam suscepit. Cessavitque ignis. Tunc dixit Angelus Domini: Quod accendisti, hoc arsit in te. Si enim hujus viri, in peccatis suis mortui, vestimenta non suscepisses, nec pœnæ illius in corpore tuo arderent.

Damnati hominis attactu aduritur quare.

30 Prædica ergo omnibus, quod pœnitentia agenda est, et a Sacerdote suscipienda, usque in extremam horam: sed tamen nisi pœnituerit, nihil substantiæ ejus suscipiendum, nec corpus ejus in sancto sepeliendum est loco. Vivo tamen prædicetur acrius, quatenus cor illius amaritudo compunctionis tangat, ut tactum quandoque purgetur, omnibusque pristinis renuntians iniquitatibus, eleemosynas ubertim pauperibus distribuat. Nihil tamen exinde a Sacerdote ei prædicante suscipiatur, sed juxta sepulchrum ejus bona illius pauperibus dividantur, ne in aliquo iniquitatis illius particeps sit.

Nihil accipiendum ab usurariis impœnitentibus.

a MSS. Bonif. et Bell. emenda.

CAPUT VII.

In Hibernia, Anglia, Gallia prædicatum Evangelium.

His atque aliis sanctæ exhortationis sermonibus vir

vir Domini instructus, super tectum ecclesiæ inter sanctos constitit Angelos, suumque corpus considerans, nec parietes domus, nec turbam lugentium, nec ipsa corporis indumenta videre potuit: jubeturque ab Angelo proprium cognoscere et resumere corpus. Tunc ille quasi ignotum cadaver timens, nolle se [illegible] appropinquare respondit. Cui sanctus Angelus: Noli timere, inquit, hoc suscipere corpus, quod sine ulla repugnatione infirmitatis vel vitiorum expugnantium, quamvis invalidum, habere potes. Concupiscentias enim [illegible] in hac tribulatione superasti, ut [illegible] ultra contra te non prævaleant.

32 Tunc [illegible] pectore illius corpus aperiri. Dixitque ei Angelus: Reviviscens corpus tuum [illegible] superfundatur, et nullum dolorem, nisi tantum [illegible], sentire poteris. [illegible] Benedicens omnem [illegible] et sic te [illegible] Exurgens autem vir sanctus quasi ex profunda mortis quiete, [illegible] parentum multitudinem, vel vicinorum, sive etiam Clericorum, ingemiscensque magnitudinem [illegible] [illegible]

[illegible]

33 Egressus inde, verbum Dei per universam Hiberniam prædicabat, et ea, quæ viderat vel audierat, [illegible] populis Scotorum annuntiabat. [illegible] Magnatibus, et Regibus [illegible] humilibus et contemptoribus seculi mitis, [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 His rite gestis, vir sanctus ab omni seculi, atque ipsius monasterii cura alienare se cupiens, cum sapientibus Fratribus tractabat. Habuit enim secum reverentissimos et spiritales viros, qui exemplo tanti viri, et in monasterii probatione, et in diversis laboribus vitæ, ad humilitatis et caritatis gratiam profecerant, inter quos etiam germanos proprios habuit Foillanum, sanctum admodum virum, cui etiam Sacerdotium cum Sanctis *k* Gobbona et *l* Tibulla Presbyteris, monasterii et animarum dereliquit curam: alterum vero Ultanum [illegible], diuturni monasterii probatione [illegible] vitam instructum, multos jam annos ab eodem [illegible] Relictis itaque omnibus curis et rebus, nudus ad fratrem suum Ultanum, [illegible] vita, solus profectus est. Qui habebat [illegible] orationibus [illegible] annum integrum ibidem [illegible]

38 Tunc quibusdam causis ingruentibus, a populo et Rege vir [illegible] ad consilium vocatus, [illegible]

[illegible] Erchenualdo [illegible]

[illegible] mutavit regna.

39 Corpus vero illius [illegible] Erchenualdo [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ex MSS.

MIRACULA S. FURSEI.

CAPUT I.

Miracula in Pontivo et Atrebatibus.

Rem actam atque gestam, fratres dilectissimi, ad memoriam concitemus Confessoris, ut cunctæ proles divulgantes restaurent Ecclesias. Quia Pastor gregis et doctor istud despexit seculum, laudes terrenas, munera regalia, decus Principis; et aulam Christi diligens, penetravit regna polorum, cum Sanctorum millibus, lætus pastor de commisso sibi ovili lætos reportans fructus : nam quos elegit, et amavit, non reliquit post tergum.

S. Furseus regio genere ortus, omnia relinquit.

2 Pius utique Antistes Furseus, largus et humilis qui cum esset ex regali semine, *a* sermone affabili, ad congregandum plebem fidelium promptus, efficax in opere, omnia sibi commendata a Deo diligenter servans, se et omnia sua propria in munus detulit Salvatori. Omnia hæc, ut audivimus et credimus, pro intuitu amoris Dei ultramarinis adimplevit documenta partibus.

3 Ac postremo meruit audire vocem Domini dicentis : Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Et iterum : Qui reliquerit propria, id est, agros, et propinquos, et cetera omnia, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam recipiet. O virtus abstinentiæ, et mortificationis carnis, quæ et hæc omnia custodivit, et docuit! Veniens namque in Saxoniam, ibi a Sigeberto Rege honorifice susceptus est, qui præ gaudio nesciens quid ei opus egisset bonitatis, obtulit ei munera, aurum, et gemmas, et divitias innumerabiles. Ipse vero prædictus Furseus pro nihilo habuit hæc omnia. Sed petiit ab eo *b* aliquem locum, ubi sibi et suis post se venientibus, præpararet hospitium. Rex ejus adquiescens sermonibus non solum eum dilexit, verum etiam post ejus regimen clamans, pro amore Sancti dedit auxilium et consolationem. Tunc vir Domini in ipsa prædicta traditione construxit monasteria, et Ecclesias, quas cum sanctis pignoribus dedicavit. Atque monachos et Virgines ad serviendum Domino cum cura regulari constituit. Quique venientes ad eum debiles et claudos, cæcos atque leprosos, vel etiam qui varias habebant injurias, cunctos salvabat ab infirmitatibus, et cunctis se petentibus dabat necessaria. Qui honorabilior ceteris effectus, cunctis prædicabat remedium pœnitentiæ, et cunctos ab erroribus salvabat.

Matth. 11. 28.
Matth. 19. 19.
Venit in Angliam.
Construit monasteria.

4 Benedictus Pater Furseus omnia sua gubernacula, propriis germanis suis *c* Foillano et Ultano ad custodiendum dereliquit. Angelo admonente petiit a Rege sibi licentiam dari Romam transmeandi, ubi pius ad limina SS. Petri et Pauli et ceterorum Sanctorum orationibus vacaret. Qui ad hæc respondit ei, dicens : Non dimissurum se eum, nisi ei voto vovisset iterum reverti. Cui Domini athleta vovit, auxiliante Domino reversurum se esse. Petentesque omnes ejus benedictionem, deduxerunt eum cum pace ad littora maris. Navigans autem venit in Galliam, ubi statim a Rege Chlodoveo, et Patricio Erchenaldo honorifice est susceptus, data ei a Rege licentia prævidere omnem potestatem suam, ut sibi condignum inveniret. Sed vir Domini iter quod cœperat, petebat ne impediretur. Sed longum est narrare, quanta in partibus transmarinis Dominus per eum dignatus est operari miracula, et huic divino operi ejusdem præcipuum jungendum est miraculum.

Venit in Galliam.

5 Veniens in pagum *d* Pontivum, et in villam quæ dicitur *e* Mageoc, in qua audivit planctum magnum in domo Haimonis Ducis, eo quod *f* filius ejus esset defunctus unicus, quem habebat. Tunc petiit vir Domini illud corpus ad custodiendum per noctem. Quod impetravit, et jussit corpus poni in secreto cellulæ secum, clausoque ostio, flectens genua, et cum lacrymis Dominum deprecatus, pariter surgunt, Sanctus de pulvere, infans de feretro. Mane autem facto, veniens Haymo, cum uxore sua, et cum turba plurima virorum et mulierum lamentantium, cum luminibus ad domum, ubi vir Domini orabat invenerunt vivum, quem mortuum suspicabantur, canentem et laudantem Deum cum viro sancto.

Haimonis Ducis filium resuscitat.

6 Tunc Haimo cum omni populo lætus effectus, glorificans Deum, qui est gloriosus in Sanctis suis, dedit ei possessionem suam, nuncupatam Macerias; et deprecatus est eum, ut ab eo numquam discederet. Vir autem Domini hoc respuens, iter carpebat quod cœperat. Tunc populi vociferantes post eum, osculantes ejus vestigia, petebant ejus benedictionem, quos omnes a variis infirmitatibus sanabat. Sed et Haimo provolutus ad pedes ejus, dixit : Oro te, vir Dei, ut quamvis non simus digni, ut nobiscum continuo maneas, vel tuum transitum nobis manifestes. Vir Domini dixit : Quando in una nocte tres horas fulgoreas videris mutatas, tunc me transiturum scias.

Multos ægros sanat.

7 Deinde veniens in pagum Ambianensem, et in curtem vocabulo *g* Antoilum, super fluvium *h* Corbeiam; ibi obviavit ei vir malignus, et exuens eum pallio suo, et minans eum cum discipulis suis fustibus, et pergens ad domum suam portavit cappam viri Dei, jactans eam mulieri suæ. Et insiliens super eum spiritus malignus, et super uxorem suam, et unicam filiam suam fregit linguas eorum, et filia surda et cæca affecta est, et nullus alteri loquebatur. Secutus est eum vir Domini usque ad domum petens hospitium, et responso non invento, misericordia motus, fecit orationem pro eis, ut indulgentiam acciperent. Meritis Sancti crediderunt simul et sanitatem receperunt. Ipsi conversi ad Deum pro amore Sancti, sed et cuncta propria in munus detulerunt Salvatori.

Spoliatur a latrone.

8 Deinde divino desiderio anhelans, veniensque in Grandem-curtem, in pagum *i* Atrebatensem, petivit diversorium a femina, nomine *k* Ermenfleda, quæ videbatur multas habere possessiones et pecunias, sed minime impetravit. Statim ut vidit vir Domini duritiam ejus, recessit, et in ipsa hora cœpit eam inimicus vexare. Et ecce nuntii post eum venerunt ad invitandum eum dicentes : Serve Dei, ecce vocat te domina nostra : veni libera eam a vexante se : scit enim quod propter te tanta patitur mala. Sed noluit vir Domini reverti ad ejus habitaculum, quia sciebat quid ei evenerat. Attamen compunctus corde pius Pater misit unum ex discipulis suis cum baculo suo ad eam. Ut autem introivit domum dæmon cum tremore exiliens ab ea, mulier facta est sana. Veniens autem post virum sanctum, et provoluta pedibus ejus, se et sua propria ei devota vovens, postea multis vixit annis. O fratres dilectissimi, quam clara et quam pretiosa fuerunt merita Sancti! Non solum namque per ejus manus virtutes clarescebant, verum etiam si baculus, quem in manu frequentissime portabat, super infirmos mittebatur, statim sanabantur. Et illud quod superius memoravimus, quotidie per totam Galliam divulgabatur.

Ermenfledam quoque ... sanat baculo.

a MS. *Corbeien.* decore amabilis. b MS. *Bertin.* aliquod speculum. MS. *du Chesne* aliquod munusculum. c *Ut Desmaius cap.* 14 *scribit* SS. Foillanum *et* Ultanum, *aliosque fuisse Romanæ peregrinationis comites.* d *Ita appellatur regio inter Somonam ac Quantiam sita. Quidam MSS. hic habent* Pontiniacum.

e MS. *Du Chesne* Maiot. *alia MSS.* Magoc. *Hallucinatur Desmaius cap.* 14, *scribens vicum illum, alias Maioc fuisse dictum qui tum appellabatur* Alteia, *Latine* Maceriæ, *Gallice* Massiers, *ac deinceps* Frochens. *De* Frochenio *et* Maceriis *supra diximus* § 4. Maioc *castrum paullo inferius situm fuit ad eumdem fluvium Altaiam, ubi nunc* Hemont *vicus, fortasse de Haymonis Ducis nomine.* f *Desmaius Mallrancus noster.* g *In secunda vita* Antoglius *dicitur Gallice* Antuel, *ut scribit Desmaius.* h Corbeia *in Somonam influit inter Ambianos et Peronam; ab eo nomen nobilissimi cœnobii ductum, quod his ipsis fere temporibus S. Bathildis Regina ædificatum.* i *Celebres olim a Cæsare Atrebates Galliæ Belgicæ populi. Metropolis ab ipso gentis nomine, ut passim alii, Civitas* Atrebatum *appellatur, Gallice* Arras, *Teutonice* Atrecht. k MS. *Bertin.* Ermenefleda; *Corbeien.* Ermenfilde: *Desmaio* Hermesis *dicitur.*

CAPUT

CAPUT II.

Miracula facta Peronæ

Vir Domini [illegible] Erchenaldus audiens ejus famam, obviam ei perrexit, orans et postulans ut veniret ad domum ejus, ad palatium Peronensis vici, et in sacrum baptisma filium suum poneret, *a* et a fonte susciperet. Quod vir sanctus non renuens, sed proximum sicut semetipsum diligens, pariter pergunt. Venientes autem ad locum nominatum, magna fit lætitia.

10 Sed tamen *b* sex vincti in carcere tenebantur in ipso vico. Ipsi, ubi audierunt adventum ejus, clamabant dicentes: Ora pro nobis, serve Dei, propter Deum, quia credimus per tuum adventum nos salvari. At ubi audivit vir Domini, misericordia motus postulavit [illegible] ut dimitterentur: sed [illegible] impetravit. [illegible] vir Domini exspectabat [illegible] Dei, [illegible] Audiens Dominus [illegible] et ecce cunctis videntibus, qui erant [illegible] Prince[illegible] veniam postulaverunt, et [illegible] Deum, eo quod [illegible] venisset [illegible] et adjutorium.

11 Tunc [illegible] Domini Erchenaldus constituit tres domesticos suos, qui virum justum per diversa [illegible] fuissent, et demonstrarent, ut [illegible] fuisset [illegible] Quod et fecerunt. Sanctus vero Furseus ex [illegible] expetivit. Veniens autem in [illegible] fixit baculum [illegible] et [illegible] fons [illegible] usque hodie [illegible] et multis a diversis infirmitatibus præstat medicinam.

12 Contigit autem, ut [illegible] ecce duo [illegible] beato [illegible] Furseo deprecati sunt remedium. At ille [illegible] signaculo, [illegible] eis salutis remedium.

13 Tunc [illegible] Erchenaldus [illegible] gratias egit Deo, qui talem ei virum dedisset, [illegible]

14 [illegible]

[illegible]

[illegible] Cygnoplis [illegible]

CAPUT III.

Miracula in morte et prima translatione

Et post spatium aliquot annorum [illegible] in Saxonia [illegible] Quod [illegible] Hai[illegible] Ma[illegible] Sancti[illegible]

Domini infirmitate corripitur, et Angelica perfruitus visione, præsentia relinquens, ad æterna migravit regna.

16 Sed Haimo neglexit dicta sancti viri, tempus quo transitus Sancti, adveniensque ad prandium suum, vidit B. Furseum cum suis duobus Diaconis, et cum tribus cereis, quos posuerunt super mensam suam, et abierunt. Tunc Haimo stupefactus, interrogabat circumstantes se: Videtis gloriam, quam ego video? Dixerunt se neminem vidisse. Qui dixit eis: Ecce vidi ante me virum [illegible] stantem, qui unigenitum meum resuscitavit, et signa magna nobis demonstravit, *a* cum duobus Diaconis et tribus cereis, quos posuerunt super mensam meam, et abierunt. Credo enim hunc signum, quod mihi *b* mercedem præstabit, et nunc scio quod de corpore migravit. Ergo pergamus ad sepeliendum eum. Tunc ipse cum omni domo sua, et cum cunctis pagensibus, seu cum Clero, vel turba Virginum, cum thuribulis et cereis perrexit ad sepeliendum Sanctum. Qui veniens in locum vocabulo Macerias, [illegible] hymnis atque [illegible] custodiebat corpus Sancti.

17 Audiens hæc inluster vir Erchenaldus Majordomus [illegible] perrexit. Qui veniens [illegible] super fluvium Altera, ubi sancta [illegible] gemma, [illegible] Haimonem Ducem præparatum invenit hostiliter, vigilantem et custodientem corpus. Tunc Erchenaldus dixit Haimoni Duci: Redde mihi [illegible] Alio quin crastinus [illegible] judicet hoc Deus inter me et te. Haimo respondit: Et mihi primogenitum meum resuscitavit. Sed tamen quid inter nos [illegible] Jube ut in crastino jungantur duo tauri indomiti, ut elevent feretrum, et pergant [illegible] jubente quocumque voluerint. Tunc vir Domini Erchenaldus [illegible] effectus dixit: Recte judicasti. Fiat secundum judicium tuum.

18 Factum est autem [illegible] corpus beati viri, atque [illegible] ecce puella cæca [illegible] nativitate, quæ prostrato corpore [illegible] feretrum [illegible] et recepit [illegible] oculorum. [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

Ex Mss. Per innocentes pueros res deciditur.

quam elegerint. et hoc altissimus Judex inter nos hac hora dijudicet, quod placitum sibi fuerit. Respondit Erchenaldus: Prout dixisti fiat. Tunc misit Erchenaldus unum puerum habentem septem annos de parte Bercharii, et Bercharius similiter posuit puerum suum de parte Erchenaldi. Qui statim elevantes feretrum, jubente Salvatore deduxerunt sanctum corpus ad montem Cygnopum. Et prædicti viri post corpus, cum eorum plebe, et cum magna lætitia gaudenter pergunt, ibique cum odoribus magnis condunt; ubi ipse Sanctus prius *f* multorum Sanctorum condidit pignora, id est Patricii, Beani, Meldani, et ceterorum, quos secum detulit.

a *In hujus rei memoriam, tria ante* S. Fursei *aram candelabra visuntur, in quibus olim perpetuo ardere tres cerei consueverunt, teste Desmaio cap* 19. b *MS. Corb* monstravit. c Lugduni Clavati, *sive* Lauduni *Dux erat, ut exponit Desmaius.* d *Desmaius* Bercharium *ait cum* S. Vincentio Madelgario, *ex Anglia venienti Furseo et socius comitem fuisse.* e *Desmaius ait hoc consilium ab Erchanoaldo et Haymone propositum; pueros vero loco taurorum junctos currum traxisse.* f *Ex reliquiæ ubi nunc sint ignoratur, teste Desmaio.*

CAPUT IV.

Alia miracula in prima et secunda translatione.

Sed interim, hoc est intra triginta dies, paratur ecclesia, et ædificatur in honore duodecim Apostolorum. Conjux autem Erchenaldi nomine *a* Leutsinda, furore repleta eo quod tum diligenter diligeret Sanctum, dixit viro suo: Ecce me desolatam cum filiis meis et filiabus derelinquis absque pecunia et possessione, tradens omnia nostra in manus ejus, quem nos ignoramus, qui fuerit, vel ex qua origine ortus est. Cui dixit Erchenaldus: Dulcissima mea Leutsinda, noli talia verba loqui. Leutsinda respondit: Fac me extraneam de tuo consortio, si sic perseveras ut cœpisti. Erchenaldus dixit: Cessa *b* verbosare Leutsinda, quod si furor tuus non cessaverit, eris extranea *c* de potestate mea, et de deliciis, quas tibi tradidi. Leutsinda irata respondit: Utinam numquam pervenissem ad diem illum nuptiarum, unde nunc reproba effecta sum. Erchenaldus dixit: Carissima, si scires quanta nobis venerunt bona a die, quo nobis suam tradidit familiaritatem, numquam in talia proveheres: scito certissime, quod si furor suus contra te *d* eversus fuerit, tu et omnia tua tecum ibunt in perditionem. Subridens Leutsinda dixit: Audite cuncti; homo triginta dies putrefactus, quid mihi faciet mali?

Leutsinda Erchenaldi viri sui pietati obstrepit.

22 Venit autem dies quo templum ædificationis præparatum fuit, hoc est *e* V Idus Februarii. Ibi magna collecta populorum adunata, Erchenaldus dixit. Leutsinda, ecce dies, in qua probare poteris, *f* quæ semper dolose inquiris: hodie, Deo jubente, transferetur Sanctus ad locum quem ei præparatum habeo; et si sic inveneris, ut dicis, centuplum restaurabo tibi pecunias tuas. Tunc Leutsinda læta effecta, perrexit cum turba multa ad locum, ubi sanctum jacebat corpus; jubet discooperiri sepulchrum. Et ideo quia non erat digna videre sanctum corpus, amisit lumen oculorum. Quæ diu jacens in terra juxta Sancti sepulchrum, quicquid a juventute adquisivit, Christo propter amorem S. Fursei vovit. Statim ut credidit, sanata est.

23 Cuncti adstantes gaudio magno repleti, elevaverunt corpus cum magna exultatione, et condiderunt dextra parte altaris Apostolorum Principis, ubi conditum jacuit annis quatuor, ubi et multa patuerunt miracula. Interim parabatur domuncula, in qua jacens tot annos, ab inlustribus viris Eligio, Autberto, et *g* Medardo Episcopis translatum est. Sicque tunc inventum illæsum, quasi eadem hora migrasset e corpore. Ibi cum odoribus magnis clara teguntur membra, ubi et virtutes multæ clarescunt per merita Sancti. Ibi paralytici et leprosi curantur, et dæmoniaci liberantur. Cæci visum recipiunt, atque cuncta necessaria, quæ in fide poscuntur, illic largiente Domino præstantur. Lætus Sacerdos lætam petiit domum. Tristes et mœrore plenos lætos deducit in domum cœlestem.

Infirma ejus eulogias petit.

24 Et illud non est silendum, quod in memoriam reducimus. Erat quædam femina multas habens divitias et possessiones, sed validam infirmitatem patiebatur cum suis hominibus languoris, ita ut nullus alium posset adjuvare: quæ admonita in somnis, ut pergeret ad sepulchrum sancti viri, orationibus vacare, sed præ nimia infirmitate non valuit ire. Tamen compuncta corde, et in fide et amore Sancti, missum suum misit, præcipiens illi, ut cito pergeret ad locum prædictum, et posceret sibi transmittere de eulogiis S. Fursei. Hoc credebat ex fide, quod postea agnovit in facto, et gustu credebat sanari. Servus quo domina imperavit perrexit. Veniens ad virum, cujus sollicitudo præerat monasterio, dicit ei: Domina mea valde infirmatur, obsecrat et petit ut eulogias Sancti ei transmittatis, quia par ipsas credit recipere sanitatem. Qui frater dicit ei: Certe scias nos absque vino esse, nisi tantum unde vix ad Missas oblationes facimus, quia validissima in hoc anno, et in hac terra extitit plaga, tam in populo quam et in fructibus. Ille servus ut audivit verba excusantis, dixit: Domine vel fontem mihi indica ut hauriam, et de ipso deferam, ut ex ipso desiderium suum impleat. Pergens frater monstravit ei fontem, qui ex eo ferens vas plenum tulit dominæ suæ, et cuncta quæ ei contigerant, retulit. Gavisa mulier dixit: Vel ex ipso mihi da quod attulisti. Quæ ut gustavit gratias agens Deo, dixit, quod numquam melius vinum bibisset. Tunc præcepit omni familiæ suæ exinde gustum dare, atque vicinis omnibus. qui ex eo biberunt, elevaverunt merita S. Fursei: et ipsa cum omnibus suis recepit sanitatem: et omnibus hæc res claruit. Postea ipsa veniens cum omni domo sua, et cum parentibus seipsos et cuncta propria Deo pro meritis S. Fursei voverunt, et postea multis vixerunt annis. Crebrescentibus deinceps miraculis, beatæ memoriæ Erchenaldus et conjux ipsius Leutsinda ædificaverunt ei ecclesiam.

Aqua ei in vinum vertitur ea sanatur.

Sepulchrum Sancto fabricatum.

25 Sanctus vero Dei Eligius diligenter fabricavit manibus suis, venerabilis S. Fursei sepulchrum, *h* ubi præstantur beneficia orationibus ejus; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

a *At* Leutsindis b *MS. Hib* verbocinari. *MS Bertin.* verbosa c *MS. Corb* a possessione d *MS. du Chesne.* versus e *Nulla Martyrologia* S. Fursei *translationem vel elevationem eo die referunt, sed V. kal. Martii.* f *MS Corb. et du Chesne*, quem.

g *Flagitiosum mendum, a sciolo librario, qui* Eligio *Noviomensi Episcopo.* Medardum *prædecessorem,* 100 *jam fere annis mortuum, junxit. MS. Hiber, pro* ab inlustribus viris, *habebat* ab illis tribus viris. h *Cernitur etiamnunc, Desmaio teste, fenestella post altare, ubi olim S. Fursei erat sepulchrum, per quam sudaria aliaque lintea demitti solebant, ut attactu sancti corporis sacrata ægris remedium afferrent. Testatur demum Peronam, tum necdum munitam, acriter a Caroli V Imperatoris exercitu, Duce Nassovio Comite, oppugnatam mense Augusto* 1537, *ope S. Fursei præcipue servatam. Laudat certe incolarum pietatem Martinus Bellaius comment. lib.* 8, *ubi eam obsidionem fuse narrat. Adversus quos potissimum morbos S. Fursei imploretur patrocinium, his versibus in hymno ad Laudes recitari solito indicatur*

Febris, spasmus, paralysis,
Calculus, et hernia
Curantur, ac hydropisis,
Breviter et omnia,
Curare quæ nequit Physis,
Sanat ejus gratia

Miracula S. Fursei

ALIA VITA

Auctore anonymo ex veterib. MSS.

PROLOGUS.

Considerans, Reverende Frater, interioribus oculis frondosam, quam me debilem ingredi conaris, silvam, contremisco. At qua ratione tanti viri obedientiam devitare queam, cum dignum sit quod petis, invenire nequeo. Rogas enim solita simplicitate, qu. cuncta,

cuncta, utpote caritatis balsamo perunctus, spiritualisque dulcedinis thymiamate suffusus, quatenus beati Confessoris Fursei vitam et miracula, quae mirabilis Deus in Sanctis suis per eum, nondum etiam matris utero fusum, gesserat, juxta antiquissimas, quas de pluribus locis collegisti, schedulas, in uno volumine constringerem : et quae scriptorum vitio depravata, seu vario hujusmodi genere videntur dissona, sensum servando illaesum, ex arte [illegible] corrigam. [illegible] ponderosum [illegible]. Sed quia [illegible] vires denegant, caritas administrat, ut [illegible] os meum et benedicat [illegible] praetitulati Sancti [illegible], orationibus [illegible] adjutus, [illegible] opus aggrediar.

CAPUT I.

S. Fursei regium genus.

Igitur tempore quo [illegible] quae a Scotia [illegible] Rex [illegible] regna regebat [illegible] Brendinus Rex [illegible] sceptra gerebat [illegible], Regi [illegible] juniori quoque fratri Brendini [illegible] nuncupat. filiam [illegible].

3 Philtanus vero [illegible] Regis filius [illegible] Brendinum Regem [illegible].

4 Postmodum autem divina [illegible] Aelfind [illegible].

5 [illegible] Philtanus [illegible] delectabilis [illegible] juvenum [illegible] Regis Momoniae [illegible].

6 [illegible]

Habitis itaque insuper hujusmodi multoties sermocinationibus, jam jamque *a* in Christiana religione moribus et verbis congruentibus, ad hoc Deo duce perveniunt, quatenus indissolubili amore stabilique contactu, ignorantibus patribus, praesentibus vero quibusdam suorum secretariorum, legitima benedictione secundum Evangelicam institutionem uniuntur.

a Scotia [illegible] Hibernia [illegible] Britannia [illegible] Hibernia [illegible].

b [illegible] Momonia [illegible] Connacht [illegible] Momonia [illegible].

c [illegible] Brendinum [illegible].

d [illegible].

e [illegible].

f [illegible].

g [illegible].

CAPUT II.

Parentes ab avo morti addicti : proscripti.

Concepit [illegible] Philtanus Gelgehen [illegible] suam tradere igni, nisi probabili [illegible] rationabili [illegible].

8 [illegible]

9 [illegible] Aelfind verba loquentis [illegible].

lacrymis præcordialibus in tantum anxiatum, ut difficile posses numerare utriusque sexus personas per terram jacentium ob mœrorem, et cordis et animi alacritate carentium. Videres Philtanum postposito sui timore, amore et dolore conjugis suæ angustiatum. Videres tenerum pectus juvenculæ suspiriis et singultibus ita suffocatum, ut vix posset aliquod exprimere verbum.

Ipsa Deum orat præcipue pro filio.

10 Tandem autem prout potuit expansis ad cœlum manibus in hujusmodi preces erupit : Fons bonitatis, inquit, Deus, cujus pietatis et misericordiæ non est numerus, qui de illibata Virgine dignatus es nasci pro salute humani generis, qui solus nosti quia non ob Veneream voluptatem, sed ad procreandam tibi devotam sobolem, me juxta mandatum tuum legitimo viro copulavi; si prædestinata est corporis mei perditio, fac mecum misericordiam tuam, ne pereat fœtus quem in ventre bajulo, quem in primo conceptu tibi ancilla tua devoveram, supplico. Compositis igitur rogis, imo accensis, Gelgehes ducitur ad comburendum. Quæ intuens flammas, exterrita more feminarum, maximum effudit humotenus imbrem lacrymarum.

Ejus lacrymis fons ortus ignem restinguit.

c Cujus rivulis ut terra maduit, omnipotentis Dei virtute operante, nimius fons aquæ prosiliit, qui ipsos tres rogos superabundans extinxit.

11 Cernens quippe circumfluens populus mirabile signum, quod pro ancilla sua divina peregerat virtus, quanto vi cordis et animi plorando tribuerat, tanto et amplius eo in Deum glorificando hilarescit et exultat, d dulcibusque vocum melodiis modulatur et intonat Exultate justi in Domino, rectos decet laudatio. Et nisi e Ecclesiastica auctoritas prohiberet, quia nulli resistere regiæ potestati licet, unanimiter astans plebs ad eum puniendum insurgeret. Videns itaque Aelfiud filiam ab incendio divina clementia liberatam, non ausus eam vexare amplius, jubet eam cum viro et familia sua utcumque maritimum non redituram transfretare litus.

Relegatur cum marito.

a Desmaius ... prodit, odium Aelfiudi adversus Christianos et probrum quod sibi interrogatum censebat ... b In vita S. Foillani ... ita narratur hoc portentum : Omnibus attonitis super nova acerbitate rei, subito vox clara audita est ab omnibus : O Adelphe ... Quod Deus conjunxit, homo non separet. Consternantur omnes stupore ... vox prodierit ... Angelicam ... c Desmaius ... d Addit idem, multos ad religionem Christianam amplectendam fuisse conversos. e Interpretatur Desmaius, adfuisse viros Ecclesiasticos qui ... publica sua præsentia coercuerint, ne sæviret in fugam.

CAPUT III.

S. Fursei nativitas, sancta adolescentia.

Erat autem Phyltano apud a Esbrem insulam patruus, nomine b Brendanus, Antistes venerandus, gemina scientia, morumque honestate in Dei servitio egregius, qui in insula, quæ c Clymnaferta vocatur, monasterium construxerat, in quo cum religiosis ibidem degentibus monachis, ipse idem plurimum lectioni, et orationibus vacabat. Ad d hunc nepos suus Phyltanus cum uxore et familia sua properavit, quæ sibi in juventute sua contigerant multo singultu interrumpente verba enarravit, angustiarumque suarum remedium, necessitatumque subventum humillimis precibus exoravit. Quorum passionibus venerabilis Pontifex compatiens, in cella hospitum, quæ idonea habebatur, illos recepit, multisque ferculis et deliciosis cibis illos, licet commanies escæ sufficissent, refocillavit.

Ad S. Brendanum proficiscuntur.

13 Sequenti vero nocte, dum fessa membra soporis quiete recreassent, tanta lux de cœlo supra domum hospitum claruit, ut Procurator ejus in ea hospitii contemplans claritatem, si et igneum calorem sensisset, totum habitaculum combustum indubie putasset. Perterritus itaque et quasi in extasi mentis positus surgit, et concito cursu anhelans Episcopum adivit : quem solita vigilia noctis flectendo genua orantem reperit remque quam viderat trementibus labiis seriatim intulit. Intelligens vir Deo plenus cœlestem custodiam esse cum hospitibus susceptis, convocatis sub silentio religiosioribus monachis et Clericis, ad hospitium properavit : adveniensque claritatem quidem per totum vidit, sed nihil ignei caloris igneæve læsionis sensit. Introiens autem Præsul reverenter dormientes reperit, gaudensque et lætus facto circumquaque sanctæ crucis signo eis benedixit, ac deinceps pedetentim ad monasterium rediit, assuetisque orationibus, ut Deo devotus, incumbit.

14 Orto vero crastino lucifero, nondum tamen mane facto eximius rumor indigenarum aures perculit, qui eis Phyltanum Regis Fundlogæ filium cum uxore sua Aelfiud Regis filia adventasse publicavit Quamobrem parentes ejus, (plerique enim ibi erant) et nobiliores incolæ acceleraut, multoque munerum apparatu felices advenas visitant, honorant, et ditant.

Accolarum donis juvantur.

15 Dum autem hæc agebantur, completis mensibus suis Gelgehes peperit, beatumque partum venerabili Episcopo in nomine sanctæ et individuæ Trinitatis baptizandum obtulit. Sanctus quidem Pontifex quoniam jam in eo per revelationem charismata Spiritus sancti infusa cognoverat, indicto triduano jejunio cum omni Clero et populo suo, puerum diligenter suscepit, atque sacrosancti baptismatis fonte renatum, nomine Furseum, quod ex virtutibus in nostra locutione de Scotica lingua interpretatur, vocavit.

S. Furseus nascitur baptizatur.

16 Quem non solum divitiis carnalibus deinceps coaluit, verum etiam divinarum doctrinarum facillime factu applicatum paginis ad plenum erudivit, nihilominusque monasticis eruditionibus instituit. Felix ergo in utroque puer superna repletus gratia, se hominibus amabilem, studiisque docibilem ultra spem humanam exhibuit, et quod a beatis doctoribus prudenti ingenio didicerat, in pio pectoris armario memoraliter condidit. Et ne in eo sapientia damnaretur abscondita, nec patrifamilias displiceret ad multiplicandum sibi credita defossa pecunia, assiduis prædicationibus, prout juvenilis ætas perpeti poterat, fructificare divina verba studuit necnon extirpando vitia messem Christi quoquo modo suffocantia, quæ sermone inando edocuit bonorum operum exemplis adimplevit. Namque supra mortalium vires, exhibuit sese esurientibus cibum, sitientibus potum, nudis vestimentum, languentibus medicamentum, hospitibus domicilium, mœstis gaudium, desolatis refugium, debilibus subsidium, contritis extitit consolatio, labentibus fortitudo, oppressis defensio, miseris locupletatio. Et ut breviter reliqua concludam, ingenuus imitator Apostoli omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret.

Litteris et pietate instituitur.

Adhuc juvenis prædicat.

Omnia omnibus.

a Desmaius Elbreen, atque in oceano fuisse.
b Colitur S. Brendanus, sive Brandanus, 16 Maii, ubi de ejus admirandis per oceanum erroribus agemus.
c Illus Clu-anferta, Desmaio Clonferta dicitur, quod hic addit monasterium illud S. Brendani fuisse instituti Benedictini, alii commenti.
d Neque enim, ut in vita S. Foillani dicitur, ad patrem suum Fundlogam redire audebat, quem offensum etiam ejus tacebat, quod inconsulto eo uxorem duxerit. Tantum vigor paternæ censuræ in filios vigebat apud illos.

CAPUT IV.

Mortui ab eo suscitati, alia miracula.

Evenit autem interea tunc temporis cujusdam Brendini Regis cognati filium et filiam, quos, ut fit sæpius, uxor sua uno partu pepererat, insimul obiisse, et quia juvenilis ætatis et multæ fuerant spei et probitatis, tantum dolorem compatriotis excrevisse, ut nullatenus possent eorum corpora humari, a quærentibus omnibus præ dolore phrenesim patientibus ea membratim rapi. Consilium ergo fuit

[illegible] ad alterum, transmarinæ ad sepeliendum ea B. Brendano Episcopo [illegible] mitti, et illuc usque a vespillonibus nocturno itinere deferri. Qui mandata venerunt, et juxta Regis edictum juvencula corpora in navi sua condunt, iter arripiunt; sed ubi disposuerant, prospera quamvis aura, nequaquam pervenerunt. Mutata namque divino nutu sententia, ad B. Fursei cellulam adeunt, eoque nesciente tenera de navi corpora educunt, et ante ostium cellulæ suæ deponunt, retroque pedem illico properando faciunt. Ecce summo diluculo beatus juvenis Furseus incipiens more solito monasterium adire, cum ostiolum aperuisset, consanguineorum suorum corpora ante se nuda prospiciens, toto submissus corpore Deum, cui omnia vivunt, lacrymabiliter suppliciter invocat, quatenus misericordiæ suæ respectu, secundum immensam miserationum suarum multitudinem dissoluta corpora reducere animis faciat. Nondum tota oratione completa, cum dicto quidem alacriter de terra juvenes surgunt et sese ad invicem conspicientes, neminem autem præter Sanctum videntes, in se ipsis mirantur et erubescunt. Quos Dei servus in cellula clausit, quibus pro necessitate indumenta attribuit. Deinde ad laudem et gloriam nominis Dei, secum ad ecclesiam duxit, ubi Domino Deo condignas grates per totum diem reddidit.

18 Quo facto, quid animi juvenes haberent vir Dei interrogat [illegible] ad patriam, nisi [illegible] deesset illis, se habere confitentur, et ut [illegible] supplicibus precibus deprecabantur. [illegible] Regulo [illegible] Phylitanos [illegible] totius [illegible] hactenus nescii, [illegible] quo casu [illegible] se habere videant, [illegible] dubitantes, [illegible] Furseus medullitus [illegible] tactus, [illegible] scriptoris hastilam, quam manu tenebat, in mare [illegible] et ut ad portum [illegible] paternam [illegible], et eis ut in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui [illegible] pedibus super mare [illegible] et B. Petro Apostolorum Principi [illegible] vestigia [illegible] sequerentur præcepit. [illegible] Confestim ac si [illegible] Sancti [illegible] Quam sequentes [illegible] fines attingant, [illegible] Quos [illegible] pedes [illegible] et paullo post [illegible] Quid [illegible] et [illegible] signum reperire debent [illegible].

19 [illegible] et quo ductu venissent, [illegible] Furseum [illegible] meritis [illegible] et [illegible] et [illegible] Furseum [illegible] servire et venerari [illegible]. Audiens itaque Rex et indigenæ [illegible] præter Sancti [illegible] et nomen, [illegible] sese suis [illegible] die noctuque committunt.

20 Unde [illegible] et [illegible] odii stimulis contra [illegible] exardere [illegible] beato [illegible] Brendano, [illegible] Rathmath

nuncupatam transit, in qua, secus locum Ebren vocitatum, venerabile monasterium cum necessariis cellis suis ædificavit, magnamque congregationem religiosorum monachorum ibidem Deo largiente constituit.

21 Interea vero fama tanti viri indiguum avum suum Aelfind vera relatione circuit: qui supplex et humilis, emollita vecordia, inspirante Spiritus sancti gratia, cum fratribus suis, videlicet Brendino atque Feradach, multisque primatum suorum, satis laudabiliter advenit: et viso Sancto, humi se cum comitatu suo projecit, aspersoque pulvere capite, et cooperto scilicet corpore, pro præteritis peccatis et maxime pro offensa, quam inconsultus in Gelgehen venerabilem filiam suam exegerat, veniam postulavit. Quem vir sanctus de ferocitate sua primo duriter increpavit, deinde colloquiis divinis eum dulciter mitigavit. Qui protinus apud præfatum filium impetrata venia, et pii nepotis absolutione promerita, filiam suam cum genero suo Phylitano, ac familia sua, secum hilaris et lætus ad propria reduxit. Eadem vero tempestate Finnbloga Rex Mumoniensium viam universæ carnis ingressus hominem exuit, et venerabilis Phylitanus a primatibus regni requisitus, paternum in regnum successit.

a [illegible]

b [illegible]

CAPUT V.

Variæ in ecstasi visa.

B[illegible] B. Furseus gratia plenus, [illegible] et sacræ Scripturæ studiis [illegible] in monasterio quod in prædicto construxerat loco, [illegible] undique versus ad eum confluentibus, [illegible] parentum suorum, fratres quoque etiam suos germanos F[illegible] et [illegible] documentis curavit.

23 Quamobrem cum [illegible] parentes visitare disposuisset, ut in eis spiritualibus [illegible] corporis [illegible] corripitur, atque ad [illegible] Dum vero ad cellam [illegible] spiritu ab hora diei [illegible] visus est [illegible] Angelos [illegible] se supportare. [illegible] non poterat. Quarum [illegible] juxta Ezechielis Prophetæ visionem, [illegible] corpora tegebant. Tertium quoque Angelum [illegible] et ful[illegible] suavitatis [illegible] per [illegible] est supportantes, [illegible] Sancti [illegible] Deus [illegible] Quod [illegible] et [illegible] spiritu [illegible] et resumpto corpore [illegible] Quo [illegible], et [illegible] permittunt.

24 [illegible]

bus, Dei servus surrexit, et quæ in spiritu viderat et audierat, mane facto convocata congregatione et omni plebe seriatim ostendit. Collegerat namque ipsam tenebrositatem, per quam ductus fuerat, mundum originalis peccati caligine circumdatum, et tres Angelos quos unius faciei, unius claritatis, uniusque modulationis conspexerat, sanctam et individuam in unitate Trinitatem secundum Patriarchæ Abrahæ fidem credendum. Collegerat eorum corpora niveis pennis involuta, quæ ad plenum intueri non valuit, hoc quod Joannes Apostolus et Evangelista profunditatem altissimæ divinitatis sentiens dixit: Deum nemo vidit unquam, sicuti est. Intellexerat duas pennas quæ corpora tegebant, timorem fidelium et pœnitentium. De quo timore Apostolus: Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. De ipsa quoque pœnitentia, Non sunt, ait, condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Intellexerat pariter duas pennas, quæ ad cœlum tendebant, amorem et spem; de quo amore ipse Doctor gentium exultans ait: Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini Jesu Christi. Et B. Gregorius: Amor Dei numquam erit otiosus. Operatur etenim magna, si est. De spe siquidem ista sæpe dictus Apostolus, Nostra, ait, conversatio in cœlis. Intellexerat quoque scutum candidum et micantem gladium, scutum fidei et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ut hac autem armatura adversus insidias diaboli resistere populum admonuit, et ut his invigilaret dulcibus colloquiis erudivit. Versiculum sane quem cantaverant Angeli, ad scalam, quam Jacob Patriarcha vidit erectam, comparavit: cujus stipites dilectione Dei et proximi eriguntur, gradus quoque ejus patientia, caritate, concordia, humilitate, ceterisque virtutibus construuntur. Quas prout quisque fidelis amplectitur ascensus sibi ad cœlum præbetur.

25 Postquam autem vir sanctus his et aliis hujusmodi sacris alloquiis, circumastantes ingurgitavit, et uti sibi Angeli spoponderant, majus certamen sibi futurum adversus infestationes dæmonum imminere prædixit, populo licentiam redeundi ad propria, benedictione data concessit. Residens quippe in cellula Angelicam claritatem, quam perspexerat, et dulcedinem quam senserat, compunctus mente revolvit, sollicitudinemque circa subjectos sibi indictam bisque quaterque, immo assidue præcordialiter pertractavit. Nihilominus quoque lugebat, et conquerebatur non habere secum aliquem tantæ dignitatis tantæque sapientiæ virum, a quo posset necessarium utriusque salutis expetere consilium; ne revertentes Angeli illum invenirent contra promissum certamen imparatum. Tandem post multimoda ab imo pectoris emissa suspiria, orationesque lacrymabiliter, flexis multoties genibus, ad æternum Deum fusas, viaticum animæ suæ, quasi in extremis positus, sacro sancti corporis et sanguinis Christi communionem devote postulavit, devotius et accepit, triduumque in vigiliis, et jejuniis ac sanctis orationibus, nondum ex integro corporis sanitate recepta, peregit.

c Ita Desmaius. At prior vita: ad paternam commigravit domum.

CAPUT VI.

Alia ecstasis; quæ in ea visa.

Tertia vero nocte media subito visitantibus illustrem virum parentibus et cognatis multisque vicinis, tenebris irruentibus, pedes ejus frigore ingravati durueruut, manibusque in oratione extensis, lætus excepit mortem ad horam.

Sequentia fere ad verbum cum prima vita conveniebant, a cap. 2, n. 7, usque ad cap. 7, num. 39, sequentia ita hic reperitur

CAPUT XII.

Gesta in Gallia, obitus, Translatio.

Ad Galliarum littora dimissus, ordinatis omnibus navigavit, ibique a Francorum Rege *a* Flodoveo, et Patricio Erchenaldo, honorifice susceptus, monasterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, construxit, qui nomine prætendit qualiter hunc a molesta incursione latere Deus voluerit. Nam hinc silva peropaca tegitur, hinc *b* Materna aqua honestatur; hinc multiplex et delectabilis pratorum planities, hinc fecundissimarum vinearum floret densitas. His quasi quibusdam gemmulis resplendens supradictus locus pulchritudinis muneribus, delectabilis viri Dei nimium apparuit obtutibus, quem in parte sui delegat, præsentiaque sui honorat. Ecclesias namque in prædicto fundo ædificat, quarum unam in honore Domini Salvatoris, alteram vero in memoria B. Petri Principis Apostolorum consecrat; tertiamque vili quidem construit opere, sed quotidiana usque nunc miraculorum mirificat amplitudine, quæ in ejusdem B. Fursei honore a posteris dedicata, multis præbet tam animarum quam corporum dona salutaria.

58 Inter cetera hujus sancti viri virtutum spectacula, prædictum Latiniacensem locum per hunc suum fidelissimum famulum omnipotens Deus mirabili decoravit gloria: unde ampliatæ laudis fama per multa terrarum regnet spatia. Nam ut Domini nostri virtus ostenderet, quanta hic apud eum haberet meritorum privilegia, dum hic vir beatus in latere constructi cœnobii baculum figit in solo arenti, mox valde perspicuus et delectabilis *c* fons usque adhuc indeficiens emanavit aquis, quæ multis profuerunt, et in præsenti proficiunt ad recipienda multimoda sanitatis commoda, per mirabilem Dei nostri potentiam, et per hujus sancti viri laudabilem gratiam. Quæ nos in præsenti attingere nolumus, quoniam in descriptione miraculorum hujus dilectissimi Dei Fursei, quæ divina per eum operata est potentia, postquam ad cœli scandit sidera, ea narrare adjuti ipsius Sanctissimi meritis præstolamur. multisque prætermissis miraculorum titulis, quibus prædictum locum honestaverat manens adhuc in fragilitate corporis, illud admirabile adnectimus, quia dum quodam die hic vir beatus Latiniaco resideret, duos energumenos ad se venire videt, quorum motus miseria, signaculo Crucis, amissæ salutis reddidit donaria.

59 Pro his tantis virtutibus sancti viri fama circumquaque dilatata, tandem ad aures nobilissimi Patricii Erchenaldi pervenit, quæ omnipotens Deus per suum famulum in prædicto loco parare voluerit: quorum nimio excitatus amore, ad Sanctum Dei quantocyus festinat venire, Deoque omnipotenti multas reddidit gratias et laudes, quia B. Furseo *d* Latiniacus inter ceteras ejus placuisset possessiones.

60 Per aliquot etenim dies prædicto Patricio manente cum beato viro, cordis sui desiderium aperit, velle se scilicet ad palatium Parisiense remeare, ut inibi aliquid decoris strueret, ut si fortasse venienti quandoque beato viro isdem locus placuisset, ditioni suæ in perpetuo subjugaret, corporisque sui præsentia quoad viveret nobilitaret, ubi se Patricius vitæ ponendo finem, si Deus permitteret, tumulare juberet. Laudabilem hujus viri audiens deliberationem magno lætatur gaudio, dicta perfici jubet accelerato studio. Qui Patricium illico confirmans benedictionibus lætatum remisit ad prædictum locum cum magnis exsultationibus. Latiniacoque ipse residens, egregiis cœpit quotidie pollere virtutibus, Deo semper et ubique serviens.

61 Unde Jesu Domini athleta invictissimus, non solum per totam Galliam vel Saxoniam magnis attollebatur

[illegible] laudum præconiis, sed etiam illud Hiberniense [illegible] talenta se [illegible] Dam- [illegible] sanctitatis [illegible], ut audivit, [illegible] Nam B. Æmilianus, [illegible] simplicitate [illegible], [illegible] Fursei [illegible], quam dudum compererat, quia [illegible] augmentari audiebat, per se ipsum [illegible] assumptis quibusdam fratribus, ad Beati [illegible] præsentiam devenit. [illegible] denique post longos [illegible] recursus, illa [illegible] Hiberniensis [illegible] Latinæ [illegible], Sanctum Dei [illegible], quam comperissent, videntes [illegible] virtutibus [illegible] [illegible] in Christo Domino [illegible].

62 Succedenti vero tempore postquam eumdem locum Deus noster per beati viri meritum, [illegible] probabilium virorum honestavit numerositate, [illegible] beato viro velle fuit, ut Saxoniam revertens Foillanum et Ultanum [illegible] visitare deberet. Qui sanctum virum [illegible] Latiniacensi [illegible] [illegible] in [illegible] Haimonis Ducis, nomine [illegible], [illegible] [illegible] Principis [illegible].

63 [illegible] et quia fidelium omnipotens Deus [illegible] [illegible] post Evange- [illegible] hodiernum diem specialiter ejus sanctæ memoriæ consecrat.

64 Corpus vero illius [illegible] Erchenoaldo Patricio retentum [illegible] ecclesiæ, quam sibi in [illegible] Perona [illegible]. Et [illegible] ecclesiæ dedicatio intra triginta dies [illegible] [illegible].

65 [illegible] culorum, Amen.

[illegible]

LIBER II.

MIRACULA S. FURSEI.

PROLOGUS.

G[illegible] Confessoris Fursei, [illegible] Fratres, [illegible] [illegible] Justa quidem exhortatio, [illegible] [illegible] est oneroso viro, nedum mihi qui obtusi ingenii existo, [illegible] vellet tra- [illegible], non defi- [illegible] ætate. Tamen ego [illegible] libenti animo [illegible] historiam [illegible], prout Deus donaverit, accingar.

CAPUT I.

Miracula S. Fursei in Pontivo.

Egregius itaque Christi Confessor Furseus [illegible] utilitatis ecclesias, quas in Hibernia et in contiguis insulanorum regionibus construxerat, desiderio visendi Apostolicam Sedem, patriam parentesque relinquens, per insulanorum [illegible] discipulorum [illegible] transiret [illegible], et circumquaque [illegible] semina divini verbi spargendo, in Britanniam [illegible] Normanniam [illegible] Veniens autem per [illegible] in Haimonis Ducis, [illegible]

3 [illegible] Dux [illegible] tendere [illegible] contendit.

4 [illegible] *b* Ambianensem pagum, quatenus juxta [illegible] [illegible]

pessime angustiavit, linguæque donum subripuit, et visu pariter et auditu privavit. Vir autem Domini per Spiritum sanctum sciens miserias eorum, quasi hospitandi gratia subsequens ad domum accessit, et ut erat simplex introspexit, per domum errantes, et sese laniantes vidit. Clamavit, et qui respondeat non reperiens, tenere ingemuit. Tandemque super desolatam domum misericordia motus, sese ad terram projecit, et preces Domino Deo voluntatis cordis sui multiplici ploratu indices effudit. Quibus impetrata venia pristinæ saluti miseram familiam reddidit, et eos sua pauperibus largiri pro amore Jesu quam pluribus divini verbi eloquiis tota nocte erudivit. Mane vero sacri baptismatis unda, quam non attigerant, ablutos Catholicæ fidei commendavit, et valedicens illis gressum quem cœperat arripuit.

Eam ipsum a dæmonio liberat,

et baptizat

a *At quis provinciam, quæ nunc* Normannia *dicitur,* Britanniam *appellavit? Quanquam nec in Normannia, ut nunc quidem limites sunt,* Pontivus *est, sed in Picardia inferiore; caputque Pontivi* Abbatis-villa *ad Somonam.*

b *Desmaius per ipsam urbem Ambianorum scribit transisse.*

CAPUT II.

Miracula in Atrebatibus, iter Romanum.

Hospitium sibi negatum

Proficiscens autem servus Dei inde, infra Atrebatensium pagum, ad villam, quam indigenæ Grandemcurtem vocant, properavit: ubi inclinante jam sole, fatigatus ex itinere, a quadam matrona nimis et supra affluentia divitiarum superabundante, diversorium solius noctis expetiit, quod minime impetrare valuit. Scriptum namque est,

Intolerabilius nihil est quam femina dives.

ob avaritiam plexa a dæmone

Secedente vero Domini Sancto, confestim dæmoniacus spiritus introiens domum miseram invasit, eamque variis vexationibus graviter allisit. Nam quanto vir Dei longius a domo illa secedebat, tanto mortalius ipsam prædictam matronam, Ermesindem nomine nuncupatam, malignus spiritus oppilabat. Cognoscens ergo misera se summum Regem offendisse, eo quod servum suum noluerit hospitio suscipere, cœpit lamentabilibus vocibus post Sanctum Dei clamare. Quod videntes servi ejus, plerique enim erant, concito gradu ululantes beatum peregrinum sequuntur: et re multis suspiriis, multisque singultibus, necnon multis lacrymarum rivulis, ac si nescisset, notificata, ut redeat et languenti barbaro linguæ subveniat, deprecantur. Noluit autem beatus viator repedare, sed confidens in eo Domino, qui non derelinquit sperantes in se, cui famulabatur die et nocte, tota mentis et cordis intentione, baculum, quo se sustentabat, per unum ex discipulis suis remisit: et ut inde in nomine Jesu Christi tangeretur præcepit. Quo facto dæmon effugit: et ipsa illico sanata quantocyus surgens cum omni comitatu suo post virum Dei cucurrit, provolutaque pedibus ejus, cum omni familia, et cognatis et amicis suis, se et sua quæcumque videbatur habere, Domino Deo devovit: et in famulatu ejus permanens postea multo tempore fideliter vixit.

... baculo liberat

6 Beatus vero vir Furseus cœptum exsequens iter, per offendicula Burgundiæ, per pericula Italiæ, per assaltus *a* Passerellæ, per fraudes Papiæ, per perfidiam Sutriæ, per insidias Carbonellæ, gaudens et lætus sine impedimento, per singulas civitatum ecclesias, visitando sanctas sanctorum, et exorans ea pro salute totius peccatoris populi, adusque Montem gaudii perveniens astitit, et contemplans Urbem, pluribus circumstantibus peregrinis, ut mos est, ita inquit: O Roma triumphis Apostolorum superexaltata, Martyrum rosis decorata, Confessorum liliis candidata, Virginum palmis dulcorata, meritis omnium roborata, quæ tot et tanta continens sancta Sanctorum corpora, esto salutata, ut nunquam succumbat auctoritas tua, sanctorum Patrum dignitate et sapientia hactenus roborata, quia corpus Christi, videlicet beata mater Ecclesia viget solidata.

Peregrinatio ...

7 Sic locutus genua flexit, et per totam convallem illam adusque gradus ecclesiæ S. Petri properavit: ibique tantillum, quod penes se habebat, viaticum pauperibus erogavit: ac iterum flexis genibus rigansque marmoreum, ut est, pavimentum rivulis lacrymarum, ad corpus usque S. Petri pervenit: ibique multas orationum preces pro se et totius mundi salute effudit. Deinde circumeundo per Urbem singulas ecclesias, oransque assidue pro peccatore populo, ibidem multos dies fecit. His ita peractis, sollicitus, gregum, quorum curam Deus sibi commiserat, redire disposuit: acceptaque ab *b* Apostolico viro sui suorumque absolutionis benedictione, et multifario usus in eo de utraque vita consilio, retro gradum posuit.

Repens visitat sepulchrum S. Petri, omne viaticum dat pauperibus

a *Quæ hic memorantur loca, præter* Papiam, *sive* Ticinum, *Insubrum urbem, et* Sutrium *Hetruriæ, ignota sunt nobis.*

b *Desmaius narrasse ait* Furseum S. Martino Papæ *quæ olim viderat, quemque inde assidue perpetiebatur morbum. Sed cum audisset Pontifex ter cum singulis hebdomadis, medicorum consilio, in ejus morbi remedium, carnibus vesci, ea re offensum sinistre de ejus vitæ integritate sensisse, ideoque nocte insequente eadem correptum ægritudine: qua cum dire cruciaretur, perquiri tota Urbe Furseum jussisse, utque sibi ignosceret cum lacrymis obtestatum: ac mox sanatum, malo in Furseum, qui tantisper eo levatus fuerat, quasi remigrante. Tum varias oblatas ei a Pontifice dignitates, rogatumque ut saltem Romæ commoraretur: sed cum prædicandi munus, sibi divinitus impositum obtenderet, Episcopum tandem consecratum cum Foillano fratre, multis donatum Sanctorum reliquiis, quas ille Latiniaci deposuit, et baculo pastorali ad figuram sceptri conformato. De Foillano suo loco agetur. Testatur Molanus a Cameracensibus ut Episcopum coli:* non quod proprie nominis Episcopus fuerit, *inquit,* sed quia quorumdam locorum Apostolus fuit. *In quibusdam Martyrologiis* Episcopus, *in pluribus* Abbas, *et* monachus *appellatur. Certum saltem videtur, falli Ferrarium et Saussaium, quorum hic in Supplem. Martyrologii Gallicani, ille in generali Catal. SS. ad 28 Septemb. scribunt in Hibernia Episcopum fuisse, sed abdicato Episcopatu in Gallias venisse.*

Romæ gesta a S. Furseo

An Episcopus fuerit

CAPUT III.

Gesta ab eo in Anglia.

Intellexit autem quamplurimis referentibus magnificam de se famam pro virtutibus, quas per eum fecerat misericors Dominus, per Gallicas partes convolasse, et maximam plebem se præstolantem, sui absentiam, ob varias ægritudines, quas partim animæ, partim corporis patiebantur, deplorare. Quamobrem favorem populi ne ab eo diriperetur in aliquo, declinare studuit, et ea caussa repedando ad provinciam Orientalium Anglorum tendens, *a* per Saxoniam quæ sub ditione Regis Sigeberti degebat, gradum divertit. Sed quia tam clarum, tam lucidum Domini sidus nullatenus poterat sub modio abscondi, egregius rumor adventus sui aures præfati Regis perculit: qui ei callidiores quos habuit exploratores, ne ejus transitu occulto falleretur, obviam misit: et ipse idem, ut cum partibus suis inesse præsensit, cum magno comitatu utriusque sexus ad eum alacriter exiit, vidensque illum, adeo regiam celsitudinem humiliavit, quatenus se in occursum ejus ad terram prosterneret, et benedictionem postularet. Qua data, benignus Rex surrexit, et pedes cum eo, Sanctum Domini ad palatium suum reverenter adduxit.

Vitans laudes humanas, redit in Angliam

Honorifice excipitur a Sigeberto Rege

9 Postmodum quoque multa pretiosissima auri et argenti et secularium honorum munera ei obtulit, et sese cum omni regno suo sanctitati suæ commisit. At ubi vir Deo plenus coram sibi posita munera prospexit, ab imo cordis suspiria traxit, et condolens generi humano labentium rerum cupiditate decepto, Regi et primatibus suis dixit: Omnibus, carissimi, a Christi nomine dictis, qui se jubet venerari in pauperibus suis, nosse expedit, quoniam ea donaria Domini Salvatoris militibus et athletis non conveniunt, quæ tinea comedit, vetustas erodit, fur consumit. Referantur igitur ista munera eis, qui volubilitate et illecebris fragilis mundi capti incerti errant, qui nondum felicitatis æternæ gaudia desiderantes, tenebris obcæcati carnalibus ad ea non suspirant. Nobis autem vobiscum in hac convalle lacrymarum,

exigentibus

exigentibus peccatis nostris, licet adhuc commorantibus, tamen in quantum fragilitas humana permittit, ad ea respirantibus, placeat Regi et primatibus suis quantulum locum dare, quo monasterium ad Deo, cui militamus, serviendum, ex suis sumptibus pro sua suorumque salute, et regni sui stabilitate possimus ædificare, et aliquos sedentes in tenebris et umbra mortis ad verum lumen, qui via, veritas est, et vita, ne pereant, revocare.

10 Hæc et his similia, quæ Spiritus sanctus suggessit (sicuti suis fidelibus Dominus promisit, Cum steteritis ante Reges et Præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini) ab ore sancti viri procedentia, Rex et Palatini percipientes, illius petitioni [illegible] adquieverunt, et locum mari vicinum, silvis annexum [illegible]. Et omnes [illegible], prout unicuique suggerebat possibilitas sua, Deo [illegible] servientibus necessaria in præsenti, et in futuro [illegible] [illegible]

[illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

[illegible]

monachus factus pie vitam egit. Multa similia campanarum portenta in vitis Sanctorum Britanniæ et Hiberniæ occurrunt, et communi quidem satis testata ut videre est in S. Columbæ vita per S. Adamnanum. Hanc Fursæi campanam ... fuisse scribit Desmaræus, ut si tonante cœlo, aut ... tempestate tali pulsata fuerit, quam late ... ejus pervenit clangor, omnino ... secundum annum 1432, ... certa experientia testari Joannem Michaum.

c Desmarai ... in Hiberniam Furseum scribit, atque in Clunicolo oppido ... ædificasse monasterium. ... [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Reditus in Galliam ibi gesta.

Quod Rex Francorum [illegible] et Patricii ejus [illegible] virum Dei per diversa [illegible] quæque inveniretur, diverticula, quærere fecit, inventumque ad se honorabiliter adduci præcepit, quem honorabilius suscepit. [illegible] esset regia sublimitas per aliquot dies [illegible] et quanta retributio [illegible] habeatur [illegible] Regum [illegible] Domini [illegible]

[illegible]

13 Intelligens ergo Patricius [illegible] Regis [illegible]

[illegible]

Ex MS.

capti tenebantur, ante se vident illæsos adstare, et magnis vocibus humani generis redemptorem, qui precibus servi sui eos solverat, glorificare. Quod cernens Patricius, quasi in ecstasi mentis positus obstupuit, et ad pœnitentiam tanto miraculo reductus, duritiam cordis sui frequentibus suspiriis emollivit, fletibusque propriis culpam lavit : et procidens ad beati viri pedes veniam postulavit, quam cum absolutione impetravit. Quapropter quicumque diversis ægritudinum doloribus angustiati ad eum confluebant, et omnes cujuscumque regionis benedictione ejus pro antidoto accepta incolumes fiebant.

Plurimos ægros sanat

16 Interea egregius Christi Confessor locum sibi idoneum ad habitandum juxta Regis edictum dari postulavit, quod Patricio inedicibiliter placuit, et ad eum inquirendum tres sibi sagaces viros angariavit; quatenus ubicumque Deo largiente reperiretur, sibi et suis ab illis perpetualiter concederetur. Vadit Sanctus, vadunt et illi, quamplurima loca circumeuntes, donec ad collem, qui Latiniacus vocabatur, veniunt : ibi gradum figunt, eo quod salubri aere temperatum herbiferis nemoribus obsitum, pratis et vineis amœnum, fertilibus terris pharetratum, salutiferis arboribus decorum, situm super irriguum piscibus Maternæ fluvium, a populari accessu longe positum cernunt. Placuit quippe locellus ille præ cunctis in oculis sancti viri : sensit enim quoniam Deus multa signorum prodigia inibi per eum providerat operatum iri. Quæ, ut in ejus sancti viri prætitulata planius vita claret, summa Dei potentia peregit; sed ea pusillanimitas nostra, ne sint fastidio legentibus, sub silentio præteriit.

Latiniaci amœnus situs.

CAPUT V.

Obitus, funus Peronam delatum.

Constructis igitur uti prælibatum est Latiniacensibus ecclesiis, et ineffabilibus virtutum prodigiis, per diversa terrarum regna dilatatis, forte venit beato viro in desiderium mentis quatenus Saxoniam adiret, et fratres suos, quos ibi reliquerat, visitaret. Perveniens itaque ad possessionem Haimonis Ducis, Macerias nuncupatam, quam sibi obtulerat, quando filium suum a mortis vinculo ibidem absolverat, prænuntiante sibi Angelo viam universæ carnis ingreditur : sed prius vocem patrisfamilias dicentis sibi, audire gratulatur : Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui.

S. Furseus moritur

18 Non immemor autem sponsionis suæ, Duci, qui multo longius aberat, ad prandium sedenti cum duobus Levitis apparuit, et tribus cereis ignea claritate rutilantibus coram eo positis, ab ejus oculis evanuit. Tunc Dux circumsedentes et adstantes interrogavit, utrum aliquis eorum vidisset mirabile signum, quod ipse viderat. Denegantibus ergo omnibus se aliquem ibi præter solitum vidisse, cœpit Dux visionem suam exponere, et quia vir sanctus, secundum promissionem suam, sibi præsignaverat se de hac luce migrasse. Festinans igitur de prandio surgit, et ad sanctum Dei virum humandum cum omni domo sua urgendo calcaribus equos tendit. At ubi ad Macerias pervenit, cunctis pagensibus congregatis tam monachis quam Clericis, ac virginum turmis, cum aromatibus beato margarito ad sepeliendum congruentibus, ad illud reverenter introivit, et tantas exequias hymnidicis Deo vocibus celebravit.

Haymoni Duci apparet

19 Vir autem illustris Erchenaldus audiens viri sancti obitum, multo coadunato armatoque exercitu, quantocyus in prima noctis vigilia velocius ad sanctum corpus properat, et ad illud rapiendum galeatus iter accelerat. Veniens autem juxta Macerias super fluvium Alteyæ astitit, et quoniam Haimonem Ducem sanctum corpus loricato jam milite custodientem et excubantem intellexit, legatos ad eum in hæc verba direxit : Rogat te Patricius et monet, quatenus sancti viri corpus, quem Rex sibi ad baptizandum filium suum credidit, et qui sibi Latiniacum cœnobium cœlesti virtute plenum construxit et sacravit, multimodisque miraculorum prodigiis illustravit, non differas reddere; quatenus quem vivum non poterit reducere, vel defunctum Regi desideranti possit præsentare. Sin autem distuleris, pro certo potes scire, quoniam cras probabitur armorum *a* certamine, cui nostrum debeat præsentialiter advocatus esse.

[illegible]

a

20 Ad hæc Haymo : Mihi prius, inquit, cœlorum Rex isthic ubi jacet eum adduxit : istic filium meum resuscitavit : et multo majus videtur mortuum suscitare, quam puerum baptizare. Hinc elegit, ut patet, ad cœlestia regna properare, et mihi longius absenti exitum suum, ut spoponderat, indicare. Indignum quippe est ut cujus meritis credimus languidos curari, in ejus præsentia sani vulnerentur, et cujus præsentia credimus mortuos resuscitandos, in ea versa vice occidantur. Jungantur ergo, si visum fuerit Patricio, duo tauri indomiti, et currus eis cum beato corpore apponatur, et ubi divina providentia eos direxerit pacifice nos sequamur. His auditis Legati velociter redeunt, et Ducis propositum Patricio referunt. Cui utriumque omnes unanimiter assentiunt, et quantocyus fiat Patricio suggerunt.

Tauris indomitis junctis deducitur

21 Factum est autem dum currus aptaretur, quatenus quædam mulier indigena omnibus pagensibus nota, a natali suo die cæca, inter aptantes sese interserit; quæ mox, ut pallio, quo sanctum corpus tegebatur, oculos suos tetigit, lumen recipit, et hilaris et gaudens per turmas excubantium, quantam Deus misericordiam meritis beati Confessoris sui fecerat, ostendit. Idcirco uterque exercitus projectis armis ante sanctum corpus in orationes conveniunt, et cœlesti Regi in Sancto suo Furseo gratias condignas reddunt.

Cæca visum recipit

22 Summo vero diluculo omni populo in orationibus postrato, ut pactum fuerat, tauri junguntur : qui sola Dei dispositione prævia, ad Peronam recta via proficiscuntur : quos Erchinaldus et sui tripudiantes et exultantes sequuntur.

Tauri recta Peronam ducunt

23 Iterea vero claudus in medio itinere jacens transeuntes et beatum corpus sequentes vocibus jam raucis appellat, et ut eum adusque currum deferant orat. Quem viri misericordes manibus suis supportantes ad vehiculum detulerunt, exspectantes quid de eo fieret, currum sistunt. Qui mox ut feretrum tetigit, sanitatem ex toto recepit, ac projectis, quæ habuerat, sustentaculis, Domini Dei potentiam in B. Furseo collaudans, donec ad Peronam præcucurrit, et quid sibi pius Dominus intercessione Confessoris sui fecerit omnibus patefecit.

Claudus tacto feretro gressum recipit

24 Contigit autem, quod adhuc in eodem loco populo cum curru quiescente, necnon Deum pro viso miraculo glorificante, Bercharius Laudunensum Dux effreni impetu cum multo milite galeatus advolat, et sanctum corpus interrogat, ac nisi permittatur sibi Patricium morte infestat. Ait enim : Jure mihi contigit illius corpus habendum, cujus ego primus citra mare dux iteneris fui, et sumptibus meis procuravi : et quidquid meæ facultatis erat, sibi pro suo incomparabili amore seque sequentibus possidendum in secula concessi. Idcirco dum adviveret me revisere voluit, si tu permisisses.

Bercharius Dux corpus S. Fursei repetit

25 Comperientes itaque utriusque partis astutiores Bercharii furorem, ad eum placandum se applicant, et rem tantam, tam sanctam, tam incertam, divino judicio probandum adjudicant. Quod Bercharius non renuens, in duobus septem annorum pueris constituit, data eis facultate eundi accepto curru quorsum placuerit. Qui mutuatim ab utraque parte electi solutis tauris, currum tamquam viginti aut triginta annorum essent arripiunt, et celeri cursu ad montem Cygnopum divina virtute adjuti deducunt; ubi uterque

Duo pueri 7 annorum feretrum Peronam deferunt

uterque Dux et Patricius multis supplicationibus compuncti sanctum corpus deponunt, et in *b* porticu ecclesiae, quae needum perfecta nec dedicata fuerat, venerabiliter condunt. Agnoscens itaque uterque Dux Dei et sancti sui Confessoris dispositionem, resistere nolunt, sed potius facta alterutrum pace multas illi lacrymas fuderunt, ac deinceps ad propria subtristes tamen repedarunt.

[illegible]

CAPUT VI.

Iterata corporis translatio, miracula.

Exultans igitur Erchenoldus pro tanto thesauro a Deo sibi concesso, totis nisi ecclesiam, sicuti Sancto adhuc in carne posito promiserat, studiosius amplificare contendit, quam infra triginta dies Deo largiente peregit. Unde Leutsinda uxor sua commota proinde [illegible] plena egreditur [illegible] verbis [illegible] Quaero, ait, [illegible] quae te [illegible] filios [illegible] attrahit? Non est hoc [illegible] dignitatis [illegible] Cui Herchenoldus: Verbum, inquit, [illegible] est. [illegible] Deus, ex quo [illegible] prosperitatibus [illegible] probaverit, et nobis peccatoribus praestiterit. Vere namque scriptum est:

Varium et mutabile semper
Femina.

Permittat ergo te stulta, contra Sanctum Dei ne [illegible], et dum licet, ne irascatur, citissime veniam pete. Cui illa: Scito, inquit, o Domine, quoniam [illegible] tricesima dies est hodie [illegible] tumulatus [illegible] jam ex parte putrefacta [illegible] Erchenoldus [illegible] Confido, ait, [illegible] virtute [illegible] devotus servivit die ac nocte, [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible] Patricius [illegible] in primo [illegible] B. Furseus [illegible]

collegas suos Patricium, et Beoanum, atque Meldanum tumulaverat, quorum animas in visione, quas mirandas sustinuit daemonum impropera, viderat, et duo patrocinia pretiosorum Dei servorum, quae secum detulerat, exceptis illis quae de Jerosolymitanis partibus allata, [illegible] sub [illegible] quorum meritis usque in hodiernum diem Rex coelestis multis virtutum signis locum illum honestavit.

29 Post quadriennium vero praedictus Patricius cum uxore sua thesauros suos, et eos quos divina virtus in praedicta ecclesia thesaurizaverat, B. Eligio Noviomensium Episcopo tradidit, et ut inde S. Furseo [illegible] feretrum fabricet cum omni Clero supplicavit. Quod vir venerabilis [illegible] sibili opere polivit, et ad Sanctum inthronizandum, beatum virum Autbertum convocavit. Qui ad elevandum venerabile corpus de sarcophago accedentes, ita illud sanum invenerunt, ut fuerat illa die qua posuerunt. Quod prae gaudio lacrymantes, ut erat Clerus et populus, detexerunt, et post hac condigna veneratione [illegible] Februarii, qua die coeli palatium adivit, in feretro clauserunt [illegible] B. Petri Apostolorum Principis altare [illegible]

30 Sequenti vero anno [illegible] Francigenas [illegible] [illegible]

[illegible]

EPILOGUS.

Elucidatis, carissime frater, vita et miraculis egregii Confessoris Fursei, secundum quod [illegible] scheda [illegible]

Ex Ven. Beda a b

prout potuimus; notari volumus quoniam *a* majorem ceteris visionem *b* præter nominum et verborum lapsus, non attigimus : eo quod Venerabilem Bedam, qui ejus mentionem in Anglorum gestis pulcherrime facit, eam, ut est incompti calami, pertransisse cognovimus. Quæ licet inculto sermone scripta videatur; tamen perspicacius utilitatem suam scrutanti, ad salutem omnium Catholicorum honestissima, et tenaci memoria retinenda probatur. Quæ autem præfatus ille prudens historiographus exinde scripsit, idcirco subter annotavimus, quia testimonium ejus de ipsa visione contra remordentes improbos, pro scuto fidei opponere gaudemus. Unde tamen sanctorum virorum plurima exempla (B. Gregorio venerabili Papa in Dialogo suo attestante) habentur, quæ ad dirimendas detrahentium linguas sufficiunt, ubicumque fideliter proferantur.

a *Hinc patet aliam extitisse vitam prolixiorem; nam quæ in priore vita narrantur visiones, eas hic auctor non omisit, sed totidem verbis retulit.* b *Videtur legendum* propter.

ALIA VITA EX BEDA, l. 3, hist. c. 19.

S. Furseus venit in Angliam.

Verum dum adhuc Sigebertus regni infulas teneret supervenit de Hibernia vir sanctus, nomine Furseus verbo et actibus clarus, sed egregiis insignis virtutibus; cupiens pro Domino, ubicumque sibi opportunum inveniret, peregrinam ducere vitam. Qui cum ad provinciam Orientalium pervenisset Anglorum, susceptus est honorifice a Rege præfato, et solitum sibi opus evangelizandi exequens, multos et exemplo virtutis, et incitamento sermonis, vel incredulos ad Christum convertit, vel etiam credentes amplius in fide atque amore Christi confirmavit.

Multos convertit

2 Ubi quadam infirmitate corporis arreptus, Angelica meruit visione perfrui; in qua admonitus est, cœpto verbi ministerio sedulus insistere, vigiliisque consuetis et orationibus indefessus incumbere : eo quod certus sibi exitus esset, sed incerta ejusdem exitus hora futura, dicente Domino : Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Qua visione confirmatus, curavit locum monasterii, quem a præfato Rege Sigeberto acceperat, velocissime construere, ac regularibus instituere disciplinis. Erat autem monasterium silvarum et maris vicinitate amœnum, constructum in castro quodam, quod lingua Anglorum Cnobhersburg, id est, Urbs Cnobheri vocatur. Quod deinde Rex provinciæ illius Anna, ac nobiles quique augustioribus ædificiis ac donariis adornaverunt.

Cœlesti visione animatur. Matth. 25. 13. Construit monasterium

3 Erat autem vir iste de nobilissimo genere Scotorum : sed longe animo nobilior, quam carne. Ab ipso tempore pueritiæ suæ curam non modicam lectionibus sacris, simul et monasticis exhibebat disciplinis : et quod maxime Sanctos decet, cuncta quæ agenda didicerat, sollicitus agere curabat. Quid multa? procedente tempore et ipse sibi monasterium, in quo liberius cœlestibus studiis vacarat, construxit. Ubi correptus infirmitate (sicut libellus de vita ejus conscriptus sufficienter edocet) raptus est e corpore : et a vespera usque ad galli cantum corpore exutus, Angelicorum agminum et aspectus intueri, et laudes beatas meruit audire. Referre autem erat solitus, quod aperte eos inter alia resonare audiret : Ibunt Sancti de virtute in virtutem, et iterum : Videbitur Deus deorum in Sion.

Ejus patria, institutio, monasterium, raptus. Psal. 83. 8.

4 Qui reductus in corpore, et die tertia rursum eductus, vidit non solum majora Beatorum gaudia, sed et maxima malignorum spirituum certamina, qui crebris accusationibus improbi iter illi cœleste intercludere contendebant : nec tamen, protegentibus eum Angelis, quicquam proficiebant. De quibus omnibus, si quis plenius scire vult, id est, quanta fraudis solertia dæmones et actus ejus, et verba superflua, et ipsas etiam cogitationes, quasi in libro descriptas replicaverint, quæ ab Angelis, sanctisque ac viris justis sibi inter Angelos apparentibus læta vel tristia cognoverit, legat ipsum, de quo dixi libellum vitæ ejus; et multum ex illo (ut reor) profectus spiritalis accipiet : in quibus tamen unum est, quod et nos in hac historia ponere multis commodum duximus.

Iterum et iterum rapitur

5 Cum ergo in altum esset elatus, jussus est ab Angelis qui eum ducebant, respicere in mundum. At ille oculos in inferiora deflectens, vidit quasi vallem tenebrosam subtus se in imo positam. Vidit et quatuor ignes in aere, non multo ab invicem spatio distantes : et interrogans Angelos, qui essent hi ignes, audivit hos esse ignes, qui mundum succendentes essent consumpturi : primum mendacii, cum hoc quod in baptismo abrenuntiare nos Satanæ, et omnibus operibus ejus promisimus, minime implemus : secundum cupiditatis, cum mundi divitias amori cœlestium præponimus : tertium dissensionis, cum animas proximorum etiam in supervacuis rebus offendere non formidamus : quartum impietatis, cum infirmiores spoliare, et eis fraudem facere pro nihilo ducimus. Crescentes vero paullatim ignes usque ad invicem sese extenderunt, atque in immensam adunatæ sunt flammam.

Ignes 4 mundum succendentes

6 Dumque appropinquassent, pertimescens ille dicit Angelo : Domine, ecce ignis mihi appropinquat. At ille : Quod non incendisti, inquit, non ardebit te. Nam etsi terribilis iste et grandis esse rogus videtur, tamen juxta merita operum singulos examinat : quia uniuscujusque cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore per illicitam voluptatem, ita solutus corpore ardebit per debitam pœnam. Tunc vidit unum de tribus Angelis, qui sibi in tota utraque visione ductores affuerunt, præcedentem ignis flammam dividere, et duos ab utroque latere circumvolantes, ab ignium se periculo defendere. Vidit autem et dæmones per ignem volantes, incendia bellorum contra justos struere. Sequuntur adversus ipsum accusationes malignorum, defensiones spirituum bonorum, copiosior cœlestium agminum visio : sed et virorum de sua natione Scottorum, quos olim sacer dotali gradu non ignobiliter potitos fama jam vulgante compererat, a quibus non pauca, quæ vel ipsi vel omnibus qui audire vellent, multum salubria essent, audivit.

Ab his defenditur per Angelos. Edocetur de multis

7 Qui cum verba finissent, et cum Angelicis spiritibus ipsi quoque ad cœlos redirent, remanserunt cum B. Furseo tres Angeli, de quibus diximus, qui eum ad corpus referrent. Cumque præfato igni maximo appropriaret, divisit quidem Angelus, sicut prius, ignem flammæ : sed vir Dei ubi ad patefactam usque inter flammas januam pervenit, arripientes immundi spiritus unum de eis quos in ignibus torrebant, jactaverunt in eum, et contingentes humerum maxillamque ejus incenderunt. cognovitque hominem, et quod vestimentum ejus morientis acceperit, ad memoriam reduxit. Quem Angelus sanctus statim apprehendens in ignem rejecit. Dicebatque hostis malignus : Nolite repellere, quem ante suscepistis. Nam sicut bona ejus peccatoris suscepistis, ita et de pœnis ejus participes esse debetis. Contradicens Angelus : Non, inquit, hoc propter avaritiam, sed propter salvandam ejus animam suscepit. Cessavitque ignis, et conversus ad eum Angelus, Quod incendisti, inquit, hoc arsit in te. Si enim hujus viri in peccatis suis mortui pecuniam non accepisses, nec pœna ejus in te arderet. Et plura locutus, quid erga salutem eorum qui pœniterent, esset agendum, salubri sermone edocuit. Qui postmodum in corpore restitutus, omni vitæ suæ tempore signum incendii quod in anima pertulit, visibile cunctis in humero maxillaque portavit, mirumque in modum quod anima in occulto passa sit, caro palam præmonstrabat.

Hominis damnati attactu aduritur a quo munera ante donata acceperat. Retinet adustionis signum.

8 Curabat autem semper, sicut et antea consueverat, omnibus opus virtutum et exemplis ostendere, et prædicare sermonibus : ordinem autem visionum

Visionum ... narrat

visionum suarum illis solummodo, qui propter desiderium compuncti onis interrogabant, exponere volebat. Superest adhuc quidam Frater senior monasterii nostri [illegible] dixisse sibi quemdam multum veracem et religiosum hominem, quod ipsum Furseum viderit in provincia Orientalium Anglorum, illasque visiones ex ipsius ore audierit; adjiciensque quod tempus hiemis fuerit acerrimum et glacie constrictum, cum sedens *a* in tenui veste vir iste inter [illegible] propter magnitudinem memoriæ timoris vel suavitatis, quasi in mediæ æstatis *b* caumate sudaverit.

9 Cum ergo, ut ad superiora redeamus, multis annis in Scotia verbum Dei omnibus annuntians, tumultus irruentium turbarum non facile ferret, relictis omnibus quæ habere videbatur, ab ipsa quoque insula patria discessit, et paucis cum Fratribus per Britones in provinciam Anglorum devenit. Ibique prædicans verbum Dei, ut diximus, monasterium nobile construxit.

10 Quibus rite gestis, cupiens se ab omnibus [illegible] [illegible] monasterii negotiis alienare, reliquit monasterium, et [illegible] fratri suo [illegible] et Presbyteris [illegible] et Dicullo, et ipse [illegible] liber [illegible] vitam finire disposuit. Habuit alterum fratrem, vocabulo Ultanum, qui de [illegible] monasterii [illegible] ad æternitatem vitam pervenerat. Hunc ergo [illegible] [illegible] totum annum cum eo in [illegible] [illegible]

11 [illegible] monasterii [illegible] et monasterio quoque [illegible] dimissis, ordinatis omnibus, navigavit in Galliam, ibique a Rege Francorum *c* Lothovio, vel [illegible] honorifice susceptus, monasterium construxit in loco [illegible] nominatur. Ac non [illegible] [illegible] ultimum [illegible] [illegible] Peronna, [illegible] donec [illegible] Quod cum post dies viginti sex [illegible] et [illegible] de porticu ablatum, prope altare esset recondendum, inventum est ita illæsum ac si eadem hora de hac luce fuisset egressus. Sed et post annos quatuor constructa domuncula cultiore receptui corporis ejusdem ad orientem altaris, adhuc sine macula corruptionis inventum ibidem digno cum honore translatum est, ubi merita illius multis sæpe constat Deo operante claruisse virtutibus.

Exanime corpus ejus adhuc integrum post 4 annos, transfertur

12 Hæc et de corporis ejus incorruptione breviter attigimus, ut quanta esset viri sublimitas, legentibus notius existeret; quæ cuncta in libello ejus sufficientius, et de aliis contubernalibus ipsius quisquis legerit inveniet.

a [illegible]
b [illegible]
c [illegible]

III. TRANSLATIO S. FURSEI.

a Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, XV Calendas Octobris, Dominica post Octavam Nativitatis B. Mariæ Virginis, præsentibus *b* Domino Ludovico Rege Francorum illustri, et venerabilibus Patribus *c* Vuermundo Noviomensi, *d* Guillermo Belluacensi, et *e* Rodulpho [illegible], Dei gratia Episcopis, præsentibus et aliis multis religiosis viris, Abbatibus et aliis, ac multitudine Christi fidelium congregata; translatum est pretiosum corpus gloriosi Confessoris Christi, B. Fursei Peronensis per manus Episcoporum ipsorum, [illegible] Rege prædicto, et [illegible] reposit[illegible] et collocatum in ecclesia Peronensi. In cujus rei memoriam nos Ludovicus Dei gratia Rex Francorum prædictus, una cum sigillis prænominatorum Episcoporum præsenti scripto sigillum nostrum apponi fecimus et appendi.

a [illegible]

DE S. TOZZONE, SIVE TOZONE, EPISCOPO AUGUSTANO.

Tozzo *Augustæ Vindelicorum Episcopus, XVII Kal. Februarii* [illegible]. Inter Sanctos [illegible] *Raderus* [illegible] de *Sanctis Germaniæ*, et in *Catalogo Episcoporum Germaniæ* cap. 8, S. Tozzo, [illegible] Wandelensis construitur Augustanæ Ecclesiæ Episcopus a Rege Gallorum, Pipino, S. Magni precibus [illegible] anno Domini 753. Præfuit annis 12 [illegible] S. [illegible] [illegible] Episcopus [illegible] [illegible] XVI Januarii, [illegible] *Augustanorum*, [illegible] 1614 [illegible] X Tozzo. Inter Sanctos [illegible] S. Magni [illegible] [illegible] anno 676, XVII Kal. Febru[illegible] [illegible] SS. *Udalrici et Afræ* [illegible] 663. Tozzo Presbyter, consuetus S. Magni Abbatis, in Episcopum Augustanum eligitur. [illegible] 676. Tozzo Episcopus cum magna [illegible]

2 [illegible] *Udalrici et Afræ* [illegible] [illegible] corporibus Martyrum [illegible] et Confessorum [illegible] conspicua, quæ per varios casus non semel perdita, et rursus detecta, hinc inde [illegible] translata denuo anno 1618 [illegible] honore in laudem [illegible] [illegible] [illegible] et infra [illegible] [illegible] Episcopi Confessores Augustani, sanctitate celebres, [illegible] suas reliquias. Primus est S. Wichterpus [illegible] S. Tozzonis. Alter, Tozzo ex [illegible] Episcopus [illegible] *Udalrico* [illegible], [illegible] 1601, [illegible] *XIII Januarii* [illegible]

3 Cum ille Presbyter [illegible] S. Galli religionis [illegible] qui noctu [illegible] S. Magni [illegible] admiratus S. Magni [illegible] [illegible] quod divino impulsu ad Alpium fauces animo agitabat Wichterpus [illegible] Episcopum sublegeretur, effecit Tozzo [illegible] Magnum [illegible] [illegible] et Dei [illegible] [illegible] [illegible] Magnus [illegible]

Vita magna[illegible]

Ex variis.

ses, superfuit; XVII Kal. Feb. anno circiter DCLXXVI mortuus. *Ferrarius in generali catalogo ejus natalem refert XIII Januarii :* Augustæ Vindelicorum B. Tossonis Episcopi, *citat tabulas Episcoporum Augustanorum; sed quas? certe in supra citatis dicitur* obiisse XVII Kalend. Februar. *Addit* XVII, Episcopum fuisse, et floruisse sub Pipino Rege, *allegatque Democharem, a quo, uti et ab aliis, decimus Episcopus numeratur.*

Vita plenior ex Actis S. Magni, editis et MSS.

4 *Quo autem tempore vixerit eruendum ex vita* S. Magni, *quam VI Septemb. illustrabimus : ex ea hoc loco excerpimus, quæ ad* S. Tozzonem *spectant. Henricus Canisius tomo 1. Antiq. Lection. ex membranis monasterii S. Magni ad pedem pontis Ratisponæ vulgavit vitam illam S. Magni, quæ tertiæ editioni operum Surii inserta est. Eadem extat MS. in monasterio S. Maximini prope Treviros, et in monasterio SS. Udalrici et Afræ Augustæ. Inter scriptores vetustos Alamannicarum rerum ex bibliotheca Melchioris Goldasti excusa etiam est, duobus libris distincta paucis mutatis, nonnullis etiam omissis.*

Incertus Theodoro descriptis

5 *Auctor apud Canisium præfigitur* Theodorus monachus S. Galli, et Campedonensis Abbas primus. S. Magni discipulus. *Inter Alamannicos scriptores dicitur* S. Theodorus Eremita. *Unus idemque est. Ereniticam vitam duxit potius quam monasticam in cella Campidonæ erecta, ubi diu post ejus obitum monasterium celebre fundatum est a Regina Hildegarde uxore Caroli Magni, tum necdum Imperatoris. Theodorus infra num. 11, jussu Tozzonis Episcopi a se testatur scriptam S. Magni vitam, seu potius vitæ ejus compendium in* pyctacio, *aut* epitaphio, *ut Canisii exemplar habet. Quod qualecumque fuerit utinam proferre quis posset?*

Justus ab Ermenrico Elwangensi

6 *In editione Goldastina utriusque libri titulo additur* *cum* ab Ermentico Elewangensi monacho emendatum *et* distinctum esse, *et* Ermenrici *hujus* supplementum *esse, quod ultimis capitibus post mortem S. Magni adjicitur. De Ermenrico ita Possevinus noster :* Ermenricus Germanus monachus, et Abbas Elwangensis VII Congregationis Luxoviensis, post an. Do. 800, scripsit Dialogum de vita et miraculis S. Hariolphi Abbatis primi Elwangensis, *de quo agemus XIII Augusti. Idem quoque Ermenricus descripsit S. Solæ Abbatis vitam, quam dabimus III Decembris; in qua Rabani meminit tum Fuldense monasterium administrantis, qui dein factus Episcopus Moguntinus est an. Ch. 847, ut dicemus IV Februarii. Nonnulli in*

Sed emendandus

hac S. Magni vita nævi reperiuntur, qui cum legitima pugnant Chronologia Dicitur S. Magnus discipulus fuisse S. Columbani in monasterio Luxoviensi, Faucense monasterium extruxisse tempore Pipini Regis Galliarum, et tamen septuaginta tribus tantum vixisse annis, cum S. Columbanus circiter an. Ch. 610, discesserit Luxovio, Pipinus Rex sit renuntiatus anno Ch 752. Hinc alii seculo septimo, alii octavo floruisse Magnum, Wichterpum, Tozzonem volunt Non Rex hic Pipinus, sed Major Domus fuit Regum Austrasiæ, quibus tum Suevia parebat, Clotharii, Dagoberti, et S. Sigeberti, obiitque anno Christi 646, Febr. 21, quo die ejus vitam dabimus Ita ergo ratio temporis describi ex hac vita potest

Chronologia vitæ SS. Magni et Tozzonis

7 *Regnum Austrasiæ obtinuit Chlotarius a morte Theodorici, cæsis hujus filiis et avia Brunechilde an. Ch. 613. Sub hujus initium S. Columbanus, cum annum unum egisset in monasterio Bobiensi, teste Jona in ejus vita, moritur X Kalend. Decemb. circiter annum 615. Ab hujus obitu elapsis decem circiter annis moritur S. Gallus 16 Octobris, anno circiter 625. Triennio commoratus apud illius sepulchrum S. Magnus, cum S. Tozzone Campidonam, deinde in Waldenhofen, tandem ad Fauces pervenit anno forte 629. Extructo monasterium, abit B. Wichterpus ad B. Pipinum, impetrat monasterio privilegia Moritur B. Pipinus an. Ch. 646 Elapsis vero a primo adventu SS. Magni, et Tozzonis ad Fauces annis viginti quinque moritur S. Wichterpus Episcopus, eique subrogatur S. Tozzo anno circiter 654. Verum quomodo tunc a Pipino Rege ad Pontificatus honorem dicitur perductus, cum B. Pipinus de Landis octo annis prius obierit? Temere fortassis* Pipini *hic repetitum nomen, eique adscriptum, quod vel* Grimoaldus *ejus filius, vel ipse* S. Sigebertus *Rex curarat. Anno 655, 6 Septembris moritur S. Magnus, quo anno littera Dominicali D, sextus Septemb. incidit in diem Dominicum, quo obiisse scribitur. Post hujus discessum vixit S. Tozzo annos quinque, menses tres, adeoque hoc die obiit anno circiter* 661.

Recentior vita S. Magni

8 *Vitam S. Magni nuper edidit auctam Martinus Abbas Fussensis, ex qua decerpsit suam de SS. Magno et Tozzone narrationem Raderus noster in fine tom. 4 Bavariæ sanctæ, epitomen vitæ utriusque edidit Carolus Stenghelius in Monasteriologia, cum de Faucensi S. Magni monasterio agit.*

VITA

Ex Actis S. Magni decerpta.

CAPUT I.

SS. Tozzonis et Magni societas. Iter Campidonam.

Agnoaldus et Theodorus *a* prostraverunt se simul in orationem, Domini misericordiam implorantes, ut disponeret iter illorum secundum suam voluntatem partibus Orientis; ne quasi fraudulenter abscedentes beati Patris corpus relinquerent : memores prophetiæ B. Columbani, qui dixit venturum fore B. Magnoaldum in eremo Orientali, ad fontes *b* Alpium Juliarum, ubi *c* B. Narcissus Episcopus Tolesanæ civitatis jussit diabolo draconem interficere, quando S. Afram convertit ad fidem. Sequenti vero nocte per visionem B. Magnoaldo demonstratum est, ut fiducialiter pergeret, Domini adminiculum sibi semper nosset adesse. Facto igitur mane iterum orationibus attentius exorati sunt, ut Dominus eis demonstraret viam et iter commodum, quomodo vellet eos illo ire.

a S. Magno et Theodoro iter molituris.

b

c

Accurrit S. Tozzo cum cereo miraculose ardente,

2 Adveniente ergo meridie Presbyter quidam ex ipso *d* pago advenit, Tozzo nomine, qui jam auditam habebat famam B. Galli, et ideo caussa orationis veniebat ad sepulchrum ejus, ferens ardentem *e* cereum in manu ejus. Quem cereum miro modo illuc attulit, scilicet ut quando nocte proficiscebatur cereus ardebat, et nullo modo a vento extingui poterat : die autem veniente, lux ab ipso cereo per se illico subtracta est. Cumque viderent eum B. Magnoaldus et Theodorus venientem, cereum quippe per ardorem minime minui admirati, obviaverunt ei, et interrogaverunt, unde veniret. At ille per ordinem exposuit unde erat, et quomodo ei revelatum fuerit, ut visitaret sepulchrum S. Galli, imo eos quos inveniret velle proficisci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, usque dum ad locum desideratum venirent. Illi hæc audientes prostraverunt se in orationem, Domino gratias referentes, qui talem ducem eis ostendere dignatus est, ut neque per angustam viam eos errare permitteret. Et tunc demum susceperunt Presbyterum, deosculantes eum, duxerunt in ecclesiam ad sepulchrum B. Galli : factaque oratione, duxerunt eum in hospitium suum, tribuentes ei, prout poterant, necessaria; et conviatorem eligentes

d e

dux eis itineris datus.

3 Sicque præfatus Presbyter pernoctans cum eis, orto mane orantes coram sepulchro B. Galli, et benedicentes Deum, atque valedicentes Fratribus, qui ibi erant, simul profecti sunt, arripientes iter juxta lacum Brigantium, usque ad locum, qui dicitur *f* Brigantia, ibique morati sunt dies duos. Tunc illis ibi commanentibus, cæcus quidam, obvius B. Magnoaldo, ab eo visum recepit.... secutusque est eos cæcus. Domino gratias agens de recepto visu : comitaturque cum eis dux itineris Presbyter præfatus nomine Tozzo.

Transeunt Brigantium

f

4 Venerunt

4 Venerunt itaque post aliquot dies ad locum qui vocatur a Campidona, ubi repererunt oppidum valde famosum, sed in toto desertum. Tunc interrogavit B. Magnoaldus Presbyterum, quo modo ille locus vocaretur, vel fluvius, qui ibi defluebat. Ille respondit: Locus iste ab incolis terrae hujus saepissime visitatur, et vocatur Campidona, sed non sunt ausi saltem una nocte hic manere propter diversa genera verminum, qui hic sunt. Fluvius vero vocatur b Hilara quia ... est, qui multos homines conturbat propter ... [illegible] ... Nos autem oportet velociter transire, ne vermes hic nos esse sentiant, ... [illegible] ... petant ... hic jacere.

5 Dum Magnoaldus et Theodorus orarent, egressus ... de oppido ... [illegible] ... Presbyter ergo Tozzo, ... [illegible] ... Et ... Theodorus ... [illegible] ... B. Galli ... quem secum portabat, ... et dixit: Impero tibi in nomine Domini nostri Jesu Christi ... [illegible] ... et statim crepuit ... [illegible] ... gratias referentes ... [illegible]

6 Tozzo ... [illegible] ... Presbyter ... [illegible] ... B. Magno... [illegible]

7 Cum ... [illegible] ... nostri, et noster, ut quid induxisti virum ... [illegible] ... Magister autem illorum semper nos

cum suis maleficiis, sicut et iste invocato nomine Domini vincere consuevit. Iste vero non solum nobismetipsis, verum etiam ... [illegible] ... Hoc audiens praefatus Presbyter Tozzo, tremefactus, tamen ... signaculo sanctae crucis, ... perrexit ad virum Dei, et indicavit illi, quae viderat et audierat. ... Porro ex illa die c operante S. Magno ... pleniter discesserunt, et in fugam versi sunt, ut postea ibi non comparerent. Et sic factum est, ut ab illa die omnes homines in illo loco tranquille habitare permissi sunt.

a Temporibus post obitum S. ... [illegible] ... Tobsana ... [illegible]

c ... [illegible]

CAPUT II.

S. Tozzonis pastoratus in ... [illegible]

Campidona ... [illegible] ... pter notitiam qu... [illegible]

Ex vita S. Magni.

Acquievit autem verbis illius, et dedit ei solamina ciborum, præbens ei conviatorem Tozzonem Presbyterum, et duces itineris, qui eum perducerent ad locum a Deo sibi destinatum.

9 Cumque venissent ad locum qui vocatur *c* Caput equi, jacebat ibi in uno loco angusto draco magnus, qui non permittebat ullum hominem per illam viam transire, neque equum, et idcirco vocatus est ille locus Caput equi, quia omnes venatores reliquerunt ibi caballos suos, et pedestres ibant, quocumque poterant ad venandum. Cum ergo B. Magnus jam prope ipso loco esset, dixit ad Tozzonem Presbyterum : Frater, construamus hic nobis tabernaculum hac nocte manendum, et oremus Deum ut expellat præsentem membrum diaboli ab isto loco, atque aditum permittere dignetur nobis ad properandum. Fecerunt itaque ut imperaverat, et manserunt ibi. In tota autem nocte illa non cessavit B. Magnus orare, et Domini misericordiam implorare, ut draconem subvertere dignaretur. Circa vero mediam noctem surgens B. Magnus dixit ad Tozzonem : Mitte mecum hominem, qui me ducat ad locum, ubi draco jacet. Respondit Tozzo : Timeo igitur si te illuc adduxero, ab eo devoreris. Ad hæc vir sanctus : Si Deus pro nobis quis contra nos? *Ivit, interfecit.* Ut viderunt autem draconem interfectum, descenderunt ad rupem, de qua idem draco impetum facere visus est super sanctum virum, Presbyter Tozzo dixit : Gratias tibi agimus, Domine, qui nobis talem virum, et tam magnum ostendere dignatus es, ut per merita sua ista loca purificentur, efficianturque *d* habitabilia, quæ ante erant inutilia.

Draconem interimunt.

10 Facta vero oratione transierunt illum angustum locum, et venerunt per viam juxta Licum flumen ad *e* locum speciosum qui non habebat nomen, erat tamen planities bona. Habebat autem B. Magnus Diaconus pendentem in collo Crucem, in qua continebantur reliquiæ beatæ Dei genitricis Mariæ, et de ligno sanctæ Crucis atque sanctorum Martyrum Mauricii, et sociorum ejus, necnon beatorum Confessorum Columbani et Galli. Invenit ergo *f* supra præfatum flumen locum valde honestum et formosum, in quo loco a littore præfati fluminis spatio quasi cubitis 30, invenit arborem stantem pomiferam valde decoram, suspendit cruciculam in ipsa arbore, et vocavit Tozzonem Presbyterum, atque prostraverunt se coram crucicula in orationem. Tum vir venerabilis B. Magnus hujusmodi preces emisit : Domine Jesu Christe, qui pro salute generis humani de Virgine nasci et mori dignatus es, ne despicias deprecationem meam, sed permitte nos construere in hoc loco oraculum in honore genitricis tuæ, et præpara hic habitationem tuis servitiis aptam. Finita vero oratione, cœperunt construere fundamentum, et ædificaverunt ecclesiam. Qua constructa, invitaverunt Wietherpum Episcopum ut veniret, et eam Domino et S. Mariæ dedicaret. Venit ergo præfatus Episcopus ad illum locum, admirans valde quomodo illuc venire possent, nisi per gratiam Dei, et dedicavit ecclesiam in honore Dei genitricis Mariæ et S. Floriani Martyris Christi, et sic administrare cœperunt ad laudem Christi in illo loco divina officia. Igitur cum fama virtutum, quas Dominus per beati Confessoris sui merita pie quærentibus exhibere dignatus est, ut longe lateque circumpositorum mulceret aures populorum, cœperunt undique alacri devotione ad tanti Patris suffragia postulanda concurrere, eumdemque locum ob suæ dignitatis memoriam Cellam S. Magni nuncupare, et multiplicibus substantiæ seu possessionum amplificare donariis.

Perveniunt in Waldenhofen

ibi extruunt sacellum, cui præficitur S. Tozzo.

11 Cumque res hac largitate fidelium accrevissent collatæ, secessit vir beatus propter multitudinem populorum, et perrexit ad vicina loca, quæ vocantur Fauces, quatenus ibi familiarem locum Domino annuente sibi construeret ad manendum, relinquens præfatum Presbyterum Tozzonem in ecclesia S. Mariæ populum illuc venturum custodiendum, vocavitque ipsum locum Synagoga, id est congregatio populorum. *Ivit S. Magnus, ac mox auditis querelis dæmonum expostulantium se undique ab eo effugari,* festinus rediit ad ecclesiam S. Mariæ, quam construxerat, narravitque Tozzoni Presbytero omnia quæ audierat in illo loco. Cumque voluissent vespertinum tempus psallere, auditæ sunt diræ voces dæmoniorum per montium summitates, quasi discedentium ejulatus cum terrore profusi. Et hæc audientes servi Dei prostraverunt se in orationem Domino laudes et gratias persolventes, qui eos liberare dignatus est de terrore malignorum spirituum. Sequenti vero die B. Magnus cum Presbytero Tozzone regressus est ad præfatum locum, et ibi construere cum adminiculis suorum cœperunt oraculum parvissimum, accersitusque est a Tozzone Wichterpus Episcopus, et dedicavit ipsum oratorium in honore Domini nostri Jesu Christi, sub nomine sancti Salvatoris.

Abit S. Magnus ad Fauces.

erigit sacellum,

a *Radero* Heptaticum *dicitur* pagus in Boica, inter Landspergam et Schongaviam, *oppida Lyco fluvio adjacentia,* situs, *De eo pluribus ad vitam* S. Wichterpi 18 *Aprilis et* B. Herlucæ Virgin.

b *Alius* Wichterpus; *in edit. Goldast.* Wichpertus *dicitur, Demochari* Victerbus, *et* Victerpus. c *Radero Græca compositione* Hippocephalum, *Germanis* Rosshaupten. *Pagus est ad Lycum in Suevia.* d *MS. S. Maximini,* habitacula. e *Stengelius in hoc loco extructum putat* monasterium Faucense, *verum qui potest, cum infra dicatur, relicto hic S. Tozzone,* perrexisse ad loca vicina quæ vocantur Fauces? *quæ desunt in Goldastino exemplari, quo forte usus. Melius Raderus hunc locum* non procul a flumine Lyco in Bavaria *situm putat, initio* cellam S. Magni, *deinceps* Waltenhofen *vocatum,* parœciam etiam hodie esse, cui Decurio Sacerdotum præsit. *Ibi, dum in Episcopum Augustanum fuit assumptus, Pastorem egit S. Tozzo, ideoque, ut in prolegomenis dictum, a Bruschio, Cratepolio, Radero, aliisque dicitur ex* parocho Waltenhofensi Episcopus Augustanus. f *MS. S. Max.* juxta. *De hoc loco, et monasterio ibidem a S. Magno extructo plenius ad ejus et S. Wicterpi vitam. Est id situm ad confinia trium provinciarum Tirolis, Bavariæ, et Sueviæ cui annumeratur.*

Waltenhofen.

g *Colitur* S. Florianus 4 *Maii.*

CAPUT III.

Episcopatus S. Tozzonis, ejusdem et S. Magni mors.

Cumque transissent viginti quinque anni, et Dominus illum locum per merita tanti viri sublimare dilatareque dignatus est, Wichterpo Episcopo defuncto XIV Kalend. Maiarum, Tozzo per electionem B. Magni ad Pontificatus honorem a *a* Pippino glorioso Rege jam in ultimis suis diebus deductus est. Sed finitis viginti *b* sex annis beatus Pater ægrotare cœpit, atque infirmitate febrium languescere; misit ergo ad Theodorum sodalem suum qui tunc temporis in Campidonense cellula morabatur, et accersivit eum ut acceleraret, atque eum visitaret, et sua visitatione refoveret fidissimum amicum. Audiens hoc Theodorus commotione maxima de invalitudine tanti viri, animoque mœsto celeriter partes in illas profectus est, sumens secum prout poterat ea quæ in infirmitate laboranti noverat congruere.

S. Tozzo fit Episcopus Augustanus

13 Veniens autem ad præfatam cellulam, invenit beatum virum maxima infirmitate detentum. Et misit celeriter ad Tozzonem Episcopum, intimans ei ut acceleraret, et tantum Patronum, prius quam ab hac luce seculari discederet, visitare veniret. Cum audisset igitur hoc præfatus Episcopus, velociter partes in illas profectus est, et pervenit ad cœnobium beati viri. Cumque magnus Patronus in infirmitate maxima laborasset, videns eum Tozzo Episcopus cœpit flere, et dicere : Heu, heu, Pater amande! heu Doctor egregie! in his periculis quasi orphanum me dimittis? Ad hæc beatus vir Magnus inquit : Noli flere, venerabilis Præsul, quia me in tot mundialium perturbationum procellis laborantem conspicis : quoniam credo in misericordia Dei, quod anima mea in immortalitatis libertate sit gavisura; tamen deprecor, ut orationibus tuis sanctis me peccatorem et animam meam non desinas adjuvare.

Invisit S. Magnum moribundum

14 Inter

14 Inter hæc verba B. Magnus per dies tredecim laborans, expletis 26 annis migrationis suæ in illo [illegible], ætatis vero suæ annis 73, in die sancto Dominico, et in VIII Idus Septemb. commendans se Domino et venerabili Pontifici in senectute bona, [illegible] horam nonam diei ipsius Dominici, sanctam animam Deo, reddidit, de hujus vitæ liberatus ergastulo. Flentibus autem Episcopo et Theodoro [illegible] ejus, audita est vox: Veni Magne, veni [illegible] quam tibi Dominus præparatam habet. Audita ergo hac voce, dixit Tozzo ad Theodorum: Cessetatis flere frater, quia potius nos oportet gaudere de anima ejus in immortalitate sumpta in hoc signo [illegible], quam luctum facere. Sed [illegible] Domino [illegible] studeamus.

15 [illegible] sarcophagum [illegible] Abaz [illegible] Abaz [illegible] vocavit. Sed non fuit in ipso sarcophago positus, neque sepultus [illegible] Purgatio [illegible] corpus [illegible] Theodorus [illegible] Ego itaque Theodorus monachus ex monasterio S. Galli, jussu Tozzonis Episcopi, a sicut [illegible] Theodoro [illegible] S. Columbani [illegible]

et oculis meis ipse vidi, et auribus audivi, seu postea quam me reliquit in cellula Campidonense, sicut postea a præfato venerabili Episcopo Tozzone de virtutibus ejus didici plurima, sed non omnia, in pyctatio meo scribere curavi, et ad caput ejus posui reconditum in sepulchro, etc.

16 e Vir ergo venerabilis Episcopus Tozzo, post obitum beati patroni Magni, prout potuit ipsum cœnobium semper cum suis custodibus custodivit, secundum facultatem [illegible], et gubernans, atque disponens ea, quæ ad ipsum monasterium jure pertinere debebant, [illegible] sanctum corpus cum Clericis et officiis divinis, atque luminaribus usque ab obitum suum. Qui permanens post discessum B. Magni in Episcopatu annos quinque et menses tres, XVII Kal. Febr. vitam secularem finivit, tradens ante obitum suum hereditatem suam ad sepulchrum B. Magni [illegible] f legem Alamannorum, sepultusque a Clero suo est Augustensæ sub testimonio in eadem hereditate.

Auctore Silvano Razzi

Moritur S. Tozzo 16 Januarii

a [illegible] Goldast [illegible] viginti quinque

e MS [illegible]

f [illegible]

DE B. JOANNA VIRGINE BALNEIS IN ITALIA.

Joannam Virginem ordinis Camaldulensis testatur Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ [illegible] Virginum [illegible] celebrari. [illegible] Balneis in Æmilia [illegible] Joannæ virginis [illegible] Camaldulensis [illegible] Balneis [illegible] Sanctam [illegible] S. Joannæ, ordinis Camaldulensis.

2 [illegible] Leander in Romandiola [illegible] D. Mariæ in Balneo [illegible] ad [illegible] tandem [illegible]

A [illegible] Alpium [illegible] Mariæ [illegible]

[illegible]

[illegible] D. Petri in Balneo [illegible] D. Mariæ [illegible] Balneis et [illegible] Sapis [illegible] Adriaticum [illegible]

3 Vitam B. Joannæ [illegible] Italice scriptam a Silvano Razzio [illegible] Philippus Ferrarius [illegible] Sanctorum Italiæ [illegible] Camaldulensis [illegible]

VITA

Italice scripta a Seraphino Razzio.

Quiescit B. Joannæ corpus in æde sacra abbatiæ S. Mariæ in Balneo. Celebre id oppidum est, quod [illegible]

2 Contendunt Balneenses, beatam hanc virginem isthic progenitam fuisse, atque a prima ætate [illegible] S. Luciæ [illegible] in Apenninis jugis, Danti poetæ memorato; atque inde [illegible] religiosam vitam in S. Luciæ [illegible] se dedidisse.

3 [illegible] sanctitatis argumenta [illegible] Oppidani ergo [illegible] deam condiderunt.

4 [illegible] anno 1105 [illegible]

Balneo [illegible]

[illegible]

Ex Seraphino Razzi.

certe constat corpus ejus, uti Divorum exuviæ solent, solenniter translatum anno 1287, dedicatumque illi altare a Guilielmo Aretii et Jacobo Civitatis Castelli Pontificibus, Kalendis Maii. Invitarant octiduo ante ambo illi vicinos omnes ad eam translationem ac dedicationem, nominatim Gerardum tunc eremi *a* Camaldulensis Priorem. Extat eorum Latina epistola. Neque hæc ab iis acta fas est arbitrari, nisi legitime prius explorata probataque Joannæ sanctitate.

Pestis illius ope depulsa.

5 Profitentur Balneenses multa se divinitus ejus meritis beneficia consecutos : fidemque faciunt complura ad sepulchrum suspensa anathemata. An. 1506, die 20 Augusti, nova ei capsa fabrefacta, novumque extructum sacellum, cum hac inscriptione : DIVÆ JOANNÆ OB PATRIAM A PESTE VENDICATAM OPPIDANI URNAM HANC EREXERUNT ET HUC TRANSLATA JACET. *b*

a *Balneensi oppido vicinæ.*

b *Testatur Razzius in corona sacelli legi* Pro gratitudine beneficii, B. Joannæ dicata. *Sepulchro vero ejus a Petro Delphino Generali Camaldulensium perpetuo ultimo carmen hoc appositum.*

Virgo beata jacet tumulo hoc præstansque Joanna

ALIA VITA EX PHIL. FERRARIO.

B. Joannæ patria, virtutes.

Joanna ex pago agri Balneensis, qui Fons-clausus appellatur, orta, in monasterium monialium S. Luciæ inter Conversas recepta, obedientia maxime et humilitate refulsit. Cujus Deus sanctitatem miraculis comprobavit. Cum enim illa diem obiisset, tympana ecclesiarum Balnei nullo pulsante sonabant. Quo miraculo Clerus et populus Balneensis commotus, corpus illius solemni pompa elatum in ecclesia majori condidit, multis post mortem subsecutis miraculis.

Miracula a morte.

2 Cum enim Balneum peste maxime affligeretur, ubi B. Joannæ sacellum populus publico voto adstrictus extruere pollicitus fuisset, illico lues illa cessavit. Extructo autem sacello, ara ei dedicata, cum hac inscriptione : D. JOANNÆ OB PATRIAM A PESTE VENDICATAM.

Pestis extincta.

3 Illud non silentio involvendum, quod cum quidam clam reliquiarum partem noctu abstulissent, in suam ipsorum patriam deferendam; cum per totam noctem incedentes longe a Balneo distare se arbitrarentur, mane se ad Balneensis ecclesiæ januam invenere. Quare ea re perterriti, crimen confessi, brachium, quod abstulerunt, restituerunt. Obiit die XVII Kal. Februarii anno post Christum natum 1105.

Reliquiarum fures puniti.

DE S. HENRICO EREMITA IN ANGLIA.

An. MCXXVII. XVI Januarii.

Et ut sanctorum Fratrum supradictum vaticinium compleretur, Regina Portugalliæ Oracha prædicta, post modicum temporis a sanctorum Martyrum sepultura, plena virtutibus ex hac vita migravit. Et eadem hora, nocte profunda Dominus Petrus Nunii Canonicus et sacrista, omni sanctitate præclarus, et ejusdem Reginæ Confessor, vidit innumerabiles Fratres Minores chorum intrantes, inter quos erat unus cum magna solemnitate præcedens, et post alii quinque quodam singulari honore inter alios præcellentes. Statim vero, dum chorum processionaliter intraverunt, matutinum cum melodia indicibili cantaverunt. Dominus vero Petrus totus attonitus quæsivit ab uno eorum, ad quid et per quem locum tali hora tot Fratres intrassent, cum omnes portæ monasterii essent clausæ. Qui respondit : Nos omnes, quos hic vides, fuimus Fratres Minores, et nunc cum Christo gloriosi regnamus. Ille vero cum tanta gloria præcedens est Franciscus, quem tantum desiderasti in hac vita videre. Alii vero quinque inter alios præcellentes, sunt Fratres pro Christo in Marrochio interfecti, in isto monasterio tumulati. Et scias quod Domina Oracha Regina ex hac vita migravit : et quod

ex

ex toto corde nostrum dilexit ordinem, Dominus Jesus Christus nos omnes huc misit, *a* ut pro ejus honore hic diceremus sic solemniter [illegible] et, quia tu eras ejus Confessor, Deus voluit, quod tu ista videres. De morte vero Reginae non dubites, nam statim, cum recedemus, de hoc audies certa nova. [illegible] et statim illi de familia dictae Reginae ad portam pulsaverunt et denuntiaverunt Reginam nunc debitum exsolvisse.

a [illegible]

LECTIO IX.

Conversio S. Antonii de Padua. Iter S. Francisci in Syriam.

Postea Sancti [illegible] Legenda plenius [illegible]. Iterum autem exemplo Sancto[illegible] B. Antonius, [illegible] Fernandus Martini vocabatur, zelo martyrii flagrans, Ordinem Fratrum Minorum, aetatis suae ann. XXV, intravit et [illegible] plenus sanctitate, et [illegible] doctrina et miraculis, *b* consummavit.

24 In illa autem Fratrum [illegible] dispersione, B. Franciscus ob fervorem martyrii ad partes Syriae cum [illegible] Fratribus et ad Soldanum se contulit [illegible] Christi fidem [illegible]

[illegible]

MIRACULA

Ex Annalib. Lucae Wadingi.

J[illegible] Presbyter quidam faciem ex tumore dolens, [illegible] applicata cum fiducia [illegible] vernantem et pulchram effecit.

2 [illegible]

3 [illegible]

remedium praeter divinum, Martyres, quorum devotus cultor erat, invocavit instanter, votumque addidit, quod si eum a contagioso illo morbo liberarent, nudis [illegible] *d* visitaret reliquias, hortareturque ut similiter facerent et alii. Convaluit de infirmitate [illegible] ut quod ille vovit illi facerent sponte[illegible] singuli [illegible] Martyrum sepulchra in publica et ordinata supplicatione.

Ex Luca Wadingo.

4 Veniunt in ipso Martyrum natalitio ad S. Francisci [illegible] Mundam fluvium positam, in *e* magno numero, non solum ex illo oppido, verum ex aliis [illegible], ad quartum et quintum ab urbe lapidem [illegible] propriis jam aedibus denudatis, audiunt sacrum. Quo [illegible] Martyrum triumpha[illegible] ingenti jubilo excipiuntur. [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

Ex Marco Ulyssipp.

que existimans per medias plateas homines incedere nudos; statim eo anno, quo piam suam consuetudinem dimiserunt præfati oppidani, tempore brumali et salubri, nullo locorum in toto regno peste grassante, in eos debacchata sit, et vindictam simul cum Episcopo senserint divinam. Qua commoti revoverunt se nullo pacto aut lege ullo unquam tempore prædictam supplicationem in Martyrum solennitate præterituros, quod in hunc diem fidelissime curant complere.

a *Referuntur hæc num. 42, ex Historia MS. Ulyssiponensi.*

b *Sequentia referuntur num. 48, 49 et 50, ex Marco Ulyssiponensi cap. 26, 27 et 28.*

c *Rodulphus a ceteris iterum dissentit: ait enim grandine omnes, uno hoc excepto, mactatos. Marcus et Bzovius, patrem et liberos quinque a peste servatos.*

d *Marcus* quotannis dum viveret nudus visitaret, et curaret a morte per quempiam ex sua familia visitari.

e Munda *fluvius Lusitaniæ, inter Tagum et Durium, vulgo* Mondego, *Conimbricam præterfluit, vide Nonium in Hispania.*

ALIA MIRACULA
ex Marco Ulyssiponensi.

a — Visus, ope SS. recuperatus — b

Conimbricæ Maria Vasquez, Petro Danfins nupta, visu orbata est. Inflammato ergo fidei ac pietatis ardore ad monasterium adit sanctæ Crucis: aquam poscit, cui sacra intincta pignora erant: ea oculos abluit, visumque *b* recipit. Vulgatum illico tota urbe miraculum.

c — Sedatus sanguinis fluxus — d

2 Ejusdem cœnobii Canonicus inter bibendum *c* hirudinem deglutit imprudens, ac ne sensit quidem principio, donec mittere e naribus sanguinem cœpit, itaque copiosum, et dies quidem unum ac viginti, ut conclamata ejus videretur salus, deque exequiis ageretur. Mulier quædam honorata, ejusdem Canonici *d* patrina, sive susceptrix, sanctorum Martyrum dedita cultui, eorum opem implorat, votumque nuncupat. Canonicus continuo hirudinem revomit, omnique periculo liberatur.

Hernia curata — e

3 Viri nobilis Joannis Vasquez Conimbricensis filium difficilis torquebat *e* hernia. Multis frustra tentatis medicamentis, ad Martyrum patrocinium confugit, spondetque se noctem unam in eorum sacello cum filio daturum precibus. Curata illico hernia est.

f — et comitialis morbus — g

4 Haud procul ab oppido Fala, ubi patremfamilias ac filios quinque a peste curatos diximus initium dedisse supplicationi, quæ annue *f* mediis nudatis corporibus ad Marlyrum sacellum instituitur, colonus degebat, cui Joanni *g* Capillo nomen. Hic dudum comitiali morbo laborarat. Cum didicisset quanta sanctorum Martyrum invocatione patrarentur miracula, magno animi correptus angore vovet se Falensium supplicationibus eodem ritu quotannis adfuturum. Votum deinceps pie solvit, omni liber pristinæ ægritudinis molestia.

Energumena liberata

5 Energumenam quamdam parentes sui ac maritus ad Martyrum sacellum adduxere: triduumque isthic egere sacris procurandis ac precibus fundendis intenti. Tandem pessimo inquilino, Martyrum virtute, liberata est.

Item alia — h

6 Aliam energumenam e vico Beira, dum ad ædem Deiparæ Virginis, *h* cui a Virtutibus nomen, perducitur, ut Conimbricam pervenit, dire exagitare tartareus hospes cœpit. Ergo sacellum aditur sanctorum Martyrum, conceptisque precibus, fugatur malus dæmon.

i — Rabidus curatus

7 Petrosi vici incola *i* viverram habebat, quæ rabie correpta ejus filium momordit: hic in rabiem quoque actus, sibi ipse inferre manus conabatur: nec vinci poterat remedio ullo malum. Parenti in somnis quidam Franciscano habitu visus, edicit ut cum filio ad sanctæ Crucis monasterium adeat, atque ab Æditue aquam poscat sanctorum Martyrum immersis reliquiis sacratam, eam potam saluti filio fore. Nec fidem fefellit eventus.

k — Hernia sanata

8 *k* Puerum a primo ortu hernia laborantem ad sacellum Martyrum parentes sui deportarunt: qui Sanctis cum donariis et ferventi precatione oblatus, omnino curatus est.

Dentium dolor.

9 Quemdam in eadem urbe ita dentium dolor cruciabat, ut nec cibum capere, nec partem ullam quietis posset. Expers medelæ, sanctos Martyres religiose invocat, votis additis. Nocte insequente necdum remittente dolore in somnum incidit, visusque sibi in eo est quinque sanctos Martyres videre adstantes, unumque ex iis maxillam sibi manu palpantem. Experrectus sensit omnem sibi detersum dolorem.

l — Liberatus quidam e carcere.

10 *l* Rudericus Laurentii de las Puntas vir nobilis, dum in Regis obsequio versatur, in carcerem forte conjectus, ac damnatus morte, vovit Martyribus si per eos periculo eriperetur, visitaturum se eorum sacellum cum ipsis, quibus vinctus erat, compedibus. Illico securus ei patefactus egressus est. Ergo ingentes trahens catenas, ad monasterium sanctæ Crucis venit, et Missæ sacrificium offerendum curavit ad aram Martyrum. Missa peracta solutæ catenæ ultro pedibus exciderunt, ibique ad memoriam appensæ.

Stomachi imbecillitas curata

11 Ferdinandus quidam ita languenti erat stomacho, ut quindecim ipsos dies cibi omnis expers manserit, jamque nec aperire oculos posset: et jam cœperant quæ ad curandum funus pertinebant apparari. Mater magno quodam animi sensu opem implorat Martyrum votumque concepit. Mox filio esse melius cœpit, qui postridie e strato se proripuit pedibusque incessit incolumis, visitque cum parentibus Sanctorum sacellum, ac materna vota persolvit.

Festi dici observatio, miraculo duplici sancita

12 Jacobus Perez de la Curta Conimbricensis natali sanctorum Martyrum die ad putandam vitem, quæ post Minorum cœnobium sita erat, primo mane profectus est. Præteriit isthac quispiam, et, An ignoras, inquit, Jacobe Perez, hodie sanctos Martyres coli, quorum in sanctæ Crucis corpora sunt? Quid deinde? ait ille: Non est ejusmodi id festum ut publica feriatione agi debeat. Moxque respectans nusquam eum qui se monuerat, videt. Opus ergo prosequitur: sed e vestigio ingenti totius corporis, manuum præsertim tremore perculsus, omittere id coactus est. Sensit ergo divinitus id sibi evenisse, templumque sanctæ Crucis petiit, ac votum fecit, se quoad viveret eum diem religiose observaturum, *m* sacris, concioni, vesperis interfuturum: simul votum suscepit, simul sanitatem recuperavit. Testatus deinde est quotquot eo die palmites incidisset (inciderat circiter octoginta) nihil eo anno uvarum tulisse, cum ceteri perquam fecundi fuerint.

Surdi sanati.

13 Mulier quædam, aliusque adolescens, Sanctorum meritis, percepere cœlitus surditatis remedium.

Variæ curatæ infirmitates, — n — hernia.

14 Anno 1466, 16 Januarii, cum esset Conimbricensis Episcopus in Sanctorum sacello, confluxit eo vis ingens hominum ad vota solvenda, erantque complures seminudi. Sciscitatur Episcopus quæ quemque caussa ad vota et illum supplicandi ritum impulisset. Alii se hernia, alii surditate, aliave infirmitate, simul ac se ejusmodi peregrinationis voto obstrinxerant, liberatos prædicabant. Adstabat Episcopi nepos annos undecim natus, ita molesta conflictatus *n* hernia ut negarent medici arte ulla curari posse. Hunc jubet Antistes in sacrarium secedere positisque vestibus, ceterorum ritu nudum supplicare Martyribus. Paruit adolescens. Ipse quoque cum adstantibus preces dedit Episcopus. Dum ergo nudus, fixis humi genibus, manu cereum gestans, precatur Sanctos, (mira res!) ita sanus continuo evasit, ac si nihil unquam passus esset adversi. Antistes gaudio exiliens, et qui spectare vellent sivit testes miraculi fieri, et Deo sanctisque Martyribus gratias egit.

a Narrat

a Narrat id Marcus par. 3, lib. [illegible] cap. 33 (?)

b Addit Joannes Blancontius Gallicus interpres, coram Canonicis.

c Blancontius, araneam.

d Quo titulo et Blancontius. Ceterum patrinos vocat Ecclesiastica appellatio, qui pro baptizando aut confirmando spondent, eumque suscipiunt.

e Interpres Gallicus plagas et ultra [illegible] Azorius.

f [illegible] pedibus.

g Hispanice [illegible] apud Bergomum Capellus.

h Hispanice: nuestro Señor [illegible] las virtudes.

i [illegible]

k Septendecim narrat Marcus cap. 34 (?)

l [illegible] Laurentius [illegible]

m Blancontius solum Sancto Vesperas primas et secundas [illegible]

n Blancontius plagis [illegible] a gr[illegible]

BULLA SIXTI IV. PAPÆ

de sanctorum Martyrum veneratione.

a Sixtus Episcopus, servus servorum Dei, universis Fratribus Ordinis Minorum, dilectis filiis, ubicumque morantibus, seu moraturis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum alias animo revolveremus merita beatorum Martyrum, Berardi, Petri, Othonis, Accursii, et Adjuti, qui ex ordine Fratrum Minorum, (sub quo et nos militavimus) fuerant, qui post multa tormenta sub Rege Marochiorum, pro Christo mortem subierunt et martyrii palmam gloriose promerentes pluribus miraculis in ipsa morte et post claruerunt, ex quorum visione Beatus Antonius de Padua ex ordine Canonicorum regularium, in quo tunc erat, ad ordinem ipsum Fratrum Minorum se legitur transtulisse, Concessimus ex auctoritate Apostolica et benignitate, vivæ vocis oraculo, ut Fratres prædicti Ordinis Minorum possint publice et solemniter celebrare in suis Ecclesiis Missæ et horarum officium de supra memoratis sanctis Martyribus. Verum cum frequenter adversarius humani generis nitatur bona et sancta opera perturbare, ne tam divinum et pium opus posset aliquis imposterum impedire, tenore præsentium ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica concedimus, quod prædicti Fratres Minores ubique solemniter et publice officium plurimorum Martyrum pro ipsis Berardo, Petro, Accursio, Adjuto, et Ottone sub officio duplici majore, ac etiam XVI Januarii, qua die ab hoc seculo per martyrium decesserant, libere ac cum sana et serena conscientia dicere ac celebrare possint. Inhibentes præfata Apostolica auctoritate, ne quis huic nostræ concessioni audeat se opponere, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Præterea quia difficile esset præsens Breve ad omnia loca deferri, volumus ut illius transumpto alicujus publici Notarii manu subscripto, et sigillo Generalis dicti ordinis, vel Vicarii Generalis Fratrum Minorum de Observantia munito, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur si idem præsens Breve originaliter ostenderetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die septima Augusti, anno Domini MCDLXXXI, Pontificatus nostri anno X.

a [illegible]

XVII JANUARII.

XVII JANUARII.

SANCTI QUI XVI KAL. FEBRUARII COLUNTUR.

S. Speusippus,
S. Eleusippus, } tergemini fratres,
S. Melasippus,
S. Leonilla eorum avia,
S. Neonilla,
S. Neon,
S. Turbon, } Martyres.

S. Mucius,
S. Victor,
S. Mistrianus,
S. Salvius,
S. Misellianus,
S. Victoricus,
S. Teussa,
S. Fortunatus,
S. Veneria,
S. Sarta,
S. Saturninus,
S. Hortisianus,
S. Leucius, } Martyres in Africa.

S. Misurianus,
S. Vincentia,
S. Alba,
S. Timotheus,
S. Ingenula,
S. Victoria et alii, } Martyres in Africa.

S. Rubentius,
S. Martyrius, } Martyres in Oriente.

S. Genulphus, Episcopus, in Gallia.
S. ANTONIUS MAGNUS, Abbas in Thebaide.
S. Sabinus, Episcopus Placentinus in Italia.
S. Achilleus, Confessor.

S. Antonius,
S. Merulus,
S. Joannes, } monachi, Romæ.

S. Sulpitius Pius, Episcopus Bituricensis in Gallia.
S. Milwida, Virgo, in Anglia.
S. Richmirus, Prespyter in Gallia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Theodosii Magni *Imperatoris obitus consignatur hoc die a Molano, Ferrario, Martyrologio Germanico.* Sanctum *Petrus de Natibus lib.* 11, *cap.* 93, *appellat, dicitque a Græcis* in catalogo Sanctorum conscribi. *Nusquam in Menæis extat. Multa de eo præclara narrant Ecclesiastici scriptores : vitam separatim edidit Bellarminus lib.* 3, *de officio Principis Christiani.*

Adda Presbyter, Apostolus Merciorum *refertur hoc die et* Beatus *vocatur a Davide Camerario, qui perperam* primum Nordanimbrorum Apostolum *facit. Laudatur a Venerabili Beda lib.* 3, *cap.* 21, *relato supra* VII *Jan. in vita* S. Ceddæ.

Confirmatio Ordinis B. Mariæ de Mercede *hoc die facta traditur. De ea agemus in vita* S. Petri Nolasci *fundatoris* XXIX *Januar.*

Algotus Curiensis in Rhætia Episcopus *refertur hoc die in Kalendario Cisterciensi; a Chrysostomo Henriquez* Beatus *appellatur. Recensetur et ab Hugone Menardo in catalogo SS. ac BB. ejus Ordinis. Nondum comperimus ullum ei cœlestem honorem a Curiensibus haberi.*

Septem Martyres Ordinis Minorum in Syria a Soldano Melebasa interfecti *memorantur in Martyrologio Franciscano Arturi a Monasterio. Meminit eorum S. Antoninus part.* 3, *tit.* 24, *cap.* 9, § 10. *Thomas Bosius de signis Ecclesiæ tom* 1, *lib.* 7, *cap.* 3, *seculo* 13, *aliique. Eos hic omittimus, quod necdum publica Ecclesiæ auctoritate vindicati sint.*

Dedicatio basilicæ Beatæ Virginis Annuntiatæ *agi Florentiæ hoc die consuevit, ut testis est Ferrarius in generali catalogo SS.*

Translatio variorum sanctorum corporum monasterii Villariensis in Brabantia *hoc die facta anno* 1599, *consignata est in Menologio Cisterciensi a Chrysostomo Henriquez. De singulis agemus in cujusque natali*

S. Sulpitius Tungrensis, sive Trajectensis, Episcopus. *MS. Florarium. Nos* XVIII *Janu.*

S. Leonardus reclusus Turonis. *Ferrar.* Leobardus *est, de quo* XVIII *Janu*

S. Brithwaldus Episcopus Wiltoniensis. *Hugo Menard. Nos* XXII *Janu.*

S. Amandi Episcopi *fit in veteri Præmonstratensi Breviario commemoratio; in quo tamen rursum cum* S. Vedasto *officio trium Lectionum colitur, ut et alibi,* VI *Febru.*

S. Marcellus Episcopus. *MS. S. Hieron. Carthusiani Colonien. in addit. ad Usuard. MS. Florarium. Sed in his duobus traditur* Viennæ *quiescere. Aliud MS. habet :* In civitate Deas, vel Astensi, S. Marcelli Episcopi et Martyris. *Primus Diensis Episcopus est, de quo* IX *April.*

S. Theodotus Episcopus Cyriniæ in Cypro. *Menæa. At Martyrolog. Romanum* VI *Maii.*

S. Joannes Episcopus Eboracensis. *MS. Kalendar. SS. Ord. S. Benedicti. Vitam dabimus* VII *Maii.*

S. Marcellini Presbyteri,
S. Petri Exorcistæ, } Martyrum, Translatio *celebratur hoc die, solenni officio, in monasterio Selighenstadiensi, ubi religiose asservantur eorum reliquiæ. Translationis historiam, ab Eginharto accurate descriptam, dabimus cum eorum Actis* II *Junii.*

S. Bernardi canonizatio. *Hugo Menar. Nos de ea agemus ad ejus vitam* XX *Augusti*

S. Columbæ Virginis et Martyris caput hoc die Montem-regalem translatum, *scribit Octavius Cajetanus noster in Idea operis de SS. Siciliæ. Duas reperimus* Columbas *in sacris fastis;* Cordubensem, *quæ colitur* XVII *Septembris; et* Senonensem, *quæ* XXXI *Decembris. Utrius isthuc translatum sit caput, an tertiæ alicujus, nos latet.*

S. Julianus. *Menæa. Hic est* S. Julianus Sabas, *de quo nos* XVIII *Octob.*

S. Sulpitius Episcopus Ravennas. *MS. Florarium. Hic est forte, qui* S. Ursulam *fertur comitatus, sive Episcopus, sive Archidiaconus fuerit : de quo vide Hieronymum Rubeum lib.* 2, *historiæ Ravennat. Nos* XXI *Octob.*

S. Diodori Presbyteri,
S. Mariani Diaconi, et sociorum, } Martyrum Inventio *hoc die refertur in Martyrologio Romano aliisque. Illius inventionis historiam dabimus die eorum natali* I *Decemb.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SPEUSIPPO, ELEUSIPPO, MELEUSIPPO,

TERGEMINIS,

LEONILLA, JONILLA, NEONE, TURBONE.

§ I. *Tergeminorum cultus, acta, ætas.*

Celebr[illegible] *tergeminorum memoria XVI Kal. Februar.* [illegible] Spe[illegible]ipp[illegible], Eleusippi et Meleusippi, [illegible] Leonilla, et Jonilla, et Neone, martyrio coronati [illegible] Aureliani. [illegible] *MSS.* [illegible] Ado, [illegible] [illegible] Tu[illegible] [illegible] Lingonas passio [illegible] Speusippi, Eleusippi, Meleusippi, Leonillæ, Jonillæ, Neonis. *MS.* [illegible] Lingonis passio sanct[illegible] Martyrum [illegible] Wandalbertus:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

2 [illegible] Speusippus, [illegible] Eleusippus, [illegible] Meleusippus, [illegible] Leonilla, Neonila, Neovilla. Jonilla *autem*, Jovilla, [illegible] Neonem, [illegible]

3 [illegible] ipsiusmet manu ex vetustissimo codice Marci Velseri de[illegible] *MSS.* [illegible] Welser[illegible] [illegible] 630, [illegible] 179, [illegible] 37, [illegible]

4 Q[illegible] *Baronius*, [illegible] Aureliani Imperat[illegible] S. Polycarpi [illegible] M. Aurelii [illegible] 168 [illegible] tyrannum subiisse, Aurelianum imperio potitum anno 270. *Restituit ergo Baronius pro Aureliano, Aurelium*, cujus tempore, inquit, ex Quarto Præside, qui illic ponitur, [illegible] Quartus [illegible] Consularis temporibus M. Aurelii et Lucii Veri in urbe claruit, gessit et consulatum [illegible] Lucio Vero. *At non* Quartus *Præses in Actis nominatur, sed* Quadratus, *quemquam et quem ille cum* Lucio Vero *Consulem fuisse scribit*, non Quartus, *sed* T. Numidius Quadratus *fuit, anno Christi* 167. [illegible] Quadratum, [illegible] *Lingonici* [illegible] *Omnia fere Martyrologia* [illegible] *Baronio correctum, et MS. quoddam* [illegible] *non* Aurelium *sed* Aurelianum [illegible] Ado *tamen*, Notkerus, Maurolycus, Felicius, MSS. aliquot, a S. Benigno S. Polycarpi [illegible] Aureliano interfectos memorant, [illegible]

5 *In priore vita nec* Aurelium, *nec* S. Polycarpi *mentio* [illegible] *in Cappadocia* [illegible] *Græcum et Menæus* [illegible] XVI *Januarii* [illegible] Eodem die [illegible] Martyrum [illegible] Peusippi, Elasippi et Mesippi, et Neonillæ [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Fu[illegible] Cappadociæ [illegible] [illegible] Christi [illegible] Christum [illegible] *Maximus* [illegible] Neonill[illegible] Neone [illegible] Dominis suis *in ignem præcipitati*, *Præsides intellige ac reip. moderatores.*

6 [illegible] *Ruderi in* [illegible] MSS. [illegible] Passi sunt in Cappadocia, et [illegible] Lingonas [illegible] Palum et Alpes, [illegible] *Italiæ* Lingones [illegible] Padum [illegible] Alpes [illegible] Etruriæ [illegible] Apennin[illegible] *Tergeminorum* [illegible] Lingones, *in Galliæ* [illegible] Lingones [illegible]

§ II

Ex variis.

§ II. *Reliquiæ Elwangam translatæ.*

Eorum commemoratio 9 Januar.

Aliis quoque diebus sanctorum horum Martyrum mentio fit in Martyrologiis, vel rejecto isthuc hinc officio, vel ob quampiam translationem. *Saussaius in Supplemento Martyrologii Gallicani IX Januarii eos refert, aut saltem* Leonillam, Jonillam, (*quam perperam Leonillæ filiam facit*) Neonem, Turbonem; *traditque* Leonillam Divione sepultam in eadem crypta, ubi S. Benignus Martyr ab ipsa fuerat multo cum reverentiæ officio tumulatus. *At non verisimile est* S. Benignum *ante* Leonillam *interfectum, ut 1 Novemb. dicemus.*

18 et 19 ejusdem.

8 *In Kalendario monasterii S. Joannis Capuæ, quod recitat Michael Monachus, referuntur XVIII Januarii, quo die Galesinius.* Lugduni S. Peusepii et sociorum Martyrum, qui Aureliano Cæsare coronantur. *Idem habet Ferrarius, citat uterque Mombritium, qui S. Speusippi et sociorum acta narrat. MS. Florarium eo die:* Inventio et dedicatio sanctorum Martyrum, Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi. *Ferrarius rursum, XIX Januarii ex Canisio:* Elwangæ in Suevia Sanctorum Geminorum: *imo* Tergeminorum, *quos mox dicemus coli* Elwangæ, *sed XVII Januarii. Denique idem Ferrarius* 18 *Februarii:* Lugduni sanctorum Martyrum Speusippi et sociorum. *XVIII Septembris MS. Florarium.* Item inventio et dedicatio sanctorum Martyrum Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi. *Inventionis hujus, ac dedicationis basilicæ eorum, mentio fit in fine actorum per Warnaharium: quæ si sunt ab ipso scripta, antiquior aliqua Tergeminorum Inventio contigit, nobis ignota. Petrus de Natal.* Quorum omnium, *inquit,* corpora diu latentia, processu temporis inventa sunt, et digno honore tumulata.

18 Febr.
18 Septemb.

Corpora eorum Elwangam translata.

9 *Altero post* Warnaharii *ætatem seculo in Sueviam translata eorum sunt pignora. Testatur auctor vitæ S. Annonis apud Surium IV Decembris, lib. 1, cap. 38.* In Suevia, *inquit,* loco qui dicitur Cella S. Viti, quidam Alemannorum atque Burgundiorum Dux olim ecclesiam constituens, suis eam hæreditariis bonis ad sustentationem monachorum illic Deo militantium abundare fecit. Qui devotione pariter et fide instructus, cum sanctorum reliquiarum studio Divionem venisset, inde rediens, corpus Deo dilectissimi Martyris Benigni secum exportavit: qui divinitus ab Oriente Gallis destinatus, post multos agones tandem sub Aureliano Cæsare lancea militis percussus, in specie niveæ columbæ cælos penetravit. Illos quoque Tergeminos fratres, Speusippum, Eleusippum, et Meleusippum, a prædicto Martyre baptizatos, et apud Lingones egregie coronatos, una cum corpore S. Mamerti, civitatis illius Episcopi, Dux idem concedente Christo emerunt: lætusque cum tanto cælestis patrocinii pignore fines Alemanniæ repetens, ecclesiæ, quam construxit, desiderabilem consignavit thesaurum. *Idem aliis verbis narrat Cornelius Grusius.*

Elwangæ situs.

10 *Dux ille,* B. Hariolphus *fuit, cujus vitam ab* Ermenrico *scriptam, aut certe origines Elwangensis cœnobii, 13 Augusti dabimus. Est* Elwanga *magnificum Sueviæ monasterium et oppidum, ad* Jagstam, *sive* Iaxtum *amnem, in pago, sive tractu, qui* Virgunna, *vulgo* Virngrunt *dicitur.* Elephantacum, *et* Elefancense *vocat Bruschius, Crusius Suevicor. Annal. lib. 11, par. 1,* Elephanticum, *et* Elephancense, *alii* Elwacense, *et* Elwangense. *Ab* alce *fera* (*quam* Ellend, *vel* Elland *Teutonice dicimus*) *ibidem capta id nomen ductum tradit Crusius, inque ejus rei memoriam, solemnibus festis Evangelia in ea ecclesia cani solere, libro supra pulpitum locato pelle alces hirsuta operto. Conditum* Elwangense *cœnobium scribit Bruschius anno 764, et mox secum ipse pugnans, dixisse ait Vieterbium secundum Albertum an. 752. Crusius fundatum ait an. 754. Hoc ex Ermenrico constat SS.* Sulpitii *et* Serviliani *Martyrum corpora* B. Erlolfo Episcopo ab Adriano Papa esse data, sicque Domino Hariolfo fratri suo huc translata Elwangen. *At creatus est Pontifex* Adrianus *an.* 772. *Ab eodem* Erlolfo *fratre accepit fortassis sanctorum Tergeminorum reliquias; nisi si ipse, quod quidam tradunt, in Episcopatum Lingonensem fratri successit, eumque suo monasterio thesaurum largitus est.*

Tergeminorum isthic festivitas.

11 *Ceterum coluntur Elwangæ Tergemini veluti Patroni secundarii (præcipuus est* S. Vitus, *ut* 15 *Junii dicemus) ritu duplici secundæ classis cum octava, ut patet ex propriis officiis ejus Ecclesiæ anno* 1631, *a sacra Rituum congregatione confirmatis. De Translatione in fine Lectionis sextæ isthæc memorantur:* Quorum corpora, una cum nonnullis reliquiis S. Desiderii Episcopi et Martyris, e Lingonum civitate per B. Hariolphum et fratrem ipsius Erlolphum Lingonicenses Episcopos Elvacum translata, in ecclesia collegiata S. Viti requiescunt.

ACTA

ex veteri MS. M. Velseri.

CAPUT I.

Tergemini varie ad fidem invitati.

Tergemini ejusdem ... ...

Tres pueri fratres, quasi tres rosæ ex una virga natæ florentes, ita hi ex uno utero simul nati, et aspectus gratia et sapientiæ profectu pollebant. Quibus cura maxima hæc erat, ut equos alerent, ut familiam ampliarent. Quorum avia, Leonilla nomine, medicinam instructe cognoverat, et notis diligenter instructa, ut incomparabilis haberetur. Memorati autem pueri tres nepotes ejus, et nutritores optimi equorum erant, et ascensores incomparabiles. Qui cursu rapidissimo ferebantur pene quotidie in locum, qui Palarisus appellatur, in quo stabat Dea Nemesis, quam gentiles superstitione colebant.

Leonilla eorum avia medicinæ perita.

carnes Nemesi oblata respuit

2 Isti igitur cum aviam suam Leonillam ad suum convivium invitassent, et ea, quæ de sacrificiis Nemesis attulerant, quasi pro benedictionibus posuissent, Leonilla avia eorum dixit: Sic omni sapientia eruditi estis, ut nesciatis idolorum culturam inimicam salutis humanæ semper existere, et animas æternis pœnis in Tartaro religare? Ego Christi ancilla sum, qui cælum fecit et terram, maria, et omnia, quæ in eis sunt, qui post tenebrosam et cæcam noctem, lumen prodire jussit, ortum solis et occasum segregavit, dies constituit, tempora disposuit, lunæ cursum certis metarum anfractibus per pluteas cæli ire constituit, stellis quoque splendentibus varia claritate cælum ornavit, statuit montes, fontes aperuit, campos extendit, perpetuos cursus fluminibus contulit, ab arboribus protulit poma, vitibus botryones exhibuit, olivæ nemora pinguedinis gratia tam in refectiones quam in splendores supplevit, laxavit nubibus cursum, ut illic influant, sicut ipso jubente eas distinxerunt flabra ventorum, quæ nunc tepenti molliore temperant sæculum, nunc rigenti algore penetrant mundum, ut fertilitatem agris impertiant, et viventium omnium muniant sospitatem: ipso volente vivimus, ipso pascente alimur, ipso a donante vestimur. Hunc ego Deum colo, et ut ipsum excolatis, admoneo. Nemesis enim idolum est, quod execratur Deus, qui est in cælis. Cognoscere enim debetis creatorem omnium Deum, ut de tenebris exeatis ad lucem, de morte resurgatis ad vitam. Ego enim matrem vestram in hac fide erudivi, quæ vos tres cum uno subito partu fudisset in mundo, tertio a nativitate vestra anno exire jussa est de isto sæculo, b ad alterum sæculum properare. Post cujus obitum pater vobis impedimentum fuit, ut nec ad veritatem potuissetis attingere, et ad portum salutis a tempestatibus dæmonum pervenire. Nunc vero omnia impedimenta sublata sunt, et sapientia in vestris sensibus regnat, et nihil tale profero ex ore meo, quod non evidentius

nepotes fidem instruit

Mater eorum Christiana, pater ethnicus

evidentius agnoscatis. Et ideo rogo vos, secundus fructus ventris mei, aperite oculos vestros ad cœlum, et idolorum omnium culturam, quasi inimicam saluti vestræ, [illegible], ut possitis ad æterna gaudia pervenire.

3 Hæc cum dixisset Leonilla, pueri stupefacti, alius ad alium attendebant, et fundentes lacrymas cœperunt dicere: O dulcissima avia, ubi usque nunc istam veritatem a nostris animis occultasti? Quibus illa respondit: Quoniam pater vester numquam potuit in ista veritate esse consensus, ideirco sibi, ne verbum Dei, quod in vestris mentibus seminassem, eo prohibente non posset fructum afferre.

4 Tunc illi tres recordati sunt visiones, quas viderant in ea nocte, quæ transierat, et exclamans Speusippus dixit: Videbam me in visu noctis præteritæ in sinu aviæ meæ, quæ in [illegible] lacte [illegible], dicebat: Speusippe bibe lac, [illegible] et in certamine dum veneris, [illegible] Et cum hæc dixisset Speusippus, Eleusippus dixit: Credite et me vidisse [illegible] visionem. Vidi [illegible] super sedem [illegible] et [illegible], ita ut splendore nimio meos oculos obumbrarem, vocavit [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

Idolis eversis, plenius instruuntur.

Et hæc dicentes [illegible] et fletum tenere non poterant; dicentes visiones [illegible]

[illegible]

6 [illegible]

[illegible]

exaudisti orationem meam, et nepotum meorum animas liberasti, et sensus eorum simulacris vanis obligatos tuis manibus exsolvisti.

7 Tunc perrexit ad S. [b] Macarium Confessorem, qui erat in exilio ab Antiochia missus in ergastulo Cappadociæ, in monte [c] Athir, qui est in suburbio [d] Nazanzæ civitatis, qui orationibus suis aquam fecit in ipso monte confluere, de nonocentum millibus aquam sibi exules in eodem loco damnati portabant. Hos igitur nepotes suos perduxit ad eum: quos ille suscipiens, docuit omnia Catholicæ fidei mysteria, unitatem Trinitatis, veritatem Deitatis, æqualitatem omnipotentiæ, nihil majus, nihil minus, idem esse substantiam, majestatem, Deitatem, Patrem vere patrem esse, qui genuit filium, sicut lumen de lumine, fluvium de fonte, sicut verbum ex voce, sicut [illegible] ex verbo, sicut rationem de consilio, sicut gaudium de [illegible], [illegible] esse Filium, ex quo est Pater sicut ex eo fluvius, ex quo fons. Qui fluvius etiamsi doceatur [illegible]

[illegible]

12 [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Martyrio cum avia aliisque coronantur.

Tunc [illegible]

[illegible]

14 [illegible]

[illegible]

tacitis vocibus Deo gratias referebant. Tunc Quadratus dixit: Ubi est Deus vester? Speusippus dixit: Hic est, et ipse adjuvat nos, ut de pœnis vestris non solum non doleamus, sed etiam rideamus. Palmatus dixit: Infelices et miseri, uno animo ad mortis vestræ interitum festinatis. Elasippus dixit: Unus venter nos uno die genuit, una mater tres filios dedit sæculo, una arbor tres Martyres tradidit Deo. Quadratus dixit: Non in ista arbore moriemini, sed vos hodie ignis consumit. Melasippus dixit ad eum: Qui unus ignis erit, qui trinitatem nostram trino Deo tradat in sacrificium.

15 Tunc jubentibus his Palmato, Hermogene, et Quadrato ignis copiosus accenditur. Cum autem moras facerent ligna portantes, conversi ad aviam suam dixerunt: Memor nostri semper esto in orationibus tuis, et cum cibum acceperis frangis panem, et incipiunt micæ cadere de fragmento, collige micas de mensa, et memor esto nomina nostra, ut et nos gustemus de micis mensæ Regis nostri, quia super faciem terræ *a* non sumus loti, ut de mensa ejus gustemus panem. Quibus Leonilla dixit. Saturi estote, quia sanguis vester vos lavabit, et confessio vestra candidis vos induit vestimentis. Et statim ad mensam Regis vestri inter invitatos accumbitis, quia vestem nuptialem in martyrio suscepistis. Ex illo enim die baptizati estis, ex quo idola confregistis, et credentes Deo sermonem vitæ intus in animo recepistis. Sicut enim si quis baptizetur, et non credat ex toto corde, aqua baptismatis non solum non tollit peccata, quæ habuit, sed incipit ei addere incredulitatis suæ reatum et crimen; ita qui ex toto corde crediderit, si illi defuerit baptismus, non eum excludit a numero fidelium: Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.

a in solo sanguine suo baptizati

Rom 10 10

16 Igitur cum eam credentes audirent, ligatis pedibus et manibus in medio ignis jactati sunt. Statim sicut de tribus Hebræis legitur, disrupta sunt vincula eorum, et cœperunt stare in oratione, et Deo gratias agere. Flamma enim in modum arcus exaltabatur ad nubes, illi vero immobiles permanebant, monentes servos suos, et dicentes: Videte, ne seducamini ab eis, et timeatis homines vanos, et ad sacrificium eorum penitus non accedatis. Defecerunt autem ligna portantes. Mittere jusserunt tedas, oleum, pices, ceram, quæ omnia arserunt, famulos autem Domini in nullo penitus contingebat incendium.

In ignem conjecti non læduntur Dan. 3

17 At ubi finiti sunt ignes et ligna, cœperunt Sancti insultare Judicibus suis, quibus et dixerunt: Dedit nobis Dominus Deus noster potestatem, utrum velimus, exire de corpore an non: quem nos rogavimus, ut igne deficiente, nos insultaremus vestræ perfidiæ, qui nobis hoc præstare dignatus est. Ecce modo exultantes egredimur, nullam de igne vestro habentes in corpore cicatricem, Et hæc dicentes positis genibus in oratione emiserunt spiritum, tanquam agni adhuc vocem benedictionis in ore gestantes.

insultant Judicibus

moriuntur in oratione.

18 In ea hora Junilla quædam *b* parvulum tenens jactavit eum, et exclamavit dicens: Christiana sum. Uni ego Deo meo Jesu Christo credo, immortali Regi et perpetuo. Quam irati jusserunt post tergum manibus a capillis suspendi, dicentes. Nisi promiseris negare te Christum, et de sacrificiis manducare, non inde deponeris. Ad quam accedens maritus ejus dicens: Junilla mea, conjux bona, miserere mihi, et infanti filio tuo, cui eum derelinquis? Cui illa respondit: Parvulum ego genui, me autem Deus creavit: quem debeo ego anteponere, parvulum meum creatori meo, an creatorem meum, qui me et creavit et judicaturus est? Ad aliorum autem metum cito jussa est duci ad vicum Orbatum, et una cum Leonilla avia Sanctorum capite cædi.

b Junilla Christiana, suspenditur,

marito blandidanti spernit,

plectitur capite cum Leonilla

19 Neon autem Exceptor, qui gesta ipsa scripsit, claudens codices suos, in quibus exceperat, collegæ suo Turboni consignavit, et cucurrit ad Nemesim, dejecit eam, et minutatim marmora ejus misit, et omnia quæ erant *c* idola minuta per gyrum ejus contrivit. Quod factum custodes templi nuntiantes, tenuerunt tamdiu cædentes et lapidantes, quousque confessus Dei filium spiritum exhalaret.

Neon Exceptor idola evertit, *c* *occiditur*

20 Turbon autem scribens victorias confitentium Dominum Speusippi, Elasippi et Melasippi, Leonillæ, Jonillæ, et Neonis, non post multum tempus martyrium perpessus est. Passi sunt autem hi, qui supra, XVI Kal. Februarias, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Turbon occiditur.

a *Hæc repugnant ei quod a Warnahario aliisque Gallicis scriptoribus traditur, a S Benigno fuisse baptizatos quamquam et ipse sibi, ut infra dicemus, contradicit Warnaharius.*

b *Petrus de Natal* relicto viro et duobus parvulis.

c *Multa de Nemesi ex Pausania aliisque veteribus congerit Lilius Gregorius Giraldus historiæ Deorum syntagm* 16, *Vincentius quoque Cartarius, et Laurentius Pignorius lib de imaginib. Deor At de his minutis per gyrum idolis nihil*

ALIA ACTA
AUCTORE WARNAHARIO,
ex tribus veteribus MSS.
PROLOGUS AUCTORIS.

Sancto et a me Pontificali apice præferendo, Domno *a* Ceraunio Papæ, Warnaharius salutem.

a

Præcipuis beatissimorum Episcoporum personis assidue coæquari meritis non desistens, in omni conversatione sacerdotii, sancta quotidie exornari religione festinans, divinarum litterarum legendi studio universa dogmata peragrasti. nunc sanctorum Martyrum gesta, ad laudis tuæ cumulum, pro amore religionis congregare in urbe Parisiaca devotus intendis. Unde *b* sancto Eusebio Cæsariensi in æmulationis studio coæquandus es, et pari gloriæ dono perpetualiter memorandus. Da veniam nostræ imperitiæ, quoniam te tantum laudare non sufficimus, quantum esses cordi si facundia succurreret præferendus. Gesta Sanctorum geminorum, qui in suburbio Lingonicæ civitatis pretiosam adepti sunt consummationem martyrii; vel Beatissimi *c* Desiderii Martyris et Antistitis ipsius civitatis, sicut devotionis studio imperastis, ita desiderantissime me famulationis obedientiæ cognoscatis.

S. Ceraunius Episc. Parisien. Sanctorum gesta colligit. *b* *c*

a *De eo agemus 27 Septembris, quo tempore vixerit, diximus supra in Prolegom* § 1 *nu* 3

b *Perperam Sanctus appellatur hic, et in multis Martyrologiis ad 21 Junii Eusebius Cæsareensis Episcopus, qui licet de Ecclesia non male meritus sit, dum gesta Sanctorum descripsit, tamen Arianæ hæresis propugnator fuit. Sed cum S Eusebii Episcopi nomen in sacris tabulis reperissent quidam, Cæsareensem existimarunt, qui Samosatensis est, ut 21 Junii dicemus. fortassis quidam Samosatensis nomen ob Paulum hæresiarcham suspectum habentes, ausi velut mendum corrigere Consule Baronium in Notat ad Martyrol. eo die, et to.* 3, *an.* 340, *num* 42, *ubi Sixtum Senensem egregie perstringit, qui Eusebium Cæsareensem ausus fuit ab hæresi excusare.*

c S Desiderii *Episc Lingonensis et Martyris vitam dabimus* 23 *Maii.*

CAPUT I.
S. Benigni ad Lingonas adventus.

Gloriosa Martyrum certamina studiosius reserare Christo auctore compellimur, in cujus fidei amore acta fuisse procul dubio confitemur. Igitur sancti tres gemini fratres, Speusippus, Eleusippus, et Meleosippus, cum quantis ad Martyrii dignitatem præmiis pervenerint, explanare potius, quam præterire, plenissima convenit ratione. Admirandum satis est, et Dei omnipotentis prædestinatione multipliciter præferendum. Ergo hujus rei ordinem prosequentes, et gratuitam beneficia largitoris diligentius perpensantes principium publicemus.

3 Denique S. Polycarpus *a* Ephesi urbis Episcopus, doctrina

doctrina beatissimi Joannis Apostoli et Evangelistae perfecte instructus, Spiritu sancto repletus, fidei dilatare cupiens Christi militiam amplificare, per diversas mundi partes suos dirigebat discipulos, verbum Domini nostri Jesu Christi gentibus fideliter praedicare. [illegible] Aurelium Imperatorem, post discessum Severi [illegible] persecutoris, crudelissimum [illegible] persecutionem, et quod [illegible] Princeps [illegible] in regno, et Galliarum provinciae [illegible] Polycarpus [illegible] Christi [illegible] Benignum Presbyterum et Thyrsum Diaconum [illegible] agonem festinos, pro Christi nomine itinerum labores [illegible] devotos, pericula [illegible] pro religione Christi [illegible]

4 [illegible] Sanctus [illegible] Polycarpus [illegible] Christi [illegible] paradisi sedes [illegible] latentur. His et aliis [illegible] eos S. Polycarpus prosequebatur orationibus.

5 [illegible] Massiliensium littora [illegible] pervenerunt [illegible] Angelo praecedente [illegible] Æduam [illegible] tur [illegible] Fausto, nobilissimo [illegible] et Praetorianis fascibus sublimato, gratissime ab eo [illegible] Martyrem [illegible] Illi vero [illegible]

6 [illegible] Faustus [illegible] ad Christi militiam sociare. Subveniat [illegible] litate familiam, quam coepisti. His [illegible] Benignus [illegible] Andochius et Thyrsus [illegible] martyrii. Sanctum itaque Benignum praefatus Faustus sorori suae pro munere divino, sicut erat, de praesenti transmisit. Illa eum scilicet veluti manna, quod de coelo descenderit, cum omni veneratione suscepit.

a [illegible] Severum [illegible] 20 [illegible]

b [illegible] Andochius [illegible]

c [illegible] SS. Andochio [illegible] Thyrso [illegible] 24 Sept. [illegible]

d [illegible] S. Benigno [illegible] Marco Aurelio [illegible] Severo [illegible]

e [illegible] Augustodunum [illegible]

f [illegible] S. Symphoriano [illegible] 22 [illegible]

CAPUT II

Tergemini, avia monitu, et somnus, ad fidem invitati.

In eadem [illegible] in agro [illegible] Nemesis [illegible] offerebant, et de [illegible] respondit [illegible] Carissimi [illegible] Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum esse, [illegible] gari, et littoribus coarctari, momentanea sententia [illegible] vit, qui Adam primum hominem in Paradiso [illegible] Jesum [illegible] S. Benignum [illegible]

8 [illegible] S. Leonilla [illegible]

Victore Warnahario ex MSS.

eorum jam inspirata gratia divinitus convalesceret; miro pariter adstiterunt stupore defixi, et se invicem intuentes, considerantesque omnia, quæ eis dicta fuerant, et conversi ad aviam suam unanimes dixerunt una voce : Quare tantam et tam præcipuam rem, tam diu tectam silentio tenuisti? cur nobis veritatis viam et lumen præclarum tantis temporibus occultasti? Quibus illa blando sermone respondens, elevans oculos, et manus ad cœlos expandens, Deo gratias agens, infit : Filius meus pater vester in tanta cordis perseveravit duritia, ut in tartarea sede demersus, delictorum obumbratus caligine, desolatus omni sapientia, et intellectu cæcatus perversitatis consilio, Christum Dominum nec credidit, nec umquam voluit confiteri. Quid ei prodesse poterat sermo divinus, cujus interiora cordis incredulitatis malitia ad integrum possidebat, et lumen verum circumseptus idolorum caligine videre non poterat? Ipse fecit mihi hactenus taciturnitatis silentium custodire, dum timui ne sua inimica suasione vos faceret a recto tramite perpetualiter deviare. Voluntate enim Dei eo deficiente omnia impedimenta sublata sunt. Ecce nunc tempus acceptabile. Aperite ergo oculos cordis et corporis, cœlum potius intuentes, idolorum inimicam saluti vestræ culturam, Domini nostri Jesu Christi repleti gratia, ab animis vestris radicitus exstirpate, ut possitis ad æterna gaudia pervenire.

Cur non prius id egerit.

9 Dum hæc et alia plura B. Leonilla cum S. Benigno nepotibus suis narrasset, ut credulitatis indicia divina pietas in eisdem patefaceret; visiones, quas nocte præterita viderant, in memoriam revocaverunt. Primus Speusippus dixit : Videbam me in visione noctis præteritæ, in sinu aviæ meæ, quæ mamillam suam plenam lacte labiis meis infundens, dicebat : Speusippe bibe lac, quoniam in agone et certamine cum veneris, quanto plus biberis, tanto fortius, et velocius vinces. Et hæc cum dixisset Speusippus, Eleusippus ait : Credite et me hujuscemodi vidisse visionem : Vidi in cœlo super sedem magnam sedentem, quasi ex electro et gemmis, majestatis potentia radiantem, cujus splendor immensus meum obumbravit aspectum, et ob stuporem nimium pavor cordis mei terruit intellectum. Tunc is vultu sereno me vocans ad se, dixit : Noli timere, coronam victoriæ promereberis. Tertio loco Meleusippus visionem suam exposuit : Vidi et ego nescio quem Regem magnum satis, singularia sceptra tenentem. Hic nos tres pariter ad suam militiam provocabat, præclaris baltheis accingebat, magno nos pretio a captivitatis vinculo redimebat, perpetuæ libertatis nostræ præmia aureis litteris scribebat, donis nos indeficientibus simul remunerabat. Super his ad me hortandum addidit, dicens : Meleusippe, vos tres fratres in meo palatio collocare decrevi, et æternis præmiis pariter coronare. Avia vestra cunctis diebus ac noctibus pro vestra salute supplices preces effundit, ut recto tramite gradientes liberati de tenebrosa caligine, verum lumen contemplari possitis, et de condemnatione mortis ad vitam veniatis perpetuam. Hæc et alia plurima adhortationum verba mihi Rex, quem dixi, narravit in visu. O quam admirandas, quam concordantes, et unius rei indicia designantes, vel in perpetua memoria retinendas, in noctis tenebris adhuc positi, illuminati jam prædestinatione ex gratia Spiritus sancti, tres fratres gemini meruerunt videre visiones! His tribus pueris, obtentu aviæ, antea est Trinitas revelata per gratiam, antequam plenam Christi perciperent disciplinam. Viderunt illuminatis ex parte oculis prius Dominum Deum, quam per oris confessionem plenius cognoscerent Salvatorem.

Singuli conversionem suam et agonem mystico somnio prædocti erant.

CAPUT III.

Eversis idolis, fidem publice professi.

Perpensantes denique infra se Sancti Gemini de concordationibus visionum, prædicationibus S. Benigni ac B. Leonillæ orationibus incessanter instructi, cogitabant attentius quid agere procurarent; desiderantes etiam ut detersa caligine purum claritatis lumen in visu lucis visibiliter contemplarentur, et Deum vivum et verum sine ulla ambiguitate cognoscerent. Tunc dixerunt ad aviam suam : Indica nobis quid faciamus, ut prædicatio vestra omnibus erroribus effugatis, nostram possit proficere ad salutem. His dictis B. Leonilla exultans de sancta confessione nepotum suorum, et Deo gratias agens, dixit ad eos una cum S. Benigno : Custodite ergo omnia præcepta divina, et Regem regum Christum Deum esse sine dubio credite, separati a nefandis idolis, vosmetipsos Creatori vestro Deo offerte. Docuit autem eos S. Benignus omnem sanctam doctrinam, et perfectos in fide Christi confessionem credulitatis veram et manifestam, per infusionem sancti Spiritus, ut cognovit eosdem ad integrum recepisse, baptismatis ipsius pariter gratia consecravit. Deinde S. Benignus *a* Divionem petiit castrum, ubi plures laboris sui fructus congregans, non post multum tempus pro multis meritis condignam martyrii coronam promeruit.

Instructi baptizantur a S. Benigno.

a

11 Sancti vero gemini fratres, confirmati in omni credulitate Christi, servis suis præceperunt ut simulacrum Nemesis confringerent, et duodecim templa, quæ in domo eorum erant constituta, funditus everterent; ipsas etiam idolorum statuas simul in confractionem redactas, protinus dissiparent : feceruntque servi omnia, quæ fuerant a dominis imperata.

Idola evertunt.

12 Interea fama citata percurrens, cunctos terminos civitatis Lingonicæ peragravit, nuntians tres geminos fratres nepotes B. Leonillæ, illustribus ortos natalibus, ad Christi cultum devotionis studio manifestissime declinasse, et Jesu Christi omnipotentis fiducia, deorum simulacra pro nihilo ducentes et in omni abusione despicientes, a fundamentis cum ipsis idolis everti jussisse. Crescit rumor immensus in populo, excitantur in iracundiam Primates, Judices, et sacerdotes idolorum, et nimio furore succensi ad Dei pueros undique conveniunt; congregatique in unum dixerunt Primates ad eos : Quæ vos tam repentina invasit temeritas? quis vos persuasit culturam deorum nostrorum relinquere, quam nostri vestrique veteres ab antiquis temporibus coluisse noscuntur, decreta Principum convellentes? Christum, quem pro Deo adoratis, Judæi ipsum in mortis condemnatione cruci affixerunt. Tum Sancti repleti Spiritu sancto dixerunt ad eos : O dementes in profunda demersi caligine, perpetuis tenebris obumbrati, et nimia gravati mole peccatorum, pœnarum indeficientium morte perpetua condemnati, antiqui hostis errore decepti, quid nos saxa et cetera metalla, in hominum effigies ab hominibus figurata, adorare compellitis, quæ nullum vitæ spiraculum habere videntur? quæ nihil sunt, nihil sentiunt, pro nihilo abs stultis omnino coluntur. Deus verus et vivus Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus in trinitate Deitatis, et trinus in majestatis unitate credendus. Dominus noster Jesus Christus ipse est Deus de Deo, lumen de lumine, splendor a splendore procedens, qui semper est semperque fuit, et semper ipse sine fine manebit. Ipse fecit omnia quæ in hoc mundo sunt.

Concurrit adversus eos populus.

Reddunt fidei rationem.

13 Tunc permoti sunt Primates populi et Judices et sacerdotes, qui ad spectaculum venerant, in nimia iracundia contra sanctos Dei famulos. Exurgens autem Quadratus iracundia repletus Speusippum et Eleusippum pugno percussit in facie, quia ipsi duo tantum locuti fuerant. Condolens Meleusippus exclamavit

ad tormenta intrepidi

a [illegible] Nemesi sacrificasse Lingonenses tradunt, qui [illegible] quod Nemesim [illegible] vel [illegible]

b [illegible]

mavit dicens: Cur me de isto percussionis dono cum fratribus meis non fecisti participem? In illis ostendisti optabile principium passionis, me autem quasi pro tuis incredulis [illegible] honoranis a sancto consortio sequestrasti. Unanimes in Christi confessione sumus, æqualiter per vestram perfidiam de Christi remuneratione congratulamur. Quadratus dixit: Hodie vos pro contemptu deorum nostrorum diversis cruciatibus puniri disponimus. Eleusippus dixit: Quantum nobis majora tormenta paratis, tanto amplius nos de Dei gratia confortatis. Palmatius dixit: Nisi linguas eorum radicitus amputemus, non cessabunt loqui in injuriam nostram, vel deorum nostrorum. Speusippus dixit: Si linguas nostras crudelitas vestra [illegible] absciderit, in interioribus nostris magnalia Dei narrabimus, et de sancta credulitate Christi numquam nos malitia vestra separabit. Iterum Palmatius, et Hermogenes aiunt: Infelices [illegible] ad mortis vestræ interitum festinatis. Speusippus dixit: Mori enim pro Christi nomine gloriosum est, unde ad vitam celerius pervenimus æternam, ubi nulla tristitia est, sed gaudia quæ nullo tempore finiuntur.

a [illegible]

CAPUT IV.
Varie cruciati, coronantur.

Videntesque eos Palmatius et Quadratus, et Hermogenes in Christi confessione constanter perdurare, cogitabant attentius quid agerent, vel quibus gravissimis pœnis affligerentur, quo genere mortis, propter *a* meritum eorum qui abjecerant, crudelissime damnarentur. Dum hæc diligentius pertractarent, B. Leonillam [illegible] ad se accersiri præcipiunt, si forsitan ejus blanditiis, et [illegible] parentibus [illegible] potuisset ad cultum deorum, ut Christi majestatis Deitatem per omnia [illegible]. Cumque B. Leonilla ad eosdem pervenisset, dixerunt ei Judices: Perge ad nepotes tuos, et [illegible] salvare [illegible], et a [illegible] supplicii, vel mortis liberare interitu, suade eis ut templa restituant quæ destruxerunt, deos autem nostros adorantes, [illegible]. Hæc et alia plura dicentes, dixit ad eos B. Leonilla: Ibo, et suadebo eis omnia quæ saluti eorum congruunt.

15 Veniens denique B. Leonilla ad nepotes suos, cum cognovisset eos in sancta perseverare confessione, [illegible] amplexans [illegible] præ gaudio, et multas Deo omnipotenti preces effundens, et gratias agens Christo, dixit nepotibus suis: Nullus degener e vestro [illegible], nullus [illegible], nullus gratior, quam vos in Christo [illegible]. [illegible] vestrum præclara confessione Christi, perpetualiter illustratis. In tenera ætate positi cunctos seniores [illegible] vestra [illegible]. [illegible] Estote ergo [illegible] viriliter perseverantes. [illegible] tortiter in fide Christi [illegible] sunt [illegible] est, atque perfecta, et [illegible] ad æternam [illegible] perveniretis. Videns itaque eos plenos gratia Christi [illegible] et promissam [illegible].

16 Interrogati autem a Judicibus si vellent consentire eis, et deorum [illegible] publica voce confi-

teri, ergo cum illi pertinaci sententia in Christi amore persisterent, et nullatenus voluissent assensum præbere petentibus, ligatis sursum manibus, pedibus vero deorsum, in arbore una suspensi sunt: tanta vero tormentorum adinventione extensi, ut pene putarentur ab ipsa membrorum compage separari. Confortati tamen a Christo, ut virtutis tolerantia divinitus interius ministrata, in confessione et credulitate Christi viriliter permanebant: et in ipsis tormentis suspensus cum fratribus Meleusippus Judicibus insultabat, dicens: Dominus noster Salvator Jesus Christus clavis affixus, in Trinitate colendus, pro nostra redemptione sancto pependit in ligno, unde crucis [illegible] promeruimus. Nos quoque tres simul [illegible] in uno hoc pendentes stipite pro ejus nomine efficiamur gloriosi Martyres. O beatum fructum ipsius arboris, qui tres portavit Martyres, Trinitatis nomine consecratos.

17 Videntesque eos Judices confortari, non contristari in suppliciis, dixerunt ad eos: Non in ista arbore, sicut vos velle dicitis, moriemini, sed igne ultore peribitis. Meleusippus iterum respondens, ait ad eos: Major nobis erit beatitudinis augmentatio, si per ignem probati transierimus ad Deum, et de tenebris per hunc ignem perpetuam veniamus ad lucem. Tum denique Judices, propter metum qui aderant populorum, ligna, et reliqua quæ solent focis incrementa præbere expediunt, et ignis [illegible] accenditur. Ligatis manibus et pedibus Sancti Gemini in ignem præcipitantur. Adfuit Christus Salvator in medio, et disruptis vinculis sancti Martyres gloriabantur in igne, et nullum de eis contingebat incendium. O beatus ignis, qui tantum *b* origine de purgavit peccatum et nullum in Sanctorum membris diminutionis incendio intulit detrimentum! Adjuvit potius ignis Sanctos, per quem nocere volunt et non potuit inimicus. Ignis ab incredulis acrius incendebatur, ut Sanctorum corpora sine mora comburerentur, sed conversa miseratione divina in melius, inde Sanctis lumen inextinguibile præparavit. Flammæ ardentes [illegible] elevatæ sunt, sed Christi [illegible] Sanctorum præcipuam gloriam ostendebant, quæ [illegible] a persecutoribus præparatæ fuerant ad ruinam. Ignis ad Sanctorum membra [illegible] propriis habere non potuit, quoniam Dei potentia vaporem caloris pro suis Sanctis pietatis studio temperavit.

18 Viderunt impii et iniqui persecutores inter immensas flammas exultare sanctos Geminos, et perseverare illæsos, quos putaverunt tanto incendio subito videre consumptos. [illegible] Sanctis in igne est a Christo [illegible], ut major accresceret incredulis, mysteria divina videntibus, de confusione tristitia. Defecerunt itaque ligna, et omnia [illegible]. Sancti vero [illegible] flammis in medio stantes per [illegible] irridebant, dicentes: Data est nobis, si volumus, de [illegible] Christum [illegible] potestas et, si adhuc [illegible] vestræ [illegible] viventes in [illegible] est. [illegible] ubi [illegible] non deficit largitoris. [illegible] Sanctos Dei Geminos [illegible], nullus [illegible] potuerunt videre [illegible] Sanctorum de incendio [illegible]. Sed ut [illegible] fieret [illegible] martyrii, et ut præparatas [illegible] petentes a Christo [illegible] Angelorum ad se [illegible], et ante oculos eorum [illegible] paratos, tunc [illegible] flectentes genua in terra, in oratione prostrati, [illegible] Christo [illegible] sanctum spiritum [illegible] ad cœlos.

19 [illegible] sunt autem corpora eorum ac sepultura [illegible]

Auctore Varnahario ex MSS.

Suspensi torquentur.

Conjecti in ignem

illæsi manent

b

[illegible]

Ex MSS. e sepeliuntur

devotis in e secundo miliario ab urbe Lingonica, in vico qui vocatur Urbatus, ubi se duæ viæ maximæ sociant, et aliæ ante has a diversa parte se subjungunt : ut ibi et expedita voluntatis devotio, et viantium opportuna satis subjuncta collatio semper frequens adsit populorum, et ad eorum undique limina ad orationem concursio. Ibique etiam quicquid devote precantur, obtentu sanctorum germanorum Deo largiente præstatur : sanitatum ibidem suffragia per eosdem sedule infirmantibus ministrantur : mœrentibus confortationis consolatio sine mora conceditur, et præcipuus circa basilicam eorum semper additur cultus, et opum largitas in melius a devotis quotidie ampliatur.

clarent miraculis.

a *MS. linquit* metum Judæorum

b *Quomodo* originale purgavit peccatum, *si jam ante erant a S. Benigno baptizati? Hæc ex prioribus Actis transtulit Warnaharius, nec expendit quæ ante de eorum baptismo alterata sit.*

c *Alia MSS.* deliberimus

d *Petrus de Natal.* Vosque sunt Angeli cum luce multa eorum animas colligentes.

e *MS. Martyrol. Brug.* in uno

CAPUT V.

Avia, aliique comites martyrii.

Junilla et Leonilla martyrio coronantur.

Illud etiam rationabiliter congruit adnectendum, quod ad laudem Sanctorum Geminorum augendam, vel cultum religionis dignoscitur pertinere; nam per eorum sanctam adquisitionem numerus est Martyrum, inspirante Deo, ampliatus. Videns denique Junilla quædam mulier tam pretiosam Sanctorum geminorum martyrii consummationem, spreto maritali consortio, parvuli et unici filii dulcem relinquens amplexum, inter incredulas turbas adhuc in persecutionis ardore commotas, veloci cursu properans, exclamavit dicens : Et ego Christi ancilla sum, Christum Deum vivum et verum sine ulla ambiguitate pronuntio : idola vestra ignominiosa et vana omnino adorare despicio. His dictis continuo comprehensa est, et propter metum circumstantium populorum a capillis suspensa est multisque afflicta suppliciis, cum Christum negare coacta nullatenus voluisset, una cum B. Leonilla avia Sanctorum ad locum deducta martyrii, ad memoratum vicum Urbatum a persecutoribus pariter gladio sunt peremptæ *a*.

item Neon et Turbon.

21 Neon quoque exceptor gestæ hujus rei atque scriptor, tradens Turboni codicem, inter medias turbas persecutorum ingressus, cupiens Sanctorum geminorum militiæ beatissimæ sociari, Christi nomen confessus est. Qui illico a persecutoribus diversis suppliciis afflictus, et vita temporali expoliatus, martyrio continuo meruit honorari. Turbon quoque non post multum temporis, doctrina beatissimorum geminorum perfecte instructus, a persecutoribus captus, et ipse martyrii est remuneratione locupletatus.

22 Acta sunt hæc sub Aureliano Principe, Palmatio, Quadrato et Hermogene Præsidibus, sub die sexta decima Kalendarum Februariarum. Adinventio sanctorum corporum Geminorum, vel dedicatio basilicæ Sanctorum Geminorum excolenda est *b* XIV Kal. Octobr. regnante Christo Deo nostro in secula seculorum Amen.

a *Saussaius in Supplemento Martyrol. Gallicani 9 Janu. scribit* S. Leonillam apud Divionem sepultam *in eadem crypta in qua S. Benignus ab ipsa fuerat tumulatus.*

b *Molan.* IV Kal.

DE SS. MARTYRIBUS AFRICANIS

MUCIO, VICTORE, MISTRIANO, SALVIO, MISELIANO, VICTORICO, TEUSSA, FORTUNATO, VENERIA, SARTA, SATURNINO, HORTISIANO, LEUCIO, MISURIANO, VINCENTIA, ALBA, TIMOTHEO, INGENULA, VICTORIA, ET ALIIS.

XVII Januarii

Gloriosam hanc turmam exhibuit nobis vetustissimum S. Hieronymi Martyrologium, in hunc modum : In Africa, Muci, Victoris, Mistriani, Salvi, Miseliani, Victorici, Teussæ, Fortunatæ, Veneriæ, Sartæ, Saturnini, Hortisiani, Leuci, Misuriani, Vincentiæ, Albæ, Timothei, Ingenulæ, Victoriæ. *Tres solum recensentur in Rhinaviensi MS.* In Africa, Mutii, Victoris, et Fortunati. *Plures, sed confuse, in veteri MS. Hibernico conventus Dungalensis* : Germanorum trium, Speusepi, Helapi, Munici, Victoris, Fortunati, Mucii, Teucisii, Martini et aliorum XLV, Micceæ, Mistriani, Marcelli, Salvi, Sulpicii, Mesalani, Teuseæ, Victoricii, Veneriæ, Satæ, Leonillæ, Junillæ, Ingenulæ, Victoriæ, Saturnini, Albæ, Hortisiani, Vincentiæ, Leucii, Rubentii, Misuriani, Timoseri. *In aliquot ergo nominibus discrepant. Hibernicum* Muccium, *pro* Mucio, *pro* Miseliano, Mesalanum : *forte* Messalianus, *vel* Messalinus *scriptum fuit: pro* Victorico, Victoricium, Teuseam, *pro* Teussa, Satam, *pro* Sarta; Timosaeum, *pro* Timotheo. *Addit præter Tergeminos, Leonillam, et Junillam, de quibus ante egimus,* Teucisium, Miceum, Marcellum, Sulpitium, Rubentium, Martinum et alios XLV. *De* Rubentio *et* Martino, *quem* Martyrium *esse S. Hieronymi conjicimus, infra separatim. His duobus an jungendi illi XLV, aut Africanis, ambiguum est.* Sulpitium *arbitramur* Pinna *esse, Bituricensem Antistitem* Marcellum, *Dunsim, quem in IX Aprilis videri rejiciendum monuimus, pro* Fortunata, *MSS. Rhinaw. et Dungal.* Fortunatum *habent, hoc potius sequi libuit.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

RUBENTIO ET MARTYRIO.

XVII Januarii

Eodem hos quoque MSS. tulere S. Hieronymi : In Oriente natalis Rubentii et Martyrii. *Dungallense, ut jam diximus, cum Africanis Martyribus permiscet, proque* Martyrio Martinum *substituit, et, dubium est an his an aliis, alios XLV socios addit.*

DE

DE SANCTO GENULPHO EPISCOPO

APUD BITURIGES IN GALLIA.

Cadurci *Aquitaniæ primæ populi* S. Genulphum, *veluti primum suæ civitatis Antistitem, venerantur* XVII *Januarii, uti auctor est Guilielmus de la Croix Jurisconsultus in Cadurcensium Episcoporum historia.* [illegible] Post hæc [illegible] Ecclesiæ [illegible] [illegible] Burdigalæ (?) [illegible] Aquitaniæ [illegible] [illegible] 7, num. 31 [illegible] [illegible] [illegible] positum.

2 [illegible]

3 [illegible]

4 S. Gundulphum, [illegible] 17 [illegible] Gundulphi 17 *Januarii* [illegible] XII Kal. [illegible] XV Kal. [illegible] 1521 [illegible] Translatio S. Ge[illegible] 17 [illegible]

territorio Bituricensi, S. Gundulphi Episcopi et Confessoris [illegible] Gundulphus, Gondulphus, Gondulphus [illegible] *Galesinius* [illegible] S. Gundulphi Episcopi et Confessoris [illegible] *Idem de eo prædicat Ghinius, idem Ferrarius, ac Cani-* [illegible] *Claudii Roberti* [illegible] S. Gundulphi [illegible]

5 *Jacobus Breulius lib.* 1. *Antiquitat. Parisien.* [illegible] S. Mariæ [illegible] S. Gen[illegible] Romanum [illegible] S. Sixto I [illegible] Parisien[illegible] 13 Novembris [illegible] 17 [illegible] Parisios [illegible] S. Mariæ [illegible] *Cadurcensi,* [illegible]

6 [illegible] Parisiis, S. Gundulphi Episcopi et Confessoris [illegible] 400 [illegible] 1536 [illegible] *habetur :* Parisiis, transitus S. Gendulphi Episcopi [illegible] S. Gondulphi Episcopi et Confessoris [illegible] hordeaceum comedit, et cilicium asperrimum gesta[illegible] Gaucelini (?) [illegible] XVI Kal. Februarii [illegible] S. Gundulphi Episcopi [illegible]

7 [illegible] 2 [illegible] 1 [illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MSS item alia. Liber miraculorum.

in secunda vita cap. 6, *nu.* 33. Quin etiam ipsorum gesta Sanctorum, quæ a Leonto et ceteris discipulis eorum didicerat, scripsit. *Ea vita an uspiam extet, haud scimus. Aliam post annum Christi* 900 *scriptam damus ex MS. codice Ripatorii, collatam cum MS. Normannico, quod a Frederico Floveto nostro accepimus. Descripsit eamdem, sed minus integram ac correctam, ex codice Longpontico Nicolaus Belfortius Suessione Canonicus regularis. Aliam edidit in Bibliotheca Floriacensi Joannes Boscius Parisiensis : cui librum miraculorum subjunxit. Hic ab eodemne sit auctore scriptus, an alio, non facile est statuere. Agnoscere subinde styli similitudinem licet, ut quod carmina et hemistichia interserat : at multa repetit ante aliter dicta, unde alium merito existimes. Fuit certe auctor libri miraculorum instituti Benedictini professor, ut cap.* 4, *num.* 13 *patet et quidem in ipso ad Angerem* S. Genesii *cœnobio, ut pluribus locis, præsertim num.* 16, 29, 37, 39, 41, 47, *significat, vixitque post annum Christi* 990 *ut ex cap.* 12, *num.* 50 *manifestum est. Capita aptius distinximus, omissis titulis, qui additi recentiore opera, fortassis ab ipso Boscio, videbantur, prioris tamen divisionis numeros ad oram paginæ expressimus.*

VITA

Ex duobus veteribus MSS.

LIBER I.

PROLOGUS.

Vide est Sanctos laudare

Mirabilis Christi virtus et sapientia mirabiliter in Sanctis est adoranda : quæ semper injustis respectum cum promittit misericordiæ, et coronat justos gloria et honore. Quorum in numero ut possimus computari, magnum nobis debet videri, dum talibus ac tantis miseris peccatoribus ad impetrandam veniam conceditur Christus laudari in Sanctis suis fidelibus. Nam laudabunt Dominum qui requirunt eum. Et quamvis non sit speciosa laus in ore peccatoris, convertamur ad aliquem Sanctorum, ut dum nigredo scelerum nos decolorat, pallium frequentatæ laudationis eos quotidie invitet ad auxilium nostri. Ecce si recolamus divitias misericordiæ Dei, non nos fraudare vult sua gratia, quibus ad exemplum proponit Sanctorum suorum mirabilem vitam, qui modo tentationibus variis, diversisque persecutionibus, nec non tormentis multiplicibus cœlestem lætitiam capessunt pro desudatis laboribus. Qui, ut multos prætermittamus, ne super arenam multiplicentur, ad sancti Patris Genulfi diem natalitium convertimus styli officium : et videant et probent pueri cum senioribus, et minus creduli cum jam perfectioribus, quid possint sperare ab ipso quem mirificavit Altissimus ab ipso matris utero, omnium virtutum replens dotalitio. Nam antequam matris alvo esset editus, (quia nunquam desunt vaniloqui persecutores sanctæ Dei Ecclesiæ) illis in temporibus nimium persecutio Imperatoris Decii in Christianos exardescebat, maxime in urbe Romana, adeo ut Christi nominis confessores idolis sacrificare compellerentur, variis tormentorum plectentes pœnis cruciatibus, pro annullatis dæmonum superstitionibus.

CAPUT I.

S. Genulphi parentes, adolescentia.

a S. Genulphus parentum ...

Hoc in tempore fuit quidam, nomine et merito vocitatus Genitus, Christiani nominis amator ferventissimus, et sanguinis egregii de nobilitate verendus, *a* quem mentis et corporis summa ingenuitas commendabilem Christo sub occulto habitu divinæ religionis fecerat. Qui, ut apis prudentissima, variis virtutum flosculis se ipsum in corde Deo beneplacitum fecerat, pauperibus pio corde subveniens, viduas et orphanos compassibili corde eleemosynis sustentans; quatenus data eleemosyna munda essent sibi animæ palatia. Respuens autem illecebrosæ spurca voluptatis, caussa procreandorum liberorum accepit sibi moribus consimilem sociam, excellentissimis ortam natalibus, nomine *b* Aclium, quæ Christi magisterio subserviens, valde dilecta est ab ipso. *b*

3 Agentes igitur multa annorum lustra mutuæ familiaritatis Deo amica colloquia, et juxta morem commorantes duo in carne una, dum animæ novos partus Deo offerunt quotidie, aliquamdiu *c* infecundi sine filiis carnis visi sunt tempus explesse. Incedentes igitur ambo in justificationibus Domini et custodientes voluntatem ejus in mandatis cœlestibus, tandem post pauca in commune decreverunt, Domini clementiam postulare, ut sacro semine sterilia viscera repleri permitteret; quatenus de arca ventris repleta bona voluntate in hanc lucem effunderet, qui multorum necessitatibus proficuus, totiusque bonitatis exemplum et forma extitisset. Audierant enim : Qui multos ad justitiam erudiunt, fulgebunt sicut sol in perpetuas æternitates : et gaudebant, imo desiderabant Christi segetem per se perque suos centuplicatæ cumulationis fructibus gliscere. Hos ergo tanto ardentes spirituali desiderio dignatus invisere Christus solita dignatione servulos, ad nisum eorum dedit beatissimæ Acliæ conceptum. Quod lætabundo cernens beatus pater Genitus oculo, gratanti animo innumerabiles superno exauditori gratias retulit, geminum in animo replicans affectum, utpote sciens Deum sibi esse propitium, et qui potuisset precibus promereri filium. Tandem ex materni ventris palatio præclarissimo partu huic luci effuso, cum indicibili gaudio parentes ejus conventum faciunt, sacrique fontis trina submersione secunda nativitas parentum manibus Deo amabilem et dilectum effecit, Genulfumque vocari disposuit.

diu sterilium ... *c* ... *Dan. 12. 3* ... *precibus impetratus,* ... *nascitur*

4 In spiritualibus autem puer excrescens exercitiis, et ab ipsis cunabulis aleam devitans caduci mundi, spretis cervicosis conatibus; hujuscemodi multifariam ejus elegantiam bonæque spei principium stupido corde mirabantur cuncti, utpote insolitum aliquid. Nam quinquennis a parentibus traditus *d* B. Sixto Papæ Romano, qui sub præfato maledicto Decio postmodum pœnas subiit pro cœlesti Domino, multis precibus, sacris imbuendum tirociniis ei puerum contradunt; ut cœlesti magisterio dignus, oculato corde, circumspectaque devotione fidei, curreret sine offensa viam mandatorum Dei : quatenus in tempore malo et in diebus famis verborum Dei, semuram pro domo Israel exponeret, et pane eloquiorum sapientiæ et scientiæ cœlestis corda esurientium reficeret. Vir denique sanctissimus blandæ adoptionis portu intromittens eum in spiritualium plantationum viridario, promptuaria teneræ infantiæ lactabat : donec post paullulum panis scientiæ sic confirmavit sensuum primordia, ut docili memoria vetus et novum testamentum retineret infantia. Confirmabat doctrix omnium Domini clementia in puero sensus et corda, ut de infantili pectore videres emanare fluenta omnis doctrinæ, et moribus authenticis in puero radicatum cor senile. Erat pulchrum spectare imbecillis pueri annosam patientiam, dum a consimilibus pateretur mille convicia, a majoribus crebra verbera, a minoribus pro posse impelleretur cum injuria : et tamen hæc et multa alia propter nomen Domini cum gaudio magno patienter sufferebat.

d *a S. Sixto instituitur,* ... *insigni memoria pollet* ... *contemptus*

5 Perpendens quoque jam præfatus prudentissimæ memoriæ sanctus Præsul Sixtus tantam illius sanctitatem, pulchris patientiæ *e* ad ... albicantem vere dignum in quo Dominus habitaret templum, jejuniis castigatum, oratione purissimum eum fore persensit, eique Ecclesiasticæ administrationis gradus

dus contradidit. Postque Episcopi insignibus constipatus [illegible] Ecclesiæ fulgebat stola [illegible] Sacerdos. Qui sanctus puer dum esset [illegible] parentibus [illegible], et [illegible] posse desudaret [illegible] disciplinis, ejus Deo et hominibus [illegible] genitrix [illegible] migravit a seculo, cujus memoria [illegible] benedictione est coram Deo semper.

6 [illegible] autem patrem ejus opplevit dolor luctificus, ut [illegible] vix [illegible], deflens perdi[illegible] [illegible] solatium et [illegible] post Deum. Tandem ad consolationis suffragium [illegible] B. Sixtum, cui jam tradiderat [illegible] [illegible]. [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

Apostolatus in Galliis.

[illegible]

deret.

8 [illegible]

[illegible]

matrem, et multa quæ subjungit, plusquam me diligit, non est me dignus. Quod necessarium est fideli mente amplecti, et recogitandum est, ne dum omnes [illegible] pro Dei nomine ad palmam supernæ vocationis per martyrium gressus mentis dirigunt, desint cultores messis Dominicæ [illegible] cum Martyres sola voluntate possimus existere, vitiis et voluptatibus resistendo, semper in [illegible] carnis [illegible] agonizando. Jubemur [illegible] persecuti fuerint in [illegible], fugere. Quapropter, mi dilecte, [illegible] præceptum Domini, et vadens vende omnia quæ habes et da pauperibus, Galliarumque partes [illegible] fide expete, et Genulfum sanctissimæ [illegible] tuæ habebis [illegible]. [illegible] verbum Dei, et [illegible] Angelorum.

9 [illegible] multaque [illegible] repeteret, sanctissimo viro [illegible] sacra mysteriorum [illegible] celebrare præcepit. Expletis [illegible] B. Sixtus, iterum [illegible]

[illegible] Romana, [illegible] Evangelii [illegible]

10 [illegible]

[illegible]

CAPUT III.

Energumenus liberatus, multi conversi.

Cum [illegible]

[illegible]

Auctore anonymo, ex mss.

cem quædam sancti Spiritus magnalia tacti dolore intrinsecus, sic relaxari habenas dæmonis, ut facturam suam Christus multiplicibus exagitationum probris atteri sineret. Quid memorem? sine aliqua horarum morula, dæmon resumpto per os pueri fandi officio, stringit vocem in gutture, et per alienæ vocis organum stomachatus hujuscemodi intonat miserrimæ deplorationis responsum : O fidei meritum! o pulchrum sanctitatis margaritum! o S. Genulfe amator omnium virtutum, quid me persequeris? quid me a propriis sedibus tu incola et peregrinus expellis? O quid commerui? o quæ est tanta confidentia militum Domini? Sine, o Sancte, animas meorum, sine habitare pervasum locum.

12 Talia miserrime inclamantem puerum instinctu dæmonis exaudiebat mater et cuncti famuli, cœperuntque demirari, et querulæ vocis miti affatu ad invicem dicere : Quis ignotæ personæ c vocitamen prædocuit? Quis putas iste est, qui tanti numinis famulitio tam imperiosæ auctoritatis extat homo? Hæc dicentes, attenti prospectabant hujus rei magnum et mirabilem exitum. Stabant hinc parentes cum lacrymis, hinc puer cum indicibilium figurarum dæmoniosis portentis, hinc sanctus Confessor armatus armatura Dei et gladio Spiritus, scutoque et galea salutis munitus : qui in omnium oculis conversus ad puerum, dixit :

Fraus zabuli perversa nimis, genus omne nepotum
In primo maculis infuscans plasmate nigris,

hanc repetis Domini facturam, et sic indebito jure vendicas tibi hujus misella pueri viscera, et distrahens per varia non sinis creatori facturam servire suam? In ejus ergo nomine qui omnia de nihilo constituit, pervasum dimitte locum, et ultra repetendi non habeas ausum : sitque tibi in inferno inferiori religatio, et longe fias deinceps ab omnium Christianorum consortio. Tunc terrifico solitæ ululationis exclamans mugitu, eum quem excruciabat homellum reliquit ; et cum gemitu fugit indignatus sub umbris: ceciditque puer redivivus ad instar mortui, aliquantisper sine voce mutus et elinguis permanens. Beatus autem Genulfus manum adhibens manui, salvum et incolumem a terra levavit, benedicentem Altissimum in Sanctis suis Dominum.

fugat

13 Tantæ autem virtutis prospectans mater magnalia et unigenitum filium pro attributa incolumitate laudantem Dominum, Sanctique amplectentem vestigia, supra quam credi potest insolito miraculo perterrita, ad pedes Sancti cecidit, et clamans infit : Domine meus, Confessor Domini, videre mihi videor in te quasi vultum Angeli ; sermone jocundæ lepiditatis repletus : vox dulcis super mel et favum. Quapropter benedictus eris in omnibus linguis et populis, et benedicta mater quæ te genuit. Obsecro te per Christi nominis omnipotentiam, ut lavacro spiritualis fontis a sordibus me expies antiquæ contaminationis, quatenus beata mater Ecclesia non habens maculam aut rugam, me renovatam in novum hominem, qui secundum Deum creatus est, repræsentet per te proprio factori, et edocta salutaribus monitis, quæ fueram magistra erroris, fiam discipula veritatis; quia usque nunc vanitatibus, et his quæ non sunt, servivi. Quapropter mundari posco a peccatis meis, ut justificer in sermonibus tuis. In veritate autem cognovi voluntatis Dei fuisse, istas partes per vos fideles suos ad viam salutis reducere, quatenus pro tantis ac talibus nomen vestrum benedicatur in futuris generationibus.

Ipsum cum ejusque matremque convertit

14 Hujus tantæ matronæ fidem admirans sanctissimus Sacerdos, hujusmodi mellea voce allocutus est sanctum Patrem Genitum : O mi Pater, non considerans supernorum donorum quanta sint beneficia? Certe omnia quæcumque vult Dominus facit in cœlo et in terra,

Qui stellas numerat, quarum scit nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora noscit,

fundator exultationis. Nam in omni gente qui operatur justitiam, acceptus est illi, ipseque novit corda filiorum hominum, et patienter aspicit si est intelligens aut requirens Deum. Nos vero, ut credo, ejus voluntas in has partes delegavit, cujus gratia cum bonis omnibus nos diriget, et nullis tentationibus a se secerni sinet, donec gustemus et videamus quam suavis est Dominus. Debemus autem ejus magnitudinem gratiarum actionibus extollere et venerari, qui per nostrum ministerium aliquos sibi dignatur uniri, qui verbi Dei lac concupiscunt, ut in eo crescant in salutem. Iterum, iterumque repetens : Vere cognosco superno nutu repræsentatos nos loco huic, in quo jam cœpit habitare pax Domini. Quapropter deliberandum est in animo jam non timere dura et contraria : sed si est persecutor his in locis, ecce habet nos confitentes Domini cæremonias. Stemus autem muniti pectus ancili justitiæ, et sint calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, ne videamur similes existere timidis, qui in die pugnæ malunt in pedibus dare se, quam telis tela levare.

Gratias agit Deo

15 His peroratis, conversus ad mulierem, cujus filium a dæmonio liberaverat, infit : Numquid credere jam deliberasti quod ore polliceris? Quæ respondit : Ut quid, Pater, addubitas meæ fidei caussas? Num infidelis potui confiteri nigredinem facinoris? An forte erubescis miseræ peccatricis delictorum molem? Adhibe, precor, saucio pectori medelam, tuumque erit jubere, meum vero jussa libenter peragere. His verbis optimæ confessionis motus sanctus Pater Genulfus, indixit jejunium tribus diebus. Consummatoque eum omni patientia die tertio, baptizavit eam simul cum filio, quem liberaverat a dæmonio, omnisque familia mundata expiatione lavacri, vitro purior, lacte candidior, continuo apparuit, fuitque numerus eorum *d* viginti et octo, qui omnes baptizati sunt a B. Genulfo.

Post triduanum jejunium, eos baptizat.

a *MS. Belfortii, Getrumcensem, MS Victorinum a Guilielmo de la Croix citatum* Gaurmensem *ipse* Cadurcensem *censet legendum.*
b Columbar *genus vinculi est, proprieque ipsum vinculi foramen.*
c *MS. Norm.* vocitatam.
d *Guil. de la Croix,* quadraginta.

CAPUT IV.
Aliæ mirandæ curationes.

Hæc tanta mirabilium divinorum magnalia, fortassis dubitant quidam non esse vera. Numquid invalida est manus Domini multo majora operari? O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Quis comprehendit eam? Quis investigabit viam ejus, et dinumerabit semitas illius? O homo quicumque non credis quæ diximus, vel non crediturus es quæ dicemus vera esse, tu tibi ipsi attende. Non sancto Confessori derogas, sed potius Deum impotentem prædicas, in quo possunt quidquid possunt, in quo sunt quod sunt, in quem gaudent semper prospicere, in quo habent semper beate vivere. Ut autem tergatur a corde hæc iniquitatis macula, convertat Dominus corda, ne deinceps talia cogitent, sed potius confiteantur et dicant : Iniquitatem meam ego cognosco, asperges me hyssopo et mundabor. Cum autem dicatur, Signa sunt infidelibus non fidelibus, infidelium convertenda miraculis dura infidelitas : ut si non credunt verbis, credant operibus, sanctique hujus Patris memoriam colant, ament infideles cum fidelibus.

Dictorum probabilitas

1 Cor. 14, 22

17 Subjungimus ergo aliud miraculum, quod Dominus operari dignatus est per istum sanctum Patrem nostrum, cujus famam jam totus pene mundus exaudierat. Quo rumore commonitus quidam homo, nomine Aghbertus, venit ad eum cum devoto studio, et solotenus prostratus pedibus ejus, deosculabatur genua

genua illius, hæc iterato replicans: O serve Dei inclyte, o mi care Domine, obsecro [illegible] magnificentiæ, ut declines in domum meam. Est namque unica filia mihi servo tuo, quam inutilem ipsa fecit infirmitas, estque misero mihi patri dolor [illegible], et de die in diem dum eam conspicio, [illegible] deploro, [illegible] carissimæ filiæ, alteram quoque paterna animi affert in lacrymis semper prona [illegible], quibus in [illegible] validissime excrucior. Meæ ergo calamitati si fueris compassus, libenti animo credam Deo tuo, tali congruentia, ut filia surgente de lectulo, cervices meas supponam Christi jugo. Tunc Sanctus Domini [illegible] properat ad cubile languentis, et [illegible] fide [illegible] Christi [illegible], suis sanctis meritis intercedentibus, mox [illegible] sanam in Christi nomine patri proprio restituit. Quam sanam et [illegible] genitor respiciens, continuo cœpit spe [illegible] pullulare, ipseque cum uxore et filia a B. Genulfo baptizatus est, cum miserentis Dei gratia [illegible].

18 [illegible] multi [illegible] quæ operabatur in [illegible] servo [illegible] undecumque [illegible] concurrere, [illegible] Con- [illegible], et [illegible], prout [illegible] [illegible]

statuerunt sanctos viros in antedicti Comitis præsentia. Qui multa prælocutus de deorum suorum [illegible] cultura, sic dixit inter cetera: Num vos estis Christiani, quos adversus cultus divinos exarmavit illa ars, quæ dicitur magica? Num vos estis, qui subvertitis falsis assertionibus civitatem nostram? Quæ est tanta, o rebelles, vestri confidentia? Jam jamque finiendi morte turpissima, interrogationi nostræ date responsa.

21 Ad hæc pretiosus Confessor mansit imperterritus, et de Christi confisus omnipotentia sic S. Genulfus aurea voce intonat: Ut quid nos perverso [illegible] falsis [illegible], et nefa- [illegible]? Disce miser [illegible], et disce [illegible] quanta sit potentia Dei. Certe Regis et Dei nostri [illegible] misericordia, cuncta [illegible] imperio reguntur [illegible], cujus nutu [illegible] sunt [illegible], in quo [illegible], a quo, velis nolis, disponuntur tua imperia. O si reverteretur in penetralibus animæ, profecto posses cognoscere, nihil esse quod [illegible] Primus [illegible] deos [illegible], sed esse unum Deum in supernis sedibus, [illegible] tuus habitus, [illegible], palpare manibus, [illegible] turpe [illegible] est atque illu- [illegible] [illegible] Similes [illegible] qui con- [illegible]

22 [illegible] iterum ad [illegible] [illegible] Tunc S. [illegible] sunt ludibria, verbera, vincula, carceres, fustes, [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

Ex Ms. antea Anonymo. *Et sistitur cum patre.* *intrepide respondet.*

CAPUT V.

Flagra, aliaque cruciatus tolerati.

L[illegible]

20 [illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

retruduntur in carcerem;

etiam nec sic erubescebat : jussitque sanctos viros de clibano extrahere, frendens dentibus, quod nihil eos ignis potuisset nocere. Iterum autem de Sanctorum interfectione aliquid excogitare volens, circulos ferreos adhibuit, et ipsorum brachia valide innodavit : jussitque in carcerem usque in crastinum retrudi. Pervigil ergo nocte tota Comes permanens, graves pœnas excogitat, ut Sanctos Domini dum perdere vult, potius coronet. Cum autem ducerentur ad carcerem, facta est vox de cœlo, dicens : Estote fortes o viri sancti, et in Domino confortamini, nihilque terreamini. Ecce Comes super vos multa cogitat, ut celerius carnes vestras dilaniet : sed Christus Rex potentissimus invigilat, ut celerius nomen vestrum in cunctis seculis et gentibus manifestet. Crastina namque die omnes habitatores istius civitatis per vestram exhortationem et prædicationem credent in Christum cuncta regentem. Cœpit ergo populus jam effici grex Domini, et beatum Patrem rogare, ut ocyus eos confirmaret in Dei timore, sanctique fontis lavacrum tribueret in remissionem peccatorum. Accepta ergo aqua, cum laude et lætitia consecravit eam in nomine Trinitatis : et illo die per baptismum Christo filios genuit, plusquam trecentos viros, exceptis parvulis et mulieribus, quorum non fuit recensitus numerus. Tanto niveo agmini, prout poterat, prædicabat verbum Dei, pacem et veritatem diligere mandans.

voce cœlesti confirmantur.

multos baptizant.

a *Ita MSS. utrumque, forte* lucra

b *Is in altera vita modo* Dux, *modo* Princeps civitatis *appellatur.*

CAPUT VI.

Præsidis, et aliorum plurimorum conversio.

a Præsidis filius a dæmone suffocatur

In ista ipsa nocte, qua pretiosus miles sic *a* exarmabat oves Christi signo salutis, arreptus est filius Dioscori a dæmonio, et mox spiritum exhalavit, permittente Domino. Quod videns pater, jam de Sanctorum damnatione nihil cogitabat, sed lacerata veste nudatoque pectore præ nimio dolore inconsolabiliter cœpit flere, et dicere : O carissime fili, o mi dilecte, ut quid te perdidi tam subitanea infirmitate? Heu me miserum! heu me infelicem, qui superstes esse potui! Dulce esset mori potius quam vivere, dum perdidi unigenitum, dum regni amisi Dominum. O milites, deflete mecum.

26 Uxor autem cognoscens caussas mortis ejus, sic dixit ad virum : Quid frustra lacrymas? Quid lacrymando temetipsum excrucias? Scio et firmo corde teneo, quod furor tuus hoc promeruit, propter viros, quos in carcerem jussisti recipi. Mittens itaque festinanter adduci præcipe, tuæque multæ insaniæ veniam exposce, et ut remittantur tibi peccata, quæ in Sanctis bestiali furore exercuisti, prona humilitate quære, Deumque ipsorum, cœli et terræ Dominum, quem sine cessatione annuntiant, sponde crediturum, ita tamen ut nostrum resuscitent filium. Ex tota namque anima credo, isti Sancti benedicti sunt a Deo, noveruntque bona pro malis reddere, quia mites sunt et humiles corde. Quapropter si dictis meis fidem accommodaveris, quæcumque desideraveris ab ipsis impetrare poteris. Tactus ergo corde his verbis, per Domini clementiam, cœpit jam mitis esse qui fuerat truculentus, et in ovem est conversus lupus. Statimque festinanter misit ad carcerem, quo sancti Confessores Christum collaudabant, præcepitque eos adduci in conspectu suo, et dixit B. Genulfo, jam agnus factus ex lupo : Quæ sit Dei vestri virtus et omnipotentia vellem cognoscere, vel cur dicatis eum solum semper vivere. Dicitis namque quia Deus unus est, et præstat hominibus in se credentibus quæcumque petierint. Tam mira et magna si sunt, dum non valeo intelligere, si mihi prodesse scirem, per vos cuperem audire.

educuntur SS. e carcere

27 Tunc lætabundis auribus tanti viri dicta hauriens beatus Pater Genulfus, altius caput extulit, cœpitque sermonem de cœlestibus mandatis. Tunc conticuere omnes intentique ora tenebant. Qui dum silerent, clara voce sic incipit : Deus meus, quem confiteor, unus est omnium creator, semperque fuit, semperque permanebit, qui terram palmo concludit, qui cœlorum thronum continet, et abyssos intuetur : qui hominem formavit ad suam imaginem; quem dum in amœnis Paradisi posuisset hortis, maligna persuasione zabuli omne genus humanum in hac mundi perturbatione posuit. Misit autem Deus Pater Filium suum, qui nos proprii sanguinis redemit pretio, et de miserrimo liberavit orco. Probra quoque infidelium sustinuit, crucem sputa, colaphos, spineam coronam, lanceam pacificus pertulit, et quos salvare venerat persecutores infestos habebat : sicque mors mortua tunc fuit, cum crucis in ligno mortua vita fuit : tertioque die gloriosus exsurrexit de funere, ut nobis daret aditum resurgendi a morte in vitam.

Genulphus fidei mysteria exponit Præsidi.

28 Hæc attenta aure percipiens Comes, infit : Hinc apparebunt verba tua constare vera, si quod semper prædicas, nunc super hunc dilectissimum ostenderis filium : egoque cum meis omnibus prædico virtutem ejus, eritque ipse Deus meus et Dominus, cujus virtus manet in perpetuis æternitatibus. Tunc sanctus Pater dixit : Si ex tota fidei confessione deliberasti credere, vadens repræsenta te filio, et apprehendens manum ejus dicito : In virtute cœlestis Regis, quem confitentur Genulfus et Genitus, surge incolumis, et sta super pedes tuos rectus. Hæc dicens, manum ejus extrahe, et si surrexerit, libenter debes credere. Quod dum pater faceret, surrexit puer sanus et incolumis, flente patre præ gaudio et benedicente Domino; tenensque manum filii ad pedes Sancti cecidit. Clamans autem pœnitudinem gerebat, quod Sanctos injuste punierat, voceque lacrymabili sic veniam exposcebat : Patres mei sanctissimi, miseremini mei, ne imputetur mihi misero quod vos exacerbavi, quod offendi, quod varie afflixi; quia nesciebam memetipsum, dum usque nunc colui dæmonium. Quia vero jam credidi, veniam et indulgentiam delictorum jam precor, tribuite mihi, qui ignoranter hoc feci, et induite me in baptismo purificationis, uxoremque meam cum filio, omnique populo, baptizate in Jesu Christo Domino nostro. Ipsum enim vere scio, ipsum confiteor; hunc adoro, hunc benedico, qui omnia scit, omnia potest. Quid autem profuit coluisse me manufacta? Miror et stupeo Domini patientiam, qui quotidie injuriam de contemptu suo suscipit, et tamen quandoque venientibus etiam præmia promittit. Ne cesses ergo Sancte Dei nobis vias vitæ pandere, quibus queamus heredes poli existere, et de ejus exilii ergastulo remeare ad ea quæ promisit diligentibus se, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendere queunt.

per ipsum jam credentem filium suscitat.

29 Beatus autem Genulphus multimoda cordis exhilaratione jocundatus super hujuscemodi prudentia tanti viri et responsis ejus, primum solito suæ consuetudinis more laudes immensas offert Deo de pectore, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur. Indixit ergo eis triduanum jejunium, referens multa confirmationis divinæ medicamina, qualiter in melius de die in diem proficerent : temperabatque modum pœnitentiæ, ne nimiæ longitudinis jejunio lassescerent intima pectoris vitalia, eratque in suis imperiis cautus et consideratus, sive secundum Deum, sive secundum seculum; uniens semper Christo, quos mater virtutum discretio alliciebat sine cessatione et modo. Cupiebant quique bonæ spei animati fiducia, plebs urbana, nec non rustica, simulque pusilli cum majoribus, tanti Confessoris ore modum suscipere pœnitentiæ : ut ne quid nimis gravarentur, si imponeretur

post triduanum jejunium.

neretur eis, quod non possent portare. Discutiebat ergo singulorum mores et vitam, et data pœnitentia, quotidie in sanctitate proficere hortabatur. Supradictus autem Comes indictum triduanum jejunium, humili pronus devotione complectens, præstolabatur cum gaudio diem tertium, in quo recipere mereretur sanctæ regenerationis pallium, quo tegerentur membra, nigredine vitiorum nebulata, quatenus festivo luculentum præcinio Angelorum mereretur interesse collegio.

30 Decurso ergo jejunii die tertio, baptizavit eum sanctissimus Confessor cum omni populo suo, simulque uxorem ejus una cum filio, construxitque firmissima fundatione illis *b* ecclesiam, quam in sanctæ Dei genitricis Mariæ sacravit honore, nec non et omnium Apostolorum Christi; erudivitque eos omni spirituali doctrina, docens non amare hujus mundi cadūca, non concupiscere terrena, sed potius sectari fidem, amplecti caritatem, diligere justitiam, et ut beneplacitos se facerent in omne opus bonum perseverando. Non intermittebat autem per trium mensium continuationem, de arcanis divinis optima quæque contribuere, [illegible] verbum vitæ impertire. [illegible] sermonem suo [illegible] eos [illegible] verbo benedictionis commendabat Domino, [illegible] vestibulum et invisibilem salvaret eos [illegible] de [illegible] admodum diabolus triumpharet, dum sicut leo semper circuit quærens quem devoret.

a [illegible] signabat
b [illegible]

CAPUT VII.

Dæmones effugati, conditum cœnobium, S. Geniti mors.

Confirmatis itaque [illegible] Domini servitio, inde [illegible]

[illegible]

qui secum aderant hujusmodi vexillum imponeret cum oratione Dominica, sic ibi in pace quievit nocte illa, haud sentiens quamvis parum dæmoniosæ tentationis ludibrium, qui gestabat sub pectore sanctæ requietionis domicilium, vigili corde dormiens in pace in id ipsum, quoniam Dominus in spe singulariter constituebat eum. Tandem autem roseus sol procedens, vibratus flammivomo jubare lucis, ut stellarum micantium pabulum lumine obtudit, cernunt de ipsius loci confiniis extemplo adstant homines, quid contigerit cupiunt cognoscere. Cernentes autem absque ullius terroris incommodo diei repræsentatos salvos et incolumes, nec aliquid quivisse dæmones machinari, quo congregatio pausabat famulorum Domini; commutationem loci mirabantur subitam, et Dominum Jesum vocibus non modicis glorificabant, qui facit magna et mirabilia, quorum non est numerus, quique famulos et servos suos potenter potens liberat, justus juste justificat, mirus mire mirificat. Sustollentesque reciproca jubilatione magnalia Altissimi, de cetero tales viros et Christi Confessores pro magno habebant, et eis obsequentiam exhibebant, cum honore non minimo, gaudebantque in adventu eorum se visitatos Domini clementia, per quos repulerat vis [illegible] finibus propriis dæmonum molimina.

33 Prospicientes denique amœnum situm prædicti, quod foret voluntati eorum [illegible] contiguus, et ad Dei cultum peragendum habilis et pulcherrimus, metam suæ peregrinationis inibi decreverunt figere, qui grates referendo maximas, dum post multiplices itineris spatiosa, tranquillus se locus ultro per Dei [illegible] obtulisset, [illegible] peregrinus, quos latebat fines dicti regni [illegible] ipsius loci quis [illegible] dominus, [illegible] sine mora quod [illegible] et Christi [illegible] hanc ipsam possessionem [illegible] juris [illegible]

[illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

Auctore anonymo, ex MSS.

Auctore anonymo ex Mss. sepelitur

multo ejulans, quod orphanus jam remaneret, et tam dulcem patrem, tam suavem, tam benignum perderet. Surgensque post lacrymas, suis sanctis manibus corpus lavit, vestes composuit, linteaminibus quoque nitidis decenter circumsepsit; et cum fidelium virorum plurimo comitatu et honore congruo sepelivit eum non longe ab oratorio S. Petri, quod ipse tam stabili fundatione decenter, prout possibilitas suppeditavit, perfecerat, eratque super Naonis rivum.

a *Meminit hujus fluvioli Papirius Massonus in libro de fluminibus Galliæ, et Naum vocat, ac vitam hanc citat.*

b *Saussaius II Kal. Novemb. cum Martyrologio Gallicano inscripsit Guilielmus de la Croix* V Kal. Novemb.

CAPUT VIII.

Variæ S. Genulphi virtutes ac miracula.

S. Genulpho austere viventi, multi adhærent.

Hinc jam arctius sanctissimus Sacerdos intendebat in divinis mandatis, divinaque præventus gratia magis ac magis ad superna animo suspirabat. Corpus jejuniis attenuabat, et frequenti afflictione fortique maceratione ita in Dei servitio diligenter informabat, ut pro hoc ipso admirabilis videntibus se haberetur. Audientesque viri religiosi quam arctam et arduam duceret vitam, cupiebant per simplicitatis ejus celsitudinem computari in filiorum Dei sorte, venientesque devoto obsequio se ejus magisterio subdebant, renuntiabantque mundo, et quæque habere quibant, villas, agros, possessiones et si quid aliud eis erat, in ejus nutu et dispositione committebant. Nam multi ibidem propter nomen Domini comam capitis tondere decreverunt, et pro posse cupiebant imitatores ejus existere, et vitæ vias in omni concupiscentia spirituali currere.

Ejus abstinentia

37 Sicut enim supra inseruimus, a die ordinationis suæ usque ad diem migrationis suæ omne quod inebriare potest, os ejus non attigit, nec cupide desideravit, excepto quod sacrarum Missarum celebratione Dominicum sacramentum libabat in calice; in pastu quotidiano panem servans hordeaceum, et in vestitu jugiter habens super nuda cilicium, quod camelorum pilis intexebatur asperrimum. Si forte aliquos discordiæ nævis fuscatos sentiret, secundum dicta sancti Evangelii, Beati pedes pacem portantes, omni vigilantia curabat, ne occideret sol super eorum iracundiam, gaudens cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, et semper commonens de Dei misericordia numquam desperare, nec diabolo locum dare. Plurima sunt quæ de eo dici possent, sed fastidiosi lectoris pigritiam metuentes, plurima prætermittimus, quæ dici possent.

aliæ virtutes, Isa. 52 7 Rom 10 15.

38 Sed ut ad incepta redeamus, quid dicam de tali et de tanto, Nam longe dissimilis aliis vita fuit illius, et a ceteris hominibus Angelica conversatione fuit remotus. Operabatur per eum Christus mira potentiæ suæ miracula, pro quibus venerabilis ejus paternitas hodie permanet in cœlo et in terra. Nam quadam die cum ipse sanctissimus Confessor invigilaret assiduus in opere, ne quos Christus in eo locello congregaverat penuria afficeret, excolendi agri caussa, quo hortus fieri deberet, cum discipulis expetiit. Quo in loco plurimam multitudinem gallinarum congregaverat, ut ex eis multorum sive peregrinorum, sive hospitum, seu etiam infirmorum Fratrum famem reficeret. In isto ipso loco dum, sicut dictum est, et in opere manuum jam quamdam partem diei consumpsisset, fraudulenta quædam bestiola, quæ vulgo dicitur vulpes, quæ hujuscemodi avibus semper intendit insidias, affuit, et unam ex eis [illegible] excipiens, impertei[illegible] sanctissimi Patris cum præda transiit. Quod prospiciens venerabilis Pater ait: O crudelis bestiola, rapinis semper dedita, cur Fratrum substantiam [illegible] venisti? Nunquid pro te hæc congregavi? Itaque nullam licentiam habens longius quæ nostra sunt deportandi, sed potius avicullam, quam mordaci rapina invasisti, ad propriam locum iterato reporta,

Hortum colit

Gallinas alit

Vulpes gallinam raptam reponit [illegible]

et dimitte illæsam. Ad tanti Patris vocem bestiola figens gradum substitit, præceptoque obtemperans servi Dei, cum festinatione retrogradum vestigium retorsit, reversaque ad locum, quo gallinam rapuerat, incolumem dimisit. Iterum autem viæ suæ repetens itinera, dum fores ipsius ecclesiæ summa cum festinatione transisset, subito cum maximo tremore velut ligata apparuit, et ibi pro furto commisso sustinens pœnas mox videntibus cunctis in terra decidens expiravit. Mirumque fuit et valde mirabile, quod ex eo tempore usque ad præsens hujusmodi bestia non fuit visa in eodem loco rapinam exercuisse in tali negotio. Quod luce clarius patet meritis sanctissimi patroni Genulfi factum, cujus imperium sic extimuit crudelis bestiola, ut deinceps nulla de ejus genere posset contemnere sancti viri imperium. Minima sunt quidem quæ dicimus, et quasi vilia, sed eo amplius laudanda foret Christi potentia, quæ vel in modico non patiebatur contristari dilectorem suum, sed in parvo et in magno præparata erat exaudire servulum.

concidit mortua.

Vulpes istic gallinis non nocent

39 Sed fortassis dicturus est aliquis versipellis et incredulus: Non dubito tantum Confessorem, qui minima potuit, majora potuisse, sed scriptor culpandus est, qui dum minora dixit, majora prætermisit. Hujus ergo stultitiam ne indiscussam prætermisisse videamur, paucis eum convenio, quibus confiteatur detraxisse male scriptoris officio, qui utique ob fastidium vitandum multa prætermisit. Nam quid homine carius, quid anima pretiosius? qui in terrena cohabitatione diversa sentiunt, et caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: et caro quidem his quæ terrena sunt, spiritus autem his quæ spiritualia sunt, gaudet. Sed moles terrenæ fragilitatis deprimit, et oculos cordis de cœlesti contemplatione rapit. Quicumque ergo non vult vinci a malo, sed cupit vincere in bono malum; supplex hujus egregii mausoleum expetat, et poterit in semetipso grande miraculum cognoscere quod requirit. Omnis namque, qui eum de toto corde requirit, qualicumque adstrictus teneatur delicto, ipso intercedente veniam impetrabit a Domino. Estque non minimum, sed valde magnum, ut quod infidelitas denigravit, ejus intercessio super nivem dealbatum Christo restituat. Multa sunt quæ donante Domino pro modulo nostro cupimus de ejus mirabilibus gestis referre, sed paullulum respirare placuit, et de his quæ usque ad ejus vocationem cognoscere quivimus, rusticano sermone primum libellum complevimus, et hic finem loquendi fecimus.

Scriptor frigide se excusat, quod hæc parva narret, alia omittat

LIBER II.

De transitu et translatione ejus.

CAPUT I.

S. Genulphi obitus, sepultura.

Post multis autem miraculis in vita patratis, perinhabitantem in se cœlestem gratiam cognoscens imminere diem obitus sui, quo transferretur ab hac luce, ut digna pro meritis reciperet gaudia, omnes discipulos suos pius Pater advocat, et tristem de suæ migrationis tempore prædicit nuntium, quod de hujus mundi carnali carcere die quarto migraturus esset ad Dominum in æterna requie. Convocatis ergo, sicut præfati sumus, Fratribus in unum, inmeabili pietate et paternitate eos instruebat ne de ejus morte aliquo modo contristarentur, sed potius gauderent, et vitæ vias indiffessis mentis pede currerent, atque omni tempore militiæ Christi donis cœlestibus præoptarent.

S. Genulphus mortem suam prædicit

2 Plurima sunt quibus leti vitam informat, ac eos commonefecit quippe corpore præ nimia infirmitate lassato, si inter piæ admonitionis hortamenta sub testificationis imperio præcepit eis, a ne corpusculum ejus [illegible] sepelirent. Indignum enim censebat fore cibum vermium, putredinemque ossium intra januas cœlestis tabernaculi concludi, ne

a

aliquando

dicitur. Inde vero usque Ligerim, Gallia Lugdunensis; quæ nunc superius, ob adventum gentis, Burgundia; inferius, Neustria dicitur, a Ligeri vero usque Garonnam, Aquitanica Gallia; quæ a sibi Oriente Rhodano usque ad sibi Occidentalem porrigitur Oceanum. Cujus etiam pars superior, a celsitudine montium, qua præeminent, congrue Celcita nuncupata videtur, a Garonna quoque usque fretum Mediterraneum vel Pyrenæos montes, Gallia Narbonensis, quæ nunc partim Gothia, partim Wasconia dicitur. In omni prorsus Gallia, sedecim numero provinciæ habentur, quarum omnium felicior atque fecundior Aquitania.

C. 2. *Subacta a Romanis,*

2 Galliam dudum fortissimi tenuere coloni, qui totius orbis victores Romanos, multiplici bello pene protriverunt, et ceteris infestiores eis nationibus fuerunt. Sed quamquam diutius sic se habuerint, tandem sub prædicto Julio Cæsare subacta est et ipsa, sicut et cetera totius orbis terrarum regna. Ex quo tempore usque ad ultima Imperii Valentiniani tempora per quadringentos circiter et paullo magis annos, in Gallia principati sunt Romani. *post etiam a barbaris :* Quibus temporibus, externæ quoque a diversis partibus orbis, intra Gallias sese nationes immersere. Wandali namque et Huni, post afflictam patriam, alias decessere terrarum; Suevi vero, Burgundi, et Gothi, atque Sicambri, post istos proprias sibimet sedes vendicarunt in ea. Quibus temporibus Ecclesiæ Galliarum plurimæ, et antiquæ Sanctorum memoriæ, pene detritæ sunt et desolatæ.

C. 3. *Sicambris postremo, sive Francis :*

3 *a* Sicambri vero genus fuere illorum, qui a Troia civitate Asiæ, quæ a Græcis, ob eorum crudelia super finitimos bella, decennali prælio fatigata, tandem quadringentesimo quarto ante Urbem conditam anno, expugnata est. Cives autem ejus profugi ab Asia in Europam, pars sub Ænea duce Italiam, pars vero sub Antenore per Mæotides paludes, perque flumen Tanais, Pannonias petierunt. Sed qui Italiam, postea urbis Romæ conditores fuere. Qui vero Pannonias, infra terminos earum, civitatem Sicambriam condiderunt, a qua Sicambri dicti sunt, in qua etiam plurimis temporibus, usque ad supradicti Valentiniani tempora, qui septimus a Constantino fuit, quem Sanctus Papa Silvester baptizavit, Romanorum tributarii manserunt. Id autem, ut contra Alanos, qui crebras irruptiones e saltuosis et palustribus locis in Romanorum terras agebant, bellum susciperent, eis decennio remissum est. Quod suscipientes, ita totam delevere gentem, ut ex innumera multitudine, nec unus quidem superstes relinqueretur. Decennio vero decurso, solitum exacti tributum, solvere renuerunt, propter adeptam ex Alanis victoriam. Quare Valentinianus ingenti coacto exercitu, bello Sicambros impetit, et vincit. Quo infortunio crudeliter efferati, terras circumquaque Romanorum pervadere cœperunt. Hi vero eatenus Sicambri, *b* sive a Franco Duce partis ipsius gentis, seu potius *c* a feritate, Franci ex eo dicti sunt. Qui tunc temporis, primum sibimet Regem nomine Pharamundum, filium Marcomiri crearunt : et sub eo cuncta quæ Romanis erant a Sicambris usque Rhenum propria, in ditionem suam redegerunt. Quo defuncto, Clodionem filium ejus in regno substituerunt. Post hæc autem Rhenum transierunt, Gallias occupaverunt, et sub Clodione et Clodomire, Merovingo, et Clodoveo Regibus, a Rheno usque Ligerim, cuncta Romanis Principibus abstulerunt. Deinde, postquam Clodoveus Beato prædicante Remigio, cum suo exercitu Christianus effectus est, Gothos Arianos, ab Aquitania, qui jussu Romanorum inibi consistebant, bello pene deletos, expulerunt : et universas Galliæ provincias fortissimi Reges eorum, Catholici effecti, auxilio divino sibimet vendicarunt.

a *Hinc Franci* [illegible] *non solis veterum scriptorum* [illegible] *quoque tradiderunt. Consule, tomo* 1, *Francicorum scriptorum Andreæ Du Chesne, eruditum tractatum Nicolai Vigneri de statu et origine veterum Francorum.*

b *Ita Isidorus lib.* 92, *Etymol. cap* 2, *et Fredegarius in historia Francorum epitomata.*

c *Ita Joannes Parisiensis apud Du Chesne, et Isidorus loco cit. Ast Hincmarus in vita S. Remigii* a cujus (*Merovei*) celeberrimo nomine Franci vocati sunt Merovingi : sicut a Valentiniano Imperatore Attica lingua vocati sunt Franci, hoc est, feroces *Valentiniani ævo antiquius Francorum nomen est, a libertate ductum, voce Teutonica* Franck. *Franci unde dicti*

CAPUT II.

Merovingi et Karolingi Francorum Reges.

C. 4. *Francorum Reges Merovingi.*

Itaque tam a Romanis quam ab externis quoque nationibus, multis dudum tempestatibus pessumdata Gallia; sic postea Francorum adventu, Romanorum ab se jugo deleto, ad sui libertatem cornu virtutis erexit : ut ex eo deinceps libera vigeat, et regiæ Majestatis stemmate polleat. Clodoveo vero supra dicto, primo ex Francorum Regibus Christiano, regnante, *a* sanctus Pater Benedictus insignis claruit virtutibus. Decedente Clodoveo, regnavit filius ejus Childebertus, cum tribus fratribus suis Theodorico, Clodomire, et Clothario. Horum tempore *b* S. Gregorius Papa Romanus, et Gregorius, Turonensis fuerunt. Post Childebertum Clotharius frater ejus regnavit, qui *c* S. Radegundem in matrimonio habuit. Et post eum Chilpericus filius ejus regnavit, cum tribus fratribus suis, Cariberto, Guntranno, et Sigeberto. His vero temporibus, *d* S. Austregisilus magnæ Metropolis Bituricensis Archiepiscopus, clarus virtutibus fulsit. Post Chilpericum Clotharius filius ejus regnavit. Hic Clotharius genuit Dagobertum, et sororem ejus Blitildem. Quo defuncto regnavit Dagobertus, cui fuit Pipinus Major domus, vir egregiæ nobilitatis. His temporibus, sub Heraclio Principe Romanorum, sanctæ Crucis Exaltatio fuit. Post Dagobertum filius ejus Clodoveus regnavit : cujus tempore, *e* corpus S. Benedicti de Benevento, in Gallias translatum est. Post Clodoveum regnavit filius ejus Clotharius. Huic successit Theodoricus frater ejus; cui Major domus Ebroinus fuit : qui S. Leodegarium Episcopum martyrio finetenus afflixit. Post Theodoricum Clodoveus filius ejus regnavit : cui Childebertus junior, frater ejus, successit. Isque successorem filium habuit Dagobertum juniorem. Post hunc vero Dagobertum regale genus a prudentia defecit. Et post eum regnavit Daniel Clericus frater ejus insipiens, quem Franci mutato nomine Chilpericum vocavere. Post quem Theodoricus propinquus ejus regnavit : illique successit Hildericus frater ejus, qui ob inertiam sui, solio depositus est, et Clericus factus, in monasterium vivere missus. Hic vero linea prosapiæ Pharamundi per viros defecit : mansit vero per Blitildem sororem Dagoberti superius memoratam, hoc modo :

C. 5. *Stirps Karolingorum.*

5 Hæc ipsa Blitildis nupta fuit Ansberto cuidam nobilissimo : de quo genuit Arnaldum, qui Arnaldus genuit Arnulfum, qui uxorem duxit filiam Pipini Ducis Dagoberti Regis, fratris prædictæ Blitildis, *f* ex qua genuit Ansegisilum. Hic vero Arnulfus, postea militiæ renuntians, Episcopus effectus est. Porro Ansegisilus filius ejus genuit Pipinum, qui Vetulus vel Brevis dictus est. Idem quoque Pipinus genuit Karolum, qui Tudis, id est, Martulus, agnominatus est ob plurimam scilicet bellorum virtutem. Iste Karolus Dux, magnis duobus præliis Sarracenos, qui ea tempestate Hispanias occupaverant, a Gallis expulit. Idem ipse genuit Pipinum Pium, et Karlomannum, postea monachum. Hic vero Pipinus Pius Dux, ex Ducibus atavis, proavis, et avis, et patre Duce, genitus, ex præfata Blitilde genus regium ducens, multis militiæ virtutibus insignis, post depositionem Hilderici, totius militiæ voto, una cum auctoritate Zachariæ Papæ, primus ex sua linea, in regno Francorum Rex sublimatus est. Hic Religiosus Ecclesiæ Dei fuit cultor, et ex Aistulfo Longuobardorum Rege, atque de Ducibus Aquitanorum *Pipinus Rex*

Guainaldo,

Gaimaldo, et Vafero, nec non et ex aliis Gallorum et Germanorum tyrannis, gloriosus extitit triumphator.

6 Ipse Karolum magnum genuit, qui post obitum patris sui, anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo nono, Rex a Francis elevatus est. Quem postea sibi Romani Advocatum S. Petri elegerunt, deinde Patricium, tum vero Imperatorem et Augustum. Ex quo tempore Romanum a Constantinopolitano divisit Imperium. Is autem Karolus a magnitudine fidei, qua religiosus vivere studuit, et ab excellentia virtutis, qua gentis Saxonum vel aliarum gentium virtutem stravit, et ex idololatris Christo credulos fecit, et cuncta versus adversa bellorum inflexibilis viguit, et ab æquitate justitiæ, qua totius regni vel imperii sui sceptra æque moderando disposuit, et ab Augustali gloria, qua regnum Francorum nobilitavit, vel a potentia, qua a monte Gargano usque Cordubam Hispaniæ civitatem dominatus est, vel ab ingenti suæ laudis fama, qua Patriarcha Hierosolymitanus, Regisque Persarum muneribus, vel cunctorum totius Europæ Regum donis, legationibus sive pacti nobilis honoratus est, [illegible] quæ Regum vel Augustum magnitudinem decent, jure Magnus agnominatus est. Qui ad magnitudinem suæ magnitudinis, quamvis Gallorum, [illegible] Italorum, multiplicibus [illegible] amplectitur, tamen pietatis intuitu, quo Christianos in Hispania sub Saracenis [illegible] auxilium ferret, ingenti militum [illegible] delecto, [illegible] valde glorioso exercitu, prædictam regionem [illegible] est [illegible] ad [illegible] fidelium. Inde vero rediens, ad Galliæ custodiam [illegible] Aquitaniæ Comites præfecit, et per alia Hispaniæ vicinia loca, adversus Saracenorum incursus præsidia disposuit militum. Tunc ergo Lemovicensi urbi, Rothgarium Comitem constituit, [illegible] Karolus [illegible] extitit [illegible] gloriosus Rex Karolus, de [illegible] Caroli [illegible] testamentum, de ipsis rebus [illegible] [illegible]

[illegible]

B Pippinus Beggam [illegible] Anseghisus, [illegible] Ansegisilus [illegible] Pippinum Herstalli Crassi qui et Senior dictus [illegible] Brevis, [illegible] Pippinus [illegible] fuit, [illegible] septingentesimo sexagesimo octavo. [illegible] Carolus Magnus [illegible] 814, 28 [illegible] 3 [illegible] 8 [illegible] 813 [illegible] 828 [illegible] 816 [illegible] 4 [illegible] 13 [illegible] 840 [illegible] Pippinus [illegible] patris obitum [illegible] 838 [illegible] 837 [illegible] 3 [illegible] 12 [illegible] 25 [illegible] 24 [illegible] 840 [illegible] Charoux [illegible] S. Sauveur de Charoux, [illegible] 928 [illegible] 828 [illegible] S. Cypriano [illegible] XI Julii [illegible]

CAPUT III.

Stradensis cœnobii fundatio, privilegia.

Horum itaque Pii Augusti Ludovici temporibus, quibus filius ejus Pipinus Rempublicam regebat Aquitaniæ, quidam Biturricensium Comes extitit, vocabulo Wifredus [illegible] ex [illegible] nobilium [illegible] Francorum, [illegible] gloriosus Rex Dominus Pipinus, prædicti Augusti Ludovici avus, in urbe [illegible] Ducis Aquitaniæ partes expugnandas reliquerat, [illegible] trahens, [illegible] erat. Cui non impari [illegible] genere [illegible] more celebris, ex clarissimo genere Francorum, Oda nomine, conjunx fuit. Quibus diu præter filium fecunditate liberi, [illegible] Quæ videlicet illorum filia, nomine [illegible] Roberto [illegible] honestatisque [illegible] viro, principique Palatii Pipini Regis, nupta fuit. Qui Robertus, [illegible] nobilitatis excellentia, regalis [illegible] per [illegible] adeptus erat [illegible] Pipini et Karoli [illegible] filias [illegible] Comes Wifredus [illegible] [illegible]

8 [illegible]

[illegible]

9 [illegible]

Ex biblioth. Floriac.

curat Pipini Regis privilegio confirmari.

tanti viri petitionem fieri decrevit. Ergo proposuit edictum, quod præsentibus et futuris voluit esse notum, statuitque præcepto, ut isdem locus, Strada videlicet, ab omnium potestatum inquietudine maneret immunis, et nullus cujuslibet potentiæ Judex aut exactor in eodem loco, vel foro, quod inibi concesserat haberi ad multorum utilia negotia peragenda, judicium aut exactionem ullam facere præsumeret : exceptis rectoribus ejusdem loci. Quod ut in perpetuum maneret inconvulsum, a suis Notariis scripto mandari, et annulo proprio scriptum jussit insigniri, in conventu Nobilium, in d Joguntiaco palatio, anno septimo decimo imperii Domni Ludovici Serenissimi Augusti sui genitoris, et sexto decimo sui regni. Hac itaque Regis auctoritate percepta, vir egregius ejusque devotissima conjux, frequenti deinceps statione dignaque reverentia locum excolebant. Igitur ex eo, devotione fidelium, cultus sacræ religionis ibidem proficiens, cœpit isdem locus, non solum a venerandis jugalibus, verum et ab aliis religiosis mortalibus decenter et honeste venerari. Eoque processit amplificatio rei ipsius ecclesiæ, ut inter reliqua Matris Ecclesiæ Bituricensis membra connumeraretur et ipsa. Ita religiosi conjuges, voti sui compotes effecti, vitæ suæ tempus, nunc in divinis laudibus, modo vero cum administratione militiæ, fideliter agebant.

C. 8

Divino ostento ad id fundandum permotus,

10 Aliquando vero, quidam ex ipsorum officio custodiis equorum in pascuis præterfluenti alveo adjacentibus solito more invigilante, una dierum jam aurora illucescente, vapor nebulæ, ut adsolet, superficiem tenebat terræ : quo paullatim inanescente, quædam in ecclesiæ modum recentis effigies ædificii, in contigua flumini planicie, et per aliquot horarum spatia, residere videbatur : donec diurnæ lucis vigore disparuit. Miratus insolitum, suæ primum Dominæ, quod viderat pandit. Quod illa mente pertractans, et ut fidelis, divinum fore fideliter credens, piam supplicabat Divinitatem, ut reiteratione hujusmodi visus, eam de hac sui dispositione consilii redderet certiorem. Quam voti compotem Divinæ complacuit facere pietati. Ubi vero eodem schemate, quo primus ille viderat, ipsa quoque perspexit : mox venerando conjugi patefecit. Qui super auditis Deo gratias agens, ipse quoque divinis emeruit precibus idipsum post aliquot dies, simul cum his qui viderant, cernere schema. Tali denique modo, dispositio Dei venerabilium mentes conjugum ad provectiorem instinctum bonæ pertrahens actionis, deinceps eos etiam ad cœnobii constructionem animavit. Quibus ut sese tempus obtulit opportunum, continuo de rebus eidem loco delegandis testamentum faciunt, Domnique Pipini Regis adeuntes præsentiam, vota suggerunt, et locum sibi rebus decretis per testamentum, ejus potestati committunt, ut ipsius auctoritate atque Francorum deinceps Regum providentia tueretur. His igitur ad votum eis a Rege concessis, propere cœptum perficiunt opus. Quod postquam decenter et commode perfecerunt, ad honorem summi Salvatoris, ejusque sanctæ Genitricis et semper Virginis Mariæ, sanctorumque Apostolorum, et omnium deinde Sanctorum, consecrare fecerunt. Sacrosanctis etiam reliquiis, ex sacra videlicet e palla Magni Gregorii Papæ meritis divinitus cruentata, sicut in gestis ejus legitur, necnon et plurimorum pignoribus Sanctorum locum illustrantes, diversis quoque muneribus et Ecclesiasticis ornatibus decenter adornare studuerunt. Deinde compositis habitaculis religiosis cœnobitis, quorum Pater vitæ venerabilis Dodo nomine fuit, cœnobium commiserunt, qui secundum institutionem Beatissimi Patris Benedicti religiose semper illud regerent, et per succedentia tempora possiderent.

Reliquiis id ornat

11 Est autem locus isdem in penultima parte Biturici pagi, versus Occidentem, admodum delectabili situ jocundus. Nam e regione, fluminis f Agneris cursus offertur, quod commoditate sui quam maxime juvat incolas ejusdem loci. Tum deinde circumquaque fertilis humus omni germine, cum sui fœcunditate, tum etiam agricolarum opere. Præterea loco pertinentia, ex maxima parte satis contigua. Prædicta porro sanctæ Dei genitricis ecclesia, spatio stadii ad Meridiem distat. Quæ et ipsa cum sibi collatis per prædictum testamentum eidem cœnobio fuit concessa.

C. 10

12 Postquam vero sacer Ordo, cura religiosi Patris Dodonis, in hoc ipso jam rite profecerat cœnobio, iidem nobilissimi conjuges, animo sitienti adhuc amplificare loci ipsius rerum possessiones desiderantes, præter illa quæ prius contulerant, alia quædam addiderunt, et cum Ecclesia, quæ vocatur Cildracus, æque per testamentum præfato loco contulerunt, anno vigesimoquinto Imperii Augusti Ludovici, et vicesimoquarto Pipini filii sui Aquitaniæ Regis. Quæ res in superioribus partibus Biturici pagi, seu in vicinia Bituricæ civitatis consistere videntur : sicut ipso rerum earumdem testamento docemur.

a Scara *vox est Teutonica, et multitudinem significat. Aimoinus lib. 4, cap.* 26, collegit lectam e Franciæ bellatoribus scaram, quam nos turmam vel cuneum appellare possumus. b *Nempe Pipinus Brevis, qui Waifarium debellavit.* [illegible] *erat* unus.
c *Hos Carolus Calvus patruus monachos fieri coegit.* d *In vita Ludovici vocatur* Jocundiacum palatium in territorio Lemovico situm. e *Videtur respicere ad id quod lib.* 2 *vitæ S. Gregorii cap.* 42, *narratur.* f Angeris *legit Papirius Massonus de fluminib. Galliæ, ubi de eo ista:* In Biturigum finibus Anger oritur supra Castrum, inter Rodulphi castellum et monasterium Dolense Gregorio et veteribus notum, fluit. Andria *est Aimoino, Gallice* Indre.

Scara

Anger fl.

CAPUT IV.

Nova ejusdem cœnobii privilegia, amplificatio.

C. 11.

His igitur ab optime religiosis conjugibus ita compositis, de cetero quoad vixerunt, eis illa vigilantia fuit, ut isdem locus ad meliora semper et altiora proveheretur; quorum equidem materialis ædificatio, in ipsius angularis lapidis nomine Christi Jesu constructa, crevit in templum sanctum in Domino, cum in ea, degentes cœnobitæ per instituta mandatorum Dei, perque regularem sanctissimi Præceptoris nostri Benedicti tramitem gradientes, reliquorumve sanctorum Patrum exemplis viventes, alius ab alio coædificati sunt in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Namque quod hi tales, et boni quique, Deo magis quam sibi viventes ipsius Dei habitatio sint, est inde veritatis verissima sponsio, quæ dicit : Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et Pater meus diliget eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Apostolus quoque Petrus, fideles adhortans : Accedentes, inquit, ad lapidem vivum, et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini in domos spiritales. Cum hæc ergo de fidelibus ita se habeant, merito hi fidelissimi conjuges, illorum gratiæ participes esse creduntur, qui ea intentione laborare studuerunt, ut hi in eorum labores introirent, quos pia Divinitatis dignatio sua dignos effecerat habitatione. Pro quibus omnibus, postquam a terrestri domo hujus habitationis emigrarunt, domum non manufactam æternam in cœlis promeruisse digne credendi sunt. Quorum corpora, secundum sui dispositionem, tunc quidem secus ecclesiæ memoratæ Beatæ Dei Genitricis introitum, ad dexteram scilicet ingredientium, sepulta sunt : postea vero, devotione Fratrum præfati cœnobii agente, hinc translata, dextra lævaque altaris ipsius speciosæ Virginis Mariæ digno cum honore condita sunt : quorum depositionis dies sub uno die, nempe decimo Kalendas Septembris quotannis recolitur. Circa quod tempus, Dominus etiam Pipinus Aquitaniæ Rex, biennio ante patris sui obitum, ultimam vitæ sortitus diem, Pictavis apud S. Radegundem sepultus est. Domnus vero Ludovicus, post plurima Rei Ecclesiasticæ, necnon et publicæ bene consulta, quibus ad æquum, divino semper in adversis usus auxilio, regni vel Imperii

Floret id cœnobium.

Joan. 14. 23

1 Pet. 2. 4 et 5

Mors Wifreti fundatoris

Imperii sui [illegible] turbavit statum, anno ab Incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo feliciter obiit. Post cujus extrema tres filii ejus pro regno Aquitaniae, quod frater eorum Pipinus regnaverat, invicem dissidentes, bello decertare contendunt: quod et factum est apud a Fontanetum Burgundiae locum. Lotharius major natu, et Augusti dignitate superior, cum exercitu Italiae adversus fratres Ludovicum, et Carolum, qui Calvus agnominatus est, et ipsi adversus eum cum Francis et Aquitanis. Et Lotharius quidem in prima impetu victor extitit, sed [illegible] ab b Warino Duce Tholosano et Aquitanis fugatus est. Et quidem merito [illegible] Imperium [illegible], quamvis non absque fraterna seu [illegible] consensu Patrem patrem [illegible] [illegible] Episcoporum auctoritas, conatus ejus frustravisset, qui post legem, diademate deposito [illegible] privatus vivere [illegible] Ludovicus [illegible] Carolus solus qui Calvus dictus est, et regnum Francorum et Imperium [illegible] rexit.

14 [illegible]

[illegible]

ejus voluntati libenter annuit. Igitur accitis in con-[illegible]

[illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

[illegible] expetiit Domini Karoli Regis. Aderant [illegible] Fratres ex [illegible] S. Petri, quod est in territorio Nivernensi [illegible] situm, inter duos amnes Ligerim et Elaverem, qui [illegible] Patre Regum [illegible] Majestatem. Ad hanc [illegible] consultum, [illegible] convocat Maunarium Abbatem, et [illegible] monasterium illud se velle concedere dixit. De quo, quamvis [illegible] videretur, [illegible] Rex confirmavit scripto Regium praeceptum [illegible] S. Petri [illegible] Abbate Maunardo, suisque successoribus [illegible] perpetualiter possidendum et regendum. Verum haec [illegible]

[illegible]

Ex [illegible]

a Maunardus

d [illegible] S. Petri

CAPUT V.

S. Genulphi corpus Stradam translatum.

E[illegible] Stradensi [illegible] SS. Genulfi et Genitoris [illegible] Deo declarat [illegible]

[illegible] Gallias [illegible]

[illegible] Angelis [illegible] baptizatus [illegible]

[illegible] virtutes [illegible]

[illegible] Cella [illegible]

[illegible] statuta

C. 18

[illegible]

18 Contat [illegible]

Ex biblioth. Floriac.

C. 15. Auctoritate regia,

18 Contigit igitur aliquando, ut venerandæ memoriæ prefatus Mainardus cœnobii Stradensis Abbas consilium haberet cum Fratribus, de Translatione jam dicti Confessoris Christi Genulfi : quibus idipsum omnibus invicem sentientibus, et hujusmodi sententiam amplectentibus, etiam super hoc negotio Domnum Regem Karolum adire decreverunt, ut quod futurum ex illo foret consilio, illius celeberrimo fieret imperio. Aliquanti igitur assumptis Abba Fratribus, aulam expetiit Domini Regis Karoli, cui cum adstitisset, et pro quibus ierat intimasset; cujus temporis, vel loci, seu auctoritatis isdem vir sanctus fuerit, Rex sciscitatus est. De quibus cum edoctus ab Abbate fuisset, libentissime quod petebat concessit, et libere faceret imperavit. Hoc sane præcipiens, ut sancti quidem Præsulis Genulfi corpus monasterio transferret; beati vero patris illius Geniti glebam remanere sineret.

C. 16. transferuntur S. Genulphi reliquiæ ad cœnobium Stradense.

19 His igitur a regali clementia concessis, accepta Abba remeandi licentia, regreditur ad propria; et se pro quibus ierat impetrasse denuntiat. Eo ergo Fratres exhilarati nuntio, auctoritate freti regia, Sanctorum cellam adeunt devoto cum obsequio. Quia vero minus quam decebat eo tempore locus ipse reverenter habebatur, ideo res ipsa sic ad habendum ipsius sancti Confessoris corpus animos Fratrum accenderat. Oratorium ergo, quod in honore S. Petri sacratum erat, sunt ingressi : sanctum inquirunt thesaurum : sed ne tunc incertum foret, quemadmodum Sanctus uterque discerneretur, olim, ut credi potest, huic futuræ Translationi dispositio providerat Divina. Nam ut libello vitæ vel obitus eorum continetur, sancti quidem Præsulis Genulfi corpus, ad ingredientium dexteram; beati vero patris ejus Geniti membra parte fuerant sinistra locata. Igitur ea certitudine, maximi pretii reperto munere, digna cum reverentia sanctum corpus gestatorio Fratres imponunt, et sic cum laudibus divinis ad monasterium redeunt : in quo sub die *b* XII Kalend. Julii pretiosum deponentes onus, ob tanti Confessoris adventum, hunc ipsum diem quotannis instituere celeberrimum atque solemnem. In quo deinceps loco, multoties per hunc sibi dilectissimum famulum, multa sanitatum miranda, frequenter mortalibus largiri dignatus est Christus, ad laudem et gloriam nominis sui.

a *Videtur is locus esse, qui in Bituricana chorographia* Celle sur Nahon *appellatur, erat enim ad Nahonem flumen.*
b *Gulielmus de la Croix legendam putat,* XV Kal.

CAPUT VI.
Normannorum incursus. Corpus S. Genulphi alio deportatum.

C. 17. Posteri Caroli Calvi.

Ea sane tempestate gravissimis casibus Galliarum sunt detritæ provinciæ. Decedente siquidem glorioso Rege Karolo Calvo, regni quoque ejus a sua celsitudine corruit status. Nullus namque post eum Imperium tenuit Romanorum. Ejus filius Ludovicus agnomine Balbus solummodo regnum obtinuit Francorum. Tunc Bajoariorum surrexit regnum, apud quos hactenus constat Imperium Romanorum. At vero Ludovico decedente Balbo, filius ejus Karolus agnomine *a* Minor post eum regnavit. Contra quem Franci conjurantes, eum de regno expulerunt. Et Odonem Aquitaniæ Ducem pro eo regnare constituerunt : qui nec integris etiam in regno duobus substitit annis. Cui filius successit Arnulfus, in ipso pene initio regni sui jam semivivus. His temporibus Willelmus Comes Arvernorum erat Dux Aquitanorum, qui Cluniacense fundavit cœnobium. Sanctus quoque *b* Geraldus vir magnæ sanctitatis, ac præclaræ nobilitatis ipsis temporibus claruit, qui Aureliacum monasterium construxit. Tunc etiam Abo nobilissimus partium Princeps Biturigensium, *c* Dolense cœnobium ædificavit. Eo quoque tempore, cruentæ acies in cœlo apparuerunt, ad præsagium excidii regni vel patriæ, jam tunc imminentis. Nam Karolus, quem Franci repulerant, resumptis viribus, regnum recepit : sed iterum repulsus est, et Dux Robertus *d* Rex constitutus est. Karolus ergo, ab *e* Othone Imperatore accito auxilio, prælium cum Francis, qui eum repulerant, commisit : et victor existens Rotbertum interfecit : regnumque recepit. Postea vero, controversiis adversantium sedatis, factisque pactionibus, Ugoni filio Rotberti Ducatum concessit, ac deinceps regnum obtinuit.

C. 18. Nortmanni Gallias vastant.

21 Sic itaque clandestino malo Francorum vacillante regno, ab externis etiam Galliæ nationibus affliguntur. Siquidem barbaries effera Nortmannorum, quæ interiora Oceani Britannici plagæ Septemtrionalis incolere videbatur, navali manu innumera de suis electa, ingentis pelagi Galliæ victum occupat limbum. Igitur ab ipsis incipiens oris, ac deinde cuncta pervadendo sese diffundens, Occidentales Gallias, et maxime Neustriam, et Aquitaniam depopulari cœpit. Idipsum vero multoties superioribus annis adgressi fuerant Nortmanni, sed eis belligeri viri Duces locorum sæpius obstiterant, et eorum frequentes impetus sæpe Mavortia manu pepulerant. At ipsis etiam Ducibus inter se diuturno bello dissidentibus, ac vario rerum eventu nunc istis nunc illis decidentibus, ita tellus nudata suis defensoribus perfacile patuit externis pervasoribus. Quorum insania, per cuncta, qua visus ante sui faciem erat, feraliter incedens, obsistentes si qui fuerant interimere, victos captivare, bona cuncta diripere, nulli mortalium parcere, divina et humana suis ludibriis promiscua habere, sancta loca demoliri, cædibus, incendiis prorsus cuncta replere satagebat.

S. Genulfi reliquiæ ad Vernense territorium translata.

22 Cum vero jam per plurima Galliarum loca suæ crudelitatis exercuissent facinora, Biturigum etiam pagum violenter affligere cœperunt. Jam dictus autem cœnobii Stradensis Abbas Mainardus cum Fratribus suis, hostili præcognito adventu, apud prædictum S. Petri monasterium fugæ præsidium expetere decreverat. Assumptis igitur omnibus quæ salvandi gratia, secum ferenda censuerant, etiam beati Præsulis Genulfi corpus, pariter ferri voluerunt. Cum ergo cœptum iter usque Biturigam peregissent civitatem, ecce ante eos, dæmon per os hominis cœpit clamare, et dicere : O S. Genulfe, num te effugere potero? Cur in his etiam locis me persequeris? Non tibi sufficit quod de Gedurnicensi urbe me expulisti, et cellam inhabitare prohibuisti? heu me Sancte Dei! Cum itaque nequam spiritus, hujusmodi vocibus insani hominis ore clamasset, sine mora pervasum reliquit hospitium. Ita meritis sanctissimi Præsulis liberata persona, gestatoribus ejus Dominum benedicentibus plurimum lætitiæ contulit. Tandem igitur ad dispositum pervenientes locum, S. Petri videlicet oratorium, Sancti ossa ibi deposuerunt : et omni cum diligentia servare studuerunt.

dæmonem fugant.

a *Alias vulgo* Simplex *dictus, obiit anno* 929. b *Vitam* S. Geraldi *dabimus* 13 *Oct.* c *Alii* Burgidolense *vocant, Gallice* Bourgdeols, *et* Bourgdieux. *Situm est ad Angerim, sive Indrum, de quo supra ad cap. 3. Hoc* Burgidolense monasterium *descripsimus in Actis* S. Bernonis *XIII Januarii,* § 6, *num.* 28, *ubi hunc locum citavimus.* d *Id anno* 922, *contigit.* e *Qui potuit, cum anno* 936, *primum Henrico parenti in regnum Otto successerit, septem annis a morte Caroli? At Ludovico Transmarino Simplicis filio suppetias Otto tulit.*

CAPUT VII.
Stradam denuo relatum.

C. 19. Nortmanni monasterium Stradense incendere frustra conati.

Advenientes autem hostes ad Stradense cœnobium, et tam rebus quam habitatoribus vacuum reperientes locum, quicquid reliquum fuit in ædibus, flammis tradidere voracibus. Sed reliquis circumpositis ædibus igne consumptis, ita totius monasterii fabrica, Domini Jesu protegente virtute, restitit illæsa, ut in ea nullius adustionis vestigium appareret

appareret. Quod cernentes hostes, et virtutem divinam sentientes, a loco recesserunt, et super vicini fluminis oram Duces eorum, circum se scrobibus actis, aliquibus temporibus consederunt : donec ab eis omnis circumquaque regio vastaretur. Itaque, cum per septem annorum lustra, Neustriam et Aquitaniam devastando, Arvernum usque pervenissent Normanni, Rex Burgundiæ Rodulfus, in auxilium evocatus ab Aquitanis, cum exercitu valido festinus occurrit eis. Commissoque *a* prælio cum eis, in loco qui dicitur ad Destrictos, Deo auxiliante Christianis, pene usque ad internecionem deleti sunt Pagani, et ab Aquitania fugati. Qui vero evadere potuerunt, in oris Galliæ super Oceanum, in urbibus scilicet, quas ipsi primo impetu suo desolaverant, eo pacto permittente Francorum Rege, ut fierent Christiani, resederunt. Quæ loca propter inhabitantes nunc partim Nortmannia, partim Britannia dicuntur.

24 Postquam igitur ille metus hostilis a provincia discessit, mox sancta beati Præsulis membra Stradensi monasterio Fratrum restituere curavit devotio. Ergo remunerato loco ipso de pretioso reliquiarum sacri corporis ipsius Confessoris Christi thesauro, cum benedictione Fratrum ipsius cœnobii, sanctorum pignorum bajuli profecti sunt. Venientes autem Nivernas, a civibus urbis illius, ac sibi notis fidelibus reverenter excepti sunt. Ibi etiam a Clericis Episcopii civitatis ipsius, necnon a Sanctimonialibus ibidem degentibus expetiti, ut eis vel aliquantulum pertinens de sacro beati Præsulis corpore darent, unam e costis ejus illis concesserunt. Quam cum inter se Clerici sive Deo sacratæ Virgines sibimet expetendo [illegible], mox ab utrisque partibus cruor stillavit. Admirantesque qui aderant stupuerunt valde, et vere viventi coram Deo sancti Confessoris merita dignis laudibus attollebant.

25 Inde quoque egressi, viam suam direxerunt ad [illegible] Sigdonum dicitur. Ubi post aliquot cum pervenissent dies, quodam loco diversorium habuerunt, ubi post discessum eorum, [illegible] pagenses ecclesiam in ejusdem beati Confessoris honore fundaverunt, et nomine consecraverunt. Ibi vero quantam gratiam suam Deus meritis hujus beati Præsulis Genulfi terræ illius incolis præstiterit, [illegible] memorari videtur. Cultores siquidem [illegible] votivum sibi fecerunt usum, ut sementis tempore portionem seminis, quantum sibi videretur, ad ecclesiam ipsam quisque deferret, ac sancto Confessori, ad usus Sacerdotis, qui divina ibi mysteria celebraret, devotus offerret: [illegible] meritis, [illegible] segetes vel a fulgure et tempestatibus, sive adversis aeris corruptionibus illæsæ servarentur. Quorum pia devotio [illegible] Salvatoris, beato suffragante Patrono, ut ex tunc usque nunc, in eodem voto perseverantibus, expetita [illegible] perseveret salus.

26 [illegible] eodem itinere, per [illegible] confluentibus [illegible] donec ad [illegible] prospere ventum est. Interea jam tunc [illegible] Abbas [illegible] successerat Analdricus [illegible] successoribus, quidam [illegible] nobilitate [illegible] monasterium, quod in Wa[illegible] est positum, ad honorem B[illegible] apostoli [illegible] ac S. Genulfi Confessoris construxerat, cum [illegible] semper possidendum [illegible]. Illoque decedente successit Aymo, qui [illegible] extitit Aerico. Hic post illa Nortmannica tempora proprio cœnobio præfuit Stradensi. Decedente Aerico successit [illegible], qui usque ad nostrum tempus [illegible] permansit.

CAPUT VIII.

Hungarorum gemina incursio, clientes sui a S. Genulpho adjuti.

27 Post aliquot iterum annos accidit ut hæc ipsa regio Hungarorum quateretur incursibus. Quæ res vulgata cœnobitarum Stradensis cœnobii non minimum perterruit corda. Providentes itaque sibi, castrum quoddam quod *a* Lucas vocitatur, ad sui præsidium in ea necessitate petierunt. Illuc itaque Fratres sese cum suis, ac etiam cum beati Præsulis Genulfi corpore conferentes, illius tempore metus, ea sancta Confessoris servata sunt membra. Sed postquam et ille hostium tepuit fervor, redire Fratres ad monasterium cum sacris decreverunt reliquiis. Ergo cœptum iter illis peragentibus, ecce subito nubium densitate cœli facies obumbratur. Anxiari Fratres et sanctarum reliquiarum geruli cœpere, futuræ tædio pluviæ. Tum deinde largissimis profluentibus imbribus, vehemens inundatio superficiem replebat terræ. Sed manifeste divinæ complacuit clementiæ pia sancti Confessoris declarare tunc merita. Nam a tantæ inundationis violentia ita sanctum corpus ejusque geruli cœlesti sunt virtute protecti, ut nihil omnino super eos pluviæ ceciderit. Sic meritis magni Præsulis ab eo relevati tædio, cum exultatione magnificantes Dominum, ad monasterium pervenerunt.

28 Altera nihilominus Hungarorum incursione, quæ biennio post primam contigit, ad proximam ab Occidentali plaga munitionem, sancti Confessoris delatæ sunt reliquiæ. Qua etiam decedente perturbatione, sancta membra Fratres navigio imponunt, et per Agnerem fluvium superius ad monasterium remigare cœperunt. Quibus cum gaudio ascendentibus, exclamavit unus ex navigantibus: S. Genulfe, certe si velles, servis tuis cibos dare posses. Nec mora, piscis non parvæ quantitatis, quem lucium [illegible], a profundo gurgitis emersus, saltu se in navi præcipitavit. Admirantes gratulantur omnes sic citissime sanctum Confessorem suis adesse fidelibus. Sicque lætissimis animis ad monasterium reditum est.

29 Quodam etiam tempore, quidam a nativo Britanniæ solo egressus, orationis gratia, sancti Patris Gildæ reliquias, sive aliorum Sanctorum expetere loca decreverat. Qui post aliquos itineris dies, ab [illegible] letali [illegible] correptus est. Pro posse tamen cum sociis iter explebat, donec ad locum usque, qui ultra flumen Agneris Villa Gildæ dicitur, perventum est. [illegible] fessus [illegible], ægritudine cogente, deponitur. Elias interea vir religiosus hujus loci tunc prælatione potiebatur. Ad hunc igitur [illegible] ille supplices dirigit preces, ut sibi mysteria nostræ Redemptionis [illegible] tradere dignaretur, quo [illegible] deficientem, sacris ac vivificis mysteriis communicatum, ejus exitum Domino commendarent. Ille o Venerandus Abbas, per loci Paraphonistam, nomine Widonem, et quæ petebat dirigere curavit. Ad quem cum festinus isdem Frater [illegible], mox [illegible] patefecit [illegible] oculis [illegible] extremis [illegible] spatio [illegible] oculos aperuit, et adstantibus referebat [illegible] se visitatum fuisse, qui contra malignorum spirituum turbam de ejus animæ salvatione certaverant. Quibus alter [illegible], et subito [illegible] Genulfus. [illegible] Quid [illegible] dispendis? [illegible] clementia concedente suscipiet hunc sinus Abrahæ. Quod cum dixisset, [illegible] repente disparuit. Et conversus ad [illegible], dixit [illegible] Domini [illegible] vestri [illegible] Dei [illegible] concessam [illegible] cum his præ [illegible]. [illegible]

EX BIBLIOTH. FLORIAC.

nostrorum officio Fratrum divinis sit participatus sacramentis; dignum est ut eorum precibus assistamus, et de ejus salute procuremus. Hæc cum infirmus cunctis adstantibus aperuisset, interum clausis oculis a vita discessit. De quo nulli Dubium, cum talia de sancto Præsule Genulfo retulerit, quin ipsius meritis in æterna requie locatus sit. Ejus itaque corpus, monasterio delatum, honorifice sepultum est.

a *Massonus* Lucas oppidum arcemque munitissimam *appellat. Angeri quoque alluitur.* b *In priore vita est* lucius.

CAPUT IX.

Monarchi cædes cœlitus vindicata.

C. 24 *Monachi cædes.*

Ex Ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ, quædam aliquando inter quosdam secularium atque monasterii cœnobitas extitit controversia. Quæ adeo diffusa est, ut Frater quidam, Fredebaldus nomine, qui eo pro Fratrum jure tuendo, ab Elia directus Abbate fuerat, in foribus ejusdem ecclesiæ gladio necaretur, conscio loci Presbytero, nomine Godone, qui fraudulenter eorum partibus favere videbatur. Quo facto, Venerandus Abba, pariterque Fratres omnes vehementer afflicti, magis ab illo Judice Deo, qui Dominus ultionum est, et ex male commissis ultionem libere agere novit, quam ab aliquo seculi Principe, tanti vindictam flagitii expetere decreverunt. Erat autem in eodem cœtu Fratrum vita venerabilis senior, Ermenulphus nomine, qui tunc in monasterio Æditui fungebatur officio. Hic nocte quadam cum se post orationem expletam in oratorio quieti dedisset, conspicit primo quidem immenso claritatis fulgore tota repleri spatia templi : deinde præfulgidum quemdam et maximum cœlestium virorum conventum, eximio candore vernantem, adstare cuidam reverendæ mulieri et inæstimabilis potentiæ personæ; quæ incomparabili speciositate decora juxta summi Salvatoris adsidere videbatur altare. Ecce autem quidam venerandæ gravitatis Antistes, in sacerdotali schemate, illi Dominæ propius adsistens, ultionem ex supradicti sanguine Fratris nuper interempti, coram ea suppliciter expetebat. Quæ gratifice sic ad eum respondere videbatur : Et mihi potius, Frater, caussa de hoc procuranda est scelere. Et adjecit : Petrus, inquiens, Apostolus, huc accedat. Quo accedente, ait ad eum : Ecce Frater, hujusmodi piaculi judicium exercendum, tuæ potestati commissum. His dictis, cœlestis ille conventus disparuit. Post hæc igitur ex perpetrata nece, vindicta cœlestis a Deo maturo subsecuta est, ut infra parvissimi temporis spatium illius homicidii ministri, cum suis fautoribus et omnibus pene adfinibus, morbis decederent exitialibus. Perpaucis illius immunibus vindictæ relictis, qui in rerum miseria, totius vitæ suæ tempore permanentes, ad ultimam usque pervenerunt ætatem. Ita vero gloriosa genitrice Dei Maria, sanctissimoque Præsule Genulfo famulo suo patrociniantibus reddita confestim retributio superbis est, quemadmodum scriptum est : Mihi vindictam; ego retribuam, dicit Dominus.

S. Genulfo rogante, vindicatur.

Rom 12. 19. C. 25.

31 Porro Presbyter ille, quem supra tanti facinoris conscium diximus, reatus sui perpendens magnitudinem, sanctam Dei genitricis ecclesiam et hujus cœnobii cœtum, ex proprii possessione juris, heredem fecit. Hic ad vitæ suæ finem perveniens, capsulam quamdam sacris Sanctorum reliquiis insignem, ab eadem sanctæ virginis ecclesia coram se deferri rogavit. Qui cum in extremis ageretur, subito prosiliens hæc ipsa capsula a loco, quo ante eum fuerat appensa, e conspectu ejus alibi perlata est. Ex hoc autem et immensitas divinæ *a* virtutis, cujus in ea portio maxima continebatur capsula; et divini in eum examinis prodita sententia, patenter intelligitur.

Reliquiæ ab homicidii conscio resiliunt

32 De ejus adhuc judicio, talis in monasterio subsecuta fertur ostensio. Sabbato quodam, instante jam noctis articulo, cum Fratres debitum Completorii solvere pararent, Ædituus ecclesiæ, nomine Wido, ob campanam pulsandam ante processerat. Qui cum ad campanæ pervenisset locum, ecce quem ante defunctum noverat, illum in notissima forma Presbyterum conspicit, evaginatum tenentem gladium. Perterritus illico retrorsum aufugit, atque in ostii limine velut exanimis concidit. Jam Fratres aderant, illumque quolibet alio casu, potius quam metu, corruisse putabant. Post paullulum itaque spiritu recreato surrexit a loco, Quodque viderat, Eliæ Patri Venerabili, ceterisque Fratribus, verbis non valens, signis innotuit. Postquam igitur admirantes omnes in stratibus se dederunt, ecce per alta silentia noctis, ipsi Widoni, nominatim eum vocando, vox hujusmodi sonuit dicens : Surge, inquit, surge. Expergefactus ille nimio iterum corripitur horrore : cui trementi et admodum paventi, seque salutari signo Crucis munienti, vox etiam intulit : Ne, inquit, omnino pertimescas. Veniens autem in monasterium videbis, quo pro nece Fredebaldi supplicio deputatus sim. At ille quamquam tremens et pavidus, rei tamen auditæ probamento, surrexit et ivit : et dictorum fidem coram S. Petri præstolans altare, paullulum obdormivit. Ecce autem in illo quietis somno coram ipso S. Petri altari, dolium ingens eructantibus repletum flammis ei apparet, in quo Presbyter ille sese immergere videbatur. Deinde gladius quidam igneus, ab alto delapsus, et ejus vertici illisus, pariter in flamma demergebatur. Evigilans autem Frater, cum maximo tremore cuncta per ordinem supradicto Patri vel Fratribus retulit. Hic ergo patet quanta Sanctorum sollicitudo super sibi digne famulantes invigilet semper; ea videlicet, quæ sinistrorsus illis accidunt submovendo, sed et commoda cuncta pie petentibus adhibendo.

Idem tertio apparet in pœnis.

a *Videtur* Crucis *legendum, propter ea quæ sequuntur.*

CAPUT X.

Prædones ope S. Genulphi sæpius repressi.

C. 26

At vero Karolo decedente Minore, Ludovicus filius ejus regnavit. Hujus filii fuere, Lotharius et Karolus. Lotharius post patrem regnavit, *a* et a Regina sua veneno extinctus est. Cujus filius Ludovicus, uno tantum supervivens anno, et ipse potu malefico periit. Patruus autem ejus Karolus, cum post eum regnare voluisset, a Francis *b* ejectus est. Et Ugo Dux filius Hugonis Ducis, Rex a Francis elevatus est. Karolus autem captus in *c* Senletensi urbe, in carcere trusus est : ibique genuit Ludovicum et Karolum, et mortuus est : et expulsi sunt filii ejus a Francis, et erant morantes apud Imperatorem Romanorum. Ita Francorum Regum secunda deficiente linea, regnum in tertium translatum est : in qua quidem primus extitit Robertus, qui a Karolo Minore interfectus est, sicut superius dictum est : secundus vero filius filii ejus, præfatus Ugo, qui Magnus agnominatus est, qui etiam Ecclesiæ Dei clementissimus defensor fuit.

a b c

Ultimi Reges Galliæ Karolingi.

C. 27

34 Hujus ergo Magni primo Ducis, postea Regis Ugonis temporibus, quidam Optimates nobilissimi Pictavorum, in eo loco ubi *d* cœnobium B. Sigiranni extat Abbatis munitionem ædificaverunt, ac firmissime munierunt. Hoc Primas contigui castri, quod ad Orientalem Stradensis cœnobii plagam situm est, admodum graviter ferens, præsumptionem eorum omnino dissultum iri festinabat. Igitur ob id negotii memoratum adiens Ducem Francorum, ejus ad hoc suffragia postulabat. Qui ejus rogatui favens, coactisque militum millibus quamplurimis, quo fuerat expetitus, exercitum ducere cœpit. Itaque, cum ad Stradensis monasterii vicinia perventum fuisset, ibidem Franci castrametantes fixere tentoria. Inopinato metu turbati ruricolæ, primo suspicabantur barbaras nationes, velut superioribus solitæ fuerant temporibus, supervenisse : sed cernentes eos nihil insistere

d

prædæ,

prædæ, (quod illi callide fecere) jam paullo minus mali suspicabiles habeantur. Sed postero die castra moventes, quicquid usquam victui necessarium, quæcumque fuerant opportuna reperta futuræ parantes obsidioni, cuncti invadere, rapere, secumque ducere cœpere. Tollitur in cœlum vulgi mœrentis clamor, Salvatorem Christum invocantis, et sancti Præsulis Genulfi auxilium deprecantis. Adfuit illico miseris misericordia Salvatoris, per meritum sancti Confessoris. Nam hi qui debita vel propinqua cœnobii loca deprædati fuerant, ita cœlesti sunt ultione percussi, ut eorum alios oculorum lumine mulctatos, alios vero nervorum contractione misero cerneres corpore debilitatos.

35 Hujus ergo cœlestis animadversionis opinio cum ad aures usque prædicti Principis perlata fuisset, remorsu [illegible] et edoctus, confestim primarios exercitus sui plurimos e latere suo direxit ad locum, qui suos a pervasione rerum dominationis ipsius loci, vel ad eum confugientium, omnino prohiberent, et in eos, si nollent, etiam vindicarent. Qui cum venissent, unum e sociis elegerunt, qui toto deinceps obsidionis tempore, in monasterii rebus tutamento fieret. Illi autem prædicti miserabiles, divino mulctati judicio, in monasterii limina coram cunctis expetentes, [illegible] veniam et sancti Confessoris Genulfi auxilia supplicabant. Omnipotens vero Deus, non ansi [illegible] virtutem suam, ita sancti Patris Genulfi merita declaravit, ut omnes continuo pristinæ redderet sanitati. Ipse vero Dux Ugo, cum Principibus exercitus sui, locum ipsum et Fratres qui sub Patre religiose vivebant, [illegible] semper.

36 Cum vero memoratus Dux, assumpto jam regno, ad urbem Pictavam exercitum duceret, Willelmo Comite propter [illegible] Karoli et injustam, ut videbatur, assumptionem regni, ei nolente subdi, per [illegible] prædicti cœnobii [illegible] transitum habuit. Ceteris pertranseuntibus, unus ex exercitu [illegible] pauperculæ rapuit [illegible]. Exclamare mulier, et sanctissimum cœpit invocare Genulfum. Nec mora [illegible] progressus eques, illi corruit equus, graviterque collisus [illegible] effectus est. Ipse autem mox [illegible] Inter [illegible] sociis [illegible] Confitetur ille delictum suum. Veniam [illegible] coram Sancto deposcit. Adfuit et mulier, in damnum [illegible] Quæ [illegible] satisfactione placavit. [illegible] verbera [illegible] et [illegible] precibus institit, ut [illegible] corpore, ab illo cœlestis vindictæ vinculo solveretur. Fratribus [illegible] et fidelibus qui aderant Salvatorem [illegible] et beati Præsulis Genulfi suffragia [illegible] poscentibus, ille [illegible] exhilarantur [illegible] virtutis, benedicentes Christum, qui semper est [illegible] Sanctis suis. Miles vero cum suo voto Deo [illegible] et [illegible] Confessori [illegible] solventes, quo [illegible] gaudentes.

37 [illegible] mulier, [illegible] possessionis hujus monasterii loco, [illegible] ut sibi [illegible] petens, [illegible] ut Sancti [illegible] Confessoris [illegible] [illegible] atque post [illegible] confestim [illegible] Quæ [illegible] negotio [illegible] Sancti [illegible] proprium repedabat [illegible]. Sed ne fortuitu potius accidisse [illegible] credibile videretur, evidentius [illegible] virtutis [illegible] declaratum est. A vicino siquidem [illegible] duo quidam, ut sibi panes emerent, advenerant equites. Quibus emptis, modus portandi eos non aderat illis. Horum igitur unus, Stephanus dictus, qui etiam a rapiendi sibi solito more, Rastri dicebatur agnomen habere, præfatam conspiciens oneratam abire pauperculam, eam subsecutus exoneravit, seseque fundens annonam, violenter ei sacellulum abstulit et abscessit. Tum vero gemere mulier, et manibus ad templum protensis clamare cœpit: Heu me, sancte Dei Genulfe, ecce quod a te petiveram, magis tua gratia, quam meo pretio me impetravisse gaudebam, ut quid ergo sic deturbor? Ne Sancte Dei, ne patiaris, inopiæ meæ juvamen auferri. Hæc ubi dixit, repente quodammodo mente turbatus infelix constitit eques. Deinde magis ac magis hebetatus, mox etiam cæcitate damnatur. Ita sanctissimi meritis Confessoris, propter miseriam inopis et gemitum pauperis mulieris, tunc exsurrexit Dominus, faciendo videlicet ex calumniatore vindictam. Magis igitur quod illa paullo ante petierat, ac se impetrasse gaudebat, gratiæ divinæ, quam fortuito casui deputandum, quia scriptum est: Desiderium pauperum exaudivit Dominus.

38 Enimvero clamore mulieris, noscendæ rei gratia plurimis ad eum confluentibus locum, aliquibus ille percunctatur quidnam sibi videretur. Quibus ipse neque cernere se quippiam, neque nosse respondit. Tum vero cunctorum qui aderant ore, gloriosi Confessoris meritorum virtus laudibus innumeris effertur. Igitur in præsenti pauperculæ mulieri de violentia satisfaciens miles ille, non suis, verum aliorum ductibus, ad sacra templi limina deducitur; in quo reatus sui veniam petens, cum devote coram Sancto persisteret, tandem divina propitiatione sanctique Præsulis obtentu, luminibus pristinis restitutus est. Ipse autem hujusmodi vindictam expertus, ita virtutis ejus extitit testis, ut in quocumque locorum domini [illegible] præfatam postmodum pauperculam offendisset, eam in maxima semper habuerit veneratione, atque ob ejus injuriam, talia divinitus perpessum fuisse, sed beatissimo patrocinante Genulfo, saluti se propriæ redditum, palam omnibus fateretur.

39 Quidam rerum venalium negotia perferentes, ex hujus [illegible] mercimonii gratia, superiora pagi hujus adierant loca. In itinere autem a quibusdam conventi sunt equitibus, qui illis rerum suarum summam violenter auferre nitebantur. At vero summi Salvatoris [illegible] sanctissimi Præsulis Genulfi suffragia proclamantibus [illegible] illi prorsus, ut est talium habet sævitia, proclamantes [illegible] illam flocipendere, nec a cœptis desistere, quin potius conati sunt perficere. Sed quomodo [illegible] præsens adfuit Sancti auxilium Confessoris. Nam unus ex ipsis, qui primus eorum esse videbatur, dum [illegible] partem flectere nititur equum, [illegible] virtute divina riguit equus, ut omnino perstaret immobilis. Urgeri quidem calcaribus atque cruentari poterat, sed movendi [illegible] Mirari [illegible] socii [illegible] Tandem itaque [illegible] divinam, continuo [illegible] abscedere [illegible] Illis quoque [illegible] satisfacientis cum suis, [illegible] sancto Confessori votum vovens, mox [illegible] divina [illegible] recepit equum. Hoc etiam [illegible] propriis [illegible] relatum est [illegible] fuit.

40 Tum [illegible] ejusdem temporis, tres [illegible] exercitu [illegible] prædam [illegible] sed [illegible] de oppido progressi sunt, [illegible] Qui [illegible] culpam [illegible] a sancto Confessore veniam petentes [illegible] Ergo [illegible] Præsulis [illegible] redditi sunt. Qui gratias Deo sanctoque Confessori [illegible] solventes, recesserant

Ex Bibliotb. Floriac.

rapit miles

fit cæcus

Psal. 9, 38

per S. Genulphum visum recipit

C. 29

Prædones equos [illegible] immobiles

[illegible] S. Genul[illegible]

C. 30

recesserunt tertio deinceps usque ad finem vitæ in debilitate permanente.

a *Ab anno* 954 *usque ad annum* 986 b *Imo Franci regnum transferre ad eum volebant, ut testatur Sigebertus ad an.* 987. *Sed* dum ille rem ad consilium differt, regnum Francorum usurpat Hugo c *Lauduni captus est* Carolus, *Episcopi proditione; sed Aurelianis in carcere mortuus.* d *Est in Bituricensi diœcesi* S Sigirani *situm cœnobium. De ipso* S Sigirano, *vel* Sigiranno, *agemus* 4 *Decembris, et ad vitam filii ejus* S Siviardi 1 *Martii.*

CAPUT XI.

Miseris præstita a Sancto beneficia.

C. 31

Quidam aliquando mutus de transmarinis partibus huc advenerat; qui stridulæ magis strepitu, quam sono vocis sibi videbatur poscere necessaria. Hic una dierum sacri Præsulis expetens urnam, mox ut ecclesiam intravit, officium linguæ quo eatenus caruerat, videntibus cunctis, ibidem gloriosi Confessoris merito recipere meruit.

C. 32. *Energumeni sanati.*

42 Quædam etiam mulier hujus incola pagi Biturici, dæmonico furore plena, sensuque prorsus amisso, confestim ut sacram ædem intravit, ab insania liberari promeruit. In hoc autem, contra videlicet dæmonum nequitias, judicio Dei multoties incautis mortalibus ab insidiatore inlatas, ipsius sæpenumero sanctissimi Præsulis virtus imperiosa constat. Ex quo testimonium perhibet non modo numerositas eorum, qui ipsam in semetipsis virtutem experti sunt, sed et illorum qui propriis visibus intuiti sunt.

C. 33 *Sanctum vinagium*

43 Nam quidam e proximo loco, nihilominus sævitia dæmonis plenus, vinctis manibus ad monasterium est adductus. Cumque Fratres Sanctorum reliquias lavissent vino, et ipsi porrexissent; mox per os ejus cum sanguine dæmon exivit. Sic igitur opitulante Deo meritis hujus egregii Patroni propriæ redditus saluti sospes ad sua rediit.

C. 34 *Cæcus visum recipit*

44 Prima quadam Sabbathorum, quæ in septenorum revolutione dierum, eadem octava quæ et prima semper habetur, et ob Dominicæ Resurrectionis gloriam ab orbe Catholico celeberrima recolitur; quædam pariter cum parvulo filio, luminibus oculorum privato, devota venit mulier, quæ devotionis suæ fructum a Salvatore nostro Deo, meritis utique sanctissimi Patroni nostri Genulfi, mox ita percipere meruit. Siquidem oratorium ingressa, cum attentius in oratione persisteret, a patre luminum Deo filius ejus illuminatus est. Et libere superiora templi spatia depicta conspiciens, cernit imagineas sursum mirando figuras. Tum pueriliter exclamat ad matrem: Mi mater, quinam sunt isti, quos sursum aspicio? supra modum autem mater admirans, respondit: Et quid est quod loqueris fili? Puer vero cum hunc ipsum reiterasset ei sermonem; exclamare mulier, et immensas omnium Salvatori Deo Sanctoque Genulfo gratias agere cœpit. Cujus clamore, per cunctos qui aderant hoc divulgato miraculo, simul omnium vocibus Christus glorificatur, qui sacra servi sui pignora talibus semper virtutum insignibus exornat. Hujus etiam miraculi certitudinem, a quadam notissima satis, ac suæ fidei merito credenda didicimus persona.

C. 35. a *Laborans die Dominico punitur*

45 *a* Semper quidem Dei nostri æquitas popularem consuevit reprimere audaciam, vel miserationis respectu interius inspirando, vel manifestato correptionis flagello exterius corripiendo. Quædam etenim mulier, Tethberga nomine, dum messis tempore die Sabbathi, jam illucescente ipsius diei vespera, in Resurrectionis Dominicæ prima Sabbathi, ex multiplicatis manipulis, *b* mergetem colligare nititur, subito digitis in volam deflexis, ac erumpente sanguine, audax manus et misera diriguit. Hinc illa se cernens divina perculsam ultione, tandem mœsta properat ad ecclesiam sanctæ Dei genitricis Mariæ strata nuncupatam, ibique decubans, ac fide monente sospitatem implorans, interventu ipsius Dei genitris Mariæ, duobus directis digitis, læta surrexit. Deinde vero monasterium petens, et coram sancti Confessoris Genulfi venerando decubans sepulchro, Æditum, qui hodieque superesse videtur Abbatis officio sublimatus, rogat sibi subveniri. Qui supplicanti candelam ad ejus staturæ mensuram, benigno miserationis respectu, largitur. Missarum autem celebratione completa, idem Æditus ad eam accedens, ac super manum debilem signum sanctæ Crucis faciens, et de pulvere sancti sepulchri super aspergens, manum quam detulerat invalidam, duobus aliis digitis directis, validam recepit. Gratias autem Deo sanctoque referens Confessori, gaudens ad propria remeavit.

sanatur

C. 36 *Pauperi exhibetur avis, quam Sancto offerat*

46 Alio rursus tempore, instante solennitate sancti Confessoris, ac plurimis ad ejus sacrosanctum properantibus sepulchrum, et devotionis suæ munera, cuique posse contulerat, deferentibus; quidam ipsius monasterii servus, substantiæ inops, fide locuples, aiebat secum ingemiscens: Væ mihi, quoniam inopia premente, ad tua o sancte Confessor, sine meo pudore non queo properare limina: dum mihi non sit, unde aliquod devotionis meæ munusculum deferam, cum ceteris tuum properantibus solemnizare festum. Hæc cum suspirio revolvens animo, ac paullulum progressus e tecto, conspicit innumeram multitudinem avium, quas *c* Gentas vulgus vocitat, per herbida spatiari prata. Quas cernens, eis interdicit ne abire possint, quousque suæ paupertatis ex eis valeat explere desiderium. Hæc dicens, et ut aliquam caperet eas deturbans, aliis avolantibus una earum ab illo longe posita remansit. Non aliquo infirmitatis incommodo detenta, non laqueo irretita, sed sola sancti Confessoris virtute mansuefacta. Quam pauper assumens, super sanctum altare, populo spectante, deposuit, palam ostendens quantum fides consequi mereatur, quamque festinato beatus veræ paupertatis spiritus etiam præsenti consolatione cœlitus relevetur.

C. 37 *Turtures sponte se capi, eidem offerendi*

47 Alter nihilominus ex hujus cœnobii familia, dum ad sacra sancti Confessoris oraturus properans pignora, par turturum in itinere pascentem offendit. Eo aviculæ viso, volatuque divino quodam instinctu represso, mox uti domesticæ ante eum abire cœpere. Quod ille perpendens, sancti Præsulis memoriam corde servabat, et ore proferebat. Et tamdiu eum eædem aviculæ præcesserunt, donec ad locum, ex quo monasterium primum videri poterat, perveniret, ibique eas absque ullius impeditionis pedica comprehenderet. Quas etiam in testimonium virtutis egregii Confessoris atque suæ devotionis super altare deposuit.

a *Hæc duo miracula priori Vitæ adjecta erant, sed ea omisimus, quod a Specioso hic citata minus quadrare viderentur, uti et præcedentia Vita ea secundus auctor uti pa descripsit* b Merges, *manipulus est Scaliis* c *Has gantas vocant, genus est anseris, Gaza a Martinio citatus* Vulpanserem *appellat*

CAPUT XII.

Alia miracula, nova Translatio.

C. 38 *Vocis auditur et lux cernitur in templ*

Alius æque monasterii servus, utique vir boni testimonii, dum aliquando sui negotii caussa noctu propriam ad domum rediret, circa jam noctis conticinium ante portam oratorii transitum habuit. Ecce autem voces multorum miris compositas modis dulcisone resonantes, quasi psallentium chori, ejus auribus insonuerunt, simul etiam splendor inæstimabilis ab intus ecclesiæ per fenestras emicans, illi apparuit. Hoc videns vel audiens, admirabatur. Cumque domum suam quæ monasterio propinqua satis habebatur, intrasset, conjugem sciscitatur, cujus Sancti celebritas in monasterio ageretur, quod tam festive in eo psalleretur. Illa vero se nescire respondit, sed et necdum monachos ad nocturnas surrexisse vigilias adfirmabat. Tunc magis admirans, uxori quæ viderat vel audierat enarravit. At illa curiosius rem nosse cupiens, domo progressa, nihil eorum vel aliud quid potuit haurire, quam cuncta prorsus sub silentio manere.

manere Ex quo colligitur, illius modulationis concentum, illorum visitationem fuisse Sanctorum, quorum hunc cura complectitur locum Et illam viri sui meritis imparem extitisse, cujus aures illud spiritale mysterium percipere nequiverunt.

C 39 a 49 Contigit aliquando, judicio Dei, a quodam carnis incendio multos periclitari mortalium, ex populo Christianorum. Quorum multitudines, ob sui remedia deposcenda Sanctorum expetere loca certantes, huc etiam quam plurimi, tunc fidelium miseratione subsidioque, delati sunt. Qui secus ecclesiæ fusi jacentes introitum, ob intolerabilem passionem, die noctuque magnis clamoribus Salvatoris mundi clementiam, sanctique Præsulis Genulfi suffragia proclamabant Erat autem non solum audire strid[illegible]res eorum præ dolore, vel exustis a corporibus effluere partes videre, miseria, verum etiam ex putridi[illegible] fœtore [illegible] intolerunda Qua clade multi [illegible] consumpti sunt multi etiam aquis aspersis sacratis, rore misericordiæ Dei, per gloriosa Confessoris Christi Genulfi merita, refrigerati sunt, et ab illo mortis erepti periculo Ex quibus in pago Lemovicensi quidam adhuc habentur superstites, huic sancto Patrono certis temporibus vota solventes Plurima sunt in quibus Salvator noster hunc sanctissimum Præsulem Genulfum, in hujus prima monasterii fabrica, gloriosum ostendere dignatus est, et quibus hunc locum ipsius vel [illegible] Sanctorum [illegible] pignora, meritis, suam in [illegible] fidelibus impendendo clementiam, sæpenumero [illegible] voluit decorare Divinitas Sed ex præcedentibus virtutibus, fidem quoque de futuris si petentium fides exegerit indubitam [illegible], certissime comprobatum habentes, [illegible] Præsulem [illegible] semper in omnibus [illegible] adesse fidelibus.

C 40 50 Postquam [illegible], jam [illegible] plurimorum [illegible] repleri, et [illegible] multorum tam [illegible] frequentari, et eorum [illegible] copiosset, circa [illegible] annum ab Incarnatione Domini, [illegible] ejus opus, [illegible] est [illegible] Patre Rotberto [illegible] est Die vero quadam ad [illegible] plurimis advocatis opere [illegible] religio[illegible] temp[illegible] ex parte [illegible] magno strepitu ruin[illegible] et [illegible] terræ deject[illegible] Illico [illegible] omnes, ea ruina sup[illegible] Illi autem [illegible] vita in tanto [illegible] poterat, virtute div[illegible] sanctique [illegible] nostri Patroni, ut credimus, ab illo mortis [illegible] liberati, licet [illegible] effecti, omni omnino tamen in-

tegritate membrorum, vivi reperti sunt. Quod equidem virtutis esse divinæ, nemini debet ambiguum videri, cum minimis casibus multos nonnumquam periclitari cernamus.

C 41 *Transferuntur S. Genulphi reliquiæ* 51 Interea novæ monasterii fabricæ, jam ea quæ respiciebat ad Orientem ædificata parte, communi consilio Fratrum, prædicandæ memoriæ Pater Rotbertus decrevit, ut beata sancti Confessoris membra in eodem novo monasterii opere decentissime transferrentur Ad quod peragendum, certum constituentes tempus, interim cuncta, quæ tam solemni congrua videbantur officio, præparare disponunt. Itaque dies advenit statuta, jamque infinita populi multitudo præmonita confluxerat Cum multis ergo propter expetendam suæ salutis gratiam confluentibus ad locum, quidam etiam Abrincantinæ civitatis incola, cæcus advenit Hic devotissime coram sancti Præsulis prostratus lipsanis, ingenti supplicabat prece, quo meritorum ipsius a Domino gratia super se manifestaretur, ut videlicet ejus interventu, lucis amissæ gaudia recipere mereretur Talia congeminans terræ dejectus hærebat Fratres igitur sanctissimum beati corporis elevantes thesaurum, ex loculo veteri transponunt in novum quod ad hoc ipsum diligentissime fuerat præparatum

52 Quod cum fieret, unus ex sanctarum Reliquiarum bajulis, os unum oculis ipsius admovit cæci, id ipsum eo fideliter deprecante Tunc cum psallentium choris, ac speciosa [illegible] religioso satis apparatu, sanctas easdem Reliquias, ad [illegible] extra vicum deferunt locum In quo nunc ob eam causam, in honore sancti Apostoli Andreæ videtur ecclesia constructa Ibi ergo [illegible] sancti corporis petentibus populis ostendentes ossa, cunctos de præsentia pii Confessoris certos reddiderunt Sed ne quibusquam ex hoc dubietatis adhuc portio superesset mox rei veritas evidenter ostensa est Namque ut ad monasterium cum laudibus reditum est, continuo cæcus ille, discussa [illegible] caligine, palpebrisque reseratis, videndi gratiam recipere meruit Sicque sanctus Confessor, per illius illuminationem cæci, sui [illegible] non solum demonstravit, verum etiam suorum devotionem fidelium aperte se [illegible] declaravit Tunc igitur in præparato sepulchro sancta illius membra, [illegible] Kalendarum Decembrium die deposita, [illegible] honore condita sunt Ille autem ob reparatæ lucis gratiam laudes immensas et gratiarum actiones Christo, sanctoque Confessori solvens, per aliquot dies ibidem in orationibus continuare visus est. Sed et multi [illegible] dis [illegible] relliquiæ [illegible] sunt [illegible] restituti

[illegible]

DE S. ANTONIO MAGNO ABBATE IN THEBAIDE.

§ I *Ægypti [illegible] S. Antonii natale solum*

Ægyptus, [illegible] Strabo lib. 17 [illegible] lib. 5 [illegible] cap. 9 et 10. [illegible] lib. 4 [illegible] Antonii priores. [illegible]

2 Nilus Ægyptum ab Austro in Septentrionem [illegible] Delta.

alquæ

Ex variis

atque Augustamnica *indigetatur :* media, *Ptolemæo* Heptanomia, *Dionysio* Heptapolis, *et postea, teste Eustathio, ab Arcadio Imperatore* Arcadia : *superior,* Thebais, *seu* Thebaida. *Singularum terminos exhibent tabulæ Ptolemæi, Ortelii, et unica a Rosweydo libro de Vitis Patrum inserta, sed minus distincte.*

3 *Palladius in epistola ad Lausum, monachorum stationes in quatuor velut provincias distribuit,* Ægyptum, Lybiam, Thebaida, Syenen. *Palladio consentiunt Ruffinus, Cassianus, atque alii, qui eodem fere tempore Vitas Patrum scripserunt; sed* Libyam *sæpius* Sceten; *et* Syenen *appellant* Thebaidem superiorem. *In Arabia Ægypti vicina dicitur Abbas Joannes Peria vixisse, apud Pelagium lib.* 5, *libel.* 6, *cap.* 7. *Confinia isthæc Saracenorum fuerunt, ut* 14 *Jan. cum de cæde Sinaitarum et Raithunorum ageremus, dictum, eorumque infesta populationibus.* Scethe, Schiti, *et* Schitium, *Ptolemæo* Scithiaca regio, *Libyæ pars, ideoque ab Ægypto passim distinguitur in Vitis PP. lib.* 3, *num,* 22, 93, *et* 146, *lib.* 5, *libel.* 5, *num.* 21 *et* 35, *libel.* 8, *num.* 10, *libel.* 10, *num.* 39 *et* 109, *libel.* 13, *num.* 4 *et libel.* 17, *num.* 8 *et* 17, *lib.* 7, *cap.* 33, *num.* 2 *et cap.* 42, *num.* 4. *Quibus in locis passim* accessus, recessus, fuga ex Ægypto in Scithi, *aut contra* ex Scithi in Ægyptum *describitur. Secernitur* Scete *ab Ægypto* Mareotide *et* Mœride *paludibus,* Nitria *et* Pherme *montibus. Mœridi videtur contiguus* Pherme mons in Ægypto, *Palladio cap.* 23, abducens in vastam solitudinem Scetes, *et cap.* 7, Mareotidi ad Meridiem *adjacet* Nitria mons, *in quo ea solitudo incipit quæ ultra Scetes eremum ad Æthiopiam protenditur. In ea solitudine* Cellia *sunt, de quibus actum ad vitam S. Macarii Ægyptii XV Januarii, et* Nitria *vicus, ubi nitrum nascitur, quod loco nomen fecit, aut ab eo accepit. Haud longe ab hoc vico monasteria, seu tabernacula quinquaginta Nitriensium anachoretarum, quorum alii indigenæ, alii advenæ. Palladius cap.* 69, *illos* ἐγχωρίους, in ipso genitos loco, *hos* ξένους hospites, *seu* peregrinos *appellat. Hos reliquosque Scetes et Libyæ monachos S. Athanasius in proœmio ad vitam S. Antonii* peregrinos Fratres *appellare videtur. Græce* τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς, *ex traque Ægyptum collocat,* æquari Ægypti monachis et superare nitentes virtutis instantia *prædicat, ut ad prologum pluribus dicetur.*

alias ævo S. Antonii hæc Arabia, Libya, in qua Scethe

et Anachoretæ Nitrienses.

Ægyptus proprie sumpta,

4 Ægyptus *ut Thebaidem et Libyam, seu Sceten, excludit, Athanasio, Palladio, aliisque istius ævi scriptoribus, aliquanto latius patet, quam Ptolemæo et supra citatis cosmographis* Ægyptus inferior, *seu* magnum Delta : *quod illa partem Heptanomiæ, seu Arcadiæ, includat. Hinc Memphites, Arsinoites, et Aphrodites Nomi in Ægypto censentur S. Hieronymo in vita S. Hilarionis, et Ruffino lib.* 2, *de Vit. Pat. cap.* 18. *Reliqua Heptanomiæ loca Thebaidi, quæ inferior dicitur in vita S. Pauli Eremitæ, annumerantur. Id Ruffinus pronuntiat de Heraclea lib.* 2, *cap.* 16, *de Oxyrincho cap.* 5, *et de Hermopoli cap.* 7, *et Palladius de Antinoo cap.* 96, *et infra S. Athanasius nu.* 77, *de Orientali parte Nili, ubi S. Antonii mons, et monasterium fuit, de quibus* § 2. *Sequitur deinde Thebais superior, quam Syene et loca Tabennensium claudunt. De ea alibi : huc nihil attinet, cum S. Antonius divino monitu in eam secedere fuerit prohibitus, num.* 65.

Thebais inferior

et superior

Patria S. Antonii.

5 *Sozomenus lib.* 1, *cap.* 13, *locum natalem* S. Antonii *ita exprimit :* Ἐγένετο δὲ οὗτος Αἰγύπτιος, τῷ γένει τῶν Εὐπατριδῶν ἀπὸ Κομᾶ. Κώμη δὲ αὕτη ὅμορος Ἡρακλείας τοῖς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκάσι. *Ea sic a Christophorsono Latine reddita :* Erat hic quidem ortus ex genere Patriciorum, qui Comam (est is pagus prope Heracleam apud Arcades Ægyptiis finitimos) incolebant. *In exemplari Scaligeri legitur.* Κώμη δὲ αὕτη νόμου Ἡρακλείου. Est is pagus Nomi Heracleotæ. *Nicephorus lib.* 8, *cap.* 4. Ἦν δὲ οὗτος τῷ γένει Αἰγύπτιος, τὰ πρῶτα τῆς πατρίδος φερόμενος ἀπὸ κώμης οὕτω λεγομένης Κομᾶ. Ὅμορος δ' αὕτη Ἡρακλείᾳ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκάδων. Fuit autem is genere Ægyptius, primas in patria sua partes ferens, in vico, cui nomen erat Coma, ortus, qui finitimus est Arcadum, quæ apud Ægyptios est Heracleæ. *S. Athanasius :* Ἀντώνιος γένος μὲν ἦν Αἰγύπτιος, εὐγενῶν δὲ γονέων καὶ περιουσίαν αὐτάρκη κεκτημένων καὶ χριστιανῶν. *Quæ ab Evagrio sic versa :* Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus, in Ægypto oriundus fuit, *etc. Ceterum loci non meminit nisi num.* 8, *ubi* villam *appellat :* Incipiens, *inquit,* etiam ipse vitam solitariam in locis paullulum a villa remotioribus manebat : *Græce :* ἤρξατο καὶ αὐτὸς μένειν ἐν τοῖς πρὸ τῆς κώμης τόποις, *et num.* 18, ad sepulchra non longe a villa secessit, *ubi Græce,* ἀπήρχετο εἰς τὰ μακρὰ τῆς κώμης τυγχάνοντα μνήματα, ad sepulchra a pago remota secessit. *Forte* Coma *hic appellative sumpta, ut suspicatur Ortelius in Thesauro geographico, sic dein per antonomasiam indigetata ob celebrem famam* S. Antonii; *quo modo Epiphanius Scholasticus apud Cassiodorum lib.* 1, *hist. Tripart. cap.* 11, *videtur intellexisse Sozomeni citatum locum :* Fuit autem Ægyptius, *inquit,* genere ortus insigni, vico in loco Heracleæ apud Ægyptios constituto. *Natus itaque* S. Antonius *et vitam juvenis anachoreticam auspicatus est, aut in Nomo Heracleote, (qui in insula Nili celeberrima ad lævum fluvii flexum* Ἡρακλέους πόλιν μεγάλην, *ut Ptolemæus eam vocat,* Heracleam urbem magnam, *habebat) aut e regione urbis hujus, extra insulam in Arsenoite Nomo; nam hic Ægypto, ille Thebaidi fere attributus : Antonius vero non genere solum, sed ortu quoque Ægyptius videtur, et sane institutum illud juxta ædes proprias* ἀναχωρητικῶς *vivendi apud Arsenoitas plurimum ante fuit usurpatus, ut* § 3 *dicitur.*

pagus prope Heracleam

Coma appellativus,

in Nomo Heracleote.

aut Arsenoite

§ II. *Duplex eremus, mons et monasterium S. Antonii.*

D*uos eremi montes, in quibus (adolescentiam supergressus, domesticamque quodammodo* ἀναχώρησιν, *et præludia severioris exercitationis) reliquos septuaginta vitæ annos peregit, scrutamur. Patria relicta scribitur num.* 22, *secessisse in eremum, et transnadato Nilo, ad vicinum illi montem Orientali illius ora situm, declinasse, et desertum isthic castellum inhabitasse. Eremum hanc jacere suspicamur inter Memphim, Babylonem, et Aphroditon urbes, infra insulam Heracleotæ Nomi : nam eam* S. Hilarion *triennio post* S. Antonii *obitum, eremum incoluit, in qua nimirum antea apud* S. Antonium, *mutato seculari habitu, tirocinium vitæ monasticæ duobus fere mensibus posuerat, circiter an. Ch.* 306, *quando hic primo monasteria cœpit construere, ut pluribus dicetur XXI Octob. et hic* § 4 *et* 6 *Eadem eremus Arsenoitidi proxima præfecturæ est, quam* S. Antonius *inde invisit, (num.* 26,) *in qua, uti et in hac eremo, fuerunt monasteria postea plurima ædificata. Ruffinus lib.* 2, *de Vitis Patrum cap.* 18, *reperit apud Arsenoitas* Serapionem decem millium monachorum Patrem, *et* innumeras multitudines monachorum in regionibus Mempheos et Babylonis.

Eremus prima S. Antonii ubi

7 *Demum iter, quod hinc describitur, ad secundum montem in interiori deserto constitutum, idem est, quo ab Aphrodito venisse* S. Hilarion *legitur. Illud* S. Antonius tribus diebus et noctibus confecit, *num.* 66, *et* S. Hilarion Aphrodito tribus diebus per vastam solitudinem ad montem *cum* pervenit. *Vasta ea solitudo. infra num,* 71, via arens *absque* potabili aqua *dicitur; in qua Fratrum alter siti extinctus est, alterum S. Antonius eo periculo cœlitus cognito liberavit nu.* 79, *ipseque revisurus monasteria prioris montis, ne siti cum suo comitatu periret, fontem precibus elicuit, num.* 71. *Et in vita S. Hilarionis* Baisanes Diaconus Aphroditanus locatis dromadibus camelis, ob aquæ in eremo penuriam, consueverat euntes ad Antonium ducere. *Ipse denique situs secundi montis dicta stabiliet.*

iter inde ad secundam et interiorem eremum

8 *Mons igitur* S. Antonii [illegible] *dictus, in quo et vita functus est, in interius desertum vergebat,* *versus*

in ea mons S. Antonii.

§ III. Exercitatio prima monastica in Ægypto.

Ex variis.

que senex ille, quem S. Antonius nactus est vitæ solitariæ pædagogum num. 6 ex iis erat fortassis, quibuscum S. Dionysius collocutus.

13 *Inter monasteria Ægypti, quæ priusquam ulla Antonius admirabilis suæ philosophiæ collegia contraheret, erecta fuerunt, censeri possunt* sancta monasteria a Juliano et Basilissa instituta : *in quibus* erat S. Julianus sanctæ congregationis circiter decem millium monachorum Pater; *et* per S. Basilissam fulgebat in Virginibus et mulieribus castitatis excelsior victoriæ palma, *ut refertur in eorum actis ab oculato teste conscriptis, supra IX Januarii, nu.* 10. *Ea certe quidem monasteria non improbabili ratione, cum Menæis et Menologiis Græcorum, et Latinis quibusdam codicibus, conjectamus Antinoi in Ægypto, aut potius in Antinoite Nomo, rure potissimum, coisse; sed persecutione forsan Diocletiani eversa, quando centum quadraginta quatuor millia fidelium in Thebaide martyrio coronata sunt, et septingenta in exilium acta, ut* § 2 *in prolegom. ad eorum Acta fusius a nobis est relatum. Nostram confirmare opinionem videtur S. Antonii cum Philosophis disputatio, in qua iis objicit,* per prædicationem ignominiosæ Crucis aurata templa cecidisse, *quod a S. Juliano factum, describitur cap.* 12 *nec debuit a S. Antonio, ut vulgo notissimum ob loci temporisque vicinitatem, fusius narrari. Dedimus XIV Januarii SS. Sabam, Esaiam, aliosque triginta sex monachos sub Diocletiano in Sina Arabiæ monte, haud procul Ægypto occisos. Omittimus eos qui alibi terrarum vitam monasticam, etsi non adeo illustri fama celebratam, tribus prioribus seculis coluerunt, quos sparsim toto hoc opere daturi sumus. Consuli potest Bellarminus loco citato, et Stellartius sedecim prioris capitibus.*

SS. Julianus, Basilissa aliique Antinoi,

Martyres Sinaitæ.

14 *Ast eorum qui avium penetrarunt solitudinem,* auctor Paulus, *teste S. Hieronymo ep.* 22 *ad Eustochium,* illustrator Antonius, princeps Joannes Baptista. *Consentit vita S. Pachomii his verbis:* B. Antonius, magni Eliæ atque Elisæi, nec non et S. Joannis Baptistæ, æmulator existens, secreta interioris eremi studio sectatus est singulari, vitamque cœlestium in terris gessit amore virtutis. *Et infra* : Hinc itaque Patres monachorum viri mirabiles in universis propemodum regionibus extiterunt, quorum nomina in libro viventium adscripta. *An S. Onuphius, quique illi anachoreticæ institutionis doctor fuit, ante SS. Paulum et Antonium in eremo vixerint, dicetur XII Junii.* Verum, *auctore Sozomeno lib.* 1, *cap.* 13. Sive Ægyptii, sive alii hujus piæ vitæ auctores fuerint, illud certe constat inter omnes, quod Antonius, magnus ille monachus, perfectis pietatis institutis, et exercitationibus ad eam rem accommodatis, hoc vitæ genus ad summum perduxit. *Ut hæc clarius oculis legentium subjiciantur, ætatem S. Antonii cum Imperatorum successione censuimus conferendam, ne quem imprudentia et prodigiosa fallant hæreticorum mendacia, qui monachatum nuper inventum clamitant, ut Philippus Melanchthon in Confessione Augustana art.* 27 *aliique quorum ineptias præclare refutat Bellarminus citato libro.*

Eremitæ primi SS. Paulus et Antonius.

§ IV. *Ætas S. Antonii, cum successione Imperatorum collata.*

Centuriatores Magdeburgenses centur. 4, *cap.* 6 *et Calvinus lib.* 4 *Instit. cap.* 13, § 16 *institutum Eremitarum graviter reprehendunt, quod fuerint sui ipsorum homicidæ, nimiis jejuniis, vigiliis, aliisque ultro susceptis afflictionibus. Deceat autem scriant ab Antonio licet, qui annos viginti et amplius Imperatores, aut eorum fere succedentes, vita ad centum et quinque annos prorogata superavit, atque exemplo suo condocere sanitati jejunium docuit. Decessit, teste S. Hieronymo in Chronico,* anno Constantii Imperatoris XIX. *Natus ergo Decio imperante an. Ch.* 250, *quod idem in Chronico Eusebii testatur Hieronymus.* Decius cum Philippos Imperatores patrem et filium interfecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem movet. Antonius monachus in Ægypto nascitur. *Decio an. Ch.* 251, *cum filio interempto, successit Gallus Hostilius cum Volusiano filio : quibus post biennium ac menses quatuor trucidatis, Æmilianus tertio mense imperii occubuit. Rerum mox potiti Valerianus ejusque filius Gallienus, quorum hic cum patre annos fere septem, solus octo imperavit. Anno itaque Christi* 268, *Claudius imperium cepit, quod eo extincto, et Quintillo fratre obtruncato, ad Aurelianum devolutum est anno Chr.* 270. *Ad Claudium usque, aut certe Aureliani primordia, pie educatus est in ædibus paternis Antonius, sub parentum Christianorum disciplina : quibus vita functis, cum annorum esset circiter decem et octo, seu viginti, (num. 4) paullatim animum magis perfectioni Evangelicæ adipiscendæ intendens, intra annum facultatibus et seculo renuntiat, atque anachoreticam vitam auspicatur, paullulum a patria remotus, num.* 6. *Cum ea exercitatio illius animum inter diabolicos insultus corroborasset, majoris solitudinis cupidus, in mortuorum sepulchris aliquanto etiam remotius sibi domicilium legit, (num.* 16*) ibique ad annum ætatis* 35 *durat, Christi* 285, *num.* 20.

S. Antonius vixit 105 annos,

natus an. Ch. 250,

fit anachoreta prope villam,

in sepulchro habitat,

16 *Interea imperium Romanum post Aurelianum administrarunt Tacitus, Probus, ejusque frater Florianus, ab anno Chr.* 275 *ad an.* 282, *quibus suffectus est Carus cum filiis Carino et Numeriano, quo cum parente extincto, Diocletianus purpuram accepit ad an.* 284 : *mense Septembri anno sequenti, interempto Carino, Maximianus Herculeus Cæsar, et deinde an.* 286, *Augustus a Diocletiano creatus est : a quibus circiter an. Ch.* 291, *Constantius Chlorus, et Galerius Maximianus Armentarius Cæsares nominati. Anno Diocletiani* 19 *et* 20, *Christi* 303 *et* 304, *tantopere in Christianos, potissimum in Ægypto, sævitum est, ut ab hac persecutione Ægyptii Copti annos deinceps numeraverint, quos* gratiæ et misericordiæ, *et* a transitu Martyrum elapsos *appellant, ut dictum IX Janu. in prolegom. ad vitam SS. Juliani et Basilissæ num.* 11. *Anno Ch.* 304, *mense Aprili Diocletiano et Herculeo privatam ultro vitam amplexis, e Cæsaribus Augusti et Imperatores facti Constantius Chlorus et Galerius Maximianus Armentarius. Quid interim Antonius? Anno Diocletiani* 1 *Ch.* 285, *in eremum secedit (num.* 20*), juxta Aphroditon, ibique in castello deserto, in monte olim extructo, solitarie annos viginti ab hominum segregatus conspectibus etiam tempore persecutionis perdurat, (num.* 23*), ad annum scilicet Christi* 305, *quo eodem anno Cæsares putantur creati Constantinus Magnus, Severus, et Galerius Maximinus, quorum hic Orientem atque Ægyptum administravit, et in Christianos atrociter debacchatus est, atque innumerabiles Martyres trucidavit. Constantinus (ut de aliis sileam) patri Constantio successit an. Ch.* 306 *initio Cæsar, mox Augustus ab Maximiano socero appellatus. Sub initio Constantini, conversis plurimis a S. Antonio ad vitam monasticam, extant capta monasteria, (num.* 25, 26*) quæ erant in eo monte tamquam tabernacula plena divinis choris psallentium, legentium, orantium, num.* 58, *ubi inter primos ejus discipulos exercitatus est S. Hilarion circiter an. Ch.* 306, *ut ex hujus vita liquet. Sæviente autem in Christianos tyranno abit Alexandriam Antonius, Martyres corroborat (num.* 60 *et* 61*), adest S. Petro Episcopo Alexandrino pro Christo morienti; redit ad exectum ante monasterium, nu.* 62 *Interea debellati Maxentius an. Ch.* 312, *sequenti Galerius Maximinus, tertio Licinius, quo an.* 325, *perempto pax armis civilibus et Ecclesiæ data.*

in prima eremo degit,

monasteria exstruit

Martyres confirmat

17 *Claret Antonius miraculis, num.* 63. *Quare ob multitudinem convenientium, (num.* 64*), tædio affectus fugit ad sibi divinitus ostensum montem, in interius desertum, (num.* 65 *et* 66*), terram colit ad annonam victum, serit, metit, molit, pinsit ipse in monte solus invisitur ab hospitibus, imo priora ipse monasteria invisit, iterque in montem redit. In Pispiri degit S. Paphnutius Confessor, qui deinde superiorem Thebaidum Episcopus*

abit in interiorem eremum,

Epis opus interfuit Concilio Nicæno (ut ad ejus vitam di [illegible] XI Septembr.) an. Ch. 325, [illegible] Antonii, [illegible] Videt Antonius Ammonis animam in cælum deferri. Ab Athanasio [illegible] Episcop. adductus Al[illegible], fidem suam ad [illegible] profitetur. Id [illegible] an. Ch. 330, aut paulo post [illegible]. Anno 335, Athanasius [illegible] Tyri stetit, indeque [illegible] est ad Constantinum [illegible], a quo Treverim relegatus est an. Ch. 336. [illegible] S. Antonii [illegible] Antonius Constantino Imperatori, ejusque filiis Constantio et Constantino [illegible] an. Ch. 337, [illegible] Constantinus filius [illegible] Ch. 350 Constantius [illegible] S. Antonius [illegible] an. Ch. 339 [illegible] [illegible]

alter ad præbendam [illegible] non pauxillum temporis, quindecim [illegible] num. 2 in prologo. [illegible] S. Antonio a S. Paulo [illegible], quibus [illegible] ordine explicavit de Paulo comperta, ut supra in hujus vita num. 14 et 16.

20 [illegible] corpus, ut præceperat, [illegible] sepelierunt, quod de utroque etiam testatur [illegible] 25 [illegible] et Amathas [illegible] sepelierunt S. Hilarionem [illegible] in vita S. Pauli num. 1. Amathas vero et Macarius discipuli Antonii, [illegible] corpus [illegible] sepelivit [illegible] In vita S. P[illegible] Macarius [illegible] sepelisse [illegible] S. Antonii, [illegible] S. Athanasio [illegible] [illegible]

§ V. Discipuli S. Antonii in Thebaide inferiori.

E[illegible]

[illegible]

Ex variis cui Posthumus sit.

gio Pastor *Latine, et lib. 7, a Paschasio* Pimenius *appellatur : num idem cum* Posthumio *sit, quem in aliis editionibus* Pasthumium *dici annotavit ad vitam ejus Rosweydus num. 1, discutiemus ad vitam* S. Pœmenis *XXVII Augusti. Rosweydus unum et eumdem esse suspicabatur Pachomium et Posthumium, quod nobis non probatur. Ferrarius in Catalogo generali alium a* Pœmene Pastorem *facit, et consignat XXV Julii; quod prorsus improbabile est. Pastorem alloquitur S. Antonius apud Pelagium lib. 5, libel. 5, num. 2, infra in Apophth. num. 6. De Macario actum XV Januarii. De* Amatha, *seu* Ammona *agetur XXVI Januarii.*

23 *Inter hujus loci monachos referuntur a S. Hieronymo in vita S. Hilarionis,* Isaac, *et* Pelusianus, *quorum Isaac Antonii interpres fuerat : et in vita S. Thaisis Abbas Paulus major discipulus S. Antonii nominatur, idem forte qui Paulus simplex, de quo in Apophth. cap. 8.*

Alii discipuli S. Antonii

§ VI. *Discipuli S. Antonii per reliquam Ægyptum.*

Discipuli in Nitria

D*iscipuli S. Antonii enumerati a Ruffino lib. 2. Hist. Eccles. cap. 4.* Patres monachorum vitæ et antiquitatis merito Macarius et Isidorus, aliusque Macarius, atque Heraclides, et Pambus, Antonii discipuli, per Ægyptum, et maxime in Nitriæ deserti partibus habebantur viri qui consortium vitæ et actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. *Idem Invectiva 2.* Ut ad eremi magistros veniam, ubi Macarius Antonii discipulus, et alter Macarius, et Isidorus, et Pambus. *Sozomenus ex Ruffino, lib. 6, cap. 20.* Ex monachis Ægyptiis facile principes fuisse accepimus duos Macarios, de quibus ante facta est mentio, *(lib. 3, cap. 13, ubi tamen S. Antonii disciplina institati non occinatur)* Pambo et Heraclidem et reliquos Antonii discipulos. *Idem a Sozomeno descripsit Nicephorus lib. 11, cap. 27. Inter Sanctos fere coluntur,* Macarius *Alexandrinus II, Ægyptius et* Isidorus *XV Januarii.* Pambo *I Julii.* Heraclidis *nomen necdum in sacris fastis legimus. Meminerunt ejus tamen iterum Sozomenus lib. 3, cap. 13, et Nicephorus lib. 9, cap. 14. Isidorus S. Antonium allocutus, ex eo martyrium S. Potamienæ didicit, teste Palladio cap. 3, citato XV Januarii. Idem cap. 10, scribit* Pambo hanc virtutem ut esset in loquendo temperatus et perfectus, etiam supra Magnum Antonium et super omnes Sanctos, exercuisse; *quem legitur allocutus Antonius, apud Pelagium lib. 5, libel. 1, num. 2, in Apophth. num. 21.*

Heraclides,

Isidorus,

Pambo

Macarius Alexandrinus

25 *Quæ Macarii cum S. Antonio peregerint, quia paucula sunt, hic repetimus.* Alexandrinus, *inquit Palladius, cap. 20,* cum apud magnum virum et Patrem Antonium electos palmæ ramos vidisset, quos ipse laboraverat, petiit ab eo unum manipulum ramorum palmæ. Dixit autem ei Antonius : Scriptum est, Non concupisces res proximi tui. Et cum id solum dixisset, rami omnes statim tanquam ab igne torrefacti sunt. Quod quidem cum vidisset Antonius, dixit Macario : Ecce Spiritus sanctus requievit super te, eritque mihi deinceps hæres mearum virtutum. Ægyptius *dicitur Ruffino lib. 2, de Vit. Patr. cap. 28,* discipulus B. Antonii, qui quasi hæreditatem gratiarum et virtutum B. Antonii possidebat, *quæ perperam huic a Ruffino tribui, cum sint Alexandrino, ut vidimus, dicta, etiam observavit Rosweydus hic num. 49, qui ab eo Palladium in hoc libro Latine versum opinatur, hic male intellectum. At Pelagius lib. 5, libel. 7, num. 9, sic scribit :* Venit Abbas Macarius major *(qui Ægyptius)* ad Abbatem Antonium in montem, et cum pulsasset ostium exivit ad eum, et dixit ei : Tu quis es? Et ille ait : Ego sum Macarius. Et claudens ostium intravit, et dimisit eum foris. Et cum vidisset postea patientiam ejus, aperuit ei. Et adgaudens ei, dicebat : Multum tempus est, ex quo te videre desiderabam, audiens de te. Et exhibens ei hospitalitatem, refecit eum; erat enim fessus de multo labore. Vespere autem facto infudit sibi Abbas Antonius modicas palmas, et dicit ei Abbas Macarius : Da mihi, ut ego infundam quod operer. Ille autem dixit : Non habeo plus. Et faciens fasciculum majorem, infudit eum. Et sedentes a sero, et colloquentes de utilitate animarum, faciebant plectam, et ipsa plecta per fenestram descendebat in spelunca. Et egrediens mane S. Antonius vidit collectionem plectarum Abbatis Macarii, et admiratus est, et osculatus manus ejus dicebat : Multa virtus de istis egreditur. *Eadem supra XV Januar. in vita ejus leguntur.*

et Macarius Ægyptius

26 *Qua ratione hi S. Antonii discipuli fuerint, non proditur. Non agnoscunt eos in Antonii discipulis citati XV Januarii, Socrates aut Sozomenus, ubi fusius eorum Acta prosequuntur, ille lib. 4, cap. 18 et 19, hic lib. 3, cap. 13, uti et Nicephorus lib. 9, cap. 14. Nusquam etiam ullus horum in vitis Patrum S. Antonii discipulus censetur, excepto Macario Ægyptio loco Ruffini citato, ubi tamen aliqua Macariorum confusio est. Certe quotquot S. Antonium viderant, gaudebant se ejus discipulos appellari, maxime quod virtutem illius, et religiosi instituti se profiterentur sectatores. Ita Ruffinus lib. 2 de Vitis PP. cap. 25. Cronium discipulum B. Antonii appellat, cum ipse tamen* Cronius *narret se casu errando per eremum pervenisse in Pispiri, atque tum S. Antonii et Eulogii interpretem egisse. Pallad. cap. 25, 26, 27. Paschas. cap. 9, num. 3, et in Apophth. cap. 7.*

Vitæ S. Antonii imitatores

27 *Rosweydus ad Ruffini locum num. 49, et ad vitam S. Pauli Eremitæ num. 6, vult alterum ex his Macariis eumdem esse, quem ante cum Amatha diximus S. Antonio cohabitasse. Omnino* intricata, *inquit,* plane res est de duobus Macariis, ut dignoscatur uter fuerit S. Antonii discipulus, *ac variis utrimque prolatis rationibus, potius Alexandrinum conjicit fuisse Amathæ socium, quod et nos, si quidem alteruter fuisset, non absonum videri subinde consensimus. Verum Actis singulorum accuratius collatis, neutrum remur Amathæ socium. Primo, quia Socrates, Sozomenus, Nicephorus ante citati, Cassianus, Hieronymus, aliique scriptores nuspiam alterutrum agnoscunt S. Antonio ministrasse, aut Amatham militarium se socium eligunt. Secundo, quia Palladius, cui præcipue habenda fides est, hunc Amathæ socium ab aliis segregat, ut legenti cap. 19, 20, 25 et 26, manifestum fiet. Loca illis habitationum diversa, semotaque procul ab Antonii monasterio tribuuntur, in Scetii vicinisque Libyæ locis, Cellis, et Nitriensi eremo, ubi et obierunt, Ægyptius an. Chr. 391, Alexandrinus an. 404, ut ad vitam Ægyptii dictum est XV Janu. At qui Antonii discipulus fuit, is in Thebaide vixit, initio in monasterio Pispiri, mox quindecim annis in monte interiori, demum ab Antonii obitu idem montem retinuit, ubi eoque vitam finivit, circiter an. Ch. 370, aut paullo post. Hujus Acta ex Cronii relatione tantum didicit Palladius, qui tamen in Cellis Macario Alexandrino novem annis cohabitarat. Tertius igitur hic Macarius Thebæus esto. Certe nomen Macarii eo seculo multis fuit commune, adeoque confusionem facile obviam. Ita Macarium a Mathematicis per Ruffinum abstractum, de quo Gennadius cap. 28, de Scriptor. Eccles. cum S. Macario Romano, cujus vita extat lib. 1, inter Vitas Patrum, a nobis illustranda ad diem XXIII Octob. confuderat Baronius in Notis ad II Januarii, ut bene observavit Rosweydus in Notis ad epist. 36, S. Paulini Nolani et post eum Miræus ad citatum Gennadii locum.*

Horum neuter Amathæ socius

28 *Inter Scetiota quoque vixit* Pior, *quem B. Antonius adolescentem in sancto proposito monachorum instruxit. Ruffin. lib. 3, num. 31, de quo agitur cap. 7 Apophth. num. 41. Abbas* Nisteron *Magnus Abbatis Antonii amicus vocatur a Pelagio lib. 5, libel. 1, num. 11.* Magnus Æsisius, *aliique senes æquales tempore Magno Antonio, laudantur a Palladio cap. 7 et cap. 30.* Stephanus Libs *notus B. Antonio.*

Alii discipuli S. Antonii

§ VII

§ VII. *Discipuli S. Antonii extra Ægyptum. Monachatus per orbem dispersus.*

Quamplurimos, *ait Sozomenus lib. 1, cap. 13,* S. Antonius habuit discipulos, viros certe spectatissimos, quorum alii in Ægypto et Libya, *alii quibus adiecimus* alii in Palæstina, Syria, et Arabia, magna gloria floruere. *Unus omnium instar est* Hilarion, *qui mutato pristino habitu, ut S. Hieronymus ejus vitam scribit,* duobus fere mensibus juxta eum mansit, contemplans ordinem vitæ ejus morumque gravitatem, quam creber in oratione, quam humilis in suscipiendis fratribus, severus in corripiendis, alacer in exhortandis esset [illegible] infirmitas frangeret. *Deinde,* reversus est cum quibusdam monachis ad patriam, et solitudinem, quæ in septimo milliario a Majuma Gazæ [illegible] per littus euntibus Ægyptum [illegible] ingressus est. In tantam autem a Domino fuerat Hilarion elevatus gloriam, ut Beatus quoque Antonius [illegible] conversationem scribere et libenter ejus epistolas [illegible]. Et si quando de Syria partibus ad se languentes perrexissent [illegible] Quare vos tam longe vexare voluistis, cum habeatis [illegible] Hilarionem. *Ut* [illegible] *Ægypto* [illegible] *Moschus cap. 51,* [illegible] *S. Hilarionem monachos in Syria non fuisse* [illegible] *ejus vita.* Nec tamen monasteria [illegible] Palæstina [illegible] S. Hilarionem in Syria noverat. Ille tamen [illegible] conversationis et studii in hac provincia [illegible] Hilarion [illegible] in Ægypto [illegible] Antonium [illegible] Palæstina [illegible] *Antonii discipulum.* Exemplo ejus, *subdit,* per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse [illegible].

30 *Suam tamen eminentiam Ægyptus* [illegible] *testatur S. Joannes Chrysostomus homilia 8 in Matthæum,* [illegible] Antonium, Apostolis proximum, per multitudinem [illegible] varus astrorum choris [illegible] Virginum distinguitur [illegible] Palæstina. *In Ægypto* [illegible] *in Archimandrita posuit,* [illegible] *Evagrius* [illegible] *79,* [illegible] *lib. 4, cap. 18.*

31 [illegible] *S. Antonio* [illegible] *S. Hieronymus in vita S.* [illegible] *in Ægypto* [illegible] *Apostolus* [illegible] *S. Augustinus* [illegible] *33,* [illegible] *387,* [illegible] Ponticianum [illegible] monasterium [illegible] Afri nihil sciebamus. Et erat monasterium Mediolani plenum bonis Fratribus extra urbis mœnia sub Ambrosio nutritore [illegible]. Et quid Treveris in hortis muris contiguis in casa quadam habitabant quidam servi tui spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum, et inuenerunt ibi codicem in quo erat vita Antonii. *Ita admirabantur Augustinus,* et Potitianus, *ille, quia* tam magna erant, *quæ de S. Antonio dicebantur, hic* quia inaudita illi erant. *Et Cassianus novellis monasteriis* [illegible] *Ægyptiorum monachorum descripsit* [illegible] *ad Castorem Episcopum Aptensem* [illegible] *Hujus denique instituti defensores Patres agnoscit, Antonium ejusque* [illegible] *Pachomium et Macarium S. Dorotheus Abbas lib. 1 de renuntiatione, de* [illegible] *Erat per idem tempus, ut in Actis S. Pachomii legitur B. Antonii vita omnibus ad imitandum præclare proposita* [illegible] *monachorum in Ægypto* [illegible] *multiplicari cœpisset, atque eorum* [illegible] *vita* [illegible] *Angelorum imitationem accedentis fama orbis terrarum fines pervasisset:* [illegible] *Indis* [illegible] *ut scripsit S. Joannes Damascenus in vita SS. Barlaam et Josaphat,* [illegible] *S. Antonio refert Athanasius.* [illegible] *S. Antonium Patriarcham* [illegible] *monachorum spectatissimorum, qui in Oriente et Occidente floruere,* [illegible] Basilium, Gregorium, Chrysostomum [illegible] *Baronius tomo 3* [illegible] *328, num. 23.*

§ VIII. *Vita S. Antonii Græce conscripta.*

S. Hilarion, *teste S. Hieronymo in ejus vita,* audiens celebre nomen Antonii, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus visendi ejus studio, perrexit ad eremum, *in qua* [illegible] *Memphim,* [illegible] *Nilum,* [illegible] *monasterii* [illegible] *Erat autem Hilarion* [illegible] *S. Antonii.* [illegible] *Christi 306* [illegible] *Ægyptum* [illegible] *Alexandria* [illegible] *Petrum* [illegible] Deinde [illegible] Athanasius [illegible] *Alexandriam* [illegible] *Athanasius* [illegible] *92,* [illegible] Hominem Dei [illegible]

33 S. Marcella, *ut in ejus vita scribit S. Hieronymus,* ab Alexandrinis [illegible] Sacerdotibus, Papaque Athanasio, et postea Petro [illegible] Romam [illegible] vitam B. Antonii [illegible] *S. Athanasii in Episcopi* [illegible] *340,* [illegible] *7,* [illegible] *S. Antonii* [illegible] *Antonii* [illegible] *S. Athanasii* [illegible] *S. Antonii* [illegible] *Petri* [illegible] *S. Athanasii* [illegible] *S. Antonii* [illegible] *jam defuncti* [illegible] B. Antonii

Ex variis ejus discipulo

tonii volentibus discere quemadmodum cœperit quive fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, *et mox dicit se indicare* quæ ab eo didicit, qui ad præbendam ei aquam non paullulum temporis cum eo *(S. Antonio)* fecerat, *quem* § 4. *diximus Amatham ejusve socium Macarium fuisse, qui ambo quindecim ultimis annis S. Antonio ministrarunt, quorum alter (si non uterque;) ut erat ab eo præceptum, meloten et pallium S. Athanasio Alexandriam detulit, eumque de tota illius vita edocuit, aut de ea fortassis summatim commentarium composuit, quale de S. Paulo Latine transtulimus, eique tradidit, elegantiori stylo publicandum.*

tamque absoluta.

34 *Deinde tota narratio uno fluens perpetuo tenore mortuum jam Antonium indicat : nec facile ostendetur quæ pars ab obitu videri possit adjecta. Denique Epilogi verba a S. Ephræm in illud* Attende tibi ipsi, *c.* 10, *sub nomine S. Athanasii citata (ut ibidem referemus) nullum dubitationi locum relinquunt. Adde hæc ibidem relata, num.* 116. Hic Antonio vitæ terminus fuit. ista principia meritorum, quæ licet parciori, ut prædixi, (*in prolegomeno nu.* 1), sermone narraverim, etc. *Et iterum num.* 117. Quid per omnes provincias amor ejus famaque volitavit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundanæ sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendavit, cui omnium ore est adscribendum, nisi Christo, cujus hoc donum est? qui devotos ejus animos erga suam prævidens Majestatem, hominem alio pene orbe celatum, et inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiam, quæ urbium caput est, Romæ demonstravit. Creatoris est ista benignitas, *ergo non scriptoris, qui vitam ipso vidente evulgarit, beneficium. Postremo nullus vitæ partem unquam ab Athanasio conscriptam dixit. S. Hieronymus de Script. Eccl. cap.* 88, Antonii monachi vitam, *inquit*, Athanasius Alexandrinæ urbis Episcopus insigni volumine prosecutus est, *quibus verbis etiam ultimam ab eo additam manum significat. Alibi quoque eamdem vitam citat, non partem affecti operis.*

In ea cur nil de S. Paulo Eremita.

35 *Neque nobis hoc quisquam dicat, Cur igitur, si jam decesserat Antonius, nulla usquam præclari ejus cum Paulo Thebæo congressus mentio extat? Nam et plerosque Antonii discipulos reticuit. Peculiari fortassis libello destinarat Pauli Vitam conscribere, ni mors aliave intercessissent impedimenta. Certe Amathas et Macarius, aut saltem alteruter, S. Athanasio videtur tam Acta Pauli quam Vitam Antonii narrasse, quos Græco ac Latino sermone vulgata Antonii vita, ipsaque Pauli a se edita, superstites fuisse S. Hieronymus testatur. Denique monet S. Athanasius* Fratres peregrinos *in præfatione, ut existiment* se minima audisse de maximis, *cum ob portitoris litterarum festinationem non potuerit monachos evocare*, ut plenius aliquid addiscens, munera majora transmitteret. *Hinc colligimus ultimo decennio vitæ ejus sub Juliano aut sequentibus Imperatoribus scriptam fuisse, quod ad illud tempus ab obitu S. Antonii, religionis caussa extorris, Alexandria abfuerit. Hanc a S. Athanasio conscriptam fuisse testantur quoque Paulinus Presbyter Prologo in vitam S. Ambrosii VII Decemb. Menæa Græcorum in vita S. Antonii, Honorius de Eccl. Script. cap* 88 *et* §§ 10 *et* 11, *citandi S. Gregor. Nazianzenus, S. Ephræm, Auctor vitæ S. Pachomii, Palladius, Socrates, Nicephorus, Ruffinus, atque infiniti recentiores. Baronius tom* 3, *an. Ch.* 310 *num.* 19, *atque alibi sæpe ait* Athanasium sincere pureque res S. Antonii gestas conscripsisse, *quid mirum? Vidit eum adolescens persecutionis tempore Alexandriæ : adduxit eum jam Episcopus iterum contra Arianos : frequenter eum visitavit : a Macario aut Amatha plurima didicit, et monachorum concordi relatione.*

Scripsit post obitum Constantii Imp.

[illegible]

36 *Baronius tom.* 3, *an. Ch.* 328, *num.* 3, *scribit S. Athanasium eo anno visitasse monasterium S. Pachomii, et de via invisisse S. Antonium, eique duo pallia attulisse. Verum cum ad Pachomium Athanasius venit, is jam ante, ut in ejus Vita a Baronio citata legitur,* compererat sanctam vitam ejus, et persecutiones innumeras, quas ab Arianis, pro Christi pertulerat confessione : *quare hæc ejus visitatio post mortem Constantii, cum jam pridem obiisset S. Antonius, contigit, cum Origenis errores inter monachos Ægypti inciperent invalescere; ut reliqua Acta S. Pachomii exigunt, quæ XIV Maii illustrabimus.*

Invisit S. Pachomium post obitum S. Antonii

§ IX. *Vita in Linguam Latinam translata.*

Latine vitam edidit Evagrius,

V*itam hanc Græce vulgatam, Latine interpretatus est Evagrius, tum Presbyter, deinde Episcopus Antiochenus. De eo ita scribit Hieronymus de Script. Eccl. cap.* 125, Evagrius Antiochiæ Episcopus, acris ac ferventis ingenii, cum adhuc esset Presbyter diversarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit : Vitam quoque B. Antonii de Græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit. *Eadem habet Honorius de Script. Eccles. cap.* 126 *et consentiunt omnia passim exemplaria edita et MSS. Rosweydus Prolegomeno* 4, *ad Vitas PP.* § 4, *recte Trithemium corrigit et Sixtum Senensem, quod hunc Evagrium et alterum Ponticum S. Macarii Ægyptii discipulum Origenistam in unum conflarint. Indicat Evagrius in prologo se non verba verbis, sed sententias sententiis expressisse, quemadmodum laudat S. Hieronymus epist.* 101, *ad Pammachium* de optimo genere interpretandi, *ubi hunc totum prologum profert, Evagrio non citato, quod hanc S. Antonii Vitam optime Pammachio notam sciret. At suum non esse præfatur.* Ne meorum scriptorum parva sit auctoritas super hoc genere, præfatiuncula sit in libro, quo B. Antonii Vita describitur, ipsius lectione cognosce, *quam et subdit.*

non S. Hieronymus.

38 *Hinc tamen errandi occasionem arripuerunt Hilarion Veronensis monachus Cassinensis, et Joannes Grynæus, a Rosweydo citati in Notationibus ad Præludia in Vitam B. Antonii, nu.* 4, *Possevinus in An*tonio, *et Baronius in Notationibus ad Martyrol. Roman. hoc XVII Januar. et tom.* 3, *an. Chr.* 358, *num.* 29, *qui ipsum Hieronymum vitæ hujus interpretem existimarunt : uti et Joannes Basilius Sanctorius qui utrumque interpretem agnoscit Evagrium et Hieronymum, quasi bis versa fuerit. Sed refelluntur hi a Rosweydo, qui præclare verba* Gelasii Papæ *decret. de libr. authent. et apocr. d.* 15, *existimat, ubi ait Pontifex :* Vitas Patrum Pauli, Antonii, et Hilarionis, et omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. *Ac primo opinatur Rosweydus* Gelasium, cum Vitam Pauli et Antonii ab Hieronymo ait descriptam, respexisse ad Pauli Vitam, in qua tanta prope Antonii, quam Pauli fit mentio. *Consonat titulus Vitæ ex Græco MS. Baroccio ita præfixus.* Historia S. Pauli Thebæi, et S. Antonii Ægyptii, in interiori eremo commorantium. *Vide X Januarii. Secundo* Evagrium Græcum hominem et Hieronymo conjunctissimum, studiorumque ejus patronum, in vertenda Antonii vita Hieronymi usum esse opera : *quod tamen frivolum argumentum ipse mox fatetur, et patebit infra. Tertio* Vitam Antonii inter Vitas Pauli et Hilarionis olim descriptam occasionem dedisse Gelasio existimandi Hieronymum quoque Vitæ Antonii auctorem esse, qui duarum aliarum auctor est : *arbitratur autem Rosweydus*, plerasque Patrum Vitas sine auctoris et interpretis nomine olim circumlatas. *Certe Gratianus in decreto par.* 2, *can.* 27, *quæst.* 2, *cap.* 26, *post recitata verba Nicolai I, ad Carolum Regem, quibus decernit* non licere nisi ex consensu utriusque conjugis vota continentiæ suscipere; *subdit glossam,* licere; quando tantum sunt desponsati, *probatque* Ut enim refert B. Hieronymus, Macarius

[illegible]

præcipuus

præcipuus inter Christi eremitas, celebrato nuptiarum convivio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex Urbe egrediens transmarina petiit, et eremi solitudinem sibi elegit. *Quod in Vita S. Macarii Romani reperitur. Baronius in Martyrol. Rom. ad diem 11 Januarii censet auctorem ejus* Theophilum, *[illegible] auctores* Theophilum Sergium, et Hyginum, *[illegible] Menæa Græcorum. Imo putat hanc historiam [illegible] S. Hieronymo [illegible] Vita S. Pauli Eremitæ num. 4, [illegible]* jactitari subterraneo specu crinitum [illegible] tenus hominem, *propterea quod in hujus Vita dicitur*, barba et [illegible] corpus ejus totum circumdedisse. *Quæ [illegible] XXIII Octob. ad ejus Vitam, et XII Junii ad Vitam S. Onuphrii [illegible].*

39 *[illegible] Vitas Patrum [illegible] S. Hieronymi [illegible], [illegible] Rosweydus Prolegom. 3 [illegible], quod S. Hieronymus [illegible] Vitas Patrum [illegible]* [illegible]

[illegible]

40 [illegible]

Ægypto, in cujus superiores Thebes *postremo amandatum fuisse auctor est Socrates lib. 3, cap. 4. Hinc sub Juliano Alexandriam venit ad S. Athanasium, qui a cæde Georgii Pseudepiscopi, teste S. Gregorio Nazianzeno Orat. in laudem S. Athanasii, summo Alexandrinorum triumpho suæ redditus Ecclesiæ erat. Concilio Alexandrinam ab [illegible] convocato interest et subscribit S. Eusebius, Legatus Sedis Apostolicæ a* Liberio Papa *constitutus, [illegible] Baronius an. Ch.* 362, *num.* 177. *Post Concilium Alexandria discedens Antiochiam contendit, teste Socrate cap. 7, ubi pluribus discordiam inter SS. Eusebium et Luciferum Calaritanum [illegible]* citatam, quam alibi examinabimus, commemorat. Re*deuntem Antiochia in Italiam S. Eusebium comitatus est Presbyter Evagrius, cujus num ante in Ægypto* socius fuerit, silentibus Scriptoribus, nolumus divi*nare.*

41 *Quam [illegible] pro Ecclesia Dei contra Auxentium Episcopum Mediolanensem [illegible] Evagrius cum SS. Eusebio et Hilario Pictaviensi Episcopo, [illegible] XIII Januarii [illegible]* [illegible]

[illegible]

42 [illegible]

[illegible]

43 [illegible]

Ex variis

secratum, quod in S. Malchi Vita eum S. Hieronymus Papam *appellet. Unus ergo idemque est Evagrius, qui cum S. Eusebio in Italiam profectus, deinde Episcopus Antiochenus fuit; quique Presbyter adhuc hanc Vitam Latio donavit : quod factum asserit Rosweydus in Notat. ad Vitam num.* 1, quando in Syriæ eremo versabatur cum S. Hieronymo et Innocentio, aut paullo ante. *Verum Innocentius, ut ante ex S. Hieronymo dictum est, in ipso* in Syriam appulsu *obiit circa an. Ch.* 370. *Decessisse eos ex Italia post obitum S. Eusebii vult Baronius an.* 372, *num.* 9, *et S. Eusebium obiisse an.* 371, *ut ibidem scribit num.* 116. *Verum quod obitum ejus referat S. Hieronymus in Chronico anno Valentiani et Valentis sexto, videtur obiisse an. Ch.* 369, *quod ad ejus Vitam* 2 *Augusti et XXX Septembris ad Vitam S. Hieronymi, ubi de hac peregrinatione agetur, curatius disseretur.*

In Italia Vitam hanc vertit.

44 *Quod huc facit, Vitam S. Antonii Græce aut Alexandria secum detulit S. Eusebius, aut si tum necdum conscripta erat, in Italiam S. Athanasius eidem submissit : nisi Evagrius una cum S. Eusebio in Ægypto fuerit, aut singulari etiam cum S. Anathasio familiaritate conjunctus ab eo ipse acceperit. Certe in Italia Latinis Latine eam vulgavit, seu sponte sua, seu rogatu inductus S. Eusebii et Innocentii, cui eam ipse, et S. Hieronymus historiam de muliere Vercellis septies icta inscripsit. Delata mox Vita hæc Italia Treviros, ubi eam Potitianus legerat, ut* § 11, *dicetur. Imo in Italia, aut certe quando in Syriam appulit, vitam S. Pauli scripsit S. Hieronymus, ab Evagrio et forte aliis ex Ægypto submissam historicam ejus narrationem nactus, in qua scribit,* quia de Antonio tam Græco quam Romano stylo diligenter traditum est, se pauca de Paulo principio et fine scribere disposuisse. *Quod* olim *a se factum tradit in Vita S. Hilarionis, vivis adhuc discipulis S. Antonii Macario et Amatha, quorum priori defuncto successit Abbas in Pispiri Posthumius, qui dictum est, et Pœmen, quem isthic reperit Ruffinus, videri potest.*

Quando S. Hieronymus Vitam S. Pauli scripserit

§ X. *Vita ab hæreticis frustra impugnata.*

V*itam S. Antonii a S. Athanasio olim scriptam fuisse, nec ipse diffiteri hæretici nostri temporis possunt, tot tamque perspicuis comprobatum testimoniis. Verum quod plurima, eaque luce meridiana clariora, monachismi, signi Crucis, aliorumque Ecclesiasticorum rituum argumenta haud ferant lippiente obtutu, magis etiam hac luce antiquitatis præstricto, effugium hoc arripuere, ut, quod sub S. Athanasii nomine pervulgatum pridem, omniumque manibus jactatum est scriptum, insulsi hominis, esse commentum dicerent, nullaque dignum fide. Ita Rodolphus Hospinianus lib.* 3 *Orig. Monach. cap.* 1. *Abrahamus Scultetus Medul. Theol. PP. par.* 2. *Andreas Rivetus Critici sacri lib.* 3, *cap.* 4. *Subdubitant etiam Centuriatores Magdenburgenses centur.* 4, *cap.* 10. *At quæ in hac Vita commemorantur de Antonio, singula sunt ab antiquis Patribus ex ea, quam scripsisse Athanasium tunc constabat, citata, gravissimeque inculcata; et Christianæ virtutis absolutionem, quam consecutum fuisse Antonium nec ipsi negare ausint hæretici, spirat hæc vita, ut quivis genuinum Athanasii fetum possit agnoscere*

Quæ nunc in vita S. Antonii habentur e ea olim citarunt

46 *S. Joannes Chrysostomus homilia* 8, *in Matthæum* : Antonius talem vitam, *inquit*, egit qualem leges Christi requirunt. Hoc autem facile cognoverit quisquis eum legerit librum, qui vitæ ejus texit historiam, in quo etiam prophetiam lucentem videbit. De his enim, quos Ariana pestis invasit manifestissime prophetavit, quantaque Ecclesiis labes ab iis immineret docuit, Deo utique revelante hæc, et cuncta ante oculos ejus figura pingente. Quod certe vel præcipuum Catholicæ Fidei documentum est, nullum videlicet hæreticorum talem posse monstrari. Sed ne a me hæc audire videamini, ipsum potius librum legentes diligentius cuncta discetis, ut maxima inde philosophiæ documenta capiatis. Obsecro autem ut non meditemur scripta illa, sed ea quoque, quæ exprimuntur, imitemur. *Hæc Chrysostomus. Verum quos hæc imitari piget, ii abolita malunt aut in inutiles frivolasque sentinam scripturæ rejecta, ne sui inde argui mores queant. Mallent, ut Ariani olim suæ hæresi affinem mentiti in vulgus Antonium erant, ipsi quoque dici eum mollem quamdam absque ullis benefactis iniisse vivendi rationem. Vaticinium illud S. Antonii, quod Chrysostomus indicat, refertur in Vita cap.* 18, *n.* 105, *atque a Sozomeno lib.* 6, *cap.* 5. Traditum est, *inquit hic*, Antonium, priusquam Ariani essent Ecclesiarum potiti gubernaculis, regnante Constantia, secundum quietem mulos altare insultantes calcibus, et sacram mensam evertentes vidisse, illicoque, prædixisse tumultum ex adulterinis permixtisque doctrinis ortum, et rebellionem ex illis, qui alienam ab Ecclesia Catholica opinionem tenerent excitatam, Ecclesiam Dei postea occupaturam. *Eadem refert Nicephorus lib.* 10, *cap.* 43. *Ipsa persecutio copiosius quidem, sed iisdem tamen pene verbis, describitur ab Athanasio epist. ad Orthodoxos, cujus verba ad caput* 18 *proferemus.*

S. Chrysostomus

Sozomenus.

47 *Prædecessor Chrysostomi fuit S. Gregorius Nazianzenus, et quid sentire de hac Vita ipse ceterique deberent, præjudicavit, dum ea censet contineri legem et normam vitæ monasticæ, quod ipse Athanasius in Vitæ hujus præfatione asseruerat :* Exegistis a me, *inquit*, ut vobis scriberem de conversatione B. Antonii, *etc.* ut ad ejus æmulationem atque exemplum vos instituere possitis. *Ex mox :* Scio *vos* ejus propositum cupere sectari : perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit. *At S. Gregorius Nazianzenus oratione* 21, *in laudem S. Athanasii :* Ἐκεῖνος Ἀντωνίου τοῦ θείου βίον συνέγραψε, τοῦ μοναδικοῦ βίου νομοθεσίαν ἐν πλάσματι διηγήσεως. Ille, (*Athanasius*) Divini Antonii conscripsit vitam, quæ sub forma narrationis est norma seu lex sancita vitæ monasticæ : *de ea regula agetur* § 15.

S. Gregor Nazianzenus.

48 *S. Ephræm quoque hoc esse Athanasii opus dilucide ostendit, dum ei, quæ in manibus nunc est vita, consentanea, ex ea quæ tunc recens scripta extabat, promit, in illud* Attende tibi, *cap.* 10, S. Antonius, *inquit*, quemadmodum et S. Athanasius Archiepiscopus meminit in vita quam de eo conscripsit, multa exercitatione, eaque incitatiore ac vehementiore est usus Jejunabat enim semper, indumentumque gerebat interius quidem cilicinum, exterius autem pelliceum, idque ad mortem usque servavit, ita ut neque corpus, sordium causa aquis abluerat, neque penitus suos pedes lavaret, neque illos umquam omnino vel aqua tingeret, nisi necessitate cogente. Sed neque quis denudatum eum unquam conspexit, nec prorsus Antonii corpusculum nudum, præterquam cum post mortem sepeliretur, cuiquam patuit. *Hæc ille; quæ eadem prorsus ratione referuntur infra cap.* 11, *n.* 62. *Ea tamen verba :* Idque ad mortem usque servavit, *Latino omissa interpreti sunt, quæ in Græco sic efferuntur,* ὃ καὶ ἕως τελευτῆς τετήρηκε. *Alias ibidem S. Ephræm S. Antonii virtutes describit, quas eodem modo recenset S. Athanasius in epilogo, seu cap.* 22, *num.* 116, *ubi S. Ephræmi locum dabimus. Idem quoque in epist. ad Joannem monachum, brevi gestorum S. Antonii anacephalæosi (quæ singula in hac vita habentur) monachos ad communem vitam hortatur*

S. Ephræm.

49 *Auctor vitæ S. Pachomii, quam jam olim ante annos* 1100, *et quod occurrit, Dionysius Exiguus interpretatus est, hanc ipsam S. Antonii vitam S. Athanasio adscribit :* B. Antonio S. Athanasius Alexandrinæ civitatis Episcopus proprio stylo testimonium præbuit; dignus sane relator conversationis Antonii, qui juxta supplicationem Fratrum, Vitam ejus pro multorum commoditate perscriberet, et æmulandum eum viris spiritualibus exhiberet, *quæ num.* 1, *in prologo dicuntur. Pergit idem auctor* In quo opere sancti

quoque

Auctor vitæ S. Pachomii antiquus.

quoque Patris Ammon meminit, a quo per Dei gratiam primum jacta sunt fundamenta conversationis eorum Fratrum, qui nunc in monte Nitriæ commorantur, necnon et Theodorum sanctum admodum virum, qui cum sese præfato fuerat, idem nobis Pontifex indicavit etc. quæ num. 78, 79 et 80, continentur. Palladius cap. 7, vidit animam hujus Ammonis ab Antonio visam cælis inferri, et cap. 8, ... alterum fluvium Lycum divina virtute transvectum recenset ex Athanasio. Hoc autem, inquit, miraculum narravit B. Athanasius Alexandriæ Episcopus scribens in vita Antonii. Ruffinus lib. 2, de Vitis Patrum cap. 30 Ammonis sanctam, inquit, cum exisset de corpore, vidit ferri ad cælum S. Antonius, sicut refert scriptura illa, quæ Vitam describit B. Antonii. Ita et Sozomenus lib. 1, cap. 14. Cassianus Scholasticus lib. 4, c. 18. Hujus Ammonis animam, inquit, post mortem ab Angelis in cælum sublatam Antonius, qui eisdem vixit temporibus, vidit, quemadmodum ab Athanasio Alexandriæ Episcopo in ejus vita commemoratum est, ut in vita num. 78.

50 Idem Ruffinus lib. 1, hist. Eccl. cap. 8. De virtutibus Antonii, inquit, atque institutis, et solitariæ ... et in solitudine vitam degens, ... bestiarum et de dæmonibus ... triumphos, placuerit Deo supra ... [illegible]

[illegible]

§ XI. Unde hæc vita edita.

E[illegible] ... 1478 ... 1483 ... 1483 ... 1508 ... 1512 ... 1502 ... 1509, 1512, 1515, 1520 et 1537 ... 1558 et 1559 ... 1590 ... 17 ... [illegible]

quenses, prælo Petri Sutor an. Ch. 1544, superstite etiam tum istha que commovante Luthero. Inter Vitas Sanctorum eamdem publicarunt Boninus Mombritius tom. 1. Aloysius Lipomanus par. 2, historiæ Sanctorum Laurentius Surius: sed præ ceteris eam eruditis Prælud. et Notationibus illustravit Heribertus Rosweydus in Vitis PP. editis Antverpiæ an. Ch. 1615 et 1627, et Lugduni 1617. Quot autem ad hæc collectoribus adhibiti codices MSS. sint, quis dicat? Theodoricus Loher a Stratis Carthusianus in sua editione Coloniensi an. Ch. 1548, ... se ex ... et fide dignis exemplaribus MSS. ... diceta ... collatis ... Plura adhibuit Rosweydus, eaque præclara ad quorum fidem eam vitam recensuit, nimirum MS. S. Ferreoli ante annos amplius ... scriptum, Audomarense, Affligemense, Crispiniense, Aquicinctinum, Lætiense, Marchianense, Cameracense, S. Mariæ Bibanense, S. Petri in Monte, Cartusianorum Bruxellensium, Societatis Jesu Ratisbonensium ... Ipse ... Prolegom. 24. Eamdem nos post mortem Rosweydi cum MSS. S. Mariæ ... S. Maximini, ... S. Hu... ... Græco comparare ... [illegible]

53 Vitam eamdem ... quod haud acta Sanctorum ... aut Et... Fundatorum ... aut ... Chronica ... patris ... Antonii ... Petrus ... 13 ... cap. 91, 92 ... 93 ... 14 ... 15 ... S. Antoninus ... 2 ... tit. 15, cap. 3 § 1, 2, 3, 4 et 5. Baronius tom. 2, anno Christi 256, tom. 3, anno Ch. 310, 318, 319, 328, 336, 339, 340, 342, 343 et 358, et ... 4 ... 358 ... [illegible]

[illegible] ... 1611 ... [illegible] ... nem Latinam, notas quasdam ... 2 ... 1627 ... [illegible] ... 1600 ... 1608 ... 2 ... MS ... [illegible]

Ex variis

et MSS

quibus Herib. Rosweydus

Acta gestorum S. Antonii ...

Ex variis.

§. XII. *Vitæ hujus lectio utilis.*

S. *Hieronymus in Vita S. Marcellæ tradit eum audita S.* Antonii tunc viventis, *aliorumque* Ægypti monasteriorum disciplina, non erubuisse profiteri, quod Christo placere cognoverat. Imitatæ *eam* Sophronia, Paula, *et aliæ. S. Augustinus lib.* 8, *Confessionum cap.* 6, *narrat, occasione Vitæ S. Antonii apud Treviros repertæ, duos istic in aula Imperatorum Agentes in rebus, relictis sponsis vitam elegisse solitariam.* Incidit, *inquit,* ut diceret Potitianus, nescio quando se et tres alios contubernales suos, nimirum apud Treviros, cum Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, ut forte combinati spatiabantur, unum secum seorsum, et alios duos itidem seorsum, pariterque digressos, sed illos vagabundos irruisse in quandam casam, ubi habitabant quidam servi tui, spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum : et invenisse ibi codicem in quo scripta erat Vita Antonii. Quam legere cœpit unus eorum, et mirari et accendi, et inter legendum meditari arripere talem vitam, et relicta militia seculari servire tibi. Erat autem ex eis, quos dicunt Agentes in rebus. Tunc subito repletus amore sancto, et sobrio pudore, iratus sibi conjecit oculos in amicum, et ait illi : Dic, quæso te, omnibus istis laboribus nostris quo ambimus pervenire? Quid quærimus? cujus rei caussa militamus? Majorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? Et ibi, quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quam diu istud erit? Amicus autem Dei, si volvero, ecce nunc fio. Dixit hoc, et turbidus parturitione vitæ reddidit oculos paginis, et legebat, et mutabatur intus, ubi tu videbas, et exuebatur mundo mens ejus, ut mox apparuit. Namque dum legit, et volvit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, et discrevit, decrevitque meliora; jamque tuus ait amico suo : Ego jam abrupi me ab illa spe nostra, et Deo servire statui, et hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior : te si piget imitari, noli adversari. Respondit ille adhærere se socio tantæ mercedis tantæque militiæ. Et ambo jam tui ædificabant turrim sumptu idoneo, relinquendi omnia sua, et sequendi te. Tunc Potitianus, et qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos, devenerunt in eumdem locum, et invenientes admonuerunt ut redirent, quod jam declinasset dies. At illi narrato placito et proposito suo, quoque modo in eis talis voluntas orta esset atque firmata; petiverunt ne sibi molesti essent, si adjungi recusarent. Isti autem nihilo mutati a pristinis, fleverunt se tamen, ut dicebant, atque illis pie congratulati sunt, et commendaverunt se orationibus eorum, et trahentes cor in terra, abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor cœlo manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas. Quæ posteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipsæ virginitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus.

Duo Aulici lectione hujus vitæ conversi :

56 *Quæ quidem lectio utiliis tum profuit, ita hæc repetita narratio S. Augustini animum ad meliora stimulavit. Subdit enim cap.* 7. Tu autem Domine inter verba ejus retorquebas me ad meipsum, auferens me a dorso meo, ubi me posueram, dum nollem me attendere, et constituebas me ante faciem meam, ut viderem quam turpis essem, et quam distortus, sordidus, et maculosus, et ulcerosus. Et videbam et horrebam, et quo a me fugerem, non erat. Et si conabar a me avertere aspectum, narrabat ille quod narrabat. Et tu me rursus opponebas mihi, et impingebas me in oculos meos ut invenirem iniquitatem meam, et odissem. Noveram eam sed dissimulabam, et connivebam, et obliviscebar. Tunc vero quanto ardentius amabam illos, de quibus audiebam, salubres affectus, quod se totos tibi sanandos dederant; tanto execrabilius me comparatum eis oderam. *Hæc contigisse anno ætatis S. Augustini* 33, *Christi* 387, *sequentia indicant. Omittimus recentiora, quæ plurima ad vitæ hujus persuadendam lectionem afferri possent. Nam quod auctor vitæ S. Pachomii scripsit de suo ævo,* Vitam S. Antonii per id tempus cunctis fuisse ad imitandum præclare propositam, *idem reliquis omnibus valuisse ætatibus certum est.*

ipseque eorum exemplo S. Augustinus,

et alii

§. XIII. *S. Antonii publica veneratio.*

Antonii mortem etiam elementa lugere vulgo dicebatur, *quod toto ab obitu ejus* triennio cœlum clausum terras illas *Ægypti et Thebaidos* arefaceret. *Ita S. Hieronymus in vita S. Hilarionis, quem et memorat de ejus morte absentem divinitus esse edoctum, et triennio post profectum in montem S. Antonii, ut* pervigilem noctem in ipso, quo defunctus fuerat loco, *ut a se deberi fatebatur,* celebraret. *Imo, et* jacuit in stratu ejus, et quasi calens adhuc cubile deosculatus est. Macarius *quoque,* qui corpus magistri sepelierat, S. Posthumio persuasit, ut S. Antonii anachoretarum principis non gravaretur visitare reliquias, *ut hujus acta testantur. Diem ejus natalem mox in Syria celebrari consuevisse indicant S. Euthymii Abbatis Acta a Cyrillo monacho conscripta, ubi dicitur* præcepisse cum advenisset dies festus divini Antonii, ut vigilarent in templo per totam noctem : et nocturnis illis hymnis ab eo peractis, *etc.* cum tres postea dies mansisset in diaconico, sabbatho noctu dormit in pace vicesimo die mensis Januarii, decimo autem sexto imperii Leonis, *qui Marciano successit an. Ch.* 457, *integro post obitum S. Antonii seculo; cujus natalis etiam necessario iis censebatur XVII Januarii : quod in vita ejus edita per Boninum Mombritium ita in fine legitur :* Depositus est S. Antonius sexto decimo Kalendas Februarias. *Is dies erat Ægyptiis* 22, *mensis Tybi, ut ostendit Rosweydus in Onomastico, quo die ita in antiquo Coptico, seu Ægyptiaco, Menologio refertur :* S. Antonii Stellæ terrestris et Patris omnium monachorum.

S. Antonii natalis celebratus apud Syros,

Ægyptios

58 *Secuti Syros et Ægyptios Græci, celebri admodum officio eum colunt, ut varia eorum responsoria, antiphonæ, cantica, odaria fidem faciunt. Inter alia canuntur hymni a Studita, Anatolio, et Teophane compositi. Evangelium duplex recitatur, aliud ad matutinum :* Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. *Matthæi* 11, *a versu* 27, *Aliud* Ἔστη ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τόπου πεδινοῦ. Stetit Jesus in loco campestri. *Lucæ* 6, *a versu* 17. *Hoc in officio Romano in festo plurimorum Martyrum; illud in festo S. Matthiæ Apostoli, et S. Francisci legitur. Consuli Græcorum Menæa possunt, et Anthologion in quibus* μνήμη τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου, memoria sancti et deiferi Patris nostri Antonii Magni, *celebratur in sanctissima magna ecclesia Constantinopoli. Idem ex Menæis descripsit Maximus Cytheræus, in cujus epitome et Horologio* ἀργία καὶ κατάλυσις *adscripta, indicat omne opus servile eo die inhibitum esse. Memoratur etiam in Menologio Christophori Mitylenæi, et Calendario Græcorum a Genebrardo edito.*

Græcis,

59 *Latini quoque eodem die S. Antonium ab omni retro memoria celebrarunt. MS. Martyrol. S. Hieronymi :* In Ægypto depositio S. Antonii monachi. *MS. Rhinou.* In Ægypto Antonii monachi. *Idem habet MS. S. Martini Treviris. Vetus Romanum a Rosweydo editum :* Apud Thebaidem Antonii monachi, *meminit et pervetustum MS. Hibernicum. Antiquum MS. Centulense.* In Ægypto apud Thebaidem depositio B. Antonii Abbatis, qui multa millia monachorum Christi servitio mancipavit, atque vita et miraculis clarissimus vixit. *MS. Lætiense, et Tornacense S. Martini :* In Ægypto S. Antonii monachi, qui cum esset abstinentissimæ vitæ multis miraculis effloruit, cujus vitam B. Athanasius scripsit. *Plurima alia Martyrologia corporis quoque translationem referunt, de qua infra*

Latinis

infra separatim agetur. Ita Usuardus: Apud Thebaidem B. Antonii monachi, cujus corpus sub Justiniano Imperatore divina revelatione repertum, Alexandriæ delatum est, et in ecclesia S. Joannis Baptistæ humatum. *Eadem una cum translatione ejus habent Beda,* ***Ado, Rabanus, Notkerus, Bellinus, et plurima MSS.*** *in quibus de Vita S. Antonii ex S. Athanasio plura fusius et παραφραστικῶς narrantur. Martyrologium Romanum:* In Thebaide S. Antonii Abbatis, qui multorum monachorum Pater, vita et miraculis præclarissimus vixit: cujus gesta Athanasius insigni volumine prosecutus est. *Maurolycus quoque, Galesinius, Felicius, aliique neoterici eum in suis Martyrologiis exhibent.*

60 *Gavantus Comment. in Rubr. Breviarii, sect. 7, cap. 3, ait S. Antonii memoriam celebrari in Appendice MS. Sacramentario S. Gregorii non diu post ejus* [illegible] *Annotatur Natalis Antonii monachi in vetustissimo Kalendario monasterii Epternacensis circa an. Ch. 740, conscripto. Addit Gavantus ejus officium* ***simplex referri in MS. Breviario. Semiduplex*** *in censu an. Ch.* 1550. *Duplex institutum a Pio V. At in Missali Rom. excuso Venetiis* 1508, [illegible] Antonii Abbatis solemne generaliter. *In Breviario Pauli III, a Cardinali Quignonio ordinato fuit* Duplex minus. *Hæc de Romano. In aliis variant ritus diversarum Ecclesiarum. In nonnullis sola commemoratio facta: in aliis* ***officiis referuntur tres lectiones, in aliis novem, et sæpius*** Duplex annotatur. *In quibusdam Gallicanis, et Anglicanis* [illegible] *sed hanc diem vindicat sibi S. Sulpitius, de quo infra.* Duplex *etiam* [illegible] *in pluribus* [illegible] *fuit, uti in antiquis Belgicis Antverpiensi, Bruxellensi, Brugensi, Audomarensi, et Windeshemensi Canonicorum Regularium, Eborensi in Lusitania, Slesvicensi in Dania, Mediolanensi S. Ambrosii,* [illegible] *trium lectionum fuerit in* [illegible]. *In Benedictinis pluribus Breviariis,* [illegible] *XII Lectiones* [illegible] ***Antonii desumptæ. Nonnulla*** [illegible] *cum de Translatione,* [illegible] *S. Antonii dicitur, curatione agetur.*

§ XIV. *Doctrina S. Antonii.*

R*odolphus Hospinianus, Michaelius Scultetus, Andreas Rivetus,* [illegible]

[illegible]

sunt decretis Concilii Nicæni fideliter adhærescere, Paulus Episcopus Constantinopolitanus, Athanasius Alexandriæ, et tota monachorum multitudo: quin etiam Antonius Magnus, qui adhuc in vita manebat, et qui cum eo versabantur omnes.

62 *Sed aliis quoque in rebus ejus perspecta eruditio est, ipsæque quoque testantur Athanasio* [illegible] *et divini cujusdam plena ingenii de mysteriis Fidei Christianæ cum Philosophis disputatio,* [illegible] *cap. 17 refertur, in* ***sublimi de assidua mentis innovatione, de natura, technis, et imbecillitate dæmonum,*** *deque discretione spirituum, habito ad discipulos sermone qui cap. 5, 6, 7, 8 et 9, describitur, ab ipsomet, ejusque discipulis, traditus litteris. Nam et S. Antonium inter scriptores Ecclesiasticos recensuit S. Hieronymus.* Misit Ægyptiace, *inquit cap.* 88, ad diversa monasteria Apostolici sensus, sermonisque Epistolas septem, quæ in Græcam Linguam translatæ sunt, quarum præcipua est ad Arsenoitas. *De his ita Symphorianus Champegius in epistola ad Hectorem Italum Sedis Apostolicæ Protonotarium:* Gravitatemne an suavitatem plus admirer nescio. Namque aptissime exordiur Antonius, inde Prophetarum narrat historias, invehit [illegible], varie ornat, artificiose complectitur. Tam apte, tam ornate, tam copiose, tam pulchre in epistolis oravit Antonius. *Hæc Campegius epistolæ ipsis præfixa. S. Antonii epistolas a Valerio Sarasio Latine redditas in Bibliotheca Patrum, editione 1, Parisiensi tom. 1, edit. 2 et 3 Paris. tom. 3, et editione Coloniensi tom. 4* [illegible] *sed metaphorice* [illegible] *Magister sacri Palatii,* [illegible] *Editus est, et sub S. Antonii nomine* sermo brevis de vanitate mundi et resurrectione mortuorum *a Gerardo Vossio* [illegible] *MS.* [illegible] *in Bibliotheca PP. editione Coloniensi* [illegible] *epistolis* [illegible] *Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiasticis S. Antonio adscribit* [illegible] librorum, quos Melissa, id est, Apiculam nominatur. *Sed Trithemium fallit* [illegible] *Francofurti* [illegible] 1601 [illegible]

63 *De his* [illegible] *epistolis, discipulis* [illegible] *fuerint,* [illegible] *divino spiritu concepta,* [illegible] *sunt, nam puer non se litteris erudiri passus est,* [illegible]

[illegible]

Ex variis an solum Græcarum,

quod Græcam linguam, eo tempore Ægyptus familiarem et domesticam ignoraret. Ita Eulogius Alexandrinus disciplinarum liberalium Scholasticus *Græcum, non Ægyptiacum, sermonem norat. Pallad. cap.* 26, *at* Joseph Abbas *apud Cassianum Coll.* 26, *cap.* 1, *quia* primarius civitatis suæ Thmuis fuit, Ægyptia et Græca facundia diligenter edoctus erat. *Adde quod numquam legatur per alium scripsisse, uti dicitur allocutus alios per interpretem, qui ejus verba diligentissime in Græcum solebat exprimere sermonem num.* 94 *et* 96. *Et in vita S. Hilarionis a S. Hieronymo* Isaac interpres Antonii *appellatur, et apud Palladium cap.* 26. Cronius fuit verborum interpres, cum B. Antonius Græce nesciret: *qua lingua sacri et profani libri erant fere conscripti, ideoque a Philosophis spernebatur, quia et aliarum artium liberalium ignarus. Sic vulgo illitterati et idiotæ censentur, qui alioquin vernaculo idiomate et legere litteras, et exarare, adeoque et libros conscribere norunt. Et quomodo num.* 8. *Fratrum dicitur* legendi æmulatus industriam, *si omnino legere non norat? Ut ut se ea res habuerit, hoc a Sozomeno lib.* 1, *cap.* 13, *de S. Antonio præclare pronuntiatum est :* Litteras neque novit, neque magni æstimavit; sed puram mentem, utpote litteris antiquiorem, et earum inventricem, laudavit plurimum.

artiumque liberalium.

§ XV. *S. Antonii disciplina monastica.*

Regula monastica in S. Antonii vita expressa

N*egat Scultetus reperire se in hac S. Antonii historia vitæ monasticæ leges, quas Nazianzenus scribit Athanasium sub narrationis prætextu voluisse promulgare. Reperere sane hactenus asceticæ vitæ studiosi, reperiuntque in dies, qui imitandi studio eam evolvunt. Nec mirum si aciem effugiunt eorum, quibus mentis oculi a carnalium studio cupiditatum caligent. Neque opus foret eas hic commonstrare, ipsa lectione mox occursuras, nisi operæ pretium videretur, in suas partes omnem eam vitæ monasticæ ab eo exercitatam traditamve disciplinam breviter distribuere, tum ex vita ipsius* Antonii, Hilarionis, Abrahæ, Palæmonis, Pachomii, *tum ex* Cassiani Institutionibus.

Habitus

66 *Ab habitu ordiamur, quo a ceteris mortalibus secernuntur monachi.* S. Hilarion, ut S. Antonium vidit, mutato pristino habitu apud eum mansit, *Sic et* S. Palæmon spiritualibus oculis intuens Pachomii fidem, tandem patefecit aditum, eumque suspiciens habitu monachi consecravit, *ut supra XI Januarii num* 4, *dictum. Hanc vestis mutationem, dum quis in monachum consecratur, refert S. Dionysius Areopagita Eccles. hierarchiæ cap.* 6, *et* dicatum Deo habitum *Tertullianus de velandis Virginibus cap.* 3. *Et renuntiantem seculo, per manus Abbatis, in medio Fratrum, indui monasterii vestimentis solitum, docet Cassianus lib.* 4. *Instit. cap.* 5. *De vestimentis suis ita ante mortem Antonius statuit num.* 114. Meloten, *inquit*, et pallium tritum, cui superiaceo date Athanasio Episcopo, quod mihi novum ipse detulerat. Serapion aliam accipiat meloten; vos cilicinum habetote vestimentum. *et num* 61, vestimento cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur. *Eisdem usus vestibus* S. Hilarion, sacco membra coopertus et pelliceum habens ependyten, quem illi B. Antonius proficiscenti dederat, *cum monachum consecraret*, sagumque rusticum. Saccus *ibidem* tunica saccinea, tunica cilicina, *et* cilicium *dicitur a S. Hieronymo.* Saccum, *inquit*, quo semel fuerat indutus, numquam lavans, et superfluum esse dicens munditias in cilicio quærere. *Sic* sago tunicaque cilicina *indutus describitur* S. Abraham Eremita *a S. Ephræm Diacono XVI Martii, et* B. Pachomius ad humiliandum corpus proprium, induebat se plerumque cilicio. *Hujus loco ordinaria monachorum* vestis interior linea *erat*, lebiton, *seu* colobium *dicta*, *qui ibidem dicuntur* uti monachi per Thebaidem et Ægyptum, *quam mutabant cum* sordes necessitas coegisset eluere. *Cassianus lib.* 1, *cap* 5 Colobiis

interior, alius cilicinum.

alius et linteum

lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt nudas de reliquo circumferunt manus. *Et Isidorus lib.* 19, *Etymolog. cap.* 22. Libitonarium, *inquit*, est colobium sine manicis, quali monachi Ægypti utuntur : *et potius quam cilicina veste, inquit Cassianus cap.* 4, *quod* hæc ad necessarii operis exercitium, in quo monachum semper impigrum expeditumque oportet incedere, inhabilis atque inepta sit : *tum etiam, si videatur, præbeat* elationis vanitatem. *Hæc de interiori veste.*

exterior, melote, sive tunica pellicea.

67 *Exterior erat pellicea, ideoque* melotes *dicta, aptata et confecta ex pellibus ovinis aut caprinis, simul cum lana corpori detractis, μῆλον ovem sæpius, Homero Odiss.* ξ, *capram significat. Ita* S. Paulus Simplex pelle sua ovilla verberabat dæmoniacum, *et in regula S. Pachomii in ejus Vita :* Habeant singuli meloten, id est, pellem caprinam confectam albam, sine qua neque comedant, neque dormiant, *at Palladius cap.* 38. Habeat unusquisque pellem ovillam laboratam, *et Cassianus cap.* 8. Ultimus est habitus eorum pellis caprina, quæ melotes, vel pera appellatur, *ubi* peram *pro* penula *positam existimat Gazæus. Sozomenus lib.* 3, *cap.* 13, *indumenti hujus rationem exponit.* Isti, *inquit de monachis Ægypti*, ad exemplum Eliæ Thesbitæ pellibus se induebant, ut singuli ex pelle corpori circumjecta virtutem Prophetæ semper in memoriam revocantes, strenue contra cupiditates Venereas confligerent, *aut certe eos imitati sunt de quibus Apostolus a Cassiano citatus :* Circuierunt in melotis, et in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus : in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terræ. *Eliæ pallium* meloten *appellat S. Hieronymus epist.* 28, *ad Lucinium, secutus LXX. Interpretes* 3, *Reg.* 19, 19 *et* 4, *Reg.* 2, 8 *et Cronius apud Palladium cap.* 26, *et Paschasium cap.* 19, *num.* 3, *et infra in Apophth num.* 46, *vult* S. Antonium chlamyde pellicea amictum, *quam S. Hieronymus in vita S. Hilarionis nominat etiam* tunicam, cucullam, *et* ependyten pelliceum. Cucullam *forte ob* cucullum, *seu* cucullionem *connexum*, *quo* caput usque ad cervicis humerorumque confinia contegebatur, *ut Cassianus tradit cap.* 4, *et* cucullum operiebat caput S. Pachomii.

Hebr 11 37

quæ et cuculla.

et ependytes.

68 Ependytes, Græce ἐπενδύτης, *superior seu summa vestis*, ἐπενδύομαι superinduor, *Plutarcho in Pelop. Ita pro melote accipitur in vita S. Antonii num.* 61. Antonius impavidus neglecto persecutoris imperio lavit ependyten suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco, candente præcinctus veste, procedentem Judicem suo provocabat adspectu, flagrans cupiditate martyrii. *Ubi observandum primo Antonium veste nitida atque munda apparuisse, ut eo apparatu se monachum ad martyrium tamquam ad convivium læto animo offerret, itaque Græce legitur* φαίνεσθαι τῷ ἡγεμόνι λαμπρόν Ut Duci, *seu* Judici, amœnus, *seu* conspicuus appareret. *Secundo, Interpretem Evagrium vertisse* candente præcinctum veste, *quod fuerit alba, quæ a lotione candebat. Id nosse potuit ob meloten S. Athanasio ab obitu S. Antonii oblatum, a se aut S. Eusebio Alexandriæ visam, et in Regula S. Pachomii tam in vita quam apud Palladium* meloten ex pelle alba confici *præcipitur. Vix se expediunt hic Rosweydus in Notat. num.* 56, *et Baronius tom.* 2, *an Ch* 256, *num.* 19, *dum hic vult* S. Antonium, ut cognosceretur esse Christianus, alba induisse indumenta : *sed monachi, non alii Christiani, erant civitate edicto publico pulsi. Rosweydus interim vult candida veste venisse*, ut Ægyptiis alba indutis mixtus securius procederet, quod monachis, qui pulla veste dignos cebantur, civitate esset interdictum. *Sed de candente et loto pridie ependyte hic agi nimis certum est, maxime si Græca cum Latinis conferantur. Erat autem* ependytes, *seu* melotes, *vestis monachis propria, ut de ependyte Ascetici scriptores scribunt apud Rosweydum in Onomastico, et in vita S. Pachomii* exceptis melotis, quas feminæ non habent, omnis institutionis

candidi coloris

institutionis earum formæ monachis probabatur esse consimilis.

69 *Tertio observandum hanc vestem* [illegible], *ut monachus, inquit Cassianus cap. 2,* instar militis Christi accinctis lumbis incederet. *Ita Elias et Joannes Baptista zona pellicea* [illegible], *S. Hieronymo epist. 8, ad Demetriadem et* [illegible] *3, Matthæi. S. Dorotheus Doctrina 1, de Renuntiatione* [illegible] Patres [illegible] Antonium, [illegible] Macarium, aliosque. Habemus, *inquit* [illegible], zonam pelliceam circa renes nostros. Id signum est ad [illegible] parati.

70 *Hæc ac* [illegible] *S. Antonii* [illegible], *quibus* [illegible] *S. Athanasio acceperat* [illegible] *S. Pauli* [illegible] *In Vita S. Hi*[illegible] [illegible]

[illegible]

71 [illegible]

72 [illegible]

summa voluptas est. *Ideo S. Antonius ad monasterium ablegari volebat Paulum Simplicem in Apophth. num. 31, ubi Fratres possent* [illegible] *imbecillitatem, et num. 46, in monasterio* [illegible] *hospitibus* lentem parari *pro* [illegible], *seu* [illegible] *Esau vendidit jus primogeniti, Gen. 25, v. 34. Loquuntur Vitæ SS. Hilarionis et Pachomii, et Cassianus lib. 4, a cap. 17 ad 23.*

73 *Restat* [illegible] *Discipuli post ejus* [illegible] *S. Hilarion* [illegible] His, *aiebat,* psallere, hic [illegible], hic fessus residere solitus erat. Has vites, has [illegible] ipse plantavit, illam aream [illegible] ipse composuit [illegible] *S. Hieronymus in vita S. Hilarionis Prooem.* [illegible] Per universum, *inquit Cassianus lib. 2, Instit. cap. 4,* Ægyptum et Thebaidem [illegible] numerus tam in vespertinis, quam in nocturnis solennitatibus custoditur; ita dumtaxat, ut post hunc [illegible] Veteris scilicet ac novi Testamenti [illegible] sequuntur. Qui modus antiquitus (*diu ante S. Antonium, ut cap. sequenti ostendit*) constitutus, ideireo post tot secula per cuncta illarum monasteria intemeratus nunc usque perdurat [illegible]

[illegible]

VITA

Auctore S. Athanasio Episc.

PROLOGUS EVAGRII INTERPRETIS

Presbyter Evagrius [illegible] carissimo [illegible] in Domino salutem.

[illegible]

translatio, sensus operit, et veluti lætum gramen sata strangulat. Dum enim casibus et figuris servit oratio, quod brevi poterat indicari sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, *c* vitam B. Antonii, te petente, ita transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucupentur et litteras, tu quære sententiam.

a *Eumdem Sanctus quoque Hieronymus epist* 49, carissimum *appellat. Unde conjectat Bosweydus Presbyteratu non fuisse initiatum. De eo et Evagrio actum* § 9. b *Præfatiuncula hæc iisdem verbis, tacito Evagrii nomine, inserta est epistolæ* 101 *S. Hieronymi ad Pammachium cap.* 11, *ut supra monuimus.*

c *Apud S. Hieron.* Ita B. Antonium, te petente, transposui.

PROLOGUS AUCTORIS.

Athanasius Episcopus ad *a* peregrinos fratres.

Optimum, Fratres, iniistis certamen, aut æquari Ægypti monachis, aut *b* superare nitentes virtutis instantia. Etenim apud vos jam plurima sunt monasteria : monachorum quoque nomen est celebre : et hanc voluntatem vestram juste quisque mirabitur : orantibusque *c* vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me, ut vobis scriberem de conversatione B. Antonii, volentibus discere, quemadmodum cœperit, quive fuerit ante sanctum propositum, *d* qualem etiam habuerit terminum vitæ, et si vera sint ea, quæ de ipso fama dispersit, ut ad ejus æmulationem atque exemplum vos instituere possitis; magna cum lætitia suscepi vestræ caritatis imperium. Et mihi enim ingens lucrum est atque utilitas hoc ipsum, quod recordor Antonii; et vos cum admiratione audientes, scio ejus propositum cupere sectari : perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit.

2 Ergo ut breviter dicam, et omnibus, quæ de eo referentium fermo jactavit, credite, et minima vos existimate audisse de maximis : quia non ambigo, nec eos omnia potuisse cognoscere, cum et ego rogatus a vobis, quantacumque per epistolam significavero, non æqualia sim ejus meritis narraturus. Sed et vos omnes hinc *e* navigantes studiose percontamini, quo singulis, quæ norunt, referentibus, congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem litterarum vestrarum aliquos ad me monachos invitare, et maxime eos, qui *f* crebro ad eum ire consueverant, ut plenius aliquid addiscens, munera vobis majora transmitterem. Sed quoniam et navigationis tempora labebantur, et litterarum portitor vehementissime festinabat, ideo ea, quæ et ipse noveram (*g* frequenter enim eum visitavi) et quæ ab eo didici, qui ad præbendam ei aquam non paullulum temporis cum eo *h* fecit, dilectioni vestræ indicare properavi : utrobique curam veritatis habens, ut neque plus aliquis audiens, miraculorum congestionem non credat, nec rursum meritis ejus inferiora cognoscens, non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

a *Locum certum, in quo* plurima sunt monasteria *indicant sequentia. In Scetis solitudine dictumus* § 1 *Nitrienses monachos, partim indigenas, partim hospites seu peregrinos, Græce* ξένους *incoluisse,* [illegible] ... *Xene* ... *et monachi* ξένοι, hospites, peregrini. *Stephanus* [illegible] ... *Imo omnes Scetes, seu Libyæ, monachos hic intelligi forte conjicias ex Cassiano lib.* 4 *de vitis PP. cap.* 39, *ubi Ægypti monachi dicuntur* de laboribus suis peregrinos et advenientes Fratres secum reficere, et ad loca Libyæ, quæ fame laborant, immanem conferre alimoniæ substantiam. *et S. Pambo apud Palladium cap.* 10, *accepta a Melania* [illegible] vasa argentea [illegible] ... in Libya, et in insulis, quod hæc monasteria magis indigerent.

b *Palladius cap.* 69 *de Nitriensibus* [illegible] ... invicem superabant virtutibus, et magno studio se exercebant, et in vita se invicem certabant superare.

c *MS. S. Maximini* [illegible] *Græce* [illegible]

d [illegible] *ex deducta argumentatione conclusimus* § 7 *hanc* [illegible] *S. Antonii vitam scriptam esse.*

e [illegible] Mareotides, paludis [illegible] ad millia septuaginta *teste Palladio cap.* 7, *a* *qua itinere diei ac dimidiati ad Meridiem distat* mons Nitriæ *ast Occasum versus hæc* Libyæ, Scetes, *sive* Xenes, *jacent monasteria, inter quæ et eum montem* Nitrienses anachoretæ *habitant.*

f Arsenoitas *intelligit, aliosque in regionibus Mempheos et Babylonis monachos, de quibus* § 2. g *Invisit eum cum ad refellendos hæreticos Alexandriam adduxit, ut S. Hieronymus tradit epist.* 33, *ad Castrutium, et Ruffinus infra inter Apophthegm. S. Antonii cap* 8, *et ipse in Vita S. Athanasius cap* 16, *ubi redeuntem scribit se prosecutum fuisse, num.* 93, *vide* § 8.

h *Alteruter eorum, qui seni in interiori monte ministrarunt, hic fuit.* Amathas *nimirum, aut* Macarius, *de quibus* § 5. *Nec Baronio assentimur, existimanti tom* 3, *an. Ch.* 311, *num* 63, *hæc de se ipso Athanasium scribere, ideoque* feci *legendum*

CAPUT I.

S. Antonii pia educatio, vita anachoretica.

Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus, *a* in Ægypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, ut nihil aliud præter parentes domumque cognosceret. Et cum jam puer esset, non se litteris erudiri, non ineptis infantium jungi passus est fabulis : sed Dei desiderio flagrans, secundum quod *b* scriptum est, *c* innocenter habitabat domi. Ad ecclesiam quoque cum parentibus sæpe conveniens, nec infantum lascivias, nec puerorum negligentiam sectabatur; sed tantum ea quæ legebantur auscultans, utilitatem præceptorum vitæ institutione servabat; non suis, ut solet illa ætas, pro variis et delicatis cibis unquam tædio fuit; non escæ mollioris blandimenta sectatus est : his solum, quæ dabantur, contentus, nihil amplius requisivit.

4 Post mortem autem parentum, annorum circiter decem et octo seu viginti, cum sorore admodum parvula derelictus, et domus et sororis honestam curam gerebat. Necdum vero sex fluxerant menses, quibus ad ecclesiam (ut solebat) accurrens, recordabatur quomodo et Apostoli, omnibus spretis, secuti fuissent Salvatorem; et multi, ut legitur in Actis Apostolorum, facultatibus suis venditis, pretia ad pedes eorum detulissent, egentibus partienda, quæve aut quanta spes iisdem reposita esset in cœlis. Talia secum volvens, intravit ecclesiam, et accidit ut tunc Evangelium legeretur, in quo Dominus dicit ad divitem : Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua quæcumque habes, et da pauperibus, et veni sequere me, et habebis thesaurum in cœlo. Quo audito, quasi divinitus hujusmodi ante memoriam concepisset, et veluti propter se hæc esset Scriptura recitata, ad se Dominicum traxit imperium : statimque regressus, possessiones quas habebat vendidit. *d* Aruræ autem erant ei trecentæ uberes, et valde optimæ, quas vicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cetera vero, quæ in mobilibus possidebat, universa vendidit : et aggregato non exiguo pretio, indigentibus dedit, paucis tamen ob sororem reservatis, quæ et sexu et ætate videbatur infirmior.

5 Rursus autem ecclesiam ingressus, cum audisset Dominum in Evangelio dicentem : Nolite cogitare de crastino, reliquam quoque portionem pauperibus distribuit; neque se versari passus est domi, sed sorore fidelibus ac notis *e* Virginibus commendata, ut ad earum nutriretur exemplum, ipse jam omnibus sæculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum.

6 Necdum autem tam crebra erant in Ægypto monasteria, neque omnino quisquam aviam solitudinem noverat : sed quicumque in Christi servitute sibimetipsi prodesse cupiebat : non longe a sua villula separatus instituebatur. Erat igitur *g* in agello vicino senex quidam, vitam solitariam a prima sectatus ætate : hunc Antonius cum vidisset, æmulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiens etiam ipse, in locis paullulum a villa remotioribus manebat : exinde autem, si quem vigilantem in hoc studio comperuerat, procedens, quærebat ut *h* apis prudentissima nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi ejus, quem cupiebat, frueretur aspectibus : et sic, tamquam munere mellis accepto, abibat ad sua.

7 Tal.

7 Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, ut nec opum paternarum, nec suorum meminisset, illinc in omne etiam desiderium et sollicitudinem erga id, quod cœperat, exerceret, operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet. Mercedem tamen operis sui, pretio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat, quod oporteret sine intermissione Dominum orare. Ad lectionem etiam Scripturarum tantum studium commodabat, ut nihil ex ejus animo laberetur, sed universa Domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet.

8 Sic suam vitam instituens, ab universis fratribus pio diligebatur affectu; et quibus, ad quos studio discendi pergebat, obediens, proprias singulorum gratias [illegible]. [illegible] diligebant.

[illegible]

CAPUT II.

Primæ de diabolo victoriæ, arcta abstinentia.

[illegible]

10 Postquam autem diabolus orationibus ejus ad Deum per Passionis fidem se intellexit elidi, consueta adversum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. *b* Et primum noctibus infesta multitudine et horribili metu sonitus eum exagitare conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat, ut nullus ambigeret, quin Antonius contra diabolum dimicaret. Nam et ille cogitationes sordidas conabatur inserere, et hic eas oratione subvertebat assidua. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore; hic fide, vigiliis, et jejuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciviæ; hic ultrices gehennæ flammas et dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, et ad ruinam facile proponebat; hic æterna futuri judicii tormenta considerans, illæsam animæ puritatem per tentamenta servabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant; qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente miserabiliter deludebatur; et qui contra carnem et sanguinem sæviebat, ab homine, qui carnem portabat, elisus est. Adjuvabat enim servum suum Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, victoriam corpori contra diabolum largitus est; ut singulis ita certantibus, Apostolicum liceret proferre sermonem: Non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est.

11 Postremo cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterrimus, et videret se semper ab ejus cogitationibus repelli, secundum quod scriptum est, stridens dentibus et eiulans, qualis est talis mente apparebat, et vultu puer horridus atque niger, ad ejus se genua provolvens, humana voce flebat, dicens: Multos seduxi, plurimos decepi; nunc autem ut a ceteris Sanctis, ita et tuo sum labore superatus. Quem cum interrogaret Antonius, quisnam esset, qui talia loqueretur, ait: Ego sum fornicationis amicus; ego multimoda adversus omnes adolescentes turpitudinis arma suscepi, hinc et spiritus fornicationis vocor. Quantos pudice vivere disponentes, fefelli? quot tenuiter incipientes, ad sordes pristinas reduxi persuasione? Ego sum propter quem Propheta lapsos increpat dicens, Spiritu fornicationis seducti estis; et revera per me [illegible] supplantati. Ego sum, qui te ipsum sæpe tentavi, et semper repulsus sum.

12 Cum autem Christi miles dixisset [illegible] secundum spiritum.

13 Sed neque Antonius [illegible]

AUCTORE S. ATHANASIO.

14 *h* Inediæ autem et vigiliarum intantum patiens erat, *i* ut incredulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sæpissime, edebat semel in die post solis occasum, nonnumquam biduo triduoque sic permanens, quarta demum die reficiebatur. Sumebat vero panem et sal, potumque aquæ perparvum. De carnibus vero et vino tacere melius puto, quam quidquam dicere: quando nec apud plurimos quidem monachorum, istiusmodi aliquid reperiatur. Quieti autem membra concedens, junco contexto atque cilicio utebatur. Nonnumquam etiam super nudam humum jacebat, unguenta penitus repudians, cum diceret minime posse utentium, et præcipue juvenum corpora roborari, si olei essent lenitate mollita: oportere vero asperos carni imperari, secundum Apostoli præceptum, dicentis: *k* Quando infirmor, tunc fortior sum. Asserebatque sensum animi sic posse reviviscere, si corporis fuisset impetus fatigatus.

15 Unde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore et famulatu spontaneo semper tamquam in principiis constitutus, ad profectum divini metus desiderium concitabat. Novisque cupiens augeri præterita, supra memorati Doctoris sermonum recordabatur, qui ait: *l* Præterita obliviscens, et in futurum convalescens. Meminerat quoque Eliæ prophetæ dicentis: Vivit Dominus, cui adsto hodie ante ipsum: et disserebat, cur, hodie, esset appositum, quia non computabat Elias præteritum tempus, sed tamquam quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, et paratum obedire voluntati ejus.

a *Hoeschelius* generis cognationem *Græce* [illegible]. b *Deest hoc colon in MSS. Rip. et S. Maxim. et Græco exemplari, ubi alia phrasis.* c *Eadem a S. Pachomio remedia iisdem tentationibus opposita.* d *Ita Palladio c.* 86, *dicitur* dæmon fornicationis; *S. Hieronymo in vita S. Hilarionis*, dæmon amoris, *Tobiæ* 3 *et* 6 Asmodæus: *de quo plura istic Serrarius noster.*

e *Græce*, [illegible], despiciam. f *Ita Pachomio psallente fugerunt dæmones.* g *Id est, contentionem, curam, studium magnum, ita S. Paulus* 2 *Corinth.* 11 Instantia mea quotidiana.

h *Eadem tradit Sozomenus lib.* 1, *cap.* 13, *quæ pluribus illustrata in Prolegom.* § 15. i *Alii* crudelitatem. k *Græce* [illegible] Quando infirmor, tunc potens sum.

l *Vulgata editio*: Quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum.

CAPUT III.

Secessus in sepulchrum. Variæ dæmonum oppugnationes.

Igitur S. Antonius secum reputans, oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, et ad illud speculum vitam suam debere componere, ad sepulchra non longe a villa constituta secessit, uni de cognatis mandans, ut statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in una *a* memoria supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis satellitibus suis, varia *b* cæde laceravit ut doloris magnitudo et motum auferret et vocem. Nam et ipse postea sæpe referebat, vulnera fuisse tam gravia, ut universa hominum tormenta superarent: sed Dei providentia, quæ numquam in se sperantibus deest, conservavit eum.

17 *c* Alio die is, quem supra diximus, Frater advenit, cibos deferens assuetos: atque eum jacentem in terra semimortuum, fractis foribus, invenit. Quem impositum humeris, ad villulæ domicilium reportavit. Quo audito, ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, triste in medio posito funeris reddebat officium. Et jam media noctis parte transgressa, *d* gravis pervigiles omnium oculos vicerat sopor. Tum Antonius anima paullulum redeunte suspirans, elevavit caput, ceteris vero alta quiete prostratis, eum, a quo delatus fuerat, vigilare conspexit: eumque nutu advocans, obsecravit, ut nullo penitus excitato, ad pristinum se referret habitaculum.

Relatus a dæmonibus insultat.

18 Relatus ergo, juxta consuetudinem solus iterum permanebat: et stare quidem propter recentes plagas non poterat, orans vero prostratus, post orationem clara voce dicebat: Ecce hic sum ego Antonius, non fugio vestra certamina: etiamsi majora faciatis, nullus me separabit a caritate Christi. Psallebatque dicens; Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis diabolus, admiratus, quod post tot verbera fuisset ausus reverti, congregatis canibus suis, et proprio se furore dilanians, Videtis, ait, quia nec spiritu fornicationis, nec corporiis doloribus superatus, insuper audacter lacessit nos. Omnia arma corripite, acrius a nobis impugnandus est. Sentiat. Debet scire, quos provocet. Dixit, et ad hortantis vocem audientium turba consensit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita ut loco funditus agitato, et parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba se effunderet: nam et bestiarum et serpentium formas induentes, omnem protinus locum replevere phantasiis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon et pardorum atque ursorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam: rugiebat leo, occidere volens, taurus mugitu et cornibus minabatur: serpens sibilo personabat: luporum impetus ingerebantur: pardus *e* discolori tergo auctoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, et vocis horridæ dirus auditus.

19 Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interritus durabat mente pervigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium aliquid haberetis, sufficeret unus ad prælium. sed quoniam Domino vos enervante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quod irrationabilium formas induistis bestiarum. Rursumque confidens, aiebat: Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum: devorate concessum. Si vero non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim Crucis et fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra S. Antonium minitantes, fremebant dentibus suis, quod nullus eorum tentamenta consequeretur effectus, sed maxime e contrario gigneretur illusio.

20 Non oblitus Jesus colluctationis servi sui, eidem protector est factus. Denique cum elevaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, et deductis tenebris, radium ad se lucis influere. Post cujus splendoris adventum nec dæmonum aliquis apparuit, et corporis dolor extemplo deletus est. Ædificium quoque, quod paullo ante dissolutum fuerat, instauratum est. Illico præsentiam Domini intellexit Antonius, et ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad lumen, quod ei apparuerat, loquebatur, dicens: Ubi eras bone Jesu? ubi eras? Quare non a principio affuisti, ut sanares vulnera mea? Et *f* vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hic eram, sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem, quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, et faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exurgens, intantum roboratus, orabat, ut intelligeret se plus recepisse tunc virium, quam ante perdiderat. Erat autem tunc Antonius annos *g* natus triginta quinque.

a *Græce* [illegible], *quod paullo ante versum sepulchrum. Ita Martyrum memoriæ pro sepulchro eorumdem sumitur. S. Augustinus lib.* 22 *de Civit. Dei cap.* 8 *de reliquiis S. Stephani*: Ad ejus memoriam, *sepult*, veniel ... magna multitudinis concursus et accursus. b *Ita et Pachomius cædebatur a dæmonibus* [illegible]

c *Græce* [illegible]. Sequenti die familiaris ejus adest afferens ei panes, cumque aperuisset, ... eum humi jacentem ... humeris impositum in pagi templum portavit. d *MSS. Ripat. et S. Maxim.* gratus.

e *Ita MS. Ripat. At Rosweydus ex MS. Coloniensi*, pardus discoloriter.

CAPUT IV.

Secessus in eremum. Miracula Monasteria extructa.

E[illegible] ... reputans : Unde hic [illegible] ...

22 [illegible]

23 [illegible] ... potest [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible] ... exordium fuit.

[illegible]

CAPUT V.

Q[illegible]

Auctore S. Athanasio.

giretur præcepta; cum prophetica fiducia exaltans vocem, aiebat : Ad omnem quidem mandatorum disciplinam Scripturas posse *a* sufficere : sed et hoc optimum fore, si mutuis se invicem Fratres sermonibus consolarentur. Et *b* vos ergo, inquit, ut Patri referte, quæ nostis: et ego, quæ per longam ætatem consecutus sum, quasi filiis indicabo.

Collationibus b

Fervor spiritus frendus.

28 Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cum humanæ vitæ spatia æternitati comparata, brevissima sint ac parva. Ita exorsus, paullulum siluit : et admiratus nimiam Dei largitatem, rursus adjecit, dicens : In præsenti hac vita æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente qui vendit. Promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio comparatur. Scriptum est enim : Dies vitæ nostræ septuaginta anni; *c* si autem multum, octoginta : quidquid reliquum est, labor et dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, ut multum, annis laborantes, in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro : sed pro annis prædictis, omnium nobis sæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cœlum : corpus quoque corruptum relinquentes, idipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo, filioli, non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio. Non sunt enim condignæ passiones hujus temporis, ad superventuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

1. quia vita brevis, merces æterna

Psal. 89. 10.

c

29 Nemo, cum despexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia : quia omnis terra ad infinitatem comparata cœlorum, brevis ac parva est. Si ergo nec universo orbi renuntiantes, dignum aliquid habitaculis possumus compensare cœlestibus, se unusquisque consideret, et statim intelligit, parvis aruris et parietibus vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tædere, quasi parva sit recepturus. Ut enim contemnit aliquis unam æream drachmam, ad drachmas centum aureas conquirendas; ita etiam, qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmiis in sublimi sede recipiet. Ad summum, illud perspicere debemus, quod etsi nostras velimus retentare divitias, lege mortis ab ipsis divellamur *d* inviti, ut in libro Ecclesiastæ scriptum est : Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? Cur non ad lucranda regna cœlestia ultro relinquimus, quod lucis istius sine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum auferre non possunt : illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cœlum, sapientiam scilicet, castitatem, justitiam, virtutem, sensum pervigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, hospitalitatem. Hæc sectantes, mansionem nobis in terra quietorum, secundum Evangelium, præparabimus.

2. parva relinquuntur, recipiuntur immensa

d

Eccl. 2. 18.

Joan. 14. 2.

30 Consideremus Domini esse nos famulos, et servitutem debere ei, a quo creati sumus. Ut ergo servus præteriti gratia famulatus, præsens aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere, quod ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed jugi studio (ut in Evangelio scriptum est) *e* eumdem semper exhibet servitutem, ut et domino placere possit, et ne metum lucretur et verbera : sic et nos divinis congruit parere præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quo quemque invenerit, in eo sit judicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur. Nam et infelix Judas propter unius noctis impietatem, omni præteriti temporis labore privatus est. Id circo tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est : Quia omni proponenti bonum Deus cooperatur.

3. quia servimus Deo

Matth. 24. 46. Luc. 12. 37.

e

Rom. 8. 28.

1. Cor. 15. 31.

31 Ad inertiam autem calcandam, Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur : similiter et nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus. Cum enim excitati a somno, ad vesperam nos pervenire dubitemus, et quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, et ubique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus providentia gubernari; hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur : sed nec irascemur quidem adversus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus : quin potius metu quotidiani recessus, et sejungendi corporis jugi *e* meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, invicem nobis debita nostra donabimus ante oculos semper habentes ultimæ retributionis adventum : quia major formido judicii et pœnarum timor horridus, simul et lubricæ carnis incentiva dissolvit, et *f* ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoque precor ut ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Lot imitetur uxorem, præsertim cum Dominus dixerit, nullum ponentem manum super aratrum et respicientem retrorsum, dignum esse regno cœlorum. Respicere autem retrorsum nihil aliud est, quam in eo pœnitere quod cœperis, et mundanis rursus desideriis obligari.

4. quia incerta mortis hora.

e

f

Lucæ 9. 62.

32 Nolite, quæso, virtutis tamquam impossibile nomen pavere, nec peregrinum vobis aut procul positum videatur hoc studium, quod *g* ex nostro pendet arbitrio hujus operis homini inserta natura est, et ejusmodi res est, quæ nostram tantummodo expectat voluntatem. Græci studia transmarina sectentur, et in alieno orbe constitutos, inanium litterarum quærant magistros : nobis vero nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet : in omni sede terrarum constituta sunt regna cœlorum. Unde et Dominus in Evangelio ait : Regnum Dei intra vos est : virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est, quin naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta, fons sit et origo omnium virtutum? Bonam eam necesse est creaverit bonus Auctor. Quod si forte cunctabimur, audiamus Jesum filium Nave populo dicentem : Rectum facite cor vestrum ad Dominum Deum Israel. Nec Joannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans : Rectas facite semitas *h* ejus. Siquidem hoc est rectam esse animam, cum ejus principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur : si naturam mutaverit, perversa tunc dicitur : conditio servetur, et virtus est. Animam nostram commendavit nobis Dominus : servemus depositum, quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur : facturam suam, qui fecit, agnoscat : opus suum inveniat, ut creavit. Sufficit nobis naturalis ornatus, ne deturpes homo, quod tibi largitio divina concessit. Opera Dei immutare velle, polluere est

g

5. quia facilis et parabilis virtus

Lucæ 17. 21.

Josue 24. 23.

h

Matth. 3. 3.

a De sufficientia sacræ Scripturæ, Bellarminus tom. 1, controv. 1. generali lib. 4. cap. 9 ac sequ. De non scripto id argum. 2.

b Collationes hæ spirituales dicebantur: quales XXIV scripsit Joannes Cassianus, in quibus sæpe S. Antonii meminit, ut infra in Apophthegmatis. S. Hieronymus epist. 22 ad Eustochium, S. Basilius in regulis fusioribus cap. 54, S. Pachomius regula 7 et passim alii, harum usum describunt. Hæc vero potius adhortatio quædam est, in qua alius interloquitur nemo. Similis extat S. Pachomii ad suos monachos.

Collationes pp.

c Ita S. Hieronymus epist. 21, ad Paulum Concordiensem : Si autem multum, et epist. 139 ad Cyprianum : Sin autem multum, citatque ex LXX : Si autem in potentatibus, Græce [illegible].

d Græce [illegible]. Morientes relinquimus ea sæpe etiam iis quibus nolumus, ut commemoravit Ecclesiastes. Addit editio Coloniensis : Quia nescit homo, quid sit post eum in labore suo. Eruditissime de his disseruit Joannes Tollenarius Soc. Jesu in Speculo vanitatis sect. 6, in cap. 2 Eccles. et metrica paraphrasi et præ . . . . . . Alii, expectatione.

f Græce, [illegible] animam in natantem erigat.

g Aliquæ editiones addunt : quod ex nostro, Dei gratia præcedente, pendet arbitrio. Quæ verba media quamvis absint a MSS Latinis et Græco, tamen hic ex vera Theologia intelligenda esse, recte monet Rosweydus.

h Græce, [illegible] semitas vestras, quod etiam aliqua MSS habent.

CAPUT

CAPUT VI.

Monita de technis dæmonum.

Illud etiam sollicite providere debemus, ut tyrannicam iræ superemus insaniam: quia scriptum est: Ira enim viri justitiam Dei non operatur. Et iterum: Desiderium concipiens parit peccatum, quod perfectum generat mortem. Divinæ præceptum vocis est, ut vigili custodia muniamus animam, et ad perfectum cum magna cautela et astutia perducamus, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, dæmones scilicet, contra quos nobis, secundum Apostolicam contestationem, pugna sine intermissione est. Ait enim: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates, adversus [illegible] spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Ingens eorum turba istum pervolat aerem, non procul a nobis hostium caterva discurrit. Et diversitatem quidem eorum non est meæ parvitatis exponere, sed hanc majoribus concedo rationem. Quod autem nunc promptum est, et ignorare non expedit, dolos solum eorum adversum nos compositos breviter indicabo.

34 Hoc primum debemus mentibus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab ejus institutione dæmones mala cœpisse principia. Perversitas ista non naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, utpote a Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cœlis, atque in cœni sordibus volutati, gentilitatis impias constituere culturas: et nunc de nobis torquentur invidia, atque universa mala commoventes non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus.

35 Diversa autem eorum et partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem pervenere; alii ex comparatione pejorum videntur esse leniores; atque omnes pro possibilitate virium, diversis contra singulas virtutes sumpsere certamina. Idcirco necessarium est, donum spirituum discernendorum a Domino petere, ut possimus, tam fraudes eorum, quam studia pervidentes, adversus dispares pugnas unum Dominicæ Crucis elevare vexillum. Hoc munere Paulus accepto loquebatur dicens: Non enim ejus ignoramus astutias. Ad cujus exemplum nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos invicem instruere sermonibus.

36 Hostile illis contra omnes Christianos, maxime vero contra monachos et Virgines Christi, odium est. Eorum semitis laqueos prætendunt, eorum mentes impiis atque obscœnis cogitationibus attentant evertere. Sed nihil vobis in hoc terroris incutiant: fidelium etiam orationibus atque jejuniis ad Dominum statim corruunt. Nec tamen si paullulum cessaverint, prorsus plenam putetis esse victoriam. Solent enim sæpe gravius insurgere, et mutata arte pugnandi, cum in cogitatione nihil egerint, per varias terrent [illegible] assimulantes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, necnon et ingentia gigantum corpora, et usque ad tectum domus porrigentia caput, infinitas species et militum catervas. Quæ omnia ad primum quodque Crucis signum evanescunt. His quoque [illegible] falsa rerum modis, [illegible] præsagire, et futurorum dierum eventus velle prædicere. Cumque et in his contempti fuerint, ipsum postea suæ nequitiæ principem et totius mali summitatem, ad subsidium sui certaminis vocant.

37 Crebro denique Antonius talem se vidisse diabolum asserebat, qualem et B. Job, Domino revelante, cognoverat. Oculi ejus ut species luciferi, de ore ejus procedunt lampades incensæ. Crinesque [illegible] sparguntur, et ex naribus ejus fumus egreditur quasi fornacis æstuantis ardore carbonum. Anima ejus ut prunæ, flamma vero ex ore ejus glomeratur. Cum hujusmodi terroribus visus est princeps dæmoniorum, inquit Antonius, et ingentia sæpe, ut dixi, promittens, impietatis suæ defuit lingua magniloqua, de qua Dominus triumphavit, ad Job dicens: Arbitratur enim ferrum ut paleas, æramentum ut lignum putridum, maria ut terram, tartarum [illegible] tamquam captivum æstimavit, abyssum ut deambulatorium. Per Prophetam quoque increpat, dicens: Persequens comprehendam, et omnem orbem terrarum manu mea ut nidum obtinebo, et ut ova derelicta auferam. Sic iniquus hujuscemodi evomens voces, bene viventium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec ejus pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus: fallit enim frequenter, nihilque verum promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia et tam infinita promittens, [illegible] Crucis [illegible] a Domino est, et capistro ligatus ut jumentum, et quasi mancipium fugitivum vinctus circulo, et armilla labia perforatus, nullum omnium fidelium devorare permittitur? Nunc miserabilis ut passer ad ludum irretitus a Christo est, nunc comites suos quasi scorpiones et serpentes, calcaneo Christianorum substratos gemit. Ille qui universa maria a se deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum manu sua tenere pollicebatur, ecce a vobis vincitur, ecce me adversum se prohibere non potest disputantem. Contemnenda est, filioli, penitus eum inanibus verbis superba jactantia: fulgor lucis, quo hic se se simulat, non veri splendoris est lumen, sed, quod is arsurus est, indicat flammas. Nam [illegible] secum refert [illegible].

38 Solent etiam cum modulatione [illegible] apparentes psallere, proh nefas! ad hæc et [illegible] sanctarum Scripturarum eloquia meditantur. Frequenter enim legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandum, ut totius noctis somnum eripiant: plerumque etiam, dum se in monachorum habitu transfigurant, monachos [illegible] et pristinis quibus consueverant, [illegible] Sed spernendi sunt [illegible] increpatores, et [illegible]. [illegible] quoque [illegible] suggestione [illegible] familiares nobis species assumunt, ut [illegible] inveniantes, [illegible] honestatis [illegible]. Impossibile [illegible] studium prædicant, ut dum onerosum esse videtur, quod cœptum est, ex desperatione tædium, et ex tædio succedat ignavia. Hos etiam Propheta missus a Domino luctuosa denuntiatione, sublimi voce increpat: Væ qui potat proximum suum subversione turbida. Hujusmodi enim exhortamenta, depravat [illegible] quod ducit ad cœlum.

39 Idcirco cum venisset Dominus [illegible] dæmones [illegible] (Vere etiam dicebant: Tu es Christus Filius Dei vivi) [illegible] clamabat, [illegible] nec illam [illegible] perversitatis [illegible] et ut nos ejus exemplo, etiamsi [illegible] suaderent, in nullo his commodaremus assensum: quia profecto non congruit nobis post libertatem a Domino concessam, et [illegible] præcepta vitalia, a diabolo vivendi [illegible] qui statum deseruit [illegible] Christi tenet [illegible] Propheta, et [illegible] Scripturis loquentem [illegible] peccatori dicit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? [illegible] etiam dæmones [illegible] Christianorum pectus [illegible]. Cumque ab universis fuerint repulsi [illegible]. Et Dominus quidem quasi Deus, et [illegible] majestatis, [illegible] increpabat; nos autem vestigiis Sanctorum [illegible] gradiamur.

gradiamur viam, qui memoratas subtilius fallacias pervidentes, canebant : Cum consisteret adversum me peccator, obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis. Et iterum : Ego vero tamquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum : et factus sum ut homo non audiens. Christus silentium ut Dominus imperavit, nos diabolo nihil credamus, et vincemus.

Psal. 38. 2 et 3. Psal. 37. 14 et 15.

40 Si orare compellunt, si jejunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes, mortem nobis intentare videantur, ridendi potius sunt quam timendi : quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Equidem de istis jam transitorie me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem affert repetitio cautelam.

Nec timendum, sed irridendum.

a *MSS. Lipat. et S. Maxim.* fœdere.

b *Advertant hic animum novatores, qui cum Flacco Illyrico in Catalogo testium veritatis lib. 2, non verentur scribere,* multa de Antonii luctis cum Satana legi; sed nusquam de Cruce : *cum minimum duodecies repetatur. Aut si contra cum Hospiniano, Sculteto, et Centuriatoribus supra citatis, insulsum hoc scriptum ideo arbitrentur, meminerint S. Hilarionem, a S. Antonio edoctum, teste S. Hieronymo,* contra dæmonum ludibria Christi Crucem signasse, *et* tum Crucis signa pinxisse in sabulo; *et* intumescens mare stetisse, *etc. Et* Pachomium signo Crucis frontem munientem exsufflasse in dæmonem, moxque fugatum esse.

Signum Crucis.

c *Alludit ad illud Jobi* 40. 20. An extrahere poteris Leviathan hamo? *ubi in Græco,* Ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ; Duces autem draconem in hamo? *Et ibidem :* Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis? *Plura de utroque hoc loco Rosweydus.*

CAPUT VII.

Alia monita de imbecillitate dæmonum.

Virtus dæmonum adventu Christi debilitata.

Adveniente Domino destructus est inimicus, et omne penitus ejus robur elanguit. Propter quod pristinæ virtutis memor, quasi tyrannus jam senescens, cum ruisse se videat, in perniciem grassatur humanam : nec tamen potest firmum Deo pectus, cogitationum et ceterarum fraudum arte pervertere. Nam luce clarius est quoniam adversarii nostri, cum nec humana carne sint septi, ut caussari valeant, idcirco nos a se non posse superari; *a* quia clauso ostio introire non valeant. Et revera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obserato introitu, iisdem negaretur accessus. Cum autem (ut diximus) hoc impedimento sint liberi, et obstructa penetrent, atque in omni licenter volitent aere, manifestum est, ob enervationem eorum, permanere Ecclesiæ corpus illæsum. Denique satellites impii cum principe suo diabolo, quem Salvator in Evangelio homicidam et patrem malitiæ ab initio fuisse firmat, nobis adversum se fortiter dimicantibus, nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata.

Joan. 8. 44.

42 Nam si mentior, *b* cur nobis satanas parcis, qui ubique discurris? Cur qui nullo clauderis loco, adversum te bene viventium et disputantium non potes labefactare constantiam? Sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere : aut credibile est te esse bonitatis magistrum, et favere magis optimus, quam nocere? Et quid tam carum tibi esse potest, quam lædere, maxime eos, qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundum quod scriptum est : Quia abominatio est pietas peccatori. Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus? quis tamen meditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadaver : scimus quia idcirco vivimus Christiani, et contra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es a Domino. Ideo de tuis confideris jaculis, quia minitationem tuam non sequitur effectus : quod si fallimur, cur cum terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi velle sufficiat. Is enim potentiæ mos est, non extranea fallaciæ adjumenta conquirere, sed sua virtute implere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Numquidnam verus ille Angelus contra Assyrios missus a Domino, aut populorum eguit societate, aut *c* sonitus quæsivit, aut plausus: et non potius tacitam exercens potestatem, centum octogintaquinque millia hostium, sermone velocius, juxta jubentis Domini prostravit imperium? Vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus.

Probatis continuo per ironiam S. Antonius.

Eccli. 1. 32.

4 Reg. 19. 35.

43 At dicet aliquis : Cur diabolus egrediens, Beati Job omnem in ruinam impulit domum? cur ejus opibus penitus dissipatis, parietum quoque fundamenta subvertens, unum numerosæ sobolis coacervavit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diri vulneris novitate percussit? Qui hoc opponit, audiat e diverso, non diabolum hoc potuisse, sed Dominum, a quo potestas adversum nos dupliciter datur; vel ad gloriam, si probamur; vel ad pœnam, si delinquimus. Quin potius ex hoc animadvertat, ne contra unum quidem hominem diabolum quidquam potuisse, si non potestatem accepisset a Domino. Nullus enim, quod suæ ditionis, est, ab alio deprecatur. Sed quid Job memoro, quem nec expetitum potuit vincere? sed nec contra jumenta quidem ejus, nec contra sues in Evangelio, sine concessu Dei proprium robur exercuit. Sicut scriptum est : Dæmones autem rogabant eum, dicentes : Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quemadmodum igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, et tam carum Conditori animal suo valebunt jure pervertere?

Job 1. 11.

Job 2. 7.

Tentatio permittitur vel ad gloriam, vel ad pœnam.

Matth. 8. 31.

44 Magna, dilectissimi, adversum dæmones arma sunt, *d* vita sincera, et intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto : pertimescit satanas recte viventium vigilias, orationes, jejunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem misericordiam, iræ dominatum, et præcipue purum cor erga Christi amorem. Novit teterrimus coluber, ex præcepto Domini sub justorum se jacere vestigiis, qui ait : Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.

Superantur dæmones viva fide, et sincera vita.

Luc. 10. 19.

45 Si autem et divinationem se habere simulantes, venturos Fratres nuntiaverint, et adfuerint quos venire prædixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus : ob id enim præcessere venientes, ut credulitas sibi pararetur ex nuntio, et postea aditus ex credulitate fallaciæ. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum, qui levitate naturæ per cuncta discurrunt, valeant prævenire gradientes; sed homines quoque equorum velocitate prævecti nuntient adfuturos. Non enim ea, quæ nondum fieri cœpta sunt, referunt, quia, Deus solus conscius est futurorum : sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tamquam fures apud ignaros vindicant notionem. Nam quantos nunc putatis, qui possint velocitate puerili istum cœtum nostrosque contra se sermones, ante relatum alicujus hic positi, longe manentibus indicare? Hoc quod dico vobis, perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a Thebaide aut alicujus regionis oppido cœperit proficisci, et hunc dæmones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere venientem. Ita et de *e* Nili inundatione solenni, cum multas in Æthiopia viderint pluvias, e quibus fluvius intumescens, ultra alveum effluere consuevit, præcurrentes ad Ægyptum, nuntiant amnis adventum. Hoc autem et homines, si illis celeritatis esset tantæ natura, facile nuntiarent. Ut enim speculator Beati David ad verticem loci celsioris adscendens, prior, quam hi qui in terra erant, prospiciens venientes, non quædam incerta de futuris, sed de his, qui venire cœperant, nuntiabat, sic et dæmones cura pervigili omnia considerantes, rapido cursu sibi invicem nuntiant.

Vanæ eorum prædictiones.

2 Reg. 18. 24.

46 Sed si forte contigerit, ut Dei nutu ad finem cœpta non veniant; hoc est, si aut viator e media regrediatur via, aut suspensæ nubibus aquæ ad alium

cœli

coeli cardinem deferuntur, tunc decipientium una cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis [illegible] his præsagiorum [illegible] apud delubra [illegible] quondam credebantur oracula, quæ adventu Domini nostri Jesu Christi [illegible] silentio [illegible] perdidere [illegible]. Quis [illegible] aut medicum ex observatione [illegible], cum [illegible] incendium de venarum pulsu, levi digitorum [illegible] attactu, divinum arbitratur [illegible]? Quis [illegible] navigationis [illegible] coeli sidera [illegible] venerabitur? Quis [illegible] aridis æstatis fervoribus aut [illegible] aquarum largitate vel frigore disputantem, non potius experientiæ laudat, quam Dei [illegible]?

47 Verum, ut concedamus paulisper veri [illegible] [illegible], respondete mihi, [illegible] est [illegible]? [illegible] laudatos, aut [illegible] est [illegible]? [illegible] vel [illegible]. Nullus [illegible] nostrum hanc arripuit vitam, ut [illegible] [illegible] futurorum, sed ut præceptis Domini [illegible] esse [illegible]. [illegible] est, non [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] deberemus [illegible] Domino postulare. Sed si forte aliquis [illegible] libenter [illegible], ut [illegible], habeat purum cor, quia credo animam Deo servientem, si [illegible] perseveraverit integritate [illegible] est [illegible] posse [illegible]. Talis erat [illegible] [illegible], per [illegible] virtutes [illegible].

[illegible]

CAPUT VIII.

Præcepta de discretione spirituum.

Nunc [illegible] ceteras [illegible] explicabo [illegible]. [illegible] Angelos [illegible] studium, [illegible] perseverant [illegible], futura [illegible]. Quos cum videritis, tunc vos quam [illegible] Crucis [illegible] signaculo, et coelestium [illegible] quod [illegible] tropæum [illegible] Salvator aereas [illegible] potestates, eas [illegible]. [illegible] et nostros [illegible], et [illegible] in pavore, et corpus horrore [illegible]. [illegible] fides Deo tuta fugat eos quasi [illegible].

49 Non est autem difficilis bonorum spirituum [illegible] per se Deo [illegible]. [illegible] Angelorum [illegible] non contenderunt neque [illegible] aliquis vocem eorum. Verum [illegible] gaudium, exultationem, [illegible] pectoribus infundunt, siquidem cum illis est [illegible] qui est fons et origo lætitiæ. Tunc [illegible] [illegible] turbida, sed [illegible] placida Angelorum [illegible] cernitur, tunc anima coelestium [illegible] [illegible] flagrans, [illegible] humano corpore [illegible] et membris [illegible] mortalibus, cum [illegible] [illegible] abire, festinat ad coelum. Horum tanta benignitas est, ut si quis [illegible] [illegible] humanæ, nimio fuerit eorum fulgore [illegible] [illegible] continuo ex corde auferant metum. Ita [illegible], cum Zachariæ loqueretur in templo, et Angeli cum divinum Virginis partum pastoribus nuntiarent, et qui Domini corpori [illegible] bus, [illegible] se [illegible] ostendentes, ne metuerent, imperabant. Metus enim non tantum ex [illegible], quantum ex magnarum rerum sæpe [illegible] aspectu. Pessimorum vero vultus truces, sonitus [illegible], [illegible] plausus motusque [illegible] adolescentum vel latronum [illegible] bus contestatur timor animæ, [illegible] torpor [illegible], [illegible] Christianorum, [illegible] mœror et [illegible], [illegible], luctus [illegible], cupido [illegible], [illegible] virtutis, cordis hebetatio.

50 Si igitur post timorem [illegible] conceptum, successerit gaudium, et ad Deum fiducia atque ineffabilis caritas, venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ, præsentis majestatis indicium est. Sic [illegible] et Abraham Patriarcha videns Deum, gavisus est; et Joannes cum Mariam supervenisse sentiret, [illegible] ventris hospitio universitatis gestabat parentem, exultavit necdum natus in gaudium. Si vero [illegible] permanserit, hostis est qui videtur: quoniam nec removere novit, ut Gabriel paventem Virginem, nec ut non timeretur, jubet, sicut pastores [illegible] sunt, [illegible] [illegible], et usque [illegible] impietatis [illegible] ut sibi homines [illegible], impellat. [illegible] gentilitas, Dominicæ interdictionis ignara, [illegible] est. Christianorum [illegible] passus est Dominus, qui diabolum in Evangelio audacter sibi [illegible] omnium præsumentem repulit, dicens: [illegible] Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Horum [illegible] est tributa, quia [illegible] est talis, ut [illegible] tentamentorum Auctoris nostri frangeretur eloquiis.

51 Illud quoque, [illegible], admoneo, ut vitæ magis sit vobis, quam signorum sollicitudo. Nullus ex vobis [illegible] aut [illegible] [illegible] facere non possunt. Conversationis [illegible] vita et [illegible] perfectio [illegible], convenit, et implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ parvitatis, sed Domini potestatis, [illegible], in Evangelio ait: Ne gaudeatis quia dæmones vobis subjecti sunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in coelis. [illegible] in libro vitæ [illegible] testimonium [illegible] virtutis et meriti [illegible] Salvatoris est. Unde his, qui non in vitæ laboribus, sed in prodigiis exultabant, dicentibus: Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? respondebat Dominus: Amen dico vobis, [illegible] discedite a me, operarii iniquitatis. Non enim novit Dominus vias [illegible]. Hoc ergo [illegible] postulemus, ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere, quia, secundum sententiam Scripturarum, omni spiritui non credamus.

[illegible]

CAPUT IX.

Superiora monita exemplis Antonii tentationum confirmata.

Videar tamquidem [illegible] sermonem, et silentio premere [illegible] parvitati, sed ne [illegible] frustra commemorasse, quæ evenire non possent, [illegible] tamen [illegible] mentis est inspector, novit non [illegible]

Auctore S. Athanasio.

me caussa jactantiæ, sed vestri gratia profectus hoc facere) pauca replicabo de plurimis. *a* Quoties me nimiis laudibus efferre conati sunt, cum a me in nomine Domini maledicta reciperent? quoties augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cum a me audirent : Et hoc ad vestram quid pertinet curam? quoties minitantes ut milites armati, scorpionibus, equis, belluis, et variis serpentibus circumdederunt me, et domum, in qua eram, repleverunt, cum ego e contra psallerem : Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Et statim misericordia Christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt : Venimus, Antoni, nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicere, orabam, et dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autem paucos, cum coram me psallerent, et de Scripturis sibimet sermocinarentur, ego tamquam surdus non audiebam. Commoverunt aliquando *b* monasterium meum, et ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserunt : et me psallente, sonus eorum in voces flebiles vertebatur.

a S. Antonius dæmones repellit contemptu, — Psal. 19. 8. psalmodia, — b

53 Creditisne, filioli, quod dicturus sum vobis? Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutem et providentiam ausus est dicere, et ait ad me : Quid vis, ut a me tibi donetur, Antoni? At ego *c* sputaculum maximum in os ejus ingeminans, totum me in eum Christi nomine armatus, ingessi : et statim ille procerus aspectu inter medias manus exolevit. Jejunanti etiam mihi visus est ut monachus : et panes offerens, his sermonibus suadebat ut vescerer, et huic aliquid indulgerem corpusculo : Et tu, inquit, homo es, et humana fragilitate circumdaris : labor paullulum conquiescat, ne ægritudo subrepat. Illico luridam faciem serpentis agnovi : Et cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tamquam per fenestram fumus laberetur, evanuit. Auri quoque decipulam mihi in deserto frequenter tetendit : quod ideo offerebat, ut aut visu irretiret me, aut tactu commacularet. Sæpe quoque me a dæmonibus non denego verberatum. Canebam autem sic : Nullus me separabit a caritate Christi. Ad cujus vocis auditum, in se invicem defurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait : Vidi satanam quasi fulgur cadentem de cœlo. Hæc ergo, filioli, Apostolici memor eloquii, in me transformavi, ut propositum vestrum nec dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolveret.

consputatione, — c — recursu ad Christum, — Rom. 8. 35 — Luc. 10. 18 — 1 Cor. 4. 6.

54 Sed quoniam ob vestram utilitatem multa memorando, insipiens factus sum; et hujus rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram esse nullus ambigat audientium. Pulsavit aliquando dæmon monasterii ostium : egrediens, video hominem enormi sublimitate, porrectum caput usque ad cœlum. Cum ab hoc, quisnam esset, inquirerem, ait : Ego sum satanas. Et ego : Quid, inquam, hic quæris? respondit : Cur mihi frustra imputant monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? Et ego : Juste faciunt : tuis enim frequenter molestantur insidiis. At ille ait : Nihil ego facio, sed ipsi se *d* invicem turbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo : Nonne legisti : *e* Quia defecerunt inimici frameæ in finem, et civitates eorum destruxisti? En nullum jam habeo locum, nullam possideo civitatem, jam mihi nulla sunt arma : per omnes nationes cunctasque provincias Christi personat nomen : solitudines quoque monachorum stipantur choris. Ipsi se, quæso, tueantur, et me sine caussa non lacerent. Tunc ego Dei gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum : Non tuæ veritati, quæ nulla est, tam novam et tam inauditam adscribo sententiam. Nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim *f* Jesus tuas funditus subruit vires, et honore nudatus Angelico, volutaris in sordibus. Vix dum verba compleveram, et ille sublimis aspectu Salvatoris nominatione dejectus est.

Dæmon ad cœlum usque porrectus — d — e Psal. 9. 7. potentiam Christi inctus confitetur — f ipso Jesu nomine evanescit.

a *De omni ejusmodi vexatione diabolica præclare disserit Thyræus noster.* b *Græce* τὸ μοναστήριον, *quod de* castello deserto, *in quo solus viginti annis vixit, intelligendum. Ita S. Hieronymus in vita* S. Pauli Eremitæ *cellam, ubi solus hic degebat, et montem interiorem, in quo S. Antonius cum duobus discipulis erat,* monasteria *appellat. De monasterio unius monachi Cassianus Collat.* 18, *cap.* 6 *et nos alibi.* c *MSS. quædam* Sputa quam maxime in os ejus ingeminans. *Græce* : Ἐγὼ δὲ τότε μᾶλλον ἐνεφύσησα κατ' αὐτοῦ, Ego vero tum magis contra eum insufflavi. *Evagrius videtur legisse* ἐνέπτυσα, insputavi. d *Pereleqante homilia probat S. Joannes Chrysostomus,* Neminem lædi nisi a seipso. e *Andreas Cæsariensis Episc. sermone* 12 *in Apocalypsim* : Pristinæ diaboli vires, *inquit,* post Christum passum sunt diminutæ, et quasi fractæ; ut ipsi B. Antonio confiteri non erubuit, illud Prophetæ in se impletum ostendens : Inimici frameæ defecerunt in finem.

f *S. Hilarion,* diabolica illusione advectam cernit rhedam ferventibus equis super se irruere, cumque inclamasset Jesum, ante oculos ejus repentino terræ hiatu pompa omnis absorpta est. *S. Hieronymus in ejus vita.*

CAPUT X.

Peroratio et fructus Exhortationis.

Quæ ergo jam, a filioli, poterit residere cunctatio? quæ trepidatio manebit ulterius? Quis nos eorum turbo poterit convellere? Securæ sint animæ singulorum : non sibi fingat cogitatio vana discrimina : non aliquis timeat a diabolo sublatum ad præcipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas : Dominus enim, qui nostros prostravit inimicos, manens, ut promisit, in nobis, a variis nos satanæ munivit incursibus. En ipse diabolus, qui hujusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur, jam curæ Christianorum et monachorum sit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus præbeantur. Nam quales nos et nostras repererint cogitationes, tales se nobis præstare consueverunt. Et si quod in pectoribus malæ mentis et pavoris semen invenerint, quasi latrones qui deserta *a* obtinent loca, cœptos cumulant timores, et crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam.

Joan. 14. 20 — non timendus dæmon: — a

56 Si autem alacres fuerimus in Domino, et futurorum bonorum cupido nos succenderit; si semper omnia manibus Dei committamus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere ; magis enim, cum munita in Christo corda conspexerint, confusi revertentur. Ita et Job firmatum in Domino diabolus refugit : Et infelicissimum Judam expoliatum fide, vinculis captivitatis innexuit. Una est ergo ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis, et animæ Dominum semper cogitantis jugis recordatio : quæ dæmonum ludos quasi fumum expellens, persequetur adversarios potius quam timebit. Non est enim nescius satanas ignium futurorum, et æstuantis gehennæ copiosa novit incendia.

qui vincitur fiducia in Deum, — lætitia spirituali, præsentia Dei,

57 Sed ut mea jam claudatur oratio, illud in finem commemoro : Cum aliqua se vobis obtulerit visio, audacter requirite, quis sit ille, et unde venerit : ac sine mora, si Sanctorum fuerit revelatio, Angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si vero diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percunctationibus evanescet : quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est et unde. Sic et Nave filius auxiliatorem suum interrogando cognovit : nec Danielem percontantem latere potuit inimicus.

et audaci securitate interrogantis — Josue 5. 13. Dan. 10.

58 Postquam Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis, in aliis virtutis cupido exardescebat, in aliis infirma refovebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio : simulque universi, cum jam dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum, quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tamquam tabernacula, plena *b* divinis choris psallentium, legentium, orantium : tantumque jejunandi et vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo ejus afflaverat, ut futuræ

Discipuli ab Antonio solide instructi — b

futurae spei aviditate, ad caritatem mutuam et misericordias indigentibus exhibendas jugi studio laborarent: qui infinitam regionem quasi aliam, et oppidum a mundana conversatione sejunctum, plenum pietatis et justitiae videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens, quis videns illum [illegible] coetum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium et certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem: Quam bonae domus tuae Jacob, tabernacula tua Israel tamquam nemora obumbrantia, tamquam paradisus super fluvios, tamquam tabernacula quae fixit Dominus, tamquam cedri circa aquas!

59 Dum haec ita geruntur, quibus in dies beatae vitae studium cresceret, Antonius mansionum in caelo [illegible], et praesentis vitae [illegible] quasi parva essent quaecumque jam gesserat, [illegible] a Fratribus instituebatur. Cumque cibum sive [illegible] sive somnum indulgere corpori [illegible] necessitates cogeret humana conditio, tanto afficiebatur pudore, quod tantum animae [illegible] corporis [illegible]. Nam [illegible] cum Fratribus sedens, cibo qui fuerat appositus, memoria escae spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen, utpote homo, saepe solus, saepe cum Fratribus. Et cum haec mira (ut praediximus) ageret, [illegible] magnopere corpori [illegible], dicens, nec corpus esse penitus [illegible], ne [illegible] voluntatem Creatoris [illegible]. Et [illegible] animae [illegible], ne vitiis superata corporeis, [illegible] tenebras traderetur [illegible]. [illegible] Apostolus Paulus ad tertium caelum sublevaret. [illegible] a Salvatore praeceptum, in quo [illegible] animae vestrae [illegible], nec corpori quid vestiamini, [illegible] gentes quaerunt: vester autem Pater [illegible] omnibus. Quaerite ergo primum [illegible] Dei [illegible], et haec omnia adjicientur vobis.

[illegible]

CAPUT XI.

Desiderium martyrii. Miracula

H[illegible] rebus [illegible], cum persecutio [illegible] Maximini furore [illegible] Ecclesiam, [illegible] Martyribus Alexandriam perductis, [illegible] monasterio [illegible] Christi [illegible] Pergamus [illegible] Fratrum [illegible], ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus [illegible]. Et [illegible] Martyr [illegible], [illegible] aliis [illegible], et sociari Confessoribus [illegible] constantis, [illegible] cum libertate et [illegible] terrore [illegible], [illegible] exultans, quasi ipse [illegible], usque ad locum [illegible] prosequebatur.

61 Quod [illegible] Judex, [illegible] Antonii [illegible] constantiam, praecepit nullum [illegible] aut [illegible] in civitate [illegible]. Et [illegible] Antonius autem impavidus, neglecto [illegible] ependyten suum. Et alia [illegible] praeteriret Judicem, [illegible] flagrans cupiditate martyrii [illegible] contemptorem poenarum et [illegible] Christianis animum perseverare debere, intantum, ut contristaretur, quia volenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrum, servavit Antonium: ut institutum (sicut dictum est) monachorum non solum oratione ejus, sed et [illegible] firmaretur. Numquam tamen [illegible] Confessorum vestigiis separatus est, quin [illegible] circa eos cura et caritatis vinculis colligatus, [illegible] patiebatur [illegible].

62 Postquam autem persecutionis turbo fluxerat, et beato Episcopo Petro jam ob martyrii gloriam coronato, ad pristinum monasterium regressus, quotidianum fidei ac conscientiae martyrium merebatur, [illegible] se [illegible] vigiliis [illegible] vestimento [illegible] intrinsecus, desuper pellicio tegebatur, numquam corpus lavans, numquam pedibus sordes abluens, nisi cum per aquas [illegible] necessitas [illegible] pulisset. Nullus denique Antonii corpus nudum, antequam moreretur, umquam vidit.

63 Quodam autem tempore, cum ab omnium se amovisset oculis, et clauso monasterio neminem [illegible] reciperet, Martinianus militum praepositus, cujus filia [illegible] spiritus infestatione [illegible] quatiebatur, [illegible] subveniret, et exiens Deum pro filia precaretur. Tum ille aperire quidem noluit, prospiciens vero desuper [illegible]: O homo, quid meam [illegible] clamore? [illegible] et ego sum, et [illegible] fragilitatis. Si autem credis in Christum, cui deservio, vade et secundum fidem tuam [illegible] Deum, et sanatur filia tua. Confestim ille credens [illegible]. Et invocato Jesu, filiam reduxit incolumem.

64 Multa et alia [illegible] per illum Dominus operatus est, et [illegible] in Evangelio, [illegible] Petite, et dabitur vobis, [illegible] merebatur accipere, [illegible] negavit. Nam plures [illegible] monasterii [illegible] dormientes, [illegible] Christum precibus curabantur.

[illegible]

CAPUT XII.

Secessus ad interius desertum. Tentationes

H[illegible] multitudinem [illegible], timens [illegible] aut sibi [illegible] cogeret aestimare, ad [illegible] Thebaidem [illegible] cogitavit, ubi [illegible] ignosceret. Et [illegible] sedebat super flumen [illegible] ad eum desuper facta est, dicens: Antoni, quo pergis, et quare? At ille [illegible] Thebaidem [illegible] Et vox ad illum [illegible] sustinebis laborem. [illegible]

vade nunc ad interius desertum. Cumque Antonius diceret : Quis mihi locum avium poterit ostendere? ignarus enim sum locorum : confestim ei is qui loquebatur, Saracenos indicavit, qui mercandi gratia ad Ægyptum venire consueverant. His appropinquans Antonius, rogavit ut se pariter abducerent in desertum. Nullus obnisus est, sed tamquam a Deo missum comites suscipientes, amplexi sunt ejus societatem.

66 Tribus autem diebus et noctibus itinere confecto, invenit *e* montem valde excelsum, ad cujus radices fons aquæ dulcis labebatur, et campus haud magnus totum ambiens montem, qui palmis perpaucis, et his neglectis, consitus erat. Hunc Antonius locum, quasi a Deo sibi offerretur, amplexus est. Is enim erat, quem sibi ad fluminis ripam sedenti, qui loquebatur, ostenderat. Et primo quidem accipient a comitibus panes, solus remansit in monte, nullo alio cum eodem conversante : quasi propriam enim domum agnoscens, habebat locum illum. Saraceni quoque videntes ejus fiduciam, optato per eum transitu, panes eidem cum lætitia deferebant, necnon palmarum, licet mediocri, attamen aliquanto solatio refovebatur.

67 Exinde cum Fratres agnito loco, tamquam ad patrem filii, sollicite alimenta transmitterent; videns Antonius, quod ob *f* suum refrigerium multis onerosus labor indiceretur; et parcens etiam in hoc monachis, rogavit unum de advenientibus, ut sarculum sibi cum *g* bis-acuto et frumento deferret. Quibus allatis, circumiens montem, haud grandem, culturæ aptum reperit locum, ad quem derivata *h* aqua desuper poterat influere : ibique seminavit atque exinde annuum sibi panem laborans, gaudebat, quod sine cujusquam molestia ex propriis manibus viveret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cœpissent, misertus est lassitudini eorum, et olus in parvo terræ cespite coluit, ut post asperum iter aliquo venientes solatio refoverentur.

68 Hoc Fratrum refrigerium et parvulam messem *i* bestiæ propter aquas illuc convenientes, depastæ sunt : e quibus unam apprehendens dixit omnibus : Cur me læditis, nihil a me lesæ? abite, et in nomine Domini ne huc appropietis ulterius. *k* Quis credat, post hanc denuntiationem quasi timentes; numquam illuc bestias appropinquasse? Sic Antonio impenetrabilia montium et deserti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes Fratres magnis vix precibus extorserunt, ut olivas et legumen et oleum, quod post menses aliquot ministrabant, dignaretur accipere, et senili modicum laxaret ætati.

69 Proh! quantas ibi conversatus expertus est luctas! vere, secundum quod scriptum est, non illi adversus carnem et sanguinem fuisse colluctationem, sed adversus principatus et potestates, ab his, qui ad eum ingrediebantur, agnovimus. Illi enim tumultus et voces populi, armorumque sonitus, prorsus plenum montem dæmonum multitudine se vidisse referebant : ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem et fortiter colluctantem. Qui tamen et advenientes suo refovebat *l* hortatu, et flexis genibus, armis quoque orationum omnem satanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est, in tam immani solitudine, unum hominem nec dæmonum quotidianas expavisse congressiones, nec tantarum bestiarum, quadrupedum sive serpentium, diversæ cessisse feritati. Juste David cecinit : Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum. Immobilem et tranquillam retinens animi firmitatem, et dæmones fugabat, et feras (sicut scriptum est) secum pacificabat. Sed et diabolus, ut supra dictus Propheta ait, observans eum, frendebat dentibus suis : et ille Salvatoris auxilio, ab universis tutus perseverabat insidiis. Quadam ergo nocte cum pervigil Antonius obsecraret Dominum, tantos in monasterium ejus bestiarum greges coacervavit, ut omnes eremi belluas circum se adspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori minitarentur, intellexit hostis astutias, dixitque : Si a Domino in me vobis est tributa licentia, devorate concessum : si autem dæmonum huc venistis impulsu, quantocyus abite, quia Christi famulus sum. Ita factum est, et cum jubentis voce omnis bestiarum multitudo, quasi majestatis verbere cæderetur, aufugit.

70 Non multi post hæc fluxerant dies, et alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo (nam semper, ut venientibus pro his quæ sibi detulerant, aliquod munusculum rependeret, laborabat) traxit quidam sportellæ, quam texebat, *m* tricinam sive funiculum. Ad cujus motum exurgens, vidit bestiam pubetenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in asinum finiebatur. Post cujus adspectum, vexillum Crucis in fronte sua pingens, hoc tantum ait : Christi servus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spatium, et statim informe prodigium dicto ocyus cum satellitum turba fugit, et in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem explosi mors atque enecatio prodigii, dæmonum erat communis interitus : qui omni studio laborantes, Antonium a deserto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda succedunt.

a *MS. Ripat.* congestio. b *De duplici Thebaide*, § 1.

c *Ut in superiorem Thebaidem navigaret. Idem* S. Athanasius *fecit in vita S. Pachomii.* d *Græce* Βουκολία. *S. Hieronymus in vita S. Hilarionis ait* ea loca Ægypti Bucolia vocari, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum et ferox natio. Βουκολία *ab his diversa, apud Heliodorum, quæ Bucolus in vita S. Marci, non procul ab Alexandria : unde Bucolici milites Capitolino in Marco Antonino, ut in Onomastico Rosweydus.*

e *Eum montem ad mille circiter passus sublime assurgentem describit S. Hieronymus in vita S. Hilarionis, citatus* § 2.

f *Græce*, προφάσει ἄρτου, prætextu panis, *scilicet ferendi.*

g *Græce* δίκελλαν καὶ πέλεκυν καὶ σῖτον ὀλίγον ligonem, et bipennem, et modicum frumenti. *Rosweydus*, sarculum cum bis-acuto et frumento : *annotatque* bis-acutum *absolute poni pro* bipenni, seu ancipite securi, aut ferramento rustico utrinque incidente. *In vita Frontonii dicuntur monachi* detulisse ad eremum parva olerum semina, et bis-acutos, parvosque sarculos. *S. Hilarioni post Antonii obitum ostenderunt discipuli* sarculum, *quem* ad fodiendum terram pluribus annis habuit. *Ita S. Hieronymus.*

h Hanc piscinam, *inquiunt iidem*, ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. *Similem Ægyptiorum, in retinendis post Nili inundationem aquis, industriam exponit Strabo lib.* 17.

i *S. Hieronymus in vita S. Hilarionis hæc ita narrat.* Postquam S. Hilarion et Isaac in hortulum venerant : Videtis, inquit Isaac, hoc pomarium arbusculis consitum et oleribus virens? Ante hoc ferme triennium, cum onagrorum grex hoc vastaret, unum e ductoribus eorum stare jussit, baculoque, tundens latera : Quare, inquit, comeditis, quod non seminastis? Et exinde, exceptis aquis ad quas potandas ventitabant, numquam eos nec arbusculas nec olera contigisse. k *Rosweyd.* quis non credat?

l *MS. Rip.* oratu. m *Quidam MSS.* sportellam tridenam, *quædam editiones*, tritiam vel triciam, *forte a tricis dicta* tricina *aut* trichina τρίχινος, *quasi e pilis textus funiculus. Græce* σπυρίδος τὸν σχοῖνον, funiculum operis.

CAPUT XIII.
Visitatio priorum monasteriorum.

a Non grande post ista tempus excesserat, et tantarum victoriarum homo Fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus, ut eos dignaretur invisere, una cum his profectus est, impositis camelo aqua et panibus : quia nusquam, præter monasterii locum, ex quo hauserant, potabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt. Ardor nimius, æstus intolerabilis, mortem cuncta minitantur. Circumeunt, et quærunt saltem collectam ex pluviis lacunam : nihil prorsus remedii, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus et ipse æstuans dimittitur, æstuantis pectus exuritur, et sitis desperatione fervescit. Movit senem fratrum secum commune discrimen, et vehementissime contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens, paullulum ab eis recessit : ibique genibus fixis, supplices manus tetendit ad Dominum. Nec mora, et ad primas rogantis lacrymas, in orationis loco fons ebulliens erupit, ibique extincta sitis, et arentia membra refecta sunt, et plenis utribus inventum potant camelum. *b* Ita enim casu evenerat, ut camelus errans pe-

per eremum, dum funiculum trahit, in quodam lapide ejusdem alligatione funiculi teneretur.

72 Tandem confecto itinere ad monachos, qui invitaverant, pervenit. Tunc vero quasi patri omnes obviam occurrunt, et honorifico salutu in oscula ejus et amplexus certatim ruunt. Preposito ferventi gaudet Antonius, et lætantibus de adventu suo cunctis, quasi exenia de monte portans, spiritualia impertitur alimenta. Laudat veterum studia, *d* hortator novorum. Sororem quoque jam vetulam *e* Virginem videns, et aliarum puellarum magistram, mira exultatione sustollitur. Exinde, quasi diu abesset ab eremo, rursum festinavit ad montem.

73 Plurimis jam ad illum venientibus, cum etiam vexati a dæmonibus, modo necessitatis coacti, auderent deserta penetrare, quos ille consolans, et monachis in commune præcipiens, aiebat: Credite in Jesum, fideliter mentem a malis cogitationibus, carnem ab immunditiis servare puram, et juxta eloquia divina, ne seducamini in satietate ventris. Fugite vanam gloriam, orate sæpissime, psallite vespere, et mane, et meridie, et mandata Scripturarum revolvite. Recordamini gestorum, quæ Sancti quique fecerunt, ut ex eorum memoria animam incitet ad virtutem, refrenet a vitiis. Suadebat etiam jugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait: Sol non occidat super iracundiam vestram. Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur, sed et super omnia delicta hominum, ne peccati conscientiam nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol, testes discederent.

74 Illius quoque admonebat præcepti memores esse, quod dicit de his: Dijudicate vosmetipsos, et probate; ut rationem diei noctisque facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent; sin autem nullus error decepisset, perseverantes insisterent potius incepto, quam arrogantia tumidi aut alios contemnerent, aut sibi justitiam vendicarent, juxta supradicti Doctoris eloquium dicentis: Nolite judicare ante tempus; magis debere eos Christi, cui sola occulta patent, reservare judicio. Multas esse (ut scriptum est) vias, quæ videntur hominibus justæ, sed fines earum ad profundum respicere inferni: sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe deceptos aliud esse gestorum, aliud esse Domini ... judicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium judicat arcanis. Æquum autem esse ... nobis compati, et invicem onera nostra portare ... ut ... Salvatori, proprias conscientias nosmetipsos judicantes intueremur.

75 Necnon dicebat *f* magnum esse ad virtutem viam, si singuli vel observarent quod gererent, vel universas mentium cogitationes Fratribus referrent. Nec enim posse aliquem peccare cum relaturus esset ad alium quæcumque peccasset, et subire pudorem, in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem, coram alio audere peccare: etiamsi peccet, tamen testem vitare peccati, mentiri magis et negare, et vitiis delictum novo ... augere ... Idcirco quasi sub oculis, aiebat, nostris, et cogitatu ... omnia referre ... faciamus ... magis, si peccata nostra fateantur ... ordinem ... Talis ... *g* ... et ... membra ... ad præsentiam ceterorum, ita et nos ... ad litteras, si hæc agamus. Hanc virtutis ... viam, et corpora mentibus subjugantes, ... diaboli conteramus insidias.

d [illegible]

[illegible]

Rosweydi, *d* MS *Ita*, hortatur. *e* S. Chrysostomus homilia 8 in Matthæum ostendit etiam feminas hoc saculi Philosophiæ genere excelluisse. Vide etiam S. Basilium 9 Januarii. S. Pachomius quoque sorori ... Virginibus monasterium ... tempore extruxit ... Vide ... S. Antonii monitio, legitur apud S. ... lib. 1, cap. 13. *g* Rosweyd. Sic unctianus, quæ ... MSS. ... restituit cum antiquiores editiones haberent ... conscientiæ.

CAPUT XIV.

Energumenorum liberatio. Absentium notitia.

Talibus sermonum hortamentis et venientes ad se monachos incitabat ad studium, et patientibus condolebat, pluresque eorum Dominus per Antonium liberavit. Nunquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmuravit: magis autem eodem semper animo et vultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis, ut correptionem, qua vexabantur, patientius ferrent: non enim Antonii aut cujusquam omnino hominum hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui et quibus vellet, et quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione sua et vexatos æquanimiter ferre tentationem, et jam liberatos, non sibi, sed Deo gratias referre docebat.

77 Fronto autem quidam, ex *a* Palatinis, qui infestissimo dæmonio vexabatur, (nam et linguam ejus laniabat dentibus, et oculorum mitebatur lumen exstinguere) perrexit ad montem, rogabatque beatum senem, ut pro se Dominum rogaret. Oravit Antonius, dixitque ad eum: Vade, et curaberis. Illi incredulo sibi, et violenter ibidem contra præceptum remoranti, eadem geminabat Antonius, dicens: Hic curari non poteris: egredere, et cum ... Ægypto statim te misericordia Christi consequetur. Tandem credidit, et profectus est, ac visa Ægypto, secundum professionem senis, quam ei Dominus oranti revelaverat, infestatio cessavit inimici.

78 Virgo vero quædam, *b* quæ de Busiris Tripolitanæ regionis civitate ibidem erat, inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta oculorum lacrymæ, aurium putridus humor in terram cadens, confestim in vermes vertebantur. Augebat calamitatem corpus paralysi dissolutum, oculos quoque perversos contra naturam habens. Hanc parentes ejus deferentes, cum ad Antonium monachos ire didicissent, credentes in Dominum, qui per ... sanguinis fluxum in Evangelio tactu fimbriæ stare præceperat, rogaverunt, ut in societate filiæ commitarentur suæ pergentes. Illis annuentibus eam usque ad Antonium perduxere, remansere parentes ejus foris, cum filia ... apud beatum Confessorem et monachum Paphnutium, qui *d* effosso pro Christo oculo sub ... Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur. Pervenerunt igitur ad Antonium monachi, cumque de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorum senis sermo prævenit, et omnem debilitatis et itineris usque ad S. Paphnutium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autem eum monachis, ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non concessit, sed ait: Ite, et invenietis puellam, si non est mortua, curatam. Et adjecit: Nullus debet ad me ... venire, qui ... non est humanæ ... sed Jesu Christi, qui ... que in se ... præstare ... auxilium. Quapropter et illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est: et ... ad Dominum ... fuit ... *f* ... sanitatis ejus ... est. Et ... verba ejus ... reclamat se ... Nam ... venientes ... et filiam ... sospitem, et parentes ... repererunt.

79 Non multis cæteris post istos diebus, cum duobus Fratribus cuntibus ad Antonium ... in itinere defecisset, et unus sitii mortuus, alter jacebat in terra mortem exspectans, Antonius sedens in monte, cele-

Victoria S. Athanasio

Multos dæmoniacos liberat S. Antonius

eodem semper vultu et animo

a

Curatum senatorem jubet ... ire

b

Ita ... ut ... morbis ... aruit

Matt. ... 20

c, d

e

... ad S. Paphnutium

... S. Antonius ...

f

Auctore S. Athanasio. *Fratrem siti torqueri absens cognoscit,*

riter ad se duos monachos vocat, qui forte ibidem sunt reperti : et festinato præcepit, ut lagenam aquæ assumentes, invaderent iter, quod ducit ad Ægyptum, dixitque : Unus e Fratribus huc advenientibus modo migravit ad Dominum; alter, si non succurreritis, addetur : hoc enim mihi nunc oranti revelatum est. Sic ait; et juxta præceptum ejus monachi festinantes, extinctum corpus inveniunt, terraque id operientes, alterum refocillatum suo junxerunt comitatui, erat autem spatium itineris unius diei. Fortasse aliquis quærat, Cur non antequam moreretur, Antonius dixerit? incongruo prorsus Christianis argumento : quia non Antonii, sed Dei judicium fuit, qui et de recedente, quam voluit, sententiam tulit, et de sitiente revelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quod in monte remotissimo sedens, corde pervigili cuncta procul posita, Domino indicante, cognosceret.

curatque refocillari

Videt Ammonis animam in cœlum vehi,

80 Alio rursus in tempore, cum sederet in monte, et oculos subito tetendisset in cœlum, vidit nescio quam animam, lætantibus in ejus occursum Angelis, ad cœlum pergere. Cujus spectaculi novitate stupefactus, beatum dixit Sanctorum chorum : oravitque ut sibi rei præsentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est, inquiens istam esse *g* Ammonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandævus, qui perseveranter a pueritia usque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim a Nitria locus, in quo sedebat Antonius, dividebatur. Videntes autem eum monachi admirantem, qui venerant, deprecati sunt, ut caussam hilaritatis ediceret. Quibus ait, modo Ammonem quievisse : quem propter frequentem ejus ad Antonium commeatum, et propter celebritatem indultorum ei a Domino signorum optime noverant. De quibus etiam hoc unum dicendum est : Necesse ei fuit aliquando flumen nomine *h* Lycum subitis aquis inundatum transvadare : rogavitque *i* Theodorum, qui cum ipso erat, ut paullulum a suo separaretur adspectu, ne nuditatem corporis invicem uterque conspicerent. Recessit Theodorus : nihilominus ille seipsum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem eum, in alteram ripam virtus divina transposuit. Rursusque Theodorus, vir et ipse Deo devotus, transiens ad senem mirari cœpit, quod tam velociter fluvium transvadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nulla in vestibus ejus aquæ signa conspiceret, rogavit eum, ut tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus est pedes ejus, juravitque non se dimissurum, priusquam sibi id, quod celabat, referret. Videns ergo senex contentiose vincere volentem Fratrem, exegit vicissim ab eo, ut nulli hoc ante suam mortem indicaret : atque ita confessus est se subito in alteram ripam fuisse transpositum, neque vero omnino undis impressisse vestigia : Dominici corporis hoc tantummodo privilegium asserens, et eorum quibus ipse, ut Apostolo Petro, donaverit, ut aquarum levitati humanum corpus insisteret. Hæc autem Theodorus promisso tempore non dixit, post ejus mortem retulit. Monachi vero, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notaverunt diem : et venientibus de Nitria Fratribus post dies triginta, sciscitantes, repererunt illo die illaque hora dormisse Ammonem, qua animam ejus ferri senex viderat : utrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodo rei tam longe gestæ statim ad eum fuisset perlata cognitio.

idque Fratribus indicat.

Ammon pudicitiæ amans

ultra Lycum divinitus transponitur

Matth. 14. 28.

Visi ais Antonii veritas cognoscitur

a MS *Regat.* Palatinis. b MSS. S. *Maximini et Regat.* Quia [illegible] Tripoli [illegible] civitate [illegible] *Laodiceam* [illegible] [illegible] *Roswe-* [illegible] S. Paphnutio [illegible] *Martiano et* [illegible] 11 *Septemb.* [illegible] 7. dextero effosso oculo [illegible] effosso oculo [illegible] Maximino [illegible] 11 *Sept.* [illegible] S. *Paphnutio* [illegible] [illegible] *Paphnutiorum intexta.* f *Ita MSS. at Rosweydus,* præscientia.

In MSS. ubique

g *MSS. fere ubique* Ammon, [illegible], *et Græce* [illegible], *et* [illegible]. *Idem refert auctor Vitæ S. Pachomii de* Ammone, *Ruffinus, Palladius, Socrates, et Sozomenus* § 9. *citati, Nicephorus lib.* 8, *cap.* 41, *aliusque. Colitur IV Octob.* h *Ruffinus* Nilum *scribit, at* Lycum *cum S. Athanasio, Sozomenus, Nicephorus, et Palladius, qui addit:* Hunc Lycum fluvium ego cum metu pontone aliquando transmisi, est enim fossa et derivatio magni Nili. *Nicephorus etiam* Lycum, fossam *vocat.* i *De eo egimus 7 Janu.*

S. Ammon.

Lycus fl.

CAPUT XV.

Donum curationum, animarum status.

Archelaus quoque Comes, cum eum invenisset in exteriori monte, rogavit ut oraret pro Polycratia, *a* quæ in *b* Laodicea erat, admirabili et Christo dedita Virgine. Patiebatur enim pessimos stomachi et lateris dolores, quos jejuniis nimiis vigiliisque contraxerat, et erat penitus toto debilis corpore. Oravitque Antonius : et diem, quo oratio fuerat facta, annotavit Archelaus. Redit Laodiceam, et invenit virginem incolumem. Percontatus diem sanitatis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere. Et omnes admirati sunt, agnoscentes eo tempore illam a Domino fuisse a doloribus liberatam, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem Salvatoris invocaverat.

Polycratia virgo Antonio orante curatur absens

82 Sæpe etiam a se venientium ante dies et menses, et caussas prædixit et tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa a dæmonibus corpora pertrahebant : nemo tamen unquam vexationem aut detrimentum laboriosi itineris conquestus est : regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat, non suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, sed Domini, qui sui *c* notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.

Omnes ab Antonio læti regrediuntur.

83 Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora monasteria, et rogatus esset a Fratribus, ut in navi quadam cum monachis proficiscentibus oraret; ascendit, et solus ex omnibus odorem sensit teterrimum. Asserebant cuncti, piscium falsorum et *d* tarichorum in navi positorum hunc esse putorem. At ille alterius rei fœtorem se sentire affirmavit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus a dæmone, qui *e* præcedens juxta carinam se navis absconderat, repente exclamavit. Quo statim per Antonium in nomine Domini nostri Jesu Christi curato, intellexere universi, *f* diaboli illum fuisse putorem.

Dæmonis fætorem solus sentit Antonius

latentis obsessum

dæmoniacum.

84 Alius quoque ad eum vir inter suos nobilis, dæmoniosus adducitur, tanta oppressus insania, ut non sciret se esse apud Antonium, necnon et corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his, qui eum adduxerant, ut pro illo Dominum oraret, intantum juvenis miseriæ condoluit, ut tota nocte pervigilans cum eo, adversus patientis insaniam laboraret. Sed cum jam lucesceret, et obsessus impetu in Antonium facto, vehementer eum impulisset; irasci cœperunt, qui eum adduxerant, cur seni fecisset injuriam. Quibus Antonius ait : Nolite alienam culpam juveni misero adscribere : furor iste obsidentis est, non obsessi. Idcirco autem in hanc proruit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum jussit; et expulsi satanæ indicium, iste adversum me impetus fuit. Nulla post verba mora : adolescens recepto sensu, et gratias agens Deo, et locum ubi esset, agnovit, et toto Antonium complexans deosculatus est affectu.

85 Innumera et alia istiusmodi signa sunt, quæ monachorum concordi sæpe relatione cognovimus. Verum non tantum his adhibendus est stupor : quia multo plus, quæ sequuntur, conditionem nostræ fragilitatis excedunt. *g* Hora circiter nona, cum ante cibum orare cœpisset, raptum se sensit in spiritu, et ab Angelis in sublime deferri : prohibentibus transitum aeris dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ esset caussa retinendi, nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis vero ab exordio

exordio nativitatis replicare peccata intentibus, calumniosa ora Angeli clauserunt, dicentes, non debere eos a nativitate ejus delicta narrare, quæ jam Christi essent bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus esset monachus, et Deo se consecrasset, licere proferri. Accusabant dæmones multa procaciter mentientes: et cum deessent probamenta fallacibus, liber Antonio conscensus aperitur. Et statim rediens in se, in eo loco, in quo stare cœperat, hoc se rursum vidit esse quod fuerat.

86 Tunc vero oblitus escæ, ex illa hora noctem gemitu ac lamentatione transegit, reputans secum humanorum hostium multitudinem, et colluctationem tanti exercitus, et laboriosum per aerem iter ad cælum, et hoc Apostoli dictum quo ait: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus potestatis hujus aeris, qui sciens aereas potestates ob id semper tentare, luctari, et contendere, ne nobis liber transitus esset ad cælum, hortabatur monens: Assumite arma Dei, ut possitis resistere in die mala: ut nihil mali habens quod de vobis dicere possit inimicus, confundatur. Nos autem Apostoli sermonis recordemur, dicentis: Sive in corpore, sive extra corpus, nescio: Deus scit. Et Paulus quidem usque ad tertium cælum raptus est, atque auditis verbis ineffabilibus descendit. Antonius autem usque ad aerem sublatus, post colluctationem liber apparuit.

87 Habebat etiam istiusmodi donum. Si quis enim sedens in monte solitarius fuisset, et ejus secum inquireret notionem, oranti ei a Domino revelabatur: et erat, secundum quod scriptum est, a Deo doctus. Denique cum a Fratribus haberetur iste tractatus, et ab eo se fide sciscitarentur, quemadmodum se post corporis sui exitum anima gereret, quove ei locus post exitum concederetur, proxima nocte vox desuper nomen ejus inclamitans, ait: Antoni exurge, exi et vide. Qui exurgens, egressus est: sciebat enim quibus respondere deberet. Et elevatis ad cælum oculis, vidit quemdam longum atque terribilem, caput usque ad nubes attollentem: vidit etiam pennatos quosdam se elevare cupientes ad cælum, atque illum extensis manibus prohibere transgressum: quibus dam apprehensis allideret ad terram, alios frustra contendentes, dolebat super se ad cælestia transvolare: et maximum gaudium mixtum mœrore conspectus tribuebant. Statimque ad eum vox facta est, dicens: Antoni, adverte quod vides. Et tunc aperto illuminato corde intelligere, animarum esse transitum, et diabolum prohibentem, qui et sibi obnoxios detinet, et in Sanctorum quos decipere non poterat, excruciatur volatu. His visis numquam exemplo incitatus, quotidie ad meliora crescebat. Neque vero id, quod sibi revelatum fuerat, cuiquam jactantiæ studio loquebatur, sed cum orationis instanter Dei auxilium imploraret, aut Fratribus compellebatur, edicere ea spiritualibus filiis potuit. Christo omnia ei cum revelare quidquam volebat, præsertim cum hujus modi sagacitatem revelatam, et ut fratrum ministraret profectui, et hæc etiam libris ostenderet.

[illegible]

CAPUT XVI.

Reverentia Cleri, odium hæresis.

rapta aliquando inter Baptismum et religionis ingressum similitudinem videri, atque sicut in baptismo remittitur omnis pœna peccatis debita, ita quoque in suscepto vitæ monasticæ aliqua ex proportione fieri. Quod ex ... et ... antiquorum Patrum testimoniis, Sanctorum exemplis et Scholasticorum doctrina confirmatur. ... MS ... adærem ... [illegible] ... lib. 7 ... Vitis PP cap. 19 ... lib. 8 cap. 27, eisdem pene verbis.

Numquam ille aut ita subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes Clericos usque ad ultimum *a* gradum ante se orare compellens, Episcopis quoque atque Presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diacones vero, qui ad eum utilitatis causa veniebant, cum pro adjutorio eorum eis præsentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi præponebat, non erubescens et ipse discere. Nam et interrogabat frequenter eos cum quibus erat: et si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adjutum.

89 Habebat autem et in vultu magnam gratiam, et admirabile a Salvatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus ejus, inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante, ceteris prætermissis, ad Antonium currebat, et animæ puritatem agnoscebat ex vultu, et per speculum corporis, gratiam sanctæ mentis intuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens, liquido ostendebat se de cælestibus cogitare, sicut Scriptura ait: Corde lætante vultus floret, in mœrore constituto tristatur. Ita et Jacob agnovit Laban socerum suum insidias sibi machinantem, dicens ad filias ejus: Non est facies patris vestri sicut heri et nudiustertius. Sic Samuel agnovit David. Lætificatos enim habebat oculos, et dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebatur Antonius: quia semper eamdem faciem inter prospera et adversa retinens, nec secundis extollebatur, nec frangebatur adversis. Erat enim et in vultu amabilis, et in fidei puritate mirabilis.

90 Numquam schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens pravitatem atque transgressionem. Numquam Manichæis aut aliis hæreticis sub amicitiæ verba locutus est, nisi tantum ea, quæ eos possent ab iniquitate sua revocare: denuntians, talium amicitias atque sermones, perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur, ut omnibus diceret, nec juxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam *b* Ariomanitæ, repulsos eos post examinationem infidelissimæ sectæ, effugavit eos de monte, dicens, multo serpentibus deteriores horum esse sermones.

91 Mentientibus autem Arianis aliquando, Antonium idem quod se credere, admiratus est et indignatus, et postulatus ab Episcopis atque universis Fratribus, descendit de monte, et Alexandriam ingressus, Arianos publice condemnavit, ultimam hanc esse hæresim, et præcursorem Antichristi affirmans, prædicabatque populo Filium Dei, non esse creaturam, nec ex nihilo exstitisse, sed æternum Patri substantiæ, coæternum patris aut ... esse ... dicens ... Erat ... quando non erat ... cum Verbum Dei Deus, qui est semper cum Patre, sit coæternus ... ex eo, ut is est Patris ... est. Unde ... Cum Arianis ... communio ... Quæ enim societas luci ad tenebras? Vos, qui pie creditis, Christiani estis. Illi vero ... Filium, qui ex Deo Patre est ... Gentibus separantur, qui serviunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Ipsa, mihi credite, ... elementa, et omnis contra Arianum furorem, secundum Apostoli dictum, ingemiscit.

Auctore S. Athanasio

Defert Clero.

a

Benedictionem submisso capite petit.

Ex vultu hilaritate agnoscitur.

Prov. 15, 13

Gen. 31, 5

1 Reg. 16

Hæreticos et schismaticos horrebat.

b

Cf. Ariani dicunt.

Rom. 8, 22

AUCTORE S. ATHANASIO.

miscit creatura, quod sibi Dominum suum, per quem omnia, et in quo omnia facta sunt, videat aggregari.

Homo Dei appellatur

92 Hæc tanti viri prædicatio, exprimi non potest, quantum ad fidem populos roboraverit. Lætabantur quippe hostilem et Christo inimicam hæresim anathematizari ab Ecclesiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis; pagani quoque et ipsi idolorum sacerdotes ad *d* Dominicum convolabant, dicentes: Precamur ut videamus Hominem Dei: quia hoc apud universos erat nomen Antonio. Ambiebant quoque saltem fimbriam vestimenti ejus attingere, multum sibi et tactum prodes se credentes. Quot tunc diabolica obsidione et variis infirmitatibus liberati? quot simulacris erepta sunt spolia? quanti etiam ab errore gentilium retracti, nostro juncti sunt gregi? Tanti certe, ut paucorum dierum spatio ex idolorum superstitione conversi omnem per annum credentium vincerent turbam. Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, æstimantes tædio illi conventum populi fore; ille tranquillo animo dicebat: Numquid hic cœtus dæmonum major est turbis? numquid obsequentium multitudo colluctatorum in monte nostrorum catervis est numerosior?

Miraculis firmat fidem.

Gentiles convertit.

93 Accidit etiam, ut cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, a tergo quædam mulier clamitaret, dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrocissimo vexatur dæmonio: expecta, obsecro, expecta, ne et ego corruens interearn. Hoc audito, mirabilis senex a nobis admonitus, volens tamen et ipse, paullulum substitit. Cumque appropinquante muliere, puella jaceret explosa, oravit tacitus Dominum Jesum: et *e* ad nominationem ejus statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam solitudinem repedabat. Erat autem valde sapiens, et hoc in se mirabile habebat, quia cum litteras non didicisset, ingeniosissimus et prudentissimus erat.

Dæmoniacam curat.

a *Hi gradus in majores et minores Ordines sacros distincti, ita dicti, quod gradatim ab imo ad summum fiat adscensus. Ita Concilium Bracarense I, c.* 38, Laicus per gradus eruditus ad Sacerdotium perveniat. b Ariomanitæ *dicti Ariani quod* ἀρειομανεῖς, *sive furore correpti essent.* c *S. Hieronymus epist.* 33, *ad Castrutium, et Ruffinus infra in Apophth. num* 40 *scribunt* Alexandriam S. Antonium *ad confutandos Arianos a* S. Athanasio *fuisse perductum.* d *Græce,* εἰς κυριακόν, *quod* templum Christi cultui dicatum *significat. sic dies primus hebdomadæ, sive solis, eamdem ob caussam* Dominica, *seu* Κυριακὴ *dici cœpit. a voce hac Teutonicam* Kirche *vel* Kercke, *quæ* ecclesiam *sonat, deflexam quidam arbitrantur. Rosweydus, Surius aliique impresserunt* ad Dominicum imperium, *quod non placet, et aberat* imperium *a MS. Ripat. Supra num.* 17, villulæ domicilium *vertitur, cum Græce* τὸ τῆς κώμης κυριακόν pagi templum *legeretur: aut si forte necdum publica ædes sacris peragendis assignata erat, certe primaria quæpiam domus intelligetur, qualis forte parentum illius fuerat, aut pagi prætorium. Talia enim ædificia etiam nostris hominibus* Heeren-huysen, κυριακοὶ οἶκοι, dominicæ domus *dicuntur.* e *Græce,* καὶ τὸν Χριστὸν ὀνομάσαντος ἠγέρθη, et Christo nominato surrexit. *Surius, Rosweydus, aliique* ad comminationem ejus: *melius* nominationem *ut habent MSS. Ripat. et S. Maxim. id est, simul ac* Christum Jesum *nominavit.*

Dominicum, κυριακόν.

CAPUT XVII.

Disputatio cum Philosophis.

Aliquando etenim Philosophi duo gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere, erat vero in *a* exteriori monte. Quos cum vidisset, paganos intellexit ex vultu: et procedens ad eos, per *b* interpretem ita cœpit loqui: Quare tam longe ad stultum hominem, sapientes se vexare voluerunt? Illis dicentibus, non esse illum stultum, sed et nimium sapientem; vigilanter respondit: Si ad stultum venistis, superfluus est labor vester: si autem putatis me sapientem esse, et sapientiam habere, bonum est, ut imitemini quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitarer: sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis, estote, sicut ego sum, Christiani. Abscesserunt Philosophi, utrumque mirantes, et acumen ingenii, et dæmonum expulsiones.

Ingeniose arguit Philosophos.

95 *c* Alios quoque similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali disputatione colligavit, dicens: Respondete mihi, quid prius, sensus an litteræ? et quid cujus exordium? Sensus ex litteris, an litteræ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus, quia sensus esset auctor atque inventor litterarum, ait: Igitur sicut sensus incolumis est, hic litteras non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationem non exclamaverit, cum obstupuerint et ipsi qui victi sunt, tantam in imperito litterarum sagacitatem animi admirantes? Neque enim, ut in solitudine et montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis et rigidus erat, sed jucundus atque affabilis, sermonem, secundum Apostoli præceptum, divino conditum sale proferebat, ita ut invidia careret, et amore omnium potiretur.

Ostendit absque litterarum scientia sapientem esse posse

Coloss 4 6.

96 Inter hæc, quasi parum esset bis gentilitatem fuisse superatam, et tertio venerunt viri ad eum omnis secularis prudentiæ nube cæcati, atque universis philosophiæ studiis artium suarum æstimatione doctissimi. Hic cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, et niterentur arguta sophismatum interrogatione de divina cruce eum illudere, in silentium paullulum voce compressa, primum eorum miseratus errorum est; deinde per interpretem, qui ejus verba diligentissime in Græcum solebat exprimere sermonem, ita exorsus est, dicens: Quid pulchrius est, quidve honestius, crucem colere, an adulteria, parricidium, vel incestum his assignare, quos colitis, cum in altero sit contemptus mortis, insigne virtutum: in altero turpis religio, obscœnitatis magistra? Quid melius est dicere, quod Dei Verbum manens ut erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, ut societate mortalitatis non eveheret ad cœlum, participesque naturæ cœlestis efficeret; an, ut ipsi asseritis, *d* divinæ mentis haustum, ad terrena veneranda caput submittere, et pecudum atque serpentium formis cœleste nomen includere? Quo ore Christianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Christum Filium Dei sine sui detrimento, et cœpisse esse quod non erat, et mansisse quod fuerat; cum ipsi animam de cœlestibus detrahentes, non tantum hominum sed et serpentium et pecudum soleatis *e* sepelire corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deum suum venisse testatur: vos vero innatam animam prædicantes, ultro citroque transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentiam Dei clementiamque veneratur, consequenter incarnationem dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen, ut non evacuaverit dignatio dignitatem: vos qui animam ex splendidissimo Dei fonte manantem turpiter decidisse jactatis, qui mutabilem et convertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, jam illam quoque naturam dominam seculorum per animæ contumelias impia lingua temeratis. Imago enim, quæ secundum vos naturalem similitudinem sui retinet auctoris, cui una est ex quo defluxit eademque substantia, humilitates proprias et injurias consequenter ad suam originem remittit. Igitur animadvertite, contumelias animarum, ad patrem (ut appellatis) earum per vestram blasphemiam redundare.

Explicat Crucis et incarnati Verbi mysterium.

Ridet Pythagoræorum metempsychosin

97 Crux Christi Domini Dei nostri hic nobis ingeritur. Rogo quæ hæc est religionis obscœnitas? nonne potius est crucem aut alicujus generis mortem, ab iniquis hominibus illatam patienter sustinere, quam *f* Isidis plangere post Osirim vagos incertosque discursus? Pudeat, quæso, vos insidiarum Typhonis: pudeat Saturni fugæ et devorationis crudelissimæ liberorum. Erubescite parricidium Jovis et incestum: erubescite raptum ejus et coitum mulierum atque puerorum. Ille, sicut vestri fingunt poetæ, ad explendum immanissimæ libidinis furorem, molles dedit in amorem vagitus: ille in Danaes fluxit sinus: ipse amator et pretium: ille modulatus ales Ledæos expetivit amplexus: ille in proprium sæviens sexum, regium

Perstringit falsorum deorum flagitia et turpitudines.

regnum puerum ministris avibus pellunt. Hæc ... [illegible]

98 Vestram tamen nobis ... [illegible]

99 ... [illegible]

100 ... [illegible]

... Christi fidem docentes, idololatriam debellavimus, et per prædicationem ignominiosæ Crucis, ... [illegible] ... Vos, si potestis, ostendite ... [illegible] ... Dei Filius Christus est agnitus, nihil eloquentia sophistarum, nihil disputatio philosophiæ ... [illegible] ... Crucifixum non manus, et universi dæmones, quos vos ut deos colitis, ruerunt, ... [illegible] ... Ubi sunt illa fabulosa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes? ... [illegible] ... Certe tum ... [illegible] ... sunt omnia, cum de sua Cruce mundo Christus intonuit. ... [illegible] ... Jesu mortem irridere con[illegible]

101 ... [illegible] ... Nos famuli Christi quo plus premimur, eo magis ... [illegible] ... et floremus. Vestra simulacra ornati... [illegible]

102 ... [illegible]

AUCTORE S. ATHANASIO.

g *MS. Ripat.* interpellastis. h *De his allegoricis velaminibus agunt S. Augustinus de Civitate Dei lib. 4, cap. 10, et lib. 7, cap. 16 Arnobius lib. 3 et 5 Clemens lib. 10 Recognit. cap. 8 Fulgentius Placiades, et ex recentioribus copiose Natalis Comes lib. Mythologiar.* i *MS. Ripat.* confusio. *Græce,* Ει ἄξιον τι χλεύης ὁ σταυρὸς ἔχει. Si crux dignum aliquid ludibrio habeat.

k *Tota hæc sententia usque* Elementa, *deest in MSS. Ripat. et Maxim. itemque in Græco.* l *MS. Ripat.* complexionem. *Græce,* δι' ἀποδείξεως λόγων, per demonstrationem sermonum.

m *De* templo Jovis, *ut ex eo,* cujus parietes et pavimentum tabulis argenteis *vel, ut alii habent,* aureis stratum splendebat, et auro purissimo et margaritis vel lapidibus crispantes cameræ, *diximus 9 Januarii in actis SS. Juliani et sociorum cap. 12.*

CAPUT XVIII.

Epistolæ Imperatorum ad S. Antonium. Prævisa Ecclesiæ afflictio.

Hoc in eo viro mirabile est, ut hominem in extremo mundi limite conditum, et favor Principum, et omnis celebraret aula regalis. Nam et *a* Constantinus Augustus, et ejus liberi *b* Constans atque *c* Constantius talia cognoscentes, crebro ad eum, quasi ad patrem, *d* missis litteris obsecrabant, ut reciprocis eos scriptis hilararet. At ille ejusmodi manens, qualis et antequam litteræ ad eum venirent, fuerat, nec salutatione Principum movebatur, et tamquam non acceptis litteris convocatis monachis aiebat : Reges sæculi epistolas ad nos miserunt, quæ hic Christianis adhibenda miratio est? Licet enim diversa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est. Ista sunt veneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit, quod per Filium suum propriis Ecclesias ditaverit eloquiis. Quæ monachis est ratio cum epistolis Regum? cur accipiam litteras, quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab universis Fratribus, ut Christianos Reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet per silentium ejus exasperarentur, ad susceptas epistolas convenientia rescripsit. Laudavit primum, quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent regiam potestatem, ne præsentis carnis imperio tumentes, et se homines esse nescirent, et judicandos a Christo oblivscerentur : ad postremum, clementiæ circa subjectos et justitiæ, curæ quoque inopum admonuit, atque unum sempiternum esse Regem omnium seculorum Jesum Christum epistolis testatus est. His Principes susceptis vehementissime lætabantur. Sancta quoque apud cunctos Antonii *e* flagrabat opinio, ita ut ejus se filios cuperent nominari. Magna etenim cum advenientibus affabilitas, omnium in se studium converterat.

Constantino et liberis ejus accepit litteras

non magni facit eorum favorem,

salutaria iis rescribit.

104 Postquam ergo gentiles confutati, Reges admoniti, Fratres ab eo sunt consolatione relevati, ad interiorem montem, et ad rigorem solitum regressus est : ibique sæpe cum introeuntibus deambulans ac residens stupebat, sicuti in Daniele scriptum est : et interjectis horarum spatiis, consequentia respondebat, ut intelligeretur aliqua revelationis vidisse secreta. Nam et in monte positus, ea quæ in Ægypto longe gerebantur, prævidens, Episcopo *f* Serapioni ibi constituto narravit.

Redit ad rigorem solitum.

Dan. 4, 16

105 Lamentabilis sequitur *g* visio, et omni lacrymarum fonte plangenda. Cum enim Fratribus circa se sedentibus *h* operaretur, intente fixit oculos in cœlum, gemens atque suspirans : et post aliquantum spatium revelationis inceptæ nimio dolore contremuit : et statim fixis genibus ante Dei vultum provolutus oravit, ut clementia sua futurum scelus averteret. Succedunt orationi lacrymæ, metus ingens invadit præsentes : obsecrant, ut tantæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, et in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tandem cum vociferatione luctuosa ait : Melius erat, o filioli, impendens piaculum citra morte lucrari. Sic incipiens rursum lacrymis vincitur, et inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem : Magnum, inquit, quoddam et universis sæculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine subvertetur, et homines jumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est caussa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens : Abominabitur altare meum. Nec mora, visionem sequitur effectus : nam post annos *i* duos sæva Arianorum irrupit insania. *k* Tunc Ecclesiarum rapinæ, tunc divinorum temeratio vasorum, tunc pollutis ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria, tunc paganorum opificum præsidia adversus Christum comparata, cum assumptione palmarum (quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est) ad ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur. Pro scelus, horret animus replicare, quæ gesta sunt : virginum matronarumque ereptus pudor, sanguis ovium Christi in Christi templo effusus veneranda respersit altaria : baptisterium pro voluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit visionis veritati, ut monstravit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum esset impietas.

Prævidet Ecclesiæ afflictionem ab Arianis

biennio post illatam

i, k

106 Sed istam tristitiam consequentis revelationis prosperitate solatus est, et ait : Nolite, filioli, mœrori vos penitus dare : ut enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, et suum cito Ecclesia recuperabit ornatum : eosque, qui in persecutionibus fidem Domini servaverunt, solito videbitis fulgore relucentes. Revertentur ad foveas suas serpentes, et religio longius propagabitur : tantum videte, ne fidei vestræ sinceritas Ariana labe sordescat. Non Apostolorum, sed dæmonum et patris eorum diaboli ista doctrina est : ob id per insipientiam jumentorum, similis peculum eorum expressus est animus.

prædicit secuturam Ecclesiæ serenitatem.

107 Hucusque Antonius. Sed nos minime convenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse portendi. Salvatoris enim promissio est, ita dicentis : Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis huic monti : Transferre, et transferetur, et nihil impossibile erit vobis. Et iterum : Amen, amen dico vobis, omne, quod petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite et accipietis. Ipse enim suis discipulis et universo credentium gregi nunc subjectionem dæmoniorum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat : Gratis accepistis, gratis date. Numquid suæ virtutis imperio curabat Antonius? numquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse, quod fecerat? Orationibus, non præceptis dæmones morbique cesserunt, et ad Christi Dei nostri nominationem, semper universa perfecta sunt. Nemo sapientum sanitatum admirationem adscribat Antonio, sed Domino Jesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens benevolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, et ob vitæ ejus merita cuncta Dominus largiebatur.

Matth. 17, 20

Joan. 16, 23

Precibus miraculis patrat

Matth. 10, 8

et meritis vitæ suæ.

a *Obiit* Constantinus Magnus *in suburbano Nicomediæ ipso Pentecostes die an. Ch. 337.* b Constans *natus an. Ch. 320, occisus an. 350.* c Constantius *utrique fratri Constantino et Constanti superstes, obiit prope Tarsum 3 Nov. anni 361.*

d *De hisce litteris agit Baronius an. Ch. 328, num. 7, sed quo anno scriptæ sint, non constat.* e *Al.* flagrabat. f S. Serapion *Episcopus Thmueos colitur 21 Martii. Carum eum S. Antonio fuisse scribit S. Hieronymus in Catal. illust. Eccl. Script. cap. 99.*

S. Serapion Ep.

g *Meminerunt hujus visionis S. Chrysostomus homilia 8 in Matthæum cap. 2, Sozomenus lib. 6, cap. 5, quorum verba dedimus in Prolegomenis. Nicephorus lib. 10, cap. 43 et alii.*

h *Sozomenus,* per quietem, *Nicephorus* in somnis; *sed perperam.*

i *Alfonsus Pisanus noster lib. 1 de Actis quæ Concilium Nicænum antecesserunt, refert hanc S. Antonii visionem, inlicare hanc de eryptione, atque alteram adjungit factam S. Petro Alexandrino Episcopo, ex Actis martyrii ejus. Verum fallitur in ratione temporis, cum hæc S. Antonio revelata sit, diu post martyrium S. Petri, post ipsum etiam Concilium Nicænum habitum an. Ch. 325. Contra Symphorianus Champerius in epistola ad lectorem, præfixa epistolis S. Antonii, ait eum prævidisse in spiritu futurum scandalum Ecclesiæ per Julianum Apostatam, de Christiano futurum paganum. Sozomenus lib. 6, cap. 5, ait : Non in his solum, ut est verisimile, quæ temporibus Constantii Ecclesiæ contigerunt, prædictio Antonii monachi expleta est, sed restabant adhuc ea, quæ*

Persecutio Arianorum prævisa a S. Antonio, quando

quæ postea sub Valente facta sunt. *Ad biennium hic assignatum* [illegible] *341* [illegible] quinto anno post mortem Constantini [illegible] *Socrates lib. 2 cap.* [illegible] *Marcellinum* [illegible] *342, refert.* [illegible]

[illegible]

CAPUT XIX.

Patrocinium afflictorum.

S[illegible] autem, et contra voluntatem [illegible] exteriorem [illegible]

[illegible]

[illegible] iram Dei venientem super te, desine persequi [illegible]

[illegible]

ibit disciplina. Sed confestim minitatorem oppressit supplicium, et post quinque dies eos effrenatum ultio divina compescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæreum, cum supradicto Ægypti Præfecto Nestorio, vehunturque equis, quos inter omnes Balacius, cujus erant, mansuetissimos nutriebat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestorius vehebatur, morsu repentino Balacium decussit in terram, ac se in eum inhians femora ejus laceravit atque corrosit, ut statim relatus ad civitatem post tertium diem moreretur: universique agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum [illegible] persecutoris fine completo. Ceteros ad se venientes [illegible] cum modestia Antonius admonebat, ut oblita sæculi dignitate, remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem [illegible] potestate premebantur, nec poterant obtinere justitiam, ita eos [illegible] defendebat, ut ipse pro illis pati videretur injuriam. Multis utilis fuit præclarus senis oratio: multi [illegible] divitias et alteri [illegible] militiæ derelicto, ejus hæsere [illegible]. Et ut infinita brevi sermone comprehendam, bonam Ægypto medicinam Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutavit in gaudium? quis non iram vertit in pacem? quis [illegible] luctum non ad ejus temperavit adspectum? quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abjecto, statim et divitum despexit opulentias, et in sua lætatus est paupertate? [illegible]

[illegible] recedentes, in Ecclesiæ matris gremio consederunt. [illegible]

[illegible]

A Gregorio S. Athanasio.

solitariam vitam degentes ita describitur : Πόσοι τε ἄλλοι μονάζοντες ἐμαστίζοντο καθεζομένου Γρηγορίου μετὰ Βαλακίου τοῦ λεγομένου Δουκός; πόσοι Ἐπίσκοποι ἐκόπτοντο; Quot alii vitæ monasticæ æmulatores flagellabantur, sedente pro tribunali Gregorio cum Balacio Duce appellato? quot Episcopi cædebantur? *ubi Interpretes etiam in editione Græco-Latina Commeliniana et Parisiensi, pro* Gregorio Philagrium posuerunt.

f *In epist. citata litteras vult missas ad Gregorium Pseudoepiscopum.* Si quando igitur Pater Antonius e monte scribebat, sicuti pietas peccatori abominatio est, ita Sancti litteras abominabatur. g *In epist. eadem.* Antonii aliquando epistolam sibi scriptam. Duci Balacio conspuendam abjiciendamque tradidit.

h *MS. Ripat.* rigoris. *Græce* ἤδη καὶ σε μετελεύσομαι, nunc etiam te persequar. i Mansio, *Græce* μονή, *certus et status in itinere interquiescendi locus, ita infra in Apophth. num.* 51, *ex Palladio cap.* 28 Paulus Simplex pertransit octo mansiones. k *S. Gregor. Nazianzenus orat.* 21 *in laudem S. Athanasii Chæreum ponit* ad Nilum itinere diei ab Alexandria. l *In citata epistola dicitur a proprio* equo, *cui insidebat*, cervicibus retortis in femore morsus, atque excussus. *Rosweydus ob hanc diversitatem subdubitat num a S. Athanasio hæc epistola fuerit conscripta. Baronius an. Ch.* 342, *num.* 24, *vitio librariorum id opinatur accidisse. An non potuit S. Athanasius historiam postea melius examinasse, et de adjunctis haud recte expressis ab aliquo monitus, fusius et correctius eamdem in vita S. Antonii deduxisse? Quamquam et Balacii equus erat, quo vehebatur Nestorius. Exaggerat illam contradictionem Rivetus, quæ tamen revera parvi est momenti.*

m *Alii*, consenuerunt. *Græce* ἐμείναν τῷ Χριστῷ παρθένοι, virginitatem Christo servarunt.

CAPUT XX.

Postrema monita ad Pispiritanos monachos.

Quis autem finis vitæ ejus fuerit, dignum est et me commemorare, et vos cum desiderio audire : quia et hoc in eo imitabile cunctis fuit. Juxta consuetudinem ad visendos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique a divina providentia de sua morte condiscens, ita exorsus est : Ultimam, filioli, patris audite sententiam, non enim arbitror, quod in hoc seculo iterum nos visuri simus. Cogit conditio naturæ, ut post *a* centenarium numerum, quem annis quinque supergredior, jam resolvar. Ita locutus, audientium pectora contristavit : gemitus lacrymæque dicta mœrentia consecutæ sunt. Amplexabantur eum universi, quasi jam de seculo recessurum. At ille, tanquam aliena deserens, ad propriam patriam profecturus, magna cum lætitia præcipiebat, desidiam instituto non debere subrepere, sed tamquam quotidie morituros, ut ante prædixerat, a sordidis cogitationibus animam custodire, et omnem æmulationem ad Sanctos quosque convertere : ad *b* Meletianos vero schismaticos ne prope quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam perversitatem. Neque cum *c* Arianis communione jungamini, quia impietas eorum jam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, cum seculi viderit potestates pro Arianorum et Meletianorum pugnare nequitia, a Christi territum discedere veritate : mortalium illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiam. Quapropter, aiebat, custodienda est pia fides in Christo, et Patrum religiosa traditio, quam ex Scripturarum lectione et crebo meæ parvitatis didicistis admonitu.

Fratribus suam mortem prædicit.

postrema iis dat monita.

Fidem et Traditiones commendat.

111 Finito sermone, Fratres eum vehementissime retardabant, glorioso Patris cupientes termino decorari. Sed multas ob caussas, quas et silentio demonstrabat, præcipue tamen ob præsumptam Ægypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptiis est, nobilium et præcipue beatorum Martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, et studium funeri solitum non negare ; terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi, *d* inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe et Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica contestatione corrigerent ; et laicos viros ac mulieres rigidius ipse convenit, dicens, nec legitimum hoc esse, nec Deo placitum : quippe cum Patriarcharum et Prophetarum sepulchra, quæ ad nos usque perdurant, hæc facta convincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri jubebat, quod in sepulchro positum, lapide usque ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit, atque his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiamsi *e* sancta essent corpora, coarguebat, dicens : Quid majus aut sanctius corpore potest esse Dominico, quod juxta consuetudinem gentium ceterarum humo conditum esse scimus? Hæc justa persuasio multorum insitum evellit errorem, et repositis in terra cadaveribus, Domino gratias pro bono magisterio retulerunt. Metuens ergo consuetudinem supradictam, ne eodem etiam circa se laberentur errore, celeriter valedicens monachis, qui confluxerant, ad amicum virtutis habitaculum repedavit.

Joan. 19, 41. *Matth. 27, 60.*

Redit ad interiorem montem.

a *Græce* Εἰμὶ γὰρ ἐγγὺς τῶν πέντε καὶ ἑκατόν, annorum fere sum centum et quinque. b Meletius *Episcopus Ægypti nominatus, multis criminibus convictus, et in primis quod idolis sacrificasset, a S. Petro Episcopo Alexandrino, qui dein Martyr fuit, in communi Episcoporum Synodo depositus est. Quare calumniatus S. Petrum, ejusque successores Achillam et Alexandrum, schisma concitavit, adeo ut ejus successores pro Christianis* Meletiani *fuerint vocati. Ita S. Athanasius in Apologia* 2. *Agunt quoque de iis S. Epiphanius hæresi* 68. *Theodoretus lib.* 4. *hæret. fab. cap.* 10, *aliique recentiores.* c *Pachomius moribundus idem monuit* : Nulla sit vobis conjunctio cum sectatoribus Meletii, vel Arrii, vel Origenis, seu ceteris Christi præceptis adversantibus. d *Inveteratam hanc consuetudinem docent Pomponius Mela, Sextus philosophus, Lucianus, Silius Italicus, et Cicero a Rosweydo hic num.* 131, *producti. Ciceronis* 1, *Tusc. verba sunt* : Condiunt Ægyptii mortuos, et eos domi servant. *Originem et caussam ejus refert Cassianus Collat.* 15, *cap.* 3, *ex relatione Nesterotis Abbatis* : Hunc, *inquit*, Ægyptiis morem Nili fluminis invexit eluvies, ut quoniam universa terræ illius latitudo instar immensi pelagi non parvo anni tempore solita aquarum eruptione contegitur, ita ut nulla tunc cuipiam viandi copia nisi lemborum transvectione tribuatur, corpora mortuorum, pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur. e *S. Joannes Damascenus a Rosweydo num.* 132, *citatus censet S. Athanasium, adeoque S. Antonium*, τὸ ἄπλαστον ἔθος τῶν Αἰγυπτίων καταργῆσαι βουλόμενον, voluisse absurdum Ægyptiorum morem abrogare. *Idem dicitur in catena MS. in Lucam ex Græcis Patribus collecta, quæ extitit in bibliotheca Palatina, referente inter Fragmenta operum S. Athanasii Petro Feltmanno Coronæo, qui præfuit in Commeliniana officina editioni S. Athanasii Græco-Latinæ an. Ch.* 1600, *probatque verba S. Athanasii esse. Verum quod cupiebant, non esse consecutos, colligimus ex S. Augustino sermone* 120 *de diversis, qui est prior tractatus de resurrectione mortuorum cap.* 12, *ubi* corpora ab Ægyptiis ita siccata atque ænea reddita, Gabbaras vocari *ait*.

Meletiani.

CAPUT XXI.

Præparatio ad mortem. Mors. Sepultura.

Post menses autem paucos, cum non mediocre incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se *a* duobus Fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico intervallo sejunctos instituerat, quique etiam ei jam seni cœperant *b* ministrare, ait : Ego quidem, filioli, secundum eloquia Scripturarum, Patrum gradior viam : jam enim Dominus me invitat, jam cupio videre cœlestia : sed vos, o viscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, et quasi cœptæ voluntatis fortitudo succrescat. Varias dæmonum nostis insidias, vidistis eorum et impetus feroces, et vires effeminatas. Jesum suspirate, et credulitatem nominis ejus vestris figite mentibus, et a certa fide universi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum, et incertæ conditionis vitam quotidie ancipitem retractate, et cœleste vobis præmium sine cunctamine tribuetur.

Extrema ad discipulos verba. *Josue 23, 14. 3 Reg. 2, 2.*

Reliquias dæmonum primum in chare. *Jesu nomen dæmones pellit.*

113 Schismaticorum quoque et hæreticorum venena vitate, meumque circa eos odium sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter pravam eorum voluntatem, et pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote solliciti, ut Domini præcepta servetis, ut post mortem vestram Sancti quique, quasi amicos et notos, in æterna vos recipiant tabernacula.

Vitandi schismatici et hæretici. *Luc. 16, 9.*

114 Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite : et si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium *c* repræstatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore servetur, ne vituperati, ut nostis, a me ritus etiam

Vetat pompam et gloriam funeris.

etiam circa me serventur obsequia. Hujus enim rei gratia maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum, et illud quoque senis vestri custodite mandatum, ut nemo praeter vestram dilectionem locum tumuli mei noverit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore hoc corpusculum resurget incorruptum. Vestimentorum autem meorum sit ista divisio. Meloten et pallium tritum, cui superjaceo, Athanasio Episcopo date, quod mihi novum ipse a detulerat. Serapion Episcopus aliam accipiat meloten. Vos cilicinum habete vestimentum, et valete viscera mea. Antonius enim migrat, et jam non erit in praesenti saeculo vobiscum.

116 Verba finierat, et osculantibus se discipulis, extendens paululum pedes, mortem laetus aspexit: ita ut ex hilaritate vultus ejus, Angelorum, qui ad perferendam animam ejus descenderant, praesentia nosceretur, hos intuens, tanquam amicos videret, animam exhalavit, et additus est Patribus secundum ordinem Scripturarum. Servaverunt mandata discipuli, involutum (ut praeceperat) corpus humo operientes: et nemo usque ad hanc diem, praeter eos, ubi sit conditum, f novit. Legatarius autem Antonii beneficii, qui tritum pallium cum melote imperitus meruerit accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur: et tanquam magna hereditate ditatus, g laetatur per vestimentum recordatione imaginem sanctitatis.

a Vide Hieronymi Vita S. Pauli ... Prolegom. [illegible]

[illegible]

CAPUT XXII.
Epilogus S. Athanasii

a Haec Antonio vitae terminus fuit, ista principia: quae licet pauciora, ut praedixi, sermone narraverim, tamen ex his potestis advertere qualis vir Dei a pueritia ad senectutem usque pervenerat, et quod omni semper dignitate calcata, nec lassitudini, nec longaevae quidquam aetati aliquando concesserit: magnus autem aequalitatem propositi tenens, nec vestimentum mutavit, nec pedes lavit, nec ... secutus est mollitiem: oculi ejus integri, et numerum dentium, licet paullulum ob aetatem viderentur attriti, necnon et pedum incessum, lumbis et manus corporis firmitatem, ita contra ... meritorum gratia custodivit, ut lautoribus corporum, quae balneis atque deliciis confoventur, hilarior ejus caro videretur.

117 Haec etiam, fratres, quod per omnes provincias amor ejus famaque volitavit, quem nec librorum disseminatorum oratio lucubrata, nec mundanae sapientiae disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendavit, cui omnium rerum est adscribendum, nisi Christo, cujus hoc donum est? qui devotos ejus animos erga suam providens majestatem, hominem paene orbe celatum, et inter tantas positum solitudines, Africae, Hispaniae, Galliae, Italiae, Illyrico, ipsi etiam, quae urbium caput est, Romae, ut in exordio promiserat, demonstravit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet nolentes, nobilitare consuevit, ut virtus possibilis nec extra humanam esse naturam Sanctorum doceatur exemplis, et ad beatae vitae imitationem, ex fructu laborum optimus quisque impellatur.

118 Hunc itaque Fratribus librum magnopere perlegere curate, ut agnoscant fideli vitae sublimium Christianorum et monachorum, sciant, quod Salvator noster Jesus Christus glorificantes se glorificat, et servientibus sibimet, non tantum regna caelorum, sed etiam his in ipsis montium secretis latere cupientibus, famae tribuit nobilitatem: scilicet ut et ipsi laudentur unde meruerunt, et ceteri eorum provocentur exemplis. Si autem necessarium fuerit et gentilibus legite, ut vel sic agnoscant, quia Dominus noster Jesus Christus non solum est Deus, Dei Filius, sed etiam his, qui eum sollicite colunt, et in eum fideliter credunt, hoc dedit potestatem, ut daemones, quos illi deos esse arbitrantur, concludent atque ejiciant, deceptores scilicet hominum, et totius corruptionis artifices. f

[illegible]

a EPILOGUS EVAGRII INTERPRETIS.

Itaque prudentes, qui legere voluerint hanc scripturam, obsecramus, ut dent veniam, si Graeci sermonis vim exprimere non potuimus, transferentes eum in Latinam linguam, licet contra nostrum propositum hoc fecerimus. Sed non quasi invidentes noluimus facere, sed sufficienter scientes, quoniam integritatem sustinet Graecus sermo translatus in Latinitatem, tamen in homines Graecum sermonem hoc sustinere, quam tradita potius eos lucri desiderio qui quomodocumque interpretatum Graecum sermonem legere possunt. Deus autem omnipotens, qui tantum virum operatus est ad faciendum talem, et nobis cooperetur ad imitandum ipsum vel ex parte, ut in omnibus clarificetur nomen ejus per magistrum, et hortatorem, et redemptorem, et Salvatorem nostrum

Ex Vitis PP.

Jesum Dominum cum Spiritu sancto, cui est claritas et perpetua potestas in sæcula sæculorum.

a Rosweydus ex unico MS. adjecit hunc epilogum, et prudenter veretur ut Evagrii nomen tueri queat, quod cum Prologo non videatur posse comparari.

APOPHTHEGMATA ET COLLATIONES

Aliaque ad Vitam S. ANTONII pertinentia.

Ex Cassiano et Vitis Patrum.

CAPUT I.

Renuntiatio sæculi.

a Monachus pecuniam ne detineat.

*a*Frater quidam renuntians sæculo, et dans quæ habebat pauperibus, retinens autem pauca in sua ratione, venit ad Abbatem Antonium. Quod cum agnovisset senex, dixit ei : Si vis monachus fieri, vade in illum vicum, et eme carnes, et impone corpori tuo nudo, et sic veni huc. Et cum sic fecisset Frater ille, canes et aves corpus ejus lacerabant. Cum pervenisset autem ad senem, interrogavit, si fecisset quod ei dixerat. Illo autem ostendente corpus suum *b* laceratum, dixit S. Antonius : Qui renuntiant seculo, et volunt habere pecunias, ecce ita impugnati a dæmonibus discerpuntur.

c nec cohabitet amicis ;

2 *c* Abraham : Non eam contra hoc vobis, sed B. Antonii sententiam proferam, qua ille ita cujusdam Fratris, hoc quo dicitis tempore torpentis, segnitiem confutavit, ut etiam nodum vestræ propositionis absinderet : nam cum ad prædictum virum quidam, ut dixi, veniens anachoreticam disciplinam minime diceret admirandam; majoris pronuntians esse virtutis, si ea, quæ perfectionis sunt, inter homines quispiam, quam in eremo positus, exerceret; B. Antonius, ubinam ipse consisteret, percunctatur. Cumque ille se juxta parentes suos habitare dixisset, et eorum præbitione ab omni cura, et sollicitudine *d* diurni operis absolutum, lectioni tantum, et orationi, absque ulla distentione spiritus indesinenter gloriaretur insistere ; rursum B. Antonius : Dic, inquit, fili, utrum in eorum damnis vel adversis casibus contristeris, parique etiam modo super eorum prosperitate congaudeas? Ille utriusque rei se participem esse confessus est. Cui senex : Noveris te, inquit, etiam in futuro sæculo eorum sorte censendum, cum quibus in hac vita in lucri detrimentive consortio, vel gaudio, vel mœrore concuteris.

3 Nec hac contentus sententia B. Antonius, majorem insuper campum disputationis ingressus est, Hæc, inquiens, conversatio, atque hic tepidissimus status non hoc solo, quo dixi, te feriunt detrimento (licet tu ipse non sentias, dicens quodammodo secundum illam Proverbiorum parabolam, *e* Ferierunt me, sed non dolui; et deluserunt me, ego autem nescivi : vel illud, quod dicitur in Propheta : Comederunt alieni robur ejus, et ipse nescivit) quod scilicet diebus singulis mentem tuam pro casuum varietate mutantes, indesinenter ad terrena demergunt; verum etiam, quod fructuum manuum tuarum, et justa laboris proprii mercede defraudent, non permittentes te horum præbitione suffultum secundum beati Apostoli regulam quotidianum tibi victum tuis manibus præparare, quem ille, ultima Ephesiorum Ecclesiæ Principibus præcepta promulgans, se etiam sanctis Evangelicæ prædicationis studiis occupatum, non solum sibi, verum etiam his, qui erant erga ministerium suum necessariis obsequiis præpediti, præbuisse se memorat, dicens : Ipsi scitis, quoniam ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Quod tamen, ut se fecisse pro forma nostræ utilitatis ostenderet, alibi ait : Non *f* otiosi fuimus inter vos, neque gratis panem ab aliquo manducavimus, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

Prov. 23. 35. Osee 7. 9. — victum labore manuum comparet — Act. 20. 34. — 2 Thess. 3. 7. 8.

4 Et ideo cum etiam nobis parentum præsidia non deessent, tamen hanc cunctis opibus prætulimus nuditatem, et quotidiana corporis alimenta nostris maluimus sudoribus præparare, quam secura parentum præbitione fulciri, laboriosissimæ huic penuriæ illam, quam prædicas, otiosam Scripturarum meditationem, atque infructuosam lectionis instantiam postponentes; quam proculdubio libentissime sectaremur, si hoc esse utilius, vel exemplis suis Apostolica tradidisset auctoritas, vel instituta seniorum salubriter præfinissent. Noveris autem te etiam ex hoc non levius, quam illo quo supra diximus, affici detrimento : quia cum sis sani corporis ac robusti, stipe sustentaris aliena, quæ juste solis est debilibus attributa. Nam utique omne hominum genus absque illo tantum genere monachorum, quod secundum præceptum Apostoli quotidianis manuum suarum laboribus vivit, *g* agapen alienæ operationis expectat. Unde non solum eos, qui semetipsos vel parentum facultatibus, vel famulorum laboribus, vel fundorum suorum fructibus gloriantur, sed ipsos etiam Reges mundi hujus agape certum est sustentari. Hoc denique majorum nostrorum definitio habet : Quicquid ad necessitatem quotidiani victus insumitur, quod opere manuum nostrarum effectum partumque non fuerit ad agapen referri debere sanxerunt, secundum Apostolum, qui otiosis penitus interdicens opem largitatis alienæ : Qui, inquit, non operatur, nec manducet. His B. Antonius adversus quemdam usus verbis, etiam nos magisterii sui informavit exemplo.

exemplo S. Antonii — g non stipe alienæ operationis sustentetur — 2 Thess. 3. 10.

a *Pelagius lib. 5, libel. 6, num. 1, et Ruffinus lib. 3, num. 68.* b *Addit Ruffinus* propter carnem rapiendam, tam dentibus quam unguibus diruperunt, *etc.* c *Cassianus Collat. 24, cap. 11 et 12. Tota hæc Collatio 24* Abbatis Abrahæ *inscribitur. De eodem insigne encomium habetur Collat. 15, cap. 4 et 5, ubi duo miracula curationum ab eo patrata narrantur. Erudite eum distinguit Gazæus ab S. Abrahamo Syro, qui colitur 16 Martii.* d *Al.* diuturni. e *Editio vulgata.* Verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt me, et non sensi. f *Vulgata,* inquieti. g *Id est, stipe aliena sustentatur, ita et Reges* agape, *id est, ope et subsidio aliorum, vivunt. Sic* agapen *pro caritatis officio, seu eleemosyna, aut subventione in proximos, præsertim pauperes, impensa, usurparunt Tertullianus lib. ad Martyres, Cyprianus lib. 3, testim. cap. 3. Cassianus Collat. 16, cap. 14, citati a Gazæo. Frequens ea apud S. Ephræm locutio est* ἀγάπας ποιεῖν, *et infra num. 17, et 18* bona dilectio *et* perfecta caritas *transfertur Latine. Alia est Ecclesiastica* agape, *de qua Baronius pluribus agit tom. 1, an. Ch. 57, et nos sæpe alibi.*

CAPUT II.

Pœnitentia. Patientia.

a lacrymis peccata deleat, cœlestia dona impetret — Isaiæ 38. 1. et 6.

*a*S. Antonium requisivit Frater, dicens : Quid faciam pro peccatis meis? Respondit : Qui vult liberari a peccatis, fletu et planctu liberabitur ab eis; et qui vult ædificari in virtutibus, per fletum lacrymarum ædificatur. Ipsa laudatio Psalmorum, planctus est. Memento exemplum Ezechiæ Regis Judæ, sicut scriptum est per Isaiam Prophetam, qui flendo non solum sanitatem recepit, sed etiam per quindecim annos augmentum vitæ promeruit; et supervenientem hostis exercitum, videlicet centum et octoginta quinque millium per lacrymarum ejus rigationem, virtus Domini in mortem prostravit. S. Petrus Apostolus flendo recepit, quod in Christum negando commiserat. Maria, quia cum lacrymis rigavit pedes Domini, meruit audire se optimam partem elegisse. Ipse timor Domini sanctus permanens in seculum seculi.

b c d culpam coram Deo cognoscat

6 *b* Dixit Abbas Antonius Abbati Pastori : Hoc est magnum *c* opus hominis *d* ut culpam suam super se ipsum unusquisque ponat coram Domino, et expectet tentationem usque ad ultimum vitæ suæ tempus.

e

7 *e* Audivit aliquando Abbas Antonius de quodam juvene monacho, quia signum quoddam hujusmodi fecerit in via, id est, cum vidisset quosdam senes iter agentes, et laborantes in ambulando, onagris jussit, ut venirent et portarent eos, donec pervenirent ad se : illi autem senes indicantes hoc Abbati Antonio, dixit Abbas Antonius : Videtur mihi monachus iste similis esse navi oneratæ omnibus bonis, de qua incertum

certum est utrum pervenire possit in portum. Et post aliquantum temporis, subito cœpit Abbas Antonius flere, et trahere sibi capillos, et lugere. Quod cum vidissent discipuli ejus, dicunt ei: Quid ploras Abba? Et respondit senex: Magna columna Ecclesiæ cecidit modo. Dicebat autem hoc de monacho illo juvene, et adjecit: Ambulate ad eum, et videte quod factum est. Perrexerunt igitur discipuli ejus, et invenerunt monachum illum super *f* mattam sedentem, et flentem peccatum, quod fecerat. Videns autem discipulos senis, ait eis: Dicite seni, ut obsecret Deum decem tantum dierum dare mihi inducias, et spero me satisfacturum ei. Qui intra quinque dies mortuus est.

8 *g* Laudatus est quidam Frater a monachis apud Abbatem Antonium: ille autem cum venisset ad eum, tentavit si portaret injuriam: et cum cognovisset, quia non posset ferre, dixit ei: *h* Similis es domui, quæ a foris quidem ornata est, de retro vero a latronibus despoliata.

9 *i* Abbati Ammon prophetavit B. Antonius dicens: Multum habes in timore Dei proficere. Et educens eum de cella, ostendit ei lapidem, et dixit ei: Vade, et injuriare lapidem hunc, et indesinenter cæde illum. Quod cum fecisset, interrogavit eum S. Antonius, si ei aliquid lapis respondisset. At ille dixit: Non. Cui Abbas Antonius ait: Ita et tu ad hanc mensuram perventurus es, ut nullam tibi fieri arbitreris injuriam.

10 *k* Quidam Fratres venientes ad Abbatem Antonium, postulabant ab eo audire sermonem, per quem salvarentur. Quibus ille ait: Scripturas audistis, et sufficiunt quæ vobis a Christo sunt [illegible]. At illi [illegible] ipso quoque aliquid eis dicere [illegible], postulant. Tunc dicit eis: Evangelium dicit: Si quis te percusserit in maxillam *l* dextram, præbe illi et alteram. At illi se facere hoc non posse dixerunt. Respondit senex: Præbere alteram non potestis? *m* vel in dextram alteram [illegible] sustinete. Sed cum neque hoc se posse facere testarentur, dixit eis senex: Ergo si hoc non potestis, *n* ne reddatis malum pro malo [illegible]. Et cum idem verbum, quod superius dixerant, repeterent, dixit Abbas Antonius discipulo suo: Vade et [illegible] pulmentum, [illegible] quia valde infirmi sunt. [illegible] Si enim hoc non potestis, et alterum non vultis, quid vobis faciam? Ut orationes vestræ [illegible], per quam infirmitas vestra sanetur.

11 [illegible] Abbatem Antonium [illegible] Quid [illegible] Deo placebo? Respondit senex: Quod dico tibi, custodi. Quocumque vadis, Deum semper habeto præ oculis tuis, et quodcumque operaveris, ex divinis Scripturis exemplum [illegible]; et in quocumque loco resederis, ne velociter [illegible] inde. Hæc tria custodi, et salvus eris.

CAPUT III.
Tentationes. Discretio.

Dixit Abbas Antonius: Qui sedet in solitudine, et quiescit, a tribus bellis eripitur, id est, auditus, locutionis, et visus: et contra unum tantummodo habebit pugnam, id est, cordis.

13 *b* Dixit iterum Abbas Antonius: Quia non permittit Deus bella excitari in generatione hac, quoniam scit, quia infirmi sunt, et portare non possunt.

14 *c* Quodam tempore duo quidam Philosophi audientes famam B. Antonii, perrexerunt ad eum. Qui cum inter se quasdam quæstiones habuissent, despicientes Philosophi S. Antonium, velut imperitum et sine litteris virum, reversi sunt ab eo. Volentes autem eum, si nihil amplius potuissent lædere, vel de cellula ejus magicis præstigiis et circumventione dæmonum perturbare, immiserunt ei nequissimos dæmones ad impugnationem, hac invidia et livore percussi, quod multi hominum ad illum, velut Dei famulum, quotidie convenirent. Cumque ille nunc quidem impugnante pectus suum et frontis signaculum crucis, nunc vero orationi suppliciter incumbente, nec appropinquare quidem dirissimi dæmones eidem auderent, revertebantur ad eos, qui eos direxerant sine effectu. Tunc illi duos rursum, qui sibi potentiores noverant [illegible]. Cumque et illi fatigati revertissent, iterum alios [illegible] potentiores [illegible], adversus militem Christi destinaverunt, qui nihil penitus prævaluerunt, Antonio viriliter repugnante. [illegible] tantæ [illegible] in [illegible] arte et *d* necromantica [illegible], ut per hæc evidentissime [illegible] virtutem [illegible] professionis Christianorum, quibus illæ tam sævæ umbræ nihil Antonium [illegible] lædere, sed [illegible] quidem [illegible] valuerant perturbare. Pro hac ergo admiratione stupefacti Philosophi [illegible] ad S. Antonium venerunt, [illegible], et [illegible] invidias livoris sui ei patefecerunt. Christianos se [illegible] protinus [illegible]. [illegible] bellis prædictæ impugnationis [illegible] B. Antonius [illegible] fuisse [illegible].

15 *e* Dixit Abbas Antonius: Quia sunt quidam conterentes corpora sua in abstinentia, sed quia non habuerunt discretionem, longe facti sunt a Deo.

16 *f* Quodam tempore convenerunt plurimi seniores ad B. Antonium [illegible] Thebaidis partibus, perfecti [illegible], et collatio [illegible]. Cumque a vespertinis horis usque ad lucem [illegible] protracta [illegible] noctis spatium [illegible]. [illegible] quæ [illegible] observata [illegible] ad Deum recto itinere, firmoque gressu perduceret. [illegible] sententiam [illegible], alii in [illegible], alii [illegible] pietatis [illegible] pervenire [illegible]. [illegible] susceptionis [illegible], nunquam [illegible] præbere [illegible]. [illegible] maximam temporis [illegible], respondens [illegible] B. Antonius universis ait: [illegible], quæ dixistis, necessaria [illegible] Deum, sed hos principaliter [illegible] quorum [illegible] et experimenta permittunt. Nam sæpe vidimus Fratres [illegible], deceptos, eo quod nihil [illegible] discretionis [illegible]. [illegible] deprehenditur, nisi quod minus a senioribus instituti.

Ex vitis PP

nequaquam potuerunt rationem discretionis hujus adipisci, quæ viam regiam docet monachum semper incedere, et nec excessu continentiæ modum transire permittit, nec deflectere ad vitia concedit. In omnibus ergo quæ agimus, discretio anteponenda est. Manifestissime enim declaratur, nullam sine discretionis gratia perfecte posse, vel perfici, vel stare virtutem. Et hæc dicente Antonio, universorum sententia definitum est, discretionem esse, quæ fixo gradu intrepidum monachum perducat ad Deum, et prædictas virtutes jugiter conservet illæsas. Omnium namque virtutum genitrix, et custos, atque moderatrix, discretio est.

Et virtutum est genitrix.

a *Pelagius lib.* 5 *libel.* 2 *num* 2 b *Idem libel* 10, *num.* 4. c *Cassianus lib.* 4, *de Vit. Pat cap* 55, *ex ejus Collatione* 8, *cap.* 18 *et* 19. *Ubi hæc narrat* Abbas Serenus, *cujus nomine inscripta est Collatio* 7 *et* 8 *De eo agitur in Vitis Pat lib.* 4, *cap.* 50, *apud Photium in biblioth tmemate* 197 *et Petrum de Natalibus lib* 3, *cap* 48, *ad diem XXIII Febr.* d *Deest in Collatione, sed cum umbris satis conveniunt, quæ sæpe dæmones, sæpe animas defunctorum significant* e *Pelagius lib* 5, *libel* 10, *num* 10.
f *Cassianus lib.* 4, *de Vit. PP cap* 42 *ex Collat* 2, *cap.* 2 *ubi ea narrantur ab Abbate Moyse, cujus nomine Collatio* 2 *inscribitur*

CAPUT IV.
Humilitas. Mortificatio.

a Item B. Antonius retulit vidisse omnes laqueos inimici super universam terram extentos, et cum suspirans dixisset : Quis hos poterit transire? vocem ad se dicentem audivit : *b* Humilitas sola pertransit, Antoni; quam nullo modo valent superbi contingere.

Humilis laqueos dæmonis transit

18 *c* Item B. Antonius dum in cella propria oraret, venit ad eum vox dicens : Antoni, nondum pervenisti ad mensuram coriarii, qui est in Alexandria. Quo audito senex surgens mane, arrepto baculo in civitatem Alexandriam festinus venit. Cumque ad designatum hominem fuisset ingressus, ille viso tanto viro obstupuit. Cui senex dixit : Refer mihi opera tua, quia propter te, relicto deserto, huc veni. Qui respondens ait : Nescio me aliquando aliquid boni perpetrasse : unde et ex cubili proprio mane consurgens, antequam in opere meo resideam, dico quod omnis hæc civitas a minore usque ad majorem ingrediuntur regnum Dei propter justitias suas; ego autem solus propter peccata mea pœnam ingrediar sempiternam. Quod verbum antequam quiescam sero, ex cordis mei recenseo veritate. Quod audiens B. Antonius, respondit : In veritate, fili, sicut bonus *d* artifex sedens in domo tua cum requie regnum Dei adeptus es, ego autem veluti sine discretione omne tempus meum in solitudine conversatus, necdum verbi tui assumpsi mensuram.

se omnibus pejorem æstimet

19 *e* Interrogavit Frater Abbatem Antonium, dicens : Quid est pro nihilo se ipsum homo æstimare? Respondit : Similem se jumentis irrationabilibus æstimare, pro eo quod nihil dijudicant, sicut scriptum est : Ego autem velut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.

et similem jumentis

Psal 72

20 *f* Venerunt aliquando senes ad Abbatem Antonium, et erat cum eis etiam Abbas *g* Joseph. Volens autem Abbas Antonius probare eos, movit sermonem de Scripturis sanctis. Et cœpit interrogare a junioribus, quid esset hoc vel illud verbum. Et singuli dicebant prout poterant Ille autem dicebat eis : Necdum invenistis Post eos vero dixit Abbati Joseph : Tu quomodo dicis esse verbum hoc? Ille respondit : Nescio. Et dixit Abbas Antonius : Vere Abbas Joseph solus invenit viam, qui se nescire respondit.

ignarum se fateatur

21 *h* Interrogavit Abbas Pampo Abbatem Antonium dicens : Quid faciam? Respondit ei senex : Noli esse in tua justitia confidens : *i* neque pœniteаris de re transacta : et continens esto linguæ tuæ et ventris

justitiæ suæ diffidat

22 *k* B. Antonius monebat discipulum suum, dicens : Horre ventrem tuum, et necessitates hujus seculi, et concupiscentiam malam, et honorem, tamquam absens de hoc seculo, et requiem possidebis.

23 *l* Dixit Abbas Antonius Æstimo quod habeat corpus motum naturalem conspersum in se, qui nolente animo non operatur, sed tantummodo significatur in corpore, quasi *m* impassibilis motus. Est autem et alius motus ex eo, quod nutritur et fovetur corpus cibis et potibus, et ex quibus calor sanguinis excitat corpus ad operandum. Propter quod dicit Apostolus : Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et rursum Dominus in Evangelio discipulis mandans dixit : *n* Videte, ne quando graventur corda vestra in crapula et ebrietate. Est autem et alius quidam motus certantibus in conversatione, ex insidiis et invidia dæmonum veniens. Itaque scire convenit, quia tres sunt corporales motus. Unus quidem naturalis; alius autem ex plenitudine ciborum; tertius vero ex dæmonibus.

Motus corporalis triplex

Ephes 5, 18

Lucæ 21 34

24 *o* S. Antonium requisivit Frater; Quomodo Deus repromittit bona animæ per assiduitatem Scripturarum, et non vult anima in bonis permanere, sed declinat ad transitoria, caduca, et immunda? Respondit : Ad hoc jungitur quod Psalmista ait : Iniquitatem si conspexi in corde meo, non exaudiet Deus. Ignoras, quod cum venter plenus fuerit esca, statim ebulliunt magna vitia? quæ Salvator noster per Evangelium prædixit : Non coinquinat quod in os intrat animam hominis; sed de corde exeunt, quæ in interitum demergunt hominem. Vide quid dixerit primum : cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, et blasphemiæ. Quia qui necdum gustavit dulcedinem cœlestium, ut ex toto corde exquirat Deum, ideo ad immunda revertitur; qui poterit recte dicere : Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.

Animus cur in caduca et immunda pronus.

Psal. 65 18

Matth 15 11 19

25 *p* Fratres quidam venerunt ad Abbatem Antonium, ut nuntiarent ei phantasias, quas videbant, et cognoscerent ab eo, utrum veræ essent, an a dæmonibus illuderentur. Habebant autem asinum secum, et mortuus est eis in via. Cum ergo venissent, ad senem, prævenit eos dicens : Quomodo mortuus est ille asinus in via? Dicunt ei : Unde scis Pater : Et ille dixit : Dæmones mihi ostenderunt. Dicunt ei : Et nos propterea venimus interrogare te, quia vidimus phantasias, et plerumque fiunt in veritate, ne forte erremus. Et satisfecit eis senex, sumpto exemplo de asino, ostendens quia de dæmonibus fiunt ista. Supervenit autem quidam venationem faciens in silvam agrestium animalium, et viderat Abbatem Antonium gaudentem cum Fratribus, et displicuerat ei. Volens autem senex ei ostendere, quia oportet aliquando condescendere Fratribus, dicit ei : Pone sagittam in arcu tuo, et trahe : et fecit sic. Et dixit ei : Iterum trahe; et traxit, Et rursus dixit ei : Trahe adhuc, et traxit. Dixit ei venator : Si supra mensuram traxero, frangetur arcus. Dicit ei Abbas Antonius : Ita est et in opere Dei : si plus a mensura tendimus, Fratres cito deficiunt. Expedit ergo una et una relaxare rigorem eorum. Hæc audiens venator compunctus est, et multum proficiens in sermone senis, discessit, et Fratres confirmati, reversi sunt in locum suum.

aliquando relaxandus honeste

26 *q* Abbas Antonius dixit : Monachus, si paucis diebus laborat, et iterum relaxatur; et rursus laborat, et inde negligit; hic nihil agit, nec patientiæ perseverantiam possidebit.

27 *r* S. Antonius Abbas cum sederet aliquando in eremo animus ejus s tædium, et confusionem cogitationum incurrit, et dicebat ad Deum : Domine, volo salvus fieri, et non me permittunt cogitationes meæ, quid faciam in hac tribulatione? quomodo salvus ero? Et modice assurgens, cœpit foras exire, et vidit quemdam tamquam seipsum sedentem, atque operantem; deinde surgentem ab operibus et orantem, et iterum sedentem, et *t* plectam de palmis facientem, et inde rursus ad orationem surgentem. Erat autem Angelus Domini *v* missus ad correptionem et cautelam dandam Antonio. Et audivit vocem Angeli dicentis : Sic fac, et salvus eris. Ille autem hoc audito, magnum

[illegible] sumpsit atque [illegible] Et ita [illegible], salutem quam [illegible], invenit.

[illegible]

CAPUT V.

Amor Dei. Intentio pura.

[illegible]

CAPUT VI.

Amor et instructio proximi.

[illegible] sisset, statim susceperunt eum.

36 [illegible] et dum a ceteris increparetur, ad Abbatem [illegible] est Antonium. [illegible]

37 [illegible]

38 [illegible]

39 [illegible]

Ex vitis PP.

Hoc est proximum judicare. Judicasti hujusmodi actus, hoc pejus est quam detractio.

40 *g* Quodam tempore cum B. Antonius a S. Athanasio Alexandriæ Episcopo propter confutationem hæreticorum in urbem esset adductus, perrexit ad eum Didymus vir eruditissimus, captus oculis. Cumque multa de Scripturis sanctis loquerentur, inter ceteras sermocinationes, quas de sanctis voluminibus habebant, cum Antonius miraretur ingenium ejus, et acumen animi collaudaret, sciscitans, ait ad eum : Non tristis es quod oculis carneis careas? Et cum ille præ pudore reticeret; secundo tertioque eum interrogans Antonius, tandem elicuit ut mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius ait : *h* Miror prudentem virum ejus rei dolere damnum, quam formicæ, et muscæ et culices habent, et non potius lætari illius possessione, quam Sancti et Apostoli meruerunt. Melius enim multo est spiritu videre, quam carne; et illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere, *i* quam illos qui solo visu per concupiscentiam possunt hominem in interitum gehennæ mittere.

S. Antonius Didymum super cæcitate solatur.

41 *k* Fuit quidam eremita, Pior nomine, de antiquis Patribus, quem B. Antonius adolescentem in sancto proposito monachorum instruxit : demoratus est autem apud B. Antonium annos paucos. Cumque viginti et quinque esset annorum, abiit ad alium secretum eremi locum, ut solitarius habitaret, hoc etiam volente et consentiente B. Antonio. Dixitque ei S. Antonius : Vade, Pior, et habita ubi volueris, et cum tibi per aliquam rationabilem occasionem revelaverit Dominus venies ad me.... Soror ejus cum esset vidua, habens duos filios jam adolescentulos, misit eos in eremum ad requirendum fratrem suum Pior. Qui cum diversa monasteria circuissent, requirentes eum, vix tandem invenientes illum, dixerunt ei : Nos filii sororis tuæ sumus, quæ nimio desiderio optat te videre ante exitum suum. Ipse vero non acquievit petitioni eorum. Perrexerunt autem adolescentes ad hominem Dei B. Antonium, indicantes ei pro qua caussa venerant. Misit autem B. Antonius, et vocavit eum ad se, dixitque ei : Quare, Frater, tanto tempore non venisti ad me? Qui respondens dixit ei : Præcepisti mihi, beatissime Pater, ut cum per aliquam occasionem revelasset mihi Dominus, venirem ad te, et ecce usque hactenus non mihi revelatum est. Dixit ei B. Antonius : Vade, ut videat te soror tua. Tunc assumpsit secum alium monachum, et perrexit ad locum, et domum sororis suæ : et stans foris prope januam atrii, clausis oculis; ut non videret sororem suam stetit. Illa autem veniens projecit se ad pedes ejus, de nimio enim gaudio angustiata est. Dicit ei Pior : Ecce ego sum Pior frater tuus, vide ergo me quantum volueris : et post hoc statim reversus est ad eremum in cellulam suam. Hoc autem fecit ad erudiendum monachos, ut non daretur eis licentia, cum libitum eis fuerit, visitare parentes vel propinquos suos.

Piorem eremitam instruit

mittit ad sororem

42 *l* Venit aliquando Abbas Hilarion de Palæstina ad Abbatem Antonium in montem, et dicit ei Abbas Antonius : Bene venisti lucifer, qui mane oreris. Et dixit Abbas Hilarion : Pax tibi columna lucis, quæ sustines orbem terrarum.

Invisitur a S. Hilarione.

43 *m* Aristæneta Elpidii, qui postea Præfectus Prætorio fuit, uxor valde nobilis inter suos, reversa cum marito, et tribus liberis a B. Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim servi Dei hemitritæo pariter arrepti, omnes a medicis desperati sunt. Mater ululans prostravit se humo ad cellulam Hilarionis, crebro clamitans : Hilarion serve Dei, redde mihi liberos meos; quos Antonius tenuit in Ægypto, a te serventur in Syria.

et Aristæneta ...

a *Pelagius lib.* 5, *libel.* 9, *num.* 1. b *Ruffin. lib.* 3, *num.* 13S. c *Palladius Cephalæa Palladii, qui cum eo erat ... ludatur* cap. 91. *quod* octaginta annis non habuerit simul duas tunicas, *et* θεοδίδακτος Scripturam sacram noverit. d *Pelagius lib.* 5, *libel.* 17, *num.* 2. e *Idem libel.* 10, *num.* 3. f *Appendix ad Vitas Patrum cap.* 20, *num.* 13. g *Ruffinus lib.* 3, *num.* 218, *ex S. Hieronymi epistola* 33, *ad Castrutium. Eorumdem congressum referunt idem Ruffinus lib.* 2, *Hist. Ecclesiast. cap.* 7, *et Socrates lib.* 4, *cap.* 20. *In quo mendose temporibus* Valentis, *loco* Constantii *legitur, ut dictum est proleg. in* § 4, *et in Vita num.* 91.
h *Ruffinus in Hist. Eccles.* Lætare, quia habes oculos quos Angeli habent, e quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur, *ad eos oculos alludit S. Hieronymus in præfatione ad librum Didymi de Spiritu sancto, et epist.* 32, *ad Abigaum.* i *Sequentia desunt in epist. S. Hieronymi.* k *Ruffinus lib.* 3, *num.* 31. l *Pelagius lib.* 5, *libel.* 17, *num.* 4.
m *S. Hieronymus in vita S. Hilarionis. Infra iterum* Aristæneta Præfecti uxor *dicitur, ubi denuo cogitabat proficisci ad* S. Antonium, *nisi* S. Hilarion *obitum ejus divinitus edoctus, de eo illam admonuisset.* Elpidium *e Paphlagonia exortum atque ad Præfecturam promotum fuisse scribit Ammianus lib.* 23.

CAPUT VII.

Eulogii Alexandrini et alterius institutio.

a Cronius quidam mihi narravit Presbyter Nitriæ : Cum essem, inquit, junior ab initio, et propter animi angorem et tristitiam fugerem ex monasterio mei Archimandritæ, errans perveni ad montem S. Antonii. Sedebat autem B. Antonius *b* inter Babylonem et Heracleam in vasta solitudine, quæ fert ad mare rubrum, circiter triginta milliaribus a fluvio. Cum ergo venissem ad ejus monasterium, quod est prope fluvium, in quo sedebant ejus discipuli Macarius et Amathas in eo qui Pisper appellatur loco, qui eum etiam cum dormiisset sepelierunt, exspectavi quinque dies, ut convenirem S. Antonium. Dicebatur autem accedere ad hoc monasterium, aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post viginti, aliquando vero post quinque, prout expediebat pro beneficio eorum, qui veniebant ad monasterium. Convenerامus ergo diversi Fratres, diversis de caussis : inter quos fuit etiam Eulogius Alexandrinus monachus, et cum eo alius membris manens, qui quidem propter talem caussam accesserunt.

In monasterium Pisper venit Cronius,

et Eulogius Alexandrinus

45 Perpetuis quindecim annis, is *c* qui erat mutilatus, benevole ab eo curabatur tamquam pater, ut qui lavaretur, ungeretur, foveretur, et portaretur manibus Eulogii, et supra suam dignitatem quidem custodiretur, morbo autem convenienter reficeretur. Post quindecim autem annos invasit dæmon eum, qui erat mutilatus, volens Eulogium mandato et proposito, et mutilatum a refectione, et Dei gratiarum actione, seditionemque excitat in Eulogium, multisque eum probris cœpit insequi, adeo ut eum jam appeteret maledictis. Cum dæmon sic eum efferasset, postea se confert Eulogius ad propinquos monachos, et dicit eis : Quid faciam? ad desperationem me deduxit mutilatus. Dicunt ei : Quamobrem? Ille autem : Me, inquit, graviter afficit, nec scio quid faciam. Abjiciam ipsum? sed Deo dedi dextram, et timeo. Non abjiciam? sed me dies noctesque male habet. Nescio quid faciam. Et dicunt illi absolute : Adhuc vivit Magnus ille; (sic enim vocabant S. Antonium) ascende ad ipsum, mutilatum imponens in navigium : et defer eum in monasterium, et exspecta donec Magnus venerit e spelunca, et ad eum refer judicium; et quod tibi dixerit, sta illius sententiæ. Deus enim tibi dicet per ipsum. Verbis eorum morem gessit Eulogius, et mutilato blandiens, cum eum *d* immisisset in cymbam pastoralem, noctu egressus est ex urbe, et tulit eum in monasterium discipulorum Magni Antonii.

hominem membris mutilum, et a dæmone agitatum

mutuo se... bens

46 Accidit autem ut alio die veniret Magnus sero vespere, ut narravit Cronius, amictus chlamyde pellicea. Ingressus est ergo in suum monasterium, erat autem hæc ejus consuetudo, ut alloqueretur Macarium, et eum interrogaret : Frater Macari, venerunt ne huc aliqui? Respondebat Macarius : Venerunt. Dicebat autem Magnus : Suntne Ægyptii, an Hierosolymitani? Dederat autem Magnus ei signum dicens : Cum videris venisse aliquos, quibus est

S. Antonius ... Macario ... dialogo ...

est [illegible] dic: Adsunt Ægyptii. Quando autem videris veros [illegible] aliquos religiosiores, et paullo [illegible], dic: Sunt Hierosolymitani. Rogabat ergo Macarius [illegible] dicens Fratri Macario: Sunt Ægyptii Fratres, an Hierosolymitani? Respondet [illegible] dicens: Est [illegible]. Quando ergo dicebat Macarius: Sunt Ægyptii, dicebat ei M[illegible]: Para eis lentem, et da eis [illegible], et faciebat eis [illegible] et dimittebat eos. Quando autem [illegible]: Sunt Hierosolymitani, sedebat per [illegible], et eis dicebat ea quæ pertinent ad [illegible].

47 [illegible] illo vespere omnes accessit Magnus. Cumque nullus ei dixisset quod nomen haberet [illegible], cum serum esset a vesper, vocat [illegible] Eulogi, Eulogi, Eulogi [illegible] [illegible] Eulogius [illegible], putans [illegible] nomine, dicit ei Magnus: Tu [illegible] Eulogi, qui venisti ab Alexandria. Tu [illegible] Eulogius [illegible] quæso? Dicit ei Magnus: Quid huc venisti? Respondit ei Eulogius, dicens: [illegible] meum, [illegible] quoque propter quam [illegible] revelavit. Dicit ei S. Antonius: [illegible] sed [illegible] Fratribus, ut ipsi [illegible]. Jussus autem a Magno Eulogius, dixit [illegible] omnibus: Hunc mutilatum inveni [illegible] [illegible] habitum [illegible] autem [illegible] ut daret mihi gratiam [illegible] ad [illegible] Dexteram [illegible] Deo, quod in [illegible] ejus curam geram, [illegible] Sunt autem [illegible] ex quo simul versamur, [illegible] revelata sunt omnia. Sed [illegible] et in [illegible] habui ipsum [illegible] sanctitatem, ut mihi consulas quidnam debeam facere, [illegible].

48 [illegible] Magnus Antonius [illegible] Eulogius [illegible] [illegible] Eulogius, et [illegible] autem [illegible] Magnus Antonius [illegible] mutilatum, [illegible] Mutilate, maculate, terra [illegible] Christum, qui [illegible] Christum [illegible] Christum [illegible] increpantibus, eos dimittit, et cum disseruisset cum [illegible] Fratres [illegible] et cum bona [illegible] Deus mittet ad [illegible] Christi [illegible] Angelus non invenerit [illegible] loco, [illegible] Cito ergo [illegible] in suam [illegible] et intra quadraginta dies, [illegible] mutilatus, [illegible] Dei [illegible].

49 Cum [illegible] tempore versatus essem [illegible] Thebaidis, descendi [illegible] Alexandriæ, accidit, ut Beatus quidem Eulogius [illegible] fraternitate celebraret quadragesimus [illegible], tertius. Cum ergo hoc audiissem Cronius obstupuit, et acceptum Evangelium ut fidem haberent audientes, posuit in medio Fratrum, et eis juravit, narrans Magna Antonii de his præscientiam, et de omnibus quæ acciderant, et dicens: Horum ego verborum fui interpres, cum B. Antonius Græce nesciret, ego vero scirem utramque linguam, et eis sum interpretatus. [illegible] quidem deinceps per Christi gratiam, Eulogio, et corpore mutilato Græce, quæ a Magno dicta sunt, ipsi autem Sancto et Beato Magno que Antonio Ægyptiace, quæ dicta sunt ab utroque.

a Palladius [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

CAPUT VIII.

Exercitatio S. Pauli Simplicis.

Narravit autem sanctus Christi servus Hierax, et Cronius, et plures alii ex Fratribus ea quæ sum dicturus, quod quidam Paulus agrestis [illegible], [illegible] et moribus simplex, uxorem duxerat mulierem formosissimam, sed moribus improbam, quæ [illegible] Aliquando autem [illegible] ingressus domum suam, invenit eos turpia perpetrantes, [illegible] Paulo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

51 Cum [illegible] dies et [illegible], pervenit [illegible] S. Antonii, et pulsat ostium [illegible] S. Antonius [illegible] interrogat: Quid vis? [illegible] Paulus: Volo [illegible] monachus. Respondet ei Antonius: Senex [illegible] non potest hic fieri monachus [illegible] gratias. Non [illegible] Respondet [illegible] [illegible] feceris, illud faciam. Dicit ei Antonius [illegible] esse monachus, [illegible] sunt [illegible] Fratres, [illegible] [illegible] becillitatem. [illegible] dierum spatio interjecto [illegible] Paulo [illegible] [illegible] Quid [illegible] [illegible] dixisset Paulum, [illegible] aquam, [illegible] [illegible] jejunium, cogitavit apud se [illegible].

52 [illegible] Antonius [illegible] habens [illegible] Paulus [illegible] quæ [illegible]. [illegible]

illis diebus suscepit Antonius, qualem quando erat in principio juventutis. Ejus ergo mentem probans Antonius, ei dixit : Sta, et ora in hoc loco, donec ingrediar, et afferam tibi quod opereris. Ingressus autem speluncam per fenestram animadvertit eum in eo loco b totam hebdomadam manere immobilem, cum ab æstu torreretur. Egressus autem post hebdomadam, cum ex palmis ramos madefecisset, ei dicit : Accipe, et contexe funem, ut me vides. Texit senex ad horam usque nonam quindecim ulnas magno labore. Cum autem vidisset Antonius id quod contexuerat, id minime si placuit, et ipse ei dicit : Male contexuisti, retexe, et denuo contexe; cum jam septimo die jejunus ageret, idque cum esset grandis ætate. Tantum autem eum hac de caussa afflixit, ut ægre ferens senex fugeret Antonium, et vitam monachorum. Is autem eosdem ramos et retexuit et iterum contexuit cum magno labore, quod ex contextura prima fuissent corrugati.

53 Cum ergo vidisset Magnus Antonius cum nec murmurasse, neque animum abjecisse, neque vultum suum omnino avertisse, et neque vel tantillum succensuisse, propter eum est compunctus. Et sole occidente ei dicit : Patercule, vis comedamus fragmentum panis? Dicit ei Paulus : Ut tibi videtur, Abba. Hoc quoque rursus inflexit Antonium, quod non ad cibi nuntium protinus accurrerit, sed ei potestatem permiserit. Para ergo, inquit, mensam; et obediit. Fert panes Antonius et imponit mensæ quatuor paxamates sex unciarum, et sibi quidem unum madefecit, erant enim sicci; illi autem tres. Psalmum psallit Antonius, quem noverat. et cum eum duodecies cecinisset, duodecies oravit, ut in hoc quoque Paulum probaret. Senex autem simul precatus est, ipso Magno Antonio promptius et alacrius. Malebat enim, ut arbitror, pascere scorpios, quam una vivere cum adultera. Post duodecim autem orationes, Paulo dicit Magnus Antonius : Sede, inquit, et ne comedas usque ad vesperam; sed solum attende esculentis. Cum autem fuisset vespera, et Paulus non comedisset, dixit ei Antonius : Surge, ora, et dormi. Ille autem mensa relicta sic fecit. Media autem nocte excitavit eum ad orationem, et usque ad horam nonam produxit orationes. Mensa autem rursus apposita cum et rursus cecinisset, et orasset, sero vespere sederunt ad comedendum. Cum ergo comedisset Magnus Antonius unum paxamatem, aliud non tetigit. Senex autem comedens tardius, adhuc tenebat paxamidium quod ceperat, expectabat ergo Antonius donec perfecisset, et dicit ei : Comede, Patercule, etiam unum aliud paxamidium. Dicit ei Paulus : Si tu comedas, ego quoque comedam; te autem non comedente, nec ego comedam. Dicit ei Antonius : Mihi sufficit, sum enim monachus. Et ille : Et mihi sufficit; nam ego quoque volo fieri monachus. Surgit rursus, et facit duodecim orationes, et psallit duodecim psalmos. Et post orationes primi somni parum dormiunt, et rursus expergiscuntur ad psallendum a media nocte ad diem usque.

54 Deinde misit eum ad obeundam solitudinem, dicens ei : Veni huc post tres dies. Cum hoc autem factum esset, et quidam Fratres ad eum venissent, observabat Paulus Antonium quidnam vellet eum facere. Is autem dixit ei : Tacens ministra Fratribus, neque aliquid gustaveris, donec Fratres fuerint iter ingressi. Postquam autem tertia jam impleta esset hebdomada ex quo non comederat Paulus, Fratres eum rogabant : Qua de caussa taces? Cumque ille non responderet, dicit ei Antonius : Quid taces, colloquere cum Fratribus. Ille vero est collocutus. Cum aliquando ei fuisset allata urna mellis, dixit ei Antonius : Frange vas, et mel effundatur. Sic autem fecit. Et ei rursus dicit : Collige rursus mel concha, ne sordes aliquas inferas. Et rursus jussit eum aquam haurire toto die. Et rursus, cum vestem ejus dissoluisset, jussit consuere. Tantam denique hic vir possedit obedientiam, ut ei etiam data sit gratia divinitus, nempe ut ejiceret dæmones. Postquam ergo vidit senem Magnus Antonius prompte eum esse ad omnia secutum in vitæ exercendæ ratione, ei dicit : Vide, Frater, si sic in dies potes, mane mecum. Dicit ei Paulus : An quid mihi possis amplius ostendere, nescio : nam ea quæ vidi a te fieri, ego quoque facio facile, et citra laborem, Deo mihi opem ferente.

In omnibus absque murmuratione obedit.

55 Tunc ei dicit Antonius alio die : In nomine Jesu, ecce factus es monachus. Cum autem satis superque compertum haberet in omnibus Magnus et Beatus Antonius esse admodum perfectam animam Christi servum, ut qui esset admodum simplex; post certos menses, Dei gratia opem ferente B. Antonio, facit ei deinceps cellam ad tres, vel quatuor lapides a sua cella. Et dicit ei : Ecce Christi virtute, opem ferente, tu factus es monachus. mane deinceps seorsum, ut etiam facias periculum dæmonum. Cum ergo anno uno apud se habitasset Paulus Simplicissimus, et gratia dignatus est adversus dæmones, et adversus omne genus morbos, se perfecte gerens in virtute exercitationis.

Habitat in cella ab Antonio remotus.

56 Quodam ergo die adolescentulus, qui supra modum graviter vexabatur a dæmone, allatus est ad B. Antonium, habens principalem sævissimum dæmonem, qui etiam ipsum cœlum maledictis et probris insequebatur. Cum igitur adolescentem observasset Magnus Antonius, dicit iis qui eum ducebant : Non est hoc meum opus; nam contra hunc ordinem dæmonum, nempe principalem, nondum sum donatus gratia : sed hæc est Pauli gratia Simplicis. Abiens ergo Magnus Antonius ad probatissimum Paulum, ipsos quoque deduxit, et dicit ei : Abba Paule, ejice hunc dæmonem ab hoc homine, ut sanus ad sua redeat, et Dominum glorificet. Dicit ei Paulus : Tu vero quid : Dicit ei Antonius : Non est mihi otium, est aliud quod agam. Et relicto illic puero, reversus est Magnus Antonius in suam cellam. Cum ergo surrexisset innocens senex, et efficacem effudisset orationem, dicit, provocans dæmoniacum : Dixit Abbas Antonius, Egredere ab hoc homine. Dæmon autem cum probris ac maledictis exclamabat dicens : Non egrediar helluo, senex, nugator. Accepta itaque pelle sua ovilla, verberabat eum in tergo, dicens : Egredere, dixit Abbas Antonius. Dæmon autem maledictis insequebatur Paulum et Antonium : Hellones isti in senectute, veternosi, insatiabiles, qui propriis numquam sunt contenti, quid est vobis commune nobiscum? quid in nos exercetis tyrannidem? Tandem dicit ei Paulus : Aut exibis, aut abeo, ut id dicam Christo, isque faciet ut sit tibi væ, etc.

Miraculis claret.

Energumenum ab Antonio adductum liberat.

57 c Cum Thaisis tribus annis ita fuisset inclusa, condoluit Abbas Paphnutius, et mox profectus est ad Abbatem Antonium, ut ab eo requireret si peccata ejus remisisset ei Dominus, an non. Cum ergo pervenisset, et tantam illi caussam subtiliter narrasset, convocatis suis discipulis Abbas Antonius præcepit ut illa nocte omnes vigilarent, et in oratione singuli persisterent, quatenus alicui ex eis declararet Deus caussam, pro qua Abbas Paphnutius venerat. Itaque cum singuli secessissent, et incessanter orarent, Abbas Paulus major discipulus S. Antonii vidit subito in cœlo lectum pretiosis vestibus adornatum, quem tres Virgines clara facie fulgentes custodiebant. Cum ergo ipse Paulus diceret : Non est largitio hæc alterius, nisi Patris mei Antonii, vox ad eum facta est : Non est Patris tui Antonii, sed Thaisis, meretricis est.

Indicta ab Antonio oratione, ostenditur Paulo locus Thaisi paratus.

a Hæc plenius illustrabimus 7 Martii, quo die colitur S. Paulus Simplex : hic ne quid deesset ex Actis S. Antonii, quæ ad eum pertinent excerpimus. Scribunt ea Palladius lib. 8. cap. 28, et Ruffinus lib. 2, de Vit. PP. cap. 31, sed contractius.

b Ruffinus : per totum diem, et per totam noctem

c Acta S. Thaisis, quæ 8 Octob. colitur, ubi de Paphnutio plura

DE

DE TRANSLATIONE I ET II
Reliquiarum S. Antonii.

Sacrum B. Antonii corpus sub Justiniano Imperatore divina revelatione repertum, Alexandriam delatum, atque in ecclesia S. Joannis Baptistæ humatum fuisse commemorant XVII Januarii Martyrologia, Romanum, Bedæ, Usuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, Bellini aliaque MSS et excusa. Idem tradunt Isidorus Hispalensis ejus ætatis proximus in Chronico, Beda lib. de sex mundi ætatibus, Freculphus tom. 2, Chron. lib. 5, cap. 22 aliique. Suscepit Imperium Justinianus Mauritio Cos. an. Ch. 527, ab obitu S. Antonii 172, tenuitque annos 38, menses 8. Non recte igitur Sussanæus in supplem. ad XVII Martii, et Octavius Pancirolus Region. 2. Urbis, Ecclesia 44. S. Antonii [illegible] centum tantum et sexaginta annos volunt latuisse. Propius absunt a vero [illegible] proprii Ordinis Antoniani officiis infra, in quibus in [illegible] eremi loco centum septuaginta [illegible] corpus permansisse traditur. Sed [illegible] Justiniani anno inventum fuerit, non convenit inter auctores, adeoque annum a Baronio ad Martyrol. [illegible] haud [illegible]. Ado in Chronico annum Christi assignat 527, sub imperio Justiniani [illegible] Aymarus Falco in historia Ordinis S. Antonii, de quo infra, par. 2, cap. 4, aut Ecclesiasticorum scriptorum atque historicorum omnium consensu constare anno Justiniani Imp. [illegible] corpus fuisse repertum. Westmonasteriensis in Floribus historiarum, Sigebertus in Chron. et MS Florarium SS. ad XI Febr. et XI Junii, contigisse inventionem volunt an. Ch. 529. Justiniani 3 [illegible] adstipulantur et Panvinius, forte et Sussanæus, quod an. Ch. 359, obiisse existimant [illegible] annum si CLXX adjeceris [illegible] CLX solum [illegible] 529 [illegible] Marianus Scotus in Chron. anno Ch. 531, Justiniani 5, post Consulatum Lampadii et Orestis, eam translationem [illegible] annum 27 [illegible] annum Ch. 541.

2 [illegible]

[illegible]

lica, quæ etiam religiosi ordinis caput est, reposit[illegible]

[illegible]

3 [illegible]

[illegible]

citat, carnol [illegible]

[illegible]

Arabiam occupantibus. Theophanes lib. 18, cap. 64, 65 et 66, scribit Bostam aliasque Arabiæ civitates interceptas a Saracenis anno Heraclii Imperatoris 24, Christi 633, sequenti captam Damascum, subactamque Ægyptum. Priore anno Heraclius Syria relicta, in desperationem ruens, sublatis pretiosis lignis ab Hierosolymis Constantinopolim adiit. Videntur Alexandrinorum quidam aut Imperatoris procuratores et præfecti, ejus exemplo cum sacro thesauro, in quo hæ S. Antonii reliquiæ erant, Constantinopolim etiam profugisse, [illegible] tamen superstite Heraclio, non omnino certum est. Persuadent id verba lectionum, et quod subsecutis sub eodem Heraclio annis Palæstina omnis, Syria, Mesopotamia, interceptis Hierosolymis, Antiochia, Edessa, [illegible] Saracenis. Mortuus est Heraclius 11 Martii an. 641. Successit Constantinus e priore illi conjuge natus, qui tertioque post mense veneno sublatus a noverca Martina, ut cum Heracleona filio ipsa regnaret [illegible] mense [illegible] capessit gubernacula Constantini filius Constans. Huic an. Ch. 668, filius Constantinus Pogonatus, egregie Catholicus ac pius, successit, sub quo translatas has [illegible] reliquias statuit [illegible], aut certe publico [illegible] honoratas, id [illegible]

4 Gabriel a Puteo-Herbaldo, sive, ut alii scribitur, Puthorbæus, vulgo Du-Puyherbault, in Historia Sanctorum Aloysii Lipomani Gallice versa, addit ad Vitam S. Antonii Corpus ejus ab Imperatoris Constantini [illegible] inventum fuisse, et Constantinopolim deportatum, inde Viennam translatum, in monasterium a [illegible] S. Guilhelmi [illegible], cujus festivitas [illegible] Junii celebratur. [illegible] Item inventio corporis B. Antonii Abbatis, qui [illegible] ex Ægypto Constantinopolim, tempore Constantini [illegible] Inde [illegible] Viennam in Galliam translatum est. At III Id. Junii Martyrologium Germanicum: Item Inventio corporis S. Antonii celeberrimi Abbatis, quod tempore [illegible] ex Ægypto Constantinopolim delatum est [illegible]

[illegible]

 A[illegible]xandria

Alexandria solventes, cum sanctis, quas secum habebant, reliquiis, ad Constantinopolitanum Imperatorem cujus ditioni antea parere consueverant, transfretarunt. Quos idem Imperator benigne susceptos humanissime pertractavit, locumque mansionis illis assignavit. Magnam autem hac in re comperio scriptorum varietatem, quibusdam referentibus sanctas hujusmodi reliquias, quæ ab Alexandria delatæ fuerant, in majori, seu Patriarchali, ecclesia Constantinopolitana, id est, in S. Sophiæ templo, fuisse repositas: aliis contra asserentibus, illas non intra urbem, sed in suburbano quodam loco eidem civitati propinquo, fuisse collatas. Mihi profecto propius vero esse videtur, religiosos illos viros ex Ægypto advectos clericis Ecclesiæ Constantinopolitanæ nequaquam fuisse aggregatos, minusque etiam reliquias ab ipsis Ægyptiis delatas majori Ecclesiæ traditas, sed potius ab eisdemmet Ægyptiis, in loco sibi per Imperatorem assignato, peculiariter fuisse conservatas.

DE TERTIA TRANSLATIONE.

Tertia Translationis historia,

Tertia Translatio est, qua Constantinopoli in Galliam pretiosum hoc cimeleon adportatum est. Ea describitur ab auctore satis antiquo, qui ante ordinem Antonianum institutum, de quo non, videtur vixisse, cum ejus non meminerit, ex relatione tamen aliorum quæ scribit se accepisse profitetur. Eam idem MS. Ultrajectinum repræsentavit. Subjungimus varia ex Historia Antoniana Aymari Falconis.

Festivitas 17 Martii

7 *Huic translationi sacrata est XVII Martii dies in MS. Florario, Martyrolog. Coloniensi, Auctario Carthusiæ Coloniens. ad Usuardum, et Martyrolog. Germanico. Consentiunt Lectiones, quas infra recitamus, quo die Saussaius in Supplemento ad Martyrol. Gallic.* In territorio Viennensi ad Furaniam fluvium, in archimonasterio Antoniani ordinis, susceptio corporis S. Antonii Magni Abbatis, quod primum in ignoto Thebaidos loco sepultum, ibi centum et sexaginta annos latuit, sed tandem Dei providentia repertum, Alexandriam primum, deinde Constantinopolim, postea in Galliis translatum, in isto monasterio, quod in ejusdem sanctissimi Confessoris honorem erectum fuit ac dicatum, magno honore repositum est. *Estque* Galliæ, *ut idem 17 Januarii scribit*, decus sempiternum et inexpugnabile præsidium. *Ferrarius XIII Junii* Viennæ in Gallia translatio corporis S. Antonii Abbatis. *Sed prior aliqua eo die celebratur.*

Sub Lothario Rege Franciæ reliquiæ delatæ

8 *Facta dicitur in Lectionibus hæc Translatio* Lothario II imperante. *Is Ludovico IV Transmarino Franciæ Regi successit an. Ch. 954, obiit 986. Dicitur* secundus, *respectu Lotharii Imperatoris, Regis Italiæ, Austrasiæ, Provinciæ, et Burgundiæ superioris; cujus filius* Lotharius *arctius intra solam Lotharingiam dominatus est, ideoque hic omissus in serie Dynastarum Regionis Burgundiæ, cujus pars tum erat provincia Viennensis, ut docet Andreas du Chesne in Historia Comitum Albonensium et Delphinorum Viennensium cap. 1, ideoque Joannes Gerson sermone habito de S. Antonio in Concilio Constantiensi tom. 1, operum exclamat:* O felicem dixerim Viennæ et Burgundiæ regionem, quæ venerandis corporis sacrosancti Antonii reliquiis decoratur!

Jocelinus

9 *Reliquias eas* Jocelinus, *seu* Jacelinus, *qui Maurolyco et Martyrolog. Germanico* Jocelinus *est, Constantinopoli attulit: idque apud omnes in confesso est, at quis ille* Jocelinus *fuerit haud perinde liquet. In Lectionibus appellatur* Comes Viennensis. *Panciroło* Magnus Baro provinciæ Viennensis. *Miræo ex historia Antoniana* Castri Albenciaci et Motæ S. Desiderii Dominus. *Baronio* ex stirpe Comitum Pictaviensium oriundus. *Pantaleoni, Maurolyco, et Martyrolog. Germanico* nepos, filius S. Guilielmi. *Antonio Vincentio Demochare in historia Sanctor. Catalauniæ ad XXX Augusti de Translatione S. Agnetis, de qua 21 Januarii,* Guilielmus Guilielmi filius. *In historia Translationis dicitur* filius Comitis Guiliermi, qui unus de pugnatoribus esse creditur, qui pro bono vitæ suæ merito, quam in monasterio suo duxisse fertur, S. Guillermus appellatur. *A Falcone infra* Cornutus *agnominatur. An hic Fortassis* Guilielmus Capitis-stupei *Pictaviæ Comes et Aquitaniæ Dux sextus, ejus vero nominis tertius fuit? Is defuncta uxore Agnete, atque Adomalda, monachus in cœnobio S. Cypriani in agro suburbano obiit decrepita senectute, circiter an. Ch. 1020, ut narrant Joannes Bouchetus lib. 3, Annal. Aquitaniæ cap. 1 et Claudius Robertus in* Abbatia S. Cypriani. *De variis* Guilielmis *agemus X Februarii.*

10 *Similiter de Jocelini posteris hæredibusque controvertitur. Aymaro infra num.* 12, *dicitur* hæreditas illius sine liberis defuncti ad Huigonem Desiderium, nobilitate insignem virum, jure propinquitatis delata. Huigo *alias* Guigo, *et* Gigno, *appellatur. Baronius tom.* 11, *an. Ch.* 1089, *num.* 18, *citato Aymaro*, Guigonem *hunc* Jocelini filium *vocat, melius* pronepotem, *aut* abnepotem, *aut certe* hæredem *dixisset; cum infra in historia Translationis num.* 5, tam ipse Jocelinus, quam posteri ejus postea per multa annorum curricula secum quocumque pergerent deferri *reliquias* facerent *et num.* 6, Guigo, qui quasi jure hæreditario easdem reliquias vendicaret, exemplo patrum suorum, ubicumque pergeret, circumferret. *Quæ statutam ante delati corporis chronologiam confirmant requiruntque centum facile annorum spatium, quod a* Jocelino *et* Lothario Rege *ad* Guigonem *intercessit.*

11 *Hic autem* Guigo *is fortasse fuit, a quo genealogiam Comitum Albonensium, seu castri Albenciaci, et Delphinorum Viennensium, deducit Andreas du Chesne, qui deinde Cluniaci sub S. Hugone Abbate monachus fuit, de quo nos ad vitam ejusdem Sancti I Maii, aut certe alius ejusdem stirpis, a quo* Guigo II, Crassus *fuerit prognatus: nisi ipse potius* Guigo Crassus *hic sit qui* S. Hugonem Episcopum Gratianopolitanum *legitur, in hujus vita I Aprilis,* et devote tempore tranquillitatis *coluisse*, et invictissime pro justitia resistenti molestias non parvas nec paucas intulisse, *quare* grande placitum inter eos habitum est in præsentia Viennensis Archiepiscopi, qui postea Papa Calixtus effectus est, *etc. Idem Archiepiscopus, teste Aymaro infra num.* 16, *templum Motæ a Guigone erectum consecravit, sub quo et Ordo S. Antonii coaluit. De Guigonis majoribus varias opiniones profert du Chesne.*

Reliquiæ S. Antonii Brugis

12 *At non integrum S. Antonii corpus Constantinopoli asportatum fuit a Jocelino in Galliam. Nam an. Ch.* 1231, *Lambertus Præpositus Ecclesiæ collegiatæ S. Mariæ Brugis, impetravit partem brachii S. Antonii, aliorumque Sanctorum varias reliquias, et Constantinopoli Brugas attulit, ut in monumentis ejusdem Ecclesiæ legitur. Jacobus Meyerus lib. 8, Annal. Flandriæ de solis S. Antoni reliquiis idem testatur ad an. Ch.* 1231, Lanthertus Antistes Ecclesiæ B. Mariæ Brugensis retulit domum ex Constantinopoli partem brachii D. Antonii.

13 *Ejusdem barba in æde parochiali S. Cuniberti asservatur Coloniæ Agrippinæ, ac circumfertur annui sudoris prodigio ad statum urbis locum celebris, ut dictum est XIII Januarii ad vitam B. Godefridi num.* 57 *in Prolegomenis, testaturque id Erhardus Winheim in Sacrario Agrippinæ, Ecclesia* 35. *Ibidem in Ecclesia Ordinis Antoniani inter varias reliquias reliquiæ asservatur notabilis pars manus S. Antonii in peculiari sacello eidem dicato, ut idem Winheim Eccle.* 17. *Aliquas ejusdem reliquias habet Ecclesia Cathedralis Tornaci, ut narrat in historia Tornacensi Joannes Cognatus lib.* 3, *cap.* 36. *Duas hic Antverpiæ in domo professa Societatis Jesu ejusdem S. Antonii reliquiarum particulas asservamus, ut patet ex archivi hujus domus litteris FF et EEE. Romæ S. Antonii templa aliqua aut ejusdem reliquiis, teste Octavio Panciroło, ornata, quorum præcipuum est Ordinis Antoniani regione* 2 *Ec. l.* 40, cdi-

cio

cio S. Antonii celebre. In aliis pariter particulas ossium servantur aliquot, et ibi vestis e palmis contexta, quæ a morte S. Pauli Thebæi accepta Antonius diebus solemnioribus induebatur. Reliquum hoc vestimentum in cœnobio Antoniano servatur, et ita describitur ab Aymaro **cap. 7.**

14 Cernitur etiam nunc usque ibidem una cum sanctissimis dicti corporis reliquiis exesum quoddam, nimiaque vetustate detritum vestimentum, quod pauli primi eremitæ fuisse nonnulli existimant, tametsi plerique non Pauli, sed Antonii potius fuisse opinentur. Materia quæ aut qualis sit, non facile discerni potest. Color est [illegible] textura artificiosa, superficie externus plana, internus vero prolixa atque prominentes barbula hirsutas villosamque speciem reddunt. Posterius ad collum consutum habet [illegible], cætera [illegible] fissum [illegible] apertione patente, præterquam ad caput immittendum. Ad hæc ora ipsius vestimenti per gyrum interius complicata cernitur, ne textura sese attritu dissolveretur. Christianissimus Francorum Rex Franciscus ejus nominis primus nuper viso eo ipso pallio [illegible] plerique [illegible]. Vetustas tamen ejus rei certitudinem intuentibus admittit.

TRANSLATIONIS HISTORIA,
ex Officiis Ord. Antoniani editis Romæ 1592.

Cum B. Antonius quintum et centesimum annum agens e vita migrasset, duo discipuli, quibus ipse mandaverat, corpus [illegible] ne [illegible] in venerationem reservaretur, in abdito [illegible] sepelierant, ubi centum septuaginta annis ignotum permansit. Deo autem, qui servi sui [illegible] proposuerat, aliter disponente, ipsum corpus Justiniano [illegible] inventum, Alexandriam translatum est, atque ibi in ecclesia S. Joannis Baptistæ [illegible] populi [illegible], et [illegible] fidelium honorari cœpit. Deinde post [illegible] Saraceni Arabes [illegible] Christiani [illegible] [illegible] Alexandrinas [illegible], B. Antonii [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]. Et hæc quidem [illegible] sancti corporis [illegible].

2 [illegible]

3 [illegible]

reliquias, quarum gratia arduum hoc iter arripuerat, in quadam ecclesia pene desolata, minus decenter, ob ministrorum inopiam et paucitatem, asservari, Imperatorem supplex adiit, et petiit, ut eas in Viennensem Galliæ provinciam comitantibus illius Ecclesiæ ministris, deferre sibi liceret: quod facile impetravit, divina sibi tanti muneris obtinendi suffragante gratia. Lætus igitur, votique compos, sacro donatus munere, prospera usus navigatione, in patriam remeavit. Dumque tanti thesauri deponendi locum et veneratione et majestate decorum perquireret, nullis interea absque sacris reliquiis aggrediebatur expeditiones, quæ sibi semper ob B. Antonii merita prospere [illegible]. [illegible] templi [illegible] in tanti nominis honorem, et sacrarum reliquiarum depositionem, animum adjecit. Locus autem idoneus visus est sibi oppidum tunc S. Desiderii Mota vocitatum, ubi primo [illegible] augusti templi S. Antonii Viennensis, quod hodie cernitur, jacta fuere fundamenta, cum antea esset tantum [illegible] B. Mariæ dicata. Ex quo et primarium illud templum, et oppidum S. Desiderii Motæ, mutato nomine S. Antonii sortita sunt vocabula. Unde Antonianus Ordo [illegible] ad summam Dei Omnipotentis gloriam, pauperumque sacro igne laborantium per orbem universum [illegible] est.

EADEM HISTORIA
ex veteri MS Ultrajectino.
PROLOGUS.

Quia, favente Domino, B. Antonii vitam [illegible] memoriæ Athanasii Alexandrinæ Ecclesiæ Archiepiscopi [illegible] fidelium [illegible] ad Fratres eremi, legendam habemus [illegible] quomodo Venerabile corpus [illegible] [illegible] personis tantus thesaurus de tam [illegible] [illegible]

2 [illegible]

3 Ita enim, Domine, [illegible] infirmantes [illegible] sanctam corpori [illegible]

sanasse, et defunctis etiam quibusdam vitam præsentem restituisse. E contrario nonnullos qui in possessionibus famulorum ejus quippiam sibi vendicare tentabant, aut votum aliquod, quod sibi spopondissent, recondere moliebantur præfato ardore gehennalis ignis vel ipsos vel pecora ipsorum plerumque visus est incendisse: quia sanctis ejus meritis exigentibus ultio divina iis infertur, quicumque fraudem vel injuriam in iis, qui ad eum pertinent, inferre præsumpserint. Quod quia totiens contingere videtur, ut non sit nostræ facultatis; potius ad ea, quæ de eo narrare proposuimus, stylum vertamus. Servata igitur veritate in quod audivimus pro modulo nostro proferamus.

NARRATIO.

Comes Guillermus, qui unus de pugnatoribus esse creditur, qui pro bonæ vitæ suæ merito, quam in monasterio suo diu duxisse refertur, S. Guillermus appellatur, filium quemdam, Jacelinum nomine, probitatis suæ non degenerem habuit: qui, cum ad virilem ætatem pervenisset, caussa orationis Hierosolymam petiit. Qua fideliter peracta peregrinatione, ad curiam Constantinopolitani Imperatoris divertens, gratiam plurimam apud ipsum Imperatorem et omnes Milites ejus invenit. Cumque ibidem per dies multos demoratus fuisset, et omnibus carus esset, tandem repatriare desiderans, suosque revisere, ad ipsum Imperatorem, licentiam postulaturus, accessit. Verum ille adolescentis boni præsentia plurimum delectatus, dare ei hanc, quam postulabat, licentiam differebat; sed ut secum demoraretur amicabiliter obsecrabat. Sed cum non amplius eum secum detinere valeret, de thesauris suis eum accipere præcepit quicquid placeret. Ceterum non concupiscens ille aurum vel argentum, nec aliquid hujusmodi, cap sellam tantummodo, in qua B. Antonii corpus jacebat, expetiit et accepit, licet quodlibet ei munus Imperator aliud largiri mallet, eo quod plurimam in B. Antonio fiduciam haberet, et plurimum illum veneraretur et diligeret, ac multas ante eum preces funderet. Verumtamen denegare et illud noluit, quia cuncta alia donativa accipere recusavit.

5 Illud ergo gratanter suscipiens pro summo munere, valedicens omnibus, festinanter cum suo cuneo cœpit redire, confidens interim de sacrosancti corporis munimine, quod ferebat, quod nihil sibi æstimaret adversi ubique prorsus posse nocere. Et revera, sicut Dominus dicit, quod omnia possibilia sunt credenti, nihil triste, licet inter barbaras gentes transirent, in eodem eis contigit itinere, sed sani et alacres ad sua rediere. Ex quo nimirum factum est ut tam ipse quam posteri ejus postea per multa annorum curricula secum quocumque pergerent deferri facerent, et nusquam post se relinquere vellent. Adeo enim de ejus ducamine confidebant, ut nihil sinistrum sibi posse subrepere suspicarentur, sed prospere cuncta quæ aggrederentur currere sperabant, quamdiu videlicet illum haberent in via. Et ideo quocumque profecturi essent, ut dixi, coram se secum semper deferri faciebant, et coram illo etiam in expeditionibus ire volebant. Quod licet non sit ambigendum quin ex devotione facerent, indecens tamen et temerarium Dominus Papa,.... cum ad ejus notitiam pervenisset, quod hujusmodi personæ tantas Confessoris sacrosanctas reliquias circumferrent.

6 Expropter, cum quidam illorum, qui Gigno Desiderii vocabatur, quasi jure hereditario easdem reliquias vendicaret, et exemplo patrum suorum ubicumque pergeret circumferret, summus Pontifex interdicere curavit, ut nequaquam deinceps secum deferre præsumeret, sed cuicumque vellet de Abbatiis religiosorum virorum Deum timentium eas servandas traderet. Quo præcepto vir egregius audito obedire non distulit; sed convocato consilio cum amicis suis, viris qui bonæ conversationis et nominis habebantur, eas conservandas commisit. Qui ut eos in suo territorio haberet, locum eis quemdam nemorosum, qui ex naturali situ Mota vocabatur, ad excolendum et ad monasterium construendum tradidit, ubi honorifice conservari possent. In quo eis tantam opem impendit, quousque ad effectum res ipsa pervenit. Terras quoque alias cum septem ecclesiis, decimisque ad eas pertinentibus jure perpetuo tradidit, ex quibus ejusdem monasterii habitatores victum et vestitum sufficienter habere possent. Denique et locum alium haud procul inde positum contulit, in quo domus eleemosynarum, id est, hospitale construeretur, infra quam pauperes Christi, et universi qui ex prædicto gehennali incendio perurerentur, ad implorandum suffragium B. Antonii devenirent, gratuito susciperentur. Præterea ne quisquam illorum, qui sibi jure hæreditario successuri forent, aliquid sibi in supradictis donationibus vendicare vellent, aut aliquam calumniam movere possent, libere cuncta obtinenda concessit.

7 Quam devotus erga B. Antonium et universos servitores illius fuerit dum in hoc seculo vixit, nulla, ut arbitror, lingua humana enarrare posset. Nec immerito. Ipse enim vere fuit Israelita, qui dum adhuc adolescens esset tenerrimus, ex nobilissima stirpe oriundus, cunctas tamen hujus mundi illecebras, cunctas divitias et honores ac homines fugiendo sprevit, et pauperibus cuncta, quæ habere poterat, distribuit in hac terra morientium, ut bona Domini videre mereretur in terra viventium. Qui primus post Paulum sanctum Eremitam, quem ipse sepelivit anachoreticam aggressus est ducere vitam, et cœnobitarum omnium propositum primus in Ægypto instituit et monachorum: qui sæpius cum diabolo insultando conflixit, sed numquam a diabolo est superatus. Quid plura? Tantam denique gratiam in curandis languentium infirmitatibus vir Dei habebat, ut nemo ad eum male habens veniret, quem non incolumem fusa ad Dominum oratione restituerit. Felix igitur est locus hic, quem constat habere talem tantumque virum, cui tot sunt tantaque fuere culmina virtutum, et præconia laudum.

8 Veneremur itaque eum, dilectissimi, ut pium Patronum, imitantes pro modulo nostro vitæ ejus exempla, quatenus ipsius sanctis suffragantibus meritis, et gehennalis ignis incendia in præsenti, et in futuro evitare mereamur, et ad Christum, quod ipse pervenit, pervenientes, et beatitudinem inveniamus æternam, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat secula seculorum, Amen.

EADEM HISTORIA

ex hist. Antoniana Aimari Falconis.

CAPUT. I.

Occasio profectionis Jocellini in Orientem.

a Cum divinæ dispositionis decreto futurum esset, ut beatissimi Antonii corpus a Constantinopolitanis partibus ad provinciam Viennensem pro mortalium subsidio transferretur, accidit, quemadmodum scriptum legimus, ut Baro quidam nobilissimus et potens dictæ Viennensis provinciæ Guilhelmus Cornutus nuncupatus, castri novi Albenciani Motæque S. Desiderii, necnon plurium aliarum arcium et locorum Dominus, vir per omnem ætatem in armis exercitatissimus, post creberrima pericula, quibus se multoties bellicis in rebus exposuerat, devotione tandem permotus, votum emitteret, se Hierosolymam sacraque nostræ redemptionis loca humiliter supplicitèrque visitaturum. Verum gravissima quadam infirmitate præventus, suum propositum minime potuit adimplere. Quo cernens ipse, solemni condito testamento, ea lege filium, quem unicum habebat, nomine

nomine J[illegible], [illegible] universalem instituit, ut [illegible] post ipsius Guilhelmi decessum ad [illegible] Hierosolymitanae peregrinationis iter sese [illegible] voti liberaret [illegible]. Nec multis post diebus idem Guilhelmus ab humanis excessit.

2 [illegible] potestate [illegible] haberetur, [illegible] implicatus, [illegible] patri fecerat, longo tempore distulit adimplere; nec tamen propterea cessabat Ecclesiasticis [illegible] Dei [illegible] Verum cum [illegible] longioris [illegible]

[illegible]

3 [illegible]

[illegible] rbarus, baculoque innixus illuc ad- [illegible]

Noli timere [illegible]

[illegible]

tus, cunctis qui aderant mirantibus cum gemitibus et suspiriis manus ad caelum tendere. Nec multo post curatis vulneribus, incolumitateque recepta, [illegible] Hoc autem verumne sit, [illegible] Deus ipse [illegible] Fateor equidem ad [illegible] authenticis, sed in privatis quibusdam [illegible] esse, [illegible] eam ipsam narrationem [illegible] arbitrio probandam, vel improbandam relinquo.

[illegible]

CAPUT II.

Peregrinatio Jocelini, obtentae reliquiae.

Rebus itaque domi pro tempore ordinatis, Jocelinus [illegible] Hierosolymam petiit, locaque [illegible] Redemptionis mysteriis consecrata [illegible]

[illegible] atrocissima ibidem [illegible]

6 [illegible]

[illegible]

7 [illegible]

Ex Aymaro Falcone

tionis gratia sæpius ad ecclesiam veterem pergerent, in qua sanctum B. Antonii corpus erat reconditum, locumque ipsum propter bellorum tumultus conspexissent propemodum derelictum, seu pacis tempore tantummodo Ecclesiasticis viris, iisque rerum omnium penuria laborantibus custoditum, facile eisdem religiosis viris persuaserunt, ut in Galliam, ad meliores, et tutiores sedes cum sanctis reliquiis se conferrent, ubi locus illis pulcherrimus atque commodissimus assignaretur, majoreque ipsi in pretio ac veneratione, quam in Græcia haberentur. Cumque huic rei solus deesset Imperatoris assensus. Jocelinus Imperialem ardenter adiit majestatem, et supplex id pro summo munere postulavit : Divinaque, ut verisimile est, sibi ad id obtinendum opitulante gratia ipsiusque B. Antonii pio suffragante favore, quod cupiebat impetravit.

impetrat reliquias S. Antonii

Cap. 20

8 Lætus igitur, tanti thesauri munere Jocelinus, habitis eidem Imperatori gratiis, assumptisque sanctis reliquiis, necnon viris aliquot Ecclesiasticis, prospera navigatione cursuque felici ad Provinciam Viennensem remeavit, ubi magna omnium lætitia, ac exultatione exceptus est. Scio quosdam scripsisse Jocelinum non ab Imperatore, sed ab ipsius Imperatoris filio, sanctum hoc munus accepisse : quod mihi minime probabile videtur. Verum sive ab Imperatore ipso, sive ab Imperatoris filio id obtinuerit, certissima fide constat dictum sanctum corpus ab eodem Jocelino ad Viennensem Provinciam divina dispositione fuisse translatum. Quod non solum fide dignis scriptoribus referentibus, verum etiam plurimorum olim Romanorum Pontificum, Imperatorum quoque et Regum litteris diplomatibusque reperitur esse testatum, ac demum per sanctam Sedem Apostolicam consistorialiter declaratum.

eas defert in Galliam

a *Cur hanc ejus conjecturam sequi haud liberet, supra indicatum: sinceritatem tamen laudamus.*

b *Scandinaviam aliasque Boreales provincias intelligat Aymarus* Basiliæ *nomine, an, propinquiorem Byzantio, Scythiæ urbem regionemve, non divinamus: utraque notione* Basiliæ *usurpatum veteribus nomen reperire est.*

CAPUT III.
Ecclesia S. Antonii extructa.

Cap. 25

Postquam vir illustris Jocelinus dignissimo sancti corporis thesauro locupletatus provinciam Viennensem divina benignitate applicuit, non mediocri sollicitudine curaque premebatur prospiciendi ubinam hoc ipsum divinum munus reponere posset honorifice conservandum, sedemque illi opportunam ac idoneum locum statuere. Sed interim quocumque pergebat sancti corporis reliquias deferebat, adeo ut nec in prælus bellicisque tumultibus, sine dicto sancto corpore proficisceretur. Ea namque tempestate cruentissima bella in Gallia gerebantur.

circumfert in expeditionibus bellicis

10 Quiete vero a bellis parta, Jocelinus urgente (ut ferunt) Pontificis jussione, Ecclesiæ ad honorem Beatissimi Antonii construendæ animum adjecit, in qua postmodum sancti corporis reliquias reponeret. Huic igitur rei idoneus visus est locus oppidum Mota, cujus ipse temporalem ditionem atque jurisdictionem obtinebat. Erat namque per id tempus locus ipse incolis frequens, et multarum nobilium familiarum domiciliis honestatus : quamvis nonnulli errore ducti putent locum illum tunc temporis nemorosum et incultum extitisse, quod minime verum esse antiquissima documenta declarant. Sed nec id verum est, quod quidam existimarunt, hunc ipsum locum olim fuisse Motam-Fangiosam nuncupatum. Nam locus Mota Fangiasii quatuor circiter ab hoc altero Motæ locomilliaribus ultra flumen Isaram est situs, antiquissimisque documentis locorum ipsorum diversitas haud dubie comprobatur. Itaque oppidum istud non Mota Fangiasii, sed Mota potius S. Desiderii vocabatur. Erat autem per id tempus in eo, quo nunc major Ecclesia S. Antonii sita est, loco,

Mota S. Desiderii, ubi erectum templum S. Antonii

ut antiquæ perhibent litteræ, parochialis Ecclesia B. Mariæ dicata, in qua jus patronatus et præsentandi idoneum Rectorem, ad eumdem Jocelinum pertinebat. Hoc igitur auspicato loco, quia ea ipsa, quæ tunc ibidem constructa erat, parochialis Ecclesia perexigua videbatur, dictus Jocelinus, convocatis permultis supramemoratæ provinciæ proceribus, Archiepiscopoque Viennensi, eorumdem consilio et auxilio, nec non universi populi suffragio fretus, primarii templi, seu majoris Ecclesiæ, fundamenta jecisse creditur : ita scilicet ut ad æquinoctialem ferme solis exortum nova ipsa ecclesia vergeret, quum alia, quæ prius ibi erat, ad Septemtrionem versa esset : quo factum est ut altera in alterius transversum porrigeretur. Antiqua tamen illa parochialis Ecclesia minime tunc diruta fuit, sed ea adhuc intacta remanens intra habitum novæ, quæ capacior erat, conclusa remanebat, et hæc fuerunt primordia majoris templi, antequam ibidem venerandum corpus Beati Antonii reponeretur.

Cap. 26.

11 Jocelinus, tametsi ab initio cœptum opus ferventissime prosequeretur, distractus tamen subinde alienis curis, aut quia plurimarum Ecclesiarum precibus de reponendis apud easdem dictis sanctis reliquiis interpellabatur, tepide circa ipsum opus agere cœpit. Et quamquam Ecclesiasticæ auctoritatis decreto sanctum corpus in profano loco prohibitus esset retinere, attamen parum rem ipsam expediebat. Inter hæc autem gravi morbo correptus, inopinata morte finem vitæ fecit.

Hugo hæres reliquias ad bella circumfert

12 Eoque sine liberis defuncto hæreditas illius ad Huigonem Desiderium, nobilitate insignem virum, jure propinquitatis delata est. Qui et ipse, ut antiquæ ferunt litteræ, sancti corporis potitus reliquiis, illas quocumque pergeret secum deferebat; nec pacis tantum, sed etiam belli præsidium in Sancti virtute reponens, ejusdem beati corporis feretrum passim in castris et cruentis prælus ventilabat. Quod etsi non sine devotionis affectu fieret, quemadmodum olim filios Israel arcam fœderis nonnumquam in bello legimus detulisse, id tamen ad nutum et voluntatem viri secularis fieri, penitus erat improbandum. Verum quia tunc de patriæ tutela, ac, ut arbitror, de totius populi salute res agebatur, excusabile forsan erat apud Deum id quod sancta et pia quadam fiducia, non temeraria levitate, gerebatur.

Cap. 27

13 Ea tempestate sanctæ Romanæ Ecclesiæ præerat Urbanus ejus nominis secundus, qui sacri Dominici sepulchri locorumque sanctorum profanationem, nec non Christianorum in Orientis partibus conculcationem et servitutem miseratus, hortante maxime Petro Eremita, ad excitandos fidelium animos sese in Galliam contulit, atque apud Clarum-montem generale concilium indixit. Is itaque Pontifex beatissimus cum per Viennensem provinciam iter faceret, intellexit sanctissimi Antonii venerandum corpus in manibus secularium ac militarium virorum indecenter versari, passimque ubilibet deferri. Quapropter caussa cognita, Huigoni Desiderio, Apostolica auctoritate, ac sub anathematis censura, inhibuit, ne talia deinceps præsumeret : sed quamprimum corpus illud sanctissimum in religioso aliquo loco condecenter atque honorifice reponeret.

Cap. 28

14 Accepta igitur Apostolica jussione Huigo Desiderius opus jam pridem a Jocelino apud Motam inchoatum, magno populi favore cœpit instaurare. Verum quia tam propere illud absolvi seu perfici non poterat, levi interim materia exiguum sacellum ad primarii altaris sedem extruit, ibidemque dicti sancti corporis reliquias collocat, dispositis custodibus, qui oblationes piasque fidelium erogationes pro ipsius Huigonis arbitrio in opus fabricæ susciperent dispensandas. Proinde locus ipse cum præfatis reliquiis semper eo modo in secularium potestate existebat, quamvis idem locus supra memoratæ parochiali Ecclesiæ adja-

templum S. Antonii inchoatum

eius ad eamdem Ecclesiam pertinere nosceretur. Sed tantæ ipse Hugo potentiæ et auctoritatis erat, ut nullus super hoc contendere, aut illi quovis modo adversari aut repugnare auderet. Quamobrem sic per annos aliquot transacta res est, et sic ei ille locus a secularibus, præter juris formam, usurpatus atque detentus.

15 Exactis aliquot annis Hugo Desiderius conscientiæ scrupulo tactus, agnoscensque quam indecens et incongruum esset, ut locus ille cum sanctis reliquiis pro suo, non autem Ecclesiastico, disponeretur vel administraretur arbitrio, ac ersitis Benedictini Ordinis, monasterii S. Petri Montis majoris monachis, certa propinqua beneficia et Prioratus obtinentibus, locum ipsum Ecclesiæ sibi suisque in posterum successoribus reservata tradidit et remisit, certisque conditionibus assignavit, et ab eo tempore Prioratus regularis Ordinis S. Benedicti eodem in loco esse cœpit, cum antea parochialis Ecclesia fuisset secularis.

16 Cum autem supra memorata remissio, utpote leaute Ecclesiastica per secularem facta, parum de jure efficax existimaretur, nisi aut Diœcesani aut summi Pontificis consensus accederet, optimum factu visum est si ab Ecclesia Viennensi jam dictæ remissionis obtineretur confirmatio. Quæ cum nulla ratione, nisi purgato prius usurpationis prioris per seculares facta vitio, haberi posset, ita demum res composita est, ut ante omnia locus ipse prædictæ Viennensi Ecclesiæ restitueretur. Quo facto, Viennensis capitulum ipsius Ecclesiæ Hugonis voto et voluntati annuentes Ecclesiam S. Antonii, quæ continebatur, [illegible] non veterem in ipsa propria, ut prædictum est, [illegible] et [illegible] S. Desiderii in castro, Sanctique Marcellini et S. Hilarii ecclesiis memoratis religiosis viris concesserunt. Extat super hoc [illegible] Valentinensis Episcopi atque [illegible] Archiepiscopi. Sed vacante [illegible] Viennensis, literæ, quibus idem venerandus Antistes [illegible] Christi fideles omnes [illegible] rogatos [illegible] ut locus ipse [illegible] honori et reverentiæ [illegible] Patroni [illegible] Archiepiscopi Viennensis [illegible] confirmasse [illegible] in Ecclesia [illegible] authentica [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Ecclesia dedicata a Callisto II

[illegible]

18 Dominus noster Jesus Christus ante secula permanens unus cum Patre et Spiritu sancto Deus, in fine seculorum ex vera matre verus homo factus, omnibus in se vera fide et digna operatione credentibus cœlestis vitæ aditum, humana mediante natura, aperire est dignatus. Qui etiam ad magnæ indicium pietatis Apostolis suis eadem qua et nos terrena materia creatis, nec ullius carnalis sapientiæ vel dignitatis excellentia fultis, ligandorum et solvendorum peccatorum potestatem concessit, B. Petro Apostolo, in persona universalis Ecclesiæ, ita inquiens: Tibi do claves regni cœlorum, et quæ ligaveris ligata erunt, et quæ solveris soluta erunt. Cujus vices nos, licet indigni agentes, ecclesiam beati Confessoris Antonii corpore venerabilem, ad laudem et nomen sanctæ et individuæ Trinitatis, et honorem B. Mariæ semper Virginis, sub patrocinio tanti Patroni XIII Cal. Aprilis nos consecravimus. Omnibus ergo ad eam spe impetrandæ misericordiæ confluentibus, salutem et Apostolicam benedictionem remissionem peccatorum, si ex corde pœnituerint, auctoritate BB. Petri et Pauli Apostolorum, exoptamus et concedimus. Invasores autem et violatores cœmeterii, sive rerum monachorum et clericorum in ea Deo servientium, ceterorumque hominum ad eam pertinentium, a liminibus Christianitatis segregatos, sub anathematis excommunicatione ponimus, donec ad satisfactionem veniant, et male pervasa restituant. Affuit huic decreto laudator et confirmator Guigo Desiderianus filius suus, qui [illegible] nostra supposita [illegible] sacramento firmavit, quod in rebus monachorum vel [illegible] Ecclesiæ [illegible] invasionem aut violentiam [illegible] reliquum [illegible] et si [illegible] faceret [illegible] terminos [illegible] inviolatos teneret. Hi [illegible] Episcopus, Joannes Cremonensis nosterque Cardinalis [illegible] Presbyter Cardinalis [illegible] Presbyter [illegible] cum ceteris Clericis sive Laicis. Acta Domini [illegible]

CAPUT V.

Ecclesia dotata. Reliquiæ transpositæ

Non [illegible] Hugonem Desiderium, [illegible] septem ecclesias, amplissimosque proventus [illegible]

[illegible]

capellam de Chapaysia [illegible]

[illegible]

Ex Aymaro Falconf.

tius, additis Ecclesiis de Roybone et de Quincevo, Apostolica auctoritate confirmarunt.

[illegible] Guigonis filiis

20 Prænominatus quoque Guigo Desiderius eum locum in quo nunc domus Abbatialis sita est, nec non vineam adjacentem donasse legitur. Quædam præterea privilegia eidem Ecclesiæ contulit. Franco vero et Malleuus ejusdem Guigonis filii prædictæ Ecclesiæ certas decimas reperiuntur contulisse. Addidit præterea Malleuus ipse quasdam vineas. Sic enim suas ille (ut scribitur) rationes instituerat, ut annis singulis quidpiam de suis facultatibus eidem Ecclesiæ in festo revelationis B. Antonii largiretur. Erat siquidem illa dies tunc frequentibus miraculis facta clarior. Pia quoque devotione motus Guilielmus Viennensis Ecclesiæ Archidiaconus, dicti Guigonis filius, Ecclesiæ B. Antonii locum de Condaminanes donasse legitur. Isdem pariter temporibus Franco, vir nobilitate insignis, Hierosolymam petens Dei misericordiam imploraturus plura bona temporalia dictæ Ecclesiæ largitus est: tandemque ab eadem peregrinatione reversus, semetipsum in eadem Ecclesia sub habitu regulari Christo dedicavit. Alii præterea viri nobiles quamplurimi, devotionis fervore accensi, non pauca eidem Ecclesiæ bona leguntur per ea tempora contulisse.

et Francone viro nobili.

Cap. 12

21 Cum autem nobilis et potens Guigo Desiderius, opera pietatis in pauperes sacro igne mutilatos, magno devotionis fervore, per Gastonem sociosque et confratres illius exerceri perspexisset, attendens eosdem non satis amplum idoneumque ad hoc locum habere, volensque et ipse particeps effici meritorum, domum, quæ exinde Eleemosynaria dicta est, sincera devotione pioque affectu, ad tam sanctum opus largitus est. Quidam tamen referunt ab eodem non domum extructam, sed locum duntaxat, seu aream, in qua postmodum ipsa domus ædificata est, fuisse collatum. Quæ sententia mihi probabilior videtur, eo maxime quod in appendice veteris Martyrologii, nonnullisque aliis locis legimus, hospitale majus a Stephano Sacerdote fuisse exædificatum. Qui quidem Stephanus eodem ferme, quo et ipse Guigo Desiderius, anno ab humanis legitur decessisse, millesimo scilicet centesimo atque trigesimo. In quibusdam tamen scriptis animadverti, domum Eleemosynarii appellari illam, in qua Fratres residebant, non autem eam in qua erant pauperes constituti. Erat autem domus residentiæ Fratrum prope ecclesiam B. Mariæ, quæ de Eleemosyna dicebatur a Septemtrionali parte sita, vineisque contigua, in qua nunc horrea, torcular, locus concilii, et bibliotheca conspiciuntur.

Domus Eleemosynaria ædificata

Cap. 18

22 Gelzirardo Priore Ecclesiæ S. Antonii existente, prout antiquarum scripturarum testimonio comprobatur, auctoritate beatissimi Calixti Papæ II, quamplurimis magnæ auctoritatis et nobilitatis viris convocatis, debita cum veneratione ac sub publico conspectu, arctissima custodia adhibita, apertum fuit feretrum, seu arca, vel capsa antiqua, ex Constantinopoli advecta, repertumque in ea venerandum corpus sanctissimi Antonii, una cum veste quadam, quam Pauli primi eremitæ fuisse nonnulli existimabant. Sigillatim itaque singulis ossibus corporis dinumeratis, super mensa altaris majoris, transpositum extitit ipsum sanctum corpus in capsam novam, quam vir summæ religionis et sanctitatis Sofredus Prior Excubiarum sub ordine Carthusiensi devotissime ac religiosissime vivens, propria manu, simplicique artificio fabricaverat ex cypresso. Major autem et primaria domus Carthusiæ tunc Prioratus Excubiarum vocabatur.

Reliquiæ S. Antonii in novam transpositæ

Par. 3.

23 Falcone Mathione Magistro Eleemosynariæ domus S. Antonii, fabricata extitit argentea capsa, seu exterior theca, in qua conditum est beatissimi Antonii corpus: fuitque opus ipsum consummatum anno millesimo ducentesimo trigesimo octavo. Cui quidem operi faciendo Guilhelmus Abbas Montis-majoris, nec non Raymundus ejus nepos Ecclesiæque ejusdem loci Prior, necessariam impensam suppeditasse leguntur, ut inscriptio docet.

[illegible]

Extractum postea brachium

24 Anno ducentesimo trigesimo septimo supra millesimum, Raymundo prioratum Ecclesiæ S. Antonii obtinente, magna celebritate reserata atque aperta extitit capsa, in qua sanctum corpus reconditum est: ex eaque per Reverendum Patrem Dominum Joannem Archiepiscopum Viennensem Sedis Apostolicæ Legatum, alterum ex brachiis extractum fuit, separatimque repositum; ut illius inspectione, piæ fidelium devotioni satisfieret: idque ad hunc usque diem extra conservatur, affluentique populo venerandum et exosculandum exhibetur. Adfuerunt huic extractioni Uticensis Episcopus pluresque Ecclesiastici Prælati, Illustrissima quoque Comitissa Viennensis multis nobilibus comitata personis. Hoc autem brachium sanctum postea, Illustrissimorum Mediolanensium Ducum liberalitate atque devotione, auro gemmisque inclusum, magnificoque et sumptuoso opere exornatum fuit.

deinde præclare exornatum

a Lucius III, *coronatus Pontifex III Kal. Septemb.* 1181, *obiit III Kal. Decemb.* 1185. b Innocentius III, *consecratus* 18 *Februar.* 1198, *obiit VI Kal. Aug.* 1216.

MIRACULA S. ANTONII.

§ I. *Ignis sacer. Miracula ad reliquias S. Antonii.*

Ignis sacer grassatur circiter 1090

Jam seculo integro reliquiæ S. Antonii *in Gallia fuerant cum præcipue grassari sacer ignis cœpit, et S. Antonium eximium orbi medicum ostendit. Sigebertus in Chronico ad an. Ch.* 1089, *eumque secutus Vincentius lib.* 25, *speculi historial. cap.* 84, *hunc morbum ita describunt.* Annus pestilens, maxime in Occidentale parte Lotharingiæ, ubi multi sacro igne interiora consumente computrescentes, exesis membris instar carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriuntur, aut manibus et pedibus putrefactis truncati miserabiliori vitæ reservantur; multi vero nervorum contractione distorti tormentantur. *Jacobus Meyerus lib.* 3, *Annal. Flandr. hunc ignem prævio cælesti prodigio immissum ita refert.* Anno 1088, tertio Kalend. Septemb. visus est igneus draco volare per medium cœli, et ex ore suo quasi flammas evomere, statimque subsecutus est pestilens ille morbus, qui Ignis sacer vocatur, quam tum Arsuram appellabant quidam. Et anno 1089, sæviit vehementer in Flandria sacer ignis, quam igniariam vocabant pestem. Et anno 1092, Tornaci religiosa instituta supplicatio ab Radbodone Episcopo, die Exaltationis sanctæ Crucis, ob pestem quam vocabant igniariam, hoc est, sacrum igneum. Magna religione sacris ubique operatum, ad procuranda quæ fiebant prodigia, placandamque Dei iram. Nam alii instar carbonum nigrescentes, alii exesis morbo visceribus tabescentes pars truncari miserabiliter membris; incredibile est dictu, quam multi mortales sacro illo igne sunt absumpti. *Scilicet, ut Virgilius lib.* 3, *Georgicorum in fine de suo tempore cecinerat,*

cælesti ostento denunciatus

Nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

Quo loco in Notis num. 25, *docte de hoc igne disserit, et varias ejus appellationes explicat Joannes Ludovicus de la Cerda noster. Eodem anno scribit Abbas Hirspergensis in Chronico,* pestilentiam magnam factam esse hominum atque pecudum. *In pecoribus hæc lues* pusula *dicitur. Ita Columella cap.* 5, *lib.* 7. Est etiam insanabilis sacer ignis quam pusulam vocant pastores.

2 *Plura de igne sacro tum quæ sancte Buzelinus noster lib.* 4 *Annal. Gallo-Flandriæ ad quem extinquendum recenset tum alia remedia divinitus concessa, tum beatissimam Virginem, SS. Martinum, Protonem, Rictrudem, multis salutem opemque præstitisse. Cum vero ea lues iisdem temporibus in aliis Galliæ partibus sæviret,*

Imploratur [illegible] variorum Sanctorum

ret, et, teste Hugone Farseto apud Aymarum Falconem, adversariæ potestati humanique generis inimico tunc concessum videretur percutere plaga ista diversæ ætatis et sexus homines, ita ut simul succensa eorum corpora cum intolerabili cruciatu arderent. *Iis,* *inquam, temporibus cultus S. Antonii major haberi cœpit, quo factum ut maximus ægrorum concursus ad Motensem ejus basilicam sit factus, ac plurimi omnino ea tabe illius meritis sanati. Ea ita describit Aymarus Falco part. 2 c. 31.* Inciderunt hæc circa ea tempora, quibus, ut Sigebertus et Vincentius historici supra memorati referunt, dira lues, igneique morbi, seu sacri ignis persecutio, in Occiduis atque Septentrionalibus partibus quamplurimos mortales absumebat, multosque membris crudeliter perustis mutilabat. Cui miseriæ horrendæque calamitati præsentaneum atque efficacissimum remedium afferre perspectum est devota imploratio patrocinii atque intercessionis beatissimi Antonii. Quapropter reliquiis sancti corporis ejusdem apud Motam honorifice repositis non facile dictu est quantus illuc populorum concursus, quantaque mortalium frequentia ex diversis regionibus confluxerit. Quo [illegible] de Antonio vivente Athanasius protulerat, etiam e cœlestibus sedibus aggregato effectualiter adimpleri [illegible] cernebatur, scilicet dum ipse Athanasius ait: Totius orbis homines ad Antonium certatim confluebant, et bellicosam contra dæmones virtutem conspicere gestiebant. Clarescebant autem in dies varia et stupenda miracula, quæ Christus in eodem loco per intercessionem suæ gloriosi Confessoris jugiter operabatur. Reliquiis sancti corporis [illegible] Mota [illegible], ut præfatum est, repositis honorificeque collocatis, concurrentibus undique populis, locus ipse apud omnes clarior fieri, longeque illustrior haberi cœpit, unde suppressa veteri appellatione alteram sensim nuncupationem [illegible] Nam qui [illegible] Mota vocabatur, [illegible] a [illegible] Patre illustratum S. Antonius vulgo cœpit nuncupari, quemadmodum ex publicis locorum maxime Viennensium documentis patenter ostenditur.

3 *Idem cap.* 13. [illegible] redditur, quam plura [illegible] referre, sed in præsentiarum propositi nostri non est in hæc enarrandis diutius immorari, quæ pene justum volumen per se exigere viderentur. Nec arbitror quemquam [illegible] posse miraculorum numerum. *Et cap.* 40, *agens de [illegible] Dominica Ascensionis [illegible] processione confluere solet, [illegible] ait:* In hujus autem processionis devotissima celebratione, quamquam ab initio sanctum corpus in ejus repositum a loci Domino, nec non quibusdam nobilibus illustribusque personis præcipue Viennensis [illegible] fuisset, attamen [illegible] Duces [illegible], ut [illegible] munere [illegible] vel deputatos [illegible]

4 [illegible]

5 Aucta est, *inquit Bzovius an. Ch.* 1089, *num.* 18, *ex historia Antoniana*, eo amplius ergo Sanctum reverentia, quod, sicut eo morbo ægrotantes sanari consueverunt, ita sibi in eumdem Sanctum peccantes, sive perjurio, sive irrogata in eum blasphemia vel contumelia, eumdem mox experiri solerent ultorem, eodemque confestim morbo ignis sacri percuti. Quod pavendum cunctis prodigium hactenus perseverat, adeo ut in proverbium versum sit: In Antonium neminem impune peccare. *Quod infra recentioribus miraculis confirmabitur.*

6 *Joannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, se mone habito in concilio Constantiensi tomo* 1 *operum, admiratur multiplices, quæ contigerant, ignis sacri curationes.* Quot miraculis, *inquit*, in vita, quot post mortem beneficiis et opitulationibus refulsit Antonius, præsertim in hac quadam speciali prærogativa, quod ignem sacrum fugat ex corporibus, in signum quod ignem concupiscentiæ libidinosæ perniciosorem in vocatus refrigerat in cordibus! Exclamet ad ardorem ignis hujus infernalis tentatus: O sacer Antoni, adjuva me. *Eamdem rationem assignat to.* 4, *ser.* 3, *de S. Antonio.* Fœde est creditu, *inquit*, S. Antonium specialem gratiam a Deo recepisse sanandi ignem corporalem in infirmorum membris, eo quod taliter vicerit spiritualem ignem, atque carnalitatis, *et ad multitudinem miraculorum respiciens sermone primo [illegible] in Duce Burgundiæ, asserit se* miracula ejus probatissima non recitare, *quod* nihil novi dicturus esset, *cum* ipsa in toto orbe sint notissima. *Aymarus Falco:* Hoc ipso, *inquit*, quo hæc scripsimus anno, *id est, Christi* 1530, plurimos Dei teste servatus eo diro morbo laborantes, implorato ejusdem Sancti patrocinio, loco per morbi dilato, seu consperso eo vino, quo sacri corporis reliquiæ intinctæ fuerunt, pristinæ restitutos fuisse sanitati. *Meminit etiam Surius XIII Junii.* Viennæ in celebri toto orbe sui nominis basilica, quæ etiam religiosi Ordinis caput est, repositum (*corpus S. Antonii*) condecenti honore quiescit, perpetuisque tot recepta cultus opitulationis, [illegible] quorum membra sacer ignis depascitur, [illegible] prodigiis.

§ II. *Miracula in Belgio, et Germania.*

J[illegible] *in Flandria oppidum celebris admodum ad S. Antonium, [illegible] gratia, [illegible] an. Ch.* 1626, *[illegible] non sine [illegible], [illegible] Confraternitate S. Antonii [illegible] ab Urbano VIII Pontifice Max. [illegible] Kal. Julii [illegible] S. Joannis [illegible] Morinorum, sive urbis Teruana [illegible] Bellioduni [illegible] Ipra [illegible] S. Antonii [illegible] Ludovicus Wass[illegible] Iprensis [illegible]*

 Meter[illegible]

Ex variis

Meterensi, Barbaræ de Sante Religiosæ ord. S. Francisci Neoporti, Petronillæ Swyngedau Belliolanæ, his unicum : ast utrumque Franciscæ Gruson Meterensi; et brachium dextrum cum latere humeroque Petro de Winck Castrensi: manum unam Petro de Brune Adrikercano, Joannæ Bubbe Belliolanæ, Mariæ Vroyelinck Castetanæ, utramque Mariæ Werkin Iprensi; manus ac pedes Catharinæ de Breyne Comensi ad Lisam natæ : pedem alterum Petronillæ de Koninck e Kemela pago oriundæ, et Michaelæ Velle Belliolanæ : pedum digitos Mariæ Pont Neokercanæ: genu Judocæ Borrewals Iprensi : coxendices ac genua Mariæ Banzel Belliolanæ, dexterum latus Mariæ le Mettre Peenensi : corpus universum Audomaropolitano infanti Adriano Varelle. Eodem malo levati, non expressa parte corporis quæ tabem senserit, Franciscus Huysman et Joannes Vermote Tiletani. Aliis æque periculosis morbis ope S. Antonii liberati, diuturnis incognitisque, Cæcilia de Thielt Iprensis; ulcerosis, inflammatisque tibiis Guilielmus Jonckheere Iseghemius ex agro Cortraceno, Livinus van Damme, Joannes van Ackere, et uxor Andreæ van Damme ex Flandria Orientali oriundi et Isabella Formanoir Ordinis S. Claræ Ipris Religiosa; incurabili incompertoque brachii dolore Iprensis Religiosa monasterii Nonnebossii Ordinis S. Benedicti Margareta Laben; lenta denique quartana febri Joannes van Ackere Belliolanus, et Joannes Rysport vir nobilis, sæpiusque consulatu Bellioli perfunctus, cujus filia Judoca van Rysport ejusdem Divi ope a peste sanata. Hæc fuse Petrus Rainerus, citatis passim testibus, aut publicis etiam Notariis, qui scripto hæc excepere : nos brevissime nomina, morborumque genera collegimus. Meminit hujus libri Antonius Sanderus de claris Antoniis.

Alibi in Belgio celebris S. Antonii cultus

8 *Reliquis quoque Belgicæ urbibus celebris S. Antonio, ob frequentia facta ab eo miracula, veneratio habetur, ejusque nomine egregia balistariorum Sodalitia insignita sunt. Atrebati ejus honori jam olim sacra Confraternitas, ut vocant, seu sodalitas, adeo hodieque efflorescit, ut nemo fere civium illi nomen non det, teste Sandero supra. In variis Artesiæ parœciis sub titulo S. Antonii Confraternitates ejusmodi erectæ, uti et in pago Bousbeck ad Lisam in agro Insulensi, ad quem ex vicinis locis, sæviente licet hyeme, magna pietate supplicatum itur. Celebris olim in Roubaix, quem locum Montmorenciaca familia Belgica titulo Principatus tenet, Confraternitas fuit, quæ nuper restituta. Colitur magno populi concursu in Prioratu juxta Montes, Hannoniæ metropolim, qui S. Antonii dicitur, et collegio Societatis Jesu in eadem urbe erecto, attributus est. Silemus ne nimii simus alia Brabantiæ, Geldriæ, et reliquarum provinciarum loca, quorum infra in miraculis nonnulla attingentur.*

Sacer ignis et imago ædibus picta

9 *Certum et insigne, ejusdem Sancti beneficia eo grassante morbo huc usque perseverasse, constitutum publice indicium est, quod hujus ignis sacri historia cum Sancti imagine plurimis in locis præ foribus ædium privatarum adpicta cernatur, quod et Sanderus supra ac Molanus lib. 3, de Historia sacrar. imaginum cap. 5, observarere : quamquam aliam etiam hic adpicti ignis ex D. Thoma caussam assignat*, quia datum est illi patrocinari ad ignem infernalem, *qui supra a Gersone per* ignem concupiscentiæ, *et in historia Translationis* per ignem sacrum *denotatur. In antiquo Missali Ecclesiæ Leodiensis in hymno, quem Sequentiam dicunt, hæc leguntur.* Quisquis igne cruciatur gehennali, liberatur ipsius ob meritum

Coloniæ olim miracula facta

10 Coloniæ *etiam* quondam morbido Antonii igne infecti homines, *inquit Winheim in Sacrario Agrippinæ, Ecclesia* 17, magnum ad reliquias istius Sancti Patris (*quas in cœnobii Antoniani templo servari supra diximus*) concursum habuerant In quem finem in vico ecclesiæ vicino etiamnum certas et separatas habent ædes hospitales, prout etiam in ecclesiæ muro, ex opposito summi altaris, cancelli, per quos ex infirmaria divina audire, et sacram hostiam videre possunt, indicant. *Alibi per Germaniam plurima olim* S. Antonio dicata altaria, capellæ, cellæ, hospitalia,

Multa altaria S. Antonio dicata

ecclesiæ, multaque horum concursu piorum hominum peregre adventantium frequentata. Cernitur passim ejusdem Divi, etiam ruri, imago.

Imago alicubi ab hæreticis picta, aut tolerata.

11 *Illud ridiculum quod nec ipsi Calvinistici rabulæ, soliti in Divorum imagines, veluti dæmoniorum idola, debacchari voce ubique, alibi ferro aut igne, non omnino S. Antonii eliminare imaginem potuerunt. Testatus est nobis vir eruditus ac gravis Joannes Grothusius noster (a quo nobis plurima ex historia Aymari deprompta, quam beneficio admodum Rev D. Rutgeri Velen Generalis Præceptoris Domus S. Antonii Coloniæ erat indeptus) testatus est is, se ante triennium Herenbergæ, quod oppidum est Sutsaniæ haud a Rheno procul et Embrica Clivorum, in veterem Catholicorum, sed insessam a Calvinianis ecclesiam cum Prædicante ingressum, nihil ibi sacrum, nullum antiquæ pietatis vestigium conspexisse, præter unicam S. Antonii in vitrea fenestra effigiem, eamque nuperrime post sacra orthodoxa repudiata depictam. Id vero miranti, respondisse Prædicantem, ita jussisse eum qui fenestram donarat. Sic animis vetusta erga Divum religio insedit, ut nec tota potuerit recentibus fanaticorum dogmatum præstigiis oblitterari.*

§ III. *Imago, aliaque promiscui cultus analecta.*

Cur appingi soleat cæcus ignis, nola

C*æterum et hoc forte attinet, qua ratione pingi sculpive soleat, explicare. Cur scipio insertus manibus supra ad vitæ epilogum indicatum de igne hic jam actum. Adpingi nola, et ecclesia cum campanali consuevit : hæc ceu primæ domus Antonianæ imago, quale Divæ Aspricollensis symbolum, quercus; Lauretanæ, ædificula Nazarethana: illa, quia a Nuntiis Eleemosynariæ domus Antonianis ad cogendam stipem concursantibus deferri, in adventus sui signum, cum reliquiis solita. Quin et porco, qui ius publico oppidorum sumptu alebatur, appensa ad collum nolula erat.*

porcus

13 *De porco ad pedes S. Antonii locari solito ita scribit Aymarus par.* 1, *c.* 48. Ad pedes beatissimi viri sus depicta, seu porcus effigiatus est, quia etiam in hoc animali per servum suum Deus fecit miracula. *Imo* porcus appingitur, *ut vult Molanus lib.* 3, *de histor. sacrar. imaginum cap.* 5, ut plebeii doceantur, animalia sua ejus intercessione a malo præservari. Nam in hujus beneficii implorationem ac protestationem porcus plerisque locis alitur a communitate, quem nominant S. Antonii porcum. Fieri etiam potest, quod majores nostri, dum primum porcum ei potius quam aliud animal appinxerunt, non huc respexerint, sed ad dæmonum insultus, quos perpessus est Dæmones enim per porcos convenienter significantur. Hinc quando Arianorum ecclesia Romæ Catholica consecratione dedicabatur, porcus ex ea exiit, invisibilis quidem, sed qui omnes, per quos transiit, in admirationem commovebat. Quod idcirco, ait Gregorius, divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret.

lib. 3 Dialog cap 30

14 Porro sicut majores nostri memorias Sanctorum invisentes, libenter pro se conferebant parvam Sancti imaginem, sic etiam pro pecoribus suis collo alligandam nolam ex memoria S. Antonii conferebant, protestantes hac ratione, quod meritis sancti Confessoris petebant et confidebant, animalia sua præservatum iri a peste : quod indicant carmina Ambrosii Novidii etiam a Romanis observari. Agens enim de porco grunniente, qui Antonio appingitur, subdit :

Etiam Italis porcus nolaque in usu

Collo mea concutit æra,
Noscere quæ possis, ne noceatur, ait.
Æsque meum gestat, baculo quod cernis in isto,
Quodque rogans æger, collaque multa gerunt

15 *Demum huc spectant hymnus, responsorium, antiphona, Collecta sive Oratio, multarum Ecclesiarum, quæ subnectimus. Quinque præcipue Cælitum invocari patrocinium adversus pestilentiam solet, e quibus S. Antonius est. Hinc vetus hymnus in Missali Tornacensi :*

Veneretur

Veneretur hic Patronus, quem cœlestis habet thronus, qui dando beneficia, mundum replet lætitia. Hic divinum dans odorem, pestem pellit et languorem, velut rosæ vel lilia redolet in Ecclesia.

16 *Hymnus ex Breviario antiquo Andomari*

Urbs beata Viennensis, et beatus populus,
Vir decrepitus et senex, juvenis et parvulus,
Apud quem non dubitatur esse Dei famulus.

Manum ægris imperantem servo dedit Dominus,
Ut cum jubet vi naturæ fiat morbo terminus,
Et tollatur infernalis a herpes esthiomenus.

Hæc apparent per effectum hoc in loco clarius,
Ubi multa per eumdem Sanctum fiunt sæpius,
Et extinguit sacrum ignem constat mirabilius.

Nos infirmi, nos jacentes in peccatis [illegible],
[illegible] precibus ad Dominum,
[illegible].

O quot ad ejus infirmi confluunt ecclesiam,
Implorantes per eumdem divinam clementiam,
Et recipiunt [illegible] sanitatis gratiam!

[illegible] providentiæ,
Ne remota levitatis sive negligentiæ,
Per fenestras [illegible] introire.

Præsta Pater, ad quem nostra mens anhelat, [illegible] editum,
Et qui vitæ reparasti nos per Unigenitum,
Dona nobis [illegible] Spiritum. Amen.

17 *Responsorium ex Breviariis antiquis, Turonensi, Hildeshemiensi*, etc.

Plaude Vienna manu, tanto ditata Patrono,
Quem dedit Ægyptus pignora cara tibi.
Percutit, et sanat, extinguit, et excitat ignes,
Ardentesque animas [illegible] Antonius.

Oratio ex antiquo Missali Romano, et plerisque e[illegible] Breviariis. Deus qui concedis obtentu B. Antonii Confessoris tui atque Abbatis morbidum ignem extingui, et membris ægris refrigeria præstari, [illegible] integri mente et corpore tibi feliciter in gloria præsentemur.

[illegible]

§ IV. *Pœnæ in blasphemos, aliosque impios.*

Florentinæ historiæ scriptor [illegible] Gregorii XI. Romani Pontificis temporibus, apud [illegible] Italiæ urbem hoc stupendum miraculum contigisse. Nam cum [illegible] B. Antonii imprudenter [illegible] ignis carnem ejus corporis devorans [illegible] ossibus.

19 Nec dissimile est, quod apud S. [illegible] parte.

20 [illegible] 1573.

21 [illegible]

— — tua [illegible] mortis
Fama, per exustam Libyen Asiamque potentem
Transit in Europam, viguit semperque vigebit
Gloria, limitibus nullis conclusa, per omnes
Tethyos alternæ tractus, perque ultima mundi,
Per cœlum superosque means felicibus alis:
Quoque magis teritur longinqui dentibus ævi,
Hoc magis egregio splendescit flore juventæ.
Ac memini, si quando illam temerare profani
Cœpere, haud alias ipsos [illegible] tulisse
Supplicia ultoris [illegible], flammæque sequacis.
Non ego Aloidas fictæ post prælia Phlegræ
Fulmine dejectos, Capanei aut impia dicam
Ingentis telo fumantia membra trisulco.
Vidimus ambustos artus, atque ossa perenni
Exemplo ad postes sacri pendentia templi.
Vidimus integrum consumptum igne cadaver
Qui subito exarsit, violato nomine Magni
Antonii, subitoque animus incendia versus
Traxit, ut enormi prompsit convicia lingua.
Tantum te Superum, cœli, terræque creator
Fecit, et hæc sprete tribuit stipendia famæ.

22 Anno MDLXXVI, XI Junii dum Dux Alensonius, frater Regis Franciæ, esset in urbe Castillion, et excubiæ pedestrium copiarum, in villa, quæ dicitur Soulet, a dicta civitate uno plus minus milliari distante, agerent, tres milites [illegible] deprehenderunt [illegible] imaginem B. Antonii in petra erectam, ac post multa scandala, ludibria, et dicteria in eam congesta, caput quidem in ignis galea, manus vero [illegible], talia cum exsecrandis blasphemiis evomentes: Tu, si quid vales, si qua tibi potestas, in præsentiarum hanc eam demonstra contra nos, ac te defende. Quo dicto suis armis imaginem impetunt multis ictibus. Quibus non contenti, unus eorum [illegible] aggreditur, [illegible] tormenta [illegible]. At [illegible] eodem momento [illegible], totus [illegible] Vindex, qui [illegible] miseram exhalasset [illegible].

23 [illegible] Dei [illegible] ferre non posse, [illegible] intestina tormenta per aquam [illegible] torrentem proximum præceps [illegible].

24 [illegible]

Ex variis

veraciter sub oculis plusquam trium millium hominum palam gesta, docent, quam reverentiam venerandis Sanctorum imaginibus debeamus : nam etsi numen in illis nullum sit, tamen eorum nobis refricant subinde memoriam quos repræsentant, ac ad gloriosa Dei in suis Sanctis opera collaudanda, eorumque pia patrocinia imploranda plerosque Christianorum exstimulant. Quid et contumelia illata ipsis, in Dei servos, imo in communem Dominum, redundat : qui hic aliquando etsi silere videatur, non tamen silebit semper.

f g

25 *f* Anno illo Goessiaco MDLXVI, *g* cum per Belgium passim iconoclastæ in venerandas Sanctorum imagines desævirent, *h* Busciducis accidit quosdam D. Antonii imaginem gladiis, ascia, et bipennibus in frustra concidere, ut incendio via publica abolerent. *i* Verum quod accidit, non sane impune tulere impii : evestigio namque illa peste, quam D. Antonii jam olim appellamus Christiani, (quod illi depellendæ sint ejus apud Deum pii experti sæpe patrocinium) corripiuntur, totoque utriusque corpore instar granorum piperis pestilens ille ignis ebullit : domum sese recipiunt infelices, quorum plaga socii deterriti, rogum deserunt trepidi. Tam atroci atque voraci consumebantur miseri totum per corpus incendio, ut postridie impiam efflarint animam, et funesta reliquerint cadavera, variorum colorum stigmatibus, cæruleis, prasinis, artis insignita. Istud tam est tota vicinia notum, ut plurimos hujus rei non solum audierimus concorditer historiam ad vivum depingentes, additis etiam tam sacrilegorum, quam familiarium nominibus; sed publici etiam viderimus Notarii, fide non indigni neque obscuri, testimonium.

Alii sacrilegi et blasphemi puniti Silvæducis

26 *k* Publico multorum sermone, editisque scriptis constat, atque etiamnum hodie superstites sunt viri fide dignissimi, qui nobis retulerunt, eo ipso tempore, cum Goesii in Belgio tumultuarentur, et *l* Guilhelmus Comes Montensis, Aurangiæ Principis Guilhelmi sororius, monasterium Franciscanorum prope Embricam, ab ejusdem Comitis majoribus, ut fertur, quondam religiose fundatum, demoliretur (cujus demolitionis, per menses aliquot successive durantis, postremos actus ego ipsemet vidi) quemdam hominem novis dogmatibus dementatum supervenisse, et omnibus jam statuis, imaginibus, et altaribus vastatis et exturbatis, invenisse adhuc residuam ibi statuam D. Antonii : quam iste protinus proterna manu corripiens in terram colliserit, pedibusque conculcaverit, et quibuscumque poterat modis exagitaverit. Evenit autem, ut forte assisteret mulier quæpiam Catholica, quæ hominem compellans, ait : Quid in te peccavit D. Antonius, quod statuam ejus tam indigne exagitas? Ille protinus, in protervam hanc vocem prorupit : Quid tu mihi obstrepis de S. Antonio? Si quam ille vim aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora : evestigio iste in Sanctum blasphemus, igne sacro, quem vocant D. Antonii, corripitur, totoque corpore ustulatur; et tandem sacro igne totus, Deo vindicante, excarnificatus, animam exhalat. *m*

alius in Sutphania

a *Narrat hoc Aimarus Falco* 1, *par. cap.* 47. b *Referunt Octavius Pancirolus regione* 2, *Urbis, Ecclesia* 44, *et Gilmannus Bredenbachius S. Theologiæ Doctor, lib.* 3 *sacrarum Collationum cap* 26. c *Libellus Gallice scriptus, et Parisiis anno* 1576, *quo contigerat, apud Guilielmum Merlinum excusus, quem ipsi legimus. Guilielmus Lindanus lib* 2 *de fugiendis idolis illam* historiam *edidit a se* rudi*ter* Latine, *ut præfatur*, transfusam. *Ex quo eamdem referunt Thomas Bosius lib* 15, *de signis Ecclesiæ cap.* 12. *Antonius Dauroultius noster par.* 2. *Catechismi historialis Tit.* 69. *Exemplo* 8. *Bredenbachius supra cap* 30. *Auctor libelli, qui inscribitur* Historia miraculorum illustrium *Duaci editi an. Ch* 1595, *una cum Petri Venerabilis libris duobus de Miraculis. Jacobus Gualterus noster in Tabula Chronographica seculo* 16 *an. Ch* 1576, *qui addit se* per id tempus rem eamdem quasi tota Gallia pervulgatam audivisse. d *Idem. Dux Alençonius Franciscus, XVII Januarii ipso die festo S. Antonii anno* 1583. *Antverpiam diripere conatus a civibus Catholicis præcipue (cum tamen sacra orthodoxa in urbe abdicata ab Arausicano Dynasta et Calvinistis essent; sed patriæ caritas injuriæ sensum vicit,) turpiter urbe pulsus, Gallis mille quadringentis qua cæsis qua mersis in fossa, in quam desilierant, mersis Portæ Kipdorpiæ, qua fraudulenter intrarant, insculptum Chronographicum :* aVXILIVM sVIs DeVs *At nunc Antverpiæ S. Antonius in pluribus templis solenni cultu celebratur.* e *Gualterius* hasta ; *forte ut barbarum verbum devitaret.* f *Guilielmus Lindanus tom* 2, *Apologetici ad Germanos cap* 11, *et lib.* 2, *de fugiendis idolis cap.* 1, *et ex eo Bosius, Dauroultius exemplo* 7. *Bredenbachius cap.* 29 *Auctor historiæ miraculorum mirabilium, Gualterius ad an.* 1566, *libris singuli ante citatis, et Molanus lib.* 3, *de historia sacrarum imaginum cap.* 5.

g *Hanc hæreticorum rabiem præclare describit Famianus Strada de Bello Belgico decade* 1, *lib.* 5. Geusiorum *sibi ipsi nomen sumpsere a Procerum quorumdam dicterio. hæretici Belgæ.*

h Buscum-ducis, *seu* Silvaducis, *Belgis* Shertoghen-Bosch, *Gallis* Bois le Ducq *et* Bolduc, *Brabantiæ urbs munitissima, ad fines Gelriæ et Hollandiæ. Divi isthic ædes ad portam Hintemiensem, ac veneratio celebris, quamdiu ei urbi avita obire sacra licuit, quæ nuper inconsolabili optimorum civium luctu Mars Batavus eliminavit.* i *Hæc impia ab iis prolata :* Antoniole exere si quas habes vires. *Ita adhuc cives memorant.*

k *Bredenbachius cap.* 27, *atque ex eo Dauroultius exemplo* 6.

l *De eo legendus Strada lib.* 5 *et* 7. *Filii postea Regi Catholico reconciliati, e quibus Fredericus, eoque natus Albertus, qui nunc vivit, Marchio Bergarum ad Somam, pagi S. Antonii Dynastæ, cultum ejusdem sedulo promoverunt, egregie ambo Orthodoxi Situs est hic pagus in Cuyckana provincia, Pelam paludem inter et Mosam flumen, duabus a Gravia oppido leucis, ob celebrem S. Antonii cultum, peregrinorum concursum, et miraculorum antiquam memoriam, ab innumerabili tempore* Fanum S. Antonii *appellatus.* m *Petrus Rainerus in libello de sacello S Antonii Bellrolano ejusque miraculis, hæc quoque memorat, sexque alia his non absimilia.*

ORDO S. ANTONII.

CAPUT I.

Ordinis origo, insigne.

Ortus ac progressus Antoniani cœtus monastici, *ut loquitur Renatus Choppinus lib.* 1, *sacræ Politiæ tit.* 2, *art.* 8, denarrat concinne Frater Aymarus Falco Præceptor Barroducanæ domus D. Antonio sanctæ, in Historia Antoniana quatuor libris concinnata, ex armario Antoniani cœnobii majoris et ex variis sparsim Ecclesiasticis scriptoribus. Quam Falco historiam persecutus ad annum usque 1530, dicavit Antonio Langiaco cœnobiarchæ Viennensi. *Eam qui plura volet adeat, hic paucula libasse sat erit. Illustrium ac prope innumerabilium miraculorum occasione prima ordini data exordia, quæ sic enarrat ipse Aimarus par.* 2, *cap.* 33, *non certissima tamen sibi fide comperta.*

Ordinis Antoniani historia

2 Vir quidam nobilissimus Provinciæ Viennensis, Gasto nuncupatus, pietate valde insignis, dum gravissima atque periculosissima infirmitate laboraret, qua omnium fere suorum membrorum sensu atque officio destitutus erat, frequentissimis precibus votisque suam almo Dei Confessori B. Antonio salutem quam obnixe poterat commendavit : votique solvendi gratia, filium Girinum, seu Girondum, ad ipsius B. Antonii corpus et ecclesiam destinavit. Nec mora, exoptatam divino beneficio assequutus est sanitatem.

Gasto gravi morbo, ope S. Antonii, liberatur

3 Nec ita multo post Girondus ipse morbum contraxit, quo diutissime vexatus atque maceratus, ægritudineque in dies magis ac magis invalescente, vita propediem excessurus credebatur. Quod cernens Gasto, sibique persuadens periclitanti filio nulla medicorum arte subveniri posse, supplex ad divinum Beatique Antonii suffragium devote confugit. Proinde humanam miseriam vitæque hujus calamitatem contemplatus, ipse ægrotanti, seu potius in extremis laboranti, filio persuasit, ut ambo ipsi cum eorum substantia universa B. Antonio sese perpetuo devoverent, si ægrotus ipse illius intercessione pristinæ incolumitati restitueretur. Quo ab ejusdem emisso voto, cœpit ægrotus aliquantum melius se habere.

deinde ejus filius.

facto ab ambobus voto serviendi perpetuo S. Antonio

4 Nocte igitur ipsa, cum se Gasto sopori dedisset, per quietem beatissimum Antonium videre visus est, talibus verbis se alloquentem. Quid est, Gasto, quod tu filiusque iste tuus tam a Deo pro hac misera vita, quæ innumeris fluctibus perpetuisque procellis indesinenter agitatur, solliciti estis? Cur non potius stabilem cœlestis patriæ mansionem expetitis? proque ea paranda preces votaque facitis? sed quoniam ita Divinæ pietati visum est, ecce mea intercessione, filio tuo concessa est gratia sanitatis, prout et tibi pridem

Sancto apparente ...

pridem per me Christus desideratam incolumitatem indulsit. Estote igitur post hac altissimo gratiarum largitori fideles, servitequeilli in timore, et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa. Ego autem votum a vobis emissum acceptum habens, vos in proprios filios suscipio. De bonis vero mihi per vos oblatis, volo jubeoque hoc in loco miseris igneo morbo, sacroque igne perustis et mutilatis, quos egestas premit, et morbi vis Divino judicio contabescere cogit, quique a nemine excepti cum horrore spectantium miserabiliter jacent in plateis, pro sub ventionis et caritatis solatium perpetuo exhiberi illis, fidei vestræ commendo. His etenim caritatis operibus via vobis in cœlum procul dubio parabitur.

5 Quibus auditis Gasto ipse, quibus melius poterat modis eidem divo Patri gratias agere satagebat, receptaque subinde fiducia, se imperata facturum pollicebatur. Verum dubitare se dicebat, cum ingens illuc afflueret languentium multitudo, ne suæ facultates tanto oneri succumberent, minimeque ad id suppetere possent. Tunc Divus ipse Pater, porrecto eidem Gastoni baculo, quem gestare videbatur, quique ad potentiæ, seu litteræ vel signi Tau modum et figuram formatus apparebat, jussit illum humi defigere. Quod cum Gasto fecisset, visus est statim baculus ille in arborem magnam succrescere et propagari, cujus rami undequaque majorem in modum sparsi diffundebantur, tamque florum et fructuum ubertatem ostentabant. Sub ipsa vero arbore per multi pauperes languidi et mutilati conspiciebantur, qui arboris ipsius umbra et fructu refecti habebantur. Ad hæc subinde manus, seu dextera, ex cœlo prodire visa est, benedictionem desuper effundens, cœlestisque favoris ex alto prætendens influxionem. Hanc igitur [illegible] mirabilem visionem cum attonitus Gasto spectaret, sic ad illum beatus senex ait: Ecce tu in pietatis stipite et radice caritatis meo favore plantatus [illegible], quæ longe lateque suos ramos diffundet, et de fructu eorumdem pauperes sustentabuntur. [illegible] Hoc est quod [illegible] atque observari volo in [illegible] Christi [illegible] et sollicitudini [illegible] vos esse [illegible], nec [illegible] qui posthac filiorum [illegible] mihi futuri erunt. Quo dicto visio ipsa disparuit.

6 Subsequuta autem luce, is qui prope exanimis [illegible], non sine summa omnium admiratione [illegible] apparuit [illegible] restitutus sanitati. [illegible] B. Antonii [illegible] [illegible]

[illegible]

7 [illegible]

altera manu in sublime, quasi in admirantis vel stupentis similitudinem, elevata. Tum deinde ibidem ex superiore parte velut e cœlo procedens cernitur figura manus benedictionem largientis. *Figuram singula hujus in imagine exhibet Silvester Maurolycus lib. 1, Oceani Religionum, ubi eadem hæc enarrat.*

8 *Pergit Aymarus, refertque opiniones originum signi Tau.* Existimant nonnulli verum hujus religionis signum esse figuram Græcæ litteræ quæ Tau dicitur, idque signum divinitus eidem religioni datum asserunt: quod apud Ezechielem Prophetam efficacissimum fuisse, et esse legitur. Sic enim ipse Ezechiel in visione effatus est: Transi, inquit, per mediam civitatem, in medio Jerusalem, et signa Thau supra frontes virorum gementium et dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio ejus, et dixit sex viris qui veniebant de via portæ quæ respicit ad Aquilonem: Transite per civitatem sequentes eum, et percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini: senem et adolescentulum, et virginem, parvulum, et mulieres interficite usque ad internecionem. Omnem autem super quem videritis signum Thau, ne occidatis, et a sanctuario meo incipite. O mirabilis visio atque terribilis, et hujus signi Tau immensa mandataque virtus! Vere itaque veneranda est religio, quæ eo signo veluti proprio schemate ab origine sive primordio divinitus extitit insignita.

9 Non desunt tamen qui existiment, Gastonem et Gerondem supra memoratos, postea quam pietatis [illegible] potentiam sustentationem sese [illegible], sponte sibi Potentiæ signum [illegible], ut eo ipso signo profiteri palamque testari viderentur, se velle esse baculum ac sustentaculum languentium, sacroque igne mutilatorum, sublevandis quoque debilibus et mutilatis sese perpetuo devovisse [illegible]. Est enim Potentia [illegible] fulciendis mutilatis, seu debilibus et claudis [illegible] qui impotentes sustineat, vulgo ita dictus. Proinde [illegible] ipsum signum procul [illegible] videtur [illegible], qui et [illegible] sacroque igne mutilatorum [illegible] institutis. *Acta ea sunt [illegible] anno Christi 1095, ut referunt Baronius, tom. 11, num. 34, Claudius Robertus in Gallia Christiana, Nicolaus Crusenius par. 2, monastici S. Augustini, cap. 18, Antonius Sanderus lib. 1, de claris Antoniis, et Joannes de Laurus in Antiquitatibus Viennensibus cap. 40, [illegible] Urbanus II [illegible], qui [illegible] Papa Callistus II, dictus.*

CAPUT II
Generales Magistri. Abbates.

F[illegible]

11 [illegible]

Ex variis.

Quia Prioratum eumdem, propter ipsius B. Antonii reverentiam, cujus gloriosa merita per universas Ecclesias in hujus orbis latitudine constitutas manifestius innotescunt, cujusque corpus, sicut fama celebris misit ad posteros, et innumera quæ per eumdem Sanctum ibidem Dominus miracula jugiter operatur patenter ostendunt, in Prioratu ipso quiescit, condignis efferri honoribus non tam dignum quam debitum existimantes, Prioratum ipsum in Abbatiam ereximus, de prædictorum Fratrum consilio, et ejusdem plenitudine potestatis, certo Canonicorum, seu Fratrum inibi numero constituto. Ac ut dissensionis et æmulationis cujuslibet occasio inde præcideretur, omnino prædictum hospitale, cum omnibus membris suis in quibuscumque mundi partibus constitutis, eorumque pertinentiis et juribus, ipsi subjecimus et univimus Abbatiæ. Auctoritate Apostolica statuentes, ut locus ipse, qui Prioratus in antea dicebatur, foret et appellaretur de cetero abbatia, et ii qui præessent eidem, nomen semper et dignitatem obtinerent Abbatis, et abbatiam ipsam ac dictum hospitale sibi unitum simul perpetuis futuris temporibus, constitutione vel consuetudine quavis non obstante contraria, gubernarent; nec Magistri, vel Domini de cetero, sed Abbates monasterii S. Antonii tantummodo appellarentur. Quibus universi Fratres hospitalis et membrorum eorumdem, quos Canonicos seu Fratres monasterii S. Antonii volumus de cetero nuncupari, parerent humiliter in omnibus et intenderent : quodque in eodem monasterio S. Antonii et hospitali ac membris eisdem B. Augustini regula servaretur, et secundum eam dicti Abbas et Canonici seu Fratres perpetuo vivere tenerentur. Habitum vero cum signo T, quod Potentiam vocant, in honorem ipsius B. Antonii tam Abbas quam Canonici seu Fratres præfati, juxta morem solitum ipsius Hospitalis, semper et ubique portarent. Ipsum quoque monasterium, cum hospitali prædicto et omnibus membris ac bonis suis existentibus ubicumque, et Abbatem, Canonicos seu Fratres ejusdem nunc præsentes atque futuros, ab omni jurisdictione, potestate, subjectione, ac dominio Archiepiscopi, Episcopi, et Ordinarii cujuscumque, omnino duximus eximenda, decernentes ea omnia immediate soli dumtaxat Romano Pontifici subjacere.

Ea Prioratui Motano unita, fit abbatia, Papæ immediate subjecta.

12 *Post Aimonem Abbates ad nostra usque tempora fuerunt*, Pontius Aleracus, Guilielmus Mitte, Petrus Lobetus, Pontius Bernardus, Gerento de Castro-novo, Hugo de Castro-novo, Falco *ex nobili* Montecanutorum *familia in Delphinatu*, Arbaudus Grandivallensis, Joannes de Polleyo, Humbertus ex Brione, Benedictus ex Monteferrando, Joannes Jognetus, Antonius ex Brione, Antonius Ropemoranus, Petrus de Area, Theodorus de S. Chamundo, Antonius de Langiaco, Ludovicus de Langiaco, *ejus frater*, Ludovicus de Langiaco *utriusque decessoris nepos*, Antonius Tholosanus, Antonius Brunel de Grandmont. *Ex his* Theodorus de S. Chamundo *edidit epistolas S. Antonii, de quibus in Prologomenis ad vitam* § 14. *Jacet Mussiponti in Lotharingia in ecclesia quæ nunc est Societatis Jesu, mortuus an. Ch.* 1527.

Abbates ejus loci.

13 *Plurima ejusdem instituti monasteria erecta sunt per Galliam Aquitanicam, Celticam, Belgicam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, aliasque orbis Christiani provincias, quorum Præfecti proprio ac peculiari nomine* Præceptores *nuncupantur. In Belgio unicum hoc tempore superest Trajecti ad Mosam. Romæ, agente Aimone primo Viennensi, Abbate, Bonifacium VIII, basilicam S. Andreæ Antonianis attribuisse tradit Falco atque ex eo* Miræus. *Verum ante jam pridem hospitale S. Antonio dedicatum constat ex Vita S. Francisci cap. 3, ubi dicitur a famulis Innocentii III, Pontificis inventus* juxta Lateranum in hospitali S. Antonii. *Paciudus tamen eo tempore vult adhuc S. Andreæ appellatum, et S. Bonaventuram* hospitale S. Antonii *scripsisse, quod cum Vitam S. Francisci componeret huic jam esset consecratum. Obiit S. Bonaventura* 20 *circiter annis antequam Bonifacius VIII, ad Pontificatum fuit promotus. Ex hoc cœnobio (quocumque demum tempore cœperit)* unus semper est ordinis beatissimi Patris Antonii, qui Romanam curiam sequens, fragmenta a mensa Papæ colligat in eleemosynam pauperum, et Curatus proprius, et quasi Parochialis omnium qui vulgari vocabulo Curtisani nominantur existat. *Ita Joannes Gerson serm. de S. Antonio in Concilio Constantiensi habito. De Antoniani ordinis privilegiis Apostolicis non pauca tradita sunt ab Oldrado Juriscon. in Respons.* 211, 293 *et* 321. *Chassanæo parte* 4, *Catal. gloriæ mundi considerat.* 65, *et potissimum a Renato Choppino in Politia sacra, et Monasticωn libris variis locis. De Ordinis hujus religiosis præclare pronuntiavit Joannes Gerson supra :* O felices, qui religioso et peculiari quodam tanti Patris obsequio dedicari meruerunt.

Ejus Ordinis monasteria alibi. etiam Romæ.

14 *Jacobum Hierosolymorum et Siciliæ regem scribit Miræus Origin. monast. lib.* 1, *cap.* 5, *ex Aimaro*, in signum adsumptæ protectionis atque adfectus in hunc ordinem, testamenti tabulis anno 1423, conditis, hæredibus ac successoribus in perpetuum suis mandasse, ut Antoniani Ordinis symbolum collo appensum, id est, Potentiam, sive notam T, ex auro puro, una cum campanula gestarent.

Potentia insignit Reges.

CAPUT III.

Alter ordo S. Antonii in Ægypto, et Æthiopia.

De altero S. Antonii ordine, quem ipsemet instituit formavitque SS. Macarius, Amathas, alii, ut ante dictum, propagarunt, nihil admodum suppetit quod addatur; monumentis omnibus antiquis vel barbarica clade abolitis, vel latentibus inter tesqua illa, olim sacrosancta, nunc non situ magis ipso horrida quam Copticorum mystarum obstinata hæresis Eutychianæ tuendæ pervicacia, cum summa ignorantia conjuncta. Metaphrastes tamen in Vita S. Joannis Eleemosynarii *XXIII Januarii num.* 6, *meminit* Anastasii Præfecti magni montis Antonii, *qui cum* Theodoro Episcopo Amathuntis *et* Gregorio Episcopo Rinocurorum, *missus est a* S. Joanne *ad Persas, ut interceptis a Cosroe Hierosolymis in captivitatem abductos redimeret Christianos. Contigit id sub annum Ch.* 614, *ut ibidem dicemus. Catholicam tunc inter Antonianos viguisse religionem veramque pietatem ex hac* Anastasii *cum* S. Joanne *necessitudine, obitaque legatione colligi potest. Alioquin antea erroribus fuisse irretitos patet ex vita* S. Fulgentii *I Januar. cap.* 12, *num.* 25, *cui* iturum se ad ultimam Thebaidæ regionis eremum dicenti, *respondit Eulalius Episcopus Syracusanus :* Terras, ad quas pergere concupiscis a communione B. Petri perfida dissensio separavit. Omnes illi monachi, quorum prædicatur mirabilis abstinentia, non habebunt tecum altaris sacramenta communia. *At restituti, sub sanctissimis Patriarchis Eulogio, Joanne, aliisque rectæ fidei sunt.*

Monachi S. Antonii in Ægypto, aliquando hæretici conversi.

16 *Idem (ut fere in plerisque orbis partibus Christi religio a monachis, non quærentibus quæ sua sunt sed quæ Jesu Christi, aut plantata primum aut certe stabilita restitutave) ab Apostolis superiori Æthiopiæ, quam nunc Abassiam vocant, illatum, ævoque collabescentem firmasse creduntur, et varia in iisdem oris monasteria erexisse. Quando vero rursum, sint tum Ægyptii tum Abassini in hæresim relapsi, nequaquam legimus. Nam quod Ludovicus de Urreta scribit in historia Æthiopica, numquam Abassinos fuisse ulla hæresi infectos, numquam ab Ecclesia Romana et a Romano Pontifice disjunctos, sed Christianam fidem, ut eam ab Apostolis susceperant, ad hunc usque diem perfectissime custodiisse, monachos vero a Legibus et institutis Magni Antonii numquam desciverisse, sed omnibus sinceræ religionis et Christianarum virtutum operibus hactenus florere, id adeo ridiculum est et ineptum, ut ne refutari quidem mereatur, etsi id cumulate tamen fecerit Nicolaus*

relapsi. Ludovicus de Urreta notatus.

[illegible] Gottignus noster, [illegible] Andreæ Oviedo Patriarcha, aliisque e nostra Societate [illegible] Sacerdotibus, [illegible] aliquam [illegible] quosdam in tenore [illegible] esse [illegible].

17 Imo sunt [illegible] qui [illegible] in Abassia [illegible] monachi, ex Antoniantis orti, haud constat. Dicsenim, ut Alphonsus Mendez Æthiopiæ Patriarcha in litteris anno 1626, datis scribit, sui instituti [illegible] [illegible] Abbatem Eustachium et Theclam Haymanot, ad [illegible] est, plantatam fidei, qui ad an. 1200, vixisse memorantur, quamquam tamen sit multo ante novem monachos Roma venisse, quorum quilibet sui nominis cœnobium in Tigrea provincia ædificavit. Utut sit, monachi illi Abassini jam 80, per annos nostrorum hominum conatibus præcipue obstiterunt, ne Æthiopia aut [illegible] cum Romana Ecclesia [illegible], aut permaneret in adeptu ejus communione, quod idem testatur Patriarcha [illegible] haud pauci [illegible] monachis ab eo [illegible] sunt.

DE S. SABINO, SIVE SAVINO

EPISCOPO PLACENTINO IN ITALIA.

Placentiæ, nobili Galliæ Cispadanæ urbe, colitur S. Savinus, sive Sabinus XVII Januarii, officio duplici cum octava, ut testis est Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, et in generali catalogo SS. [illegible] ita scribit: Placentiæ in Gallia Togata S. Savini Episcopi ejusdem urbis Patroni. Fertur aliaquin XI Decembris obiisse, quo die Martyrol. Romanum: Placentiæ S. Sabini Episcopi miraculis clari. Meminerunt ejusdem eo die Molanus et Carthusiani Colonienses [illegible] ad Usuardum, Maurolycus, Felicius, Galesinius, sed hic iterum XIV Februarii, sive XVI Kal. Martii, voluit forte XVI Kal. Februarii scribere [illegible] habet: Placentiæ S. Sabini Episcopi et Confessoris, qui Concilio Aquileiensi interfuit, rerum permirabiliter ac divinæ gestarum gloria [illegible] quievit in Domino. Martyrologium Germanicum XI Decembris: Item S. Sabini Episcopi Placentini, qui divina revelatione corpus invenit S. Antonini, de quo ultimo Septembris auctum est. Vir erat fide plenus, et verbi divini [illegible] [illegible], miraculis quoque illustris. De eo scribit S. Gregorius.

2 Dialogus quid lib. 3, Dial. cap. 10, narrat [illegible] [illegible] S. Gregorius tum quam vita [illegible] Ferrarius contexuit, ex Lectionibus, ut ait, Romæ approbatis, quæ Placentiæ in ejus die festo leguntur. [illegible] S. Ambrosi [illegible] epistolam 8, lib. 1 et lib. 4, 30 et 31, [illegible] [illegible] et nos [illegible] [illegible] Valentinianum [illegible] 63 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

3 Abest Sabinum [illegible] [illegible] Saturnino [illegible] Coss. [illegible] anno 381, [illegible] [illegible] Notis ad Martyrol. [illegible] XI Decembris [illegible] 381 [illegible] 83

MIRACULUM S. SABINI.

Ex S. Gregorii Dialogis l. 3, c. 10

Hujus [illegible] [illegible] Venantio Episcopo [illegible] Placentinæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad nutriendis seminibus profutura, aqua ejusdem fluminis teneret, venerabilis vitæ Sabinus Episcopus respondit, dicens: Vade, et dic ei: Mandat tibi Episcopus, ut te compescas, et ad proprium alveum redeas. Quod Diaconus ejus audiens, despexit et irrisit. Tunc vir Dei accersito Notario dictavit, dicens: Sabinus Domini Jesu Christi servus commonitorium Pado. Præcipio tibi in nomine Jesu Christi Domini nostri, ut de alveo tuo in locis istis ulterius non exeas, nec terras Ecclesiæ lædere præsumas. Atque eidem Notario subjunxit, dicens: Vade, hoc scribe, et in aquam ejusdem fluminis projice. Quo facto, statim vir præceptum suscipiens, statim se a terris Ecclesiæ fluminis aqua compescuit, atque ad proprium alveum reversa, exire ulterius in loca eadem non præsumpsit. Qua in re, Petre, quid aliud quam inobedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute Jesu et elementum irrationabile sancti viri præceptis obedivit?

VITA EX FERRARIO.

Savinus, sive Sabinus, ut in Rom. Martyrologio, patria Romanus, factus Episcopus Placentiæ, virtutibus et miraculis coruscavit. Multa in Episcopatu præclare gessit, corpus S. Antonini Martyris ejusque tabulis, quod [illegible] latuerat, Deo monstrante invenit, in basilica S. Victoris Martyris, a S. Victore Episcopo dedicata, [illegible] [illegible] [illegible] Interfuit Concilio [illegible] [illegible] deinde [illegible] S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo Concilio Aquileiensi. Tanta fuit doctrina, ut S. Ambrosius [illegible] [illegible] [illegible]

2 [illegible] [illegible] [illegible] Sanctus Gregorius Papa in Dialogis scribit, cum Diaconus S. Savini, Padum alveum [illegible] Ecclesiæ [illegible] [illegible] sancto præsuli [illegible] [illegible] Savinus Episcopus [illegible] [illegible] redeas alveum [illegible] [illegible] Notario [illegible] [illegible] Savinus servus Domini nostri Jesu Christi Pado. Præcipio tibi in nomine Jesu Christi Domini nostri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Notario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

3 [illegible] S. Savini Ecclesiam Placentiæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] III Idus Decembris [illegible] [illegible] XII Apostolis [illegible] S. Savini dicta est [illegible] S. Mauro Episcopo [illegible] XVI Cal. Februarii. Quo die [illegible] Ecclesia Placentina celebratur.

Ex variis

a *Hic 30 Septembr. refertur in Martyrologio Romano, at Placentiæ celebratur ejus natalis 4 Julii, inventio 13 Novembris, teste Ferrario.* b *Quæ deinde* S. Antonini dicta est, *ut idem 7 Decembris in* S. Victoris Episcopi *vita tradit Ferrarius.*

c *Habitum id fuit anno Christi 325. Ei si interfuit* Savinus, *necdum tunc Episcopus fuit, qui Aquileiensi anno 381 interfuerit, 56 annis post, ac solum 45, exegisse in episcopatu dicatur.*

d *Colitur* S. Maurus *Episcopus Placentinus 13 Septemb.*

DE S. ACHILLEO CONFESSORE.

XVII Januarii. *S. Achillei natalis*

M*enæa Græcorum et Maximus Cythereus hoc die :* S. Achilleus in pace quiescit, *addunt Menæa hoc distichon :*

Armis Achilles terrestres (τὰς κάτω, inferas) populatus urbes :

Laboribus Achilles supernam ditat civitatem.

Raderus hunc eumdem existimat esse Achillium, *sive* Achillea, *Metropolitam Larissæ, qui in iisdem Menæis et Menologio XV Maii refertur. Nobis potius hic ille videtur esse qui sæpius in Vitis Patrum laudatur* Achillas, *sive* Achilles, *aut* Achilleus *Abbas, nec uspiam in ullo, quod viderimus, Martyrologio refertur. De eo igitur isthæc narrat Ruffinus, seu quisquis auctor est libri 3, de vitis Patrum, num. 9 et 107.*

Vindictam generosi refræ nat

2 Cum venisset quidam de Patribus ad Abbatem Achillam, vidit eum sanguinem exspuentem, et requisivit quid hoc esset. At ille respondit : Sermo erat fratris qui me contristaverat, et repugnavi ut non illum dicerem, sed petivi Dominum ut tolleret a me; et factus est ille sermo sanguis in ore meo, et postquam exspui, requievi; sed et ipsam tristitiam, et sermonem istum oblitus sum. *Idem refertur lib. 5, libell. 4, de continentia num. 9.*

Remedium contra acediam suggerit.

3 Alter frater requisivit Abbatem Achillam, dicens: Cur sedens in cella mea patior acediam? cui senex ait : Quia necdum vidisti requiem, fili, quam speramus, neque tormenta quæ timemus. Si enim ea diligenter inspiceres, etiam si vermibus plena esset cella tua usque ad collum, tu tamen in ipsis jaceres permanens sine acedia. *Idem habetur sub titulo* incerti *lib. 5. libell. 7, n. 28.*

4 *Lib. 5. libell. 10, num. 14, insignis ejus discretio ita describitur :* Venerunt aliquando tres senes ad Abbatem Achillem, et unus ex iis habebat opinionem malam. Dicit autem ei unus de senibus : Abba, fac mihi unam sagenam ad piscandum. Et ille dixit : Non facio. Et alius dixit ei : Fac nobis, ut habeamus memoriam tui in monasterio nostro. Et ille respondit : Non mihi vacat. Dixit ei tertius ille, qui habebat malam opinionem : Mihi fac sagenam, ut habeam de manibus tuis benedictionem, Abba. Et ille statim respondit ei : Ego tibi faciam. Dixerunt autem ei secreto duo priores, quibus non acquieverat : Quomodo sic, quia nobis rogantibus noluisti facere, et huic dixisti : Ego tibi faciam? Respondit eis senex : Vobis ideo dixi : Non facio, quia non mihi vacat, et non contristabimini; huic autem si non fecero, dicturus est; quia de opinione mea, quæ mala est, audivit senex, et ideo noluit facere sagenam; et statim incidebamus funem ad sedandum animum ejus, ne tristitia absorberetur hujusmodi.

Satagit Fratrem non contristare.

5 *Denique lib. 7, cap. 25, num. 4, egregium ejus refertur apophthegma de dæmonum impugnatione :* Quidam frater requisivit Abbatem Achillem : Quemadmodum adversum nos possunt dæmones? Respondit senex : Per voluntates nostras. Et adjecit, dicens : Ligna Libani dixerunt : Quam grandia sumus et alta et parvissimo ferramento incidimur : nihil ergo ei demus ex nobis, et nos non poterit incidere. Venerunt ergo homines, et fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis, et ita inciderunt. Ligna ergo sunt animæ; securis, diabolus; manubrium, voluntas nostra est. Per malas ergo voluntates nostras incidimur.

Mala voluntas, diaboli manubrium.

DE SANCTIS MONACHIS ROMANIS
ANTONIO, MERULO, JOANNE.

Seculo VI. XVII Januarii. *Monasterium S. Gregorii Romæ.*

G*regorius Magnus sex ante Pontificatum monasteria in Sicilia ædificarat, ut in ejus vita, quam XII Martii dabimus, scribit Joannes Diaconus :* Septimum intra Romanæ urbis mœnia, sub honore S. Andreæ Apostoli, juxta basilicam SS. Joannis et Pauli ad clivum Scauri monasterium in proprio domate fabricavit; *in quo et ipse monachicum cepit indumentum, incolunt id nunc Camaldulenses sacetæ, Octavio Pancirolo teste, diciturque SS. Gregorii et Andreæ.*

SS. 3 monachorum natalis

31 Haud mora : minister socium properans adiit, quo vocato scelestum reperiunt intro, et ut attraherent protinus comprehendunt. Inter quorum manus lubricus repente elabitur, et cum se crimine cerneret circumseptum, et undique a turbis vallatum, malens subire celerem mortem, quam longos facinoris trahere cruciatus, in puteum *b* cubitorum fere octoginta, eminus qui aderat, interiturum se præceps injecit. Nihilominus cum eum vorax terra suscepisset, Antistitis beati suffragia postulabat. Tum vir Dei occursu veloci adveniens, post elapsum jubet quemdam de pueris descendere nexum, satis monens diligentia summa scelestum trahere circumplexum. Cumque omnes non posse jam vivere clamitarent, quem tantæ altitudinis terræ hiatus voraverat, sed potius ab omnibus jam interisse crederetur, imperat puerum jussis obedire velociter. Ingreditur famulus, nec cunctatus signaculo viri Dei armatus, alacrem reperit, quem omnes credebant esse exanimem : connexum funibus captivum ad patrium solum revocat : constipantur mœnia agminibus populorum : ad spectaculum tantæ rei pene tota confluxerat civitas : complosis manibus voces omnium perstrepebant : mirantur sospitem quem tantæ altitudinis profundo mersum jam putabant esse defunctum. Hactenus criminosus alto mentis stupore discussus, Sancti prostratus vestigiis postulat facinoris veniam. Illico vir pietate plenus indulget, et usibus tribuit necessaria, monens sæpe ut potius petat, quam rapiat; munere sibi optet conferri victum, non rapina. Et quoniam in eo fuit perfecta humilitas, prompta misericordia, sancta simplicitas, quantæ vero patientiæ fuerit, et longanimitatis qui dicere valeat?

Eundem in altissimum puteum se præcipitantem servat.

Diaconum inobedientia castigat.

32 Dum unus ex discipulis de ordine Levitarum repedandi ad propria licentiam sibi postularet, ille dilectionis affectu, ne aliquis casus longævi itineris accideret, libertatem ei abeundi non tribuit. Hic vero spiritu armatus superbiæ, vix curarum oblivionem quies prima laxarat, et statim concito cum vehiculo fugam facinore stimulante arripuit : qui ita digno cæcitatis percutitur supplicio, ut huc atque illuc per totam noctem incertus, vacuo labore discurreret. Reddito die terris, cursu incassum consumpto, in loco, de quo festinus iter arripuit, se consistere cernit. A Sacerdote denique, quem nihil puto lateret, veniam facinoris petit, genibus adhæret Sancti, gesta per ordinem *c* fatetur . ignoscit mens pietate promptissima, illico tribuit veniam confitenti.

a *Alii*, Wlfolentus, Wlfolendus, Wlfolenus, Wlfoledus, Wlfoedus, *dicitur* b *Petrus de Natal. hyperbolice*, possuum.
c *MS Ripat.* fatur

CAPUT VIII.
Infestationes dæmonum elisæ.

Etenim quanta quibusque contra eum pessimus dæmon artibus cum universo exercitu suo intentione pugnaverit, atque super omnes ceteros qui per id tempus pro Christi nomine colluctabantur, nova protulerit, atque adversus eum dæmonici furoris arma commoverit, agnoscere cupientibus perstringere pauca curavimus. Et quia de ejus pernoctationibus crebris paullo ante jam diximus; cum in profundo cujusdam noctis silentio psalmorum canora in baptisterio peregisset, perrexit cum paucis ad Martini beati basilicam, ut reliquum noctis spatium usque ad matutinos in divinis laudibus inibi *d* epularetur. Cumque puerum cum lucerna præeuntem, jamque fores basilicæ contigisset, ingerens se funestus dæmon, formam validam, et speciem avis teterrimæ et horribilis, primum lumen quod præibat nititur suffocare. Deinde in faciem oculosque sancti viri cum magno impetu se injecit, et huc atque illuc circumvolitans, ridiculosis intentionibus iterum atque iterum violentum infestumque reddebat. Ad hæc vir Dei pravi gesta perpendens: Scio, inquit, quis sis, antiqui serpentis minister, nec te latere permittis, cui persecutorem nequissimum pene jugiter te ostendis. Tandem manum elevans cum Crucis signo, non solum se ultra injicere non audebat, verum injectu Crucis impressæ ita evanuit.

Infestantem dæmonem signo Crucis pellit.

34 Ut erat impudens et delusio miserabilis, dein in injuria sancti viri stimulos seditiosus hostis accendit. Cum itaque unum ex pueris mente et conversatione simplicem, Ansulphum nomine, pro Fratrum et pauperum victu necessario exhibendo, locum ad quemdam ire præcepisset; haud mora, præceptis obedit, jussa implet, ad propria remeare contendit cui sævissimus dæmon cum suis apparitoribus se obviam intulit : quem de vehiculo ejecit, eumque male mulctatum flagris reliquit, ita ut semivivus a proximis deferretur ad domum. Et cum ob injuriam S. Sulpitii, quæ gesta fuerant, nemo referret ad eum, tandem divinitus per Spiritum (gratiam enim acceperat prophetiæ) sensit ministrum continuatis diebus decem mutum permanere et cæcum, omnia præmortua membra, et ita obserato ore cum dentibus, ut ne

Famulum a dæmone mulctatum divinitus cognoscit.

aquæ

aquae guttam [illegible] aquis posset infundere. Interea vir Dei eum, quem spiritu senserat, gestorum ordinem Fratribus indicat, afflicto condolens ex affectu, lacrymasque profundens ex pietate, pro se pius pastor ovem acerbo dolore cruciari lugebat. Illico tamen sancta membra terrae prosternit, et post orationem ab humo consurgens, panis buccellam cum vino exanimi jubet deferri. Protinus in ore ejus reseratis ferro dentibus stillam vini, quod miserat, proximi fuderant: mox jam in maxima ex parte praemortuo redduntur sensus amissi, et in vigore pristino famulantia recepit membra. Haec quidem ab ipso qui pertulit, et fidelium testimonio agnovimus confirmatum.

35. Nec multo post reddito terris occasu diei in ecclesia cum paucis aggreditur pernoctare, et cum [illegible] quies [illegible] esset, tenui sibilo serpentis astutia [illegible] [illegible] denudet [illegible]. Denique [illegible] esset, in ecclesiae septa valido impetu, arcus, aras, lucernas, ceteraque [illegible] commutit, ita ut putarent discipuli ecclesiam [illegible] funditus everti. Et cum pavore [illegible] trementes psallente [illegible] canticis, spectantes [illegible] adhaerent pavimento, beatus invictusque per omnia [illegible] in divinis canticis persistebat, parvipendens quae [illegible] perpetrabat, ut in prosperis numquam constantior fuisset nec clarior. Tandem [illegible] conglomerat, et [illegible] ictibus sonitumque intemeratam constantiam deterrere [illegible] immenso tumultu perstrepens, ante faciem beati viri pavimento [illegible] se praecipitat, ita ut putarent discipuli in frusta Magistrum fuisse contritum. Ipsi quidem diu attoniti permanserunt. [illegible] vero Sacerdos divinis [illegible] conversatione [illegible] in [illegible] canticis perseverat, [illegible] discipulos arguit, cur relictis canticis, [illegible] phantasmaticis deterriti essent. Sed quid mirum si ob humanam generis [illegible], tanti Sacerdotis necem expetiit, quippe qui [illegible] et signifer erat in populo Dei, [illegible] flagitia [illegible] quoque [illegible] tetendit impium?

36. Et quia [illegible] contra bonitatem malitia pugnat, et Sancto Dei [illegible] insequitur adversarii, quanta pessimus hostis diversis [illegible] se manifestavit, stimulis [illegible] adversus Christi [illegible], [illegible] Sacerdotem, [illegible] protegebat, exaggerata [illegible], non sufficimus loqui. Tamen unum de his, quae crudeliter in quemdam [illegible] Dei [illegible] gesserat, breviter [illegible]. [illegible] Dei, [illegible] pernoctare [illegible] ecclesiam pergeret [illegible]. Et [illegible] Dei servum [illegible], afflictumque [illegible] sed [illegible] vivum [illegible] Et [illegible] prostrato [illegible], omnes sensus [illegible] erat [illegible]. Tunc Sanctus Dei procul [illegible], et [illegible] ingressus, repertum semivivum, et [illegible] Tunc juxta [illegible] Fratris se prosternens [illegible] ingemuit [illegible], usque [illegible] Dei Sacerdos [illegible], et [illegible] orationis [illegible] repente [illegible] Sacerdotis [illegible] putaretur, et [illegible] Dominum [illegible] expleret.

CAPUT IX

Praeclara in [illegible] beneficia

Nec [illegible] post tempus unus ex [illegible] [illegible] opere [illegible] Dominicae dicta. Illuc [illegible] sacrilegi [illegible] cum nervis [illegible] re-cluditur. Repente a Dei propter Sanctum, vestigiis obvolvitur Christi athletae, sacrilegii auctorem manus [illegible] prodit. Lugentem ad ecclesiam monet potius reum pervenire Sacerdos, orationes continuat sub altare, tandem ut possit a Christo facinoris quod commiserit, veniam impetrare. Interea Dei Sanctus ad consuetum decurrit praesidium, [illegible] consparsus cinere, in oratione fusis lacrymis pernoctat, et dum ad ecclesiam [illegible] debitis laudibus exsolvendis Dei sacer venisset, vulgi diversitate [illegible], ac ratione [illegible] Dei [illegible]. Et ita repente reus non sustinens cruciatus [illegible] perstrepebat, ut putaretur [illegible] subito [illegible] et pavor immensus [illegible] universos. Interea sacrilegae manus officio subito restituitur proprio, ossa, cutis, et nervi suis repentur [illegible] in eadem in partes [illegible] fundit [illegible] uberes fletus, peccatum fatetur et [illegible], domum remeat absolutus. Itaque divina providentia misericordia praecellens [illegible] corporis [illegible], [illegible] Vis [illegible] capitis eorum, [illegible] alteram alterius.

38. Et quia [illegible] positus Dominus et Salvator noster discipulis dixerat: Si credideritis in me, opera quae ego facio et vos facietis, et majora horum [illegible] tantum, etiam post [illegible] fidei [illegible] virum beatum spiritualis flamma succenderat, ut si [illegible] manibus suis, [illegible] perciperet, et unguentis [illegible] corpus attingeret, plerisque affirmantibus [illegible] esset, sed praecipue a tertianis et quartanis [illegible] vexati [illegible] recuperent pristinam [illegible]. Nam [illegible] quae per eum Dominus ad ultimum egerit signa, ac virtutes novis stupendisque miraculis [illegible], non [illegible] solis, qui [illegible], putamus esse credibile.

39. Et quia [illegible] vitae et actuum non [illegible] ceteris mortalibus, sed cum Angelis immortalibus [illegible] respiraverit, ut recte cum Apostolo diceret: Mihi vivere Christus est, et mori lucrum. Et [illegible] Optabat dissolvi et esse cum Christo, [illegible] propter [illegible] optare vivere pro quibus et mori. Tum [illegible] spiritu [illegible], [illegible] sprevit [illegible] Cathedram celebrat, Episcopus per synodos evocat, monet crebro [illegible] prorsus [illegible] Sacerdotis [illegible]. Nolite possidere aurum neque argentum, [illegible] secundum Apostolum, habentes, inquit, victum et vestitum, his contenti simus [illegible]. Ipse vero totis [illegible] corpus suum [illegible] ipse reprobus efficeretur. Mirum [illegible] argentea vasa [illegible] esse [illegible]. O [illegible] pulsatur [illegible] Et [illegible] Salvatoris [illegible] quae ipse prius [illegible] fecerit, nihil dubium quin esset magnus in regno coelorum. Iste fuit Sacerdos Dei Pontificalis [illegible] ipsius [illegible] est [illegible], [illegible] mortali [illegible].

40. Et [illegible] ecclesias [illegible] [illegible] ecclesiae, ex [illegible] [illegible] qui [illegible] plus [illegible] indigentibus [illegible] vita [illegible] procul [illegible], et extra urbem [illegible] quae usque [illegible], sicut in Actibus Apostolorum [illegible] qui primitus crediderant, vitam duxisse memorantur, possessiones suas et praedia

AUCTORE CONTANTIO ANONYMO EX MSS.

Auctore coætaneo anonymo, ex MSS.

vendentes, et pretia ponentes ante pedes ceterorum, divisis unicuique prout opus erat, ut Evangelico facile fungerentur officio. Omnes quos optaverat in spiritualibus dogmatibus plenissime instructos, et ita in studiis philosophiæ Christianæ ad imitationem beati magistri deditos, ut nonnulli etiam post triduum non tam desideratum quam necessarium corpori indulgerent cibum; videlicet dum in profundiore intelligentia sacrorum voluminum plerique conversantes, tanquam copiosis dapibus inhiantes, expleri nequiverint, et contuendo acrius inflammarentur, et jugi certamine ita adversus carnem agonizarent, ut in nullo voluptati ejus ac libidini concederent: animam vero alendam sapientiæ pasculis et scientiæ cibis in majus semper augentes. Exultans Pater de tali studio filiorum, tandem fœnus repositum properat ab æterno exigere Patre: et subito adest Dominus consolari ac remunerari servum fidelem.

In stipulos ad sapientiæ pabulum docet anhelare

a Πέταλον folium bractea: *videtur hic intelligi lamina, quam olim in pectore gerebat Pontifex, et ἐπωμίδιον, quod est insigne Pontificale.*

CAPUT X.

Obitus, sepultura, miracula.

Et dum his virtutum floreret miraculis, beatæ consummationis gloriosum tempus advenit. Sed cum fracta jam ævo membra deficerent, afflictum emortuumque corpus, onus abstinentiæ robor dedit, et quod natura neglexerat, meritum confirmabat. Itaque plenus dierum, ætatis suæ tempore consummato, meritorum splendore coruscans, terrena terris membra commendat, spiritus cœlestes inter Angelorum choros celsa cœli conscendit.

Feliciter moritur

42 Igitur ex omni latere urbis innumerabilium populorum repente undique caterva confluxit. Constipantur mœnia, atria, omnesque plateæ, in tantum denique ut nisi auxilium adfuisset beati Pontificis, pars maxima populi contrita sub pedibus, vi obruto spiritu, constipatione tantorum necarentur. Erat omnium planctus immensus, mœror intolerabilis, tantoque gemitu lugentes erumpebant in voce, ut lapidea etiam pectora immensos profunderent fletus. Nescio an fuisset mihi quis tam crudelis et demens, qui se a lacrymis revocare potuisset. Tantus etenim vocum increpuit fragor, ut locus ille quasi a magno tonitruo concuti putaretur. Et cum esset omnium infinitus animæ mœror, Clericorum prorsus interruptis singultibus acediosa lamentatio spirituales hymnos canere vix sinebat; ea tantummodo inter singultuum verba, dolentium gemitus extorquebat. Heu grex desolate quid agis? En amisso Pastore dispergeris, et quis te a luporum rabidis dentibus, quiverit liberare? In morte denique tua, o pastor bone, omnes nos interisse quis ambigat?

Magnus ad funus fit concursus.

Ab omnibus lugetur

43 Interea ventum est ad basilicam, ubi nunc Dei Sacerdos glorioso triumpho resurrectionis tempus exspectans, miro decore jacet humatus, quam quidem dudum ipse summo construxerat nisu. Corpus illatum sepulchro, plebs universa Pastoris absentiam sustinere non valens, ultra humanum modum mugitum pavimento prostrati reddebant, ita duntaxat ut nec ministris ecclesiæ permitteretur libertas officii persolvendi. Lugebant quidem quasi absentem, quem non amiserant, sed præmiserant, nescientes plane qua legatione pro ipsis cœlum penetrans divinis obtutibus fungi properabat, ut ibi interpellaret pro populo, quod hic poscenti redderet ac fideli, ibi funderet vota, quod hic responderet votis.

Sepelitur

44 Nec mora a semet patitur esse absentem, quem in terris positus labore foverat indesinente; sed illico spiritu properat visitare quem corpore reliquerat, non affectu. Et ita repente variis infirmitatibus salutem reddendo se prodidit esse præsentem, ut quasi cœlitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret: ex quo per omnes civitates ac vicos, immensæ multitudinis velut messium tempore ad areas triticum, ita ad ecclesias populi congregantur. Et non solum de diversis miraculis sanitatum vicinas civitates, verum universa regna terrarum, tamquam volatu pennigero flamma clarissima refulsisset. Et nisi basilica ipsa magna ex parte ampliata fuisset, capacitate sua infirmantium multitudinem recipere nequivisset. Et si Deum meruero Ducem, adhuc de his quæ nunc triumphator egregius gerit, brevi sermone ostendere cupio. Digne etiam plane ab antiquis prædecessoribus, ubi hæc geruntur, Navis ob portum navigii vocitatur, qui quasi præsagio futurorum quodam hoc olim indicat nomen, quod nunc affectu manifestat divino: ea scilicet navis est, in qua, qui adhærent, hujus seculi transeunt mare; et ad patriam longe positam, videlicet regni cœlestis, perveniunt liberi. Ibi nempe ab imminentibus malorum procellis visibilium, et invisibilium, confugii efficitur portus, ibi a seculi fluctibus ac turbinum tempestatibus evadendi tribuitur gratia. Illic quotidie infundunt sal scientiæ ac fidei, infirmis et ignaris. Ibi per intercessionem beati Patris nostri ab æterno, et invisibili medico, gratis medela tribuitur infirmantium. Per eam prorsus naufragi atque exules pristinam reducuntur ad patriam.

Illustratur miraculis

45 Prætermissis igitur ceteris, in quibus post paullulum, ut supra pollicitus sum, operam dabo, nunc de lucerna illa, quæ ante sepulchrum Beati suspenditur, breviter dicam. Fertur a ministris oleo semel fuisse impleta, et exundante sancto liquore, multitudine desuper jugi effundere *a* labe, ex quo multi perunceti variis plerisque caruisse infirmitatibus. Et hoc non sine admiratione fatendum, quod semel vespertino tempore Sacerdotalis cœtus dum divinis canticis personaret, repente ictu fulmineo cœlestis flamma lucernæ fomentum percutiens, cunctis intuentibus, lumen præbuit mirabiliter, et nusquam deinceps fulgorem amiserit quamdiu ministerio usque hodie instincto fovetur pabulum.

Lampas ad sepulchrum ejus suspensa jugi manat oleo

46 His gestis clarissimi viri, etsi indignis quibus explicata sunt dictis, nunc tempore congruo terminum dare disponimus, ori manum imponimus, introrsus ad conscientiam redire festinamus, et quem imitari non possumus, patronum nobis fieri precibus postulamus, ut suis meritis adjuvemur, cujus natalitia celebramus, eo opitulante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Epilogus

a Id est, lapsu

ALIA VITA BREVIOR

Auctore coætaneo anonymo,

ex tribus veteribus MSS.

a PROLOGUS.

Ab initio usque in finem per singula loca et generationes reor non defuisse viros a Deo electos, in quibus gratia sancti Spiritus refulgeret, et per quos signa miraculorum Dominus, et consolationem et provocationem se quærentium manifestare videretur seculi moderno tempore per unius Antistitis sui Sulpitii, unde sermo mihi est, dignatus est merito vitæ ejus multa et miracula ostendere. De quo opus imperantibus Fratribus, ut aliquid quod noveram, ad memoriam posteritatis profutura scribere deberem; quod me hujus injuncti operis onus imparem esse scio, nec posse tantas virtutes viri Dei adnotare, quas ab initio adolescentiæ suæ operatus est, congruis verbis ut dignum est, exprimere, sed tamen, ut nec contumaciter abnuere injunctionem eorum, vel pauca quæ ipse vidi, vel eorum relatione qui ei ab adolescentia usque ad decrepitam senectutem ministraverunt, vel quod plurimorum fidelium, qui viderunt, innotuerunt, pauca perstringere curavi.

Omni ætate sunt aliqui Sancti

Auctor coævus S. Sulpitio est.

a Deest hic prologus MSS. Corradonensi et S. Martini.

CAPUT

CAPUT I.

S. Sulpitii præclare virtutes.

Igitur B. Sulpitius Episcopus dum adhuc in seculari habitu in domo parentum consistere videretur, [illegible] ut nihil aliud magis videretur agere, quam aut ecclesias ædificare, aut monasteria construere, aut in operibus misericordiæ [illegible] exercere, [illegible] Et cum Dominus [illegible] suo voto et bono proposito satisfacere dignaretur, [illegible] Ecclesiasticæ dignitatis, usque [illegible] ut electione populi, et Clericorum [illegible] convenientia Episcopatus dignitatem ascenderet. [illegible] semper [illegible] et quibus [illegible] communis [illegible] vitæ necessaria.

3 Nobilis vir nomine Theu[illegible] expetenti [illegible] Ille [illegible] recepit, et praeparare [illegible] jussit. [illegible] invaluisceret; elevans idem B. Sulpitius [illegible] [illegible]

4 [illegible] homo [illegible] iter de- [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

afflictione in diversis populus regionis illius congregati ad hominem Dei, tanta multitudo plangentium convenit, et elevata lamentatione, et confusa voce deprecantes Dei virum, ut sibi subvenire deberet. Ille motus pietate, [illegible] sustinens eorum [illegible] et lacrymas, cum Clericis, indicto jejunio per triduum, Dominum postulavit misericordiam, ut memoratum populum de [illegible] afflictione [illegible] Regem [illegible] populum [illegible] ipse [illegible] relevatus [illegible] pristinam [illegible] libertatem [illegible]

CAPUT II.

Obitus ad ejus sepulchrum miracula.

Cum [illegible] Ecclesiam [illegible] socium hujus oneris sup[illegible] perum subministrare videbatur. Nonnulli vero ei [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible] bilis, qui longo tempore [illegible]

Auctore coætaneo anonymo, ex Mss.

Magnus ad ejus sepulchrum concursus:

sunt, qui se dicebant longo tempore cæcitate percussos, clare videntes . et multi de diversis infirmitatibus sanati.

11 Et tunc cum ista Dominus in illo dignatus est ostendere miracula sanitatum, non solum hæc fama vicinas civitates, verum etiam longa spatia regionum tamquam pennigero volatu replevit : ita ut innumerabilis multitudo plangentium in diversis vehiculis ad locum sepulturæ præfati viri confluxerint; ut nec capacitas illius basilicæ tantam multitudinem possit recipere, nisi providentia præfati Abbatis basilicam illam magna ex parte ampliasset. De qua multitudine infirmantium multi in loco ipso sanitate percepta, benedicentes Domini misericordiam ad propria alacriter reverterunt.

oleo lampadis ad ejus sepulchrum multi sanantur.

12 Quid de illo c cicindilo dicam, qui est ante sepulchrum ejus, quem ferunt semel fuisse impletum, et exundante multitudine olei, qui desuper labebatur in terram, multi peruncti, de infirmitate sua exuti sunt? Quia longum est per singula memorare quæ ibidem Dominus signa sanitatum dignatus est demonstrare, nec hoc patitur modus hujus epistolæ, quod adhuc magnæ referuntur in populo diversa infirmitate depresso fieri sanitates, ista breviter comprehensa sufficiant.

Locus sepulturæ ejus.

13 Locus ille, ubi ipsa basilica, ubi memoratus Dei vir sepultus est, nominatur Navis, eo quod ibidem portus navigii esse videretur : locus amœnissimus inter duos amnes, nemoribus et vineis copiosus, et pratis, et fluminibus interfusa immensa planities, ut ibidem habitantes similitudinem Paradisi videantur possidere. In quo loco gratia Domini ad salutem generis humani perseverare dignetur, ipso præstante, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat unus Deus æternus, et sine fine incommutabilis permanens in secula seculorum. Amen.

a *MS. S. Max.* scopulo. b *videtur legendum* ferunt
c *Papias* : Cicendela vitreas lampadas vocamus. *Cicendele.*

DE S. MILDWIDA, SIVE MILDGITHA,

VIRGINE IN ANGLIA.

S. Mildwidæ patrui et amitæ illustres.

Penda *Merciorum in Anglia Rex impius ac crudelis, complures ex* Kinestwitha *conjuge liberos suscepit, nihil præseferentes paternum præter egregiam animi magnitudinem, qua non, ut ille, ad cædes ac flagitia abusi, sed ad Christi stabiliendam in suis ditionibus religionem. Primus* Weda, *sive* Peada, *Oswii soceri, Nordanimbrorum Regis, cliens fuit. hic quippe injusto bello a Penda lacessitus, divina potius ope quam humanis viribus, ejus validissimas copias profligarat, regni tamen partem ejus filio, cui filiam ante suam junxerat, concessit.* Weda *mortuo, junum paullo post excussere Merci atque* Wlfero *ejus fratri sceptrum detulerunt. Huic nupta* S. Ermenilda Ercomberto *Cantii Rege, sanctaque* Sexburga *genita*, S. Werburgam *peperit*, Kenredumque *religiosissimum Regem.* Wlfero *fatis cedente, regnum* S. Ethelredus *frater capessivit, ac 30 annis optime administratum* Kenredo Wlferi *filio cessit; ac monasticam vitam complexus, Sanctis post adscribi meruit. Horum sorores fuere* S. Kinesburga *Alfridi Nordanimbrorum Regis conjux, et* S Kineswida *virgo*

patris sorores

2 *Alter Pendæ filius* Merwaldus, *sive* Merwala, in Occidentali Merciorum plaga, *ut scribit Westmonasteriensis ad an.* 676 regnavit. *Hic tres filias* Milburgam, Mildredam, Milwidam, *filiumque* Merevinum *suscepit, omnes in Cælitum album relatos. Colitur* S. Ermenilda 13 *Februar* S. Sexburga 6 *Julii*, S. Werburga 3 *Febr.* S. Ethelredus 4 *Maii*, S. Kinesburga 15 *Septemb.* S. Kineswida 6 *Martii*, S. Milburga 23 *Febru* S. Mildreda 20 *Febr.* S. Mildwida 17 *Januarii. Atque hujus is splendor paterni generis fuit.*

genus maternum.

3 *Maternæ stirpis haud paullo etiam illustrius decus.* *S. Ethelbertus primus Christianus Cantii Rex et tritavus fuit. Huic ex Bertha conjuge nati* Eadbaldus *regni hæres*, S. Edburga *virgo*, S. Ethelburga S Edwini *primi Nordanimbrorum Christiani Regis uxor*. Eadbaldo Ercombertus, Ermenredus, S. Eanswita. *Ercombertus ex* S. Sexburga, SS Etheldredæ *et* Ethelburgæ *sorore*, S. Ercongotham *genuit, sanctaque* Ermenildam, *Wlfero, ut dictum est, nuptam. Ermenredo autem (quem Ranulphus Cestrensis lib. 4, cap. 18. Regem quoque Cantii appellat) sive* Eormredo, *ut in S. Werburgæ vita dicitur*, ex inclyta conjuge Oslava nati sunt Ethelredus et Ethelbrichtus, quos innocenter jugulatos splendida lucis columna de cœlo prodidit Christi Martyres. Quatuor quoque sibi filiæ sanctæ, Domneva, Ermenberga, Ermenburga, et Ermengida, velut Paradisiaci fontis quadrifida emicuere flumina

avus et pater

4 *Harum Ermenredi filiarum una* Merwaldo *Regi* *nupta fuit : at quæ, haud satis inter auctores convenit. Malmesburiensis lib.* 1, *de Reg. Angl. cap.* 4. *Ermenburgam ait. Idem scribit Westmonasteriensis ad annum* 676. *Florentius Wigorniensis, Polydorus Virgilius lib.* 4, *hist. Angl. Hugo Menardus lib.* 2, *Observ. ad* 14 *Februar. Harpsfeldius seculo* 7, *cap.* 10. *Hic tamen cap.* 23. S. Milburgæ *matrem statuit* Dompnevam *uti et Joannes Capgravius in vita S. Milburgæ; diserte quoque citata S. Werburgæ antiquissima vita* : At beata et regia Domneva regis Wlferi germano Merwalæ conjugata ad summæ Trinitatis gratiam, triplicem virginitatis protulit lauream, sanctissimas scilicet sorores Mildburgam, Mildrydam, et Mildgydam, quæ distinctis monasteriorum suorum lapidibus irradiant patriam

mater

Sanctitas consanguinei

5 *His ergo majoribus orta est* Milwida, *sive* Mildwida, *alias* Mildgitha. *Materni generis, quos commemoravimus Sanctos, celebrantur in Martyrologiis*, S. Ethelbertus 24 *Febru.* S. Edburga 13 *Decemb.* S. Ethelburga 8 *Septemb.* S. Edwinus *ejus conjux* 4 *Octob.* S. Eanswitha 12 *Septemb.* S. Sexburga 6 *Jul.* S. Etheldreda 23 *Junii*, SS. Ethelburga *et* Ercongotha 7 *Julii*, SS. Ethelredus *et* Ethelbrittus 17 *Octob.* S. Ermenburga 19 *Novembris* : *sororum hujus trium non reperimus diem natalem.*

6 *De* S. Milwida *ista habet Martyrologium Anglicanum hoc die* Cantuariæ commemoratio S. Milwydæ Virginis, filiæ Merualdi Regis Merciæ, et sororis SS. Milburgæ et Mildredæ Virginum, quæ spretis mundanis voluptatibus et deliciis, religiosum institutum complexa in monasterio quod non procul Cantuaria Cantii metropoli sanctus Rex Ethelbertus construxerat ubi eximia vitæ sanctitate, caritate erga Deum, piæ conversationis exemplis emicuit, animamque cœlesti sponso reddidit circiter annum salutis 676. Habuit et fratrem nomine Meresinum, virum magnæ sanctimoniæ et caritatis, qui eodem tempore vixit; ejusque sæpius mentio fit in historicis Anglicanis. *Eodem die Ferrarius in generali catalogo SS.* Cantuariæ in Anglia S Milwidæ.

S. Mildwidæ natalis

7 *Ast Hugo Menardus XXVI Februarii* In Anglia S. Milgithæ Virginis *Idem lib.* 2, *observationum scribit, probabilius videri aliis*, eam fuisse sanctimonialem cum sororibus, vel Wenlochii cum S. Milburga, vel in insula Taneto cum S. Mildreda, *qui isti alii sint qui sic judicant, non exprimit. Ex vita S. Werburgæ citata videtur constare non in eodem cum sororibus cœnobio habitasse, cum dicat* distinctis monasteriorum suorum lapidibus irradiasse patriam

8 *Quem*

8 *Quem Martyrol. Anglican.* virum appellat Meresinum, *alias* Merefinum, *et* Merevinum *dictum*, [illegible] *S. Werburgæ*. Natus est ex (*Merualdo*) et Merevin filius, qui ad Sanctos [illegible] baptismate [illegible] est parvulus. *Non tamen in infantia* [illegible] *ab Ecclesia colantur* [illegible] *hæreditatem* [illegible] *cœlestis* [illegible] *De eo vero meminit Harpsfel-* dius *sæc.* 7, *cap.* 10. Ermenburga, *inquit*, mater fuit Milburgæ, Mildredæ, Milgitæ, et sancti pueri Merefini. *Westmonasteriensis ad an.* 676. Peperit ipsi [illegible] (*Ermenburga Merwaldo*) filium nomine Merefinum, eximiæ puerum sanctitatis. *Idem habet Wigorniensis ad an.* 675 *et Ranulphus Cestrensis lib.* 5, *cap.* 18, *qui Meresyn vocat. In indiculo Sanctorum qui in Martyrologio Anglicano celebrantur est* Meresinus Confessor 17 Januarii.

DE SANCTO RICMIRO ABBATE

APUD CENOMANOS IN GALLIA.

Obiit S. Ricmirus *Abbas et Presbyt.* XVI *Kal. Feb. ut ex vita patet*, [illegible] 2, [illegible] XVI *Martii* [illegible] *Ejus* [illegible] *in Fastis* [illegible] *et MS.* [illegible] *Martyrologiis* [illegible] Rigomarus sit, aut Rigomerus, *de quo* XXIV *Augusti Molanus, Bellinus* [illegible] In pago Cenomannico S. Rigomari Confessoris [illegible] *Colon.* [illegible] *ad Usuard. Martyrologium* [illegible] *et Florarium* Cenomanis S. Rigomari Presbyteri et Confessoris. *Nec plura* [illegible] [illegible] Ipse [illegible] Cenomanensis [illegible] S. Rigomeri Confessoris, [illegible] sub Christi [illegible] *XIV Februarii.* Cenomanis S. Ricmiri Abbatis [illegible] [illegible] ac [illegible]. In cujus tumulo [illegible] est redintegratus [illegible]

2 *Nec multum* [illegible] Rigomarus, Rigomerus, Ricmarius, [illegible] Richmirus, Richmarus, Ricmarus [illegible]

3 *Vitam S. Ricmiri ex veteri codice* [illegible] *Petrus* **Franciscus Chiffletius** [illegible] *eandem* [illegible] *MS.* [illegible] [illegible] S. Ricmiri [illegible]

[illegible] S. Ricmirus [illegible] [illegible] II, *et S.* [illegible] 667 [illegible] 690 [illegible] [illegible] S. [illegible] et Herlemundum [illegible]

VITA

Auctore coætaneo anonymo

ex duobus veteribus MSS.

PROLOGUS

R[illegible] indubitanter laudare est, qui dat Sanctis suis virtutem, et [illegible] in Sanctis suis, et per eorum operationem, laudare, magnificare, prædicare, ac multipliciter omni tempore glorificare [illegible] illum. Idcirco, Fratres, [illegible] ipse per [illegible] operatus est, silentio non sunt premenda, vel occultanda, sed posteris scribenda, et omnibus prædicanda: sunt etiam imitanda, non dissimulando [illegible] eorum exemplis, et meritis [illegible] intercessionibus muniamur, precibus [illegible] ut consortes eis in cœlestibus [illegible] effici mereamur.

CAPUT I.

S. Ricmiri vita monastica, sacerdotium.

B[illegible] Ricmirus, Tur[illegible] pagi indigena, non exiguis parentibus [illegible] [illegible] tempestate, qua [illegible] Theodericus Rex Francis [illegible] Dominum [illegible] Episcopus [illegible] [illegible]

3 [illegible] Episcopus [illegible] gratias [illegible] [illegible] susceptus [illegible]

Auctore coætaneo anonymo. Ex MSS.

a Cata vidua prædia obtinet.

suis monachulis et sociis, et manibus propriis fodiente ac laborante, venit quædam femina, nomine Cata, quæ in circuitu ejusdem loci magna habebat prædia, visitans eum, quia vidua Deum timens erat, et servos Dei oppido diligebat, vinum vero nimis diligebat, et propterea pauper effecta erat. Quam cum prædictus S. Ricmirus ex bonis, quæ ei Domnus Episcopus miserat, refocillaret, et ipsa vino *c* æstuare cœperat, ait ad eum : Faciamus mutuum contraditum, id est, tu mihi da vinum, et ego tibi prædia, et manicipia, unde hunc locum una cum consilio et adjutorio Episcopi construere et ditare queas. Ad quod condictum Sanctus Dei lætatus est, et spoponderunt in invicem ita sese esse facturos. Taliter autem memoratus Sanctus ejus res peragendo adquisivit maxime omnes. *d*.....

Fontem copiosiorem reddit.

6 Demum vero Dei nutu invenit alterum locum, non tamen longe ab eodem loco, super fluviolum, qui vocatur *e* Gundridus, cujus fontem ejus famulus, eo præcipiente Dominoque disponente, nominavit Gundridus, unde affluentior aqua, quam solita esset, currere cœpit; et postea ipse S. Ricmirus eum manibus propriis curavit, ut abundantiorem aquam emitteret; quod ex nutu Dei evenisse nulli dubium est : ipse enim tunc locus eremus erat, et numquam olim ibi habitatio hominum fuerat, sed ferarum et bestiarum. Et ubi tunc erat habitatio ferarum et bestiarum, modo est habitatio servorum Dei, et sanctorum Angelorum conventus.

Construit monasterium et ecclesiam.

7 Reperto autem et emundato præfato loco, mutavit ibi una cum consilio, et auxilio prædicti Episcopi habitationem suam. Cui Domnus Episcopus operarios, et magistros omnis generis dedit qui fabricarent ibi ecclesiam in honore Apostolorum, et monasterium construerent monachorum. Quod et Domino auxiliante, ac prædicto Episcopo opem ferente, cito perfectum est. Ad cujus monasterioli consecrationem supradictus Episcopus veniens, non tamen illud consecrare voluit, antequam omnia, quæ ipse adquisierat, et deinceps adquirere poterat, sive quicquid ad eumdem locum a bonis et Deum timentibus hominibus ab illo die traditum atque condonatum fuerit, totum sibi et Ecclesiæ sibi commissæ subjectum ac traditum solenni traditione fieret. Peracta autem eadem solenni traditione, dedicavit illud in honore S. Petri et omnium Apostolorum : cui etiam ex rebus suæ Sedis Ecclesiæ non modicum adjutorium fecit. Tradidit etiam prædictus S. Ricmirus una cum propinquis suis cellulam, quam in pago Turonico olim ædificaverat, cum omnibus rebus et appendiciis suis, vel quicquid in pago Turonico eodem die habere videbatur, vel deinceps acquirere potuisset. His igitur rite peractis non minus quam quadraginta monachos, adminiculo sæpedicti Episcopi forte congregavit, eosque regulariter vivere perdocuit.

Consecrat eum Episcopus, prius de subjectione stipulatus.

a *Al.* in condita.

b Ledus, *Gallice* le Loir, *oritur circa* Isteras *Belsiæ oppidulum, in* Meduanam *deinde influit.*

c *Hilariorem vult fuisse, non temulentam, cujus stipulationi sanctus vir assenserit, qui alioquin arguere potius eam, quam sic donatas possessiones admittere debuisset.* d *Forte legendum,* homines, *aut certe aliquid deest.* e *MS Ripat.* Gundricus.

CAPUT II.

Varia miracula.

Cæcum peccata prius confessum, illuminat Ricmirus.

Quadam autem die, dum in eadem ecclesia S. Ricmirus officium divinum ageret, et Missam celebrare voluisset, quidam cæcus cœpit excelsa voce misericordiam deprecari. Cui vir Dei ait : Vade, et da uni Sacerdotum puriter confessionem tuam ante : et hoc peracto requiesce sub sancta meditatione, et pia deprecatione, inter hoc Apostolorum altare, et Sanctorum reliquias. Cui, post peractum officium mox et signum Crucis super oculos ejus intulit, lux effulsit, et sic oculorum cæcitas tanti medici precibus et meritis funditus fugatur, et lumen datur, ita ut clare videret omnia.

Sanat læsum a vipera

9 Nec hoc silendum est miraculum, quod sequenti claruit in tempore. Dum vero pastores ejus pecora vigiliis custodirent, unus eorum vulneratur a vipera. Qui semivivus cucurrit ad S. Ricmirum flens et ejulans, atque dicens : Succurre mihi Pater piissime, ne peream a veneno viperæ. Ipse autem, ut pius pater, tangit de saliva sua vulnus viperæ, et dedit ei aquam benedictam bibere, et sanatur tanti viri medicamine.

Signo Crucis carcerem aperit, et captivos liberat.

10 Nec pigeat audire, quod Christus suis præstat fidelibus; quia hæc quæ salutem præstant, et audientes informant, nemine oportet silere. Quadam autem die Dominica, dum ad civitatem Cenomannis properaret, et officium prædicti Episcopi audire, ejusque benedictionem percipere desideraret; contigit dum portam civitatis intraret, ut clausi carcere clamarent, ne eos præteriret, sed aliquid eis præstaret. Ipse vero, ut dictum est, festinans ad officium memorati Episcopi, ei iterum sibi succurri petunt. Tunc sanctus vir Ricmirus recordans Domini sententiæ, qui ait : In carcere fui, et non visitastis me, ne inobediens præceptis Domini appareret, revertitur ad eos, et clauso et obserato ostio carceris introire nequivit. Tunc fisus de Domini misericordia, quia magnis ejulatibus inclusi clamabant, fecit signum crucis super ostium, et mox ostium aperitur, et rei exilientes aufugiunt. Quod vero signum S. Ricmirus abscondere voluit, sed nutu Dei divulgatum est.

Matth. 25, 43.

Præficitur cœnobio Virginum.

11 Ipse audita Missa, et percepta Episcopi benedictione pro qua venerat, voluit silenter ac nemine sciente cellulam suam repedare, ne Fratres sui absque eo diu essent. Quidam enim eum cognoscens nuntiavit Episcopo : post quem ipse mittens, nimis, dure revertitur; sed ne inobediens fieret, venit ad Episcopum. Tunc sæpe dictus Episcopus, accepto consilio monasteriolum, quod ipse in honore S. Albini ad portam civitatis, vel ad ostium suæ Sedis ecclesiæ fecerat, atque pro amore Dei a novo fundaverat, in quo sanctimoniales sub regula pii Patris Benedicti viventes posuerat, et quod de rebus suæ Sedis Ecclesiæ ditaverat, sub custodia antedicti Sancti, eo tamen ipsam obedientiam invito suscipiente, esse constituit; ut sanctimoniales inibi regulariter viventes ejus doctrina et consilio vitam mercarentur æternam; quoniam ejus similem, licet multos Dei servos haberet secum, invenire minime quivit.

Ægram sanat

12 Cæterum qui Dominus per servum suum Ricmirum fieri voluit, non est silendum. Quædam autem ex prædictis sanctimonialibus, pustulam magnam cervicibus habens, nimiis cruciabatur doloribus, in tantum ut ejus vitam nemo speraret. Quæ dum adducta est ad sanctum virum, ejus tactu salivæ, et precibus communiter peractis, sanata est.

Cæcum oleo sacrato illuminat.

13 Denique cum prædictus sanctus vir ad propriam, quam memoravimus, cellulam, cum licentia et benedictione Episcopi reversus esset, quod evenit, memorabimus, quia hoc quod claruit minus non est prædicandum miraculum. Igitur quidam ex suis monachulis, nomine Dodo, conversus dudum a seculo, captus erat oculorum lumine : qui per annosa tempora, dum quadam esset nocte luce oculorum privatus, ut ejus cognovit adventum, petiit se ad eum adduci, ut ejus medicamine lumen mereretur recipere. Qui dum advenisset, et S. Ricmirus eum interrogasset, qualiter hoc ei acciderit, ait : Quadam nocte post Completorium peractum hoc mihi nescio quo modo accidit; sed facto crepusculo carui lumine. Tunc sanctus vir præcepit Fratribus communem, ut solitus erat, facere devotis mentibus orationem, et ipsum ante sanctum altare prostratum jacere. Finita vera oratione, ad tactum sacrati olei cæcus pristinum Domino adminiculante visum recepit.

14 Deinde non multo procedente tempore magnum ejus meritis ostenditur miraculum. Quidam vero ejus monachus, Silvanus nomine, quartanis nimiis

nimis vexabatur febribus, binis jam transactis annis. Sed dum ad ultimum ejus jam desperaretur a Fratribus vita, divino tactus consilio, petivit a S. Ricimiro *a* eulogias percipere meruisset. Cumque hoc sancto viro nuntiatum esset, et ille ei libenti animo præstitisset, mox infirmus sanatur, et pristino statui redditur. Quantos autem a febribus, vel reliquis variis infirmitatibus sanasset, longum est enarrare.

a Quod eulogiæ [illegible]

CAPUT III.

Virtutes, mors, miracula

Illud namque non est silendum, nec oblivioni tradendum, quod religioni proficit. Erat enim et semper vilis cibus, et vestitus, sed maxime quadragesimali tempore. Cum ergo sanctæ quadragesimæ dies advenirent, erat ei aridus cibus, panis tantum hordeaceus, quem etiam manu nolebat, quia labore manuum suarum semper vivere desiderabat, ne aliorum labores in suos converteret usus, quem ita voluntas boni operis hoc exibat. Et quantum in Dei servitio laborabat, non illi sufficiebat.

16 Cum enim illius bona, et virtutes, quas Dominus per illum operatus est, per singula non valemus commemorare, relinquamus illa auctori nostro, qui dat Sanctis et electis suis facere mirabilia solus, eique continuas agimus gratias, eum laudemus, eum prædicemus, glorificemus, atque magnificemus posterisque et Magistri nostri arbitrio quæcumque de eo amplius investigare voluerint, et dignum scribendo duxerint, relinquamus. Nobis ergo sufficiat, ut sciamus eum Sanctum esse, et virtutes prædictas, et alias virtutes fecisse multas: cujus meritis nos pius Dominus in suo sancto servitio custodiat, et ab omni pravitate defendat, et vitam sempiternam habere concedat.

AUCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

17 Obiit quippe memoratus S. Ricimirus XVI Kal. Febru. et sepultus est in prætata cellula sua a sanctis monachulis, et a reliquis Dei servis. In cujus etiam funere suis condignis meritis binæ virtutes fiunt. Unus quidem cæcus illuminatus est, et alius claudus gressum recepit.

Moritur S. Ricimirus. Claret miraculis.

18 Post ejus vero obitum, quidam ex discipulis ejus, nomine Arnus, monachus ex ejusdem cœnobio, a supradicto Episcopo ibi Abba instituitur, et ordinatur. Qui usque in præsentem diem eamdem regulariter regit, ordinante Episcopo, atque sub ejus ditione degens, cellulam.

Successor.

19 Suprascriptus quippe S. Ricimirus, licet sit clausus corpore tumulo, plurimis tamen virtutibus reddit fructum: quoniam ad ejus sepulchrum infirmi sanantur, claudi curantur, leprosi mundantur, peccata minuuntur, delicta auferuntur, crimina delentur, medicinæ innumerabiles corporis et animæ a Domino ejus meritis visibiliter atque invisibiliter multipliciter præstantur, ipso auxiliante, qui vivit, et regnat Deus per immortalia secula seculorum. Amen.

Miracula ad sepulchrum S. Ricimiri.

XVIII JANUARII.

SANCTI QUI XV KAL. FEBR. COLUNTUR.

S. Petri Apostoli Cathedra Romana.
S. Prisca, Virgo et Martyr, Romæ.

S. Moseus,
S. Ammonius, — Martyres in Ponto.

S. Paulus,
S. Pansius,
S. Dionysius,
S. Thonius,
S. Horpresius,
S. Horus,
S. Dionysius,
S. Ammonius,
S. Bessammonius,
S. Agatho,
S. Recumbus,
S. Bastamus,
S. Sarmata,
S. Proteas,
S. Orion,
S. Collutus,
S. Didymus,
S. Plesius,
S. Aratus,
S. Theonas,
S. Hippeas,
S. Romanus,
S. Saturninus,
S. Pinutus,
S. Serapion,
S. Bastammonius,
S. Papas,
S. Pantherus,
S. Papias,
S. Dioscorus,
S. Hero,
S. Potamon,
S. Petheeus,
S. Oecomenus, — Martyres in Ægypto.

S. Zoticus,
S. Cyriacus,
S. Ammonicus, — Martyres in Ægypto.

S. Athenogenes, Martyr.

S. Asterius,
S. Fortunatus,
S. Zeno,
S. Zosimus,
S. Menelapus,
S. Dædalus,
S. Valens, — Martyres

S. Xene, Martyr.
S. Successus,

S. Valens,
S. Telerianus,
S. Paulus,
S. Julius,
S. Lucius,
S. Victorinus,
S. Honoratus,
S. Saturnina,
S. Florida et alii XIII, — Martyres, Abitinæ in Africa.

S. Archelaa,
S. Thecla,
S. Susanna, — Virgines et Martyres, Salerni in Campania.

S. Venerandus, Episcopus Arvernensis in Gallia.
S. Volusianus, Episcopus Turonensis in Gallia, Martyr.
S. Sulpitius, Episcopus Trajectensis in Belgio.

S. Liberata,
S. Faustina, — Virgines, Novocomi in Italia.

S. Leobardus, Reclusus, in Gallia.
S. Deicolus, sive Deicola, Abbas Lutrensis in Burgundia.
S. Ulfridus, sive Wolfredus, Martyr in Suecia.
B. Facius, Confessor, Cremonæ in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Lucianus Presbyter Antiochenus, Martyr. *Felici. Acta dedimus supra* VII *Januarii.*

S. Priscilla Romæ via Salaria. *MS. Martyrol. S. Hieronymi, et Dungal. De ea egimus* XVI *Januar.*

S. Speusippi, S. Eleusippi, S. Meleusippi, — Martyrum Inventio, et Dedicatio. *MS. Florarum. Alii natalem in hunc diem rejiciunt, ut Galesinius et Ferrarius, qui* Peusepium et socios *eos vocant. Acta dedimus* XVII *Januar.*

S. Osias Martyr in Anglia. *Carth. Colon. MS. Florar. Ferrarius. Ignotus adhuc nobis uti et tres sequentes.*

S. Wiminus miles Martyr in Anglia. *Carthus. Colon. MS. Florar. Ferrar.*

S. Bothanus Episcopus Dumblanensis in Scotia. *David Camerarius. Ferrar.*

Beatrix Atestina, sive Estensis, *Azonis* IX *filia, viro mortuo secundas nuptias aspernata, divino se cultui devovit in cœnobio S. Antonii Ferrariæ circa annum* 1254, *obiitque* 1262, *et* Beata *a Wione, Menardo, Dorganio, Ferrario in generali Cat. SS. appellatur. Joannes Baptista Pigna lib. 3 historiæ Atestinorum testatur,* propter eximiam vitæ sanctitatem post mortem divinos honores illi habitos. *Aliæ ejusdem familiæ, hujus amita,* Beatrix Virgo *refertur a nobis* X *Maii. De hac alia expectamus monumenta.*

Maria Brabantina, *Henrici Magnanimi Ducis Brabantiæ filia, Ludovico Severo Duci Boiorum nupta, ab eo ex levi suspicione, præcipiti iracundia, innocens interfecta anno* 1266, XV *Kal. Februarii*, Beata *appellatur to. 2 Bavariæ sanctæ. Eam omittimus, quia nullis fastis, quos adhuc viderimus, inscriptam. De alia Brabantina Heroina* Genovefa *agemus* II *Aprilis.*

Michael de Montesa Martyr in Hispania. *Chrysostomus Henriquez in Menol. Cisterc.*

Christinæ de Aquila Virginis, *ex ordine Eremitarum S. Augustini, vitam edidit Cornelius Curtius ejusdem ordinis Historiographus, in qua et* Beatæ *titulum tribuit, qui eam needum illi Pontificis Maximi auctoritate decretus, nec antiqua priorum seculorum pietate vendicatus sit, quippe quæ anno* 1643 *obierit, eam hic prætermisimus.*

S. Publius

S. Publius Episcopus Atheniensis [illegible] *Martyrolog.* [illegible] *Nos cum Romano Martyrol.* XXI Januarii

S. Thyrsus, S. Leucius, S. Callinicus, Martyres Apolloniæ [illegible] MSS [illegible] XXVIII Jan.

S. Athanasius, S. Cyrillus, [illegible] *De Cyrillo* [illegible] XXVIII Januar. *De Athanasio* II Maii

Petrus Villariensis Conversus [illegible] *Belgii. De* [illegible] XXXI Januar.

S. Ignatius Episcopus et Martyr Antiochenus [illegible]

S. Theodulus [illegible] X Febr.

S. Priscus, S. Malchus, S. Alexander, Martyres [illegible] Palæstinæ. [illegible] *Mart. Romana* XXVIII Martii

S. Laetus Episcopus [illegible] *Ferrar. Nos* XX Maii

[illegible]

S. Marcia [illegible] SS. Quirini et Liberatæ [illegible] *geminarum, Virgo et Martyr* [illegible] XII Julii

S. [illegible] XX Julii

E[illegible] Mariæ [illegible] *MS. S. Hieronymi* [illegible] Depositio S. Mariæ. *In MS.* [illegible] S. Mariæ Matris Domini. *MS.* [illegible] *Martyres, in vetust.* [illegible] XX Aug.

S. Bernardus [illegible] *Kalendar. Cisterc.* [illegible] *in Menologio Cisterciensi.* [illegible] XX Aug.

S. [illegible] MS. [illegible] X Octob.

S. [illegible] II Novemb.

S. [illegible] *Martyrologiis* [illegible] *rolyci, Galesinii, aliorum, celebratur hoc die.* [illegible] XIII Decemb.

S. [illegible] XXVII Decemb.

DE CATHEDRA S. PETRI ROMANA.

C[illegible]

[illegible]

2 [illegible] 60 [illegible] 32 [illegible] humilitatem meam [illegible] 24 et 25 [illegible]

3 [illegible]

[illegible] *Ecclesia Romana* [illegible] *ex Italia universa* [illegible]

Ex variis par maximis festis.

stasius, ejus beatitudo fecit et pharum majorem in eadem B. Petri ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium, habentem candelas mille trecentas et septuaginta, et constituit ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accenderent, id est, in Nativitate Domini, in Pascha, in Natali Apostolorum, et in Natali Pontificis.

Hinc Cathedræ S. Petr. festum,

5 *At præ cæteris Apostoli* Petri *natalis, sive cathedra, in cultu fuit, tum quæ* Antiochena *dicta, cum primum Antiochiæ sedem fixit pontificatus, tum* Romana, *cum isthuc, æterni fundaturus sacerdotii majestatem, pervenit. De alterutra cathedra agit S. Augustinus ser.* 15 *de SS.* Institutio solennitatis hodiernæ a senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideo quod primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo Ecclesiæ natalem Sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit. *Est autem Romana Cathedra omnibus inscripta Martyrologiis, Romano, Bedæ vulgato, Usuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, Bellini, et vetustissimo S. Hieronymo, aliisque MSS. perantiquis.*

restitutum a Paulo IV

6 *Exoleverat (incertum, quibus caussis) Romæ ea solennitas; sed restituta est a Paulo IV, Pontif. Max. cujus ea de re Bullam subjicimus. Non recte ergo Maurolycus.* Cathedra S. Petri, qua Romæ primum sedit anno Claudii Imperatoris quarto, ubi Simonem Magum confutavit, quam Paulus IV celebrem esse jussit. *Melius Galesinius.* Romæ Cathedra S. Petri Apostoli. Is decimo post Christi Domini mortem anno, qui annus in secundi anni finem incidit, quo Claudius Cæsar imperium obtinuit, annua prædicatione perfunctus, quum e vinculis liberatus peregrinando suscepit, in urbem Romam primum ingressus est hoc ipso die: qui propterea prisco Ecclesiæ instituto et consuetudine ad Romanæ B. Petri cathedræ celebritatem institutus, post aliquando intermissus, in usum et veterem ritum Pauli IV, Pontificis Maximi decreto pie revocatus est.

7 *De S. Petri Romam adventu fuse agit Baronius in Annal. ad annum Christi 44. Quod fanatici quidam homines in dubium revocare conati sunt, fueritne aliquando Romæ Petrus, id ne refutari quidem meretur. Optatus Milevitanus Parmenianum Donatistam ita compellat lib.* 2, *sub initium.* Igitur negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus. *Cadit ejus Sedis principium in annum æræ vulgaris* 43. Tib. Claudio Aug. III, et L. Vitellio II Coss. *quo ejusdem Augusti secundus imperii annus Kalendis Februarii expirabat.*

Quando ea Romæ constituta

Ejus diei officium

8 *Testatur Baronius in Notis ad Martyrol. reperiri in pervetustis Breviariis de Romanæ Cathedræ celebritate officium Ecclesiasticum, hancque in eo orationem.* Omnipotens sempiterne Deus, qui ineffabili sacramento Apostolo tuo Petro principatum Romanæ urbis tribuisti, unde sese Evangelica veritas per tota mundi regna diffunderet, præsta, quæsumus, ut quod in orbem terrarum ejus prædicatione manavit, universitas Christianæ devotionis sequatur. *Officia vero festi hujus ritus* Duplex *est a Paulo IV constitutus addidit Clemens VIII* Duplex majus, *teste Gavanto Comment. in Rubric. Breviar. sect.* 7, *cap.* 3.

Ipsa lignea Cathedra servata

10 Tunc iratus Leontius Proconsul fecit bullire sartaginem, et ferre oleum cum pice et pectine ferreo tundente et libenter obtemperare, et pectines ferreos radere carnes ejus; et d desuper mittebat bullienti ipsa pice. Beata famula Christi Archelays expandens manus suas ad cœlum dixit : Respice Domine desuper secundum opera tua, et cogita de nobis. Extingue ignem super me et refrigera corpus meum ab omni dolore, et plagam nostram, crudelis quam exercuit. Tunc expleta oratione lux de cœlo venit super famulam Christi : Martyr noli timere; parata est tibi corona in cœlo. Noli timere, quia ego tecum sum, et refrigerium tibi præsto et adjutorium.

cælesti voce animatur

a novis cruciatibus liberatur.

11 Leontius Proconsul dixit : Ite, adducite mihi pondera graviora, et ponite super eam; quorum patiatur caput ejus, et omnia ossa ejus confringantur. Milites cum hæc fecerunt, posuerunt pondera super famulam Christi. Angelus autem Domini commovit lapidem et revolvit in aliam partem super illos qui posuerunt super Martyrem Christi, et occidit milites qui portaverunt ipsum lapidem. et Virgo Christi salva facta est, et magnificabat Deum dicens : Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum qui es Salvator omnium sperantium in te. Et omnes qui adstabant dixerunt : Unus est Deus Christianorum, quem prædicat B. Archelays.

12 Videns talia Leontius, dixit militibus suis : Quid faciam de Archelay? omnia tormenta nostra ad nihilum revocavit. Comprehendite eam, et facite eam sub turpitudine mori. Excutite foras civitatem Nolanensem miliario uno, et percutite illam gladio, ut moriatur : et illæ mulieres, quæ cum ea erant, gladio feriantur. Expleta oratione B. Archelays dixit : Facite fratres quod volueritis de jussione Imperatoris. Illi dixerunt : Domina, quia vidimus Angelum Domini vobiscum, nos talia præsumere facere in vos non audemus. Sanctæ Virgines dixerunt : Si non facitis sicut jussit vobis Imperator, non habebitis partem nobiscum. Milites cum talia audiissent, exemerunt gladium, et percusserunt sanctas Virgines, et sunt in pace.

Plectuntur omnes capite; Angelo adstante.

a *Ferrarius* : In memorato MS. hæ Virgines ex urbe Roma, vel ex partibus Romandiolæ in Campaniam refugisse leguntur. Quæ in re censura videntur egere. *Rationem non addit. Potuerunt ex* Emilia, sive Romandiola *fugisse in Campaniam, transisse vero per confinia pomœrii Romani.*

b *Meræ tenebræ. Urbis fortassis aut provinciæ, quam ante administrarit Leontius, hic nomen fuit, quod librarii inscitia vitiatum.*

c *Quod numinis hoc portentum est? Legit pro eo Jovem posuit.*

d *Ferrarius in sartaginem immissam esse Virginem scribit.*

TRANSLATIO EX EODEM MS.

S. Archelaa in somnis monente,

.... venit in somnis ad unam Dei ancillarum, quæ cognominabatur Agneta, ubi erat collegium sancti Martyris Georgii, audiente per somnium dicere : Beata soror nostra Agneta, vade, et collige corpora nostra cum Thecla et Susanna, et reportate nos in hanc civitatem simul; et ibi erunt beneficia sempiterna. Et illa ancilla Christiana complevit ut jussio ..... dixerat. Cum tantum Virginem Christi singulis noctibus somnium turbaret; et ibi die noctuque venerunt. Tum veniens Archelays apud Agnetam dixit sororibus, quæ habitant in collegio B. Georgii, audientibus totidem sororibus in Christo, audientes sonitum expavescebant. B. Agneta dixit : Ipse sonitus ego dicam vobis quid est. Revelationem sacræ Virginis Archelays, quæ est foras civitatis Nolæ stadio uno, audivit ipse Præpositus, qui cum sacris Virginibus, et ivit ad Episcopum Joannem, qui erat procul satis in his diebus, et exit cum magno exercitu de civitate ista, et venit in civitatem Nolanam, et reperiunt corpora sanctarum Virginum cum beata Virgine Agneta, et tulerunt cum gloria et honore, et multa mirabilia fecerunt in via, et collocaverunt in ecclesia S. Georgii Martyris, cujus est honor et imperium in sæcula sæculorum, Amen.

transferuntur Salernum ejus ac sociarum corpora

EARUMDEM ACTA

Italice scripta a Paulo Regio Episc. Vic.

CAPUT I.

S. Archelaæ et sociarum sanctitas, miracula.

Virginitas mundum superat, carnales frenat appetitus, ab Evæ matris infelici sorte et contubernio remota, cui illud divinitus denuntiatum : In dolore paries filios, et sub viri potestate eris; atque suæ fruens plena possessione libertatis, nulla læditur injuria temporis, sed perpetuo florens vigore eximium adfert piæ et religiosæ vitæ ornamentum, cumque ea conjuncta ad cœlestem sponsi sui Christi thalamum ingreditur.

Gen. 3. 16.
Laus virginitatis.

2 Hac nobili et divina dote prædita Archelaa, jamque velo sumpto consecrata Christo sponsa, castam et religiosam vitam ducebat in semoto quodam a turbis monasterio, quale ea tempora extrui colique permittebant. Grassante deinde Diocletiani persecutione, ut impiorum furorem declinaret, Romandiola, cum duabus comitibus, suis in Christo sororibus, Thecla et Susanna profugit, et non procul ab urbe Nola consedit, loco humili et paupere : ubi diebus ac noctibus preces ad Deum fundebat, aliisque sanctis vacabat operibus.

S. Archelaa cum sociabus religiose vivit : venit in Campaniam

3 Quotquot ad eam ægri deferebantur, sanitatem illico ejus meritis a Deo consequebantur. Vultu erat hilari ac modesto : veste vero et ipsa et sociæ utebantur non muliebri, sed prope virili, unde et viri creditæ sunt ab iis, qui ad eas auxilii gratia accedebant. Erant enim tunica e crasso et aspero panno ad pedes promissa, ac chlamyde indutæ, coma attonsa, facie jejunio ac pœnitentiis exesa; denique speciem quamdam Eremitarum præseferebant. Sparsa circumquaque earum fama, frequentes ad eas concurrere mortales cœpere, ut aut corporis aut animæ salutem reportarent. Erat enim cum illa vitæ sanctitate morbos immedicabiles sanandi gratia, ac Christianæ religionis prædicatio conjuncta.

miraculis claret

4 Celebrabatur igitur omnium sermonibus Archelaæ et sociarum virtus. Cum vero ubique satellites atque administri impietatis, quasi certis stationibus dispositi excubarent, motum omnem exploraturi Christianorum; ad Leontium Campaniæ Præsidem tandem delatæ sunt. Hic cum Salerni judicia exerceret, jussit eas comprehendi atque ad se pertrahi, ut nisi diis sacrificia obtulissent, secundum edicta Imperatorum Diocletiani ac Maximiani morte plecterentur.

Christum prædicant
comprehenditur

5 Perductæ igitur Salernum, Leontio sistuntur. Hic vero quasi de adipiscenda divino munere martyrii gloria securæ, cum præsentiscerent adesse cursus sui mortalis metam, libere profitentur se virgines esse Deo dicatas, obstrictasque servandæ voto castitatis, tradita a Christo cæremonia spontaneæ devotionis. Leontius mirificam quamdam in Archelaæ vultu alacritatem majestatemque contemplans, ad eam conversus : Audi Archelaa, inquit. Cur ad te homines convocas, bono juxta ac malos; iisque Jesu Nazareni cultum persuades, qui nec se tueri olim, nec aliis nunc esse præsidio potest? Cur ausa es magicis carminibus morbos curare, sicque famam aucupari sanctitatis, ad pelliciendos in fraudem mortales; fallaci hoc habitu tuam tegens improbitatem, sexumque virilem mentita, cum mulier sis, adeoque nocentissima et impiissima venefica? Quin et has fortasse, ad easdem exercendas præstigias, puellas induxisti. Quare nisi de te supplicium sumpsero, omnes in fraudem rudiores inducentur. Christi, inquit Archelaa, virtute opera opprimo diaboli, et mortales

sistitur Leontio Judici
generose ei respondet.

tiles ratione prædictos convincens, veri illos immo Dei cognitione, qui cælum, terram, mare et quæ in iis sunt creavit, ... per Jesum Christum ejusdem Dei omnipotentis unigenitum, ... [illegible]

6 Tum Leontius: Dii nostri ... [illegible] ... Saturnus ... Venus, Mercurius, Diana, Minerva, ... Jupiter. ... [illegible] ... Archelaa, nostra ille caussa sustinuit, ut omnes qui in [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

Varii cruciatus, gloriosa mors.

N[illegible]

... reret, ... Angelus Dei, ... Archelaa ... [illegible]

10 [illegible] ... Archelaa ... [illegible]

... Romanas matronas illustrem consequeris : sin vero [illegible]

[illegible]

Ex variis. ductæ sunt martyrii locum. Tum Archelaa lictores monet jussa Imperatoris exequantur. Illi vero Angelica apparitione sibi oblata perterriti, Nequaquam, inquiunt, Domina, rem ejusmodi aggrediemur. Respondent una voce Virgines sanctæ : Nisi quod *cum sociabus plectitur capite.* Præses imperavit egeritis, non habebitis partem nobiscum : Eo audito, tandem gladios stringunt carnifices, tresque singulis ictibus singulas immolant Deo immaculatas victimas. Ita laudatissimam vitam glorioso martyrio concluserunt sub annum Christi 293.

DE S. VENERANDO EPISCOPO

ARVERNENSI IN GALLIA.

Initio v seculo. XVIII Januar. S. Venerandi festivitas,

Claromonte Arvernorum XV Kal. Februarii S. Venerandus, *illius civitatis Episcopus, colitur, ut Joannes Savaro testatur, licet alio die, ut post dicemus, obierit. De eo Molanus in Addit. ad Usuardum :* Civitate Arvernis S. Venerandi Episcopi et Confessoris. *De eo agit quoque Saussaius, et hunc ordinationis ejus esse diem scribit; agit et Ferrarius, qui rursus* XXVIII *Januarii eum refert, citatque Tabulas et Breviarium Ecclesiæ Claromontanæ. At Joannes Savaro certior testis, quippe qui Claromonte scripsit, præterquam quod et Martyrologii et Breviarii Claromontani fide stabilit hodiernam ejus festivitatem.*

aliis diebus memoria.

2 *Idem Ferrarius* XXIV *Septembris :* Arvernis S. Venerandi Episcopi. *citat in Notis Martyrologium Canisii, in quo* Venerandi *hujus nomen non extat. Sed de eo ejusque successore* S. Rustico *agit eo die Surius ex S. Gregorio Turonensi; estque is* Rustici *natalis.*

electio,

3 *De* Venerando *ista habet Gregorius lib. 2, hist. cap.* 13. Apud Arvernum vero post transitum S. Artemii, Venerandus e Senatoribus Episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex, testatur Presbyter Paulinus, dicens : Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tholosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecolismæ, vel Venerandum Arvernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoriis, utcumque se habent seculi mala, videbis profecto dignissimos totius fidei religionisque custodes. Hic in ipsa Dominici natalis vigilia transisse refertur. *Ita Gregorius. De* S. Artemio *ejus decessore agemus* XXIV *Januarii, quo die obiisse eum scribit Savaro, ut non sit probabile* Venerandum XVIII *die ejusdem mensis esse consecratum, ut vult Saussaius. Quis enim credat post* S. Artemii *mortem anno integro minus sex diebus Sedem vacasse, si ea expendat quæ de* S. Rustici *electione idem scribit Gregorius? Fragmentum, quod hic citatur, non habetur in S. Paulini Nolani operibus; et dubium est an ejus sit, cum S. Gregorius solum* Presbyterum *vocet : alterius est fortassis Paulini Presbyteri, a quo vita S. Ambrosii scripta extat. Eorum porro Episcoporum, quibus* Venerandum *annumerat Paulinus, complures in Cælitum tabulas relati;* S. Exuperius 28 *Septemb.* S. Simplicius 11 *Febr.* S. Amandus 18 *Jun.*

sanctitas, *ætas,*

ecclesia,

4 *De basilica* S. Venerandi, *quæ* S. Illidii erat proxima, *multis agit idem S. Gregorius lib. de gloria Confess. cap.* 35 *et* 36 *deque repertis isthic variorum Sanctorum corporibus; et de ipsius* Venerandi *reliquiis ita scribit cap.* 37. Est ibi et sepulchrum ipsius S. Venerandi Episcopi, a quo hæc ædes nomen accepit, sub analogio compositum; super quod caput per fenestellam quicumque vult immittit, precans quæ necessitas cogit, obtinetque mox effectum, si juste petierit. Ibi et S. Nepotianus Episcopus requiescit, qui fuit in seculo summæ vir sanctitatis, obtinens nunc cum Domini potentia, quæ ab eo fuerint implorata. Sæpe enim super hæc sepulchra frigoriticorum oratio fusa desideratam retinet medicinam *De* S. Nepotiano *agemus 22 Octob.*

sepulchrum, *miracula* *præsertim in febrium curatione,*

reliquiæ

5 *Libro 1 de Sanctis, ecclesiis, et monasteriis Claromontanis num.* 10 *ista habentur :* In ecclesia S. Venerandi, altare S. Juliani et S. Basilissæ Antiochenæ, altare S. Quintini, et S. Dionysii; altare S. Mariæ, ubi S. Venerandus, et S. Linguinus, et S. Nepotianus, et S. Avitus, et S. Clara, et alii sex millia ducenti in corpore quiescunt, quorum nomina Deus scit. *Ea vero ecclesia, ut isthic annotat Savaro, hodie intra hortos Illidiani cœnobii est.*

translatæ 22 Dec.

6 *Reliquiæ vero ipsius Sancti an.* 1311, *XI Kal. Januarii, cum reliquiis S. Illidii in eadem capsa discretim conclusit Arbertus Episcopus, rogatu Guidonis Scoti Abbatis Illidiani, ut testatur idem Savaro ex veteri MS. e quo ista addit :* Porro nonnulla pars pulveris et ossium corporis B. Venerandi dimissa sunt in capella sua, sub suo altari, infra pristinum ejus sepulchrum sub analogio factum. *Citat idem veterem tabulam Illidianam, in qua hæc leguntur :* Nam in B. Illidii monasterio B. Venerandus Episcopus, S. Mariæ amore aliorumque Martyrum, requiescit. *De S.* Illidio, *qui Gallis S.* Allyre *dicitur, agemus* XIV *Decembris.*

antea etiam ad proprii nominis ecclesiam

7 *Celebratur* S. Venerandi *Translatio XXII Decembris eodem Savarone teste, quo die eam in suo Martyrologio consignavit Andreas Saussaius; iterumque, eamdem tamen omnino, XXI Novembris, ast hoc XVIII Januarii die, in prolixiori elogio post alia sic scribit, nec indicat quo auctore :* Porro apud Arvernos adeo insignia extiterunt illius merita sanctitatis, ut cum sepultus fuisset in S. Illidii basilica, postea radians miraculis, corpus ejus venerandum in proximam ædem fuerit translatum, quæ in ejus honorem ædificata, nuncupationem ab ejus nomine accepit, quo in hunc usque diem claret conspicua. Reliquiæ vero ejus sub analogio compositæ, subtus altare diu requieverunt. Donec tandem Adebertus Episcopus, petitioni annuens Guidonis Scoti Abbatis Illidiani, cum reliquiis S. Illidii in eadem capsa easdem discretim conclusit, et suo annulo obsignavit anno Domini 1311, XI Kal. Januarii, qua die ejusdem translatio ibidem recolitur, *etc. Prioris translationis ex æde S. Illidii ad proprii nominis basilicam, nullum apud S. Gregorium Turonensem, aut Savaronem, vestigium.*

DE SANCTO VOLUSIANO MARTYRE

EPISCOPO TURONENSI IN GALLIA.

Seculo v. XVIII Januar. S. Volusiani natalis.

Turonis in Gallia *hoc die natalis agitur* S. Volusiani Episcopi, qui a Gothis captus, in exilio spiritum Deo reddidit : *ita Martyrol. Rom. Meminit quoque illius Molanus in Addit. ad Usuardum, et Ghinius in natalibus SS. Canonicor.* Martyrem *alii vocant quod etsi non titulo religionis occisus tamen ejusdem odio religionis calumniam passus ab impiis, sitque relegatus, vel exilii ærumnis confectus sit,* *vel gladio, ut post dicetur, percussus. Galesinius et Martyrologium Germanicum :* Turone S. Volusiani Episcopi et Martyris. *Molanus quoque in priori editione additionum ad Usuard.* Martyrem *vocat. Andreas Saussaius in Martyrol. Gallicano :* Eodem die Turonis S. Volusiani Episcopi ejusdem Metropolis, et Martyris gloriosi, qui a Gothis Arianis captus, et in odium orthodoxæ, quam asserebat, veritatis, huc et illuc

[illegible] vir eque [illegible], Deo beatum spiritum in exilio reddidit. *Idem in supplemento, pleniori capite scribit, ut mox dicemus.*

2 *De eo iste scribit S. Gregorius Turonensis lib. 2, hist. cap. 26.* Post hunc B. Perpetuus Turonicae [illegible] Episcopus, impletis 30, in episcopatu annis, in pace quievit. In cujus loco Volusianus [illegible] ex Senatoribus [illegible] Sedatio [illegible], episcopatus sui anno septimo in Hispanias est quasi captivus [illegible], sed protinus vitam finivit. In cujus loco Verus [illegible], septimus post B. Martinum ordinatur Episcopus. *Meminit [illegible] lib. 10, cap. 31, ubi omnes recenset Turonenses Episcopos, [illegible] S. Martinum [illegible], Verum, [illegible], Perpetuum, Volusianum, ut Verus [illegible] S. Martino.*

3 *Mirum est ipsum Verum non esse in Sanctorum [illegible], qui eadem, qua Volusianus, [illegible] deductus, vitam finivit, ut idem tradit S. Gregorius lib. 10, cap. 31, ubi [illegible] scribit.* Septimus vero Volusianus ordinatur Episcopus, ex genere Senatorio, vir sanctus, et valde dives, propinquus et ipse Perpetuo. [illegible]

[illegible]

[illegible] interfectum [illegible], ad quam ob sancti Martyris memoriam concursus populi fit. [illegible] historia [illegible], qui se [illegible], neque cujus [illegible] esse [illegible] potuisse, [illegible] Sancti [illegible]. In Chronicis [illegible] patria lingua scriptis, quae [illegible], plura [illegible] de S. Volusiano, qui Voultii [illegible] a Gothis inter Appamias Barcellasque interfectum corpus a tauris ductus ad [illegible], [illegible] S. [illegible] possessiones S. Volusiano [illegible].

7 Mons-Grandis, *vulgo* Montgauzi, *vel* Montgranier, *locus est [illegible], in quo sacellum Deiparae Virgini [illegible]. Huc S. Volusiani a [illegible] Bernardo [illegible] anno* 1107 *translatas, [illegible]* S. Antonini [illegible] S. Antonini [illegible], S. Ferreoli, [illegible]

[illegible]

Ex variis.

DE S. SULPITIO EPISC. TRAJECTENSI IN BELGIO.

Circa an. D. XVIII Januar.

Gentis Tungrorum *in Germania secunda Episcopos post* S. Servatium, (*qui a temporibus filiorum Constantini ad Theodosium seniorem floruit*) *trecentos fere et quadraginta per annos, Trajecti ad Mosam sedisse, donec Leodium demigrarunt, XIII Januarii in* Designato *indicatum est; solitosque modo* Trajectenses *Episcopos dici, modo* Tungrorum; *nam et ipsum in Tungris erat Trajectum, ab Atuatuca tribus circiter distans leucis, locoque opportuniore situm; sed priorum decem, usque ad* S. Domitianum *qui concilio Aurelianensi V, anno Christi* 549, *subscripsit, pro illorum temporum caligine obscura remansere acta; sive, quod quidam volunt, annis* 114. *Sedes post* S. Servatii *mortem ad S. Remigii tempora, conversionemque Clodovæi vacarit; seu, quod verisimilius est, sub Francorum etsi gentilium dominatu, utcumque se tueri modicus grex Christianorum poterat, Patrem sibi ac Episcopum constituit.*

Trajectenses Episcopi.

2 *Sextus ergo a* S. Servatio *fuit* S. Sulpitius, *cujus XVIII Januarii natalem consignant Kalendarium SS. provinciæ Leodiensis, Ferrarius, Saussaius, consentiente Placentio, MS. Florarium XVII Januarii eum refert: MS. quoddam Carthusiæ, Bruxellensis IX Februarii; in hoc quoque XV Augusti ista habentur:* Translatio S. Supplicii Episcopi Trajectensis superioris, qui supra ponitur V id. Febr. *Alii quoque (ut Harigerus Abbas, Aegidius Aureæ-vallis, Saussaius in Supplemento Martyrologii hoc die)* Supplicium *appellant, uti et Bituricensem, de quo XVII Jan. egimus.* Trajectum superius *vocari alibi monuimus hoc ad Mosam situm, quod aliud sit inferius vulgo* Ultrajectum *appellatum.*

S. Sulpitii natalis.

Translatio

3 *Id Solum de* Sulpitio *in Actis Episcoporum Leodiensium cap.* 31, *ad Harigerum Abbatem addidit Aegidius Aureæ-vallis monachus:* Quo (*Resignato*) defuncto, quintusdecimus extitit B. Supplicius Episcopus, vir pietate et misericordia per omnia laudandus. *Joannes Placentius Nasonis cujusdam filium facit, quem Acta Episcoporum Trajectensium* Sanctum Nasonem *vocant: sed et hæc Acta apocrypha sunt, et Placentius quod ad res illas vetustiores attinet nullius fidei.*

Acta obscura

4 *Obiisse* Sulpitium *anno* 510, *scribit Ferrarius, Claudius Robertus* 519. *MS. Florarium* 532. *Placentius scribit consecratum anno* 517, *sedisse annis* 8, sub Apostolicis viris Hormisda, Joanne I, et Felice IV imperantibus Anastasio, Justino sene, et Justiniano magno, *sed hæc invicem non congruunt. Nam si sedit ab anno* 517, *annis* 8, *ergo* 525, *ad summum* 526, *mortuus est, qui erat* Joannis *Papæ tertius,* Justini senioris *octavus: sicque nec ad* Felicis *Pontificatum pervenit, nec ad* Justiniani *imperium. De tempore Sedis horum primorum Episcoporum consule Aegidii Bucherii nostri Appendicem ad disputationem historicam de primis Tungrorum Episcopis post tomum 2 Chapeavilli. Videtur circiter annum* 500. S. Sulpitius *floruisse. Placentius scribit in æde Servatiana sepultum; cum ea nempe postmodum condita est.*

Ætas.

DE SANCTIS VIRGINIBUS

LIBERATA ET FAUSTINA,

NOVOCOMI IN ITALIA.

Circa ann. DLXXX. XVIII Januar.

Sanctarum harum natalis 18 Jan.

Novocomi *in Gallia Cisalpina* S. Liberatæ Virginis *agitur hoc die natalis, ut tradit Martyrologium Romanum. De qua Bellinus quoque, Maurolycus, Molanus in Addit. ad Usuardum:* Ipso die S. Liberatæ Virginis. *Faustinam sororem alii jungunt; Galesinius:* Novocomi sanctarum Virginum Liberatæ et Faustinæ, *consentiunt Wion, Menardus, Dorganius. De* Faustina *peculiariter Ferrarius in generali catalogo SS.* Novocomi in Insalubria S. Faustinæ Virginis, et sororis S. Liberatæ. *Citat Baronius in Notis ad Martyrologium Tabulas Ecclesiæ Comensis; Galesinius Breviarium Aquileiense et Comense, Ferrarius præterea Lectiones Ecclesiæ Placentinæ: tradique hic Comi, Placentiæ, Veronæ simul has Virgines coli.*

2 *Augustinus Valerius lib. de Episcopis et Sanctis Veronensibus, de iis ista tradit:* S. Liberæ Virginis festum apud Ecclesiam Veronensem ex consuetudine antiqua celebratur sub officio simplici die 21 Aprilis, ut in omnibus antiquis Calendariis civitatis Veronæ, præsertim ex Calendario Martyrologii Ecclesiæ Cathedralis, ubi dicitur: xi Cal. Maii S. Liberæ Virg. Unde colligitur S. Liberam non fuisse Martyrem, licet in quibusdam Calendariis descripta sit Virgo et Martyr. Idem confirmatur ex ejus vita descripta in libro antiquo ex membranis, cooperto corio rubro, in folio parvo, chartarum 48, folio 39, apud monasterium S. Euphemiæ Veronæ. In Breviario etiam antiquo ex membranis Ecclesiæ S. Bartholomæi in monte legitur Virgo tantum. Hinc etiam patet falsum esse S. Liberam fuisse matrem illius, quem suscitavit S. Syrus Veronæ, dum Papiam pergeret, ut quidam scriptum reliquit, cum S. Libera Virgo celebretur. Habet ecclesiam, quæ prius ecclesia S. Syri appellata fuit. Hæc beata Virgo habuit sororem S. Faustinam: quæ ambæ vitam monasticam apud urbem Comum duxerunt, ut in prædicta historia.

alibi 21 April.

S. Liberata non martyr.

3 Hæc apud Comenses, et Brixianos Liberata appellatur, qui ejus festum ac etiam S. Faustinæ celebrant: sed alii 18 Januarii, alii xi Aprilis, juxta eorum consuetudinem. A Francisco Corna in libro, de quo supra Lingua vernacula Liberata appellatur. Hinc factum est quod cum lingua vulgari Veronensi apud priscos pro S. Liberata diceretur S. Libera, et pro S. Consolata S. Consola, Latine pro S. Liberata dicta est S. Libera. Usuardus impressus Lovanii 1568, sic habet die 18 Januarii: Ipso die S. Liberatæ Virginis.

Libera dicta.

4 Super januam majorem ipsius ecclesiæ ad Occidentem est imago unius Episcopi in habitu Episcopali, quæ habetur imago S. Syri; a cujus latere dextro et sinistro sunt duæ imagines sanctarum mulierum cum diademate in capite, depictæ anno Domini 1366, 20 Aprilis: quæ habentur imagines SS. Liberæ et Faustinæ sororum. In tabula ex membranis in ecclesia S. Liberæ, ubi sunt descriptæ antiquæ Indulgentiæ anno 1338, conceditur Indulgentia non solum in festo S. Liberæ sed etiam S. Faustinæ: ex quo apertissime colligitur S. Liberam fuisse S. Liberatam sororem S. Faustinæ, quæ ambæ fuerunt Virgines tantum. Imo ex traditione celebrantium ejus festum in ipsa ecclesia celebratur Virgo tantum. Extant etiam duo versus ad caput imaginis ejus antiquæ in pariete ipsius ecclesiæ id attestantes.

Antiquarum imagines.

Libera Virgo Dei precibus, pietate benigna
Tu memor esto mei liberans a morte maligna.

5 *Mantuæ XVI Januarii, ut testatur Ferrarius, colitur* S. Libera *in propria ecclesia; quam Liberatam hanc*

[illegible] Comensem esse arbitratur. At 21 *Aprilis* [illegible] *Ferrarius in generali Catal.* SS. Veronæ S. Liberæ Virginis. Wion, Veronæ SS. Liberatæ et Faustinæ [illegible] et Virginum [illegible]. *[illegible] eadem die refert Dorganius. Et Wion quidem translationem earum hac die [illegible] existimat, cum natalis XVIII Januarii [illegible]. Item tamen Wion, atque [illegible]* Menardus, et *Ferrarius in generali catal.* XXI *Maii* Veronæ, Translatio SS. Liberatæ et Faustinæ [illegible] et Virginum [illegible] [illegible] *XIII Maii [illegible]* XIV *Maii* Cum Translatione [illegible] Martyrum Proti et Hyacinthi, [illegible] Virginum Liberatæ et Faustinæ.

6 *Vitam antiquam, a Valerio Augustino [illegible] [illegible] Italice scripta* [illegible] *est* [illegible] *Ferrarius in Catal.* SS. *Italiæ, et* [illegible] XIV, *Annal* [illegible] 1317, [illegible] 8, [illegible] Liberatæ [illegible]

VITA

Italice scripta a Francisco Balarini.

Sanctæ Virgines Liberata et Faustina [illegible] [illegible]

[illegible]

2 [illegible]

[illegible] afflata Spiritu; tum [illegible]

3 [illegible] parentes, [illegible] perspiciunt: [illegible]

et [illegible] puellas [illegible] religiosam vitam complecterentur. (Etsi [illegible] virginalis pudicitiæ longe præstare [illegible]) at [illegible] genuere, perpetuo claustro [illegible] continerent, sub severiori [illegible] [illegible] [illegible] præcipitantur [illegible], [illegible] antecedunt. [illegible] hæreti[illegible], quæ nunc Ecclesiam [illegible]. Nec mihi illud Apostoli obstat: Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, et qui non jungit, melius facit. Scitum [illegible] libertas adsit [illegible] [illegible] Virgines [illegible] provocatur, tum Apostolus [illegible] Concilio Tridentino [illegible] [illegible] Atque [illegible] [illegible] [illegible]

4 [illegible] Ecclesiæ Comensi S. [illegible] Agrippinus [illegible] recentis adhue Benedictinæ familiæ susceperunt: [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible] 1096 [illegible] 221 [illegible] ara solenniter collocatæ sunt, cum Episcopus esset [illegible] 1317 [illegible]

[illegible]

DE

Ex variis

DE SANCTO LEOBARDO RECLUSO

IN MAJORI-MONASTERIO APUD TURONES.

Circa an. DLXXIII. XVIII Januar.

Monasterium *S. Martini, quod vulgo* Majus-Monasterium *vocant, Gallice* Marmoustier *duobus a Turonum urbe distans passuum millibus, plures religiosa virtute claros dedit ascetas. In his* S. Leobardus *fuit, de quo Martyrologium Romanum XVIII Januarii.* Ibidem *(Turonis)* S. Leobardi reclusi, qui mira abstinentia et humilitate refulsit. *Ejusdem meminere Galesinius, Saussaius, Molanus in Addit. ad Usuardum, Wion, Menardus, Dorganius, Canisius, aliique Maurolycus et Martyrol. Colonien.* Leobaldum *vocant; Carthusiani Colon. in auctario ad Usuard.* Leopardum *hunc Florarium :* Turonis Leopardi Confessoris, *et quibusdam interjectis :* Monasterio-Majori S. Leobaldi Confessoris. *Felicius* Leobardum *vel* Leobaldum *appellat : Ferrarius* Leonardum, *et XVII Januarii refert.*

S. Leobardi natalis,

vita,

2 *Vitam* S. Leobardi *scripsit S. Gregorius Turonensis lib. de Vitis Patrum, cap. ultimo. Quam antea a Surio editam, cum MS. S. Mariæ de Ripatorio et aliquot excusis exemplaribus contulimus. Eamdem sed paullum contractam, recitat Benedictus Gononus lib. 2, de vitis PP. Occidentis, Zacharias Lippelous, aliique. In vita S. Gregorii Turonensis 17 Novemb. hæc de Leobardo habentur* : Nec dissimili virtute circa Beatum quoque Leobardum extitit sollicitus : quem nequam spiritus ita sinistris cogitationibus agitabat, ut propter quamdam verborum contumeliam, qua se dudum recluserat, migrare decrevisset. Sed nec iste potuit incurrere casum, qui Gregorium meruit habere sublevantem. Nam cum solito ad Majus-Monasterium, quasi sacra Martini vestigia deosculaturus, adiret, sollicitus pastor qualiter ovis amore Christi vinculata se gereret, ad ejus tugurium divertit. Cui mox ille secreta cordis, quæ diabolus quasi rationabilia confinxerat, eidem reseravit. Qui protinus, sagacissimo ut erat ingenio, diaboli commenta deprehendit, et non minimo dolore suspirans, increpare hominem cœpit, ac diabolicam calliditatem verbis competentibus denudavit: domumque reversus, libros ad propositum monachorum et congruos pia sollicitudine transmisit. Quibus relectis, non solum ab illa, quam patiebatur, incursione curatus est, sed etiam in sensus acumine multum provectus. *Hinc porro ætas* S. Leobardi *colligi potest, cum anno 572, ad episcopatum erectus sit Gregorius.*

ætas,

reliquiæ

3 *Joannes Savaro in Originibus Claromontanis scribit* S. Leobardi Abbatis *reliquias in S. Pauli æde Arvernis asservari, quod ex libello 2 de Sanctis, eccles. et monaster. Claromont. accepit, ubi ita habetur num. 14.* In ecclesia S. Pauli, ubi requiescit S. Leonardus. *ad quæ ita ipse commentatur :* Arvernæ territorii indigena, S. Gregorii Turonensis coætaneus, reclusus in cellula Majori-Monasterio propinqua, qui in summa austeritate bene acto vitæ cursu, in sepulchro, quod ipse sarculo in cellula sua sculpserat, depositus est. Gregor. Turon. de vita PP. cap. ult. quem postea Arverniam, ut suum vindicasse crediderim, et in hac S. Pauli ecclesia collocasse. *Ita ille sed tenue id argumentum, cum Leonardus appelletur, cujus nominis plures in Gallia Sancti vixere.*

VITA

AUCTORE S. GREGORIO EPISC. TURON.

Ecclesia fidelis ædificatur, quotiescumque Sanctorum gesta devotissime replicantur : et licet de his teneat maximum gaudium, qui ad initio ætatis religiosam vitam duxerunt, pervenire meruerunt ad perfectionis portum, tamen et de his, Domino jubente, lætatur, qui conversi a sæculo, opus inchoatum valuerunt perducere, divina opitulante misericordia, ad effectum.

2 Igitur beatissimus Leobardus Arvernici territorii indigena fuit, genere quidem non Senatorio, ingenuo tamen : qui ab initio Deum in pectore tenens, cum non floreret natalibus gloriosis, tamen meritis præfulgebat. Hic tempore debito cum reliquis pueris ad scholam missus, quidpiam de psalmis memoriæ commendavit, et nesciens se Clericum parabatur innocens ministerium.

S. Leobardus litteras discit

3 Sed cum ad legitimam pervenisset ætatem, cogentibus juxta consuetudinem humanam parentibus, arrham puellæ, quasi uxorem accepturus, dare impellitur. Illo vero respuente, ait pater : Cur, dulcissime fili, voluntatem paternam respuis, nec jungi vis connubio, ut semen excites nostro de genere, sæculis sequentibus profuturum? Casso enim labore exercemur ad operandum, si possessor deerit ad fruendum. Quare implemus domum opibus, si de genere nostro non processerit, qui utatur? Quid mancipia dato pretio nostris ditionibus subjugamus, si rursum alienis debent dominationibus subjacere? Obedire filios debere voci parentum scripturæ testantur divinæ : et tu cum inobediens esse parentibus probaris, vide ne te cœlestibus eruere nequeas ab offensis. Hæc patre eloquente, licet haberet alios filios, facile tamen tali ætatulæ persuasit, voluntati suæ non contraire. Denique dato sponsæ annulo, porrigit osculum, præbet calceamentum, celebrat sponsalium diem festum.

contrahit cum puella sponsalia.

4 Interea genitor genitrixque, mortis somno sopiti, migraverunt a sæculo, vitæ præsentis curriculo jam peracto. Hic vero cum uno germano, tempore luctus expleto, oneratus donis nuptialibus alterius fratris pergit ad domum : quem in tantum reperit vino madidum, ut nec cognosceret, nec recipere vellet propria in domo germanum. Ille vero suspirans et lacrymans, secessit in partem, venitque ad tugurium, in quo fœnum fuerat aggregatum, atque ibi colligato præbens equo pabulum, decubuit super fœnum ad quiescendum. Expergefactus autem media nocte, surgit de stratu suo, erectisque ad cœlum manibus, gratias agere cœpit omnipotenti Deo, quod esset, quod viveret, quod aleretur donis ejus, et alia multa hujusmodi prosecutus. Cumque suspiria longa protraheret, atque lacrymis crebris genas ubertim rigaret, Deus omnipotens, qui illos quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, compunxit cor ejus, ut relicto seculo manciparetur ad cultum divinum. Tunc ille quasi jam Sacerdos custosque animæ suæ, prædicare sibi ipsi exorsus est, dicens : Quid agis anima? quid in ambiguo suspensa teneris? Vanum est enim seculum, vanæ sunt concupiscentiæ ejus, vana gloria mundi, et ea, quæ in illo sunt, omnia vanitas. Melius est igitur relinquere eum, et sequi Dominum, quam ad ejus opera præbere consensum.

deliberat de relinquendo seculo

5 Hæc effatus, cum diem terris reddere lux diurna cœpisset, ascenso equo cœpit ad hospitium suum reverti. Cumque per viam jam alacris pergeret, volvere intra se cœpit, quid ageret, quo abiret; dixitque : Expertam B. Martini tumulum, unde procedit virtus alma super infirmos; credo enim, quod et mihi ejus oratio iter reseret ad Deum, qui deprecatus ipsum Dominum, mortuos reduxit a tartaro. Et sic viam carpens, oratione comite, S. Martini basilicam est ingressus : circa quam diebus paucis commoratus, transito amne, ad cellulam Majori Monasterio propinquam,

adit Majus-Monasterium

[illegible] Merens [illegible] recesserit, devotus accessit [illegible] se propriis [illegible] manum faciens, ad scribendum aptavit, ibi se, ut Scripturas sanctas intelligeret, ad Davidicorum carminum psalmos, quæ [illegible] exciderant, memoria retineret, exercuit. Sicque divinarum Scripturarum lectionibus eruditus, cognovit verum esse quod ei Dominus prius inspiravit in corde. Sed ne hæc [illegible] fabulosa [illegible], quæ retulimus, testor Deum, qui ab ipsius benedicti [illegible] agnovi.

6 At vero interposito pauci temporis spatio, talem se [illegible] ut honoraretur ab omnibus, [illegible] cellulam in quam ingressus fuerat, [illegible] de [illegible] jejuniis, oratione, psallentio, lectione [illegible] cessabat. Scribebat interdum, ut se [illegible] cogitationibus noxiis [illegible].

7 Interea vero ut se [illegible] Dei servus semper [illegible] sanctis [illegible] vitas [illegible] habuisset, immisit ei cogitationem, ut relicta cellula illa, [illegible] orationem [illegible] devenissemus, dolum nobis venerunt [illegible] Ego vero [illegible] dolore, [illegible] corpus, asserens [illegible] esse [illegible] Patrum [illegible] institutione monachorum, vel quidem [illegible] esse deberent, vel [illegible] monachos vivere [illegible] Quibus [illegible] secum cogitationem [illegible] sanctum [illegible] lectionis ejus. Erat enim [illegible] pro populis, [illegible] pro Regibus [illegible] pro omnibus Ecclesiasticis Deum [illegible] capillorum [illegible] barbæ [illegible] albam.

8 In quo [illegible] degens, [illegible] Dei [illegible] est, ut [illegible] Sanctus [illegible]

9 [illegible] atque deposcebat, ut tactu dextræ suæ Sanctus [illegible] Dominum, quod ea die in [illegible]

at: Domine omnipotens, fili unigenite Dei Patris, qui cum eo ac Spiritu sancto regnas in secula, qui hominem a nativitate cæcum reddidisti lucem beati oris [illegible] redde ei huic famulo tuo lumen [illegible] ut cognoscat, quia tu es Dominus omnipotens. Et hæc dicens, ut Crucem super [illegible] depinxit, mox pulsis tenebris, ad preces ejus ei Dominus lucem restituit. Hujus virtutis testis, [illegible] Eustachius Abbas [illegible] assistit.

10 Denique [illegible] contractus, [illegible] debilitatus, caput [illegible] corporis [illegible] destitui. Quod cum autem [illegible] cepit. Ad quem accedentes, [illegible] flagitavit. Quid [illegible] Tempus [illegible] ut me Dominus ab hujus corporis vinculis [illegible] sed adhuc [illegible] spatium [illegible] ante diem [illegible] O beatum virum [illegible] sic servivit Creatori [illegible] Erat enim [illegible]

11 Deinde [illegible] caput iterum [illegible] ter [illegible] Advenit dies Dominicæ [illegible] suum, et ait: Præpara, quæ [illegible] respondente: Præsto est, Domine, ait ad eum [illegible] populis de Missis egrediuntur. Hoc [illegible] minister ille, [illegible] sepulcro, quod ipse sibi [illegible]

[illegible]

DE S. DEICOLO, SIVE DEICOLA.

ABBATE LUTRENSI IN BURGUNDIA.

L[illegible]

[illegible] hic pater sp[illegible]

2 M[illegible]

EX VARIIS

Abbatis, discipuli B. Columbani. *Eadem habet Galesinius, et, qui recte* Deicolum *vocant, Felicius ac Maurolycus. Molanus in Addit. ad Usuardum, atque ex eo Wion :* Eodem die S. Deicolæ Abbatis Sutrensis, discipuli B. Columbani. ***MS. Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti :*** S. Deicolæ Abbatis Lutherii, discipuli S. Columbani in monasterio Luxoviensi. *Meminit quoque illius hoc die Dorganius, Canisius, Camerarius, Martyrologium Anglicanum.*

Translatio,

3 *In MS. Florario iterum refertur XV Februarii his verbis :* In Francia S. Deicoli Abbatis discipuli S. Columbani. *Idem Florarium XXI Novembris :* Item Translatio SS. Ambrosii Mediolanensis Episcopi, Brendani et Deicoli Abbatum, ac Theonesti Episcopi.

vita circiter an. Ch. 965, scripta

4 *Vitam* S. Deicoli *scripsit anonymus quidam ante annos fere* 700. *Ætatem ipse suam indicat, cum Lutrense monasterium, Eberardo Comiti a* Waldrada *Lotharii Lotharingiæ Regis, Lotharii Imp. filii, Ludovici Pii nepotis, pellice, commissum scribit; ab hujus filio* ***Hugone*** B. Balthranno ***traditum, confirmatum ab Ottone I****, necdum Imperatore, cum idem* Balthrannus *alibi* 50 *annis vitam eremiticam egisset : huic vita functo successisse* Werdolfum *nepotem*, qui adhuc superest, *inquit*, et cælibem vitam ipse vivit, et omnibus recte conversari volentibus ut lampas emicat. *Et vitam eamdem dedicat, se an monachum dicat, an amicum solum et imitatorem monachorum, ex Prologo aut satis*

unde huc transsumpta.

5 *Hanc vitam ex Lutrensibus membranis descriptam,* Petrus Franciscus Chiffletius *noster e Luxovio suo nondum edito delibavit. Eamdem, sed passim contractam, legimus in collectaneis MSS. Nicolai Belfortii. Hugo Menardus lib. 1, Observationum reperisse se ejusdem vitæ exemplar testatur, sed mutilum, in cœnobio SS. Cornelii et Cypriani apud compendium Fuse de S* Deicolo *agit Vincentius Bellovac. lib. 23, cap. 2 et tribus seqq. Petrus de Natalib. lib. 2, caput 98. Trithemius lib. 3 de viris illustrib. Ord. S. Benedicti cap. 61, ubi* Luttensis *Abbas dicitur, vitio Librarii, pro* Lutrensi. *Mendosius in Martyrologio Anglicano* Sutrii in Tuscia *fuisse dicitur. Est quidem* Sutrium *oppidum haud longe Roma distans, sed nihil ad illud* Deicolus *spectat. David Camerarius Bedam citat, qui illius meminerit lib. 3, cap. 19. Ast alius isthic memoratur* Dicullus, *S. Fursei discipulus, ut XVI Jan. ad hujus vitam diximus.*

qui alii de eo scripsere.

Ætas S. Deicoli

6 Claruisse S. Deicolum *scribit Trithemius* anno 600, *sub disciplina scilicet tum S.* Columbani *in Luxoviensi cœnobio, minus proprie* Wion floruisse temporibus Clotarii II, Regis Galliæ circa annum 590, *nam etsi tum Rex erat* Clotarius, *puer 6 circiter annorum, non tamen nisi* 23, *post annum totius Galliæ Rex est factus. Longius abit Martyrol. Germanicum, signato ad margine/m anno* 580, *ast Martyrologium Anglicanum omnium vitiosissime, obiisse ait circa annum* 591. *Venit in Galliam adolescens cum Columbano, tempore Sigeberti Regis, ante annum* 575, *circa annum* 610, *pulso Columbano, Lutrense monasterium incepit : ejus curam fortassis circa annum* 620. *Columbino imposuit, nec ipse multo post videtur superfuisse, qui abeunte Columbano dicatur jam provectioris fuisse ætatis.*

VITA AUCTORE ANONYMO,

e Lutrensibus membranis descripta *a Pet. Franc. Chiffletio* Soc. Jesu, *in Luxovio suo nondum edito.*

a

a PROLOGUS AUCTORIS

Qui sanæ mentis advertitur, nec dumque flocci pendere deliberatione comprobatur. Urantæ crementum sedule vicarium oportet felici satis commercio augmentare, quam in superna extricabili prægustare dulcitudinis pistore, remota fluctivæ funditus morula impeditionis, utpote non carne non ambulamus, sed in spiritu, in omnibus Spiritus fructibus impertitus opellam dare. Quapropter, sed utinam integra secundum sese, suspicione percitus dinosceris immodicæ venerationis haud immerito, Vardolphe, indefatigatis humeris, vigilum vallatus frequentia, per tot solis in Zodiaco reditus, inoffenso articulo cælibatum ferente, mandas, rogas, supplicas, quatenus obedientiam ergo, haud secus ac Monachorum qualiscumque, licet assecla, spiritale opus spiritali tentare debeam initiatione. Ad quod ego : Sine mora, inquam, pareo; sed marcore inscitiæ vix queo, utputa qui nullo theolatriæ tenore hactenus gradum fixi. Sed e contra, bona, inquies, voluntas tibi si non deerit, caritas, per quam omnia bona efficaciam inveniunt, pium cœptum sine dubio perducit ad effectum.

a *In MS. hic Prologus prior dicebatur*, posterior *vero omne id quod cap. 1 et 2, complexi sumus. Belfortius utrumque omiserat, ista præfatus.* Erga stylum solito more nos habuimus, prologo obscuro, vixque penetrabili prorsus omisso : cujus tamen si genuinum sensum assequimur, hoc potissimum dicit, se cælibatum fere item a venerabili Werdolfo rogatum, ut haud aliter quam monachorum qualiscumque assecla obedientiam imitaretur.

CAPUT I.

Variarum urbium Galliæ Patroni.

Cum omnium Sanctorum merita veneranda jure meritoque beata Mater Ecclesia per totum orbem longe lateque diffusa spiritali tripudio veneretur et exornet, specialiter tamen atque viritim gratulatur sese certis in locis singulos, et quasi proprios possidere patronos; ut foris domique protecta, protectione lætata, æternæ festivitatis gaudia illæsa mereatur expectare promissa. Quanquam Europæ incolæ, veluti boni agricolæ vineam Domini pastinantes, ditissima se gaudeant fertilitate exuberare, ac pene præ omnibus operariis Evangelicæ sationis fruge divina se sentiant affatim fœcundatos; præcipue tamen Gallarum proceres, ac si paradisicolæ non inertes, lætabili acervo rosarum atque liliorum, id est, candidatorum Christi Martyrum, ac felicium in pace decedentium Abbatorum, divinitati gratificant se esse non inopes. Neque enim solummodo gloriantur se sortiri Dominici gregis ductores in civitatibus muratis, et *a* archisteriis Episcopalibus, nec non castellis turribus præmunitis; verum etiam in eremi vastissimæ cellulis, simul et tuguriolis pertinis, centupla proportione locupletioribus aulis Imperialibus, glebas lucidissimas Sanctorum, huic mundo nequam crucifixorum, spe felici virides, et Spiritus sancti irrigatione connexiles superba devotione se repagulatas habere tripudiant. Nec immerito : scriptum est enim, Quoniam diligentibus Dominum omnia cooperantur in bonum. Et alibi : Ego diligentes me diligo.

Sancti, q[illegible] variis locis coluntur in Gallia

a

Rom. 8, 28
Prov. 8, 17

3 Numquid sine maximæ cumulo lætitiæ commemorem totius Galliæ Apostolum, pretiosum *b* Dionysium, ejusque commanipulares, Rusticum et Eleutherium, qui primi pro veræ fidei fundamine, in sanguine Agni rubricati, proprio cruore Occidentales consecravere limites, Parisiacum possidere cothurnum? Et ut plures Dominicarum ovium arietes dignitatis gratia prætereaam, quid non Turonum populositas gaudii, et exultationis in *c* Martino obtinet, cujus celebri virtutis, imo et miraculorum præcellentia omnia orbis clamata sine æquiparatione jamdudum præcelluisse dignoscitur? Quid quod Pictavorum turrita sedes magnificum virum *d* Hilarium promeruit Episcopum? Non minori lætitia Lemovicenses plauditant cives, qui sacratissimum Christi filium inauratum tenent, *e* Martialem Episcopum, et consanguineum beatissimi Principis Apostolorum. Nunquidnam Bituricas Aquitanorum Metropolis jactitat, extollit, imo et se injuria exultat de præstantissimi Pontificis *f* Sulpitii beata præsentia? Non injuria quidem. Enimvero Dominicæ Crucis speciale Capitolium, Aureliani civitas Augustalis, de pignorum custodia beatorum Patrum *g* Aniani atque *h* Evurtii lepidula caput supra vicinas urbes extollere visitur. Nunc lætius omnibus memoriæ occurrit, quod in parochia

b
Parisius.
c [illegible]
[illegible]
d
Lemovices
e
[illegible]
f
Bituric
g h
Aurelian

[illegible] supradictæ urbis, locus nobilissimus Floriacus, et situ ipso æque venerandus, in ipso modo mundi vespere, est mira Omnipotentis dignatione inæstimabiliter fultus. Nuper namque jussu divino, atque ammonitu Angelico, felix cœlestem promeruit thesaurum, id est, beatissimum Patrem atque Monarcham *i* Benedictum, qui benedictus sit in cœlo et in terra, simulque sororem ejus sanctam *k* Scholasticam. Ibi quippe gymnasium invenitur spiritale monachorum, atque inexpugnabile semper patens azylum miseris, atque post multa tempora mundo et concupiscentiis ejus abrenuntiantibus, [illegible] in palæstra paternæ disciplinæ sese ibidem exercitantes, et propter timores nocturnos semper armati incedentes, diabolicas acies viriliter cuneati infringunt: nec tamen, ut vulgo solet, post victoriam dimicare desistunt, verum dum fidelis est, incessanter pugnant, incessanter triumphant.

4 Nonne et Lugdunensium celsissima mœnia [illegible] vertice sidera tangit, exceptis nullenis Martyribus, de primo Patre atque Doctore suo *l* Irenæo non immerito exultanter tripudiat? Sed [illegible] Lutetiam [illegible] Remorum excellentiam, [illegible] S. *m* Remigii, signipotentis Episcopi atque Francorum Apostoli, qui si aliis, non aliis tamen Apostolus est, quia ejus merito [illegible] Ecclesia [illegible]. Et quid Suessionicam [illegible] (quod tamen ejus maximum est) [illegible] Sebastianum, pene inæquabilem Martyrem, habere potuit [illegible] et egregios martyres *o* Crispinum, et Crispinianum [illegible] Medardi Episcopi [illegible] Nunc vero [illegible] urbem [illegible] Patrum [illegible] videlicet *q* Mansueti primi sui Episcopi, atque B. Petri Apostoli dilecti [illegible] Apri [illegible] Juxta [illegible] Metensem [illegible] urbem [illegible] Apostolorum [illegible] Angelis [illegible] Protulerunt autem [illegible] Patres istos, *s* Clementem, *t* Felicem, *u* Auctorem, *x* Cœlestem, *y* Adelfum, *z* Arnulfum, exceptis [illegible] Domnus [illegible]

5 Congruo [illegible] Treverica [illegible] quæ sicut fortissimam [illegible] tres viros [illegible] fortissimos meruit [illegible] doctrinæ [illegible] Parvum [illegible] late [illegible] patet, [illegible] Treverim, utpote secundam Romam, magnos [illegible] Eucharium scilicet, *bb* Valerium, atque *cc* Maternum [illegible] Treverica [illegible] Apostolorum [illegible] Maximinum [illegible] Paulinum *ff* [illegible] Agricium, Nicetium, *hh* Leotarium [illegible] cœlestis [illegible] perpetualiter [illegible] Argentina [illegible] Strazburg [illegible] Patronos [illegible] Domino [illegible] Florentium, *ll* Amandum, *ll* Justinum, *mm* Arbogastum, *nn* Florentium

tium, et alios nullos, quorum nomina in beati ordinis albo superna illa regia sine fine teneat caraxata. Nunc vero, ut multos Patres necessarios, causa fastidii atque prolixitatis, prætereamus, ad Burgundiones submontanos venire delectat, et si qui scriptu et memoria digni, divina in eis cernitur operata sit, scalpello brevitatis [illegible], et devotis auribus publicare. Est namque [illegible] et quondam Imperatoriæ specialitati satis decentissima, quæ ob fulgorem [illegible] et [illegible] munitionis gyrum, *pp* Phrygia vocabulo Chrysopolis, per multas temporum revolutiones nuncupabatur: cujus etymologium [illegible] Aurelam urbem [illegible] post *qq* casu quodam [illegible] Bisuntia est vocata. Hæc videlicet, [illegible] a Domino respecta, geminos promeruit [illegible] Ferreolum scilicet, atque Ferrucionem Christi corpulentissimos testes, [illegible] se gloriatur palmiferos habere Patronos, et in sanguine Agni dealbatos fidi [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

S. Columbanus Luxovio ejectus.

Jam [illegible] ut qui [illegible] que [illegible] ut his est [illegible] Est [illegible] dam [illegible] Vosagi, saltus, [illegible] plurimum virtutum [illegible] ex plorate.

7 Et [illegible] Sigiberti Regis Francorum, jam [illegible] religion [illegible] Clero, [illegible] refrigesceret, in tantum ut perrarus vana [illegible] dine [illegible] fervens spiritu inveniri posset

Auctore anonymo, ex Mss.

Redemptor mundi Deus et Dominus noster Jesus Christus, diu dolens Ecclesiam suam ob Sacerdotum ac Pontificum desidiam, inscitiamque neglectam, et, ut ita dicam, pene extinctam; ad repellendas multiformes ignaviæ tenebras de Occiduis *b* Hiberniæ partibus splendidissimum radium Gallicis metis emergi præcepit, Beatum videlicet Columbanum, egregium *c* Scottigenarum omnium patriotam. Qui acri studio, veluti bonæ indolis Ephebus, ita cœpit liberalium artium acumina sitibundo pectore haurire, ut quamvis illo in tempore quoquo locorum potissimum florerent exercitia philosophiæ, in omnibus transmarinis eruditoriis nulli pateret secundus. Et quia jam tunc in ipsa exili pube veram disquisivit sapientiam, per mundanarum litterarum solertiam, non potuit lubrica ætatula facile deflecti ad proclivia peccandi, cui tota fuit intentio sine mora discendi. Quid ulterius morer? Omnibus disciplinis, ut diximus, apprime imbutus, dignum jam vas electionis Domini, multis miritorum prærogativis effectus, armarium utriusque testamenti recondidit in archivo mentalis secreti, secundum operationem Spiritus sancti.

S. Columbani patria, eruditio,

8 Cujus magisterio multi nobilium eorumdem finium educati, et in viriles ingenii robur evasi, gratia desuper irrorante superna, intantum eum omnes paterno affectu, atque insolubili divini amoris glutino amplecti cœperunt, quatenus per caritatem Spiritus sancti, quæ illis exuberavit, vicatim sancta conspiratione secum deliberarent, ut quidquid divina voluntas de Præceptore suo agere decerneret, secundum cor unum et animam unam comites individui affecti, domi forisque, pace belloque, una agerent, nulliusque rei absque solius mortis evenire posse dissidium. Quorum nomina aliquantorum, et liber de vita ejus sanctissima editus satis prodit, et loca, quæ illos meruere provisores, divina veneratione frequentant. Præcipuos tamen, et præ cæteris sibi familiares novimus istos, Columbanum *d* æquivocum suum, et geminos uterinos fratres *e* Gallum, atque Deicolum.

discipuli,

9 Cumque vir Domini Columbanus regia munificentia in regno Burgundionum manendi conversandique optionem libere indeptus fuisset, aliquantisper theoricam vitam gliscens, eremi vastitate una cum paucis conviatoribus inclusus; non post multum temporis nutu ammonitus divino, ad instar primitivæ Ecclesiæ cœnobialem maluit vitam eligere, quam propriæ voluntati obedire. Et ad augendum gregem Domini plus cupidus, quam suæ solius salvationi consulere contentus, veluti non enervis miles Christi, ad construendum ovile Domini, in loco, qui Luxovium exin nomen ademit, succinctus cuculla, *f* non cucullo, omnimodis nisum dedit. Cumque Pater venerandus, totus in Dei voluntate suspensus, peractis divinæ scholæ officiis, quotidie verbis de cœlo pluviam spiritalem cordibus fratrum infunderet, ut pote divino imbre refertus, quippe cui nihil deerat de gratia spiritali, non minimam Dominicæ seminationis frugem horreis cælestibus non mali censura coadunavit: adeoque acervus spiritualium excrevit manipulorum, ut inter breve spatium trecenteni, et eo amplius monachi, fide loricati, spe galeati, caritate clypeati, apud præfatum monasterium, divinum agerent bellum; ac si quidam cuneus Angelicus adversus hujus aeris nequissimos spiritus conglobatus.

monasterium,

10 Hujus autem Angelicæ conversationis novitatem antiquus cetus non leniter ferens, qui semper per suos mysterium operatur iniquitatis, sicut quondam Achab et Jesabel contra Eliam, ita *g* Theodoricum Regem, et Brunichildem Reginam ad persequendum omnipotentis Dei famulum invidiæ intolerabilis face succendit, et Burgundionum regnum (proh nefas!) eliminare fecit. Sed cum vir tantus, cui totus mundus substratus est, invidiæ locum dare decrevisset (nam caussam discessionis ejus libellus vitæ ejus veraciter contestatur) *h* Eustasio viro probatissimo, paterni nominis simulque officii locum tradidit, et vicarium sibi ad fovendum gregem Domini substituit. Ipse vero cum paucis, qui cum eo pro Christo peregrinationem acceperant, plenus ora lacrymis, prævio Christo, ad alia tetendit loca.

profectio in Italiam

11 Inter quos etiam venerandi Fratres Gallus atque Deicolus, quorum et superius vocabula caraxavimus, Patris sui vestigia prosequentes, dispendium propositi itineris uterque volens nolens divino judicio perpessus: quorum Gallus, ut *i* anastrophon locorum caussa sequentium faciam, institutorem suum usque ad Apennina juga, Italiam cingunt, cursu peragili sequitans, ob multorum salutem, sicut hæc dies probat, subito febre invaditur, languore nimio arctatur, adeo ut nec passum quidem in ante perficere valuisset: tunc quantulis nisibus potuit, plantis provolutus paternis, humiliter officium excusat peragendi. Vir autem Domini Columbanus, ut erat animi vigore pervalido, zelo in discipulum severiter ductus, gravi satis illum invectione percelluit, atque hujusmodi obedientia innodavit: Subsiste, inquit, recuba fessus. Quare Patrem tuum (fili carissime) deseris? hæccine est caritas, illa, qua te diligenti cura ab ipsis cunabulis nutrivi, et artium subtilitate liberalium ad purum instruxi, insuper et Angelicæ conversationis perfectione composui? Nunc autem, quia tristem me valde tuo reddis abscessu, et pæne humano destitutum solatio relinquis, vide ut quamdiu ego Sole volubili fruar, tu ad sacra mysteria celebranda accedere nequaquam præsumas. Quo dicto in oscula ruunt, lacrymis utrimque uberrime manant, sicque inter gaudium et luctum, vale ultimum tandem sibi vicissim fecerunt; Magister pius naviter Italiam petens, discipulus æger relictus, brevi temporis interstitio pristinis est viribus restitutus. Nec casu quoque fortuito credendum est, illam ipsam evenisse invalitudinem: sed rerum dispositrix Divinitas, ex occasione infirmitatis retinuit eum, ob medendis multorum ægritudinibus: et quia barbaricæ facundiæ notitiam habebat non minimam, Alamannorum Suevorumque cervicositati præpotens archiater a Domino est destinatus. Cujus si quem juvat doctrinæ atque conversationis egregiæ, nec ne et miraculorum insignium, quæ per illum Dominus satis superque operatus est, efficientiam vestigare, libellus de vita ejus fulguranti lepore compositus in promptu habetur, in quo facile liquet in omnibus quæ Dei sunt, nulli præcedentium minorem post Apostolos existere Patrum. Et adde, quod veritas ipsa testatur, quia quamdiu signifer volvitur, ejus inclyta merita non solum apud Alamannos, quibus a Deo delegatus est patronus, laudabiliter vigent; sed (quod majus est) quia ubicumque Columbani meritum libratur, Galli quoque non minus habetur.

S. Galli febris, discessus. Apostolatus ejus ad Suevos.

a Sigebertus *hic Clotarii I, filius fuit, Austrasiæ Rex, anno regni* 14, *Christi* 575 *a sicariis interfectus, quos* Fredegundis *Chilperici fratris pellex immiserat. Vidua ejus* Brunechildis (*quod nomen* fuscam Heroida *sonat*, bruyne hilt) *miras deinde concitavit tragœdias per annos fere* 40. *Sub* Sigeberto *in Gallias ex Hibernia venit* S. Columbanus *cum* 12 *sociis, natus annos* 20, *ut in ejus vita* 21 *Novemb. scribit Jonas Abbas.*

b *Ita Jonas:* Columbanus igitur, qui et Columba, ortus est in Hibernia insula.

c *Jonas:* Hanc (*Hiberniam*) *insulam* Scotorum gens incolit: *et paulo post:* Natus ergo hic inter primordia fidei gentis illius est.

d *Ita infra* Columbinus *dicitur, refertur que in quibusdam Martyrologiis* 21, *in aliis* 22 *Novemb.*

e S. Galli *vitam dabimus* 16 *Octobr.*

f *Quid enim interest inter* cucullam *et* cucullum? *De forma cuculli monachilis ac mystica significatione diximus* 5 *Januar. cum de* S. Simeonis Stylitæ *reliquiis ageremus, littera* e.

g Theodoricus *et* Theodebertus, *Childeberto patri, Austrasiæ et post* S. Guntramni *avunculi Burgundiæ Regi, anno* 596 *successere, sub Brunechildis aviæ tutela, qua agente et Clotarium Chilperici filium et se invicem perpetuis armis infestavere. Theodebertus prælio a fratre victus a suis Coloniæ interemptus anno* 612, *sequente anno mortuus est* Theodoricus.

h *Colitur* S. Eustasius 29 *Martii.*

i ἀναστροφὴ inversio *est, cum quod posterius est, prius dicitur. Ita hic* S. Deicolus *in Gallia remansit, at* S. Gallus *diu post febri correptus in Helvetia, cum inde in Italiam* S. Columbanus *tenderet: hoc tamen prius Auctor narrat.*

CAPUT

CAPUT III.

S. Deicoli Luthram adventus.

Sed quia huc usque, honestate suadente, ad declaranda quæ in tantum, per multa vagati sumus, nunc ordo rationis, ratioque ordinis examussim poscit, ut et de B. Deicolo aliqua, quæ per illum Dominus egit, qualicumque stylo, (prout posse nostrum postulat) Christo opitulante elucubrare debeamus. a Cum beatissimus monarches, atque auriga Domini Columbanus b de cœnobio Luxoviensium fuisset exturbatus, peregrinationem quam Evangelicæ obedientiæ suscepit, ad augendum opus divinum, nihil metuens ... Italiam properans ...

...

mora; provolutus genibus Patris, licentiam ...

...

mansit.

...

paullatim egerens, subito fideli famulo suo largam ...

...

sus inquirere cœpit, quisnam esset, aut unde venisset, quidve voti habuisset, quod in tam vasta eremo, sine ductore vel comitatore incedere voluisset. Cui vir Dei blando affamine respondit: Ne paveas frater, peregrinus sum et monachicum propositum gero. Vellem autem, si tuo sedisset animo, quatenus propter caritatem ostendere mihi debuisses ... si in vicinia aliquis locus humanæ sit conversationi proficuus. Cui porcarius ait: Nescio quidem in ista parte locum habitabilem, nisi haud longe hinc quendam, qui Luthra vocatur, palustrem, et fontibus satis creberrimis irriguum, situm in prædio cujusdam præpotentis vassalli c, nomine d Weifharii. Cui vir sanctus: Potesne, inquit, mi frater, ducatum præbere, ut possim locum ipsum videre? At ille respondit: Possem utique aliquo modo, sed gregem ... absque prævisore dimittere ...

...

constituo custodem vicarium, ut in redeundo cognos...

...

CAPUT IV.

Injuriæ Deicolo illatæ, vindicatæ.

Vir ... divino semper operi indefessus inst...

...

...necdum alicui intrandi aditum præbuit,

...

Auctore anonymo, ex MSS.

Malum ei minatur Sacerdos.

Presbyter adjecit : Latitat quidem in ista silvula monachus quidam peregrinus, qui nescio quibus incantationibus utitur, et mediis noctibus orationis gratia huc frequenter venire solitus, januas diligenter obfirmatas dicto citius reserat, et intus orationibus vacat. Testor Deum cœli et terræ, quia si posthac illum in ecclesia nostra invenero, dignis verberibus affectam, rejiciam injuriatum. Cui astantes consulte dixerunt : Patientiam interim habe, quoad dominus noster veniat, et per se veritatem discutiat. Et si ex Deo est talis virtus, non possumus prohibere eum; sin autem aliter, ut unum decet impostorem, de finibus nostris eliminemus eum. Ecce, qui omnipotenti Deo devote adhærent, quomodo elementis imperant, nec resistunt. Ille qui post resurrectionem suam clausis januis ad discipulos intravit, ipse famulo suo Deicolo clausa ostia aperiri fecit.

Malevoli eas spinis obstruunt — *frustra*

18 *b* Beatus vero Deicolus die noctuque divinæ præsentiæ strenue supplicans, minas hominum minime verens, (quippe qui custodia semper erat septus Angelica) more solito ecclesiam intrabat : quoadusque Presbyter cum officialibus acriter illum insequeretur. Sed cum Deus omnipotens servum suum a manibus impiorum servaret innocuum; fraudulenti malitia iterum adducti, *c* fenestras ecclesiæ aperuerunt; januas autem patefactas, maxima congerie veprium, spinarum, ac tribulorum, postes, ac liminaria usque ad summum obstruxerunt, dicentes : Fortassis si monachus ille .modo conatur ingredi, absque signo non evadet infortunii. Sed quia nec sapientia, nec prudentia, nec concilium potest esse contra Deum, malevolentia illa virum Dei nihil nocuit . verum quotiens ille commodum duxit, potenter intravit.

Waifarius eum castrari mandat.

19 Qua de re viri stolidissimi ultra modum stomachati, legationem quæstuosam domino suo, qui tum temporis in *d* alodo sua manebat, in loco, qui dicitur Villa Callonis, transmiserunt, dicentes : Placet tibi domine, ut monachus quidam capellolam tuam sibi vendicet in oratorium, nec ullus eum ejicere possit? his auditis Waifharius, furore præcipiti arreptus, crudelem nimis sententiam in virum Dei sanxit, dicens : Ite cum festinatione, et si quis illum fidelium meorum capere possit, sine audientia castretur. Vix ille mandatum dedit, una eademque hora laqueum, quem servo Dei injuste paravit, justo Dei judicio miser ille miserabiliter incidit. Nam idem membrum, quod famulo Dei præcidi jussit, mox illi in tumorem versum est, ita ut omnia viscera ejus in eumdem locum violenter insiderent, mortemque vicinam pararent. Cumque vehementi dolore vexari videretur, uxor ejus Bertildis nomine, memor sententiæ, quam viro Dei temere imposuit, cum luctu gravi illum ammonuit, dicens : Certe credo, quia propter illum peregrinum, quem sine caussa castrari jussisti, dolor ipse retorsus est in te. Mittam ego velocius, et accersiam illum, si forte per orationes ejus dolor tantus effugetur a te. Sed quia nihil sit in terra sine caussa, antequam nuntii ad virum Dei pervenirent, isdem Waifharius morti subactus finem vivendi fecit.

ea luitur pœnas

20 *e* Quibus auditis B. Deicolus, non injuriam irreligiosi Militis, sed fidem devotæ mulieris inspiciens, pedetentim iter arripuit. Cumque ad locum venisset, religiosa femina jam vidua effecta, maximo cum honore sicut tantum Patrem decuit suscepit. Ipse vero utpote de itinere lassus, antequam sessum pergeret, *f* birrum suum, quem Græci *g* amphiballum vocant, deponere voluit refrigerandi gratia. Quod servitores quamplurimi, qui aderant, videntes, undique accurrerunt, ut viri Dei vestimentum diligenter mitterent in salvum. Quibus ille : Non ita erit, inquit, filioli; nam ego servitorem invenio, qui vestimentum mihi fideliter servet. Peregrinus cum pro Christo; quidquid de servo suo illi placeat, faciat. Mira res atque stupenda! vir venerandus aspiciens *h* radium solis per fenestram domus, ad instar trabis clare ingredientem (quod nihil aliud est, juxta definitionem Philosophorum, nisi crassitudo aeris, et illustratio solis) accessit, et vestimentum superposuit. Ibi quippe ferme duarum aut trium horarum spatium absque terreno sustentaculo pependit, et virum Dei expectavit, quando se reinduere vellet. Ad hoc miraculum stupefacti qui aderant, gloriam Deo dederunt, qui sic famulum suum inaudito more dignatus est honorificare.

Vestimentum radio Solis suspendit.

a *In MS quoque incipiebat hic caput 4, tit* Ubi januæ ecclesiæ ultro beato viro patuerunt.

b *In MS. cap. 5, tit.* Ubi a Weifhario dehonestari jubetur.

c *Petrus de Natal. hanc narrationem mutat et confundit :* Et dum hæc crebro fierent, *inquit*, Presbyter ecclesiæ illius invidia motus, hæc patrono, nomine Versario, nuntiavit : de cujus licentia cum suis ordinavit, ut dum monachus ille per noctem ecclesiam introisset, ipse eum insecutus cum illis occideret. Dum igitur horam observasset, et ad Sancti interitum festinaret, veniens ad ecclesiam, januas et fenestras spinis et rubis obstructas invenit; et sic intrare non valens, virum Dei dimisit. Quod audiens Versarius, et hoc magicis artibus attribuens, mandavit suis ut ubicumque monachus reperiretur, sibi genitalia præciderentur.

d *Vinc. et Belfort.* in allodio suo. *Est* allodium *prædium, seu quævis possessio libera jurisque proprii, et non in feudum clientelari onere accepta. Pro* Villa Callonis, *apud Menardum est* Villa Caldius.

e *In MS. cap. 6, tit* Ubi birrum suum super solis radium suspendit, et insigne miraculum fecit

f Birrus *genus est vestis, quidam* chlamydem · lacernam *vertunt alii, Petrus de Nat.* cappam. *De* birro, *sive* byrrho, *fuse agit Rosweydus noster in Onomastico ad Vitas PP. Laurentius Landtmeter de vetere Clerico lib 1, cap. 12. Salmasius in Carinum Vopisci*

g *Alibi* amphibalum *pro veste sacerdotali accipitur, ab* ἀμφιβάλλω circumpono, induo, circumplector.

h *Ita vestes de radiis solaribus suspenderunt. S. Goar Presbyter 6 Julii. S Florentius Episcopus Argentinensis 7 Novemb. S. Amabilis Presbyter 19 Octob. alii*

CAPUT V.

Luthrense monasterium ædificatum, dotatum.

Luthram a Bertilde accipit

Videns autem venerabilis femina tam evidens miraculum per servum Dei fieri, pedibus ejus provoluta, cœpit luctum geminare, et magnis vocibus virum Dei appellare, dicens . Serve Dei summi, miserere famuli tui senioris mei, quia in te ignoranter peccavit, et sic eum ultio divina vivere amplius non permisit. Nunc autem plus doleo super peccatum ejus, ne apud inferos crucietur, quam de morte ejus temporali, qua infeliciter sum orbata. Quapropter Pater et domine mi, pietati tuæ terra tenus supplico, quatenus apud Deum omnipotentem, cujus verus servus esse comprobatis, pio voto pro illius animæ absolutione intercedere digneris, *a* ne vitæ æternæ expers efficiatur. Et qualecumque sit prædium nostrum apud Vivarium, et ipsum locum, in quo S. Martini ecclesia est constructa, cum omnibus appendiciis suis, insuper et istam villam cum omnibus ad se pertinentibus, paternitati tuæ libens trado, jure perpetuo possidendum. Cui ille respondit : Noli timere, credo Deo meo, quia propter fidem tuam non solum *b* liberabitur anima ejus de manu inferi, sed etiam in proximo potietur gaudio Paradisi, quia in te video Apostoli sententiam veraciter impletam, qua dicit : Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Sicque vir Deo plenus, per insigne miraculum, quod patravit, multorum animos ad amorem religionis convertit.

1 Cor 7, 14

circumlustrat

22 *c* Cumque vir sanctus futura per spiritum prævidens, nominata prædia manu potestativa in multorum præsentia susciperet, cum maxima fidelium turma regreditur Luthra · cumque diutissime solus locum ipsum lustraret, tandem intravit quo nunc requiescit. Ibi quippe se in orationem dedit, atque donorum largitori gratias egit; et post hæc ait : Hæc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam. Quod audientes circumcirca fideles, visitandi gratia servum Dei adierunt, et copiosis donariis illum ditaverunt. Ipse vero maximo studio nisum

ipsum dedit, qualiter eumdem locum ad sacræ religionis usum efficeret aptum. Tantam autem prosperitatem divina illi largitas præstitit, quatenus ibidem parva intercapedine duo oratoria formoso opere perageret, unum in honore beatissimi Principis Apostolorum, aliud vero in honore doctoris gentium.

23 Quibus patratis, cœperunt undique religiosi viri ad tanti Patris magisterium confluere, et colla sua suavi jugo Domini devote summittere: et factus est locus ille, secundum voluntatem Domini, paradisus in sacrorum, qui hactenus patuit latibula latronum. Et ut totum dicam, videres ibi evidenter Isaiam impleri prophetiam, quæ dicit: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami et junci. Sed quia Propheta metonymice loquebatur, calamum ponens pro eo quod per calamum fit, id est, scripturam; per calamum scriptura sacra intelligatur, per juncum autem spes, et lætitia ... designatur. Quid vir sanctus una cum fratribus et discipulis suis ageret, nisi ut sacri eloquia meditando, legendo, prædicando compleret? Ergo secundum perfectionem disciplinæ Domini qua ille ... [illegible]

[illegible]

24 ... [illegible]

[illegible]

25 ... [illegible]

[illegible]

ista vicinia pertinebant, sive in silvis, vel ... [illegible]

[illegible]

mum juris mei dicuntur, libera traditione, ut Patri dignissimo, liberaliter trado. His ita firmatis, vidente Rege et cunctis qui aderant, viri Dei jussione aper absque ullius læsione consueta cum impetu petiit lustra. Sicque devotus Rex benedictione Patris devote percepta, cum gaudio remeavit ad propria.

[illegible] ... *suas omnes* ... [illegible]

b ... *damnaticum* ... [illegible] ... *sufficeret*.

c *In MS. cap. 7 tit.* ... in proprium accepit, et monasterium struxit.

d *In MS. cap. 8* ... apud virum Dei ... et de adventu Clotarii Regis.

e ... *anno* 684 ... *in* 613 ... [illegible]

CAPUT VI.

Deicoli obitus. Lutræ castatio.

a**H**is ... peractis cœpit vir Domini anxie apud semet ipsum meditari qualiter locum, quem illi Deus omnipotens in peregrinatione sua donare dignum duxit ... Principi ... et nequaquam ... [illegible]

[illegible]

... Imper ... [illegible]

... M ... pignoribus ... [illegible]

27 ... [illegible]

AUCTORE ANONYMO EX MSS.

Columbinum Abbatem constituit

lum suum, nomine Columbinum, quem et de sacro fonte levavit, et per semetipsum instituit, de cujus vita, et moribus valde erat securus, cum electione Fratrum, in locum suum Abbatem constituit, atque regimen animarum commisit. Quo ordinato, ipse ad secretiorem atque arctiorem vitam anhelans, seorsum sibi oratoriolum parvum construxit, et in nomine summæ Trinitatis consecrari fecit . et qui hactenus cum Martha satagebat circa frequens Domini ministerium, jam posthac cum Maria secus pedes Domini sedere, et verbum ejus intente audire decrevit. Sicque vir sanctus quia in practica, id est, activa vita, pro Domino fideliter desudavit, graduali ordine ad theoricam, id est, contemplativam vitam digne conscendit : non jam sicut prius de multis sollicitus, sed unum, quod necessarium est, cum Psalmista quærens, et dicens : Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ : et quia sibi optimam partem elegit. non auferetur ab eo in æternum.

Psal. 26. 4

28 Postquam autem vir venerandus, jam ætate provectus, multimodis meritis plenus, cælibatum finivit in terris, de ergastulo carnis lætus egrediens, civium supernorum frequentiis circumseptus, in cœlestibus est collocatus mansionibus. Obiit autem egregius Pater die quinto decimo Kalendarum Februariarum; in quo solet Phœbus tropicum Capricorni exire, et primam partem Aquarii per Zodiacum circulum præterire. Sed hora illa, qua ejus felix appropinquavit decessus, Columbinum Abbatem cum Fratribus accersivit : et commonens de omnibus quæ Dei sunt, et ut pacem et caritatem in invicem servarent. Cumque nostræ redemptionis viaticum percepisset, osculum dedit Fratribus; et vale dicens omnibus, inter ipsa verba orationis et laudis, lætissimam animam reddidit cœlis. Sepultus vero est in oratorio, quod ipse sibi construxit, et in quo annis multis Angelica vita vixit. Ibi quippe ejus sacra lipsana in pace tumulata sunt, gloriamque resurrectionis ibi expectant, quousque Dominus revertatur a nuptiis, et mors absorbeatur in victoria; ut in conventu omnium electorum cum Christo appareat in gloria.

Eucharistia sumpta pie moritur

29 c Postquam venerabilis Pater Deicolus orbe decessit, et vitæ æternæ pascua feliciter intravit; B. Columbinus in omnibus operam dedit, qualiter una cum Fratribus suis paterna vestigia inerrato sequi potuisset. Dedit autem Dominus per merita servi sui Deicoli eidem loco talem profectum, ut multi nobilium atque potentum, relicto vertiginis spiritu sæcularis, cum omnibus quæ habere poterant, monachicam disciplinam eligerent, et monasterium satis ditarent; ipsi quoque sacræ subjacerent *d* rubricæ.

Floret Lutrense cœnobium

30 Cumque ibidem spiritualis schola vigeret per multa annorum curricula, subito orta est tempestas lacrymabilis, cujus immanitatem pene sensit totus orbis. Gens quippe *e* Hungrorum ferocissima, cujus rabiem per sæculum clamant urbium mœnia diruta, ecclesiarum, ædificia consumpta, ultione divina ad affiiciendam Ecclesiam, quæ falsis Christianis exuberavit, ideoque Dominum in multis exacerbavit, numerosis pugnatorum copiis erupit : et veluti aterrima bellua, quæcumque invasit, dentibus suis comminuit, cetera vero pedibus conculcavit. Cumque Burgundionum regnum exercitus invaderet copiosus, omnesque indigenæ a minimo usque ad maximum per juga montium, per anfractus vallium, per prærupta scopulorum, vivendi cupiditate latitassent, contigit, ut viri diabolici monasterium intrarent B. Deicoli : quo]cum diligenter fuissent perscrutati, et neminem reperirent, omnia secundum solitam dementiam igni tradere decernentes, absque duobus Apostolorum oratoriis, divina clementia, eorum profana adnihilavit molimina. Ad sepulchrum vero S. Deicoli dum furibundi accedere conarentur, ita sunt divino timore perculsi, ut æstimarent se sub celeritate periclitari. Tandem egredientes, concremare tanti Patris pausatorium studentes, superna eis repugnante potentia, ne unam quidem tegulam præurere valuerunt. Tunc insaniæ naturali furorem adjicientes, oratorium stramine ad summum usque repleverunt, et focum pervalidum supposuerunt, ut voluntatem suam malignam satiarent. Mira virtus! Quanto magis conati sunt, tanto stramina focum magis spreverunt. Quod videntes homines iniqui, pavefacti foras fugerunt, et ad alia loca devastanda tetenderunt. Ecce quomodo Domini clementia contra insensatos pugnavit, et famuli sui tumbam intemeratam servavit. Tunc liquido patuit, qualis vir esset, qui locum illum in hæreditatem a Domino promeruisset.

Hungari Gallias incurrunt

Sepulchrum S. Deicoli comburere nequeunt

a *In MS. cap.* 9 Ubi Romam adiit, et locum suum S. Petro delegavit.

b *In MS. cap.* 10, *tit.* Ubi Columbinum Abbatem constituit, et de ejus obitu.

c *In MS. cap.* 11. Ubi Hungari locum ejus invaserunt, nec ejus oratorium incendere valuerunt

d Rubrica *proprie est terra rubra, hic pro* regula *sumitur, nam et fabri lignarii rubricæ aut certæ amussim affricant, eaque signum imprimunt, ad dirigendam deinde sectionem.*

e *Parachronismus hic est nam quæ post narrantur de* Waldrada *Lotarii II, pellice, ea prius acciderunt, cum* Latharius *anno* 869 *obierit; Hungari sub Ludovico Arnulphi filio Germaniæ Rege, qui anno* 911 *decessit, Germaniam primum incursarint ac demum anno Christi* 919 Italiam partemque Franciæ, regnum scilicet Lotharii, deprædati sint, (*ut scribit Flodoardus in Chronico*) *et aliquoties postea.*

CAPUT VII.

Bonorum Ecclesiæ invasores puniti.

a Cumque viri barbarici omni fera crudeliores, totam pene Galliam atque Germaniam partim ferro, partim incendio consumpsissent; nullusque Christianus existeret, qui illis occurreret, contumque minaretur, infelices impunitate sui lætati in sua sunt reversi, multis opibus onerati. Lamentabile dictu! Videres in locis sanctis, ubi antehac monachorum floruit religio, Clericorum militavit devotio, urticas, sentes, atque omnigena arbusta, ac si in solitudine, succrescere; et quia pauci habitatores remanserunt, in solitudinem agri ubique redacti sunt. Cumque et locus B. Deicoli, tanti persensisset infortunium dispendii, et jam nec monachus ibi, nec Clericus haberetur, Comes quidam bellipotens, de Alsatiæ partibus, nomine Eberhardus, qui regnum Burgundionum frequentare erat solitus, potenter locum illum invasit, et hæreditatem sibi nefario vendicavit Et quia non inventus est illi qui obstitisset, omni tempore, quo post advixit, manu tyrannica contra fas retinuit. Heu, proh dolor! beatus Domini Confessor Deicolus numquam cogitavit Comites habere loci sui hæredes, sed monachos Deo amabiles : nec unquam studuit caballos, aut canes venaticos pascere, sed pauperes et perigrinos colligere. O mira Dei patientia! Esto : numquid tacens semper tacebo? dicit Dominus. Nequaquam

Lutrense monasterium desolatum invadit Eberhardus

32 Eodem vero Comite in tanta mentis obstinantia vita decente, filius ejus, Hugo nomine, qui et ipse jam Comes effectus fuit, omnia quæ patris sui esse videbantur, sive jure, sive injuria, potestative invasit, tenaciterque sibi aduncavit : interque omnia, et locum sancti Patris Deicoli. Qui cum masculæ prolis fortitudine in omnibus propemodum regnis famosus haberetur, et in multis negotiis, ac si miles castrensis, invictus existeret, aliquamdiu impune potitus est prædio S. Deicoli. Cumque sacer locus diatim sæcularibus esset occupatus sordibus, quadam vice dum tres filii ejus fessi, ac vespertini in eumdem devenissent locum, peractis omnibus quæ ad manum necessaria erant, sani atque incolumes incaute se prope beati Patris sepulchrum collocaverunt. Et quia gloriam Deo, nec Sancto suo Deicolo honorem dederunt impune eis (Deo gratias) non cessit. Cuinam amplius parcam?

Item Hugo ejus filius

parcam? Sed quia veritas odium parit, mei autem propositi est, personam non respicere, qui gratum, dicat gratum, qui ingratum, ingratum: ego vero viam regiam tenens, nec favorem populi spectans, nec mercedulam alicujus recuili sperans, a dextris, et a sinistris secundum Apostolum tendens, veritatem non silere [illegible]. Nonne [illegible] qui Martyrum numero censentur pro veritate sunt prostrati in morte? Quoniam autem veritas Christus est, ipsum testor, omnesque sequaces ejus. Eadem nocte tres filii ejus, quorum primogenitus Eberhardus erat, secundus Hugo, tertius Guntramnus habebatur, cum post diluculum somno evigilassent ad exercitium venandi, semetipsos invenerunt dissimiles sibi. Videres certe viros Consulares, [illegible] contractos et imbecilles, ut putares eos genuino more omnium membrorum impotes, et totius valetudinis exsortes [illegible] ad laudem Jesu Christi et Sancti sui, [illegible] pœnitentiam et reatus confessionem palpitabant, membra cetera [illegible] manus [illegible] pedes vero nihil, [illegible]

33. [illegible]

34. [illegible]

tricaverant, quatenus eorum nullus se subtraheret, quin in proximo, sæculo funditus abrenuntiaret, ac beatissimi Patris Benedicti regulæ, tonsura, habitu, professione, obedientialiter se subderet, et ejusdem loci stabilitatem fine tenus custodiret. Qua pactione peracta, iterum iterumque juramento terribili firmitudinem super sanctum Patrem fecerunt, ne ab illa die et usquequo cœlum volvitur, locum ipsum et omnia quæ subjacent illi, vel ipsi pro hæreditate caperent possidere, vel quispiam [illegible] de parentela eorum successione habiturus esset, vel quantum est pedis spatium, jure hæreditario possidendum. Et facta stipulatione coram multis, regressi sunt [illegible] cum lætitia non modica.

[illegible]

CAPUT VIII.

Lutra regiæ pellici addicta : ab hac aliis.

Sed quia [illegible] Eberhardi, Comites, et filii ejus, [illegible]

35. [illegible]

36. [illegible]

Auctore anonymo ex mss.

Reginam in præsentiam Regis vocavit, et in Christo reconciliavit, et Reginæ dexteram, Regis dextræ reddidit, atque terribili anathemate illum obstrinxit, ut secundum Apostolum sicut Christus Ecclesiam, ita et ipse diligeret amodo uxorem suam. *(Ephes 5. 25)*

37 Quo peracto Rex Galliam regreditur : Regina autem, sicuti femineum iter exigit, protractius viam carpit; adeo ut illam Rex nunc duobus, nunc uno die præcederet. At præfata magna audiens, quia Rex Ecclesiastico tenore reconciliatus esset Reginæ, colubrino sibilo Regem absens aggreditur denuo. Cumque jam superato monte Pardorum, quadam nocte Rex hospitaretur apud *f* Castrum S. Domnini, præfatæ lupæ Missatici, Noto agiliores supervenere, vestimenta ejus prostibularia Regis oculis inferentes. Quibus inspectis, ita furoris et invidiæ ignibus in Reginam confestim exarsit, ut inrevocabili censura secum deliberaret, non ante repatriare, quam illam videret decapitari. Sed prævenit ejus voluntatem divina severitas, atque dispositionis ejus justissima æquitas : nam cum in crastinum hospitio moveret incolumis, priusquam cibi aliquid attingeret, ita cum suis omnibus subita aura contagiatus atque plagatus est, ut de tanta multitudine nec inventus sit unus, cui remaneret cutis aut pilus. Tandem reatum cognoscentes, Placentinam urbem moribundi subintrant. Ibi quippe miserabilis Rex, cum suis omnibus sine redemptionis viatico vitam finivit; exceptis, quodam Clerico, et servitore morbido, qui veritatem rei vix nuntiarent evasi. Quis apud semetipsum constitutus, non videat hanc evidentem ultionem per merita S. Deicoli fuisse exertam? Cumque devota Regina ad memoratam urbem perveniret, et tantam stragem mortuorum lacrymolenta videret, Christum Domini, seniorem suum, tumulari fecit; ceteros vero (prout facultas dedit) subterrari jussit; et posthæc in pace repatriavit.

(f — ad vomitum reversus, divinitus punitur.)

38 Audiens autem Walderata, femina nequissima, omnia quæ acciderant in via Romana, timore venerabilis Reginæ plus territa, quam proprii sceleris reatu compuncta, (quippe quæ de Christianitate quicquam præter solum vocabulum habuit) fuga potius, quam voluntate lapsa, Deum quærere simulavit; monasteriumque *g* S. Romarici hypocrita intravit. Cumque ibi aliquamdiu velo potius, quam corde conversaretur, post tergum respiciens, doluit, locum S. Deicoli sibi penitus auferri, et quasi se exhæredatam more femineo cœpit conqueri; accitoque Eberhardo Comite, consanguinitatis occasione, scelus adhuc immane præsumpsit, eique h... sanctum sub advocationis tuitione commisit. Ille autem, ut erat cupidus, et sacrorum invasor locorum, occasione tali locum invasit S. Deicoli; et post infandæ mulieris decessum, unca manu sibi in hæreditatem adscivit. Et fecisset : nam nec ipsi impune cessit : nempe secundum Prophetam sanguinem admiscuit sanguini, id est, scelus sceleri addidit. Adallindem vero legitimam uxorem suam dimisit, repudii libellum dedit, semetipsum autem lupanaribus immiscuit. Namquamdam Nonnam apud monasterium *h* Erestein sibi applicavit, et iniquitatem illam ad mortem usque protraxit. Adallindis autem post hæc quid fecerit, paginæ inserendum honestas non sinit. Comes vero ipse quali morte vitam finierit, propalare exempli caussa non piget. Audenter dico, quæ personis fidelibus asserentibus nosse me luce clarius contigit : crederes videlicet ipsum pene triennio Herodiana peste percussum, qui secundum Actus Apostolorum, percussus ab Angelo, scatens vermibus expiravit. Vermes quippe ita sibi a vertice usque ad talos ebulliebant, ut frequentanei ejus maximum inde putorem tolerarent : sicque miserabiliter cum Herode miserabilem vitam finivit. Nec dubitandum, quin in tormentis æqualem sortiatur pœnam, cujus in crimine scelere imitatus est vitam : et quia B. Deicolo præjudicialiter hæreditatem suam tulit in terris, ipse se quodammodo æterna hæreditate privavit in cœlis.

(Eberhardus Lutram sibi vendicat — g — Os. 4. 2 — h — repudiata uxore, monacham inducit — Act. 12. 23. — mala perit.)

a *In MS. Belfortii sequens caput de temeritate Hildegardis hinc præponebatur, hujus vero, quod 13 is erat in Chiffletii MS titulus* De stupro Regis Lotharii, et morte ejus, et Eberhardi

b *Nullo modo existimandum est* Ichonem *hunc, qui Belfortio* Benicho *dicitur, usque ad tempora Lotharii Regis, qui anno* 855 *Lotharingiam a Lothario patre accepit, pervenisse, si immediate successit S* Columbino, *qui ex Hibernia cum S. Columbano ante annum* 575, *in Gallias venit. Mendum suspicamur apud Menardum, ubi dicuntur Hunni vivente S* Columbino *Luthram, vastasse quamquam ante illas Hungarorum incursiones, in Sanctorum Actis mentio fit quandoque Hunnorum, quod fortassis a quopiam viro principe conducti barbari, atque immaniter grassati, Hunni appellati sint, ex quacumque fuerint gente*

c *Alii* Thietbergam, Theutbergam, Theolbergam *vocant, Belfortius* Bertsindam.

d *Id dictum videtur, quasi fauces aperire, alias* facillare, strangulare, *sive* fauces opprimere *est.*

e *Funesta hæc tragœdia, annis pluribus agitata, insigni etiam Episcoporum aliquot prævaricatione, fortissime libidini regiæ repugnante* Nicolao I, *Papa sub* Adriano II; *tandem luctuosa catastrophe terminata Pluribus de ea agit Baronius tom* 10.

f *Vulgo* Burgum S Domnini *dicitur, olim* Julia Fidentia, *ut ad vitam S* Domnini 9 *Octobr. diximus, sito est inter Parmam et Placentiam, estque nunc urbs Episcopalis.*

g *De hoc nobilissimo cœnobio, vulgo* Romarici-monte, *Gallice* Remiremont *dicto, agemus ad ipsius S. Romarici vitam 8 Decemb*

h *Belf.* Hestehin, *mendose Est* Erestein, *sive* Erstein, *vel* Erstein, *nobile monasterium sanctimonialium ad Illum flumen inter* Argentoratum *et* Benfeldiam, *a Ludovico Pio et conjuge ejus Hermingarde fundatum.*

CAPUT IX.

SS. Deicoli et Columbini reliquiæ.

Sed quia jam in superiori capitulo satis memoravimus, qualiter Hugo Comes iniquus, S. Deicoli hæres sit effectus; nunc restat, ut et aliqua mira sancti Patris opera propensius calamo pandamus. Hildegardis namque Comitissa ejusdem Hugonis conjux, vice quadam curiositatis caussa illecta sancti Patris oratorium cum Presbyteris et cetera fidelium turmula temere intravit, ut aliquid de tanti Patris gleba secum maximo pro munere Alsatiam asportaret. Cumque multo conamine sacri cooperculum sarcophagi levare sudarent, tantus terræ motus subito omnia ædificia concussit, sequentibus tonitruis quam maximis, et fulminum terroribus, ut omnes amentes effecti cæcitate densissima quaterentur, adeo ut nemo fere duabus horis proximum suum videre valuisset. Tunc Comitissa corde compuncta, experta est in brevi quantum valeant apud Deum gloriosa merita dilecti sui Deicoli.

(Comitissa portentosa cæcitate plectitur...)

40 Sed quia nequicquam ad tumulum sancti Patris laborare comprobata est, ad sepulchrum B. Columbini audacter scrutatura accessit, ut vel discipuli aliquid carperet, cui divinitus magister fuit negatus. O mira Dei judicia! cum paucis accessit, facile tumbam aperuit, unumque tantummodo dentem magna cum festinantia sibi arripuit, iterumque tumulum clausit. At postquam dentem dispexit, more femineo dubitare cœpit, an pro reliquiis venerari debuisset, quod tam facile et sine resistentia promeruisset : et ut fidem illi aliqua virtus ostensa daret, prunas ardentes in cratere cumulari jussit, dentemque in medium projecit. Quid plura? dicto citius dens crepitum maximum dedit, saltum quousque materia obstitisset, victor et innocens fecit. Tandem credula effecta, pretiosum pignus recolligere studuit, magnaque diligentia secum collocavit. Ex illa hora, et quamdiu superis convixit, dolor dentium ab ea vel ad horam non recessit. Tunc sera pœnitentia ducta dentem tumulo restituit; dolor tamen immobilis illi remansit. Et quare Sanctus Domini, tumulum suum permitteret aperiri, nollet tamen asportari, dicat, qui velit : mihi vero non licet. Unum tantum patet, ut quia monachi feminarum consortia declinare solent, quod perfectus Pater in vita sua custodire studuit, hoc et post mortem violari noluit. Tunc aperte omnibus

(rapit dentem S. Columbini, sed dein cruciatur — pœnitens dentem restituit.)

[illegible] quantum valeant merita Magistri, si tantum discipuli [illegible]

a Hoc caput in MS. [illegible] Ubi Hildigardis de sepulchro ejus [illegible] et de dolore dentium ejus.

CAPUT a X.

Lutra a B. Balthramno restaurata

Saeve integram paginam non censeo, quod pene omnes Europae incolae necessario persentiscere [illegible]. Postquam Hugo Comes, et filii ejus, quos supra [illegible], vellent nollent, sicut voverant Deo, et S. Deicolo locum sanctum liberum reddiderant, [illegible] quaerere coeperunt per monasteria [illegible] eremi cellulas, si usquam invenire possent amicum Christi aliquem, et verae conversationis institutorem, qui et locum paterno more, et monasterio [illegible] teneret, et ipsi sub ejus imperio vexillum sacrae ferrent obedientiae. Extitit autem tunc temporis quidam omnipotentis Dei amicus familiaris, nomine b Balthramnus, vitae per omnia laudabilis, qui [illegible] inreprehensibiliter ab omnibus dixisse [illegible]. [illegible] virtutes per illum Dominus [illegible] operatus est, ut nec Adversarius suus nomen [illegible] posset, [illegible] ejus celebre [illegible] Regibus terrae, et [illegible]. Ipse [illegible] Princeps Otto, qui tunc [illegible] in sceptro [illegible] frequentare illum solitus erat, et [illegible] ipse venerabilis Pater [illegible] frequentatori hospitii secretum sibi tugurium, in quo secum versari posset, construeret [illegible] probavit, [illegible]

42 [illegible] sanctus vir [illegible]

[illegible]

43 [illegible]

peribus, et Clericis prodige expendere, volens semetipsum funditus expedire, et jam senex peregrinationem pro Christo accipere, et dies sibi concessos apud beatissimum Apostolorum Principem, Romae clausarius et privatus sacro insistere otio. Quod cum denunciatum [illegible] apud Hugonem ac filios ejus, lacrymabili prece ita virum Domini [illegible] petierunt, ne illos desereret quasi orphanos, et orbatos. Quibus beatus vir respondit, nullo modo se amplius [illegible] durare, sed invidiae locum dare velle, atque ita sibi a Domino destinatum [illegible]. Illi autem lacrymabilius [illegible] amplius virum Dei perurgere coeperunt, dicentes: O amice Christi [illegible], et columna sanctae Ecclesiae [illegible] servos tuos, et ne [illegible]. Sunt [illegible] tuis, [illegible] existere, sed ducem [illegible] Patrem non posse hactenus invenire. Quapropter, Pater sancte, [illegible] pergere [illegible] ad locum [illegible] sanctum, et monasticae conversationi convenientissimum, qui Lutra vocatur. Quibus vir Domini respondit: Quid vobis [illegible] contingit? Aiunt illi: Nihil quippe [illegible] pertinet, sed vir [illegible] beatissimus, nomine Deicolus, qui et Sancti Columbani fuit discipulus, a Domino [illegible]. Ipse quippe sibi locum construxit, et [illegible] disciplinae subegit, et sua sancta praesentia [illegible] miraculis coruscat. [illegible] ut parentes nostri locum ipsum [illegible] ante plures annos invaderent, et quasi proprium possiderent. Nunc autem ibi adeo sumus [illegible], ut in praesentia tanti Patris, sacramentis [illegible] nos obligatos habeamus, [illegible] professionem [illegible] custodire.

44 [illegible] Scriptum est, Omnia [illegible] et post [illegible] placet, ut moveam de [illegible] vestro [illegible], talem [illegible]

[illegible] diligentia veritatem [illegible]

[illegible] re Imperatori accelera. Qui illico Pa[illegible]

[illegible]

Auctore anonymo ex MSS.

[illegible] Hugone et [illegible]

[illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

logismum, accidens esse honorem superadditum; essentiam vero in identitate persistere: et quia effici potuit, quod effectus est, potestas illi semper affuit, actus autem ad horam successit. Sed hæc per excessum; nam cœpta prosequamur. Cumque piissimus Princeps hæc omnia comperisset, rerum repertori grates egit, et posthæc ait: Audite omnes consiliarii æquitatis, et amici fideles. Cogitavi multoties illum Patrem nostrum, beatum virum Balthrannum, quia præcordialiter illum diligo, si mihi vellet consentire, Pontificali honore sublimare; nunc autem, ut video, magis eligit pauper Christi persistere in agone certaminis sacri, quam hujus mundi phaleramentis prosperari. Et ecce nuntius ejus certissimus, per quem mihi fideliter mandat, in peregrinatione se mori velle pro Christo, et locum, quem hactenus incoluit, invidiæ relinquere. Est autem locus in Burgundiæ partibus, sacræ conversationi satis aptus, quem hucusque Hugo Comes et filii ejus usurpative possederunt; quem sanctus vir a dominatione nostri sibi rogitat liberaliter delegari; et omnia, quæ Deus omnipotens illi ad servitium suum stabiliendum concessit, imperii nostri auctoritate, eidem loco perpetualiter suclinari. Nam locus ipse sub advocatione imperii nostri, Romanæ atque Apostolicæ subjacet Sedi. Responderunt aulici, atque consiliarii Imperatoris: Si placet majestati tuæ, Princeps omnis terræ, accersiantur ante conspectum tuum viri illi, qui hucusque contra fas et jus locum sibi vendicaverunt, et lege publica coram reddant, et sacramento firmissimo credentiam talem faciant, cunctis militantibus atque privatis fidelibus tuis; quatenus ex hoc nunc et usque in sæculum nec ipsi, nec aliquis successionis illorum, iniquitatem illam præsumat renovare, aut locum ipsum vi aut potestate audeat inquietare; sed firmiter atque inconvulse, (sicut ab initio constructionis loci fuit) penes fratres Deo ibidem et S. Deicolo famulantes, liberum maneat arbitrium eligendi Abbatem secundum Deum, qui loco potentialiter præsit, absque contradictione aliqua. Quin insuper Imperialis celsitudo intimare curet Apostolico Episcopo, quatenus cœlestium auctoritate clavium, privilegii præceptum componat, clausura anathematis insolubile faciat, sigillo Apostolici nominis obfirmet. Quid tantum morari in singulis necesse est? Omnia, secundum quod Divinitati placuit, Imperator devotus fidelium consultum implevit: sacri invasores loci, iniquos vocavit: jure universali locum recepit, atque mille sub testibus beato viro (secundum quod superius dictum est) potestative contradidit: ipsum quoque Rodolpho Duci, atque præfatis Comitibus ad custodiendum sub fidelitatis suæ conditione commisit, atque res sancto viro cœlitus collatas.

Ottonis Imp. auctoritate, Luthræ possessionem accipit.

46 Tali igitur tenore vir Domini in locum destructum B. Deicoli inthronizatus est, cum monachis suis, atque servitoribus, ex omnibus, quæ divina largitas illi concessit. Et valde necesse fuit, ut secum subsidium sumptuum deferret, quia omnibus humanæ vitæ rebus locum destitutum lamentabiliter invenit. Tunc omnimodis nisum dedit, qualiter locum renovare spiritualiter posset. Monasterium semper Virginis Mariæ, quod ibi ante permodicum fuit, honorifice ampliavit, exaltavit, et ad perfectum usque perduxit. Officinas pro posse in brevi construxit, ut monastica disciplina, quæ semper apud illum viguit, a monachis custodiri inviolate posset. Intravit autem Pater venerandus locum eumdem in vigiliis Apostolorum Simonis et Judæ; atque eodem anno, in Assumptionis die perpetuæ Virginis Mariæ, sicut illi ante plures annos divinitus præsignatum fuit, plenus Spiritu sancto obiit; ac sepultus est in dextris altaris monasterii, quod ipse in melius renovavit. Ibi quippe frequentius, cum fides petentium exigit, miraculis coruscat, ipso vero cœlestia regna petente, in regimine monasterii nepos ejus Werdolphus illi successit, qui adhuc superest, et cœlibem vitam ipse vivit, et omnibus recte conversari volentibus, ut lampas emicat

cum restaurat

Mortuus miraculis claret

Succedit Werdolphus

a *In MS.* 15 *Cal.* B. Balthrannus locum intravit S. Deicoli.
b *Menardo* Valtranus *dicitur.*
c *Ital.* Illi amplius peruidis oculis urgere cœperunt, ne relinqueret desolatos, se quoque ipsos dudum monachos existere.

DE S. ULFRIDO, SIVE WOLFREDO, MARTYRE IN SUECIA.

ANN. MXXVIII XVIII JANUAR.

S. Ulfridi natalis.

Inter Suecorum Apostolos Ulfridus, *sive* Wolfredus, *censetur, cujus diem natalem XVIII Januarii statuit Martyrologium Anglicanum, atque ex eo Ferrarius. Ejus martyrium ita narrat Adamus Bremensis historiæ Ecclesiasticæ lib. 2, cap. 44.* Per idem tempus, quidam ab Anglia Wolfredus nomine, instinctu divini amoris Suediam ingressus, Paganis verbum Dei cum magna fiducia prædicavit. Qui dum multos prædicatione sua ad fidem Christianam convertisset, idolum gentis, nomine Torstan, in concilio Paganorum cœpit anathematizare; simulque arrepta bipenni in frusta concidit. Qui pro talibus ausis statim mille confossus vulneribus, animam martyrii laurea dignam transmisit in cœlum. Cujus corpus Barbari laniatum post multa ludibria merserunt in paludem. Hæc veraciter comperta memoriæ tradidi: quamvis sint et alia, quæ adhuc scribi digna sint. *Hæc ille, qui 49 post* Wolfredi *cædem annis Canonicus Bremensis factus est.*

idolum

martyrium

2 *Idem ex illo referunt, Albertus Abbas Stadensis in Chronico ad an.* 1028. *Albertus Crantzius lib.* 4. *Metrop. cap.* 8, *Baronius tom.* 11, *an.* 1028, *nu.* 10. *Joannes Vastovius in Vite Aquilonia, qui* Thorstan, *Jovis statuam interpretatur, quasi* Thoresteen, *a* Thoro, *vel* Thorone, *Suecorum Deo. Et* Thorum *sane Jovi similem, aeris, tonitruum, fulgurum, nubium, tempestatum præsidem, fertilitatis largitorem, ceterorum deorum Principem, ab iis gentibus habitum scribit Joannes Magnus historiæ Suecorum lib.* 2, *cap.* 9, *eique diem Jovis, et Januarium mensem dicatum fuisse. Crantzius scribit Ulfridum in concione proclamasse:* Si potens est vester Deus Torstan, se vindicet.

Thorus Deus Suecorum

DE B. FACIO CONFESSORE CREMONÆ IN ITALIA.

AN. MCCLXXII XVIII JANUAR.

B. Facii natalis.

Cremonæ in Gallia Cisalpina XVIII Januarii natalis agitur B. Facii *Confessoris, qui etsi inter Sanctos solenniter relatus non est, concessum tamen scribit Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Ecclesiæ Cremonensi et Veronensi ab Apostolica Sede, ut de eo officium Ecclesiasticum istic recitetur. De eo idem Ferrarius in generali Catal. SS.* Cremonæ in Gallia Cisalpina S. Facii Confessoris.

Vita

2 *Vitam ejus idem scribit Cremonæ editam anno* 1604. *Ea est fortassis quam Peregrinus Merula tradit a Leonardo Gregorio Magistro Cæremoniarum Cathedralis Ecclesiæ Cremonensis, Italico sermone vulgatam. Eam needum nacti sumus. Damus quam Ferrarius ex ea concinnavit. Brevem Italice edidit Merula in Sanctuario Cremonensi, qui tradit in ejus sepulchro ista legi:* B. Facii V. B. F. ac pietatis, quem Verona suum jactat, quod genuit, suum Cremona, quod viventem sibi civem adscivit, morientemque excepit. Ossa huc referenda

epitaphium

referenda Præfecti ædis curaverunt anno Domini 1540. *Erat tum Cremonæ Episcopus Benedictus de Accoltis.*

3 *Sacellum exstat Cremonæ, quod ab ipso ædificatum Facio [illegible] æstimant, et S. Prisca [illegible], nam [illegible] B. Facii, [illegible] caput Curatoris [illegible] restaurarunt, addita supra fores ad memoriam epigraphe.* Hanc sacram B. Facii [illegible] vetustate [illegible] hospitali [illegible] anno 1600. [illegible] B. Facii [illegible], *in basilica cathedrali [illegible]*

4 *Anno deinde* 1614, 8 *Junii*, B. Facii *aliorumque Sanctorum corpora [illegible] translata sunt, [illegible]*: Anno [illegible] Christi 1614, [illegible] corpus B. Facii Confessoris [illegible] Cremonensis, [illegible] civitatis [illegible] est per Illustrissimum et Reverendissimum D. Joannem Baptistam Brivium Cremonæ Episcopum. *Capsæ [illegible] corpus, cooperta [illegible]*

5 *[illegible] S. Helenæ [illegible] S. Nicolai [illegible]* Cremonenses [illegible] Homobono [illegible] Antistiti [illegible] Beatoque Facio, qui virtutum [illegible] in cœlo consecuti, [illegible] PP. [illegible]

[illegible] tumque in basi leonum, cum lemmate: Vigilant, qui [illegible] *emblema [illegible]* *epigraphe:* Tollens addit.

6 *[illegible]* XIII [illegible] S. Homero XIX [illegible]

VITA EX PHILIP. FERRARIO.

Facius Veronæ natus, post persecutiones, [illegible] 30 [illegible] 1226 [illegible]

2 [illegible]

qui dies octo cum sine lacte et cibo fuisset, animam agebat, et mulier 18 annos a dæmone obsessa fuere) liberasset, liber una cum aliis captivis, intercedentibus Cremonensibus, [illegible] Veronensibus in bello venerant, dimissus, Cremonam rediit, [illegible] oratorio exstructo, societatem virorum, qui infirmos et carceratos visitarent, nudos vestirent, famelicos pascerent, et alia pietatis opera exercerent, instituit, qui Ordo Spiritus sancti fuit appellatus.

3 Quod si aliquando [illegible] exercere [illegible], res tantum sacras, et [illegible] operabatur. Multus erat in oratione [illegible], frequens ecclesias visitabat, multas suscepit peregrinationes, [illegible] Romam, et in Hispaniis ad D. Jacobi Apostoli corpus visendum peregrinatus. Opera quædam [illegible] ex argento, quæ adhuc monstrantur, ecclesiæ Cathedrali dono dedit, in quibus calix est, [illegible] pretiosioribus [illegible] servatus est, et quod magis notandum, in ecclesia ad altare B. Mariæ Virginis repertus fuit incolumis.

4 Vocatus ad nobilem quemdam, qui a medicis desperata salute relictus, [illegible] Sacramenti [illegible] erat, [illegible] S. [illegible], prædixit, qui facto voto [illegible] e lectulo [illegible] stupentibus surrexit, quem etiam ad solvendum votum comitatus, in patriam [illegible] periculis superatis reduxit.

5 Illum Episcopus Cremonensis [illegible] signis et virtutibus [illegible] monasteriorum mulierum virorumque Visitatorem [illegible] Generalem [illegible]. Qui tandem tot [illegible] pertinactus [illegible], animam Deo reddidit [illegible] MCCLXXII. Corpus quod multis miraculis claruit, ab universo Clero [illegible] et populo honorifice sepultum est.

[illegible]

XIX JANUARII.

SANCTI QUI XIV KAL. FEBR. COLUNTUR.

S. Germanicus, Martyr Smyrnæ in Asia.

S. Marius,
S. Martha,
S. Audifax,
S. Abachum, — Martyres Romæ.

S. Paulus,
S. Quinctus,
S. Gerontius,
S. Januarius,
S. Saturninus,
S. Successus,
S. Germana,
S. Tertulus, vel Zertulus,
S. Tiberitanus,
S. Maiolus,
S. Victorianus,
S. Honoratus,
S. Fortunatus,
S. Julius,
S. Lucius,
S. Marcusus, sive Marcissus,
S. Publius,
S. Felix,
S. Caia,
S. Vitalis,
S. Cassianus,
S. Secundus,
S. Victor,
S. Primus,
S. Spanus, sive Hispanus,
S. Cacinanus, vel Cæcimarus,
S. Lucius alter, — Martyres in Africa.

S. Saturnina,
S. Florida,
S. Callista,
S. Melondion, vel Molendion, et alii fere DC, — Martyres in Africa.

S. Pia,
S. Picaria, et alii XXXVIII, — Martyres Carthagine in Africa.

S. Lucianus,
S. Paula,
S. Claudius,
S. Hypatius, — pueri,
S. Paulus, — pueri,
S. Dionysius, — Martyres.

S. Euphrasia, Virgo Martyr Nicomediæ in Bithynia.
S. Bassianus, Episcopus Laudensis in Italia.
S. Ammonius, Episcopus Dertonensis in Italia.
S. Contextus, sive Contestius, Episcopus Bajocensis in Gallia.
S. Arsenius, Episcopus Corcyranus. NOT 86
S. Catellus, Episcopus Stabiensis in Italia.
S. Launomarus, Presbyter, Abbas Curbionensis in Gallia.
S. Malardus, sive Malchardus, Episcopus Carnotensis in Gallia.
S. Remigius, Episcopus Rotomagensis in Gallia.
S. Blaithmaeus Presbyter, et alii monachi, — Martyres, in Iona insula.
S. Wulstanus, Episcopus Wigorniensis in Anglia.
S. Henricus, Episcopus Upsalensis in Suecia, Martyr.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Macarius Ægyptius, S. Macarius Alexandrinus, Abbates in Ægypto, *celebrantur a Græcis hoc die, ut ex Menæis patet et Menologio, Maximoque Cythereo. Prolixe actum de hoc* II *de illo* XV *Januarii.*

S. Rigoberti Archiepiscopi Remensis *quædam hoc die facta translatio, at dictum post ejus vitam, cap. 5, de Translatione, num. 14* IV *Janu.*

S. Telesphorus Papa et Martyr, *cultus aliquando hoc die fuit officio 3 Lectionum, ut patet ex Breviario Cardinalis Quignonii, anno* 1536, *edito. De eo egimus* V *Janu.*

S. Eduardus Confessor *MS. Florarium. Vitam dedimus* V *Janu.*

S. Senator Episcopus Veronensis *hoc die Veronæ colitur, ut testis est Ferrarius. Decessit* VII *Janu.*

S. Julianus Martyr *colitur ab Ecclesia Cathedrali Audomarensi hoc die officio duplici, cum commemoratione* S. Basilissæ, *deinde SS.* Marii *et sociorum, ut indicat* Ordinarium *Audomarense excusum anno* 1610. *Vitam dedimus* IX *Janu.*

S. Paulus Thebæus, primus Eremita, *colitur hoc die ab Ecclesia Tornacensi in Belgio officio duplici, cum commemoratione SS. Marii et sociorum: alibi XV hujus. Vitam dedimus* X *Janu.*

S. Guilielmus Episcopus Bituricensis *in veteri Audomarensi Breviario celebratur hoc die officio 3 Lectionum. Vitam dedimus* X *Janu.*

S. Arcadius Martyr, *Hispali officii duplicis celebritatem obtinet. Acta dedimus* XII *Janu.*

S. Victorianus Abbas in Hispania. *Ferrar. Is est de quo supra* XII *Janu.*

S. Hilarius Episcopus Pictaviensis *colitur a quibusdam Ecclesiis, ut Nannetensi in Britannia Armorica, in hunc diem rejecta solemnitate a* XIII *Janu.*

S. Gumesindus, S. Servus Dei, Martyres Cordubæ. *Ferrarius. De iis egimus* XIII *Janu.*

S. Pontiani Martyris Spoletini Translatio *hoc die facta, de qua diximus ad illius Acta* XIV *Janu.*

S. Felix Nolanus. *Martyrol. Prædicator. Nos* XIV *Janu.*

S. Fulgentius Episcopus Astigitanus, *ab Ecclesia Placentina in Hispania colitur officio duplici primæ classis cum octava hoc die, ut diximus* XIV *Janu.*

S. Eldulus Episcopus Viennensis in Gallia. *Ferrar. De eo egimus* XIV *Janu.*

S. Fursæus Abbas *colitur hoc die officio duplici ab Ecclesia Atrebatensi. Vitam ejus dedimus* XVI *Janu.*

Sancti Gemini, Elwangæ. *Ferrarius ex Canisio. Tergemini sunt, quorum corpora Elwangam translata, ibique coluntur, non hoc die, sed* XVII *Janu.*

S. Zosimus,

S. Zosimus, S. Metalpus, S. Tib...anus, S. Fortunatus, Martyres, referuntur in MSS. Martyrologiis S. Hieronymi et Dunquensi. At forte iidem sunt, de quibus egimus XXIII Jan.

S. Laurent, Martyrum Todurti ... [illegible]

S. Maria Virg. ... [illegible]

[illegible]

Hieronymus Contractus S. Bernardi ... [illegible]

[illegible]

S. Valeria Episc. ... [illegible] XXVIII Jan.

S. Melchiades Episcopi ... [illegible] XIV Febr.

S. Thomas Aquinatis ... [illegible] VII Mart.

[illegible] IX April.

[illegible]

... in ecclesia Sanctorum Apostolorum Moguntiae ... [illegible] IX Maii

SS. ... Virginum et Martyrum ... S. Ursulae ... Translatio ... Parochiali S. Joannis Baptistae ... Pentecostes, supplicatione publica, et proprio ... XI Maii ... XXI Octob.

S. Desiderii Episcopi Viennensis et Martyris corpus ... sub annum 1314, ut tradit Claudius Robertus ... XXIII Maii

S. Peregrinus Martyr ... 1529 ... Galesinius et Ferrarius ... XXIV Maii

S. Attalus, S. Maturus, S. Ponticus, Martyres in Gallia ... Galesinius et Martyrologium Germanicum, at Romanum II Jun.

S. Basilii Magni ... 1548 ... XIV Jun.

B. Michael ... Paschalis ... Catalogo SS. ... XIX Junii ... Wadingus ... 1356 ... XIX Jun.

[illegible] VIII Julii

S. Maria ... S. Hieronymi ... MSS. ... XXIII Julii XXIX

S. ... Abbatis reliquiarum ... IX Octob.

S. Joannis ... in Anglia ... X Octob.

S. D... XXVI Decemb.

S. ... Stephani ... XXVI Decemb.

DE S. GERMANICO MARTYRE.

SMYRNAE IN ASIA.

In ... Romanum ... S. Germanici Martyris ... XIV Kal. Febr. ... [illegible] ... Smyrnae ... S. Germanici Martyris ... [illegible] ... XXVI ... S. Polycarpi ... Germanici ... [illegible]

Ex variis.

lem mortem, et coronam vitæ æternæ veloci fine adipisci desiderans. *Eadem fere ibidem Notherus, a quo et hoc die memoratur, uti et veteri Romano Martyrologio ceterisque editis ac MSS. At Galesinius et Canisius rursus XVIII Februarii illius memoriam celebrant.*

gesta a quibus scripta,

2 *Præclarum ejus certamen narratur in rebus gestis S. Polycarpi XXVI Januarii, ab Eusebio lib. 4, cap. 14. Nicephoro lib. 3, cap. 34. Petro de Natalib. lib. 2, cap. 103. Petro Halloix nostro tom. 1, vitar. SS. scriptorum, vitæ S. Polycarpi cap. 12, Joanne Basilio Sanctorio, et aliis. Eusebius ex epistola Smyrnensis Ecclesiæ ad Ecclesias Ponti, ita scribit :*

3 Priusquam Polycarpi martyrium describere aggrediantur, quæ ad reliquos spectant Martyres, exponunt, et quale animi robur ad perferendos cruciatus ostenderint, prosequuntur: obstupuisse nimirum qui circumsistebant, tantæ fortitudinis admiratione defixos, scribunt, cum eos intuerentur nunc quidem ita flagris ad intimas usque venas et arterias dilaceratos, ut jam quæ in penitis recessibus corporis abdita sunt viscera et membra paterent oculis; nunc substrata iis marina buccina acutosque murices et verucula; denique omni eos tormentorum et suppliciorum genere excruciatos, postremo feris, ut ab iis dilaniarentur, objectos. Maxime vero excelluisse aiunt generosissimum Germanicum, qui divina gratia insitam a natura imbecillitatem, qua mortem corporis reformidamus, erexit ac roboravit : cumque Proconsul ei persuadere vellet, ætatem illi proponens, vehementerque obtestans, ut cum juvenis esset, et vegetus, sui misereretur, omnino hæc Martyr contempsit : atque alacriter belluam in se attraxit, tantum non vi adhibita irritans, ut celerius ab injusta hac et impia via liberaretur.

fortitudo in tormentis.

4 *Hæc Eusebius. Gesta hæc sunt, ut ex ejusdem Chronico dicemus XXVI Januarii, anno septimo* M. Aurelii et L. Veri, *qui erat Christi* 168. *Mirum est Germanici non extare nomen in Græcorum fastis, qui alioquin* S. Polycarpum *venerantur XXIII Februarii.*

mortis tempus.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MARIO, MARTHA, AUDIFAX, ABACHUM.

§ I. S. *Marii et sociorum Acta, reliquiæ Romæ.*

Ann. Ch. CCLXX. XIX Januarii. Sanctorum horum natales.

Illustres athletas Marium, Martham, Audifax, Abachum, *colit hoc die Ecclesia Romana, etsi multa Martyrologia sequenti die eos referant, quo martyrio coronatos constat.* Sed horum celebritas, *inquit Molanus,* uno die prævenitur, qua dies passionis eorum, martyrio SS. Fabiani et Sebastiani solummodo deputatur. *Et hæc die quidem ista legimus in tabulis Romanis.* Romæ via Cornelia sanctorum Martyrum Marii et Marthæ conjugum, et filiorum Audifacis et Abachum, nobilium Persarum : qui Romam temporibus Claudii Principis ad orationem venerant : e quibus post toleratos fustes, equuleum, ignes, ungues ferreos, manuumque præcisionem, Martha in Nympha necata est, *ceteri sunt decollati, et corpora eorum incensa. Eadem habet Molanus in Addit. ad Usuardum, variaque MSS. et excusa Martyrologia, eadem fere Beda, Bellinus, Maurolycus, et alii; fusius Galesinius, at brevissime antiqua quædam MSS. Martyrologia :* Marii et Marthæ, et filiorum eorum Audifax, Abbacuc, nobilium de Persida. *Denique eorum hoc die meminere Wandelbertus, MS. Florarium, et plerique recentiores. Postridie Martyrol. S. Hieronymi, vetus Romanum, Usuardus, Ado, Rabanus, Notkerus, et MS. plurima.* S. Martha *XI Januarii a Silvano Razzi, et XVI in MS. Rhinaw. collocatur.*

Var. S. nomina

2 Marius *mendose apud Maurolycum et in MS. quibusdam* Marcus; *apud Notkerum* Marinus *scribitur.* Maras, *vel* Maris, *Persice vocatum, censet Baronius ad annum Christi* 270, *num.* 2, Martham *vero*, Marthas. Abachum *promiscue* Abacuc, Abachuch, *Notkero* Ambacue, *Rabano et aliis* Ambacum, *Jacobo Canisio nostro* Nabachum, *in MS. Epternacensi* Anbacu, *Octavio Pancirolo* Abacon, *appellatur.*

Acta

3 *Horum Acta compendio tradita a Surio XIV Februarii in Actis* S. Valentini, *integra nobis repræsentarunt antiqua MSS. monasteriorum S. Maximini et Martini Treviris, S. Mariæ de Ripatorio, S. Audomari, Claudii Puteani, et Bonifacii Mombritius. Baronio ad an. Christi* 270, *num.* 8, minus legitima in pluribus visa sunt quæ prolixiora habentur typis excusa, horum Martyrum Acta : multa enim addita videntur ab aliquo qui ex prolixitate dignitatem historiæ, et non ex sincera veritate pensavit. *At quæ hic damus, nos sane fide dignissima ducimus, nec quid in iis reprehensioni obnoxium perspexerit Baronius, scimus. Congruunt certe iis quæ Joannes Basilius Sanctorius, aliique tradunt.*

4 *Reliquiarum* S. Marthæ *meminit S. Gregorius lib.* 3, *Dial. cap.* 30. Arianorum, *inquit,* ecclesia in regione Urbis, quæ Suburra dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset; placuit ut in fide Catholica introductis illic B. Stephani et S. Marthæ Martyrum reliquiis dedicari debuisset : quod factum est. *Deinde narrat quæ tum isthic prodigia evenere. Sed Joannes Diaconus vitæ S. Gregorii lib.* 2, *cap.* 31, *et S. Zacharias Papa in Græca versione Dialogorum, SS. Sebastiani et Agathæ reliquias hic positas habent, ut* 20 *Jan. dicemus.*

Reliquiæ S. Marthæ.

5 *Octavius Pancirolus libro qui inscribitur* Thesauri absconditi almæ urbis, *regione* 1, *ecclesia* 15, *scribit horum omnium reliquias e prioris sepulturæ loco in Urbem a* Paschale I *Papa (qui ducentis post S. Gregorium, et quod excurrit, annis vixit) deportatas, partesque variis impertitas Ecclesiis, nimirum, S. Adriani, S. Joannis Calybitæ, S. Praxedis. Et quidem in S. Adriani ecclesia; cum ea a Sixto V. tradita esset religiosis viris ordinis S. Mariæ de Mercede, volente Augustino Cusano ejusdem tituli Diacono Cardinale majus altare cum Confessione innovare, horum aliorum que Sanctorum reperta isthic sunt corpora.*

et aliorum translata.

6 *De eadem inventione ista scribit Baronius to.* 2, *an.* 270, *num.* 9. Corpora vero dictorum sanctorum Martyrum Marii et Marthæ Romam postea translata, in nobilissima Diaconia S. Hadriani, una cum aliis præclaris sanctis Martyribus, condita sunt. Et hoc ipso anno, quo hæc nostra cudimus, inventa una cum S. Hadriano, Flavia Domitilla, Nereo et Achilleo, tribus pueris, Papia et Mauro Martyribus, (quorum omnium plumbeæ et lapideæ tabulæ scriptæ indices erant) ab Illustrissimo ac Reverendissimo D. Augustino Cusano, ejus Ecclesiæ Diacono Cardinali, spectatæ pietatis ac honestissimæ vitæ viro, in Confessione egregie restituta, more majorum sunt honorificentissime collocata : quæ frequenti populi Romani concursu visuntur, atque religiose coluntur.

inventa an. 1590 in S. Adriani Diaconia

7 His autem admonemur, ut corrigamus, seu potius declaremus, quæ in nostris Notationibus ad Romanum Martyrologium in primis diximus, corpora sanctorum Martyrum Marii et Marthæ condita esse in insula Tiberina in ecclesia S. Joannis Calybitæ, prout præsefert inscriptio super Confessionem affixa, qua tum eorum, tum etiam filiorum ibi inesse corpora significatur. Equidem factum esse videtur, ut quod dictorum Martyrum filiorum ibi sua sunt corpora, parentum pariter inesse fuerit existimatum,

negatur S. Joannis Calybitæ...

cum

[illegible] et [illegible] reliquiarum partem aliquam sitam [illegible] esse [illegible] Id quidem [illegible] habere, [illegible] potest intelligi ex iis quæ aperte testatur publica [illegible] inscriptio marmoreæ insculpta tabulæ, in ejusdem [illegible] S. Hadriani apside posita, qua declaratur in Dom. [illegible] MCCXXVIII, Gregorii Papæ noni Pontificatus anno primo, inventa esse in ejusdem ecclesiæ Confessione, inter [illegible] superius recensita, et [illegible] corpora [illegible] Martyrum Mari et Marthæ, [illegible] reliquias [illegible] Gregorii Papæ [illegible] post a se dedicata sub [illegible] altari repositam. *Hæc Baronius, in [illegible] Translationum SS. Papiæ et Mauri ... anno MDXC, [illegible] XXIX Jan. [illegible] De SS. [illegible] VII et XII Maii, [illegible] VIII Septemb. [illegible] XVI [illegible]*

S. [illegible] Gregorii IX, sed Innocentii III, tempore, anno 1212, *sub [illegible] Diacono S. Adriani, ejusdem sancti Martyris, Sanctorumque* Mari, Marthæ, Audifacis, Abachum, [illegible] ecclesiam S. Adriani [illegible] 1228, 19. *Mart. a Gregorio IX,* [illegible]

9 *Idem Auctor* [illegible] 9, [illegible] 2, [illegible] 1600, [illegible] *ecclesia S. Joannis* [illegible] SS. Mari, Marthæ, Audifacis, Abachum [illegible]

§ II. *Reliquiæ in Germaniam, Galliamque Belgicam translatæ.*

P[illegible] *in Galliam, Germaniam, Belgiumque* [illegible] *Translatione SS. Marcellini et Petri, quam* [illegible] Ratleicus (*Eginardi Notarius*) [illegible] B. Marcellini [illegible]

[illegible]

11 *Postquam in* [illegible]

[illegible]

lumina [illegible] Martyrum, quanta posset celeritate, festinaret, visitatisque Fratribus nostris, quos inde [illegible] ad divinum servitium faciendum [illegible] ibi morabantur, quæ ibidem agerentur, diligenter exploratis, ad nos [illegible] recurreret. Qui cum illuc venisset tribus ibi mansit diebus. Quarto vero cum jam ad nos reverti disponeret, cæcus ille, nomine Albricus, [illegible] Martyres [illegible] Gisalbertum, nomine, gibbo depressum [illegible]

[illegible]

12 [illegible]

pronum atque extensum prope altare jacentem, pavimentum [illegible]

[illegible] scriberet, mihique deferret, ac dicerem, ut [illegible] perem, atque Imperatori legenda offerrem.

13 [illegible] *S. Medardi* [illegible] SS. Marcellini et Petri [illegible] SS. Tiburtii, Marcellini et Petri, [illegible] Mari, Marthæ, Audifacis, et Abachum [illegible]

diacono circuirent cœmiteria. Divinæ commonitionis perciperent oracula; quorum consolationibus et indiciis evidenter instructi, eorum pariter quatuor tollerentur corpora, et præfatorum celerius admiscerentur loculis Sanctorum. Quod mox sine ulla difficultatis mora, cum summa perpetratum est, reverentia. Sic illa tota sanctorum corporum massa illustris Archidiaconi deliberatur industria, et a Legatariis Domini Hilduini Abbatis geminato gaudio defertur suscepta, ceterorumque Martyrum reliquiis admixta, Papiam usque deferendo, exultantibus animis pariter deveniunt eundo. *Hæc ignaro forte Rathleico facta fuere, indeque hujus hospes surripuit, quæ ei postea dedit earum reliquiarum fragmenta.*

14 *Non sunt tamen integra Sanctorum illorum corpora tunc Roma asportata: nam et pars isthic etiamnum eorum reliquia est, et* Gemblacum *quoque alia post delata. Est* Gemblacum *illu tre ordinis Benedictini in Brabantia monasterium, et oppidum, de quo ad vitam* S. Guiberti *fundatoris XXIII Maii pluribus agetur. Ejus nonus Abbas fuit* Arnulphus ex monacho S. Nicasii Remis, *factus anno* 1137, *ut habet Auctarium Gemblacense ad Sigeberti monachi et Anselmi Abbatis Chronica. Is ab ipso* Innocentio II, *Papa (qui a Kal. Martii* 1130 *ad* 24 *Sept.* 1143 *sedit) consecratus Romæ inde* S. Marii *et* S. Fortunati, *atque aliorum Divorum reliquias attulit, ut scribunt Miræus in Fastis et Molanus in Natalib. habetque, ut hic testatur, festum sancti Martyris Gemblaci duodecim lectiones. Meminit hujus celebritatis hoc die Martyrologium Gallobelgicum.*

15 *Testatur Arnoldus Raissius anno* 1623, *die* 23 *Julii visitatas esse has sanctorum Martyrum reliquias, atque caput unum separatum, medietatem ossis, et extendutis ac brachiorum minuta ossa, capillos, duasque lagunculas vacuas, in quibus infusse cruor videbatur, esse repertas.*

16 *Hunc corrigas, quod in Martyrologio Gallicano scribat Saussaius Gemblaco Suessionem esse eas deportatas reliquias, cum trecentis, eoque amplius, annis prius Suessione fuerint, quam Gemblaci.* Natalis S. Marii Martyris, *inquit,* qui Romæ hodie via Cornelia, cum conjuge Martha, filiisque Audiface et Abacuc, sub Claudio Principe, diris excruciatus variisque suppliciis, gloriosum peregit martyrium. Ejus corpus cum reliquiis B. Fortunati et aliorum Sanctorum in Galliam Belgicam ab Arnulpho IX, Abbate Gemblacensi, dono Innocentii II, Papæ, allatum, prælibato in cœnobio aliquamdiu requievit: at inde Suessionem deportatum ad monasterium S. Medardi, commune plurimorum Sanctorum domicilium, illic magno honore servatum est: quoadusque ab hæreticis Calvinistis, qui nobile hoc cœnobium impie devastando diruerunt, cum plurimis aliorum Cœlitum ibidem quiescentium sacratissimis cadaveribus, e Sanctuario dejectum atque argenteo loculo exutum, flammis exustum fuit, non sine divinæ gloriæ et justitiæ in impios grassatores sævientis testificatione.

17 *Sunt Cortraci quoque in Flandria aliquæ SS.* Marii et Marthæ *reliquiæ, quas Joanni Vendevillio Episcopo Tornacensi* 20 *Martii an.* 1590, *donavit* Augustinus *Cardinalis* Cusanus; Vendevillii *testamenti executores* 12 *Jan.* 1593. *Collegio Societatis Jesu Cortraci, quod oppidum in Tornacensi diœcesi situm.*

18 *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonensi tradit Antonium Campum scriptum reliquisse, corpora sanctorum Martyrum* Marii *et sociorum (sive potius, ut ipse mei interpretatur Merula, aliquas eorum reliquias) transtulisse Cremonam atque in S. Laurentii ædem, quæ monachorum est Ordinis Benedictini, Lambertum Abbatem. At Ludovicus Cavitellius in Annal. Cremonen. anno* 1130, *id factum scribit.* Lambertus, *inquit,* Abbas S. Laurentii pia sollicitudine ex Urbe asportari Cremonam corpora DD. Marii, Marthæ, Audifacis et Abacuch parentum et filiorum, martyrio affectorum an. Domini 306. Romæ una cum reliquiis DD. Urbani summi Pontificis, ac Quirini etiam Martyrum, et reponi in ecclesia S. Laurentii. *Fallitur in anno martyrii. Idem ad annum* 1462. Antonius Melius Cremonensis Abbas monachorum ecclesiæ S. Laurentii, ordinis D. Benedicti Cremonæ, ex ejus ordine et sumptu erecta arca marmorea valde elegante in ipsa ecclesia in ea poni fecit ossa DD. Marii et Martæ, Audifacis et Abachuc, matris et filiorum, cum reliquiis DD. Urbani summi Pontificis et Quirini Martyrum, Cremonam conducta ex Urbe anno 1131. Lamberto tunc Abbate ejusdem abbatiæ procurante.

Margin notes: Visitatæ nuper. — non hæ Suessionem delatæ, sed aliæ. — atque dissipatæ. — Aliquæ Cortraci in Flandria. — aliquæ Cremonæ. — quando eo allatæ. — aliquæ Gemblacum. — translatæ.

ACTA
Ex pluribus veteribus MSS.
CAPUT I.
Marii et sociorum sancta opera.

Temporibus *a* Claudii venit quidam vir de Persidæ partibus, nomine Marius cum uxore sua Martha, et filiis suis Audifax et Abbacuc, Christianissimi viri, ad orationem Apostolorum. Venientes autem Romam, cœperunt corpora Sanctorum per carceres et sepulturas conquirere. Et dum frequenter sollicite et curiose quærerent, venientes in *b* Castra trans Tiberim, in carcere invenerunt hominem venerabilem, *c* Cyrinum nomine, qui jam multa verbera pro nomine Christi perpessus fuerat, et omni penitus facultate sua nudatus. Ad quem venientes miserunt se ad pedes ejus Marius et Martha uxor ejus, cum duobus filiis suis Audifax et Abacuc, ut oraret pro eis: et ibi manserunt diebus octo. Et cœperunt de facultatibus suis ministrare B. Cyrino, et lavare pedes ejus, et eorum qui in vinculis erant constricti, et super capita sua et filiorum suorum ipsam aquam effundere.

2 Eodem quoque tempore jussit Claudius, ut si qui Christiani inventi fuissent, aut in vulgo, aut in custodia, sine interrogatione punirentur. Ipse igitur præcepto divulgato tenuit *d* ducentos sexaginta Christianos via *e* Salaria, qui arenam fodientes damnati fuerant pro nomine Christi, quos *f* in figlina foras muros portæ Salariæ fecit includi, et in civitatis amphitheatro sagittis jussit interfici.

3 Hoc cum factum fuisset, contristati nimis Marius et Martha uxor ejus, cum filiis suis Audifax et Abbacuc, venerunt ad locum, ubi corpora Sanctorum interfecta fuerant, una cum *g* B. Joanne Presbytero, et invenerunt super corpora sancta ignem superpositum, et sumentes cœperunt ab igne corpora Sanctorum subtrahere, et sepelire cum linteaminibus ex facultatibus suis; divites enim nimis et locupletes erant: et quotquot potuerunt sepelierunt in crypta, via Salaria, *h* juxta Clivum Cucumeris. Tunc sepelierunt cum eis quemdam etiam Tribunum Claudii, nomine Blastum: et in eodem loco vigilias et jejunia cum orationibus multis diebus cum B. Joanne celebraverunt *i*.

4 Audiens hæc Claudius, cœpit curiose quærere Marium et Martham uxorem ejus, et non invenit eos, quia occulte hoc faciebant. Venientes vero Romam, venerunt ad Castrum requirentes B. Cyrinum. Quem non invenientes, nimium contristati sunt. Invenerunt tamen quemdam Presbyterum, nomine *k* Pastorem, qui et illis narravit omnia, quæ facta fuerant, et quomodo noctu interfectus fuerat *l* gladio B. Cyrinus, et jactatus fuerat in Tiberim, cujus corpus remansit in *m* insula Lycaoniæ. Pergentes igitur noctu cum familia sua et B. Pastore, collegerunt corpus ejus, et sepelierunt cum in cœmiterio Pontiani in crypta, *n* VIII Kalendas Aprilis.

5 Venientes post hæc BB. Marius et Martha cum filiis suis, noctu audierunt in loco trans Tiberim in quodam

Margin notes: S. Marius et socii Romam veniunt corpora SS. perquirunt. — Sanctis captivis ministrant. — Multos a Claudio occisos sepeliunt. — Cyrinum ... sepeliunt.

NOT. 00

[illegible]

CAPUT II.

S. Valentini Presbyteri confessio, miracula

T[illegible]

[illegible] Valentinus Presbyter dixit: Si scires donum [illegible]

7 Eodem die Claudius magis patienter audiebat, [illegible] Si Christus Deus est, [illegible] Respondit Valentinus Presbyter, et dixit [illegible] [illegible] et salvabitur anima tua, et [illegible] Tunc [illegible] Cives Romani [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible] Asterius Princeps [illegible]

[illegible]

Ex MSS

b *MS. S. Max.* refugeres. c *Idem MS.* Legisconsultus.

d *Membr.* pœniteat te sanguinis *et rectius; sed plures sequimur.*

e ὑπόχυμα suffusio *est, quæ et* ὑπόχυσις, *vitiose MSS* epschymatis *vel* hypocematis. f *Alii MSS.* cæcata.

CAPUT III.

S. Asterii et domesticorum conversio et martyrium.

Asterius captivos Christianos dimittit.

Hoc cum vidisset Asterius, cecidit cum uxore sua ad pedes B. Valentini, et ita aiebant dicentes: Per Christum, per quem lumen agnovimus, precamur, ut quod scis facias, ut salventur animæ nostræ. Respondit Valentinus et dixit: Ergo facite quod dico, et si ex toto corde creditis, confringite omnia idola, et jejunate, et relaxate culpas omnibus, et baptizetur unusquisque in confessione sua, et salvus erit. Tum indixit eis triduo jejunium. Et quia multos habebat Asterius in custodia de Christianis, relaxavit omnes. Tribus igitur jejunii consummatis diebus, die sancto Dominico veniente, baptizavit Asterium cum omni domo sua. Et vocavit ad se S. Callistum Episcopum, qui veniens consignavit Asterium cum omni domo sua, animas fere promiscui sexus numero quadraginta sex.

baptizatur cum suis, post triduum jejunium.

11 Hoc factum ut audivit Marius et Martha uxor ejus cum filiis suis Audifax et Abbacuc, quia cæca illuminata est a B. Valentino, et per illuminationem ejus omnis domus Asterii credidit, venerunt cum gaudio magno ad domum Asterii gratias agentes Deo, et fuerunt ibi dies *a* triginta duos. Post hos dies requisivit Claudius Asterium Principem. Et nuntiatum est illi, quia illuminata fuisset puella in domo ejus, et per hoc signum baptizatus esset in nomine Christi cum omni domo sua per Valentinum Presbyterum. Qui iratus misit milites, et tenuit omnes quos invenit in domo ejus. Qui cum adducti fuissent vincti, inter quos erant Marius et Martha, Audifax et Abbacuc nobilissimi ex Persida, qui venerant ad orationem sanctorum Apostolorum; jussit eos separari a congregatione justorum, præcipiens Asterium cum omni domo sua duci vinctum in civitatem Ostiam, et ibi eum sub pœnarum examinatione *b* judicium sumere.

visitatur a SS. Mario et sociis. — a — cum iis capitur — b

12 *c* Et cum pervenissent ad locum, tradiderunt eos cuidam Judici, nomine Gelasio. Tunc suscipiens eos Gelasius, jussit mitti omnes in carcerem. Post dies autem viginti, jussit eos Gelasius suo conspectui præsentari. Qui dum præsentati fuissent, dixit ad eos: Audistis quid jusserunt victores Reipublicæ? Dixerunt: Nescimus. Dixit eis: Omnis quicumque diis immolaverit, vivat, et libertas ei concessa maneat, et facultatibus honoretur. Qui vero noluerit se humiliare diis, diversis pœnis interficiatur. B. Asterius dixit: Sacrificent eis, et cum eis pereant, qui eorum similes sunt. Nam hoc scias, quia nosmetipsos sacrificium offerimus Deo omnipotenti et Domino Jesu Christo filio ejus. Tunc Gelasius Judex iratus jussit B. Asterium in eculeo levari et torqueri; et omnes alios jussit fustibus cædi. Illi autem dicebant: Domine Jesu Christe, qui tribus pueris in camino æstuantes flammas ignium extinxisti, tu extingue minas istius tyranni, ut non glorietur super servos tuos, et ne separes nos a domino nostro Asterio.

c — ducitur Ostiam — equuleo torquetur socii fustibus cæduntur

13 Statimque jussit eum deponi de eculeo, et iterum custodiæ mancipari, dicens: Istis graviora sunt præparanda tormenta. Et jussit ut omnis populus diluculo ad spectaculum convenirent. Tunc jussit sibi editionem in amphitheatro parari, et B. Asterium sibi et omnes Sanctos præsentari. Cui ita dixit: Desere amentiam vanitatis tuæ, et te diis libaturum promitte, ut non in tormentis deficias, et isti omnes simul intereant. Respondit B. Asterius, et dixit: Nos omnes hoc desideramus, sicut Dominus noster Jesus Christus pro peccatoribus passus est, ita et nos immeriti peccatores pro nomine ejus sustineamus tormenta; ut purgati ab inquinamentis seculi hujus, securi ad desiderata regna cœlorum pertingere mereamur. Hoc audiens Gelasius Judex, ira commotus jussit eos feris tradi. Et subito comprehenderunt eos ministri, et duxerunt ad locum qui appellatur Ursarius, juxta fanum aureum, quia ibi feræ nutriebantur. Et dum introissent omnes Sancti in lacum, subito dimissæ sunt feræ ut eos interficerent. Tunc B. Asterius facto signaculo Christi, voce clara dixit: Domine Deus omnipotens, qui misertus es famulo tuo Danieli in lacu leonum, et per Abacuc Prophetam eum confortasti, ita et servos tuos visita per Angelum tuum sanctum. Et currentes feræ cœperunt pedes B. Asterii adorare, simul et omnium Sanctorum.

Omnes objiciuntur feris, innoxie.

14 Et cum vidisset Gelasius, dixit ad populum: Vidistis quomodo magicis artibus feras mansuetas fecerunt? Multi autem dicebant, Quia Deus eorum liberavit eos. Tunc jussit Sanctos ejici de lacu, et flammis exuri. Tunc B. Asterius exclamans dixit ad Sanctos: Confortamini et nolite timere, quia ille quartus, qui inter tres pueros Hebræos in camino ignis affuit, ecce nobiscum adest. Et confestim extinctæ sunt flammæ, ita ut nullum de membris eorum contaminaretur. Tunc videns Gelasius quia in omnibus victus erat, jussit eos foras muros Ostiæ civitatis ejici, et ibi eos capitalem subire sententiam, alios vero lapidibus obrui. Tunc corpora eorum Christiani cum omni diligentia sepelierunt sub die *d* XV Kal. Febr. In quo loco fabricata est ecclesia, et ibi florent beneficia Martyrum usque in præsentem diem.

in ignem conjiciuntur, illæsi: occiduntur. — d

a *MS. S. Max.* viginti duos.

b *Alii MSS.* exulare; *alii,* exhalare spiritum.

c *Quæ sequuntur usque ad cap. 4, in solo MS. Ripatoriı reperimus.*

d *Eo die de S. Asterio et sociis egimus.*

CAPUT IV.

SS. Valentini, Marii, et sociorum cædes.

S. Valentinus plectitur capite — a — sepelitur.

Marium autem et Martham, Audifax et Abbacuc jussit sibi reservari Imperator, ut eos per semet audiret; Valentinum vero Presbyterum fustibus cædi, et subire sententiam ut capite truncaretur. Qui decollatis est *a* via Flaminia sub die sexto decimo Calendarum Martiarum. Cujus corpus collegit quædam matrona Savinilla et sepelivit in eodem loco, ubi decollatus est, ubi multa miracula operatur Dominus ad laudem et gloriam nominis sui.

Marius et socii examinantur a Claudio:

16 Jussit itaque Claudius præsentari aspectibus suis Marium, Martham, Audifax et Abbacuc. Qui cum præsentati fuissent, æstimans Claudius quod pecuniis cumulati essent, sic aggreditur eos, dicens: Unde estis? Respondit Audifax filius eorum major, dicens: de Persida. Claudius dixit: Quam generositatem inter vos confertis? Respondit Audifax: Ego et Abbacuc, quantum ad carnem filii eorum sumus. Claudius dixit: Ob quam caussam ad patriam superiorem devoluti estis? Respondit Audifax: Desiderio desideravimus ad pedes Apostolorum ad orationem occurrere. Claudius dixit: Et quæ facultas in vobis fuit, ut tantum in itinere expenderetis? vel qui natales vestri sunt, indicate. Responderunt Marius et Martha, et dixerunt: Dominus omnipotens novit, quia nobiles nati sumus ex omni generatione. Nam ut scias nos nobiles esse, ego filius sum Imperatoris *b* Maroneni, et hæc filia est *c* Cusinitis subreguli. Claudius dixit: Et quare judicium parentum vestrorum non sequimini, ut deseratis deos, quos parentes vestri coluerunt, et *d* homines mortuos quæratis? Marius respondit: Nos famuli Christi, servos et Apostolos ejus venimus exorare, ut ipsi intervenire dignentur

regium genus suum profitentur — b c — et fidem. — d

digneatur pro nobis. Claudius dixit: Facultas vestra praesto est? Marius dixit: Facultatem nostram dedimus ei, qui hanc nobis ad tempus [illegible] dederat Domino Jesu Christo. Claudius audiens hunc sermonem, iratus valde tradidit eos Vicario *c* Musciano, dicens: Si non sacrificaverint, et dereliquerint superstitionem hanc, diversis in eos tormentis exerce.

17 Eadem die jussit sibi in *f* Tellude *g* gremium praeparari, et omnia genera tormentorum deferri. Qui cum adducti fuissent in conspectu ejus, furore repletus dixit: Intimatum vobis est quid praeceperunt Principes nostri et gubernatores Reipublicae? Respondit Audifax dicens: Nescimus. Muscianus Vicarius dixit: Ergo vultis cognoscere decreta? Responderunt Marius et Martha: Desideramus audire, quid jussum est tibi. Muscianus Vicarius dixit: Defe[illegible] tormenta. At ubi allata sunt, dixit: Omnia genera tormentorum in vobis expendentur, si decreta Imperatorum non feceritis. Si vero audieritis praeceptum Principum, et natales vestri [illegible], et dignitate fulgebitis [illegible]. [illegible] victores Reipublicae, ut sacrificetis diis suae morti, et [illegible] Principum. Respondit Audifax [illegible], dicens: Stultam rem locutus es. Dixit Muscianus ad Marium, Martham, et Abbacum: Vos quid [illegible]? Responderunt: Omnes [illegible] locuti sumus.

18 Jussit [illegible] Muscianus Vicarius expoliari eos et fustibus caedi, Martham vero stare ante eos. Qui cum caederentur, sub voce praeconis [illegible], Praecepta Principum nolite contemnere. Martha gaudens [illegible]: Filii mei constantes estote. Marius autem [illegible] Dominum, dicens: Gloria tibi Domine Jesu Christe. Muscianus Vicarius jussit eos levari a terra et suspendi in equuleo. Qui dum [illegible] fustibus, voce clara clamabat Audifax [illegible]: Gloria tibi Domine Jesu Christe, [illegible] servis [illegible]. Iratus Muscianus jussit [illegible] et ungulis [illegible] corpora eorum [illegible] vultu [illegible] gloria tibi Domine. Muscianus jussit [illegible] equuleo in conspectu Marthae, et in [illegible]. Cumque [illegible] manus eorum, coepit sanguis eorum

[illegible] Martha autem colligens sanguinem mariti et filiorum suorum, caput suum [illegible] cum gaudio. Tunc jussit Muscianus ut manibus ad collum ligatis sic per civitatem currerent, sub voce praeconis dicentes: Deos blasphemare nolite. Clamabat autem Marius, Audifax et Abbacum: Non sunt dii, sed daemones, quos [illegible] et Principes vestros.

19 E[illegible] dedit sententiam *l*, ut decollarentur. Qui ducti [illegible] *m* tertio decimo [illegible] *n* Nymphas [illegible], ibi in eodem loco decollati sunt sub arenario, Marius, Audifax et Abbacum. Martha vero in Nymphas necata est. Quorum corpora [illegible] jussit Muscianus incendi ne sepulturam habere[illegible]. Matrona vero quaedam, nomine Felicitas, rapuit corpora eorum semiusta, et in praedio suo sepelivit. Martham vero levavit de puteo, et junxit corporibus sanctis, sub die *o* tertio decimo Kalendarum Februariarum: ubi praestantur beneficia Domini nostri Jesu Christi usque in hodiernum diem, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Tanquam Martha [illegible]

[illegible]

Decollantur. Corpora eorum semiusta sepeliuntur.

[illegible] Hunc [illegible] post [illegible] Pauli [illegible] S. Valentini [illegible]

b *Membr.* Matronea. *MSS.* Matronea. [illegible]

[illegible] MSS. Muscianus.

[illegible]

[illegible] 270 [illegible]

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

PAULO, QUINCTO, GERONTIO, JANUARIO, SATURNINO, SUCCESSO, GERMANA, TERTULO SIVE ZERTULO, TIBERITANO, MAIOLO, VICTORIANO, HONORATO, FORTUNATO, JULIO, LUCIO, MARCUSO SIVE MARCISSO, PUBLIO, FELICE, CAIA, VITALE, CASSIANO, SECUNDO, VICTORE, PRIMO, SPANO SIVE HISPANO, CACINANO SIVE CAECUMARO, ALIO LUCIO, SATURNINA, FLORIDA, CALLISTA, MELONDIONE, SIVE MOLENDIONE, ET ALIIS FERE SEXCENTIS.

S[illegible] in Africa [illegible] In Africa sanctorum Martyrum Pauli, [illegible] Saturnini, Successi, [illegible] In Africa [illegible] SS. Pauli, Quincti, Gerontii, Januarii, Saturnini, Successi, [illegible], Germanae, Julii, [illegible] In Africa Pauli, Quincti, et [illegible] MSS. [illegible] In Africa Pauli, Quincti, [illegible] In Africa [illegible] SS. Pauli, [illegible] sexcentis.

2 A[illegible]

Ex variis in quibusdam plurima alia

detur. In Africa, Pauli, Quinti, Geronti, Januari, Saturnini, Successi, Germanæ, Zertuli, et aliorum multorum. Tiberitani, Maioli, Victoriani, Honorati, Fortunati, Juli, Luci, Marcusi, Pupli, Felicis, Gaiæ, Vitalis, Cassiani, Secundi, Victoris, Primi, Spani, Cacinani, item Luci, Saturninæ, Floridæ, Calistæ, Melondionis. *Eosdem fere enumerat vetus MS. Hibernicum Conventus Dungalensis:* Pauli, Quinti, Gerontii, Jannarii, Saturnini, Successi,.... Gagiæ, Saturninæ, Floridæ, Galizæ, Piæ, Priscari, Tertuli, Tiberi, Tanmajoli, Victoriani, Honorati, Fortunati, Julii, Lucii, nativitas S. Germanis, Marcissi, ... Pupli, Felicis, Vitalis, Cassiani, Secundi, Victoris, Primi, Hispani, Luci, Cæcumari, Melendionis. *Omisimus quæ haud apte interjecta*: Marii et Marthæ sororis Lazari, *et* Pauli senis.

eaque varie scripta

3 *In quibusdam ergo nominibus discrepantia est.* Pia *a Canisio, Carthusianis, Baronio, Galesinio relata, alio videtur pertinere, ut infra dicetur.* Gerantium *scribunt Galesinius et Canisius, qui* Gerontius *est.* Tertulus *dicendus videtur cum MS. Hibernico, qui Laurentio Epternacensi* Zertulus, *at qui hinc* Tiberitanus, *recte, ut opinamur, menda librarii in altero MS.* Tiberius *est,* Tan *syllaba ad* Maioli *nomen perperam adnexa. Hinc* Marcissus, *alii* Marcusus *est: disputare utram præferas lectionem, vix dignum opera.* Caiani *malumus, nisi* Caium *potius dixeris, quam alterum MS.* Gagiam., *Carthusiani* Gagum; *MSS. Tornacense et Lætien.* Gagium; *Baronius, Galesinius, Canisius,* Catum. Spanus *et* Hispanus *eadem sunt; quippe* Spania *dicta etiam veteribus quæ* Hispania, *et nostratibus* Spanien. *quamquam et* σπανὸς *rarus,* pretiosus. *Pro* Cacinano *et* Cæcumaro, *an non* Cæcinianum *auguriere legendum?* Melendion *sit, an* Melondion *vix interest;* Melandion, *aut* Melandryon, *alius conjectetur legendum.* Callista *in uno MS.* Calista, *in alio* Caliza *appelatur.*

Quando occisi sint

4 *In postrema editione Martyrologii adscriptum est in margine, hos anno* 302, *videri subiisse martyrium. At Franciscus Bivarius ad Fl. Dextri chronicon an.* 138, *nu.* 3, Germanam, *quæ hic recensetur, unam esse existimat ex novemgeminis* Catellii, *sive* C. Attilii, *Reguli filiabus S.* Quiteriæ, (*de qua XXII Maii agemus*) *sororem, sed* quando a sese invicem sorores nutu Angeli discesserunt, mari transacto in Africam migrasse, ibique pro Christi fide tuenda cum aliis octo sociis vitam posuisse; *hosque octo socios esse, quos Baronius Martyrologio Romano restituit. Citat Juliani chronicon, necdum nobis visum, in quo hæc haberi ait:* S. Germana soror harum, Carthagine in Africa patitur. *Incerta hæc nec sequi nec refutare animus est. Secutus est Antonius Vasconcellius noster in Descriptione regni Lusitaniæ, scribens alias sorores alibi* mortem pro Christo obiisse, Germanam Carthagine in Africa. *Ast hos Martyres Carthagine inivisse certamen, aliorum nemo asserit, ut in Africa duxta est.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PIA, PICARIA, ET ALIIS XXXVIII

CARTHAGINE IN AFRICA.

XIX Januarii.

P*iam cum aliis Africanis Martyribus junxere Baronius, Canisius, Galesinius, Carthusiani, MS. Dungalense, et frequens est in ceteribus Martyrologiis, ut vel nullo expresso loco, vel eo etiam indicato, alii addantur Sancti, qui eo non spectant, præsertim cum sola nomina, absque omni actorum mentione, recensentur. Distinxere Notkerus et Martyrologium S. Hieronymi*: Karthagine, Picariæ, Piæ et aliorum XXXVIII. *Pro* Picaria, Priscari *nomen est in Dungalensi codice, forte* Priscariæ *scriptum fuit. In eodem Martyrum XXXVIII separatim mentio fit*: Niceti, (*Episcopi, quem supra in 2 Aprilis rejecimus*) et aliorum XXXVIII Martyrum.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

LUCIANO, PAULA, CLAUDIO, HYPATIO, PAULO, DIONYSIO.

XIX Januarii.

M*emorantur hi in Menæis Græcorum, atque a Maximo Cytheræo, his verbis*: Memoria sanctorum Martyrum Luciani, Paulæ, et infantium cum ipsis Claudii, Hypatii, Pauli, et Dionysii, quorum celebritas peragitur in æde Anastasii Patriarchæ *in* Ὀξείᾳ. *Conjectatur non improbabiliter Raderus noster* Lucianum *et* Paulam *parentes, ceteros eorum liberos fuisse. Nihil de his Latini.*

DE S. EUPHRASIA VIRG. ET MART.

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

sub Diocletiano XIX Januarii

I*gnota est Fastis Latinis* Euphrasia, *in quibus tres ejusdem nominis Heroides celebrantur. Hæc Nicomediæ coronata, cum in vivis adhuc ageret S. Anthimus ejus civitatis Episcopus, sub Diocletiano et Maximiano, ut ad vitam S. Anthimi 27 Aprilis dicetur.* Euphrasiæ *certamen descripsit Nicephorus Callistus lib. 7, cap. 13, atque ex eo Baronius tom. 3, an. 309, nu. 35 et Menæa Græcorum hoc die, ac Maximus Cytheræus. Extat de ea elegans Vincentii Guinisii nostri poema.*

ACTA EX MENÆIS.

Dolo sapiente effugiens carnis injuriam
Muneraris vere a gladio Euphrasia.

Orinnda hæc erat ex urbe Nicomedia, imperante Maximiano, genere illustris, vita continens et proba. Cum vero induci non posset ut dæmonibus immolaret, dire verberata est: cumque persisteret in sententia, barbaro cuidam ad contumeliam addicta est: a quo caput illi resectum est, decepto ab ipsa pollicente ei, si a contumelia abstineret, si illi remedium exhibituram, quo usus in bello neque gladiis neque jaculis lædi posset, sed prorsus inviolabilis esset; ejusque rei in suo corpore experimentum præbitura, caput illi feriendum porrexit. Ille ratus illam ex animo hæc dicere, magna vi cervici ferrum incussit, et caput ei amputavit.

Euphrasia occiditur pro servanda virginitate.

EADEM

EADEM ACTA EX NICEPHORO.

Alia quaedam puella, perpulchram et admodum, testimonio omnium virginitatis ornamentum, quia comprehensa deorum cultum ut summum malum aversata fuerat, impotentibus et impudicis viris ad ludibrium et turpem libidinem tradita est. Et illa jam ita abducebatur, cum ex casu quodam inter eundum Antistes Ecclesiae Nicomediensis Anthimus obvius fit. Itaque ab illa interrogatus, utrum sibi e duobus aequalibus malis magis eligendum videretur? respondens ille: Filia, inquit, Euphrasia, pulcherrimum quidem est virginitatis donum, sed praestantius multo fidei praeceptum. Quando quidem omne, si casus aliquis aut necessitas ita ferret, multo magis pollicitum ipsum praestare quam corpus [illegible] dare, [illegible] Et si [illegible] non est ut utrumque [illegible], ut saltem [illegible] esse [illegible] mente [illegible] per fidem confirmata, [illegible] peractis.

2 Consilio viri ejus cognito, animo etiamnum in utramque partem fluctuante, tandem apud se, ut utrumque salvum retineret confirmante, quo abducebatur sequitur. Atque ubi jam in eodem est conclave cum improbo juvene clausa, techna quadam illum circumvenit, veneficam enim se esse profitetur, mercedemque ingentem conservatae pudicitiae pollicetur, quae eum a morte conservet, pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus et praeliis nullo prorsus telo aut ferro violari ut contra possit. Quod si de tali remedio, inquit, periculum facere vis, illico id tibi manifesto exhibebo. Ille statim parari permittit. Tum illa vere sapiens, cerato oleo [illegible] lacte [illegible], manibusque subjectam [illegible] collo [illegible] circum [illegible] inungens [illegible]. Quod ubi perfecit, petere etiam [illegible] suum ense quibus posset viribus [illegible], remedique ejus vim et efficaciam experiri jubet. Atque ille, quantum poterat valentissime et [illegible] demisit, a capite ejus [illegible] resecuit.

[illegible footnote]

DE S. BASSIANO EP. LAUDENSI IN ITALIA.

Laus Pompeia [illegible] oppidum [illegible], Pompeia [illegible], Magno [illegible] [illegible] saeculo Christiano duodecimo a Mediolanensibus [illegible] eversum, at postea quoque, ut [illegible], [illegible] Fridericus Aenobarbus Imperator [illegible] ad Abduam flumen [illegible], [illegible] Laudis [illegible] Lodi [illegible] Lodi Vecchio [illegible] Lauden. veterem [illegible] oppidi [illegible].

2 [illegible] tutelaris est S. Bassianus Episcopus [illegible] XIX Januarii [illegible] Martyrologium Romanum: Laude, S. Bassiani Episcopi et Confessoris, qui adversus [illegible] cum S. Ambrosio strenue decertavit. [illegible] Mediolani [illegible] [illegible] in [illegible] de SS. [illegible]

3 [illegible] vitam [illegible] miraculis [illegible] [illegible] historiam [illegible] Ravennae [illegible] Hanc [illegible] Mediolani [illegible] Martyrologio [illegible] 2, cap. 101 [illegible] SS. [illegible] [illegible] Laude [illegible] Mediolani [illegible] MDCXXVIII [illegible] S. Laurentio [illegible]

4 [illegible] Bassiani S. Ambrosius [illegible] 60 [illegible] S. F[illegible] [illegible] XII [illegible] basilicae [illegible] Concilio Aquileiensi [illegible] 381 [illegible] S. Ambrosii [illegible]

[illegible] Baronius [illegible] S. Ambrosii [illegible] 381, [illegible] 85, [illegible] 397, [illegible] 31

4 Translationem S. Bassiani [illegible] Laude veteri ad Novam [illegible] 1158, [illegible] Mediolanensibus Laude, Mediolanum [illegible] Ita Petrus [illegible] Natal. lib. 2, cap. 101. Temporis processu desolata civitate Laudensi per cives Mediolanenses, et tota [illegible] consumpta, corpus Sancti [illegible] quam [illegible] locum, [illegible] [illegible] reconstructa per Imperatorem Fridericum [illegible] splendens.

6 [illegible] Laude [illegible] Patronum [illegible] quippe Victor Antipapa; sed ipse humeros [illegible] 1163, [illegible] [illegible] S. [illegible] Ottonem Frisingensem [illegible] cap. 17 [illegible] Italiam [illegible] per [illegible]

7 [illegible] 11 [illegible] Fridericus [illegible] Pontifex [illegible] [illegible] Laudensi [illegible]

Ex variis

lipsana in novam urbem ex vetere deferuntur, humerum ipse piæ sarcinæ supponit.

anno 1163.

8 *Bernardinus Corius eadem narrat, et certa temporum nota signat; venisse nimirum isthuc Imperatorem 28 Octobris, feria secunda, cum Beatrice Augusta, Antistite Coloniensi, Ermanno Verdensi, aliisque Proceribus : adfuisse sabbato insequente Victorem cum pluribus suæ factionis Cardinalibus : die Lunæ S. Bassiani Confessoris, Laudensium Patroni, summo honore elatum e majori basilica Laudis veteris, ipsius Victoris, Augusti, Aquileiensis Patriarchæ, aliorumque Antistitum humeris, Laudem novam esse deportatum : abiisse inde Ticinum cum conjuge Cæsarem 16 Novembris, sabbathi die.*

4 Novemb.

9 *Est ea Translatio apud Ferrarium pridie Nonas Novembris sacris Fastis inscripta; quo die et Cajetanus noster :* Laude, Translatio S. Bassiani Syracusani, et Laudensis Episcopi.

Ecclesia S. Bassiani Cremonæ.

10 *Peregrinus Merulæ in Sanctuario Cremonensi testatur Cremonæ extare* S. Bassiani *parochialem ecclesiam, in eaque altare magnificum a Duce quopiam Mediolanensi erectum. In ea ecclesia primo sacrarum Rogationum die Stationem peragi: asservari ibidem aliqua SS. Gervasii et Protasii ossa.*

VITA AUCTORE ANONYMO,

Ex Bonino Mombritio.

CAPUT I.

S. Bassiani institutio, conversio.

Sanctorum virtutes, quibus Deo opitulante contra carnis illecebras constanter dimicavere, temporaliter retexere, futurorumque quoque memoriæ commendare, duobus modis mortalibus operæ pretium esse credimus. Cum enim invictam eorum constantiam in præsenti fideliter recolimus, eos apud Deum nostri memores esse non diffidimus, formamque, cui imprimi debeant, viventibus exhibemus. Igitur B. Bassiani Laudensis Antistitis et Confessoris conversationem sacram ac mores, quibus regni cœlestis particeps fieri meruit, breviter, prout ipse præstiterit, perstringere satagimus.

Unde est SS. gesta scribere

S. Bassianus Romam ad studia mittitur

2 Bassianus vir venerabilis vitæ, pueritiæ suæ tempore senectutem, nec diuturnam neque numero annorum computatam, moribus prætendens, a patre Sergio *a* Syracusanorum provinciæ Præfecto Romam, cum esset annorum duodecim, ob liberale litterarum studium directus est, ut ad plenum liberalibus imbutus documentis, patre abeunte pro eo præfecturam prudenter disponere posset. Qui cum disciplinam, cui incumbebat, ultra ætatis suæ modum mirabiliter perciperet, audito Christianæ religionis nomine, ad divinam philosophiam incredibili desiderio se conabatur transferre, et clam famulantibus sibi, quibus pater tamquam unanimum custodiendum tradiderat, assidue investigabat, cui pectoris sui arcanum securius intimaret.

a Gordiano Presbytero divinitus monito quæritur

3 Sed Dominus futurum militem suum nolens diutius salutiferæ militiæ suæ expertem, atque ignarum existere, *b* Gordiano Presbytero magnæ sanctitatis viro, appetitum atque sollicitudinem adolescentis Bassiani aperire tertio in somnis dignatus est: qui maturius solito cubile proprium deserens, cœpit publica Urbis exercitia quærere, si forte valeat juvenem convenire, cujus mentionem sibi voluit Dominus ante paullulum facere. Quem cum, rogando fessus, tandem superna pietate favente invenire meretur, diligenter ab eo perpunctatur, unde oriundus, quibusque parentibus genitus, cujusque gratia Urbem incoleret. Cui magnificæ indolis Bassianus cuncta per ordinem prudenter referens, seniori stuporem vehementer injecit super elegantia sermonis. Tunc vero senior honestis amplexibus ejus aliquantisper immoratus, domum suam hortando secum invisere eum compulit, ubi insinuare non distulit, quid sibi per visum de eo tertio majestas immensa revelaverit, et ut quærendo insisteret non mediocriter admonuerit. Quibus relatis uterque Deo gratias laudesque debitas suppliciter egere, qui in quoquam pietatis affectum non sinit perire, et in veritate accedentibus ad se, rectitudinis viam consuevit misericorditer reserare.

reperitur

in fide instruitur

4 Athleta autem a Deo electus, mox provolutus ad venerandi senis vestigia, toto conamine postulabat se ab eo in Christo catechizari, nec tanto mysterio tam multo ante optato se ulterius privari pateretur. Cujus saluberrimis obsecrationibus præfatus senior, utpote dispositionis Divinæ jam procul dubio conscius, devotissime acquievit. Qui instructus usque ad plenum, catechizatus in Christo, ita se sacris observationibus mancipare satagebat: primo frugalitatem colendo, ut soliti stipendii tertia portione degeret, reliquis vero duabus indigentes alere summo opere gaudebat : adeoque virtutum gradibus proficere meruit, ut religiosum sacricolam, quem pridem ut didascalum præceptoremque coluerat, postmodum discipulum et æmulatorem haberet. Deinde anni unius exacto curriculo, tamquam miles acrioris pugnæ donativum intrepidus suscipiens, baptismatis gratiam a sæpedicto seniore percepit.

baptizatur Angeli aspectu recreatur

5 Qui sacro baptismatis fonte regeneratus, juvenem formosissimum solis sphæræ in modum renitentem conspexit assistere; sibi quoque vestem candidam, qua operiretur administrare : quem cum vir Domini Bassianus reverenter perquireret quis esset, ob quam gratiam sedem illam adierit; respondit se jam pridem cœlitus esse missum, ut sacrum ejus propositum prospere disponat, et quæque sibi noxia procul ab eo abigat. His expletis confestim ab eorum oculis elapsus est, tanta suavitatis fragrantia per mediam fere horam ibi præsentes reficiens, ut carnis mole deposita sibi viderentur in cœlestibus conversari.

Futuræ ejus sanctitatis prognostica

6 Interea beati viri comites, quos eatenus tantum latuerat mysterium, præter unum majorem natu, quem idem Domini famulus intimorum suorum socium adsciverat, vicissim sollicite sciscitabantur, quia dominus suus inaudita parcitate, pernoctationibusque insolitis incessanter attenuaretur. Quibus major natu ejusque fidelissimus symmystes ista retulit : Liberalis disciplina sibi studiose adhærentibus præstare consuevit, ut superfluis voluptatibus sepositis, naturæ donis contentos efficiat. Identidem in domino nostro, cum se ad altiorem philosophiam confert, noveritis fieri. Illi vero recolentes, quia cum adhuc cunabulis foveretur, cruces, quas numquam viderat, digito pulveri imprimebat, segetis quoque culmos ad earum instar divinitus componebat, et a nutrice crebro objurgabatur; curiosius investigare non desinunt, donec in veritate comperiunt regenerationis lavacrum suscepisse. Quadam enim die, cum nocturnis excubiis nimium fatigatus se sopori dedisset, audiunt eum in eodem sopore sanctæ Trinitatis invocare nomen, ut ad gloriam diligentibus se repromissam dignaretur se quoque dirigere. Cui vox superna subjecit : Gaude et lætare fidelissime satelles Christi Bassiane, quoniam deprecatio tua admissa est coram Domino, et sedes gratissima in cœlo tibi parata.

Gloria ei cælestis in somnis

a *Hinc corrigas Ferrarium ... ridentem:* Viros nobiles Laude multos edidit, inter quos D. Bassianus ejus urbis Episcopus et Patronus, qui circa CCCXV a Christi nativitate annum floruit.

b *Mend. ... Ferrarius:* litteris operam dedit Gordiano Presbytero institutore.

CAPUT

CAPUT II.

Fuga Ravennam, miracula.

His auditis, clam beato viro ministri ejus Urbe [illegible] dumtaxat fideli socio relicto, patri[illegible] molestissimam celeriter perferunt. [illegible] pater [illegible] apparatum instrueret, [illegible] filium ab incepto, et si non blande, vel violenter revocare posset [illegible] Confessor [illegible] Apostoli [illegible] basilicam [illegible] Nevera [illegible] Confessor [illegible] Ravennam [illegible]

[illegible]

quatenus similitudinis suae forma relicta, sedem tartaream celeriter adeas, ubi te perpetuo puniendum non ignoras. Orationis quidem ordinem needum transegerat, cum humanae felicitatis inimicus hominem brevi possessum, sed morte tenus comeussum, tristis ac confusus deserit. Corpus vero, uti exanime oculis etiam tunc caecitate damnatis, nondum valebatur [illegible] caecitate fugata, tamquam vinculis solutus [illegible] jubente sospes exsilit [illegible] stupore perterriti [illegible] Confessori [illegible]

[illegible]

vium frequentia Deo liberi [illegible]

[illegible]

CAPUT III.

[illegible]

P[illegible]

[illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO

gestum fuerat non post multum pertingeret, jubet eum Valerianus de custodia produci, et noxæ, qua reus tenebatur, immunem exinde haberi. Qui facultatibus propriis restitutus, mundanis negotiis renuntians, totum se Deo ejusque fideli Bassiano plenissime devovit.

Fit sacerdos.

11 Per idem tempus cogente Clero ac populo per singulos Ecclesiasticos gradus, ad sacerdotii dignitatem promovetur. Paullo post autem minister ejus cursu vitæ religiosæ expleto bene currentis palmam adeptus est; cujus die septimo depositionis, cum Sanctus devotissime sacrificii munus, assistente Bithynio pro eo offerret, vox cœlitus prolata: Is, inquit, justorum amœnitate jam fruitur, pro quo sollicitus oras, quia quod fide percepit, opere exercere non recusavit. Quod vir Domini redemptionis nostræ hostia oblata, lætabundus Bithynio intimavit ille quoque se audisse asserens ei cœpit congratulari.

ministrum salvatum divinitus cognoscit

12 Per idem tempus Laudensis populus Pastore proprio destitutus rogationes publicas triduo indixerat, quatenus Præsulem futurum Ecclesiæ suæ idoneum præsidere Divina pietas innotesceret. Quorum devotioni auditu benigne inclinato, Clementi ejusdem Ecclesiæ venerabili Presbytero, dum quieti artus committeret, postulata his verbis nuntiat: Bassianum gemmis cœlestibus insignitum, vobis divinitus præponendum scitote, qui suorum jam securus, pro aliorum excessibus rogare non desinit, multosque Ravennatium, apud quos Deo militat, honestis moribus informare satagit.

Episcopus Laudensis cælitus designatur.

13 Tunc Clemens revelatione gavisus, accitis de Clero et populo religiosis, audita refert. Protinus duos facundia et conversatione pollentes eligunt, per quos ad virum Domini legationem sacram confidenter referunt. Ipsa autem nocte, cujus die sequenti Sanctum conveniunt, nuntiatur Patri per spiritum, a Liguriæ partibus geminos viros Domino suggerente sibi in crastinum adventare, quibus benigne susceptis eorum sermonibus adquiescere non recusaret. Cumque ad eum percunctandum mane perveniunt, loquendi copia ab eo postulata, legationis summam solemniter referunt. Quibus Domini famulus adhæc inquit: Deus hominem immortalem condidit, ut mandatis ejus curaret diligenter obsequi, postquam vero eorum negligens extitit, sibi cunctisque posteris necem paravit: inconsequens ergo videtur, quod humana temeritas Dei audeat reniti voluntati, cum Apostolus dicat: Non quod ego volo ago, sed quod nolo facio. Nos itaque recusantes ambitum honoris, quamquam volentes potius pro fratribus subeamus laboris. Postmodum in hospitium introducens, hortatur eos itinere nimium fessos otiose recreari: illi autem desiderii sui compotes, longiori quieti negantes indulgere, cum thesauro optato intempestæ hora noctis ad propria gaudent remeare.

Deducitur Laudem

Rom. 7. 19

14 Factum est autem cum a populo Laudensi devotissime susciperetur, ut quidam clarus genere, morbo paralytico jam dudum sermone privatus, ad eum osculandum accederet, cui post osculum ita sermo integer restituitur, ut a cunctis postmodum, quam ante perditum sermonem, expeditius loqui videretur. *d*

Paralytico [illegible]

a *Videtur* Valentiniano *legendum. Annis circiter* 70, *ante* Valerianus *a Persis trucidatus est, quam* Bassianus *nasceretur*

b *Balæus* Bythinianum *vocat.*

c *Petrus de Nat.* et sic annos eis apparuit

d *Addit Petrus et Lectiones*, multos ab eo leprosos mundatos

CAPUT IV.

Dedicata basilica, mortuus suscitatus.

Post non multum vero temporis comprovincialibus Episcopis convocatis, cum laude et honore Dei ad Sedem Pontificalem *a* provehitur, eo deinceps conspectus humilior, quo gradus, quem susceperat, metit celsior. Mensa vero ejus peregrinis et egenis præcipue refectionem præstabat, quibus semper adhibitis cibos lautiores ipse ministrare consueverat. Parcimoniæ quotidianæ, ut carnis delectationes superfluas deprimeret, usque adeo inhærebat, ut naturæ quoque conditionem transcendere crederetur. Vinum etiam aut alicujus saporem quo inebriari posset, nisi Dominicæ resurrectionis die, vel præcipuis Sanctorum solennitatibus, numquam attingebat. Lectionibus sacris aut devotis obsecrationibus sine cessatione incumbebat.

16 Quodam autem tempore dum animo revolveret quod Domino acceptabile munus præter solitum offerret; placuit ei in suburbio orientali, ad honorem et reverentiam Apostolorum, oratorium condere; datisque sumptibus ad fabricam perficiendam, opus quod cœperat, non multum distulit consummare. Ad cujus dedicationem Beatissimum Ambrosium Mediolanensem, et Felicem Comanum Pontificem venire persuasit: cujus dedicationis idem B. Ambrosius in libro Epistolarum suarum meminisse non præteriit. Factumque est ut inter consecrandum dæmonis vox per os puellæ hujusmodi audiretur: Quid viri Dei tam iniquum luctamen adversus me suscepistis, ut tres contra me solum arma intoleranda pugnando præparetis? Numquid parum vobis est, quia nobis nocendi ademistis vires, nisi etiam ab illis quos possidemus arcere conemini? Quod si hinc me exire compellitis, adhibitis mecum duobus vel pluribus aliam occupabo sedem, ad quam non dabitur vobis facultas adspirare. Tunc vero Sancti pariter prostrati summæ pietatis opem certatim implorant, ut dæmone fugato præsentibus innotesceret magnitudinis suæ potentia. At ubi conditionis humanæ adversarius virtutem insuperabilem sensit adesse, diu discerpens atque contorquens puellam, tandem confusus ab ea compellitur exire. Protinus Sancti ab oratione surgentes, puellam parentibus incolumem committunt, hortanturque ut Domino salutis suæ auctori gratias indesinenter agant. Consecrationis igitur mysterio rite expleto, cum gratiarum actione unanimiter mensam adeunt, ubi non modo escis corporis refici, verum etiam sententias conferre multo magis appetunt sacri eloquii. Die autem sequenti cum reditus sui licentiam peterent, obtinuit vir Domini Bassianus, ut interim pariter jejunia solverent: inde vicissim vale dicentes sedes adeunt proprias.

Basilicam SS. Apostolis dicat

Ep. 60

Puellam energumenam liberat

17 Messis præterea tempore, dum quidam puerulus inter metentium manipulos deambularet, serpentis vulnere interiit. Qui cum in ecclesiam Apostolorum, quam Præsul Domini fundaverat, deportaretur, factum est ut in eadem, sicut crebro solebat, ipse Omnipotenti laudes persolveret, sed psallendi constantiam mentisque devotionem parentum plangor miserandus omnimodo permutabat. Quos Pater sanctus, cum ceteris ecclesiam exire præcipiens, solus juxta defuncti corpusculum ad orationem prosternitur, cumque in oratione aliquamdiu persisteret, lacrymis pavimentum rigans, exanimati membra tertio visa sunt concuti, deinde totum corpusculum moveri. Surgente vero Domini Sacerdote a loco in quo Omnipotentis virtutem pro puero devote postulaverat, puer redivivus cum eodem pariter surgens, primo sermone tanquam nihil passus matrem vocare cœpit. Quo audito parentes ceterique qui pro foribus manebant, inopinatæ lætitiæ moram non sustinentes, ecclesiam irruunt, virtutemque Dei, quam per Sacerdotem suum declarare voluit, admirari non sufficiunt. Tunc vir Domini salutaria monita auribus populi, qui multus convenerat, benigne inserens hortatur, quatenus illius et omnium virtutum auctori certent famulari, ad cujus nutum et imperium puer meruit vivificari. His itaque aliisque pluribus populus animatus in Christo, Deum incessanter magnificans, cum puero vitæ restituto exultanter recedit, atque Præsulem sanctum

Puerum a serpente interemptum suscitat

sanctum, quem tanti miraculi efficacem rogo [illegible], prædicare non cessat.

[illegible]

CAPUT V.

S. Ambrosii, ipsiusque obitus.

Per idem tempus B. Ambrosius [illegible] corporis [illegible] detentus, a S. Bassiano [illegible] [illegible] fidelissimo Bassiano imputandum protinus [illegible] non distulit. Vir autem Domini Bassianus mente revolvens [illegible] hominis Domini [illegible] transitum [illegible] [illegible]

[illegible] narrat ei Pater sanctus, quid ad correctionem et salutem [illegible]

[illegible]

20 [illegible]

[illegible]

mus [illegible] Nolite filioli de meo turbari transitu, quoniam fideli [illegible] certis [illegible]

21 Factum est autem, ut undecimo die, ex quo hoc prædixerat, sancta anima [illegible] Jesu Christi Domini nostri, cui est [illegible] Patre et Spiritu sancto [illegible] Amen.

[illegible]

CAPUT VI

Ejus opportunitatem pauperi patrocinium.

P[illegible] [illegible] mortales stupenda divinitus geri contemplamur, incontemplabilem omnipotentiam colimus, et indubi[illegible] [illegible]

Auctore anonymo, ex Mombritio.

transiens, velut commendatos opportune ab eo exigebat: dumque voce indeficienti eos sibi restitui postulat, furti minister sperans se rapinæ periculum jam declinasse, utpote laboriosi itineris supplicio, diutissimo quoque errore cœlitus vexatus, ad fores ecclesiæ laboriosi almi Confessoris intrepidus scelerisque securus pervenit: divertens vero ad domum quam ei proximam conspexerat, rapinam, quam se impune adeptum credebat, in ea locavit, referens se in foro venalium eam pretio comparasse: deinde artus nimium fessos sopore paullulum recreans, ad eamdem ecclesiam sub prætextu honestatis tendere deliberavit. Verum dum basilicam, qua se indignum exhibuerat, summo conamine ingredi tentaret, præcelso examine a liminibus repulsus, volui præ foribus velut amens terribiliter cœpit, neque quiescendi licentiam meruit, donec diu volvendo Sancto palam assistentibus crebro exclamaret: En tamen in domo proxima, en adsunt tauri. Cumque præsentes vicissim mirarentur, quid hujusmodi vox significaret; hic, cujus fuerant, inter ceteros admirans, quod ante fores cœlitus fieri videbat, ad vocem furis, preces, quas fideliter fuderat, ad effectum venisse cognovit, et a Domini Confessore impetrasse quod postulaverat: inde ad segetem, in qua tauros absconditos esse didicerat, impiger cucurrit, eosque inventos intra septa propria reducere gaudet: postmodum ecclesiam repetens, his quos stupentes reliquerat, magnalia Dei quæ per B. Bassianum patrare dignatus est, per ordinem narrat. Præsens vero populus animadversis quæ ab eo dicebantur, omnium virtutum auctori, necnon ejus præclaro Confessori laudes properat celebrare, qui gloriam quam suis in cœlestibus contulit, per signa ingentia mortalibus destinat declarare. Latro quoque patrati criminis tota animi intentione pœnitens, ut veniam mereretur certatim insistebat, de cujus spe atque respectu confusus, ecclesiæ aditum prius sibi *a* ob noxam prohibitum, facilem consecutus est: in qua se reliquo vitæ suæ tempore Deo, ejus etiam fideli Bassiano famulari devovit, pristinisque pravitatibus, quibus se implicuerat, superna opitulante clementia, abrenuntiare non distulit: quin etiam post conversionem suam non sine suspiriis testari solebat, quoniam in ipsa nocte, qua tauros subripuerat, aves teterrimas erroris sui prævias volitare viderit, quas oculorum suorum aciem certatim turbasse asserebat, neque etiam a se discessisse, quousque ante aras Virginis turrificæ inire cursum compelleret. In qua re superna dispensatio cautissime consideranda est, qui eosdem delinquenti tortores sævissimos adhibet, quos nequitiæ suæ suasores habere studet: quibus vero amœnitatem æthercam præstat, ipsa eosdem ut eam mereantur divinitus informat. quod nobis eo, cujus gesta retulimus, interveniente concedere dignetur, qui immutabilis manens, mutabilia disponit in secula seculorum, Amen.

fure punito,

mirabiliter restitutis

a fur emendatus.

23 Rexit Laudensem Ecclesiam triginta quinque annos et viginti dies. Nonagesimo vero vitæ suæ anno humo quod suum fuerat *b*, polumque gaudens adiit Honorii *c* octavo ac Theodosii.

a *Ita legendum videtur Mombritius habet.* obnoxium prohibitum.

b *Videtur desiderari*, reliquit, *vel quid simile*

c *Lectiones habent obiisse anno* 413, *qui erat* P. C. Honorii IX et Theodosii V, *sive* Lucio V. CL. *solo* Cos. *si hic in numero addito* Honorii *nomini error non est, oportet consulatum ejus octavum accipere, quem gessit anno Christi* 409, *et fatendum est omissum numerum III. qui Theodosio Juniori Aug. addendus erat Sicque natum dicemus anno* 319, *Episcopum factum an.* 374, *sin alterum calculum amplectamur*, 378 *aut* 380

VITÆ EPITOME

Ex Officio Ecclesiæ Laudensis.

Bassiani sanctitatis præsagia

Bassianus Sergio patre Syracusis nobili genere natus, a primæva ætate futuræ sanctitatis specimen dedit, nam infans digito crucem imprimebat pulveri, junctis item stipulis Crucis effformabat imaginem, et eo salutari signo sibi frontem muniebat sæpius, neglecta prorsus improbæ nutricis reprehensione.

conversio,

2 Romam missus studiorum caussa duodecimum annum agens, a Gordiano magnæ sanctitatis viro, quem Dominus de Bassiano docuerat, Christiano ritu baptizatur. Quod cum ferret iniquius pater, fugit ille Ravennam, monitu S. Joannis Evangelistæ, in cujus æde oraverat. Quo in itinere confugientem ad se cervam cum duobus hinnulis a venatoribus defendit, divexante diabolo unum ex iis, quem et Bassianus liberavit.

fuga,

virtutes,

3 Orationi vocabat assiduus, tenuissimo victu contentus, cujus duas partes ex tribus in pauperes erogabat, caritate, humilitate præclarus, non modo apud finitimos, verum etiam apud exteros populos sibi gratiam conciliabat.

episcopatus,

4 Vacabat Ecclesiæ Laudensis Episcopalis Sedes, et precibus a populo per triduum effusis, Clementi Presbytero revelatur, Bassianum Ravennæ tunc degentem a Deo Episcopum designatum esse. Mittuntur ad eum legati: quibuscum veniens, in suburbiis Laudæ paralyticum, eumque mutum sanat, leprosos innumeros mundat, et animarum saluti quam maxime invigilat. Erat is annus salutis nostræ trecentesimus septuagesimus octavus, cujus primo Januarii die ordinatus Episcopus fuit.

inde præclare gesta,

5 In episcopatu humanior nemo, nemo temperantior: vino fere semper abstinuit, in egentes et inopes liberalior. Basilicam in honorem duodecim Apostolorum ædificavit, quam una cum Ambrosio Mediolanensi et Felice Comensi Deo dicavit. Cum eodem Ambrosio adversus hæreticos strenue decertavit, miraculisque claruit. Ravennæ cum esset, Bithinium Judicem læsæ majestatis crimine reum, capite damnatum, dum feriretur, prosiliente securi tertio de manibus carnificis ad invocationem sui nominis, ab solvit: extinctum morsu serpentis adolescentulum vitæ restituit: puellam a dæmone obsessam liberavit.

miracula

vita inita,

6 Ambrosio morienti affuit, ejusque diem mortis domesticis prædicens, pio funeri operam dedit: imo vero post aliquos dies sanctissimi Doctoris sepulchrum pie veneraturus Mediolanum rediit. Præsagivit et diem suum: quo instante suos consolatus de certa sua requie, annum agens vitæ nonagesimum, curæ vero pastoralis trigesimum quintum et dies viginti, magna cum laude Laudensi Ecclesia administrata, migravit ad Dominum anno post Christum natum quadringentesimo decimo tertio, decimo quarto Cal. Februarii, *a* Innocentio primo Pontifice, et *b* Honorio Imperatore. Sepultus est in basilica Apostolorum ab ejus postea nomine nuncupata.

mors,

a b

translatio,

7 Sed Lauda veteri deinde diruta ejus corpus in urbem novam translatum, summis Prælatis et Federico Imperatore piam sarcinam vectantibus, in æde maxima collocatum est, anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio, pridie Nonas Novembris: ubi maxima veneratione colitur. Ejus altare visitantibus in die festo ejusdem *c* Joannes Romanus Pontifex una cum Imperatore Sigismundo Pie cum visisset, indulgentiam peccatorum omnium plenariam perpetuo est elargitus

c indulgentia ejus festo

a Innocentius I, *sedit ab anno* 402, *usque ad* 28 *Jul.* 417

b 413 *Christi annus erat* Honorii 19, *duobus diebus inchoatus*

c Joannes *hic est XXIII, aliis XXII et XXIV, cui in concilio Constantiensi, abrogatus est Pontificatus Hic sub annum* 1412, Roma profectus, *ut scribit Sabellicus Enne* 9, *lib.* 9, per Florentiam et Bononiam Mantuam petiit Hinc cum Gonziaco Principe a quo honorificentissime est acceptus, Laudem Pompeii petiit, ubi ex composito Pannoniæ Rex (*Sigismundus anno superiore creatus Imperator*) cum eo in colloquium venit *De hoc eodem Joannis, Sigismundi, Joannis Francisci Gonzagæ congressu agit Nauclerus vol.* 3, *generat.* 48

DE

DE S. AMMONIO EPISC. DERTONENSI,

Ex Phil. Ferrarii Catal. SS. Ital.

[illegible] ejus reliquiæ, quæ in c Cathedrali ecclesia asservan-[illegible]

c S. Apollonio sacra, ut testis est Leander

DE S. CONTEXTO SIVE CONTESTIO,

EPISCOPO BAIOCENSI IN GALLIA.

[illegible]

DE S. ARSENIO EPISC. CORCYRÆ.

[illegible]

DE S. CATELLO EPISCOPO STABIENSI IN ITALIA.

In Campano agro Stabiæ [illegible]

[illegible] infra describitur : estque pars [illegible]

VITA

Ex monumentis Ecclesiæ Stabien.

[illegible]

Ex italico ms.

se divertat. Ipse potius illi auctor Antoninus fuit, ut in solitudinem sese quoque reciperet. Hinc injectum Catello abdicandi episcopatus consilium : quod cum non probasset Antonino, constituit tamen sanctum sodalem in eum montem seque, indeque tractare Ecclesiæ gubernacula, identidem in urben ad Episcopalia munia obeunda, decidendasque controversias commeando. Inde quoque ipsemet sacrorum, quoties ea peragere cupiebat, petere apparatum consueverat : recusante Clerico *f*, quem id rogarat, eum ipsi procurare.

e eum eo ad montem secedit.

urbem identidem revisens.

S. Michaeli Ecclesiam construunt fontem eliciunt

4 Isthic die quadam vacantibus precationi Episcopo atque Abbati, spectandum se Michael Archangelus obtulit, sibique eo loco ecclesiam fabricari jussit. Paruere Sancti : neu mora foret, ligneam posuerunt deinceps alia e saxo ædificata, stat etiamnum. Eam vero ædificantes aqua defecit : Sancti fontem precibus elicuere, qui perenni scaturigine in hodiernum diem manat, diciturque Aqua sancta, adversus morbos salutaris.

SS. concentu recreantur

5 Colloquebantur ad maris prospectum de cœlestibus rebus, cum ingens Sanctorum Sanctarumque iis turba apparet, suavissimo vocum instrumentorumque concentu eorum permulcens animos, et in iis ingens quoddam accedens cœli deliciis quamprimum fruendi desiderium.

Catellus certitus monitus,

6 In hac sancta et jucunda quiete, Archangeli Michaelis monitu, tristem sibi procellam imminere didicit Antistes, seseque vinctum Romam pertrahendum, carceri isthic mancipandum, sed tandem cum magno honore reversurum ad suos. Auctor concitandi adversus eum tumultus injurbanus ille atque effrons Clericus fuit, qui roganti Antistiti afferre in montem necessaria ad peragendum sacrificium recusarat. Is ergo spargit in vulgus perversas de religione opiniones et hausisse animo Episcopum et docere, adeoque et idola gentilium ritu venerari.

erroris accusatur

7 Irritata plebs, Primicerium Ecclesiæ Tiberium Romam ablegat, ut Catelli Pontifici Maximo deferat nomen : sedisse tunc *g* Sabinianum, aut *h* Bonifacium tertium. Ita caussam peregit Tiberius, ut jussus sit, quem accusarat, Antistitem suum vinctum Romam pertrahere. Advolat ergo in montem Gaurum cum armatis lictoribus. Cumque pararent viro sancto manus injicere, vi divina constitere immoti satellites, Tiberius paralysi correptus, quæ ad obitum usque tenuit. At lictores implorare Catelli preces : quibus cœlo missis, illico sibi restituti, incredibili et plus quam humana ingratitudine, vinctum eum Romam raptarunt.

etiam apud Papam

g h

duplici miraculo correptis lictoribus, Romam pertrahitur

8 Ut in Urbem venere, datus in custodiam Episcopus, cuidam Pontificis Maximi Cubiculario, cui Bonifacio nomen. Huic in somnis monachus Benedictino habitu (*i* Antoninum Abbatem fuisse creditum est) adstare visus et monere, ut innocentem Josephum, nullius noxæ reum, mancipatum carceri, inviseret. Idem illi itidem in somnis *k* alius alio indutus cultu præcepit. Experrectus continuo adit ad Catellum, quaque caussa traditus in custodiam sit quærit. Catellus tum quod sibi ab adversariis intentatum crimen esset, breviter exposuit, tum sermone ad plures horas protracto, spiritualibus præceptionibus instituit Bonifacium, abeuntemque rogavit ut sui meminisset, ubi intra dies pauculos *l* ad summum Pontificatum esset evectus. Idem ei in somnis adolescens quidam admirabili forma conspicuus prædixit, quem Archangelum Michaelem fuisse, id sibi narranti Bonifacio, interpretatus est Catellus.

visitur in carcere a Papæ Cubiculario,

i

k

... Pontificatum prædicit

l

9 Neque augurium fefellit eventus. Decessit haud ita diu post Bonifacius III, Pontifex, eique *m* Bonifacius IV, ejus Cubicularius in summum sacerdotium subrogatus est. Neque illum sive curæ ingentes, quibus toto orbe diffusam Ecclesiam erat complexus, seu quæ providentia magni Numinis intra menses aliquot sivit sui vatis meminisse. Rursus eum in somnis monachus Benedictinus (idem Antoninus) monuit, insontem attineri in vinculis Episcopum. Somno discusso Catelli recordatur, ex eo discit quis ille vir sit, cujus jam iterum sibi objecta species erat, cognitaque legitime caussa eum absolvit, ac meritis laudibus et pretiosis *n* muneribus ornatum ad suos remittit.

m

ab eo tandem admonito

absolvitur n

10 Nihil horum non gnarum cœlitus Antonino Abbati, qui obviam *o* ad Turrim quæ Annuntiata dicitur, progressus, Stabias perduxit, ubi ingenti populi lætitia exceptus est. Jacebat affixus lecto Tiberius, qui publico urbis plausu et caussa intellecta, novo furore correptus caput ita parieti allisit, ut infelicem extunderet animam.

redit ad suos. o

Adversarii ejus dira mors

11 Redux Stabias Catellus, Ecclesiæ sibi creditæ curam resumpsit : mox quoque ad ædem S. Michaelis in montem Gaurum secessit; sed huc certatim confluere ad eum populi cœpere. Cœlesti oraculo admonitus brevi sibi migrandum e vita, Antonium ad se accersit Surrento, quo *p* se absente commigrarat. Præsto is morienti Catello fuit, sub annum, ut vulgo existimant, 617.

S. Catelli obitus,

p

12 In sua ecclesia tumulatus, fertur deinde Surrentum ab Antonino translatus; id tamen haud certo et indubitate constat. Pars cranii ejus Stabiis, sive Castelli ad mare, in collegio Societatis Jesu honorifice asservatur, auratæ statuæ affabre factæ inclusa, proponiturque palam publicæ venerationi XIX Januarii, insigni celebritate in octavum diem prorogata, egregio adhibito musicorum concentu aliisque pietatis incitamentis.

reliquiæ,

festum.

a Pelagius II, *anno* 577. Benedicto *Papæ successit* : *ipsi* S. Gregorius Magnus *an.* 590

b *Petrus Diaconus libro* de ortu et vita justorum sacri cœnobii Cassinensis, *illud anno Christi* 568 *destructum scribit fuisse, a ...eo primum anno* indictione prima, in ipsis Kalendis Aprilis egressi sunt de Pannonia *Longobardi, ut habet histor. Miscella lib.* 16 *cap.* 35. et secunda indictione cœpere prædari in Italia, tertia vero indictione dominari cœperunt in Italia. *Sigonius lib.* 1 *de regno Italiæ circa annum* 589, *hanc Cassinensis cœnobii eversionem refert. Agit de ea Paulus Diaconus de gestis Longob. lib.* 4. *cap.* 18

c *Romarus quoque* Hic noster Antoninus per ea tempora Antistes. *At Paulus Petrusque Diaconi et Leo Ostiensis lib.* 1. *Chronici Cassin. cap.* 2 *scribunt* Bonitum *tunc Cassinensi monasterio præfuisse Abbatem quintum a S. Benedicto. Profugere Romam plerique monachi, ut iidem Leo et Petrus tradunt* atque ex concessione Romani Pontificis Pelagii qui tunc Apostolicæ Sedi præerat, juxta Lateranense patriarchium monasterium construxerunt. *Pelagius is non primus fuit, ut habet MS. exemplar nostrum Petri Diaconi* nec primus, *quippe qui anno* 559 *obierit, ante Longobardorum irruptionem* : *sed secundus* Quatuor *autem*, vel quinque Fratres in Cassino ob B. Benedicti corpus custodiendum *relicti, ut Petrus auctor est*

Cas montem monasterium eversum

d *Ante monuimus alibi* Gaurum *fuisse, hic* Lactarium.

e *In vita S. Antonini dicitur* Catellus *ipse* *Pontificali onere in Antonini humeros rejecto, abiisse in solitudinem*

f *Romarus constructa S. Michaelis ædicula rediisse Catellum Stabias, et* cuidam juveni Sacerdotum ministro nominatim mandasse, ut singulis diebus vestes ceteraque ad sacrificium facienda res necessarias clam ad se portaret, *at cum ille bis terve* montem ascendisset, pergere noluit *et* aperte palamque dixit ubi Catellus et Antoninus inclusi atque abditi in occulto latebant. *Igitur* Antoninus, *subdit idem,* ut junior, quanto quoque die descendebat

g *Sedit* Sabinianus *a Kalendis Septemb.* 604, *ad XI kalend. Martii* 605

h Bonifacius III, *postquam Sedes vacasset menses* 11, *dies* 26, Sabiniano *subrogatus est XV kal. Martii* 606, *obiit* 12 *Novemb. ejusdem anni*

i *Romarus, sæpius eo tempore oranti Antonino apparuisse S. Michaelem scribit, et significasse tandem absolutum iri Catellum*

k *Ipsummet Catellum fuisse, tradit Romarus*

l *Regius scribit, Catellum, cum prædixisset Bonifacio Pontificatum, illeque fidem non adhiberet, arctius vinctum fuisse, tum apparuisse Bonifacio S. Michaelem in somnis et ab Episcopo prædicta confirmasse*

m *Anastasius Bibliothecarius scribit post* Bonifacii III, *mortem vacasse Sedem menses* 10, *dies* 6, *successit ergo* Bonifacius IV, *anno sequenti, mense Septembri*

n *Regius scribit multa vasa sacra et vestes ad ornamentum ædis S. Michaelis, ei a Pontifice donatas*

o *Romarus ait navi advectum Stabias, cepisse* [illegible] *Regius hunc ait scapha vectum advenienti occurrisse* Turris Annuntiata, sive Nunciata, *circa Sarni amnis ostia, quo loco* Opulentos, *sive* Oplontos, *fuisse probabile est, qui in tabula itineraria ... prope* Herculaneum *inter et Stabios* p *At vita Antonini, Romarus Regiusque postea Surrentum concessisse volunt*

Alia

ALIA VITA

Ex vita MS. S. Antonini Abb.

Quo tempore Longobardorum ferm[illegible] Campaniæ provinciam hostili gladio et incendio vastavit, S. Antoninus in has partes advenisse, et Episcopo Stabiensis Ecclesiæ dicitur adhæsisse. Cujus cum idem Episcopus et vitæ puritatem et honestam morum conversationem [illegible] didicisset, suo etiam consortio familiarius associavit [illegible] deinceps nihil ageret, omnibus deinde consiliis consors adstitit, cunctarum [illegible] particeps [illegible] fidelis [illegible] et strenui [illegible] observavit. Denique [illegible] ut unum cor et animam [illegible] duobus velut gemellis esse dixisses [illegible].

2 De [illegible] hospit[illegible] prudentia et fide securus Catellus, pa[illegible] regimen ex toto [illegible] [illegible] Michael Archangelus [illegible] [illegible] Campaniæ situs [illegible] judicans occupavit [illegible] plando divinis [illegible].

3 [illegible] sibi inseparabiliter adhæsit. Quorum unanimitatem [illegible] Angel[illegible] [illegible] et retulisset, mutui [illegible] ædificarunt.

4 [illegible] bus eorum quodammodo fundame[illegible] [illegible] celebris, et humanæ saluti apta. Ibidem enim [illegible] rum omnium auctori Domino et B. Michaeli Archangelo [illegible] gratias [illegible] ventes, accepta consolatione alacres redeunt ad propria.

5 Cujusmodi beneficia hominibus ægris [illegible] pr[illegible] humanæ salutis [illegible] juxta solitum invidiam [illegible] frustra (gratias Deo) subvertere nitebatur, quod ad laudem Dei et ad provectum hominum [illegible] Catellum Episcopum Sedem et plebem suam deseruisse, et, quod pejus esset [illegible] Christianorum Missarum [illegible]

6 Quid [illegible] Catellus [illegible] tionem Dei esse, et mundi cordis arcana [illegible] compe[illegible]vit) quidam ex Clericis Papæ cust[illegible]

7 [illegible] Pontificem [illegible]

[illegible]

DE S. LAUNOMARO PRESB. ABB. CURBIONENSI IN GALLIA.

D[illegible]

141 creditur,

Ex variis.

in eo Corbionense cœnobium

creditur, sedes, ipsaque Antonini fortassis Durocasis, *ceu* Durocases *aut* oppidum Durocassium, *cetera* saltus Particus, *quæ nunc* Perchensis *ditio, vulgo* Le Perche, *in superiorem inferioremque partita, includit. Hic* Corbionense, *sive* Curbionense, *aliis* Carbonis, *et vitiose* Turbionis *dictum, a* S. Launomaro *ædificatum seculo sexto, regnante Chilperico, Chlotarii F. Chlodovei Magni N. cœnobium est; cujus et Claudius Robertus meminit in Gallia Christiana. Situm id asserunt Martyrologia in* in pago Dorcasino, *alia* Dorcassino, *alia mendose* Dorcaffino, Dorecalino, Trecassino; *alia* Cornotino; *Ferrarius* Drocensi.

S. Launomari, ejus fundatoris natalis,

2 S. *Agitur natalis* Launomari, (*quem Galli vulgo* Lomer, *vel* Laumer, *appellant*) *XIX Januarii. quo die Usuardus:* In pago Dorcasino S. Launomari Presbyteri, *idem habet Bellinus edit. Parisiensis anni* 1521 *et multa MSS. Martyrologia Molanus in Addit. ad Usuard. et quædam antiquiora MSS.* Monasterio Corbionis in pago Dorcasino. S. Launomari Presbyteri, cujus præclara gesta habentur. *Eadem fere Galesinius et Maurolycus. Benedictus Dorganius:* S. Launomari Abbatis, qui spiritu prophetiæ plenus denarios injuste per usuram acquisitos ab aliis discernebat. *Idem fere Hugo Menardus, et Wion, Carthus. Colon. in addit. ad Usuardum ac Martyrologium Germanicum.* In pago Carnotino S. Launomari Presbyteri. Iste Launomarus puerulus parentum suorum gregem pascens, victum suum egenis et peregrinis distribuebat, ipse usque ad solis occasum jejunium frequenter protrahens. Liberalibus deinde traditus litterarum studiis, Sacerdosque effectus, eremum adiit. Ubi inter alia virtutum prodigia claudum curavit, ignis impetum signo crucis opposito extinxit, et annosam quercum ejusdem crucis virtute in loco quo voluit transposuit. *Agit de eo quoque Saussaius fuse. Ejus porro nomen in variis exemplaribus mirifice variatum dicemus an vitiatum? Nam* Launomarus *appellatur* Launoniarius, Launomarcus, Lamoviarus, Launomarius, Launomacus, Launoniaricus, Lauriomarus, Lounomarus, Landomorus.

3 *Vitam ejus antiquus, et* (*ut conjicere licet, censuitque Surius*) *prope coævus, Auctor composuit, monachus Corbionensis. Innuit hoc ipse in Prologo:* cujus exemplis ædificati sumus, et exitu conversationis jucundati. *Et Clarius c. 4, n. 7.* Sicut plene in scriniis sancti hujus cœnobii, qui cognoscere cupit, reperire poterit. *Et cap. 5, nu. 25.* Illinc nos patrociniis adjuva continuus, ut in hoc ovili, quod exemplis illustrasti et virtutibus decorasti, sit pax continua, *etc. Quod vero non nisi* Ragnoberti, *sive* Regnoberti *Abbatis, (qui in vita S. Bathildis Reginæ* Legobertus *dicitur, Surio* Lagobertus) *meminerit, sub eo vitam hanc scripsisse probabile fit. Vitam hanc ediderat Surius, at politiore stylo: nos genuinum reddimus ex vetusto codice S. Mariæ de Ripatorio aliaque fide digno.*

4 *Ætas S. Launomari elucidanda. Ad Sigeberti Chronicon anno* 495 *adjecta hæc sunt in editione Laurentii de la Barre, quæ tamen Miræus notavit Sigeberti non esse.* Florebant hoc tempore Launomarus Carnotensis, fundator cœnobii Curbionensis, et Maximus Aurelianensis fundator cœnobii Miciacensis; cujus discipuli fuerunt Carilefus et Avitus Abbates. *Ast vitæ Auctor sub Chlotario I natum tradit, monasterium Corbionense inchoasse anno secundo Chilperici, obiisse paullo ante S.* Malardum *Episcopum. Chlotarius anno* 511, *in quartam regni partem cum fratribus successit, atque illis tandem eorumque liberis superstes monarchiam adeptus, eam quadrifariam in filios partitus obiit anno* 562. *Chilperico Suessionense regnum obtigit, et post Chariberti fratris mortem anno* 570, *pars regni Parisiensis, trucidatusque est anno* 584. *Chlotario filio quadrimestri relicto. Annus igitur Chilperici secundus fuit aut* 564, *si a morte patris numeres, aut* 572, *si a Chariberti. Fuisse tunc* Launomarum *oportet non multo tricenario minorem, qui pridem sacerdotio initiatus summa cum laude, haud exiguo spatio, œconomicam rem procurasset, sive monasterii, sive, ut Yepes censet, Clericorum collegii; (neque enim liquido id discernitur: et Marchantius testatur apud Carnutes istud tradi velut acceptum a majoribus, eum domui Ædilium principis basilicæ præfuisse, communique Cleri ærario;) in ipsa dein eremo instituisset cœnobium, ab eoque nominis pero sus celebritatem, profugisset. Ergo dudum ante annum Christi* 550, *editus fuerat in lucem.*

5 *At vixit ad* S. Malardi *Episcopi Carnotensis tempora, eaque, ni fallimur, extrema. Sebastianus Rouillardus* Malardum *scribit anno Christi* 615, *decessisse, cum sedisset annos quatuordecim. Nec diffitetur concilio Cabilonensi interfuisse: quod tamen VII Kal. Novemb. anno Chlodovei II,* 6, *Christi* 650, *celebratum. Subscripsit deinde idem* Malardus, *sive* Malehardus, *Privilegio libertatis, quod monasterio S. Dionysii concessit Landericus Episcopus Parisiacensis, anno Christi* 658, *et Præcepto Chlodovæi Regis de eadem libertate anno* 659. *Ejus vero decessor* Bertegisus *Remensi synodo interfuit anno* 630. *Sed plura peccat in chronologia Carnotensium Antistitum Rouillardus, eorumque perturbat ordinem, ait enim sextum a* Malardo *sedisse* Papulum *ab anno Christi* 657 *ad* 664, *ast is concilio Matisconensi secundo interfuit quod anno* 585, *habitum constat, et Parisiensi quarto, anno* 573. *Patet nunc quantum aberrarint, qui floruisse circa annum Christi* 495. Launomarum *scripsere, qui haud longe ab anno* 650. *Christi, centenario major videtur vita concessisse; nisi duos Malardos quis statuat, forte non improbabiliter.*

6 *Agit de eo quoque Baronius tom.* 7, *an.* 567. *num.* 22 *et seqq. Vincentius Bellovacensis lib.* 21, *cap.* 83 *et* 84. *Petrus de Natal. lib.* 2, *cap.* 104. *Trithemius lib.* 3, *de viris illust. ord. S. Benedicti cap.* 251, *quamquam fortassis addubitare quis possit, num, principio saltem, in Benedictina statuta concesserit, usque se ac suos obligarit. Marchantius scribit Wlfradum et Crenulfum voluisse Ebritnoydi collocari* monachos ordinis S. Launomari. *Et vixdum innotuerat, necdum certe propagatus late erat Ordo S. Benedicti, cum monachicam ille aggressus est vitam: vigebant alia in Galliis instituta ascetarum. Potuit tamen deinceps S. Benedicti regulam, discretione præcipuam, amplecti, eamque suis præscribere. Antonius Ypes in Chronic. Benedictinis centur.* 1 *ad an.* 567, *illius res gestas narrat, nec qui alumnus ordinis fuerit docet. Blæsis ad Ligerim cœnobium est S. Launomari Benedictum, nobile et opulentum.*

VITA

Auctore monacho Curbionensi anonymo,

ex duobus veteribus MSS.

PROLOGUS AUCTORIS.

David Propheta cum ad laudem Creatoris et gubernatoris sui omnes creaturas incitasset, in exordio centesimi quinquagesimi psalmi, sic ait: Laudate Dominum in Sanctis ejus: in eis utique quos glorificavit, et magno munere gratiæ suæ diversis donis exuberare fecit. Ac per hoc operæ pretium esse puto, si a fidelibus narratoribus illa pertractentur, quæ milites Christi in suis quique virium tuguriis operati sunt: imo ipse auctor omnium mirabilium in eis et per eos operatus est, a quo totius sanctitatis et fidei summa procedit. Ipse namque ait: Sine me potestis facere. Quod et ita confitentur fideles servi et ministri gratiæ Dei, et sathanæ dejectionem, quem Dominus velut fulgur de cœlo cadentem videbat, semper præ oculis habentes, illi retribuunt, quicquid boni agunt, a quo velle et posse habent: nec ad momentum de viribus suis præsumunt, ne forte dum campo malæ libertatis potiuntur, foveam improvisæ damnationis

damnationis incurrant. Laudamus ergo Dominum sponsorem et redditorem præmiorum in Sanctis ejus, dum ad notitiam plurimorum deducimus, quæ per suos famulos gloriose ministravit, qualiter et interius virtute continentiæ apud se ipsos vixerint, et exterius lampade boni operis alios illuminarint. Post gloriosos igitur agones Martyrum, præclara recolimus Confessorum merita. Nam et ipsi victoriam de antiquo hoste reportantes, quia eis semper vivere Christus fuit et mori lucrum, supernæ Hierusalem heredes facti sunt. Ecce autem undique resplendent castra militum Christi: ubique Rex ille singularis titulos Martyrum et Confessorum suorum defixit, per quorum etiam exanimatos cineres de hoste humani generis triumphat. Denique inter numerosa agmina athletarum assumpsimus eum, cujus exemplis ædificati sumus et exitu conversationis jucundati, Beatum scilicet Launomarum, ut de ejus sancta conversatione et gestis mirabilibus aliquid in memoriam posteris fidei traderemus, ut et studiosis sit quod æmulentur, et negligentibus, unde inspirati ne divinæ ad fervorem bonæ actionis cohortentur.

CAPUT I.

S. Launomari adolescentia, sacerdotium.

Postquam gens Francorum Gallias occupavit, et regnum, et civitates, et fines eorum undique in ditionem suam redegit; jamque ab immunditiis idololatriæ ad cultum Christianæ religionis transisset, ea tempestate quando regnum Francorum administrabat Clotharius filius Clodovei senioris, qui primus in Regibus ejusdem gentis, a B. *a* Remigio Remorum Episcopo baptisma consecutus est, intra Galliam Lugdunensem Launomarus *b* Carnotensium [illegible] parentibus Christianissimis natus est.

3 Hic cum adhuc in domo patris puerulus nutriretur, gregem patris in pascendo observare cœpit, velut alter Jacob, aut unus aliquis Patriarcharum. Agebat inter hæc puer ille Dei [illegible] bonæ spei principia: quia quæ victui quotidiano necessaria sibi [illegible] de parentum ministrabat, hæc ipse aut egenis et peregrinis occursantibus, aut coævis suis [illegible] offerri expetentibus, dividebat. Cumque needum præceptorum divinorum scientiam haberet, divina tamen in eo gratia refulgens in corpore puerili cor senile radiaverat. Nam dum hujuscemodi [illegible] indigentes socios et pauperes arderet, [illegible] jam parcimoniæ studiis inserviebat. Caritatis quoque visceribus affluens pro pauperibus [illegible] erat, et ipse adhuc puerulus nimiis jejuniis affligebat corpus. Non erat socius intractabilis aut durus; sed affabilis eloquio, moribus suavis, vultu [illegible] et caritate secundum modum suum præstantissimus. Evangelium needum noverat, sed crucis [illegible] ferre gaudebat, usque ad solis occasum sæpe jejunia extendens.

4 Hunc ubi parentes in primævo flore juventutis [illegible] viderunt negligere, luxus et illecebras voluptatum rigore abstinentiæ frangere; attoniti [illegible] cœperunt, unde in puero tanta morum gravitas subito ex[illegible] revixisset. Sed latenter et paullatim [illegible] pueri conversationem, quia ipse a seculi [illegible] mente sublatum se indicabat, curaverunt [illegible] adhærere congruentem. Itaque sub [illegible] litteralibus studiis a parentibus traditur, et [illegible] Sacerdoti vitæ venerabilis, nomine Chermiro, committitur, qui intra oppidum Carnotense [illegible] religionis fama celebris habebatur. Qui suscepturum parvulum tenere fovebat, et pedetentim ad litterarum cognitionem et sanctitatis normam [illegible]. Sed divina gratia, quæ de pueribus [illegible] senectutem animi produxerat, [illegible] industriam videbatur in adolescente fundasse. Præfatus autem Sacerdos, considerans in eo cum ætatis processu pariter religionis *d* coalescere desiderium, et mentis sinum capaciorem fieri doctrinæ, secum gratulabatur, indiciis bonæ spei provocatus, quia credebat per eum sequenti ævo aliorum procurari posse salutem. Quod non post multum tempus rei veritas comprobavit.

5 Sane mox *e* ut ad intelligibiles annos excolevit, vocem Salvatoris aure cooperis et cordis vir beatissimus audiens, quod inscia sollicitudine parentum vis divina adspiraverat, ipse suis omnibus renuntiavit, ut in terra viventium portionem nullo fine obnoxiam mereretur. Nec ad mundanos strepitus redire voluit, quia sicut Dominus ait: Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro, aptus est regno Dei. Interea Dei famulus doctrinæ verbique cœlestis pabula sitienter hauriens, adolescentiam suam ejus jugi meditatione castis moribus adornabat. Jam tunc flammis ac ensus divini amoris, secretum eremi desiderare cœperat. Ad tempus igitur celans animi propositum, dum adhuc in eadem urbe moraretur, sacerdotalem infulam divina se comitante gratia indeptus est. Non longe post ibidem a fratribus, cum quibus ad cœlestia anhelabat, minister rei familiaris institutus, substantiam cunctamque *f* penum sollicitus providebat, summaque discretione, paterno affectu cunctis cum his fratribus necessaria ministrabat, ideo ut nulli debitam annonam nec in parvo subtraheret, neque alicui prodige effunderet. Longa quippe exercitatione spiritualis eruditione fundatus, vir iste in sacerdotio suo digne Deo militavit. Exemplo quoque ductus Apostolorum, formam primitivæ Ecclesiæ imitari videbatur, de qua scriptum est, quia dividebatur singulis, prout cuique opus erat.

a S. Remigio, [illegible]
b [illegible] provincia Lugdunensi [illegible]
c [illegible]
d MS. [illegible]
f MS. [illegible] Ecclesiæ [illegible]

CAPUT II

Vita solitaria, cœnobii institutio.

Elapsis autem aliquot annis a tempore ordinationis suæ, quod diu celaverat et corde conceperat desiderii votum, Domino auctore et cooperatore complevit. Tandemque intempesta nocte, omnibus alto sopore depressis, baculum sumpsit in manibus, officiumque disponendæ terrenæ facultatis objiciens, concupitam conversationem adiit ad eremum. Cumque esset ubi ejus animus oblectari posset, et quasi quandam transitoriæ quietis sedem figere, [illegible] zeli mundum cum suis sprevit luxibus. Atque calcato seculi fluctu ab hominum frequentia se subducens, Angelorum contubernio per contemplationis alta quærere proposuit. Sicut quondam Elias Propheta in spelunca solitudinis habitans, postquam Dominum transeuntem vidit, et commotionem agitantem montes et petras igne liquefacientem, nec tamen in his Dominum esse testatus est, in sibilo auræ tenuis, id est, contemplationis subtilitate super se elevatus, hunc raptum sentire potuit.

7 Procul itaque ab urbe recessit, et in abditissimam solitudinem silvæ, quæ *a* Perticus dicitur, sese reclusit, ibique se totum [illegible] et omnium cogitationum intellectualium Domino commendabat. Ubi tugurio frondibus contexto [illegible] quidam

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

a latronibus diu frustra quæsitus, eos divinitus perculsos hortatur ad pœnitentiam

nocte inter cæca silentia, hymnos Deo devotæ meditationis redderet, infestam latronum rabiem persensit, qui ut ad ejus mortem pervenirent, longos viæ errores nocte illa passi sunt. Putabant enim eum aliquam pecuniam in deserto servare. Diluculo autem facto vident se repente in conspectu illius, quem tantopere quæsierant: et ad visionem illius divino timore correpti, ad pedes ejus corruerunt, clamantes: Parce nobis vir Dei, parce; reatum nostrum cognoscimus, ideo veniam petimus. At vir Dei in his attonitus, ait: Quid, fratres, quid est, quod a me petitis? aut quæ caussa usque ad nos impulit? At illi quid tractassent, quidve contra eum deliberassent, confessi sunt. Tunc ait illis homo Dei: Et ego dolos vestros non ignorabam, filii. Misereatur vestri Dominus. Redire in pace, et jam peccare desistite. Cessate a latrociniis, et a rapinis contrahite manum, ut misericordiam Domini invenire mereamini. Nam mihi nulla est pecunia in terris. Pecunia vero nostra Christus est. Qui verbis ejus ædificati ad propria vix post triduum sunt reversi.

discipulos instruit,

8 *b* Exhinc celebre factum est nomen beati viri: et cœperunt ad eum confluere multi, ejus exemplis et doctrina renovari cupientes in novum hominem, qui secundum Deum creatus est. Nec multum tempus fluxerat, et ecce in figuram *c* monasterii habitacula locaverunt in medio vastæ eremi atque condensæ: ubi per famulum suum omnipotens Deus plurima gessit miracula. Multi nempe orationibus ejus et intercessionis ope ab infirmitatis corporeæ molestia relevati sunt; multi ad interioris hominis sanitatem revocati, didicerunt intra castra Dei contra antiqui hostis jacula ignita fortiter repugnare.

claudum sanat

9 Quadam namque die homo quidam e vicino filium suum claudum in foribus monasterii Sancto curandum obtulit, et ipse genibus ejus advolutus cum lacrymis aiebat: Homo Dei miserere mei, et huic puero orationibus tuis redde pristinam sanitatem, aut certe dum vivit, tuis stipendiis hic propter misericordiæ opus pascatur. Tunc vir Dei ait ad eum: Unde mihi homo, ut filio tuo salutem restituam? Creatoris hoc opus est, non creaturæ. Potens est tamen Deus fidei tuæ præstare quod petis. Subsiste paullulum, et simul cum parvulo accipe benedictionem, postea revertimini pariter via qua venistis. Sacerdos autem Domini cum inter sacra Missarum libamina pro sanitate pueri obsecrasset, solenni prece peracta fragmento *d* panis benedicti, et patrem refecit, et filium a debilitate curavit, et eos ad propria remisit.

fores templi precibus aperit

10 Quodam item tempore cum monachis suis silvam succidere venerabilis Pater certabat, ut planitiem parare aliquam posset aptam jaciendis seminibus: casu vero accidit, ut janitor domus Domini clavem oratorii perderet. Cumque famulus Dei a Fratribus secedens orandi gratia, ministro suo se comitante oratorium peteret, et clavem non invenisset, ante fores prostratus humi aliquantisper oravit. Moxque ei ultro patefacta est janua. Ingressusque oratorium, preces suas ad finem usque perduxit. Et cum surrexisset ab oratione, ministro suo denuntiavit ne in vita sua quod viderat alicui manifestaret, exemplum utique Domini Dei sui sequens, qui sua virtute sanatis prohibebat ne cui dicerent.

a Surius, Parteus *mendose*. *De* Parteo *sive* Pertico *diximus in Præf. num.* 1.

b *Saussaius: aut ab ipsis latronibus* viri Dei sanctitatem divulgatam.

c *Marchantius clare istud monasterium Virginum institutum fontis Ebraldi testatur, de tuo* B. H. ...

d *Eucharistiam fuerit, an potius alio cibo quod ... haud definimus.*

CAPUT III.

Varia ejus miracula.

incendium signo Crucis restinguit

Per idem tempus in monasterio viri Dei aliquid simile per negligentiam contigit. Nam dum post messionem, manipuli novarum frugum in horrea reponendi essent, imperante necessitate monachi de viminibus facta machina superposuerunt quod messuerant, et adhibuerunt ignem; qui paullatim vires capiens, cum omnes alia curarent, et nullus super hoc sollicitus esset, subito et fruges et domum invasit incendium. Quod ubi vir Domini comperit, totum se et animo et corpore contra violentiam ignis opposuit. Sic vir Domini Launomarus prævaluit contra incendium, et obviam signum Crucis faciens, ignis impetum orationibus superavit. Quid dicam? Statim enim ignem crepitantem tamquam imbre vehementi restinxit.

lucernam dæmone extinctam ter precibus reaccendit

12 Insecuta deinde nocte cum in maturitate surrexisset ad orationem, inter sacras vigilias invidia diaboli inquietare eum tentavit, nam qui a luce cœlesti cecidit, ter lampadis lumen inimicus extinxit. Sed sensit militem Christi sibi prævaluisse. Quotiens enim humani generis hostis lucem ab habitaculo illo subduxit, non destitit servus Domini ab officio suo, quin potius precem coram Domino effundens, per verum æternumque lumen Christum lucernæ radios reparavit. Plane magnæ fidei Confessorem, cujus natalem devotis mentibus excepimus, cui præstitum sit, ut, sicut ceteri Sancti fide devicere regna, ita et hic per fidei firmitatem creaturis imperaret. Sic quippe Dominus virtutum Sanctos suos glorificat, qui ei toto corde deserviunt, ut per eum triumphare valeant de illo, qui olim inter choros cœlestium dignitatum principatum tenebat, et creatura ad votum eis famuletur. Etenim vir venerabilis in uno noxios flammarum globos extinxit, et in alio ignem reaccendit: ac sic in utroque auctor tenebrarum confusus est, et is qui in conversatione præcipuus erat, ostensus est etiam potentia signorum venerandus. Quod ut evidentius appareat, referam adhuc aliud quod subsequenti tempore gessit.

Hebr. 11. 33

a

dæmoniacum sacro oleo perfusum sanat

b

13 Vir quidam, nomine *a* Sicaptus, nobilibus ortus natalibus, et prædiorum ampla possessione ditissimus, atro dæmonis impulsu vexabatur, utputa *b* persuasus a diabolo intantum, ut si aliquod jaculum aut fustes manu contingere posset, continuo impetum faceret aut in se, aut in alios, quoscumque obvios habuisset. Qui cum diu tanta amentia debaccharetur, et furiis satanæ atrocissime quateretur; a servulis suis compeditus, et cervicem manusque catenis oneratus, usque ad viri Dei præsentiam non sine grandi fremitu et clamore pertrahitur. Statimque in conspectu sanctissimi Patris, cœpit furere et fremere dentibus, et ora palloribus permutare. At ubi respexit in eum homo Dei, dolos antiqui serpentis recognoscens, ingemuit, et illico ad familiaria orationis arma recurrit, et completa oratione, sacra miseri illius olei unctione consignans, toto corpore perfudit. Cumque illi vir Dei manus superponeret, eum a spiritu immundo vacuavit, et ait ad turbam sociorum, quæ eum comitabatur: Auferte ab eo pondus catenarum, et illæsum abire permittite. Potens est Deus, cujus hoc plasma est, fugare dæmonium, et animam miseram de potestate diri prædonis eruere, ut vos a tanto labore requiescatis. In ipsa hora sanus factus est homo, et sana mente horrorem vultus et stridorem dentium in mansuetudinem convertit, et quasi de somno mortis evigilans ait ad suos: Quid vexatis me vinculis istis? Solvite me, et revertimini in domos vestras: ego enim aliquantum tempus faciam cum viro Dei, qui me curavit. Illi autem solventes eum ad sua singuli redierunt. Porro B. Launomarus retinuit hominem, et exhortabatur eum jejuniis

jejuniis et orationibus insistere. Qui præcepto Patris obediens, post aliquot dies cum salute domum suam repetivit.

15 Hoc quoque pietatis opus non solum circa homines vir sanctus exercuit, sed etiam circa feras bestiasque animalia. Aliquando namque cum juxta monasterium suum in solitudine deambularet, et secum ... quid de Scripturis tractaret, obviam habet cervam ab infestatione luporum fugientem. Quos cum vidisset, tanquam compatiens bestiæ vir Domini exclamavit: Heus sævissimæ feræ, semper rapaces, desistite persequi hanc bestiolam, et ite ad ... vestras; et deinde ad significationem: Ecce, inquit, pessimum et infestum genus bestiarum. Nam sicut isti nunquam cessant a rapinis, sed semper alienas carnes morsibus devorant [illegible] ... lupos videlicet [illegible] ... quotidie quærit de Ecclesia Christi quos perdat et strangulet. Ad hanc vocem viri Dei, statim gressum deflexerunt ab insequendo, et ... silvæ latebras ingressi sunt. Cerva vero ... venerat regredi metuens, ereptorem suum [illegible] ... oratorium [illegible] ... post dies [illegible] ... solitudinis suæ. O Domine Jesu et [illegible] ... in consuetudinis suæ. Sanctum tuum ita glorificasti, ut ei et bestiarum [illegible] ... terrore [illegible] ... obediret.

16 Aliquo quoque tempore quidam [illegible] ... gravissima [illegible] ... Pater sanctus [illegible] ... manus ejus subito, sicut vir ipse sub [illegible] ... Nam horrore subito totus contremuit, et nihil [illegible] ... paulatim recalescentibus membris, il[illegible] ... vixit annis [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Corbionense cœnobium ... facta alia miracula

F[illegible] ... vir sanctus [illegible] ...

17 [illegible] ... quod per futura tempora [illegible] ... Vir Dei [illegible] ... vir sanctus ... ingressus fuerat, et de jure suo in ejus dominatione perpetuo transfudit ipsi et posteris ejus. Quem etiam propriis finibus optime undique determinavit, sicut plene in scriniis hujus sancti cœnobii, qui cognoscere cupit, reperire poterit. Ubi vir Domini laborare cœpit, et adjutus Divinæ Majestatis præsidio locum permundare nisus est, vocabulo tamen Curbionis pristino permanente, atque oratorium ibidem statuit, et cœnobii similitudinem [illegible] habitando cum suis depinxit. Illis diebus Chilpericus filius ... Clotharii secundum annum in regno agebat.

18 Quadam igitur die ad construendum oratorium, [illegible] ... monachi venerandi Patris crebris [illegible] ... At ubi hora regularis admonuit ut corpora refectione [illegible] ... vir Domini eos dimisit, ipse autem retento ... ministro suo in labore perstitit. Arbor vero ipsa non in apto loco erat, ubi a Fratribus [illegible] ... posset. Sed famulus Domini ad consuetum [illegible] ... in virtute [illegible] ... imperavit, ut venientibus Fratribus [illegible] ... Deum [illegible]

19 [illegible] ... nomine, qui extremum vitæ tempus [illegible] ... virum Dei solidos qua- [illegible] ... multa unum solidum, quem [illegible] ... suis usibus retinuit [illegible] ... homo, iniqua est, Divinam [illegible]

20 [illegible] ... Patris [illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

Nam et B. Job cum omnem exteriorem substantiam amisisset, et post filiorum exstinctionem novissime ipse quoque crudelissimo vulnere percussus esset, sicut legitur. In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum aliquid contra Deum intulit, sed dixit : Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit ita factum est : sit nomen Domini benedictum. Verum nec prosperitas, si exterior census affuit, elevare nos debet, nec terrenum dispendium dejicere, ut simus illi similes de quo Psalmista ait : Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus. Latrunculi autem tota nocte illa et die sequenti perseveraverunt in labore errantes, et nusquam aditum invenientes quo se de solitudine invia foras extrahere possent. Altera vero nocte nimio errore corporis et cordis fatigati, cognoscunt se illuc delatos, ubi furti crimen admiserant, et ad vocem psallentium monachorum in stuporem mentis versi mussitabant ad invicem, dicentes : Quidam est quod accidit nobis? Ecce sumus in ipso loco unde animal istud amovimus. Qui videntes spem suam esse frustratam, et non prospere sibi cedere quod tentaverant, unum elegerunt, ut restituerent bovem dominis suis. Hymnis itaque matutinis a Fratribus decursis, exiit homo Dei secundum consuetudinem lustrare in circuitu cellulam. Cui obviam occurrerunt homines illi, et caussam sceleris et verbis prodiderunt et manibus ostenderunt. Vir autem Domini indulgentiam, quam petebant, præstitit, et ait illis : Bene fecistis filii, quod licet post gravem laborem ad cognitionem reatus vestri accessistis. Deinceps ab his parcite; et quia laborastis, reficite corpora, et sic ad propria citius repedate. Cavete autem ne pastoribus aut monachis vos ostendatis. Postquam autem abscesserunt, illum ipsum bovem Fratribus, quem sollicite quæsierant consignavit : dissimulansque, veritatem rei non aperuit eis, sed quasi negligentia pastorum oberrasset in silva, prætexebat se eum vagantem et errabundum præ foribus invenisse. Quod tamen a ministro ejus palam factum est post ejus felicem obitum, cui se in multis familiariter credebat.

Job 1. — *Psal. 138. 12.* — *furibus post longum errorem reversis cum abducto bove* — *cibum præbet* — *dissimulat apud suos miraculum*

21 Erat item quædam materfamilias nobilitatis titulo præclara, nomine Vulfrada, quæ infra annos adolescentiæ gravissima infirmitate et membrorum omnium destitutione tabescebat, ita ut vitalis calor spiritus in solo pectusculo palpitare videretur; et, sicut ipsa referebat, super pedes erigi non poterat jam pene exanimis, longa utique corporis molestia confracta. Famulorum itaque ulnis levata, ad hominem Dei medendi gratia defertur. Cumque eam chrismatis benedictione linisset, vexillo sanctæ Crucis impresso, in antiquum vigorem reformavit. Quæ postea, Domino miserante, in longum dies suos in pace protraxit, atque post venerandi Patris transitum, ejus cellulam pro munere rebus suis nobiliter ampliavit. Dedit itaque cum consensu viri sui *e* Chramnulphi ei de prædio suo *f* Lontuei villam, et *g* Brituogilum, voto hujuscemodi, ut ibi monachorum et servorum Dei norma constitueretur, et in laudibus divinis celebris locus haberetur. Quod et ita factum est. Nam in regimine ovium Christi Pater memorabilis Launomarus successorem habuit virum modestissimum, nomine *h* Ragnobertum, qui de ejusdem congregationis cœtu misit Fratres ad hoc opus bene idoneos, et desiderium præfatorum præcurrente Dei gratia ad effectum perduxit. Superadjecit etiam devotio eorum ob amorem sanctissimi Patris villam trans Ligerim fluvium sitam, quæ nuncupatur *i* Fagia, ut B. Launomaro interveniente sit eis perpetuum animæ remedium, et secundum spem suam peccatorum plena remissio.

cruce et chrismate curat paralyticam. — *a qua varia donantur cœnobio illi, et alteri ædificando*

a March. Ragnosindus, alii Ragnosindus. b De Chilperico in Prolog. num. 5. c Petr. de Nat. Hermenoldus. d Al. omnino. e March. Cremnulphi. f Al. Volontue. g March. Theriogilum, MSS. Bristnogilum.

h al. Regnobertus, *et in vita S. Batildis* Legobertus. *nam eumdem esse, nominis affinitas persuadet. Ubi de eo isthæc auctor ejus temporis* : Quantaque vero Domno Legoberto ad Curbionis monasterium, et villam magnam nomine Nugaretum, et talenta multa argenti vel auri; etiam ipsum regale, quod ipsa cingebatur, cingulum, de supra sacris lumbis suis devote abstulit, et Fratribus in eleemosynam ipsum direxit.

i *Ita MSS. et Marchant. at Surius mendose,* Togia.

CAPUT V.

Ejus et S. Malardi obitus.

Interea plenus his virtutum et gratia odoramentis vir venerabilis, gregem monachorum in longa pace regebat, quem verbis et virtutibus Domino adquisivit. Sed ad alia mente festinans, et de sua vocatione sollicitus, exhortabatur eos quotidie ad divina mandata promptiores magis ac magis esse, nec dormitare, neque ignaviæ remissione a cursu cœpto tardare, verum omni hora vigilantes esse, ut digni haberentur fugere iram extremæ damnationis, et stare ante filium hominis. Istiusmodi sanctæ et invictæ cohortationis monitionibus oves sibi creditas adversus insidias luporum tuebatur.

suos ad perfectionem hortatur

23 Eo autem tempore Carnotensis Ecclesiæ Præsul erat *a* Malardus. Qui comperta fama viri Dei et fidei ejus meritis congaudens, cupiebat illius frequenti collocutionis dulcedine recreari. Hac pro re ab eo accersitus vir venerabilis, cum et sciret finem dierum suorum adpropinquare, jam senior ad urbem visitandi gratia properavit. Ubi aliquot dies demoratus, agitatione febrium afflictus ægrotare cœpit. Cumque loci ejus Pontifex rescisset quod graviter ægrotaret, surgens festinus venit ad virum Dei, doloremque cordis sui lacrymis prosequitur, dicens : Heu! heu venerande Pater, et germanissimo affectu recolende, cur amicum et in fide Christi socium deseris inter naufragia seculi solum? Magna mihi certe consolatio tua, magnus tui amoris affectus, a quo relevari gaudebam inter pulsantes curarum secularium fluctus, cujus jucundo et blando affamine mentem ad cœlestia reparabam. Tunc senior ad Episcopum sic locutus est : Desine Pater beatissime, et cessa a fletu : talis est humana conditio et terminus qui præteriri non poterit. Ego quidem gaudenter et exultanti mente ad inenarrabilem misericordiam Dei mei aspicio, ut dignetur mihi januam pietatis suæ aperire, atque spei meæ promissionis suæ certam remunerationem recompensare quam repromisit omnibus qui diligunt adventum ejus. Quam dilecta sunt enim tabernacula tua Domine virtutum, Rex meus et Deus meus! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini : quia melior est dies una in atriis tuis super millia. Idcirco sitivit tibi anima mea Deus meus : quando veniam et apparebo ante faciem tuam, Domine spes et fortitudo mea, vita et salus mea?

a accersitur a S. Malardo Carnotum — *æger ab eo visitatus* — *eum solatur*

24 Verum et si optio mihi adhuc remorandi præbenda sit, scito mi venerande Papa, quia amarum est hic vivere et exterminium regionis hujus videre, mortesque et supplicia civium intueri, loca quoque Sanctorum ab adversariis nationibus profanari. Hæc nempe omnia ventura sunt super locum istum, et hostilis vastitas intellectum hominibus dabit, quia gravia peccaverunt ei; quo permittente durissimos dominos patientur. Felicius itaque nunc morimur quam videmus excidium provinciæ nostræ jam vicinum. Mors enim vere dulcis, per quam immortalitatis gloriam consequi speramus. Tu autem o homo Dei ne exhorrescas : non videbis malum quod Dominus super inhabitantes terram hanc stillabit, quoniam ante dies obsidiones vitam in bona militia consummabis, et ad Patres tuos adjungeris. Qui autem remansuri sunt, hanc urbem totam et cunctam in circuitu regionem vastari videbunt. Ecce vere Confessor Christi quem gratia Dei tanta repleverat, ut in eo spiritu, quo homini offerenti argentum mortem et rapinam

prædicit futuras clades, — *et S. Malardi obitum*

rapinam prænuntiavit, ex qua pecunia adquisita fuerat, ipse etiam hostilem impetum longe post secuturum cognosceret, et cognoscendo prædiceret. Spiritus namque sanctus sicut ex præterito notitiam rerum absentium infudit, ita ex futuro mentem ejus tetigit, ut adversas clades a longe oculo mentis venientes cerneret.

25 Finitisque mutuæ familiaritatis obsequiis, venerabilis Pater diem vocationis suæ, de misericordia Dei præsumens, intrepidus expectabat. Cumque die in [illegible] febrium vis corpus debilitaret, in eadem civitate senex et plenus dierum obiit. Cujus anima introivit in [illegible], assumpta est cum Angelis [illegible] Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum. Certamen [illegible], athleta Christi, certasti. Christum semper in pectore [illegible], cujus gloriam [illegible] ingressus es. O quam beatus es pie Confessor! chorus namque Angelorum lætus occurrit revertenti ad patriam. Et quia [illegible] ad [illegible] Christianæ religionis exercitatio, opitulante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

26 Post [illegible] ipsius oppidi Antistes [illegible] ingressus est. [illegible]

et cum b obsideret urbem eamdem barbarica manus, [illegible], qua per absconditos cuniculos cives sustentabantur, a suo ductu traduxit. Sicque factum est, ut castrenses sitis penuria victi, ultro portas hostibus aperirent, et prædam seipsos hostili gladio traderent.

27 Requievit autem senior Dei famulus die XIV Kalendarum Februariarum, et sepultus est in basilica S. Martini, ubi etiam d B. Leobinus ejusdem civitatis Pontifex humatus est.

a [illegible] Leobino agitur de S. Malardo [illegible]

b [illegible]

DE S. MALARDO SIVE MALEHARDO,

EPISCOPO CARNOTENSI IN GALLIA.

[illegible]

2 [illegible]

3 [illegible] S. Launomari [illegible]

DE S. REMIGIO, SIVE REMEDIO,

ARCHIEPISCOPO ROTOMAGENSI.

V[illegible] ria Auctores sentiunt [illegible] Frederico Floreto nostro [illegible]

[illegible] renuntiatum. Electionis ejus meminere Annales Fra[illegible] [illegible] Ecclesiæ, datus est Remigio fratri ejusdem [illegible]

2 [illegible] scriptoribus colligemus [illegible]

Ex variis

de eodem Rotomagensi episcopio attributæ fuerunt.

Volens reliquias Floriaco auferre, divinitus impeditur.

3 *Quid ante episcopatum egerit* Remigius, *non comperimus. Missus est postea a Pipino, ut S. Benedicti reliquias Floriaco Cassinum revehi curaret, ut tradit Adrevaldus lib.* 1, *de miraculis S. Benedicti cap.* 16 *Verum conversis ad preces et lacrymas cum Medone Abbate monachis,* Majestati omnipotentissimæ, *ut idem cap.* 17, *scribit,* tantam discriminis litem solita miseratione dirimere placuit. Siquidem Remigius Episcopus, cum suis templum ingressus, dum ad sacrum propinquasset sepulchrum, repentina luminum cæcitate adeo percelluntur, ut nec mutuos cernere quirent vultus, nec quamlibet in partem, saltem palpatu quo progredi vellent, agnoscere. Perinde terrore valido adoperti, nil aliud quam vitæ dispendia opperiebantur. Alii denique solo sternuntur, misericordiam Domini præstolaturi, alii fugæ solatio salutem meditantes, huc illucque discurrunt, vociferantesque auxilium affore precantur. His nimia confusione tumultuantibus, evocatus cum Fratribus accurrit Abbas: dataque manu, ab ecclesia violatores sacri templi extrahit, divinam satis abundeque sentientes ultionem. Humi deinde prostratis veniamque petentibus clementer indulsit, atque ex ejusdem pretiosissimi Christi Confessoris corpore reliquias benignissime contulit. Refectis autem, ac cunctis necessariis itineri dapsiliter attributis, ad sua remittit. At illi palatium repetentes virtutem quam plurimam Dei, hoc in loco meritis sanctæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ, ac B. Petri Apostolorum Principis, nec non et egregii Patris Benedicti intercessione vigentem; Regi præstantissimo Pipino patefaciunt, eumque liberalem huic sacro cœnobio suis adhortationibus sedule efficiunt. *Eadem hæc ex Adrevaldo commemorat Carolus Saussayus Annal. Eccles. Aurelianen. lib.* 4, *num.* 33 *et brevius lib.* 5, *num.* 38. *Vincentius Bellovac. lib.* 23, *cap.* 155. *Petrus de Natal. lib.* 6, *cap.* 81, *Sigebertus an.* 753, *qui id Karlomanno* Remigii *fratri tribuit. At Matthæus Westmonasteriensis ad an.* 748, *obtinuisse Cassinenses monachos litteras tradit a Zacharia Papa ad Pipinum; ab hoc missum* Remigium. *Sed decesserat triennio antequam Remigius Episcopus fieret, Zacharias.*

aliquas obtinet

Curat ablata Ecclesiæ Romanæ restitui

4 *Ad Desiderium Regem Longobardorum legatus deinde est a fratre Rege Remigius, cum Autchario Duce, qui eum impulerunt ut patrimonia Ecclesiæ Romanæ restitueret, de quo gratias agit Pipino Paulus I, Pontifex epistola tertia, an.* 760, *data, in qua appelatur,* Deo amabilis Remedius.

cantum Romanum introducit in Gallias

5 *De hoc eodem* S. Remigio *ita scribit Sigebertus, ejusve ampliator, anno* 751. Remigius ejusdem ejusdem Pipini Regis frater Rodomagensis (*ita MS. vetus Lobiense, quo sumus usi, editio Miræi* Rodomensis) Archiepiscopus in Gallia claret. Pipinus Rex Galliarum Ecclesias cantibus Romanæ auctoritatis suo studio melioravit. *Extat Pauli I, Papæ epistola ad Pipinum Regem data an.* 767 *in qua ista leguntur, quæ* S. Remigii *egregium zelum indicant*. Unde susceptis in præsenti a Deo protectæ Excellentiæ vestræ syllabis, nempe relictis, protinus cuncta quæ ferebantur in illis libenter adimplevimus. In eis siquidem comperimus exaratum, quod præsentes Deo amabilis Remedii germani vestri monachos Simeoni scholæ cantorum Priori contradere deberemus, ad instruendum eos in psalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere, tempore quo illic in vestris regionibus extitit, nequiverant, pro quo valde ipsum vestrum asseritis germanum tristem effectum, in eo quod non ejus perfecte instruxisset monachos. Et quidem benignissime Rex satisfacimus Christianitati tuæ, quod nisi Georgius, qui eidem scholæ præfuit, de hac migrasset luce, nequaquam eumdem Simeonem a vestri germani servitio abstrahere niteremur. Sed defuncto præfato Georgio, et in ejus idem Simeon, utpote sequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina scholæ eum ad nos accersivimus. Nam absit a nobis, ut quippiam, quod vobis vestrisque fidelibus onerosum existit, peragamus quoquo modo. Potius autem, ut præfatum est, in vestræ caritatis dilectione firmi permanentes, libentissime, in quantum virtus suppetit, voluntati vestræ obtemperandum decertamus. Propter quod et præfatos vestri germani monachos sæpedicto contradidimus Simeoni, eosque optime collocantes, solerti industria eamdem psalmodiæ modulationem instrui præcepimus, et crebro in eadem, donec perfecte eruditi efficiantur, pro amplissima vestræ Excellentiæ, atque nobilissimi germani vestri dilectione, Ecclesiasticæ doctrinæ cantilena disposuimus efficaci cura permanere; optantes de reliquo Excellentiam vestram ævis ac prosperis temporibus in Domino valere, et regni perfrui sceptro atque triumphales de hostibus, intercedente B. Petro, consequi victorias. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

mittit Romam monachos

in jussu Pauli I, Papæ institutis

Ritus Romanos introducit

6 *Hujus rei meminit et Renatus Choppinus Monastic. lib.* 2, *tit.* 3, *num.* 25. Pipinus Rex, *inquit,* primus invexit Ecclesiasticos Romanorum ritus ac cæremonias, curante rem Ægidio Rothomagensi Archiepiscopo, circa ann. 755. *Ægidium quoque appellat Paulus Æmilius.*

Moritur

7 *Anno* 769, *Pascha Rothomagi celebravit Carolus Magnus, ut habent Annales Francorum, et vetus Caroli vita. Ibi tandem anno* 771, *vel* 772 *decessit* S. Remigius *ejus patruus. Ejus vero ac S. Gildardi corpora, una cum capite S. Romani quondam e civitate Rothomagensi Suessionem ad monasterium S. Medardi translata sunt. Huc facit locus ille apud Nithardum lib.* 3, *quem Pithoeus corruptum arbitrabatur.* Cum Suessionicam peteret urbem (*Carolus Calvus*) monachi de S. Medardo occurrerunt illi, deprecantes ut corpora Sanctorum Medardi, Sebastiani, Tiburtii, Petri et Marcellini, Marii, Marthæ, Audifax et Abacuc, Onesimi, Meresinæ et Leocadiæ, Mariani, Pelagii, et Mauri, Floriani cum sex fratribus suis, Gildardi, Sereni, et Domni Remigii Rotomagorum Archiepiscopi in basilicam, ubi nunc quiescunt, et jam tunc maxima ex parte ædificata erat, transferret. Quibus acquiescens inibi remansit, et, ut postulaverant, Beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione transtulit. Insuper et villam, quæ Bernacha dicitur, rebus ejusdem Ecclesiæ addidit.

Reliquiæ ejus Suessionem translatæ

honorifice cum aliis reconditæ

Rothomagum relatæ

8 *Relatæ sunt deinde* S. Remigii *reliquiæ ex prædicto Suessionensi monasterio Rothomagum anno* 1090, *ut constat ex veteri codice S. Audoeni, sed ea ipsa parte, quod dolendum, lacero. Consignata est hæc Translatio XV Maii in MS. Florario his verbis* Rothomagi translatio B. Remigii ejusdem urbis Episcopi et Confessoris.

15 Maii

9 *Prodiit anno* 1520, *liber Germanice scriptus a Doctore Jacobo Mennelio, jussu Maximiliani I, excususque Friburgi Brisgoiæ typis Joannis Woerlini; in quo postquam Augustæ domus Austriacæ majores, atque ubi singuli sepulti sint, Auctor commemoravit, etiam Sanctos adjungit illi sanguine junctos. Hos inter numerat* S. Remigium *Rotomagensem Archiepiscopum, quem ait multis virtutibus illustrem decessisse anno* 771, *ac Rotomagi in basilica B. Mariæ Virginis honorifice sepultum, postea Suessionem ad ædem S. Medardi translatum, ibique singulari coli pietate. Latuit ipsum, sancti Præsulis reliquias iterum esse Rotomagum relatas. Hæc ex eo libro nobis R. P. Theodorus Rumerus noster communicavit.*

Primo in basilica S. Mariæ Rothomagi sepultus fuit

DE SANCTIS MARTYRIBUS
BLAITHMACO PRESBYTERO,
ALIISQUE HYENSIBUS MONACHIS.

Iona insula, Hy Bedæ et Hu appellata, ... [illegible] ... Est in his Blaithmacus Hibernus, ... [illegible] ... Christo seculi, Walafridus Strabo Fuldensis monachus, ... [illegible] ... Natalem Blaithmaci hac die consignavit Hugo Menardus, sive id, ... [illegible] ... recentibus legenetur, ... [illegible] ... circa annum 793, ... [illegible] ... Menardus.

ACTA EX a WALAFRIDO.

S[illegible]

[illegible]

Quanto major erat, tanto dejectior ibat,

[illegible]

Nobilis in genere egregio, generosior actu,

[illegible]

[illegible]

Discendi studiosa gerens præcordia libris,

[illegible]

Sicque vigens doctrinarum morumque nitore,

[illegible]

Tempore qui [illegible]

[illegible]

[illegible] ruptisque tenebris

[illegible]

Hanc petiit voto patiendi stigmata Christi

[illegible]

[illegible] sensu prænosceret alto,

[illegible]

Ex variis

Exspectare, precor sensus armare viriles :
At quibus infirmi pavitant penetralia cordis,
Ecce fugam celerent, ut parta pericula vitent,
Ad meliora suos armantes vota lacertos.
Proxima stat nobis certæ tentatio mortis.
Firma fides vigilet, rebus suspensa futuris,
Cauta minus fortes servet tutela fugarum.
His dictis compuncta cohors, quod posse videbat,
Hoc animo statuit: quidam sub pectore firmo
Sacrilegas spectare manus, gladioque furenti
Supposuisse caput gaudebant mente serena :
Ast alii quibus hoc nondum fiducia mentis
Persuasit, per nota fugam loca calle capessunt.

Missam celebrat.

8 Aurea discutiens tenebras Aurora madentes
Claruit, et nitidus pulchro Sol orbe refulsit :
Cum sacer hic Doctor Missarum sancta celebrans
Officia, ante sacram vitulus stetit integer aram,
Hostia grata Deo mucrone litanda minaci.
Cetera turba jacet, lacrymis precibusque Tonanti
Commendans animas de pondere carnis ituras.
Ecce furens maledicta cohors per aperta ruebat.
Tecta viris minitando pericula sæva beatis.

Sociis occisis,

Et reliquis rabida sociis feritate peremptis,
Ad sanctum venere Patrem, pretiosa metalla
Reddere cogentes, queis Sancti sancta g Columbæ
Ossa jacent, quam quippe suis de sedibus arcam
Tollentes tumulo terra posuere cavato,
Cespite sub denso, gnari jam pestis iniquæ.
Hanc prædam cupiere Dani: sed Sanctus inermi
Restitit.... manu firmo conamine mentis
Contra stare aciem, pugnamque lacessere doctus,
Cedere dissuetus, tibi talia barbare dicta
Ingerit: ignoro penitus, quod quæritis, aurum

g jubetur thecam reliquiarum S. Columbæ prodere,

Quo sit humi positum, tectum quibus atque latebris.
Quod si scire mihi, Christo admittente, liceret,
Numquam nostra tuis hoc auribus ora referrent.
Barbare duc gladios, capulum cape, jamque trucida:
Auxilio Deus alme humilem commendo tuo me.
Hinc pia truncatis discerpitur hostia membris.
Quodque ferox miles censu pensare nequibat,
Rimari in gelidis cœpit per vulnera fibris.
Nec mirum, nam semper erant, semperque resurgunt,
Quos furor in famulos Domini malus excitet omnes,
Ut quod pro cunctis Christi censura peregit,
Cuncti hoc pro Christo faciant, licet impare facto.

id renuens, occiditur

9 Ille igitur Christi factus pro nomine Martyr,
Testis, fert ut fama, loco requiescit eodem,
Multa ubi pro meritis dantur miracula sanctis,
Quo colitur Dominus digno veneranter honore,
Cum Sanctis, quorum meritis mea crimina solvi
Credo, quibus laudum supplex donaria misi.
Nil negat his Christus, cui maxima lucra tulerunt,
Qui cum Patre pio, sanctoque in secula Flatu,
Regnat, et æterno pollet sine fine decore,

Claret miraculis.

a *Hoc Walafridi Strabonis, sive Strabi, carmen, primus edidit Henricus Canisius tom. 6, Antiquæ Lectionis.*
b *Multa de Hiberniæ salubritate et ubertate (unde opulentia) scribit Beda hist. Angl. lib. 1, cap. 1.*
c *Hibernis nunc* brah, *sive* braa *pulchrum sonat,* mac *filium.*
d Regmen, *pro* regimen; *ut* regmen
e *Vitam* S. Columbæ *Abbatis dabimus 9 Junii, ubi plura de* Iona *insula, quæ ab eo* Columbkill *dicitur.*
f *Dani Norwegique piratæ quam crudeliter Gallicas Britannicasque oras evastarint, seculo octavo, nono, decimo, passim Scriptores tradunt.*
g Dunum, *Hiberniæ urbem, postea translatum S. Columbæ corpus memoratur, extat rhythmicum distichon :*
Hi tres in Duno tumulo tumulantur in uno.
Brigida, Patricius, atque Columba pius.

DE S. WULSTANO EPISCOPO WIGORNIENSI IN ANGLIA.

Ann. mxcv. XIX Januarii.

Wigornia

Q*uam antiquitus* Cornavii *coluerant Britanniæ provinciam, ejus partem Bedæ ætate* Wiccii *tenuere; nunc* Wigorniensis Comitatus *dicitur: cujus flumina oppidaque aliquot XI Janu. in* S. Egwini *vita retulimus. Caput gentis* Wigornia *est, urbs vetusta, Antonino* Branonium, *sive* Branovium, *aut, ut quidam scribunt,* Bravonim, *Ptolemæo* Branogenium *dicta, Britannis etiamnum* Caer Wrangon, *et antiquioribus scriptoribus* Caer Guorangon, *et* Caer Guorcon; *Saxonibus* Weogareceaster, Wegeorna-ceaster, *et* Wire-ceaster, *fortassis a* Wire *nemoroso saltu adjuncto, vulgo nunc* Worcester. *Hic Episcopus fuit* S. Wulstanus, *qui aliis* Wolstanus, Ulstanus, Ulnothus, Wlnodus, *a S. Egwino vicesimus tertius; ab instituta Sede vicesimus quintus; non tertius, ut scribit Galesinius.*

Ejus Episcopus S. Wulstanus

hujus natalis,

2 *Ejus natalis consignatur XIV Kal. Febru. a Molano et Carthusianis Colon. in Addit. ad Usuardum, Galesinio, Wione, Menardo, Dorganio, Ferrario, Martyrologio Anglicano et Germanico, Breviario Sarisberiensi, in quo 9 Lectionum officio celebratur, denique a Constantio Felicio, qui tamen hallucinatur, dum* Warwicensem *Episcopum statuit, mortuumque anno* 1067.

vita

3 *Vitam S. Wolstani a Senato Bravonio, Wigorniensi Archimandrita scriptam tradunt Balæus, Pitseus, Vossius, alii. Illius vitæ epitome videtur ea, quæ a Capgravio edita, et Surio. Prius ea dabimus quæ de eo scripsit Florentius Wigorniensis ejus æqualis, qui anno* 1118, *decessit: tum quæ Wilhelmus Malmesburiensis: ac demum quæ apud Surium extat vita, centum annis a morte Wulstani scripta aut contracta, ut ex cap. 4, num.* 24, *patet.*

alia de eo scripta.

4 *Agunt de rebus ab eo præclare gestis ceteri quoque rerum Anglicarum scriptores. Eadmerus monachus in historia novorum, Henricus Huntintoniensis, Matthæus Westmonasteriensis, Matthæus Paris, Rogerius Hovedenus, Ingulphus Croylandensis, Ranulphus Cestrensis, Polydorus Virgilius, Nicolaus Harpsfeldius, Franciscus Godwinus in catalogo Episcoporum Angliæ. Vitam ejus ex Surio breviavere Franc. Haræus, Zacharias Lippeloou.*

5 *Fuit* S. Wolstanus *Lanfranco Cantuariensi Archiepiscopo, post eam controversiam, qua ab Rege Wilhelmo I, ejusve asseclis mota, inique illum episcopatu abdicare tentarat; ac deinde S. Anselmo amicissimus. Extat Lanfranci ad eum epistola, a Joanne Seldeno in Spicilegio et notis ad Eadmerum edita, qua eum et Cestrensem Episcopum Petrum jubet Eboracum ire et Thomæ Archiepiscopo assistere in Radulpho Orcadum Episcopo consecrando, quod ex antiquo more fieri ab Eboracensi debebat.*

Assistit consecrationi Episcopi Orcadum.

6 *S. Anselmus, ut testis est qui aderat Eadmerus lib.* 1, *novor. cum in villa sua* Herga *dicta* ecclesiam, quam Lanfrancus quidem fabricaverat, sed morte præventus sacrare nequiverat, *frustra obnitente Episcopo Lundoniensi quod is locus in sua esset diœcesi, dedicasset;* (siquidem mos et consuetudo Archiepiscoporum Cantuariensium ab antiquo fuit et est, *inquit Eadmerus*, ut in terris suis ubicumque per Angliam sint, nullus Episcoporum præter se jus aliquod habeat, sed humana simul et divina omnia velut in propria diœcesi in sua dispositione consistant. Anselmus tamen nulliquicquam injuriarum, quasi libera utens potestate, facere volens, diligenti postmodum inquisitione consuetudinis hujus certitudinem studuit investigare; quatenus si eam ratam non fuisse constaret, amodo ab ea temperaret. Supererat adhuc beatæ memoriæ Wolstanus Episcopus, unus et solus de antiquis Anglorum Patribus, vir in omni religione conspicuus, et antiquarum Angliæ consuetudinum scientia apprime eruditus. Hunc Anselmus de negotio consuluit, et quo simplicem sibi veritatem innotesceret, postulavit. Quo ille suscepto scripsit illi hæc :

consulitur a S. Anselmo.

7 Reverendissimo, ac Beatissimo vitæ santitate et summæ

summæ Sedis dignitate Prælato Anselmo Archiepiscopo Wolstanus servorum Dei minimus Wigorniensis Ecclesiæ Episcopus, merito indignus, orationum obsequia fideliaque ex caritate servitia. Novit prudentia vestra quotidianos labores et oppressiones sanctæ Ecclesiæ, malignis eam opprimentibus, et ipsis, quos oportuerat eam tueri, auctoribus existentibus. Ad hos repellendos, et contra tales sanctam Ecclesiam defendere, Sanctitas vestra locata est in summa arce. Ne igitur dubitet, non eam secularis potentiæ timor humiliet, non favor inclinet, sed fortiter incipiat, incepta cum Dei adjutorio perficiat, insurgentibus obsistat, opprimentes reprimat, sanctamque Matrem nostram contra tales defendat. De his autem unde nobis dignata est vestra scribere et nostræ parvitatis consilium est dignata quærere, quantum recordari possumus, dicere non omittimus. Hanc tenque unde consuluit causam ventilari numquam audivimus, quia nullus aliquando extitit qui hanc Cantuariensi Archiepiscopo potestatem adimere vellet, ut ne dedicationem propriarum duntaxat Ecclesiarum publice faceret, defenderet. Extant quippe et adhuc nostris diebus altaria, et quædam etiam ecclesiæ, in his scilicet villis, quas Stigandus vestræ Excellentiæ prædecessor, haud tamen jure Ecclesiasticæ hæreditatis, sed ex dono possederat secularis potestatis, [illegible] dedicata nostris et antecessoris nostri temporibus, Nobis inconsultis, nec antea nec postea inde calumniantibus, utpote hanc sperantibus eandem potestatem ejusdem Metropolitani Episcopi esse scientibus. Judicium tamen hinc agitatum, aut hoc ex jure sibi judicatum aliquando nec audivimus, sed quod [illegible] nostra diœcesi eum fecisse libere agnovimus, in aliorum etiam facere posse credimus. Ecce quantum inde reminisci aut scire potuimus, prudentiæ vestræ intimavimus, jam quid faciendum sit ipsa considerat. Valeat paternitas vestra et oret pro nobis.

8 Roboratus igitur Anselmus ex istis, atque ex multis aliorum, quos longum est enumerare, testimoniis, more deinceps suorum morem antecessorum servavit, non solum ecclesias, inconsultis Episcopis, sacrans, sed et quæque divina officia in cunctis terris suis per se suosve dispensans.

9 *Translatum est S. Wulstani corpus anno ab ejus obitu centesimo vigesimo tertio Christi* 1218, *Junii* 5, *erat Pentecosten* [illegible] *Episcopo* [illegible] *procurante, eoque celebrante et edicente, prælatione. De illis meminit Westmonasteriensis ad an.* 1201 *Isto quoque anno, inquit, S. Wulstanus et S. Medwenna* [illegible] *De S. Medwenna agemus* 5 *Julii. Translatio S. Wolstani inscripta est Martyrologio Anglicano, Wions, Menardo, Dorgano, Ferrario*, 7 *Junii. Eam ita narrat Westmonasteriensis ad an.* 1218 Eodem anno beatæ et gloriosæ Mariæ Wigorniensis, corpus gloriosi Episcopi et Confessoris Ulstani, præsentibus Magnatibus regni tam militum quam Prælatorum translatum est uno eodemque die vii Idus Junii, littera Dominicali G, videlicet die Jovis in septimana Pentecostes, præsidente Ecclesiæ Silvestro Episcopo, aliquando ejusdem Ecclesiæ monacho et Priore, magnifice hanc translationem procurante et consummante. Et cum Sanctus ille celebrius honoraretur, [illegible] plurimis diversis sunt et prælatis collata [illegible] ejusdem reliquiæ, de quibus una costa data fuit Abbati Guillelmo S. Albani, quæ gaudenter recepta a conventu cum processione sollenni in capitulo [illegible] festivis est posita, collocata est [illegible] et constitutum est ut utrumque festum ejus, scilicet depositionis, et translationis, sollemniter celebrandum. *Acceperant ergo.* Ipse quoque [illegible] Silvester Episcopus Wigorniensis, qui Romæ [illegible] post [illegible] de patrono suo S. Ulstano sollenniter, præter [illegible], secundum debitum [illegible] præconceptum, consummaverat.

VITA
ex Florentio Wigorniensi.
CAPUT I.
S. Wulstani vita monastica, episcopatus.

Anno 1062, Wulstanus, vir venerandus, Pontifex Wigorniensi Ecclesiæ præficitur. Hic Deo amabilis, regione *a* Merciorum, in provincia *b* Warewicensi, parentibus religiosis oriundus, patre videlicet *c* Eastano, matre vero *d* Wulgeova nomine. In nobili autem monasterio, quod *e* Burh nominatur, litteris et Ecclesiasticis officiis, optime extitit imbutus. Qui ambo scilicet parentes ejus in tantum religioni studebant, ut longe ante finem vitæ castitatem professi se ab invicem separantes, sub sancta conversationis habitu vitam consummare gauderent. Quorum exemplo ipse adolescens incitatus, matre id maxime persuadente, seculum reliquit, atque in eodem Wigorniensi monasterio, quo et ante pater suus Deo servierat, *f* monachicum habitum et ordinem a venerabili *g* Brihtheago ejusdem Ecclesiæ Episcopo suscepit, a quo etiam in gradum tam diaconatus quam *h* presbyteratus ordinatus est.

2 Statimque in ipso initio arduam, et omni religiositate plenam vitam arripiens, in vigiliis, jejuniis, orationibus, omnique virtutum genere, subito admirandus apparuit. Hinc ob morum disciplinam, primo magister et custos *i* infantium aliquandiu constituitur: deinde ob solertiam Ecclesiastici officii Cantor simul et Thesaurarius Ecclesiæ ex præcepto seniorum efficitur. Nactus vero occasionem liberius Deo serviendi ex commissa sibi custodia ecclesiæ, totum se contemplativæ vitæ dedit, die noctuque in ea aut oratione aut divina lectione insistens, biduo triduoque jejunio assidue corpus maceravit, sacris vigiliis in tantum deditus, ut non modo noctem, sed etiam persæpe diem cum nocte, aliquando, (quod a nobis vix crederetur, si non ab ipsius ore hoc audivissemus) quatuor dies cum noctibus absque somno transigens, tetro exsiccato cerebro periculum incurreret, nisi sopore praelibato naturæ satisfacere maturaret. Denique et cum vi naturæ dormire compelleretur, non lecto aut lectisterniis membra ad soporem fovebat, sed super aliquod scamnum ecclesiæ, libro, in quo orabat sive legebat, capiti sustentatus, paullisper se reclinabat.

3 Post aliquod autem tempus, defuncto Agelwino Priore monasterii, ipse vir venerandus Prior et Pater congregationis ab Aldredo Episcopo ponitur. Quod officium valde laudabiliter adimplens, prioris conversationis austeritatem minime reliquit, imo ut ceteris exemplum bene vivendi daret multipliciter adauxit.

4 Deinde *k* post aliquot annos, rite canonica electione ad Archiepiscopatum Eboracensis Ecclesiæ ipso *l* Aldredo Wigornensis Ecclesiæ Episcopo fit unanimis consensus tam Cleri, qui ejusdem, totius plebis in ejus electione *m* Rege videlicet consentiente, ut quem sibi vellent Præsulem eligerent. Contigit eo itaque tempore et Legatos Apostolicæ Sedis ejus electioni interesse, Armenfredum scilicet Sedunensem Episcopum, et alium, qui a Domino Papa *n* Alexandro pro responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Eadwardum missi, regio præcepto Wigorniæ per totam fere Quadragesimam degebant, expectantes responsa suæ legationis usque ad curiam regalem proximi Paschæ. Hi videntes, dum ibi degebant, ejus laudabilem conversationem, in ejus electionem non tantum consentiebant, imo tum Clerum tum plebem maxime ad hoc instigabant, suaque auctoritate ejus electionem firmabant.

5 Illo vero obstinatissime renuente, seque indignum acclamante, et cum sacramento etiam affirmante se multo

multo libentius decollationi, quam tam altæ ordinationi, succumbere velle; cum sæpe et frequenter a pluribus viris religiosis et venerabilibus personis super his circumventus, ad consentiendum minime persuaderi posset, tandem a viro Dei *o* Wulsio incluso, qui tunc plus 40 annis solitariam vitam egisse noscebatur, acriter pro inobedientia et obstinatia correptus, divino etiam oraculo territus, consentire cum maximo cordis dolore compulsus est. atque die decollationis S. Joannis Baptistæ electione Canonice confirmata, et episcopatu suscepto, *p* Dominico die, quo nativitas S. Mariæ ab Ecclesia celebratur, consecratus, vita et virtutibus clarus, Wigornensis Ecclesiæ Præsul effulsit. Consecratus est igitur Episcopus a venerando Aldredo Eboracensi Archiepiscopo, eo quod *q* Stigando Dorobernia Archiepiscopo officium Episcopale tunc a Domino Apostolico interdictum erat, quia Rotberto Archiepiscopo vivente Archiepiscopatum suscipere præsumpsit: canonica tamen professione, præfato Dorobernensi Archiepiscopo Stigando, non suo ordinatori Aldredo facta. Insuper et ipse Eboracensis Archiepiscopus ejus ordinator coram Rege et regni optimatibus, ipso Stigando factitante, propter subsequentium calumnias, profiteri jussus est, se nullum ejus Ecclesiasticæ seu secularis subjectionis super eum deinceps velle clamare, nec propter quod ab eo consecratus est nec quia ante consecrationem ejus monachus factus est. Facta est autem hæc illius ordinatio, anno ætatis suæ plus 50, regni vero Regis Eadwardi *r* anno 20, Indictione 15.

a Mercia, *vigente Saxonum heptarchia, longe amplissimum in meditullio fere Australis Britanniæ, regnum, a limite dictum, quod* Meare, *sive* mare, *Saxonica vox sonat: nam reliquis regnis collimitaneum.*

b Warwicensi *excusum fuit, mendose. Comitatus est ad Orientem* Wigorniæ *situs, Avona flumine irriguus, qui in Sabrinam influit, ad Glocestriæ fines, juxta Theoci-curiam, sive* Tewkesburg, *oppidum.* Antona *dicitur Tacito lib.* 11. *Annalium, nisi librarius vitiavit:* cunctosque castris Antonam et Sabrinam fluvios, *scriptum videtur* Antonam, *vel* Avonam. *Lipsius* Antonam civitatem *divinat, sed fatetur se nil* quidquam pervidisse. *Fran. Godwinus scribit* Wulstanum *Itchentone in Warwicensi Comitatu natum.*

c *Ita et Hovedenus. Harpsfeldius et Paris* Ulstanum *vocant, Godwinus* Ealstanum. d *Hoved.* Wlgeva. *Harpsfeld. et Paris* Ulgena, *alii* Wolgeova, *Godwinus* Wulgeona.

e *Celeberrimum S. Petri in Nordantoniensi Comitatu monasterium, a Peada Merciorum Rege inchoatum, a Wolphero ejus fratre, post SS. Wolphadi et Ruffini necem perfectum: prius* Medeshamstede, *nunc* Petri Burgus, *vulgo* Peterborow, *et* Burgh *appellatum, sæpius in Sanctorum historiis memorabitur. nominatum ad SS. Wolphadi et Ruffini natalem 24 Julii. Inconsiderate* Wion. Fuit autem Wulstanus monachus in monasterio Burgi Wigorniensis civitatis.

f *In 2 ac 3. vita dicitur jam maturiori ætate, ac sacerdotio initiatus monasticam vitam amplexus.*

g *Hovedeno* Brichtegus *dicitur. Obiit, ut Florentius scribit, an.* 1038, *XIII kal. Janu. feria* 4. *Ergo* Wulstanus, *qui ab eo in cœnobium admissus est, amplius* 24 *annis monachus vixit. Erat Brichteanus ex Persorensi Abbate, sub finem anni* 1033, *ad episcopatum evectus.*

h *Malmesburiensis et* 3. *vitæ auctor scribunt, cum in sæculo ageret Sacerdotem factum esse. Ingulphus Burgi monachum antea fuisse scribit. Paris Wigorniæ adolescentem monachum factum,* ac postea in gradum diaconatus et presbyteratus promotum.

i *Qui nempe in cœnobio, aut sub cura monachorum, educabantur, instituebantur utrique litteris et pietate. ad* 13 *Janu. in vita S. Bernonis dictum, et ipse in Burgensi cœnobio institutus erat Wulstanus. Sæpius alibi ejus moris occurrent documenta.*

k *Fallitur ergo Harpsfeldius, qui anno* 1062 *Priorem renuntiatum scribit, cum eo anno factus Episcopus sit. Imo et Abbas Glocestriæ fuit ante episcopatum. Ita Florentius anno* 1058. Aldredus Wigorniensis Episcopus ecclesiam, quam in civitate Glawornia a fundamentis construxerat, in honorem Principis Apostolorum Petri honorifice dedicavit, et postea Regis licentia Wulstanum Wigorniensem monachum a se ordinatum Abbatem constituit ibidem. *Ea ecclesia nunc præcipua est illius urbis, ut scribit Cambdenus. Ingulfus Croyland.* Anno Domini 1062, S. Wulstanus, quondam monachus Burgi, postea Prior Wigorniæ, deinde Abbas Glavorniæ, tandem Episcopus Wigorniæ est effectus.

l Brichteago successit Livingus, *antea Cridiatunensis in Devonia Antistes, an.* 1038. *obiitque an.* 1046, *X kal. Aprilis, die Dominica. Successit* Aldredus, *sive* Ældredus *qui prius monachus Wintoniensis, deinde Abbas Tavistokensis fuerat. Tandem anno* 1060, *in Natalitate Domini electus est Eboracensis Episcopus. Sequenti anno Romam profectus, a Nicolao Papa pallium accepit. Obiit an.* 1069, *III Id. Sept. feria* 6. m *S.* Eduardo *nimirum, ultimo ex Anglis Rege, cujus vitam dedimus* 5 *Janu.*

n Alexander II Nicolao *Papæ, an.* 1061, *VI Kal. Aug. mortuo successit, obiitque anno* 1073, *X kal. Maii. De* Armenfredo, *sive* Ermenfredo, *iterum inferius agetur.*

o *Hovedeno* Wlsius *dicitur, aliis* Wolsinus. *De hoc scribit Ingulphus:* Brithmeri Abbatis an. 4, *qui Cnuti Regis an.* 2, *Christi* 1018 *Lodrico successerat,* veniens quidam devotissimus adolescens, ac valde generosus, de cognatione videlicet Leofrici Comitis Leicestriæ, nomine Wulfius, amore vitæ solitariæ apud nos reclusus est, et multis annis sanctissime conversatus. *Post Cnuti mortem, cum motu belli exardescentis inter Haraldum et Harde-knutum, plurimi homines Croilandiam confugissent, erant isthic monachis permolesti, ut idem scribit Ingulphus,* maxime vero Wulfium anachoritam inclusum apud Clericos Pegelandenses angariabant et perangariabant, quem diu noctuque de diversis negotiis consulentes, multis clamoribus et invocationibus eum tædere vitæ suæ compellebant. Ideo tandem, fascia ligatis oculis ejus, Eveshamiam petiit, et ibidem juxta quamdam capellam in cella reclusus huc usque resedit. *Scripsit Ingulphus sub Wilhelmo Nothó, obiit qui anno* 1109 *sub Henrico I.*

p *Congruit littera Dominicalis F. eo anno, Indict.* 15.

q *De* Stigondo *egimus* 5 *Janu. cap.* 10, *vitæ S. Eduardi, et iterum rursus agemus infra.*

r S. Eduardus *regnum suscepit an.* 1043, 3 *Apr. die Paschæ.*

CAPUT II.

Jura Ecclesiæ defensa.

a O*cciso Haraldo, qui regnum Angliæ post mortem S. Eduardi sororii sui invaserat; Eadgaro vero Edmundi Ferrei-Lateris nepote, legitimo regni hærede, a suis deserto, Normanniæ* Comes Gulielmus Suthsaxoniam, Cantiam, Suthamtunensem provinciam, Suthregiam, Middelsaxoniam, Herefordensem provinciam devastabat, et villas cremare hominisque interficere non cessabat, donec ad villam quæ Beorcham nominatur, veniret: ubi Aldredus Archiepiscopus, Wulstanus Wigornensis Episcopus, *b* Clito *c* Eadgarus, Comites Edwinus et Morcarus, et de Lundonia quique nobiliores cum multis aliis, ad eum venerunt, et datis obsidibus illi deditionem fecerunt, fidelitatemque juraverunt. Cum quibus et ipse fœdus pepigit, et nihilominus exercitui suo villas cremare, et *d* rapinas agere permisit.

7 Anno 1070, Concilium magnum in Octavis Paschæ Winthoniæ celebratum est, jubente et præsente Rege Gulielmo, Domino Alexandro Papa consentiente, et per suos Legatos Earmenfredum Sedunensem Episcopum, et Presbyteros Johannem et Petrum Cardinales Sedis Apostolicæ, suam auctoritatem exhibente. In quo Concilio Stigandus Dorobernie Archiepiscopus degradatur, tribus de caussis: scilicet, quia Episcopatum Wintoniæ cum Archiepiscopatu injuste possidebat, et quia vivente Archiepiscopo Roberto non solum Archiepiscopatum sumpsit, sed etiam ejus pallio, quod Cantuariæ remansit dum vi injuste ab Anglia pulsus est, in Missarum celebratione, aliquamdiu usus est: et post a *e* Benedicto, quem sancta Romana Ecclesia excommunicavit, eo quod pecuniis Sedem Apostolicam invasit, pallium accepit. Ejus quoque frater *f* Agelmarus Eastanglorum Episcopus est degradatus. Abbates etiam aliqui ibi degradati sunt, operam dante Rege, ut quamplures ex Anglis suo honore privarentur, in quorum locum suæ gentis personas subrogavit, ob confirmationem sui, quod noviter acquisierat, regni. Hic et nonnullos tam Episcopos quam Abbates, quos nulla evidenti caussa nec Concilia nec leges seculi damnabant, suis honoribus privavit, et usque ad finem vitæ custodiæ mancipatos detinuit, suspicione, ut diximus, tantum inductus novi regni. In hoc itaque concilio, dum ceteri trepidi, utpote Regis agnoscentes animum, ne suis honoribus privarentur timerent, venerandus vir Wulstanus Wigornensis Episcopus quamplures possessiones sui Episcopatus ab Aldredo Archiepiscopo, dum a Wigornensi Ecclesia ad Eboracensem transferretur, sua potentia retentas, quæ eo tunc defuncto in regiam potestatem devenerant, constanter proclamabat, expetabat, justitiamque inde fieri tam ab ipsis qui Concilio præerant, quam a Rege flagitabat. At quia Eboracensis Ecclesia, non habens

habens Pastorem qui pro ea loqueretur, muta erat, judicatum est ut ipsa querela sic remaneret, quousque, Archiepiscopo ibi constituto qui Ecclesiam defenderet, dum esset qui ejus querelæ responderet, ex objectis et responsis posset evidentius ac justius judicium fieri. Sicque tunc ea querela ad tempus remansit.

8 Die autem Pentecostes Rex apud Windesoram venerando Bajocensi Canonico Thomæ Eboracensis Ecclesiæ Archiepiscopatum, et Walcelino suo Capellano Wintoniensis Ecclesiæ dedit Præsulatum. Posthæc Rex accito de Normannia Lanfranco Cadomensi Abbate, genere Longobardo, viro undecumque doctissimo, omnium liberalium artium, divinarumque simul ac secularium scienti[ssimo] ... [illegible] ... die Assumptionis S. Mariæ Archiepiscopum constituit Cantuariensis Ecclesiæ, et in festivitate S. Joannis Baptistæ ... Archiepiscopum ... Consecratus est ... ab Episcopis ... Wellensi et ... Waltero Herefordensi, qui ... Romæ a Nicolao Papa ordinati sunt ... Aldredus Eboracensium Archiepiscopus pallium suscepit ...

... [illegible] ...

9 His gestis Reverendi Wulstani Wigorniensis Episcopi ... [illegible] ...

CAPUT III.

Perduellium arma compressa.

Anno 1074, Herefordensis Comes Rogerus, filius Gulielmi ejusdem pagi Comitis, Eastanglorum Comiti Radulpho, contra præceptum Regis Gulielmi, sororem suam conjugem tradidit ... [illegible] ...

... Sed Herefordensis Comitis ... Radulpho Comite ... restitit Wulstanus Wigorniensis Episcopus cum magna militari manu, et Agelwius Abbas Eoveshamnensis ... Ursone Vicecomite Wigorniensi, et Waltero de Laceio ...

11 Anno 1088, inter proceres Angliæ ... [illegible] ...

12 ... [illegible] ...

EX FLORENT. WIGORN.

des Regi incolis fidelibus sumpturos vindictam.

13 His auditis, vir magnæ pietatis, et columbinæ simplicitatis, Deo populoque, quem regebat, in omnibus amabilis, Regi ut terreno Domino per omnia fidelis, Pater reverendus Wulstanus Wigornensis Episcopus, magna turbatur molestia; sed Dei misericordia respirans, jam quodam modo alter Moyses parat se viriliter staturum pro populo et civitate sua. Hostes ad rebellandum parant arma: ipse pro imminenti periculo fundit precamina, exhortans subditos ne desperent de Deo, qui non pugnat gladio neque hasta. Normanni interim ineuntes consilium, rogant ipsum Episcopum, ut ab ecclesia transiret in castellum; tutiores se affirmantes de ejus præsentia, si majus incumberet periculum, diligebant enim valde eum. Ipse autem (ut erat miræ mansuetudinis) et pro Regis fidelitate, et pro eorum dilectione, petitioni eorum acquievit.

S. Wulstanus recipit se in arcem.

14 Interea audenter in arma se parat Episcopalis familia: conveniunt castellani, et omnis civium turma, occurrere se affirmant hostibus ex altera parte Sabrinæ fluminis, si hoc eis annueret Pontificis licentia. Parati igitur et armis instructi, ipsum ad castellum euntem habent obviam, quam optabant requirunt licentiam. Quibus libenter annuens: Ite, inquit, filii, ite in pace; ite securi cum Dei et nostra benedictione. Confidens ergo in Domino, spondeo vobis, non hodie nocebit vobis gladius, nec quicquam infortunii, nec quisquam adversarius. State in Regis fidelitate viriliter agentes pro populi urbisque salute.

suis benedicit et prædicit victoriam,

15 His dictis alacres pontem reparatum transeunt, hostes de longinquo accelerantes conspiciunt: inter quos magna belli jam fervebat insania: contumaciter enim Episcopi contemnentes mandata, in terram ipsius posuerunt incendia. Quo audito Episcopus, ingenti concutitur dolore, videns debilitari res Ecclesiæ acceptoque inde consilio, gravi eos (ab omnibus qui circum aderant coactus) percussit anathemate. Res miranda, et Dei virtus, et viri bonitas nimis in hoc prædicanda! Nam statim hostes, ut sparsi vagabantur per agros, tanta membrorum percutiuntur debilitate, tanta exteriori oculorum attenuantur cæcitate, ut vix arma valerent ferre; nec socios agnoscere, nec eos discernere qui eis oberant ex adversa parte. Illos fallebat cæcitatis ignorantia, nostros confortabat Dei et Episcopalis benedictionis confidentia. Sic illi insensati, nec sciebant capere fugam, nec alicujus defensionis quærebant viam, sed Dei nutu dati in reprobum sensum, facile cedebant manibus inimicorum. *m* Cæduntur pedites, capiuntur milites, cum Normannis, tam Angli quam Walenses. Ceteris vero vix debili elapsis fuga. Regis fideles cum Pontificis familia exultantes in gaudio, sine ulla diminutione suorum redeunt ad propria: gratias Deo referunt, de rerum Ecclesiæ incolumitate; gratias Episcopo referunt, de consilii ejus salubritate.

hostes excommunicat

qui mirabiliter vincuntur.

a *Dissentit Westmonasteriensis, qui et an.* 1075 *hæc gesta tradit.* Eodem anno, *inquit*, Rex Guilelmus Radulpho Consuli filiam Guilelmi, filii Osberti, nuptui tradidit, et consulatum de Northfolck et Suthfolck. Iste Radulphus de genere Britonum, ex parte matris, et pater suus Anglicus fuit, natus fuit in Northfolck, ibique habuit nuptias suas, quæ multis hominibus damno fuerant.

b *Cantabrigiæ, celebrata* Comitatum, *a Cama fluvio, quem alii* Grantam *appellant*, ... *sub* ... *quondam* ... *provinciæ* ... *nomen fecit* Northfolcia *et Suthfolcia* ... *Orientalium Anglorum regno comprehenduntur.*

c *Comitibus Episcopis, Abbatibus, ut credit Westmonast.*

d *Ingulpho* Waldevus *dicitur, Malmesburiensi* Weldeofus, *Huntindoniensi* Waltheof, *Westmonasteriensi* Waltheofus. *Ipse hic fuit* S. Walleuus Abbatis, *de quo* ... *Comes Northamtoniæ et Huntindoniæ* ... *uxorem duxerat Judithham Regis Wilhelmi neptem, cujus* ... *decollatus, ut Ingulphus scribit, qui Martyrem vocat, traditque miris aliis pluribus a morte illustratum. Occisum an.* 1074, *auctor est Westmonasteriensis. Wigorniensis* 1075.

Walthe(ofus) ... Comes.

e Agelwinum *vocat Hovedenus. De Eveshamensi monasterio* ... *ad vitam S. Egwini, qui illud condidit.*

f *Hic* Ursus, *sive* Urso, *cognomento* d'Abitot, *Vicecomes Wigorniæ creatus a Guilelmo I, sed filius ejus Rogerus ab Henrico I pulsus est.* Emelina *Ursonis filia nupsit* Waltero de Bellocampo, *inque ejus familiam Vicecomitatus dignitatem transtulit, ut tradit Cambdenus ex continuatore Florentii.*

g *Hic a Roberto monacho in historia Eliensi vocatur* Regis Guilhelmi scutifer, *ab eo* Laci, *inter Hiberniæ expugnatores celebrati profluxerunt.*

h *Coronatus est Londoniis Rex Guilielmus Rufus anno* 1087, *adfuitque cum aliis Episcopis* Wulstanus *Wigorniensis, ut testatur Westmonast. qui* Ulnothum *hic vocat. Huntindoniensis* Wlnod *at Ranulphus.* Tota nobilitas Angliæ eligere voluerat Robertum, excepto Lanfranco Archiepiscopo et Wlstano.

i *Hæc prolixius hic Auctor, aliique commemorant.*

k De Monte-gomerico, *qui Comitatum Salopiensem tenebat, cujus Comitatus urbs præcipua* Schrewsburg, *et* Schrowsburg, *olim* Scrobberbyrig, *non procul ab eo loco ubi olim* Uriconium *oppidum fuit.* l *Id est,* Wigorniam.

m *Hovedenus scribit* 500 *occisos, reliquos in fugam actos. Huntindoniensis* 5000 *occisos aut captos a paucis, ceteros mirabiliter fugatos.*

CAPUT IV.

Obitus miracula.

Vir venerabilis et valde admirabilis vitæ Wulstanus Episcopus sanctæ Wigornensis Ecclesiæ, ab adolescentia divinis mancipatus servitiis, post multos sancti sudoris agones, quibus pro gloria regni cœlestis adipiscenda, magna mentis devotione et humilitate sedulus Deo servivit intentissime, die mensis Januarii *a* 18 noctis septimi Sabbati hora mediante septima migravit e seculo, *b* anno a primo seculi die, certa Scripturæ divinæ ratione, 5299 Noni magni anni 529. Noni vero magni anni ab initio seculi 476. A passione Domini secundum Evangelium 1084, juxta Chronicum Bedæ 1066 secundum Dionysium 1061, ab adventu Anglorum in Britanniam 745, ab adventu S. Augustini 498, a transitu S. Oswaldi Archipræsulis 103, undecimi magni Paschalis Cycli 32. Decimi vero a capite mundi 510, Secundi solaris Cycli 4, Bissextilis Cycli tertio, Secundi decennovennalis Cycli 13. Secundi lunaris Cycli 10. Endecadis quinto. Indictionalis Cycli tertio; lustro suæ ætatis *c* 18, sui vero pontificatus septimi lustri anno tertio.

S. Wulstanus moritur.

17 Miroque modo ipsa sui transitus hora, suo, quem specialiter dilexerat, amico *d* Roberto Herefordensi Episcopo, in oppido quod Crickelad vocatur, in visione *e* apparuit, illique ad se tumulandum Wigorniam properare mandavit. Annulum etiam, cum quo Pontificalem susceperat benedictionem, neminem Deus passus est digito extrahere, ne post mortem vir sanctus suos videretur fallere, quibus prædixerat sæpissime, nec illum vita comite se velle perdere, nec etiam sepulturæ suæ die.

apparet Roberto Episc.

18 Vir magnæ religionis Herefordensis Episcopus Robertus, sexto Kal. Julii, *f* feria quarta obiit. Hunc prædictus Wigornensis Episcopus Wulstanus 30 die postquam de hoc seculo migravit, denuo in visione apparuit, eumque pro sui negligentia et *g* ignavia acriter corripuit, admonuitque ut tam de suæ vitæ, quam sibi subjectorum emendatione quam vigilantissime posset, studeret. Quod si faceret, dicebat eum omnium peccaminum a Deo posse veniam cito promereri: adjunxitque quod non diu in cathedra, qua tunc sedebat, sedem haberet, sed secum, si vigilantior esse vellet, coram Deo conviviari deberet. Fuerant enim hi ambo Patres nimia caritate in Dei dilectione et ad se invicem conjuncti: ideoque credi fas est, ipsum, qui prius de hoc seculo ad Deum migravit, sollicitudinem egisse sui dilectissimi, quem in hoc seculo reliquit, et ut quam citius simul ante Deum gauderent operam dedisse.

a *Hæc non congruunt. Erat anno* 1095 *littera Dominicalis* G, *atque ita* 18 *Januarii in diem Jovis incidebat; sed videtur legendum* 19 *Januarii, ad cujus vesperam incipiebat Sabbatum, sive dies septima Sabbati, id est, hebdomadæ Christianæ. Westmonasteriensis scribit* VIII Kal. Aprilis *obiisse.*

b *Has easdem epochas Hovedenus attexit.*

c *Non erat ratum, quod* 13 *mensibus ante, anno nimirum* 1093 *pridie Kal. Decemb.* infirmitate detentus consecrationi S. *Anselmi interesse non valuerit, ut scribit lib.* I. *Novor. Eadmerus,* sed tamen scriptisque directis assensum suum Corpusi ... cum

[illegible] manifestavit.

d [illegible] a Walstano [illegible] ordinem presbyteratus suscepit a Lanfranco [illegible] Episcopus consecratus [illegible] an. 1070 [illegible]

[illegible]

ALIA VITA

ex Willielmo Malmesburiensi.

CAPUT I.

Vita ante episcopatum.

W[illegible] nostra [illegible] (de quo [illegible] sermo [illegible]) Wulstanus a puero [illegible] honeste, interdisciplinas [illegible] quanta [illegible] Anglia erat [illegible] et diuturnas adjic[illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

fallax dabatur indicium, quod quocumque eventu servientem illum videret, statim tremore membra perCurrente totus expallesceret, cetera omni timore vacuus, ut affirmaret se nescire quid esset terror, qui numquam pro fractura pontis equo descenderit, [illegible] per angustissimos axes securus incesserit, ut de ipso merito dicatur, Justus ut leo confidit.

[illegible] 1142 [illegible] Historiam [illegible] S. Wulstani 47

[illegible] usurpatur pro [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

Varia in episcopatu virtutes

I[illegible] Episcopatui [illegible] Wigornensi civitati Episcopum urgeretur consecrare. Ille consilio deducto in medium [illegible] Wulstanum elegit [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible] satisfaciens animi. [illegible]

quas Angli super potum faciebant, omisit. Si quando eum necessitas ad Comitatum urgebat, omnium primo maledictionem pravis, benedictionem rectis imprecabatur arbitris. Tum considens si divinum quid eventilaretur, vigilanter intendebat mentis aciem, si seculare, quod crebrius erat, fastidio segnis obdormiscebat; licet si quis contra eum dicendum putasset, non eum obtusæ scientiæ esse in respondendo intelligeret.

7 Venerat ad eum fama religionis accitus Presbyter, vocabulo Egelricus, cujus exemplo scintillante multum in se sanctitatis fontem rapuerat Erat enim ille orationibus continuis, etiam inter turbas, ad miraculum videntium deditus, ut qui quotidie psalterium cum orationibus non minoris numeri evolveret post Missam; adeo in corripiendo acer, ut etiam Episcopum ipsum, si quando (ut fit) in loquendo esset remissior, statim vel argueret verbis, vel reverberaret oculis. Nam Antistes suorum a recto transgressiones alumnorum corripiebat, sed sæpius, quatenus honestas sineret, tolerabat, in divino segnitiem obsequio nullo modo patiens: si quis ministrorum vel temulentia, vel somnolentia victus, matutinis non affuisset, acri ferulæ ictu in illum ulcisci. Postremo personas honestiores per se excitando ipse matutinas eis cantare.

8 Indifferenter vilioribus utebatur vestibus, magis agninis quam alterius generis pellibus frigus depellens. Si vero ei diceretur, ut saltem catinas pelles amiciret, jocosa comitate respondebat: Crede mihi (nam hic mos jurandi Episcopo inoleverat) numquam audivi cantari Cattus Dei, sed Agnus Dei; ideoque non catto, sed agno volo calefieri: ita Dei timor mentem ejus insederat, ut quod alii torquebant in pompam, ipse in compunctionis transferret materiam.

9 Cum ecclesiæ majoris opus, quod ipse a fundamentis inceperat, ad hoc incrementi processisset, ut jam monachi migrarent in illam, jussum est veterem ecclesiam, quam et B. *a* Oswaldus fecerat, detegi et subrui. Ad hoc spectaculum stans sub divo Wlstanus, lacrymas tenere nequivit. Super quo modeste a familiaribus redargutus, qui gaudere potius deberet, quod se superstite tantus Ecclesiæ honor accessit, ut ampliatus *b* monachorum numerus ampliora exigeret habitacula, respondit: Ego longe aliter intelligo, quod nos miseri Sanctorum opera destruimus, ut nobis laudem compararemus. Non noverat illa felicium virorum ætas pompaticas ædes construere, sed sub qualicumque tecto seipsos Deo immolare, subjectosque ad exemplum attrahere, nos e contra nitimur ut animarum negligentes curam, accumulemus lapides. Dixit plura in hunc modum, allegationibus suis occurrentes sententias infirmans.

10 Nunc quod miraculorum expers non fuerit, sermo subjiciet: nam de moribus ejus dicta hunc modum tenebunt. In cujusdam ecclesiæ dedicatione sermonem fecerat ad populum, in quo multa de ceteris, plura de pace dixerat, quo commoti nonnulli, qui digladiabili dissidebant odio, offensas utrimque donavere. Unus erat, qui nullis admonitionibus, nullis suadelis adduci potuit, ut fratris necem indulgeret inimico: huic adducto in medium, et post multum sermonem pertinacissime recusanti, eadem quæ referam, verba dixit Episcopus: Dominus dixit in Evangelio: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Constat ergo quod si pacifici sunt beati et filii Dei, discordantes sunt miseri et filii diaboli. Illi igitur, cujus filius es, te commendo, et trado te Satanæ ad interitum carnis, juxta præceptum Apostoli, ut spiritus salvus sit in die Domini. Vix sanctus sermonem expleverat, cum miser ille mancipium hostile factus, coram omni plebe dentibus stridere, spumas jacere, crinem rotare occepit: postremo in terram elisus volutabatur furens. Exoratus Wulstanus ut misereretur, distulit: sed pressus tandem et victus lacrymis, jubet inimico ut abeat: ille discedit eadem facilitate, qua venerat. Reductus in mentem homo, conventusque ut delicti gratiam cederet, mira pacem negavit imprudentia: iterum ergo vexari, iterumque sanari jussus inficiari perstitit. Tertio jam cum totus membris labefactatus ex concussione dæmonis pene singultiret animam, pacem iniit, perpetuo post hoc usque ad mortem integer et incolumis.

a De S. Oswaldo *Episcopo Wigorniensi, ac deinde Archiepiscopo Eboracensi, agemus* 28 *Februarii. Obiit anno* 992, *feria secunda, Indict.* 5 et Wigorniæ, *inquit Florentius,* in ecclesia S. Mariæ quam ipse a fundamentis construxit, requiescit.

b *Camdenus in* Cornavus *scribit cum vix duodecim monachos reperisset Wolstanus, ad* 50, *adauxisse, et hanc novam ecclesiam ædificasse circa annum* 1090.

CAPUT III.

Adversarii cœlitus superati, vaticinia complura.

Citatur ad Synodum

a Sub seniore Wilhelmo inclamatum est in Wulstanum a Lanfranco de Litterarum inscitia; a Thoma Eboracensi Archiepiscopo, quod subjici deberet ei ex antiquo jure. Utrisque objectionibus cum in concilio respondere juberetur, egressus est ut strictiore consilio responsum comeret suum. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad summum negotium attonitis, ille subintulit: Crede mihi, adhuc non cantavimus Nonam: cantemus ergo. Sociis referentibus, ut prius propter quæ venerant expedirent, quod satis superque sufficeret cantibus tempus; Regem et Proceres, si hoc audierint, risui se haberi non immerito credituros. Prius, crede mihi, inquit, faciemus Dei servitium, et post agitabimus hominum litigium. Hora igitur cantata, nulla excogitata falsi tergiversatione, nullo commentato veri splendore, aulam concilii pergebat ingredi: suis eum retinere tentantibus, persuaderi non potuit. Quin potius timentibus caussæ: Pro certo, ait, noveritis visibiliter me hic videre beatos Archiepiscopos *b* Dunstanum et Oswaldum, qui hodie me suis precibus tuentes falsiloquorum acumen hebetabunt. Ita data benedictione monacho minimæ facundiæ viro, sed Normannicæ linguæ sciolo rem obtinuit, ut qui diœcesis ante putabatur indignus regimine, ab Archiepiscopo Eboraci suppliciter rogaretur, ut suas dignaretur lustrare, quo ipse pro timore hostium vel sermonis ignorantia cavebat accedere. Nec solum hoc, sed et villas reliquas episcopatus, quas Aldredus Archiepiscopus retinuerat, recuperavit ad unam, cum Lanfrancus Archiepiscopus constanter assisteret caussæ, urgens videlicet æmulum primatus et potentiæ.

12 *c* Sub Willielmo juniore Rogerius Comes de Monte Gomerico perfidiam contra Principem meditatus, cum ejusdem factionis complicibus arma movebat infestus: jamque a Scrobesberia usque ad Wigorniensem coloniam omnibus vastatis, urbem ipsam appropinquabat: cum milites regii, qui prætendebant, periculum exponunt Episcopo: is maledictionis fulmen jaculatus in perfidos, qui Domino suo fidem non servarent, jubet milites properare, Dei et Ecclesiæ injurias ulturos. Mirum quis dixerit, quod subjiciam, sed auctoritati veracium narratorum credendum. Quidam enim adversariorum regiis conspectis, timore inerti perculsi, quidam et cæcati, victoriam plenam et qualem sperare nequibant, oppidanis cessere. Multi enim a paucis fugati, pars cæsi, pars saucii abducti.

qui mox a paucis vincuntur

prophetiæ dono claret

13 Quid quod prophetia non caruit? Aldwinus erat quidam ab eo factus monachus, sicque in vastissimo illo saltu, quod *d* Malvernum vocatur, eremiticam vitam cum Guidone socio exercebat. Guidoni post longos agones compendiosius ad gloriam visum, ut Hierosolymam iret, ubi labore itinerario vel Domini

sepulchrum

[illegible] videret, vel feliciter [illegible] [illegible]. Aldvinus eidem sententiæ in[illegible] [illegible] Patre W[illegible] [illegible] Pontifex, et [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Alwinus [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] Deus operaturus est. [illegible] [illegible] audito [illegible] [illegible] [illegible]. Nec multo post [illegible] properavit [illegible] [illegible] ad Alwinum [illegible] [illegible], tertius post alterum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] supplebant, dum [illegible] [illegible] spiritualia [illegible].

14 Sewardus [illegible] [illegible]

[illegible]

Wigorniensis Eccl[illegible] [illegible] [illegible] Episcopus [illegible] improperio calvitii [illegible] [illegible], calvus fies. At ephebus, [illegible] adolescentia se illa parte [illegible] [illegible] hebdomada, qua vitæ [illegible] renuntiavit, [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Ægritudo, obitus, miracula.

S[illegible] [illegible]

est enim ista vitæ [illegible], sed vitæ commutatio. [illegible] [illegible] sed [illegible] compage [illegible] Deo [illegible] [illegible] [illegible], accedet [illegible] prosperitas, [illegible] [illegible] [illegible] Felix lingua, [illegible] [illegible] secura verba [illegible] effundere. Ah suspiriis et singultibus agunt, ut pro se oretur, ille pro illis se oratурum [illegible]. Quid istud est miraculi? An nullus [illegible]? Imo loquebatur sancta simplicitas, [illegible] Dei [illegible] misericordia.

17 Sublatus [illegible] præsentibus magno [illegible] et [illegible] [illegible], tribus [illegible] forma [illegible] Ponti[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] operimenti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mœrore.

18 [illegible] Roberto Heref[illegible] [illegible] Episcopi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lapideo [illegible] [illegible] permanet, [illegible] ferreos, [illegible] [illegible] infixos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] accubitare solebant orantes ante mausoleum, inco[illegible] [illegible]

19 [illegible] [illegible] sentiunt, dum nullus cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adjuvaret, jamdudum [illegible]

[illegible] [illegible] solebat cubitare

Ex Willelm. Malmesbur.

CAPUT V.

Post mortem gesta.

a S. Wulstani successor

Wlstano successit *a* Samson Canonicus Bajocensis, non parvæ litteraturæ vir, nec contemnendæ facundiæ, antiquorum homo morum: ipse liberaliter vesci, et aliis dapsiliter largiri: innoxius ad monachos nisi quod eis Westberiam abstulit, ubi Wlstanus monachos posuerat, et privilegio sanctitatis suæ muniverat Illud Sampson dirupit, nec multis post annis in eadem villa, qua culpam commiserat, *b* excessit.

21 *c* Robertus Herefordensis Episcopus, præ ceteris contemporaneis Episcopis sanctissimi Wlstani familiaritati deditus erat, quem et vicinitate præsulatus attingebat. Remotis ergo sæpissime forensibus negotiis domesticum illi contubernium præstabat, delectatus vitæ illius puritate et innocentia, quem quamvis ante se extulerit, non tamen socialis amoris vinculum mors illius prolongata corrupit. *d* Decumbebat Wlstanus Wigorniæ beato jam proximus fini; Robertus in curia invitus dumtaxat regalia placita transigens. Astitit ipsi in visu dicens omnino intelligibiliter: Si me vis videre vivum, festina venire Wigorniam, antequam obeam. Quo viso, petita a Rege licentia, venire festinabat concitus, nulli quieti sive die vel nocte indulgens. Metus enim pius præsagium, quod res firmavit, infuderat, ne non superstitem inveniret: longiuscule enim fuerat curia.

S. Wulstanus æger apparet Roberto Episcopo,

22 Et jam in mansione proxima Wigorniæ somno deditus, iterato videt Wlstanum dicentem: Nihil minus quam pius amor poscit fecisti: sed frustratus es desiderio tuo. jam enim migravi, tu modo, amice sodalis, vitæ tuæ consule, provide saluti, quia non longas moras post me facies in hac luce. Et ne phantastica visione te credas illudi, signum accipe: Postquam cras corpus, quod jam triduo tuum sustinet adventum, terræ mandaveris, dabitur tibi xenium ex parte mea, quod meum esse cognosces. Ita Pontifex expergefactus, viam peregit, Wigorniam venit, officium sepulturæ implevit, re omnibus relata.

iterum post mortem, et eventura denuntiat,

23 Jamque vale dicto monachis, meditabatur discedere, calcitatumque calcaribus equus opperiebatur, cum Prior loci genibus ejus reverenter affusus prætendi xenium dicens: Accipite Domine, si vobis placet, amatoris vestri cappam anginis pellibus infultam, qua indutus equitare solebat: quæ et longum vestrum testetur amorem, et sanctitatis Domini nostri mereatur protectionem. Hoc ille audito, et munere recognito, inpalluit, gelidusque cucurrit per ossa tremor: statimque dilata profectione, concionem monachorum accivit in Capitulum, lacrymis et suspiriis, quantum res exigebat, referens, quanta veritate somnium et factum quadrassent. Itaque omnibus sua morte commendata, discessit, de admonitione quidem lætus, sed semper sancto timore sollicitus. Januario mediante Wlstanus transiit, nec Robertus Junium transcendit.

Roberto cappa ejus donatur.

a *Ita a S. Anselmo, anno 3, episcopatus ejus, consecratus est Londini, XVII kal. Julii Dominica an. 1096 ut scribit Wigorniensis, unde refutes Godwinum, qui an. 1097, id eo die scribit contigisse, cum XVII kal. Julii hoc anno non inciderit in Dominicam: at Dominica post jejunium quarti mensis consecratum constat ex Eadmero, qui aderat.*

b *Obiit Sampson III, Nonas Maii, die Dominica, anno 1112. Ita Florentius.*

c *Sequentia sunt ex cap. sequ. de Episcopis Herefordensibus.*

d *Eadem narrat Harpsfeldius sæc. 11, cap. 2.*

ALIA VITA

Auctore anonymo,

edita a Jo. Capgravio et Surio.

CAPUT I.

Vita ante episcopatum.

Wolstanus pius,

Amabilis Deo Wolstanus in provincia Warevicensi oriundus, et in monasterio de Burgo litteris et officiis Ecclesiasticis instructus, Missam morose cantabat, aliasque orationes adjiciens, solis fidelium oblationibus contentus erat. Hic virgo existens, superflui potus semper expers, esui carnium indulsit: quibus tamen spernendis occasio talis fuit: Die quadam cum ad placitum quoddam exiturus, Missa celebrata cibum sumere statuit, apposita igni auca, nidor adustæ carnis nares celebrantis opplevit, odor mentem avocavit. Sed cum diu reluctans, cogitationem avertere non posset, juramentum ad Sacramenta quæ tractabat fecit, nullo se amplius pacto id genus cibi comesturum. Completa vero Missa, impastus ad negotium discessit.

castus

a su carnis abstinet

2 Seculo tandem relicto, in monasterio Wigorniensi, in quo pater suus servierat *a*, monachus effectus, per omnia pene loci officia gradiens, ad Prioratum ascendit. Jejuniis, vigiliis et orationibus jugiter indulsit. super scamnum in ecclesia, libro, in quo orabat, capiti supposito, dormire consuevit. Nocte autem quadam ante altare in ecclesia orans, dæmonem ad luctam eum importune provocantem, quamvis passione fatigatus, illum ter complectens prostravit. Apparuit autem illi in forma servientis cujusdam de curia, quem postmodum quoties Wolstanus videret expalluit, ad cetera semper timore vacuus. Affirmabat enim se nescire, quid esset timor, qui pro fractura pontis equum numquam descenderit; quin etiam in summitate fabricarum angustarum securus incederet.

fit monachus a

austere vivit

luctatur cum dæmone

omnino intrepidus

3 Cum matrona quædam pulcherrima, nobilis ac dives, in concupiscentiam ejus, infausto amore ac illicito decepta, in tantum vexaretur, ut tentationi resistere non valeret, desiderium suum ei aperit, suspirando rogat et orat ut cubile suum, paullulum *b* rigore postposito, ingredi dignaretur. Ille vero vocem funestam ulterius non ferens, sed sermone loquentis interrupto, et facto fronti crucis signaculo, dixit: Fuge fomes lasciviæ, mortis filia, vas satanæ: alapamque mulierculæ tanto nisu impegit, quod crepitus illisæ palmæ circumquaque auditus fuit. Sicque alter Joseph muliebrem lasciviam animo respuens, manu compescebat.

lasciviam feminam repellit

b

4 Solebat autem sedula devotione omni Dominica populo verbum Dei prædicare: quem Frater quidam increpans, solius asseruit esse Pontificis prædicare, monacho silentium et claustrum competere. Cui Sanctus respondit: Verbum Dei non est alligatum, nihilque Deo gratius, quam Christum annuntiare, populumque ab errore viæ suæ revocare; ideoque se non omissurum. Nocte sequente Frater ille ad tribunal ignoti Judicis in visione ductus, et cur servum suum objurgasset, redargutus, in pavimentum jussus est sterni et cædi. Lacrymæ vero in maxillis, et livores evidenter in scapulis evigilantis apparuerunt. Cujus calamitate motus vir Dei, benedictionem ei dedit, et statim sanitas ei rediit, omneque doloris vestigium conquievit.

prædicat

ob reprehensionem cæditus punitur

5 Cum quidam de campanili præceps rueret, Wolstanus eminus stans et intuens condoluit, et signum crucis opposuit. casusque ruentis corpus non solum non attrivit, sed nec animum frigente sanguine, ut solet, hebetavit. Surrexit incolumis, suæ temeritati imputans quod cecidit, et Wolstani sanctitati quod evasit. Tribus in hebdomada diebus omnis cibi abstinens, perpetuo linguam cohibuit silentio: reliquis tribus

crucis signo lapsum servat

abstinentia dictus

tribus porris vel caulis elixis et panem hordeaceum comedebat.

a [illegible]
b [illegible]

CAPUT II.

Episcopatus miraculo assertus.

a 6. Cumque electioni de se factae ad consentiendum minime flecti posset, a viro Dei Wlsino, per quadraginta annos incluso, acriter pro obstinantia correptus, divinoque oraculo perterritus, electioni consentit.

7 b Cum enim Wilhelmus Rex litteraturae insufficientiam et Gallici sermonis imperitiam praetendens, Wlstanum officio privare niteretur, convocato concilio, iubet Lanfrancus Archiepiscopus venerabilem virum baculum resignare [illegible]. Vir autem Dei nec vultu mutatus, nec animo [illegible], erexit se, et virgam pastoralem manu tenens dixit: Vere, Domine Archiepiscope, vere scio, quia nec hoc honore dignus sum, nec huic aptus oneri, nec sufficiens labori. Sciebam enim hoc, cum me Clerus eligeret, cum Episcopi cogerent, cum me Dominus meus ad hoc officium invitaret. Ipse auctoritate Sedis Apostolicae in meos humeros hoc onus retulit, et per hunc baculum me Episcopali gradu investiri praecepit. Nunc tu pastoralem virgam exigis, quam non tradidisti, officium adimis, quod non contulisti. Et ego quidem insufficientiam meam non ignoro, et huic sanctae Synodi sententiae cedens, resigno baculum, sed non tibi, sed potius ei, cuius cum auctoritate suscepi. His dictis, accedens ad tumulum S. Edwardi, et stans ante sepulchrum, dixit: Tu scis, Domine mi, quam invitus hoc onus susceperim, quoties subterfugerim, quoties me, cum quaereret, [illegible]. Fateor, [illegible] factus sum, sed tu me coegisti. Non licet non [illegible] electio, plebis petitio, Episcoporum voluntas, Procerum [illegible] voluntas. Et ecce novus Rex, novus lex, novus Pontifex, nova iura condunt, novas sententias promulgant. Te errasse arguunt, qui [illegible], me praesumptionis, qui consensi. Et tunc quidem [illegible], sed [illegible] modo, [illegible] Dei? Non igitur illis, qui exigunt, quod non dederunt, qui cum sint homines, falli possunt et falli, sed tibi, qui [illegible], et [illegible] in ipsam veritatem, [illegible] tibi resigno [illegible], [illegible] tibi [illegible]. His [illegible], [illegible] fixit, dicens: Accipe Domine mi Rex, et cui volueris trade illum. Et [illegible] Pontificalibus, inter monachos ipse [illegible] monachus simplex resedit.

8 Admirabantur omnes, cernentes virgam lapidi immersam, et quasi radicibus [illegible]. [illegible] Synodum, et d [illegible] Episcopus [illegible] Lanfranco [illegible] sepulchrum [illegible], [illegible] videret. [illegible] miraculi stupefactus, [illegible] Episcopus et Rege [illegible] baculum [illegible] ad [illegible] educendum baculum apposuit. Exclamat Rex [illegible] Pontifex, et ad [illegible] ait: Vere iustus Dominus, et [illegible] gratiae, et cum humilibus sermo eius. [illegible] est [illegible] simplicitas [illegible] quas [illegible] iustitiam [illegible] consultius [illegible].

possumus. Ille autem impossibilitatem suam, et onus supra vires praetendens, asserat in loco sancto ministrum suum [illegible] tremendum. Victus tandem precum instantia, coram omnibus ad sepulchrum accessit, [illegible] virgam manu tetigit, et mox manum eius secuta, [illegible] impressa, desiluit. Lanfrancus [illegible] pedes eius provolutus, fatetur delictum, [illegible] simplicitatem eius Deo acceptam, et [illegible], qui [illegible] huius mundi stultam [illegible], ut [illegible], et gratiam infundat humilibus.

[illegible]

CAPUT III.

Virtutes et miracula.

Mulierem quamdam [illegible] vexatam, per [illegible] pedum levia spatia [illegible], sua benedictione [illegible] praestitit, [illegible] praecepit, ut non Wlstanum, sed Deum benediceret, virtutes amaret, [illegible], ne deterius ei aliquid contingeret. Mulier [illegible] sequens, in [illegible] Deo vitam egit.

10 Daemoniacus quidam [illegible] posit [illegible] est, [illegible] crederes. Viso autem Pontifice, totis intremiscens membris, stridebat dentibus [illegible], [illegible] Sacerdos [illegible], et [illegible] oravit et [illegible].

11 Leprosus quidam visu horribilis, [illegible] maculosus, [illegible] sancti viri in balneo [illegible] lavit, et [illegible], [illegible] sanguine [illegible] rescentibus reformatur.

12 [illegible] Regis Haroldi [illegible] missa [illegible] suscepta [illegible].

13 [illegible] Regis [illegible] ad consecrandam ecclesiam Episcopum [illegible] advocavit. [illegible]

Ex Capgravio.

cum jussisset eam Episcopus abscindi, maluit ecclesiam non dedicari, quam arborem inde penitus deponi. Vir ergo sanctus maledictionis jaculum in arborem offensus intorsit, et illa quasi vulnerata, paullatim sterilescens, radicitus exaruit, et fructu caruit. Exacerbatus inde dominus, eam abscindi jussit, et dixit: Nihil Wolstani maledictione amarius, nihil ejus benedictione dulcius poterit inveniri.

Quosdam a naufragii periculo liberat absens.

14 Cum quidam de Anglia versus Hiberniam navigarent, mutata cœli clementia, flavit spiritus procellæ, inhorruit fragor ventorum, factaque est tempestas valida. Diruptis rudentibus et malo effracto, invocato S. Wulstani suffragio, quidam in ejus effigie apparens armamenta consolidat, rudentes coaptat, et ut animos revocarent exhortans, erigerent antennas, quia tranquillitatem daturus esset Dominus. Et confestim serenitate reddita, mare tranquillum efficitur.

Ornatum vestium respuit

15 Vilioribus indifferenter utebatur pellibus, magis tamen agninis frigus depellens. Unde et cuidam suggerenti, ut pelles saltem catinas admitteret, ait: Crede mihi, cantari non audivi, Catus Dei, sed Agnus Dei: ideo agno volo calefieri. Legebantur ad mensam ejus ædificationum libri, cunctis interim summum præstantibus silentium. Quiete vero epulis data, ut cœlestem impartiret alimoniam, quibus ministraverat corporalem, lectionem patria lingua exponebat. Cum vero post prandium secundum morem potus porrigeretur, ipse aquam puram, solo ministro conscio, sumere consuevit. Primis quidem annis merum hauriebat aquam, confectus senio, vino vel cerevisia mixta.

parcus potionis

famulis curam gerit

16 Disciplinam domus suæ tam in laicis quam in clericis severissime exercens, legem statuit, ut omnes tam Missæ quam omnibus Horis interessent. Custodes ad hoc constituit, ut nullum impune ridere sinerent: alii qui aut potu eo die caruit, aut palma ictum ferulæ excepit. Laicum nullum de suis unquam misit, cui non preces septies in die dicendas injungeret, hoc asserens, ut sicut clerici septem Horas, ita laici septem orationes Deo libarent. Si quis ante eum juraret, statim ferulæ vindicta sequebatur. Indigne ferebat, si quis coram eo aliorum vitam roderet, vel carperet mores; quoniam hoc summæ malitiæ deputabat.

noctu orat

17 Noctibus autem post modicum somnum surgens, psalterium dicebat; nonnumquam solus, ne aliorum quietem impediret; quandoque cum socio, quem ceteris vigilantiorem deprehendit. Et cum somnolentiam cujusdam Fratris nutu nocte quadam argueret, et ille oscitabundus et invitus resideret, cum corpus quieti daret, magna vi per visum concussus, flagris cæsus, inconsultæ temeritatis pœnas pertulit. Dat postremo fidem, quod numquam ulterius virum Dei a bono opere impedire præsumeret.

et in itinere

18 Missas duas ad minus quotidie audire, et ipse tertiam cantare solebat. Ascenso equo, psalterium incipere, nec pausam nisi ad finem facere consuevit. Ejus cubicularius præsto eleemosynam deferebat, nulli egenti denegatam. Ubicumque jaceret, staret vel ambularet, semper in ore psalmus, semper in corde Christus. In singulis villis suis habebat ædiculas, in quibus se a mane post Missam inclusit, donec Clericus pulsatione ostii, tempus prandii vel Horarum nuntiaret. Quando erat Wigorniæ, Missam majorem loco hebdomadarii quotidie fere cantabat, a quo, *a* ut dixi, officio pro episcopatu resignando noluit abs[illegible] Collationi monachorum interfuit, et confessione dicta, et benedictione data, ad sua rediit.

semper pie latet intentus

19 Dum semel monachi sui ad majorem ecclesiam migrarent, quam ipse construxerat, et videret ecclesiam antiquam destrui, quam S. Oswaldus construxerat, lacrymas fudit. Super quo modeste redargutus, quod potius gaudere deberet, quod se superstite tantus honor Ecclesiæ suæ accidisset, quod multiplicatis monachis ædificia augerentur, dixit: Ego longe aliter intelligo, quod nos peccatores et miseri opera Sanctorum destruimus, ut nobis laudem comparemus. Non noverat illa ætas pompatica construere, sed sub qualicumque tecto seipsos Deo immolare, subjectosque ad exemplum attrahere. Nos e contra nitimur, ut curam animarum negligentes cumulemus lapides.

Nolentem inimico ignoscere, tertio a diabolo arreptum, tertio sanat.

20 Dum semel S. Wolstanus sermonem de pace faceret, et multi ad concordiam redirent, unus inter eos nullo suasu, nec etiam Episcopi rogatu, pro fratris nece homicidæ veniam petenti indulgere voluit. Huic in medium adducto, dixit Episcopus: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Constat enim, quod pacifici, sunt filii Dei et beati; discordantes, sunt miseri et filii diaboli. Illi igitur, cujus es, te committo, et trado carnem tuam satanæ. Statim ille mancipium hostile effectus, dentibus stridere, spumas jacere, caput rotare cœpit. A Wolstano demum sanatus, cum pacem adhuc repudiaret, iterum et tertio arreptus est, quousque ex corde injuriam et offensam remitteret.

a *Hinc videtur conjici posse hanc vitam e vita prolixiore contractam.*

CAPUT III.

Vaticinia, mors, miracula.

Prædicit quædam futura,

Alwinus quidam apud saltum Malverniæ anachoretice degens, desiderio Hierosolymitani itineris sæpius afflatus erat. Quod cum Wulstano panderet, dissuadens Episcopus, dixit: Desiste, sodes, Ailwine, crede mihi, mirareris, si scires quæ per te Deus facturus sit. Acquiescens ille, in loco illo ad numerum tricenarium monachos congregavit, et Malverniæ monasterium fundavit.

alteri conjecturam monachum.

22 Quidam nomine Fewlfus, dum sæpius eadem peccata Episcopo panderet, ait Episcopus: Opportunitas, ut video, latronem facit, ideo consulo ut monachus fias: et sic vitiorum importunitate carebis. Cum vero ille pro rigore ordinis hoc renueret. Vade, inquit, monachus fies, velis nolis. Tandem ille senescens, et apud Malmesburi tonsuratus, quoties dictum Wolstani menti ingessit, mitius se habuit.

23 Dum alumni sui Nicolai caput palparet, qui jam juvenis *a* calvescere cœpit, ait ad eum: Puto, fili, quod cito calvus eris. Et ille: Quare Pater non tenes crines meos? Cui Episcopus: Crede fili, quamdiu vixero, residui non deficient. Et factum est ita. Hebdomada namque illa qua Episcopus obiit, omnes capilli ejus ita evanuerunt, ut quasi nudam cutem relinquerent.

a pacto obtentum quod ... pedit.

24 Anno autem Domini *b* millesimo sexagesimo septimo, Episcopatus sui tricesimo quarto, ætatis suæ octogesimo septimo, quarto decimo Kalend. Februarii defunctus seculo, vivere cœpit in Christo. Annulus autem, quem in consecratione acceperat, multis annis digito ejus hærere non potuit, et crebro lapsus, numquam amissus fuit. Quippe caro digitorum ita exinanita fuerat, ut vix pellicula ossibus inhæreret. Fertur enim sæpius ipsum dixisse: Annulum, quem sine ambitu suscepi, inseparabilem mihi in humum portabo. Post obitum ejus quidam annulum digito subtrahere in vanum tentaverunt: ita enim pellis plena, protuberantes articuli, nervorum integritas restituta videbantur mortuo, quæ præ abstinentia exinanita fuerant vivo. Elapsis autem post obitum ejus annis *c* centum, dum transferretur corpus ejus, et in scrinio pretioso collocaretur, repertum est una cum vestimentis Pontificalibus integrum et incorruptum.

b Moritur

Annulus mortuo ...

c Corpus post 100 annos incorruptum. Miracula.

25 Inter multa vero miracula pro famulo suo a Deo patrata, mulierem quinque annis incurvatam ac inclinatam, humique acclivem, curavit, linguam pueri a noverca abscissam reparavit: cæcos quinque illuminavit, dæmoniacos quinque sanavit: mutis quatuor loquelam reddidit: mortuos tres resuscitavit: leprosos

[illegible]os duos mundavit, et hydropicis duobus sanitatem contulit. Infra triduum vice quadam triginta quinque variis morbis oppressi, salute consecuta, gratias Deo et Sancto ejus referebant.

26 Oculos juvenis cujusdam, ab æmulis effossos, et in campum projectos, [illegible] Non autem illi [illegible] restituit, sed novos et [illegible] profunditate pupillæ tamquam [illegible], et quos varios habuit a natura, [illegible] recepit ex gratia. [illegible] Testi[illegible] [illegible] manibus et pedibus [illegible] sunt restituti, vulnera [illegible] corporis locis recepta, in momento sunt curata. Juvenis iste, Thomas nomine, cum pecuniam multam congregasset, quadam demum [illegible] ab eo recepit, et tandem ad fornicandum cum ipsa allexit. Qui tandem [illegible] satisfecisset, illa contemptam se dolens, et repulsam [illegible], quemdam iniquam et malefa[illegible] assumpsit, et ad supradictum [illegible] instigatione allexit.

[illegible]

DE S. HENRICO MARTYRE
EPISCOPO USPALENSI IN SUECIA.

Divus Henricus Septimus Ecclesiæ Upsalensis Episcopus fuit, totiusque Finlandiæ Apostolus et Patronus, [illegible] *ita Joannes Magnus Gothus lib. 1, de vitis Pontif. Upsal.* [illegible] At Finlandia, [illegible] Finnmarkia [illegible] Finnas, sive Fennas, [illegible]

2 [illegible] S. Henricus [illegible] *XIX Januarii, ut patet ex veteri Missali Suedico* [illegible] In Suecia B. Henrici Archiepiscopi Upsalensis et Martyris anno 1151, qui convertit Finlandos. [illegible] Upsali in Suecia, [illegible] S. Henrici, Episcopi et Martyris, [illegible] Anglus, Upsalensis Ecclesiæ Episcopus [illegible] [illegible] *Quæ alia regio Europæ* [illegible] *Belgica nostra* [illegible] S. Ericum Regem, non Henricum.

3 *MS. Florarium XX Januarii S. Henrici* [illegible] Natale S. Henrici, Upsalensis Archiepiscopi et Martyris, *ut ancque XIII Decemb.* In Suecia depositio S. Henrici Episcopi. *At XVIII Junii* [illegible] *Translatio* [illegible] *Joannes Vastovius in Vite Aquilonia* [illegible] Finlandiæ, qui [illegible] Episcopus Aboensis Joannes Petri sub anno Domini 1370. Caput [illegible] Aboensi [illegible] Episcopum Aboensem [illegible] Relatus est in numerum Sanctorum [illegible] Alexandro IV anno 1158, [illegible] *Est Aboa,* [illegible]

Quando Joannes Magnus, [illegible] S. Henrici [illegible] reliquiæ conditæ erant, [illegible]

[illegible]

5 [illegible] S. *Henrici* [illegible] *Rosweydus noster ex MS. monasterii S. Pauli in Sonia silva, sive Rubea-valle,* [illegible] *Vite Aquilonia Joannes Vastovius.* [illegible] 10, [illegible] 12, [illegible] 1148. *Thom. Bozius de signis Ecclesiæ lib.* 4, *cap.* 1. *Olaus Magnus lib.* 4, *cap.* 18. *Joannes Magnus in historia Gothorum lib.* 19, *cap.* 3.

VITA

Ex MS. monasterio Rubeæ vallis.

Regnante illo tempore [illegible] S. Erico in Suecia, venerabilis Pontifex B. Henricus de Anglia [illegible], vitæ sanctitate conspicuus, et [illegible] honestate [illegible] Upsalensem [illegible] Ecclesiam. [illegible] Sanctus autem Rex insignem Pontificem vita et moribus, [illegible]

2 [illegible] Rex [illegible] et bonus pastor [illegible]

3 Cum vero plebs Finlandiæ, [illegible] Sancto Rege Erico [illegible] B. Henrico [illegible] Finlandis [illegible] et fundatis in partibus illis Ecclesiis, ad Sueciam cum gloriosa victoria remeavit.

Ex Mss.

meavit. Beatus autem Henricus vinæ Domini custodem se divinitus constitutum considerans, ad irrigandum imbre cœlestis doctrinæ novellas neophytorum plantulas, ad corroborandum Dei cultum in partibus illis audacter remansit; non intuens sese quibuslibet adversitatibus exponere, ut possit gloriam Dei dilatare. O quantus fidei fervor, quantus divini amoris ardor altare aureum devotissimi Pontificis accenderat; qui postpositis opulentiis rerum, et amicorum solatiis, ac Upsalensis Archipræsulatus sede sublimi, pro paucorum et pauperum ovium salvatione multis se mortis periculis exponebat; illum nimirum imitatus pastorem, qui relictis nonaginta novem ovibus in deserto unicam errantem sollicite requisivit, et inventam ad ovile propriis impositam humeris reportavit.

Occiditur ob censuram Ecclesiasticam homicidæ intentatam.

4 Cum vero ædificationi et confirmationi Ecclesiæ Finlandensis prudenter et fideliter insudaret, accidit ut homicidam quemdam ob ipsius facinoris enormitatem vellet corrigere disciplina Ecclesiastica; ne facilitas nimia veniæ incentivum delinquendi præberet. Quod salutis remedium vir ille sanguinum contempsit, et in suæ damnationis augmentum convertit, odio habens eum salubriter arguentem. In ministrum itaque justitiæ ac suæ salutis zelatorem funestus insiliit, ipsumque crudeliter trucidavit. Sicque Sacerdos Domini acceptabilis hostia divinis oblata conspectibus, pro justitia occumbens, templum supernæ Jerusalem cum gloriosa palma triumphi feliciter coronatus introivit.

Mors ejus cælitus vindicata

5 Postmodum ille scelestus viri Dei occisor tollens de capite sancti Pontificis [e] birretum, quod gestare consueverat, imposuit capiti suo: et regressus domum, ac de commisso flagitio se jactitans præsumptuose quod ursum prostravisset, per hoc significans occisionem beati viri, lætabatur quod male fecisset, et exultabat in rebus pessimis. Dum autem birretum, quod in suo capite posuerat, amovere tentaret, cutis et caro birreto adhæserunt, et illa insimul a testa capitis amovebat. Congrua profecto divinæ ultionis vindicta; ut tali pœna miserabiliter torqueretur, qui non est veritus Christum Domini truculenter impetere, et occisum spoliare.

Reliquiæ repertæ

6 Defuerat corpori sancto digitus annularis, per sicarium illum nefarie, dum promiscua vulnera infligeret, amputatus: nec facile propter nivium copiam, (brumali enim tempore scelus commiserat) etiam adhibito studio reperiri poterat. Verum ineunte vere, nive circumquaque et glacie resoluta, indicio corvi crocitantis, volucris alioquin cadaveris nimium appetentissimæ, ut hujus miraculi vis major effulgeret, proditus ac religiose de terra sublatus et asservatus est.

Ejus meritis suscitatus mortuus,

7 In villa Kaysalum pater et mater, cum filium mortuum parturiret, et præpararent ad involvendum, B. Henrici patrocinium invocabant. Cumque Sancto pro eo fecissent votum; qui jacebat mortuus mox revixit.

item alia,

8 Filia Anthonis de Bamo, Lucia nomine, cum defuncta a parentibus plangeretur, ad invocationem B. Henrici subito restituta est vitæ pariter et saluti.

depulsa ægritudo,

9 Mulier quædam per triennium languore gravi detenta, S. Henricum invocavit: et sine mora plene convaluit.

dolor capitis

10 Frater quidam Ordinis Minorum, Sacerdos et prædicator officio, per sex annos passus est dolorem capitis vehementer. Qui in profecto B. Henrici votum fecit, quod si a passione illa liberarentur, ante corpus Sancti in signum gratiæ sibi factæ caput de cera factum suspenderet, ac Martyrem deinceps in reverentia majori semper haberet: qui a longo languore fuit protinus liberatus.

contracta sanata

11 Quædam mulier habens unum pedem graviter contractum, vovit peditando visitare reliquias B. Henrici, si tamen meritis ejus curationis beneficium obtineret. Quæ mox ab illa contractione fuit misericorditer sanata.

cæca illuminata.

12 Quædam mulier gravem cæcitatem passa per annum, peregrinationem vovit: et invocans S. Henricum, visum recepit.

Mortua suscitata.

13 Cum filia primogenita servitoris cujusdam Ecclesiæ letali infirmitate laboraret; pater dolens diversis Sanctis pro curatione filiæ suæ votum fecit: nec affuit remedium. Cum autem filiam ad terram deposuisset mortuam, præ fatigatione ac mœrore velut obdormienti, quædam persona spectabilis ei in visione dixit: Quare non invocas S. Henricum? Cui evigilanti quædam mulier provectæ ætatis, quæ assistebat, dixit: Fac votum S. Henrico, ipse enim vult habere votum tuum. Vovit ille, quod filia sua annis singulis semper vigiliam ipsius Martyris jejunaret, et corpus S. Henrici cum oblationibus visitaret; et ipse ac mater puellæ usque ad annos discretionis ipsius puellæ pro ea votum compleret. Quo voto facto surrexit puella, sanitati plenæ restituta.

f mare sedatum

14 Quidam homines in captura [f] phocarum in medio maris existentes, quassati nimia tempestate, personarum perditionem, et amissionem rerum timentes, S. Henricum invocaverunt. Et continuo tranquillitas facta est in mari, et ipsi mortis periculum evaserunt.

punitus blasphemus, deinde sanatus, g

15 Gudmundus famulus Domini Alnensis cum venisset in [g] Wesgotiam ad Sacerdotem quemdam, et sero post cœnam bibisset memoriam S. Henrici, Sacerdos hoc audiens derisit, et dixit: Si ille est Sanctus, irascatur mihi, si potest. Sequenti vero nocte jacens in lectulo, nimio cœpit cruciari tumore corporis et dolore: et intelligens ob derisiones quam optaverat advenisse iram, prædictum Gudmundum vocavit: et votum fecit, quod vigilam ejus celebraret omnibus diebus vitæ suæ. Qui continuo fuit meritis S. Henrici viri Dei liberatus.

16 His et aliis quamplurimus signis et prodigiis mirificavit Dominus Sanctum suum, et colendum ac venerandum exhibuit universis.

a S. Erici *Regis et Martyris acta dabimus* 18 *Martii.*

b *A* Nicolao Anglico, *qui post* Adrianus IV, *Pontifex fuit, tunc* Eugenii III. *Legato consecratus est* S. Henricus *anno* 1148, *ut Joannes Magnus lib* 18, *cap.* 18, *atque ex eo Baronius ad eum annum num.* 40. *Ex Anglia in Sueciam venisse cum* pro lucrandis Christo animabus *scribit idem Magnus lib. de Pontif. Upsal. et in histor. Goth.* summæ eruditionis Pontificem *vocat.*

Leges S. Erici.

c *Leges* S. Erici *laudat Jo. Magnus*, ad quas, *inquit*, etiam nostris temporibus injuste oppressi, perinde atque unicum innocentiæ suæ præsidium confugiunt: tametsi nimis frustra ab illis Leges aliquas implorant, qui præter violentiam et rapinas nihil aut parum didicerunt: qui tamen non raro suam tyrannidem Divi Erici legibus perperam adductis confirmare non erubescunt.

d Ad cujus, *inquit Magnus*, consilia et pias exhortationes pius Rex omnem vitæ suæ cursum ordinavit, *et paullo post* Inter cetera autem piæ exhortationis consilia Henricus animum optimi Regis ad illam magnam et memorabilem militiam in Finlandos idololatras, pro dilatanda fide Christiana induxit.

e *id est*, pileolum

f *id est*, vitulorum marinorum.

g *id est*, occidentalem Gothiam, *ubi* Scara *urbs Episcopalis.*

XX JANUARII.

SANCTI QUI XIII KAL. FEBR. COLUNTUR.

S. Clemens Presbyter, Lugduni in Gallia.
S. Fabianus Papa, Martyr Romæ.
S. Bassus, S. Eusebius, S. Eutychius, S. Basilides, — Martyres.
S. Sebastianus, Defensor Ecclesiæ Romanæ, Martyr.
S. Neophytus Martyr, Niceæ in Bithynia.
S. Innas, S. Pinnas, S. Rimmas, — Martyres.
S. Leontius, S. Cyriacus, S. Vitus, — Martyres, Nicomediæ.
S. Cendeus, S. Ursus, S. Florus, S. Felix, S. Marcia, S. Chelidonia, — Martyres, Nicomediæ.
S. Cyriacus Martyr, Nividuni.
S. Euthymius Magnus, Abbas prope Hierosolymam.
S. Petrus Telonarius, Constantinopoli.
S. Fechinus Abbas, Fourri in Hibernia.
S. Maurus, Episcopus Cesenæ in Italia.
B. Benedictus Eremita Ord. Vallis umbrosæ, in Etruria.

PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Honorati Episcopi Arelatensis Translatio *hoc die facta traditur, et refertur a Saussaio in Martyrologio. De ea agimus post ejus vitam* XVI Janu.

S. Marius, S. Martha, S. Audifax, S. Abachum, — Martyres Romæ *Usuardus, Ado, Rabanus, Notkerus, et alii. Eorum solemnitas ob SS. Fabiani et Sebastiani festivitatem prænoccupata, agitur* XIX Janu.

S. Henricus Episcopus Upsalensis in Suecia, Martyr. *MS. Florar. De eo egimus* XIX Janu.

S. Polychronius Martyr *Carthusiani Colon. in auctario ad Usuardum. Celebratur S. Polychronius Episcopus et Martyr in Perside,* XVII *Febru. alius* Presbyter et Martyr VI *Decembris, an alteruter horum haud nobis liquet.*

S. Irenes ecclesiæ Constantinopoli Encænia *celebrata hoc die, ut ex S. Maximi magni Œconomi vita patet* X *Janu. cap. 5, num.* 21.

S. Theophanem Confessorem in Palæstina *habet Ferrarius, citatque Menologium Græcorum, sed perperam illud intellexit, ubi enim* S. Euthymius Magnus, Theophanes, *id est* Deifer, *appellatus.*

Dagobertus I Rex *Francorum, refertur hoc die a Molano, et sine Sancti titulo nequaquam ab Ecclesia habitus, de quo, et* XIX *Janu. diximus.*

Lucas Theodoricus Episcopus *refertur hoc die a Menardo, et titulo tantum Venerabilis; licet lib. 2, [illegible] Beatum appellet et [illegible] felicitatis, quam Joannes Diaconus narrat lib. 4 Vitæ S. Gregorii cap. 90 et 91.*

Christianus secundus Abbas monasterii Scotorum Herbipoli, *a David Camerario tom. Sanctus appellatur, refertur que hoc die, ab aliis laudatur, sed a nemine, quem quidem legerimus, in albo Sanctorum [illegible].*

Daniel tertius Abbas Cambronensis in Hannonia, *refertur hoc die ab Arnoldo Raissio in Auctario ad Natales Molani, et Chrysostomo Henriquez in Menologio, et ab hoc Beatus appellatur. Saussaius Pius [illegible].*

Desiderius Morinorum in Belgio Episcopus, *ab eodem Raissio Beatus nuncupatur. Nobis id non constat. Quandoque tamen ad ejus et* Danielis Abbatis *sepulchrum candelæ a quibusdam, quasi ad publicam venerationem, accensæ sunt, in monasterii Cambronensis ecclesia, ubi ambo jacent.*

Gualterus Abbas Cisterc. XIX, *refertur hoc die in Kalendario SS. et BB. Ord. Cisterc. et in Menologio Chrysostomi Henriquez, atque utrobique* Beatus *appellatur. Saussaius* Pios *censet.*

Caducanus Episcopus Benchorensis in Wallia, *hoc die commemoratur* Beatusque *scribitur a Ferrario, a Chrysostomo Henriquez* XVII *Junii* Beatus *a David Camerario* XX *Junii* Sanctus. *Vir fuisse traditur eruditus et pius, et Gregorii IX, Pont. Max., permissu abdicasse episcopatum, ac monasticam vitam egisse in cœnobio Durensi, sive Dorensi, vulgo Doure, in Herefordiensi Comitatu ad Dorum flumen, at nemo tradit, antiquitus Sanctis adnumeratum.*

Smaragda, sive Eustochium, Messanensis virgo sanctissima, *hoc die obiit anno* 1491 *festa (?) et testatur Marcus Ulyssiponensis Chron. Ord. Minor. par. 3, lib. 7, cap. 7 et Cæsar Laura Eques Messanensis in ejus vita, quam Italice edidit anno* 1605, *ac* Beatam *alicubi appellat, uti et Bzovius in Annalib. Sylvester Maurolycus in Oceano Relig. Octavius Cajetanus noster, Ferrarius in generali Catalogo, die 22 Janu. eam referunt, Arturus Monasterius in Martyrol. Francisc. 13 Decemb. Nobis necdum compertum est an Cœlitum honores ei ab Ecclesia decreti sint, etsi plurima illius narrentur miracula. Vitam Latine scripsisse traditur Franciscus Maurolycus, quam necdum vidimus.*

S. Eugenius, S. Candidus, S. Valerianus, S. Acylas, sive Aquila, — Martyres *Menæa in paribus, ni fallimur, iidem omnino, eademque passi memorantur, uti et in Molani ad Usuardum auctario* XXI Jan.

S. Meinradus anachoreta Augiensis *M. Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti. De eo agemus* XXI Janu.

S. Vincentius in Hispaniis *MS. Martyrol. S. Hieronymi. Est is fortassis celeberrimus ille, de quo* XXII Jan.

S. Joannis Chrysostomi secundum exilium. *MS. Florarium, an id hoc die illi irrogatum sit, disquiremus ad ejus vitam* XXVII Jan.

S. Tarsus, S. Leucius, S. Gallinicus, — *MS. S. Hieronymi. Infra, cum in S. Cyriaco Nicomediensi est sermo, conjectamus hos esse* Thyrsum, Leucium, Callinicum, *de quibus* XXVIII Janu.

S. Marcia, mater SS. Marcelliani et Marci *refertur hoc die a Silvano Razzio tom. 1, de sanctis mulieribus. De ea agitur in Vita S. Sebastiani. Colitur* II Julii.

Crucis vivificæ pars hoc die Gandavum allata *anno* 1187, *atque in S. Michaelis æde collocata. Mentionem ejus facienus, cum de Exaltatione ejusdem sanctæ Crucis agemus* XIV Septemb.

S. Elfleda...

Ex variis. S. Elfleda Virgo, Rumseiensis in Anglia Abbatissa, *refertur hoc die in Martyrologio Anglicano et Ferrario. Obiit, quo die eam quoque Menardus consignavit* XXIX *Octob.*

S. Solutor, S. Adventor, S. Octavius, Martyres e Legione Thebæa *commemorantur hodie a Molano, Bellino, Ferrario, Galesimo, Maurolyco, Felicio. De iis agemus cum Martyrol. Rom.* XX *Novemb.*

DE S. CLEMENTE PRESBYTERO, LUGDUNI IN GALLIA.

Seculo III. XX Januarii. S. Clementis natalis.

Illustris *Galliarum Doctor, Lugdunensis Ecclesiæ Antistes* S. Irenæus, *cujus natalis agitur XXVIII Junii, præclaros habuisse discipulos complures traditur, interque eos* Clementem *Presbyterum, de quo vetustissimum S. Hieronymi Martyrologium XIII Kal. Februarii :* Lugduni Clementis Presbyteri. *Galesinius :* Lugduni S. Clementis Presbyteri et Confessoris. *Meminerunt illius quoque Molanus, Canisius, Ferrarius.*

2 *Plenius Saussaius :* Ipso die Lugduni S. Clementis Presbyteri, qui B. Irenæi Episcopi et Martyris discipulus, ab eo ob insignia scientiæ et pietatis merita presbyterii honore exornatus, sacerdotalis officii munia sub eo, pleno spiritus Apostolici vigore, obiit. Illo autem sub Severo diro Cæsare ob pietatis assertionem et gregis tutelam obtruncato; Zachariæ symmystæ suo, cum in ipsius Irenæi Antistitis sociorumque Martyrum colligendis sepeliendisque corporibus, tum confirmandis perterritis ea ex procella fidelibus sedulam operam adhibuit. Denique postquam Christi gloriam insigni zelo et fortitudine propugnasset, Martyr potius merito quam titulo, æternos ad triumphos evolavit.

res gestæ,

3 *Cum porro Severi persecutione, anno imperii ejus* 10, *ut in Chronico scribit Eusebius, Christi nimirum* 202, *concitata, interfectus sit* S. Irenæus; S. Clementem *oportet sub sequentibus Imperatoribus Caracalla, Macrino, Heliogabalo, floruisse De* S. Zacharia *Presbytero agemus* 28 *Junii.*

vita.

DE S. FABIANO PAPA MARTYRE, ROMÆ.

§ I. *S. Fabiani electio; tempus Sedis.*

An Chr. CCL. XX Januarii. S. Fabianus Romanus.

Antero *III Nonas Januarii trucidato, electus dein ad pontificatum* Fabianus *est,* natione Romanus, ex patre Fabio, *ut habet liber de Romanis Pontificibus;* de regione Cœlii montis, *ut Petrus de Natal. Is Georgio Cedreno, Chronico Alexandrino, et quibusdam Græcorum* Flavianus *dicitur; Maximo Cythereo et Menæis* Fabius; *Onuphrio Panvinio* Fabius Fabianus, *haud satis ex usu Quiritium, qui* Fabium *Fabio patre natum, sed in aliam familiam adoptatum, non jam* Fabium, *sed* Fabianum: *ut* Æmilianos, Octavianum, *aliosque appellare consuerunt,*

Martyres sepelit,

2 Fabianus Presbyter cum esset, in beatorum Martyrum corporibus humandis, *ut Galesinius scribit,* pie occupatus, Pontiani Pontificis et Martyris, qui fidei caussa in exilium missus obiit, corpus a se Romam delatum, in cœmiterio Callisti, et Anterum Pontificem ac Martyrem etiam, in cujus locum is proxime successit, in via Appia sepelivit. *De Pontiano testatur liber de Rom. Pontific.* In eadem insula (*Sardinia*) defunctus est III Kal. Novemb. (*Baronius,* 19 Novembris; *Catalogus Pontificum a Bucherio ex MS. nostro editus,* IV Kal. Octob.).... quem B. Fabianus adduxit cum Clero, et sepelivit in cœmiterio Callisti, via Appia. *At de Pontiano agemus XIX Novembris. Viguit istud olim sanctum Romanorum Presbyterorum studium, ut Sanctorum corpora decenter sepelirent, quod alibi de* SS. Joanne, Crispo, Marcello, *qui dein Pontifex fuit, aliisque dictum. Nec ipsi id se indignum rati Pontifices.* Eutychianus *certe, ut citatus de Pontificib. liber habet,* temporibus suis per diversa loca 342, Martyres sua manu sepelivit.

in his Pontianum

sancto more

3 *His artibus dignum se summo sacerdotio suffragatoribus Divis Fabianus probavit. Ut illud adeptus sit, Eusebius narrat lib.* 6, *cap.* 22. Post Anterotis mortem aiunt Fabianum una cum aliis ex agro Romam venisse, ibique fixisse domicilium : ubi mirabiliter, divina et cœlesti gratia largiente, summum sacerdotium sortitus est. Nam cum fratres omnes, caussa deligendi ejus qui episcopatum esset gesturus, convenissent in ecclesiam, et multi de plurimis illustribus et præclaris viris ad illud munus idoneis cogitarent; Fabianus, qui aderat, nemini venerat in mentem: cum subito e sublimi devolantem columbam, ejus capiti insedisse narrant, quæ similitudinem exhiberet Spiritus Sancti specie columbæ super Salvatorem nostrum descendentis : inde populum universum uno pariter sacrati Spiritus instinctu commotum, magna cum alacritate, uno animorum consensu, illum eo gradu dignum acclamasse, et absque cunctatione arreptum in throno pontificali collocasse.

designatur Pontifex miraculo columbæ

4 *Eadem narrat Nicephorus Callistus lib.* 5, *cap.* 26, *qui comitiis interfuisse ait* Episcopos qui Romæ erant et fratres omnes, *cœptaque fuisse ferri, sed variantia, suffragia, priusquam illo columbæ portento cœlitus deligeretur Fabianus. Ruffinus lib.* 6, *cap.* 21, adstitisse ipsum *ait* inter ceteros, scire cupientem qui rei exitus foret, *at videtur ipse unus fuisse ex eorum numero, penes quos suffragii jus erat. Id miraculum, ut idem tradit Ruffinus,* alii super hujus, alii super Zephyrini nomine gestum tradunt. *De* S. Zephyrino *agemus* 26 *Aug. Petrus de Nat. lib.* 2, *cap.* 105, *hoc prodigium ita retulit :* Et ecce columba candida super caput ejus de cœlo descendit, dicens : Romæ Episcopus coronaberis. *Nempe cum Eusebius μίμημα imitamentum, id fuisse descensus Spiritus sancti supra Salvatorem nostrum dixisset, noluit Natalitius vocem cœlestem hic desiderari. Sed cum vetusto auctore, simul et fide caret, in veterum gestis.*

quod varie narratum alias

5 *Gesta porro hæc* Maximino Imperat. et C. Julio Africano Coss. *anno Christi* 236, *imperii ejusdem Maximini primo nondum evoluto. Ita liber de Rom. Pontif.* Fuit autem temporibus Maximini et Africani usque ad Decium II et Quadratum, et passus est IV Kal. Februarias. *Melius alter Pontificum indiculus :* Fuit temporibus Maximini et Gordiani et Philippi, a consulatu Maximini et Africani, usque Decio II et Grato. Passus XII Kalendas Februarii. *Si porro, ut prior liber habet, post S. Anteri mortem vacavit Episcopatus dies* XIII, *ergo* XVI *Januarii, aut potius* XVII, *quæ erat Dominica, subrogatus est Fabianus, et* sedit annos XIV, menses X, dies XI, *ast ea non congruunt : nam si eo die creatus est, et tamdiu sedit, ergo decessit* 27, *vel* 28 *Novembris, an.* 250. *Decio et Grato Coss. Alter indiculus habet sedisse* annos XIV, mensem unum, dies decem; *quanto tempore post Anteri necem vacaverit Sedes, non exprimit : si* 13 *diebus, ergo obiit* 15, *vel* 16 *Februarii. Baronius corrigit, sedisse* annos 13, dies 4, *fatetur tamen* Maximino et Africano Coss. *quem ille annum Christi vult ducentesimum trigesimum*

quando sederit

gesimum octavum esse, creatum, interfectum Decio et Grato Coss. anno Christi, juxta illius calculum, 252 20 Januarii, atqui a 16 Januarii, an. 238, ad 20 ejusdem mensis 252, non conficiet nisi annos 14, dies 4. **Certum est perturbatos esse numeros; et vero nihil æque** *confusionem observarum ac numerales notæ. Beda vulgatus, et Ado,* [illegible] *ann. 14, menses 11, dies 12.* [illegible] *14, m. 11, d. 15.* [illegible] *14, m. 11, d. 10. Platina unum amplius diem. Rabanus, Notkerus, et varia MSS. ann. 23.* [illegible] *annos 13* [illegible] *annos 13 mensem unum, dies 11.* [illegible] *S. Fabianum* [illegible] *annos 14, dies 17.*

§ II. *Gesta in pontificatu, epistolæ.*

Fabiani res gestas breviter perstringit liber de Romanis Pontificibus. Hic regiones divisit Diaconibus, et fecit septem Subdiacones qui septem Notariis imminerent, ut gesta Martyrum in integro colligerent, et multas fabricas per cœmiteria fieri præcepit. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembris, Presbyteros 22, Diaconos 7, Episcopos per diversa loca numero 11, qui etiam sepultus est in cœmiterio Callisti via Appia XIV Kal. Februarii.

7 *Erant autem regiones Urbis quatuordecim, Diaconi vero septem* [illegible] *Primus Archidiaconus* [illegible] Diaconi [illegible] *antiquam* [illegible] *Gelasii I Papæ* [illegible] Cyprianus S. R. E. Archidiaconus, et in regione tertia Diaconus Cardinalis, et deinde Anastasius Diaconus Cardinalis in regione quarta et [illegible]

8 *De Notariis ista item commentatur Galeanus* [illegible] Clemente Pontifice et Martyrum res Martyrum conscribendi institutum [illegible] Subdiaconos [illegible] S. Fabianum [illegible]

[illegible]

9 *Hæc principio pontificatus statuta a Fabiano, et res possidebat* [illegible] *de fabricis per cœmiteria factis, ut postea* [illegible] *Gordiani aut potius Philipporum temporibus, cum, Christianis Imperatoribus, nemo quidquam facessere negotii Ecclesiæ auderet. De cœmiteriis* [illegible] *Galesinius, et Romana* [illegible]

10 *Item,* [illegible] Privat. [illegible] *communione* [illegible] *Decio S. Cyprianus epist. 55, ad Cornelium,* [illegible] Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos fere annos ob multa et gravia delicta, nonaginta Episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum, quod et vestram conscientiam non latet, Fabiani et Donati litteris severissime notatum, etc.

11 *De tribus, quæ extant* Fabiani *nomine, epistolis,* [illegible] *Cornelium contendit Baronius, et nos ad Cornelii vitam 14 Septembris* [illegible] Et post passionem ejus (*Fabiani*) Moyses et Maximus Presbyteri, et Nicostratus Diaconus comprehensi sunt, et in carcerem missi sunt. Eodem tempore supervenit Novatus ex Africa, et separavit de Ecclesia Novatianum, et quosdam Confessores, postquam Moyses Presbyter in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses 11, sicut et multi fuerant. *De S. Moyse Presbytero* [illegible] *25 Novembris.* [illegible] *Fabiani* [illegible] *XVII Kal. Novembris* [illegible]

§ III. *Philippus Augustus cum filio baptizatus*

[illegible] *clare factis expiavit Philippus. Orosius lib. 7, cap. 19* [illegible]

13 [illegible] Philipp [illegible]

Ex variis.

Sapore constituta, belloque sopito, Romam proficiscitur, militum animos amplis largitionibus demulcens; Romamque nuntios mittens, qui Gordianum morbo extinctum dicerent. Ubi Romam venisset, ordinis Senatorii viris oratione benigna sibi conciliatis, magistratus amplissimos hominibus sibi conjunctissimis tradendos curavit. *Contracta ei tum necessitudo est cum* Pontio *viro nobilissimo, a quo Christianæ religionis mysteria didicit, donec iisdem a Fabiano Papa initiatus est. Quod ex Actis S. Pontii quæ* 14 *Maii dabimus, hic delibandum.*

S. Pontius facultatibus erogatis in pauperes,

amicus Imperatoribus,

14 Deinde Fabianus in pontificatum succedens, ita B. Pontium, ut verus pater verum filium, diligebat. Sanctus autem Pontius jam perfectus in Domino, omnes facultates suas accipiens B. Fabiano Episcopo tradidit, et eas pauperibus distribuit, maxime domesticis fidei. Nunc autem qualiter primus omnium Imperatores Christianos fecerit, aut quomodo cum diabolo certaverit victor existens, vel palmam martyrii sumpserit, non tacebo. Temporibus Philippi Imperatoris, qui cum filio suo Philippo Romanum regebat imperium, fuit his duobus Philippis amicus B. Pontius Christianissimus et omnium divinarum litterarum doctissimus. Cumque gratia individua in eis esset, tertio imperii eorum anno, (ipse est millesimus annus a conditione Romæ) cum ad Diis suis sacrificandum pergere vellent, dicunt B. Pontio : Eamus et repropitiemus nobis Deos magnos, qui nos in istius millesimi anni circulum natalis Romæ perduxerunt. Quos B. Pontius diversis excusationibus declinare nitebatur.

invitatus ab iis ad sacrificia

fidem iis suadet,

15 Imperatores vero velut amicum ad sacrificandum cogebant. Beatus autem Pontius cognoscens a Domino datam sibi occasionem, ait : O piissimi Imperatores, cum sitis a Deo Principes ordinati hominum, cur non ei qui vobis hunc honorum præstitit cervices flectitis, et ipsi soli sacrificium laudis offertis? Philippus Imperator dixit : Propterea et ego magno Deo Jovi sacrificium offerre desidero, qui mihi hanc tribuit potestatem. B. Pontius subridens respondit : Ne erres Imperator; est Deus in cœlis, qui cuncta unico verbo suo constituit, et Spiritus sancti gratia animavit. Philippus Philippi Imperatoris filius una cum patre dixit : Qua animi intentione ista referas, ignoramus. B. Pontius dixit : Numquid ab initio Jovis fuit? Imperator dixit : Non, quia Saturnus pater ejus antiquior illo est, qui populos Italiæ tranquilla moderatione gubernavit. B. Pontius dixit : Et quando Saturnus Cretæ regnabat, antequam a Jove filio de regno pelleretur, numquid Italia populos non habebat? nonne statim ut expulsus est, sicut litteræ vestræ declarant hospitio est receptus?

confutata vanitate Deorum,

declarato lapsu hominis

16 Rursumque addit : Piissimi Imperatores, ne seducamini in vanis poetarum figmentis; unus est Deus in cœlis, pater omnium, qui cum Filio suo et Spiritu sancto, omnia quæ fecit sua potestate continet. Imperator dixit : Si unus est Deus, quem in cœlis esse asseris, cur et filium eum habuisse commemoras? Beatissimus Pontius dixit : Unus est Deus, quem sæpe testatus sum, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Postremo fecit hominem immortalem ad imaginem et similitudinem suam, et cuncta quæ in terra et quæ super terram vel deorsum morantur in aquis, potestati hominis subjecit, diabolus autem e cœlo projectus videns in tanto honore hominem positum, invidia ductus, homini persuasit, ut ingratus vel inobediens ei qui omnia illi subdidit, existeret. Quo facto immortalitate qua indutus fuerat exspoliatus, mortem per inobedientiam cum sua omni prole sibimet ipsi inflixit. Nam et diabolo ut semel hominem elideret parvum visum est, sed idola, quæ nunc Deos dicitis, ipse adinvenit, ut genus humanum in toto a creatore suo separaret. Sed pius Dominus nolens fabricam imaginis suæ perire, unicum Verbum suum, per quem omnia quæ in cœlis et quæ in terra habentur creata sunt, ad terram e cœlestibus thronis mittere dignatus est; qui carnem immaculatam pro nostra salute ex virgine sumens, venit homo, ut lapsum hominem reformaret, et diabolum cum suis ministris igni perpetuo deputaret. Nam cum multa mirabilia in terris ostenderet, quæ numquam talia visa sunt, scilicet ut cæcos a nativitate sua illuminaret; paralyticos, qui per multorum temporum spatia arentibus membris corporali virtute destituti erant, pristinæ restitueret sanitati; leprosis, putridissimis comestisque atque fœtentibus carnibus, nitorem cutis mirabiliter restauraret; mortuos, et quatriduanum Lazarum de monumento aspiciente populo suscitaret; et alia multa mirabilia, quorum numerus non est, faceret; (quippe quid non reformaret qui omnia formaverat?) Judæi, non credentes, sed potius invidentes, tradiderunt Pontio Pilato Præsidi, et eum qui pro salute eorum venerat cruci affixerunt : quem Deus suscitavit tertia die a mortuis, et per dies multos post resurrectionem suam cum hominibus conversatus est. Mortem vero, quam diabolus hominibus intulit, moriendo occidit, et vitam sua resurrectione nobis donavit; ut quemadmodum ipse post istam mortem resurgens jam non moritur, ita et nos post hanc vitam parvam et miserabilem resurgentes, in æternum cum illo vivamus. Nam ascendens in cœlum iter vitæ cœlestis monstravit. Unde si quis hanc salutem neglexerit, cum diabolo in æternum damnabitur; si quis autem crediderit, cum Christo in cœlestibus regnis permanebit.

Verbi incarnatione

miraculis,

morte

Credentes sacrificiis abstinent.

S. Fabianus eos baptizat

17 Cumque his et aliis multis pro salute eorum disputaret verbis, Dei voluntate Imperatores crediderunt, et eum deprecabantur, ut mysterium hujus salutis superveniente die eis plenius aperiret; qualiter ab igne perpetuo evadere et immortalitate cum Sanctis sine fine perfrui potuissent; et quidem ex die illa et deinceps sacrifica idolorum declinantes, spectacula tantum pro conclusione millesimi anni, quo natalem Urbis celebrabant, fieri imperaverunt. Tunc beatissimus Pontius ad Episcopum urbis Romæ nomine Fabianum, qui Ecclesiæ Dei præerat, convolavit, et omnia ei ex ordine pandit. Tunc sanctus Papa Fabianus cadens cum eo in orationem, dixit : Domine Jesus Christe, gratias ago nomini tuo, qui per famulum tuum Pontium Imperatores populi Romani ad tuam notitiam perducere dignatus es. Alia vero die cum simul ad Principes venissent, et sacramenta eis divina demonstrassent, baptismi gratiam consecuti sunt.

Multi conversi.

18 Quæ tunc illi civitati lætitia fuerit, quæve exultatio repentina supervenerit, quis poterit enarrare? In initio autem templum, quod magnum vocabant, ex jussione Imperatorum arripientes S. Fabianus et Beatissimus Pontius, ac confringentes omnia ejus sculptilia, simul cum templo funditus subverterunt. ita ut omnis populus ad notitiam Domini nostri Jesu Christi cum alacritate et gaudio concurreret, et baptismatis unda perfusus Domino benediceret. Nam ubi dæmonum templa destruebantur, ibi illico ecclesiæ consurgebant. Ecce quanta contulit Dominus Pontio famulo suo, ut ante omnes homines Principes totius orbis Christo adquireret, et ipse qui secundum seculi dignitatem Consul ad suffragia populi expectabatur humanus spiritaliter consulens, lucem eis veritatis demonstraret. Hoc autem factum est per annos quatuor, quibus Philippi Christiani Imperatores Romanum populum continebant.

Idola et templa eversa

19 *Quæ de templis dirutis a Philippo Imper. atque Fabiano Papa, narrantur, ea ab alio addita censet Baronius ad an.* 246, *nu.* 9. *At minime nobis dubium videtur, quin, etsi pleraque Gentilium delubra intacta permanserint, ea tamen idola coruumque sacella quæ in potestate erant Augustorum, atque alia etiam fortassis,*

eversa

eversa sunt. Ceterum Philippum Christianum *fuisse Eusebius in Chronico tradit.* Philippus Philippum filium suum consortem regni facit, primusque omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit. *Vincentius Lirinensis adversus hæreses cap.* 23. Ejusdem (*Origenis*) epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit.

§ IV. Annus urbis Romæ millesimus.

I[illegible] *Gentiles* [illegible] *Imperium* [illegible] [illegible] *Zosimus* [illegible] *Romanos, quos Christianum* [illegible] Romæ [illegible]. *Teste Lampridio in Alexandro* [illegible] Philippus [illegible]

21 [illegible] Philippus [illegible] 10 [illegible]

[illegible] Romæ [illegible] Christiano [illegible] Philippus [illegible] *Paulus Orosius lib.* 7, *cap.* 20. [illegible] Imperatorem [illegible] Christianum [illegible] Romæ [illegible] Christiano [illegible] Philippus [illegible] S. Pontii Actis firmatum.

22 [illegible] Philippus [illegible] Romæ [illegible]

ludis secularibus vel dedit vel oc[illegible]. His autem omnes fer[illegible], et præterea [illegible] triumphum Persicum [illegible] Philippus exhibuit secularibus ludis et [illegible] Circensibus, quum millesimum [illegible] Urbe [illegible] consulatu suo et filii [illegible].

23 *Inchoatus est* [illegible] *anno Christi* 247, [illegible] *XI Kal. Mai.* [illegible] *Philippis patre II, filio* [illegible] *Kalendis* [illegible] *Baronius* [illegible] *Philippi* [illegible] Imp. Jul. Philippus Aug. [illegible] III [illegible] Cæs. M. Iulio Philippus Aug. [illegible] II [illegible] *Philippum* [illegible] *reliquionem* [illegible] *Philippi* [illegible] *Roma* [illegible] *Marcia Otacilia Severa* [illegible] Aug. [illegible] *quos vulgo duos Philippos interpretantur* [illegible] Aug. [illegible] Æternitati Impp. [illegible] *Constantini* [illegible] A. A. A. F. F. [illegible] *Philippi* [illegible] Imp. M. Iul. Philippus Aug. [illegible] P. M. TR. P. III. Cos. PP. [illegible]

§ V. Philippi utriusque virtutes Christianæ.

[illegible] *Augusti* [illegible] Nam [illegible]

24 [illegible] *lib.* 6, *cap.* 27 [illegible] (*Philippum*) Christianum [illegible] Paschatis [illegible]

Epis[illegible]

Episcopo qui tunc Ecclesiæ præerat permissum esse ingredi, quam esset confessus, atque iis qui peccatorum vinculis adstricti, pœnitentiæ locum habebant, se adjunxisset; nulla alioqui ratione, ni id faceret, propter multa quæ deliquisse ferebatur, ab ipso suspectum iri. Fertur autem Imperator prompto et alacri animo morem gessisse, et ingenuam modestiam ac religiosam piamque affectionem, Dei timore incitatam, re ipsa declarasse. *Hæc Eusebius; quæ ne quis de pœnitentia præmitti baptismo solita recipiat, quæ tamen nullam requirebat peccatorum confessionem, Ruffinus lib. 6, cap. 25, clarius de mysteriorum, sive Eucharistiæ, communione exponit :* De hoc traditum nobis est, *inquit*, quod Christianus fuerit, et in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis cum interesse voluisset et communicare mysteriis, ab Episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua, et inter pœnitentes staret nec ullo modo copiam sibi mysteriorum futuram, nisi prius per pœnitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ deluisset. Ferunt igitur libenter eum quod a Sacerdote imperatum fuerat suscepisse, divinum sibi inesse metum et fidem religionis plenissimam rebus atque operibus comprobando.

humilitate obtemperat

26 *Episcopum hunc Fabianum fuisse recte conjicit Baronius, cujus vel eo magnitudo animi cernitur, qui Imperatorem, natione barbarum, recens Christo additum, militari ingenio prorsusque, minus, tractabili, ita publice eo tempore monere ausus sit. Confusa hæc et intricata in Chronico Alexandrino.* Decius hic S. Babylam non solum ob Christi religionem interfecit, sed quod ausus esset Philippi Imperatoris conjugem, et ipsum Philippum cum Christiani essent, quod peccasset Philippus, aditu ecclesiæ prohibere. *Ast S. Babylæ cædis caussa fuit, non quod Philippum cæde Gordiani pollutum, sed tyrannum Gentilem, vim scelusque anhelantem et sanguine regii adolescentis, qui obses Romanis erat datus, madentem, ab ingressu ecclesiæ arcuisset, ut 24 Januarii diximus.*

§ VI. *Philipporum cædes, ac S. Fabiani.*

Ita spes non tam familiæ suæ, quam Catholicæ Ecclesiæ, collocare in tuto Philippus nitebatur, sapientissimis Fabiani Papæ adjutus consiliis. Eaque fortassis caussa accersiverat Romam ab Ægypto Origenem. Roma certe Philippo imperante is fuit; cum prius Fabiano Papæ scripsisset de recta sua et sana fidei doctrina, ut narrat Eusebius lib. 6, cap. 29, ubi et ista habet. Exstat etiam illius epistola ad ipsum Imperatorem scripta, et alia ad ejus uxorem Severam. *Addit Ruffinus, has epistolas* absque ullo adulationis fuco scriptas. *Ab hisne evocatus sit in Urbem, an sponte venerit vel Pontifici rationem fidei suæ redditurus, vel si ipse atque Imperatores annuissent, explicaturus fortassis Romæ sacras litteras, quo jam venisse Plotinum Platonicum audierat, an citatus ad caussam dicendam a Fabiano, incertum est. Isthic cum esset, et* aliquando venisset in scholas, Plotinus statim genas rubore suffusus, *ut ex Porphyrio scribit Baronius*, assurgere voluit. Sermones vero ab Origene continuare rogatus, respondit, Studium loquendi cessare, quando qui loquitur, animadvertit se ad illos, qui idem ipsi noverint, verba facturum. Atque ita cum pauca quædam disseruisset, inde surrexit. *Sed de Origene alii viderint.*

28 *Tandem anno Christi* 249, *Philippus* filio Urbi relicto, *ut auctor est Aurelius Victor in libello de Cæsaribus*, ipse quanquam debili per ætatem corpore, adversum Decium profectus, Veronæ cadit, pulso amissoque exercitu. Quis Romæ compertis, apud Castra Prætoria filius interficitur. Annos potentiæ quinque egere. *Addit filius, ut idem in Epitome narrat, vita annum duodecimum. Zosimus suo more Christianis infensus, cum immodice Decium laudat, tum Philippo* inertem in omnibus secordiam *objicit, quem tamen fatetur pugnantem occubuisse. Caussam belli non solum ambitionem, satis alioquin validum telum, sed Christianæ religionis odium Decio fuisse, alii indicant. Georgius Cedrenus :* Interfectus est Philippus, una cum filio, pro Christianis contra Decium pugnans. *Paulus Orosius lib. 7, cap.* 21. Anno ab Urbe condita millesimo quarto (*imo, millesimo secundo*) Decius civilis belli incentor et repressor, occisis Philippis, XXV, ab Augusto, invasit Imperium, tenuitque annis tribus. Idem continuo (in quo se etiam ob hoc Philippos interfecisse docuit) ad persequendos interficiendosque Christianos septimus post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosque Sanctorum ad coronas Christi de suis crucibus misit.

29 *Id si ita est, mirum profecto, non esse relatum in numerum sanctorum Martyrum saltem M. Julium Philippum juniorem, qui Romæ sanctissimis præditus moribus, innocenti adhuc ætate, religionis præcipue caussa interfectus sit. Nisi forte relatus est, sed oblitterata memoria, eo præsertim, quod, ut Eutropius auctor est, ab Ethnicis* inter Divos relati *ambo essent. Petrus de Natal. lib.* 11, *caput* 92, *ita inscribit :* de SS. Philippo et Philippo Imperatoribus Martyribus, *sed senatorem aut a Decio in strato quiescentem Veronæ interfectum, alienatis ab eo militum animis prætextu Christianitatis.*

An Martyres saltem junior?

30 *Ut ut sit*, Decius, *ut scribit in Chronico Eusebius*, cum Philippos patrem et filium interfecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem movet. *Chronicon Alexandrinum :* Decius imperium a Christianorum cæde exorsus, Flavianum Pontificem Romanum religionis caussa occidit. *Capite truncatum esse Fabianum tradit Petrus de Natal. lib.* 2, *cap.* 105, *et Martyrologium Germanicum, ac Maximus Cythereus cum Menæis. Contigit id anno* 250, *ineunte, Decio et Grato Coss. Sepultus est autem Fabianus in cœmiterio Callisti, via Appia, supra quod cœmiterium S. Sebastiani constructa ecclesia, de qua infra ad ejus Acta.*

S. Fabianus cæsus.

sepultus.

31 *Significavit sanctissimi Pontificis obitum Cypriano Carthaginensi Clerus Romanus, sed intercidit ea epistola. Respondet Cyprianus epistola quæ in Pamelii editione quarta est, his verbis :* Cum de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, et opinio dubia nutaret; accepi a vobis litteras ad me missas per Clementium hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso ejus exitu instruerer, et exultavi satis, quod pro integritate administrationis ejus, consummatio quoque; honesta processerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri et illustri testimonio prosequamini ut per vos innotesceret nobis, quod et vobis esset circa Præpositi memoriam gloriosum, et nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum perniciosa res est ad sequentium lapsum, ruina Præpositi, in tantum contra utile est et salutare, cum se Episcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.

32 *Idem* Presbyteri et Diaconi Romæ consistentes *ad eundem Cyprianum, epistola* 31, *ita scribunt :* Quanquam nobis differendæ hujus rei necessitas major incumbat, quibus post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani, nondum est Episcopus, propter rerum et temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderatur, et eorum qui lapsi sunt possit cum auctoritate et consilio habere rationem.

33 *Meminit necis S.* Fabiani *S. Hieronymus lib. de Eccl. Scriptor. cap.* 54, *ita scribens :* De crudelitate autem persecutionis quæ adversus Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionem Philippi desæviret, quem et interfecit, superfluum est dicere, cum etiam Fabianus Romanæ Ecclesiæ Episcopus in ipsa occubuerit *etc. Eusebius quoque lib.* 6, *cap.* 32. *Ruffinus lib.* 6, *cap.* 29, *et alii. Quos in Galliam missos*

Decio

[illegible] *refert.* **S.** *Gre*[illegible] *cap.* **28,** [illegible] *Pontificum* [illegible] *post ejus mortem* [illegible]

34 [illegible] S. Fabiani [illegible] *Martyrologiis* [illegible] S. *Hieronymi,* [illegible] *Bedæ, Usuardi, Rabani, Adonis, Wandelberti, Notkeri,* [illegible] XX *Januarii,* [illegible] S. *Sebastiani,* [illegible] *MS.* [illegible] S. *Martini Turonensis* XX [illegible] Romæ via Appia [illegible] Fabiani Episcopi et Martyris. [illegible] S. Fabiani Archiepiscopi Romani [illegible] fuit.

[illegible]

35 *Reliquiæ S.* Fabiani [illegible] *S. Martini in Montibus,* [illegible] 2 [illegible] 41, [illegible] *S. Praxedis, eadem regione,* [illegible] 42 [illegible] *S. Sebastiani* [illegible] *sive cœmiterium Callisti,* [illegible] *S. Martini a Sergio II, Papa, qui a* 10 *Febr.* 844, *ad* 12 *April.* 847, *sedit, translata sunt. Testatur Anastasius* [illegible] Et ad honorem omnipotentis Dei, [illegible] Beatissimi Silvestri Præsulis corpus cum Beatissimo Fabiano atque Stephano et Sotere Martyribus [illegible] *Anastasio Baronius tom.* 10, *an.* 847, *num.* 3, [illegible] *num.* 4, [illegible] *in marmorea tabula posi*[illegible] Temporibus Domini Sergii junioris Papæ [illegible] sacro altari B. Silvestri Præsulis corpus et B. Martini. Item corpora Beatissimorum Fabiani atque Stephani cum Sotere Martyre [illegible] Hæc Sanctorum corpora translata sunt de [illegible] Priscillæ via Salaria, [illegible] S. Fabianum *via Appia, quæ Salariæ opp*[illegible]

DE SANCTIS MARTYRIBUS
BASSO, EUSEBIO, EUTYCHIO, BASILIDE.
Ex Menæis Græcorum.

M[illegible] Bass[illegible] [illegible] Eusebius [illegible] orthodoxa fide inviolabili [illegible] Eutychium in partes distrahere [illegible]

[illegible] Ac S. Basso quidem in sero[illegible] [illegible]

2 [illegible]

DE S. SEBASTIANO MART. ROMANÆ ECCL. DEFENSORE.

§ I. S. *Sebastiani natalis* [illegible]

D[illegible]

[illegible] *elogio illius nata* [illegible]

2 [illegible] *alius, celeb*[illegible] XIII [illegible]

[illegible] *titulum explanat Bar*[illegible] [illegible] *scriptio,* [illegible]

Ex variis.

matronæ Lucinæ, dicens : Juxta Circum invenies corpus meum pendens in unco; hoc sordes non tetigerunt, et dum levaveris, perduces ad Catacumbas, et sepelies me in crypta juxta vestigia Apostolorum. Quæ ipsa nocte veniens cum servis, totum ita complevit.

a Græcis 18 Decemb.

4 *Celebrant eum quoque hoc die Maurolycus, Galesinius, Felicius, Wandelbertus, cæterique Latini. At Græci XVIII Decembris eum ac plerosque, in ejus Actis memoratos, singulos diversis diebus Romani Martyrologii tabulis adscriptos, simul venerantur, ut ex Menologio, Menæis, Maximo Cythereo, atque Anthologio, liquet. Colitur vero in plurimis Latinis Ecclesiis solenni a profanis operibus judiciisque feriatione, vel ad depulsæ aliquando illius patrocinio pestilentiæ consecrandam memoriam, vel ad perennis adversus eam præsidii spem firmandam.*

§ II. *Acta S. Sebastiani.*

Acta illius digna fide.

Illius ac sociorum Acta censet Baronius an. 286, num. 2, esse legitima, ac digna quæ Annalibus attexantur. *Joannes Hessels a Lovanio, Molani Magister, in censura de quibusdam Sanctorum historiis, satis alioquin, ut alibi a nobis indicatum est, severa, ista scribit*: S. Sebastiani tota passio omnibus modis placet, in qua multorum aliorum passio continetur.

a Notariis S. R. E. scripta?

6 *Ea Acta, inquit Galesinius*, a sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notariis conscripta putantur. *Id quidem nobis minime dubium est, at non fortassis, ut nunc in manibus sunt. Nam horum auctor S. Ambrosius ante annos 800, habitus. Ita monachus anonymus, non ineruditus, qui translationem reliquiarum S. Sebastiani in Galliam, de qua mox, descripsit, cap. 6, num. 22.*

an a S. Ambrosio?

Alacres simul videre ad locum non jam ignotum, siquidem ex serie passionis ejus a S. Ambrosio luculenter editæ didicerant, miliario tertio ab Urbe, loco qui ob stationem navium Catacumbas dicebatur, præcepisse per visum eumdem beatissimum Martyrem Lucinæ cuidam matronæ, sepeliri se ad vestigia Apostolorum Petri et Pauli. *Et in Epilogo, num. 100*: Quisquis sane fastidiosus, lautiori edulio appetis satiari, hunc nostrum furfurem postponens, sanctissimi Patris Ambrosii opus, quod de hujus triumpho Cœlitis edidit, inquirens, in eo reperies ferculum ditissime refertum: cujus delicioso admodum siligine palato mentis degustato, delectabiliter poteris saginari.

non probabile.

7 *Neque mirum, ut aliorum Sanctorum, ita Sebastiani, Mediolani oriundi, ad Mediolanensium inflammandos per virtutis ardorem animos, præclara certamina, aut tradidisse ipsum litteris primum, ex majorum vel sermone vel commentariis, aut ab aliis tradita interpolasse. Neque stylus ab Ambrosii elegantia et gravitate multum recedit.*

Unde hic edita.

8 *Ea Acta a Rosweydo nostro ex MSS. Rebdorffensi prope Eystadium, Eystadiano PP. Prædicatorum, M. Velseri, S. Martini Treveris, descripta; contulimus cum MSS. S. Gisleni, S. Audomari, S. Maximini, Ripatorii, aliisque et Bonini Mombritii editione. Quæ Laurius Brechtus Antverpiensis, Minorita, ex MS.*

edita olim a Laurino Brechto.

Mechliniensi (mutato tamen nonnihil stylo, ut testatur Molanus, et patet legendi) Lovanii edidit, dicavitque Viglio Zuichemo concilii Cæsarei Præsidi, hoc præfixo titulo: Memorabilis historia complectens conversionem et agones illustrium aliquot Martyrum, una cum aurea exhortatione ad vitæ præsentis contemptum, et æternæ desiderium, opusculum incerti quidem auctoris, sed a F. Lævino Brechto recens recognitum et expurgatum. *In epistola nuncupatoria ista habet*: Nos illustres Martyrum agones, ante mille (ni fallor) et ducentos annos diligentissime conscriptos, Christiano lectori communi[illegible] dixinius.

[illegible]

9 *Eadem Acta Græco Simeonis Metaphrastæ Latine reddit Gentianus Hervetus, edidit Aloysius Lipomanus, atque ex eo Surius. Ea conscripsere quoque Jacobus de Voragine, Franciscus Haræus, Zacharias Lippelous, Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, Baronius to. 2. Annal. M. Antonius Georgius, Joannes Basilius Sanctorius, Ribadeneira et Rosweydus nostri, Petrus de Natal. lib. 2, cap. 106, Gabriel Flamma, et alii innumeri. Sermo S. Augustini de diversis centesimus, in ejus Sanctique Fabiani natali habitus est, S. Gregorii homilia 37, in basilica S. Sebastiani. Aliorum multorum extant de eo sermones. Legimus idem illius martyrium in MS. Nicolai Belfortii, Canonici regularis Suessionensis, carmine descriptum ab Oliverio Conrado Minorita.*

§ III. *Basilicæ Romanæ S. Sebastiani.*

Templum S. Sebastiani ad Urbem.

Visitur via Appia, ad cœmiterium Callisti S. Sebastiani basilica, una ex septem Ecclesiis, non tantum Urbi, *ut inquit Baronius*, sed et orbi Christiano notissima. *Quæ ad illam euntes emittit* porta Capena, *ea nunc* S. Sebastiani *dicitur*. *Porro ecclesiam illam vel ædificavit vel restauravit S. Damasus Papa tempore Valentiniani. Ita liber de Romanis Pontificibus*: Hic fecit basilicas duas, unam juxta Theatrum S. Laurentio, et aliam in Catacumbis, ubi jacuerunt corpora sancta Apostolorum Petri et Pauli; in quo loco platoniam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta, versibus exornavit. *Baronius tom 4, ann. 384, num. 17, platonias interpretatur marmoreas tabulas ad ornatum comparatas, et quia alii codices, non, ut B. Rhenanus quo usi sumus*, exornasse *Damasum* platoniam *habent*, *sed* ædificasse, *id ipse interpretatur*, parietes marmoreis tabulis incrustasse. *Sic quod in eodem libro vulgo legitur*: Hic Liberius ornavit de platoniis marmoreis sepulchrum S. Agnetis martyris, *ipse legit*: Hic de platoniis marmoreis ornavit sepulchrum S. Agnetis. *Consentit Bertinianus codex, nisi quod pro* platoniis, *habet* platonias, *et in Damaso* platoniam. *Fatetur Baronius in suo MS. esse* placoton, *per quod putat intelligi* ecclesiæ pavimentum tabellis marmoreis variis figuris decore stratum. *Nobis vox, quæcumque genuina sit, a latitudine ducta videtur, quod* πλατεῖα πλάξ, *lata ac plana tabella fuerit. Aut si* plaoton *Baronius quis prætulerit*, ἀπὸ τῆς πλακὸς, *quod crustam, tabulamve lapideam, latam, significat, deflexam.*

Platonia quid.

11 *Testantur Octavius Panciroltus et Onuphrius Panvinius lib. de Urbis ecclesiis, extare marmoream Tabulam, cujus inscriptio fidem facit, tempore Innocentii I, Papæ, qui principio quinti seculi vixit, a Proclino et Urso Presbyteris ex voto dedicatam esse hanc S. Sebastiano Martyri basilicam. Eam sub finem octavi seculi Adrianus Papa restauravit. Ita Anastasius in ejus vita*: Verum etiam et ecclesiam Apostolorum foris portam Appiam milliario tertio, in loco qui appellatur Catacumbas, ubi corpus B. Sebastiani Martyris cum aliis quiescit, in ruinis præventam a novo restauravit.

restaurata.

12 *Eam ecclesiam deinde* ab Alexandro III, *sub annum 1259, traditam Canonicis regularibus Lateranensibus, novem post annis cessisse Cistercieusibus, anno 1431, ab Eugenio IV, restauratam, scribit idem Panciroltus tandem vero cum possessionibus careret ac ruinam minaretur, discedentibus inde monachis anno 1584. Bene forum simplex esse factum. Sed cum anno 1612 Scipione Burghesio obtigisset, Pauli V, Pontificis Maximi*

[illegible]

nepoti, is illam a fundamentis reparare cœpit, nobilibus lapidibus et columnis quam prius, pavimentum area publicæ æquata, præclare fabricavit, geminas vestibulo ex utero(?) adificationisque ad ipsius atque altarium ornatum apte constructis.

13 *Acceptam sancto Martyri pietatem fuisse, testatur celesti prodigio est. Intra ingentem arcam marmoream, quæ pro altari esset, collocavit sacrum corpus Honorius III, sub anno 1218, eamque parte ejus basilicæ ingressum ad lævam latus collocaret, hoc dispo... et* humili,

[illegible]

14 [illegible]

§ IV. *Reliquiæ S. Sebastiani Romæ.*

[illegible]

16 [illegible]

... matronæ nurum indignans spiritus arripuit, et coram omni populo vexare cœpit. Ejusdem vero oratorii Presbyter dum eam vehementissime vexari conspiceret, ex altari ... sed et hunc simul repente diabolus invasit. Et quia ultra vires voluit quicquam præsumere, compulsus est et ipse cognoscere in sua vexatione quid esset.

17 Hi vero qui ... puellam in manibus ex ... reportaverunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer atteret, propinqui sui eam carnaliter amantes et amando persequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, ut ejus ... funditus exstinguerent, cujus eam magicis artibus ad tempus prodesse ... Ducta est ... [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 SS. [illegible] 22 ... S. Gregorius ... 3 ... 19 ... [illegible]

lunca fuit aliquando pravitatis hæreticæ, ad Catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta est *etc.*

Aliæ ad alias Urbis ecclesias deportatæ.

21 *Sunt aliæ præterea Urbis basilicæ* S. Sebastiani *pignoribus locupletatæ, sive Eugenii II temporibus, cum aliquæ in Galliam asportatæ sunt, sive, ut Panciroilus existimat, Honorii III ætate, cum quæ ad Catacumbas relictæ erant, in marmorea tumba conditæ sunt; seu qua alia occasione. Nam caput ejus in Vaticana S. Petri ecclesia asservari testatur Panciroilus in Indice Reliquiarum Urbis: brachium ac sagittam unam in S. Mariæ de Equirio; alterum brachium in S. Praxedis, os scapulæ in S. Martini, ubi utque in Montibus sita æde: alias in Sanctorum quatuor Coronatorum, et alibi, de Ecclesia S. Petri ad vincula dicemus sequenti §. De reliquiis ejus ad Vaticanam S. Petri basilicam translatis scribit Anastasius Bibliothecarius in Gregorio IV qui a 24 Septemb. 827, ad finem anni 843 sedit: In oratorio S. Gregorii,* infra Ecclesiam B. Petri Apostoli, corpora beatorum Martyrum Sebastiani, Gorgonii, ac Tiburtii ex cimiteriis in quibus ante jacebant, perduxit: et unumquodque eorum separatis altaribus collocavit, *quod de parte corporis uniuscujusque intelligi debere, alibi manifestum fiet.*

§ V. S. Sebastiani contra pestem salutare patrocinium.

P*hilibertus Marchinus Novariensis in Philosophicis Problematis de pestilentia, Problemate* 8. Cur pro peste avertenda D. Sebastiani patrocinium ubique imploretur, *ita scribit*: Conjectura forte illa esse potest, quam retulit Pierius Valerianus lib. 42. Cum enim apud veteres pestis hieroglyphicum fuerint Apollinis sagittæ in Græcos emissæ, nec non apud sacras litteras idem morbus Numinis infensi telum sit: Nisi conversi fueritis, arcum suum vibravit, et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit: ubi contagia tum vasa mortis, tum ardentissimæ divinæ iræ sagittæ nuncupantur; ideo Christiana pietas e Divorum numero Sebastianum, sagittis impetitum, adversus pestiferum morbum sibi tutelarem elegit, cujus patrocinium cum sæpe multæ urbes, præsertim Mediolanensis anno Christi MDLXXVI, re ipsa probaverint. Idcirco communi Christianorum voto pro hoc morbo depellendo Sebastianus invocatur, nullis aliis extantibus in ejusdem gestis hujus rei vestigiis.

Ps. 7, 13, et 14.

23 *Extant vero, si non in ejus gestis, at alibi, atque illustria, vestigia pii hujus moris. Nam Paulus Diaconus ac gestis Longobardorum lib. 6, cap.* 5. His temporibus per Indict. VIII, luna eclipsin passa est. Solis quoque eclipsis eodem pæne tempore, hora diei quasi decima, V Non. Maias effecta est: moxque subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus, hoc est, Julio, Augusto, et Septembrio: tantaque fuit multitudo morientium, ut etiam parentes cum filiis, atque fratres cum sororibus, bini per feretra positi, apud urbem Romam ad sepulchra deducerentur. Pari etiam modo hæc pestilentia Ticinum quoque depopulata est, ita ut cunctis civibus per juga montium, seu per diversa loca, fugientibus, in foro et per plateas civitatis herbæ et frutecta nascerentur. Tuncque visibiliter multis apparuit, quia bonus et malus angelus noctu per civitatem pergerent, et ex jussu boni Angeli, malus angelus, qui videbatur venabulum manu ferre, quoties de venabulo ostium cujuscumque domus percussisset, tot de eadem domo die sequenti homines interirent. Tunc per revelationem cuidam dictum est, quod pestis ipsa prius non quiesceret, quam in basilica B. Petri quæ ad vincula dicitur, S. Sebastiani Martyris altarium poneretur. Factumque est, et delatis ab urbe Roma B. Sebastiani Martyris reliquiis, mox ut in jam dicta basilica altarium constitutum est, pestis ipsa quievit.

24 *Eadem ex Paulo recitat Baronius tom.* 8, *ad an.* 680. *Carolus Stengelius in Ἀλεξικακῳ cap.* 6. *De eadem peste actum est* 10 *Junii. in vita S. Agathonis Papæ, ubi cœpisse dicitur post lunæ deliquium, quod diem Junii decimum septimum secuta nocte contigit an.* 680, *Indict.* 8. *Quod Paulus habet,* delatis ab urbe Roma B. Sebastiani Martyris reliquiis; *scriptum videtur,* delatis in urbem Romam B. Sebastiani Martyris reliquiis, *a Catacumbis scilicet: atque ita scribit Sigonius lib.* 2, *de regno Italiæ: et subdit:* Ab eo tempore observatum, ut qui inciderent, Martyrem ipsum in vota vocarent.

reliquiis ejus in Urbem adductis.

25 *Situm est templum illud* S. Petri ad vincula *in Esquiliis, diciturque alio nomine* Titulus Eudoxiæ, *ab Eudoxia Augusta Valentiniani III conjuge, ut 1 Augusti dicemus, cum de S. Petri vinculis agemus. In ea basilica, ut Baronius scribit,* egregium sancti Martyris monumentum, veneranda ejus imago opere musivo expressa, atque hactenus integra extat, senili aspectu et barba: quod pictores admoneat qui juvenem eum palo alligatum perperam pingunt. *At pictores (licet quidlibet audendi potestas ab omni retro memoria concessa iis esse videatur, quam miramur nusquam censura aliqua coerceri, non ut artis inventio fastidiose restringatur, sed ut quæ Sanctis tribuuntur expendantur, consuleturque honestati) sic tamen fortassis robur invictum Sebastiani exprimere voluerunt, juvenili et vegeta corporis forma.*

ad Titulum Eudoxiæ. *ubi ejus imago.*

26 *Alibi sæpe pro depellenda peste Divi adversus pestilentem contagionem imploratum non vana prece patrocinium est, ut ex iis quæ ac Batavo Duce, Cardinale Dietrichstenio, Wesaliæ oppido, inferius dicentur, fiet manifestum. In antiquissimo et celeberrimo S. Victoris cœnobio Massiliæ, cui olim Joannes Cassianus præfuit, in divino officio post sanctorum Apostolorum commemorationem ad Laudes et Vesperas, quoties illas recitari Ecclesiæ ritus sinunt, subjicitur S. Victoris Martyris commemoratio, de qua* 21 *Julii ad ejusdem Divi Acta, tum SS. Rochi et Sebastiani ista:* Sancti Sebastiane et Roche pretiosi, servorum preces suscipite clementer, ut qui vos elegit ad claritatem visionis æternæ, a peste epidimiæ nos liberet celebrantes vestram sanctam commemorationem: gaudium sit in cœlo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *V.* Orate pro nobis Sancti Sebastiane et Roche. *R.* Ut mereamur præservari a peste. *Oratio.* Deus qui B. Sebastianum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti, et B. Rochum Confessorem tuum in languore pestis et epidimiæ, quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, juvisti, præsta, quæsumus, ut, horum meritis et intercessionibus ipsorum a mortifera peste corporis et animæ liberemur. *Sequitur pro pace.*

Alibi petita pestis depellenda. etiam quotidiana commemoratione.

§ VI. Solennis ejus veneratio Capuæ et Mediolani, ob pestem propulsatam.

N*eque sacrarum reliquiarum quem extremæ Galliæ Roma thesaurum reliquit, non de eo etiam aliquid alias Italiæ urbibus suppeditavit. Duas comperimus ejus parte locupletatas, et singulare inde expertas præsidium, Capuam et Mediolanum. De illa Michael Monachus Sanctuarii Capuani parte* 4. Ceterum in hac urbe nostra, *inquit,* habentur reliquiæ S. Sebastiani, olim inventæ in ecclesia S. Joannis ad Curtim, et in Thesauro repositæ. Memoriæ proditum est nullum parochianum S. Joannis ad Curtim ea ex ante peste læsum fuisse. Sunt quoque reliquiæ in monasterio S. Joannis, ubi benedicitur aqua tactu vasculi sanctarum reliquiarum, et conservatur pro infirmis, quæ tam frequenter peti solet, ut inter annum recesse ut aliquando iterum benedicat.

28 Et in ecclesia S. Eligii reliquiæ sunt insignes, in non pulcherrima statua lignea, quam hoc ipso die Presbyteri sanctissimæ Annuntiatæ ad Cathedralem adducunt, et inde a Capitulo et a Clero per Urbem circumfertur. Introductam esse consuetudinem tradunt tempore pestis, quæ intercessione S. Sebastiani, inventis

inventis reliquiis, cessavit. Quonam anno hoc acciderit, mihi non constat: quia vero in Breviario hoc festum celebratur officio semiduplici, mihi persuadeo tempore quo Breviarium impressum est, idest, anno 1489, hujusmodi consuetudinem non extitisse, ut solemnis esset S. Sebastiani festivitas. Cum ergo recens sit solennitas, quod de peste traditur, non est intelligendum de illa peste, quæ per multos et multos annos perduravit, ut ex scripturis S. Joannis et S. Eligii colligere potui, nempe ante annum 1383, et circa 1400: sed intelligendam de peste, qua fuit circa annum 1500, qua peste infecti (ut avi nostri narrabant) amandabantur prope Montem sancti Angeli supra antiqua crypto porticu quadra, constructa juxta Fontem a Pescatorello: at fuisse domum illam pro infectis constructam tempore illius prioris et tam longæ pestis, ruinæ persuadent.

29 *Hæc ille: qui addit scribit, ecclesiam S. Joannis ad* Curtim, *parochialem esse, sic dictam quia erat capella Principum, et prœunde prope* Curtim, *id est, palatium Principis: sacram vero esse S. Joanni Baptistæ.* At nobile monasterium S. Joannis in medio, ab Aligerno Abbate Cassinensi constructum anno 967, post annos centum et quinquaginta circiter a prima fundatione, titulo S. Joannis Baptistæ [illegible] tutelam Evangelistæ. *Ecclesia vero S. Eligii, Francorum ipsis, anno 1574, concessa est venerabilibus Clericis regularibus Theatinis, cum in ea antiquitus esse solerent conducti Presbyteri seculares.*

30 *Mediolani quoque S. Sebastiani celebres reliquiæ, [illegible] adversus pestiferum [illegible] 1575, [illegible] Carolus a Basilica-Petri Episcopus Novariensis in Vita S. Caroli Borromæi lib. 4, cap. 5, ita scribit.* [illegible] Mediolanensis civitatis Concilium, reliquias etiam, qui in urbe erant, consentientibus, Deo ejusque Martyri Sebastiano vovit: quem et propter similia beneficia [illegible] quandoque impetrata, [illegible] Mediolanensis [illegible] ejus [illegible] ceciderunt. Voverunt igitur novam Martyris [illegible] veteri diruta, [illegible] unde Sacrum in ea fieri quotidie posset: diem Martyris festum, [illegible] Martyris, [illegible] Martyris esse [illegible] receptaculum. Alia addiderunt quæ hic explicare [illegible] non est [illegible] adita, sacrisque appa[illegible] [illegible] *Vita S. Caroli* [illegible].

31 [illegible] 4, cap. 4. [illegible] Martyris S. Sebastiani, [illegible] [illegible] innoxie agerent, cetera Numini tutela [illegible]

mittentes. Vaticinium hoc fuisse divinitus præsagientis animi post eventum credidit civitas, ac rite nuncupatis votis, etsi nequaquam salubria statim corpora esse cœperunt, striges tamen et acervi mortuorum aliquanto quotidie minores fiebant. Ad eam diem, qua finem allatura malo prædicta fuerat, abiit pestilentia ex urbe, Martyrique liberatori templum posuere cives in iisdem vestigiis, ubi posita vetus ædicula Martyris ejusdem fuit, donaque illuc portavere, et festus D. Sebastiani dies quotannis in urbe agitur.

32 *Solennis ejus dici celebritas est, Officium de S. Sebastiano, cum commemoratione SS. Solutoris et sociorum Martyrum, S. Fabiani nulla mentione. Orationes quatuor, tres salutaritatis, [illegible]* Multiplica, quæsumus, Domine benedictionem tuam super populum tuum: et quos sancti Martyris tui Sebastiani frequentibus consolaris officiis, beneficiorum largitate prosequere, ut et donis cœlestibus erudiri, et competentibus se gaudeant subsidiis adjuvari, per Dominum, *secunda*. Concede quæsumus, Domine Deus noster, ut inter adversa quæ pro delictorum debito sustinemus, quod fides nostra non obtinet, beati Martyris tui Sebastiani intercessione consequatur, per Dominum, *etc. tertia*. Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut ejus sine cessatione fruamur auxilio, cujus patrocinia, te largiente, adepti sumus. Per Dominum, *quarta de communi*. Deus qui beatum Martyrem tuum Sebastianum virtute constantiæ in passione etc.

§ VII. *Reliquiæ Suessionem allatæ.*

Tandem in Gallias quoque aliqua gloriosi Martyris pignora sunt, atque Augustæ Suessionum in S. Medardi æde recondita, meminerunt [illegible] *Lombardus in Annalibus, ab Andrea du Chesne post* [illegible] *tom. 2,* [illegible] *Francorum, ad annum Christi 826.* [illegible] Hilduinus Abbas S. Dionysii Martyris [illegible] Eugenio sanctæ Sedis Apostolicæ tunc Præsule, ossa beatissimi Martyris Christi Sebastiani accepit, et ea apud Suessionem civitatem in basilica S. Medardi collocavit, ubi dum adhuc inhumata in loculo, in quo illata fuerunt, juxta tumulum S. Medardi jacerent, tanta signorum [illegible] multitudo claruit, tot virtutum vis [illegible] genere sanitatum per divinam gratiam [illegible] Martyris emicuit, ut a nullo mortalium eorumdem miraculorum aut numerus [illegible] aut varietas [illegible] Quorum quædam [illegible] ut [illegible] Dominum nostrum Jesum Christum [illegible] passus est, omnia quæ vult per divinam [illegible] in cœlo et in terra subjecta est. *Quo usitum fere [illegible] 825.*

33 [illegible] Per idem tempus Hilduinus Abbas [illegible] Eugenium sanctæ Romanæ Sedis Præsulem misit, [illegible] ossa B. Sebastiani Martyris [illegible] Domnus Apostolicus [illegible] sacra[illegible] [illegible] cum [illegible] Deus [illegible] attribuit [illegible] auribus credatur, [illegible] esse credenti. *Mu-*

Ex variis

rianus Scotus ad an. 828 *et Lambertus Schafnaburgensis ad* 826. Hiltuinus ossa S. Sebastiani Martyris transtulit in Galliam.

pars corporis, non corpus integrum

35 *Ossa duntaxat aliqua, non etiam totum corpus Martyris translatum, cum etiamnum plures ejus reliquiarum partes Romæ extent. Fidem ado Viennensis facit qui eadem vixit ætate. Is ergo in Chronico ita scribit :* Hujus Imperatoris tempore pars corporis B. Sebastiani Martyris ad Suessionicam urbem delata : ubi multa mira in laudem Dei omnipotentis varia genera sanitatum infirmis collata.

Translationis anniversaria memoria in Martyrologiis.

36 *Extat hujus translationis in Martyrologiis consignata memoria, tum hoc die, tum nono Decembris, quo contigit anno* 826, *quo littera Dominicalis G.* Ea tum Dominica dies fuit, *ut in Historia translationis nu.* 44, *dicitur, eaque secunda adventus; qua nimirum ad Introitum, ut vocant, Missæ, canitur :* Populus Sion, ecce Dominus veniet ad Salvandas gentes. *Eo igitur die, quinto Idus Decembris, Wandelbertus :*

Sebastianum quinis celebramus, ab Urbe
Translatum, proprio quo Gallica rura Patrono
Exultant; ingens templum cui surgit, et ara,
Antiquosque nitent æquantia culmina fastus.

Idem XIII Kal. Februarii.

Tertia post decimam Fabiano Præsule floret .
Cui parili Sebastianus virtute cohæret,
Roma quem vectum jam Suessio læta frequentat.

Eodem 9 die Decemb. MS. Martyrologium S. Mariæ Ultrajecti : Translatio S. Sebastiani Martyris. *Saussaius in Martyrologio Gallicano, eodem die :* Augustæ Suessionum susceptio reliquiarum S. Sebastiani Martyris, patria Narbonensis. Cujus venerabile corpus, petente Ludovico Pio Imperatore, Hilduini Abbatis S. Medardi precibus, nec non signis Divinæ inspirationis, inducto; Roma e basilica sui nominis concessu Eugenii II, Pontificis, Suessionem in Gallia multa cum Divinæ gloriæ magnificentia delatum est, per Rodoinum (*imo* Rodoinum) præfati monasterii Præpositum , suscipiente sacram sarcinam, omni cum pietatis significatione, et ritus celebritate, Rotardo Suessionense Episcopo; qui præmissis, quas Clero et populo indixerat, octo dierum ac noctium vigiliis, pretiosam sancti Martyris glebam in sacrario S. Medardi ecclesiæ, perpetua colendam veneratione collocavit, fulgentibus ipso tempore miraculis, quibus claudi erecti, freneti et sanati, dæmones expulsi sunt. Ad quorum mirabilium splendorem intuendum, Ludovicus ipse Augustus Suessionem, ductus religione, venit ; atque expiata, cultu regio depositq, nudis pedibus, basilicam in qua gloriosus Christi Martyr coruscabat ingressus, exceptusque ab Hilduino Abbate sacris adoratis pignoribus, octodecim languidorum sanationem conspexit : et hinc devotione incensus, collatis in beati hospitis cultum muneribus regiis, magnalia Dei, quorum testis fuerat, demiratus, sancti Martyris sese clientelæ cum liberis et regno commendavit *Hæc ille, ubi recte ab* Eugenio II, *donatas esse reliquias illas tradit, non ut XX Januarii scripserat, ab* Eugenio I, *qui S. Martino suffectus, obiit anno* 656, 2 *Junii.*

Historia a monacho eo ætatis scripta

37 *Historiam hujus Translationis litteris commendavit, qui tum aderat, monachus in cœnobio S. Medardi, uti Andreas du Chesne to* 1 *Scriptorum Francicorum monuit, et patet ex iis quæ ipse Auctor scribit, nu.* 29. Certe qui hic suis nos exequiis, licet indignos, sic admittere censuit *etc. et nu* 61, sequenti nocte opportunum tempus synaxis matutinalis advenerat : cum ecce inter beneficium residentibus nobis adducitur vir quispiam *nu* 83. Sint ergo et nobis et illis optamus ejus proficua patrocinia, qui nostrorum despicientes Patronatus illius tanti pignoris merumus effici participes, *et nu* 84 Quam tem (*de territiculamentis nostri Suessione auditis ante adventum Reliquiarum*) a multis, qui nostris superfuere temporibus, sine suspicione falsi consono relatu audivi, etc.

Unde hæc edita

38 *Hunc ejus commentarium nobis communicavit Petrus Franciscus Chiffletius noster, ex vetusto codice Ecclesiæ Vesontionensis, in quo sequebatur epistola Odilonis ad Ingrannum de translatione SS. Tiburtii, Marcellini, Petri, et aliorum, de qua alibi. Eamdem historiam descripserat Nicolaus Belfortius in monasterio S. Joannis de Vinea Suessione Canonicus regularis, ex tabulario cœnobii S. Medardi, sed paullum undecontraxerat : cum ejus autographo exemplar Chiffletianum contulimus. Subjunxerat Rothardi Episcopi Privilegium monasterio S. Medardi datum, litterasque Ludovici Pii de Cauciaco donatione, cujus mentio fit c.* 19, *n.* 88, *ac Caroli Calvi diploma. Sed hæc, quippe non omnino ad rem nostram necessaria, omisimus : et sunt ejusmodi, ut cui argutari lubuerit, possit fortassis subdestam fidem suspectare : et Belfortius, servato tamen sensu, atque etiam phrasi, redundantia quædam expunxisse se fatetur , gratiam indubie majorem ab antiquitatis studioso lectore initurus, si integra, quantumvis prolixa et forte impolita, dedisset. Ab eo excerpsimus brevem commentarium Alexandri Salnovæ de iisdem reliquiis a Calvinistarum hæreticorum furore ereptis, Latine versam a Nicolao Besancionio*

Tradidit ...

39 *Quædam ex eadem Translationis historia recitat Andreas du Chesne tom* 2, *Scriptorum Francicorum, ex MS. Michaelis Subleti Abbatis Vendocinensis. Testatur vero in eo codice Præfationem extare ad Ingrannum S. Medardi Suessionensis Abbatem, e qua ista profert :* Agenardus, (*quem nempe alii* Eginhartum *appellant*) ex genere Sapiens, ea qui tempestate habebatur insignis, hujus reverentissimi Cœlicoli mentionem in gestis Cæsarum Caroli Magni et filii ipsius Hludovici faciens, inter alia quæ annotino cursu dictabat, non importunum duxit mortalia aeta immortali astipulatione roborare, ita dicens : Dum hæc aguntur, Hilduinus Abba monasterii S. Dionysii etc. *Porro idem ille est Ingrannus Abbas, cui suam hic Auctor, et suam Odilo narrationem Translationis SS. Tiburtii et aliorum dedicavit : anne idem quoque Auctor, nimirum Odilo? Nil firmare possumus.*

§ VIII. *Variis locis in Gallia, Belgio, Hispania, S. Sebastiani reliquiæ.*

Reliquiæ ...

P*lures etiamnum Gallicanæ Ecclesiæ parte earumdem reliquiarum, aut re quapiam earum attactu, ornatæ sunt. Nam primum Magni-loci apud Arvernos cœnobium habet, quæ ex ... delata fuerunt, parte donatum, atque miraculis inde multis illustratum, quorum hic mentio fit nu.* 83.

Tolosæ

41 *Alias Tolosæ in cœnobio S. Mariæ Deauratæ dicto, monachorum Ordinis S. Benedicti, extare auctor est Saussaius in Supplemento ad* 20 *Januarii ita scribens :* Tolosæ veneratio reliquiarum S. Sebastiani Martyris illustrissimi, patria Narbonensis, quæ ingenti capsæ argenteæ inclusæ apud S. Mariæ Deauratæ ascetas magna religione asservantur, et devoto populo ad venerationem hodie potissimum exhibentur.

42 *Idem Saussaius de aliis Ecclesiis hæc tradit* Ceterum ex tam locuplete gazophylacio decerpta pretiosa aliquot pignora, plurimas regni Christianissimi Ecclesias nobilitarunt : quæ inclyti hujus Martyris reliquiis decoratæ magis quam exquisita qualibet monilium congerie, aut structuræ magnificentia meritæ gloriantur. In quibus post Parisiensem omnium clarissimam, Trevirensis quoque hoc ex decore præcipue commendatur : deinde Senonensis, Trecensis, Bruxellensis, atque Cathedrales, præter abbatiales et cetera innumeras.

43 *At non recte Bruxellensem Ecclesiam Cathedralibus annumerat. Est quidem, tum S. Gudilæ augusta basilica, illustri ... Canonicorum Collegio, tam amplissima urbe, eo honore non indigna, sed propter vicinam Mechliniam, cujus Archiepiscopo, Belgicæ Primatu subest, nondum eum adepta. Neque in ipsa*

S. Gudila

S. ... Isabellæ Claræ Eu-genie ... [illegible] *Antverpiæ* [illegible] *in Fastis Belgicis ad 20 Januarii.* Hujus toto orbe celeberrimi ... Martyris ... [illegible] ... Albertus Austriacus ... [illegible] ... *Hæc Miræus.* [illegible]

44 [illegible] ... *cum SS. ...* [illegible] ... *anno 1611* ... [illegible]

45 [illegible] ... 17 ... [illegible]

46 [illegible] ... *lib. 3, cap. 36. De vestimento ejus aliquid asser...* [illegible]

47 [illegible]

§ IX *Ebersperga in Bavaria ... S. Sebastiano ... reliquiæ.*

H[illegible] ... *Denum atque* ... *ab Aventino, Wiguleo H...* [illegible] ... 2 ... [illegible]

... S. Sebastiani ... Hæc ... anno 974.

49 Fratres ... *Constantiensis ...* Rudolphus ... Richardis pater ... Amaldus ... Weingartensibus ... de ... Comitibus nupta ... esset, ... Eberspergense ... Richardum Eberspergensem ... multum ... est ... traddiderunt, ... quod Comitum Sempte... Sempteniæ Comites, quos Aventinus ... [illegible]

50 [illegible] ... Ebersperga ... [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

Ex variis

tatis opinione anno vigesimo nono supra millesimum, V Idus Mart. decimo sexto post conjugem Richardem, quæ supra communem hominum sortem felix, Dei parentis recreata aspectu, gustum aliquem immortalitatis adhuc viva cepisse dicitur. Utriusque mausoleum nobile e marmore cælato in umbilico templi visitur.

Udalrici fratris nepotis pietas

53 Udalrici frater Adalbero in Khubacensi vico Barræ amni adsito, anno MXI parthenonem condidit, ut Henrici, qui eo tempore imperavit, litteræ testantur: suscepta deinde in Palæstinam peregrinatione, in itinere decessit. Alberadis conjux illætabili afflicta nuntio, marito superesse noluit, et mœrore animi, una cum fœtu, quem utero gerebat, extabuit. Willibirgis superstes filia elugendis tot funeribus impar etiam ipsa, qua licuit, terras deseruit, et paterno cœnobio, quod nuper arserat, et ab Udalscalco patruo instauratum fuerat, se sponte inclusit, eumdemque cum matre tumulum optavit.

... pluri...

54 Jam Udalrici demum filio, qui itidem Adalbero dictus est, uxorem Rudolphi Altorfensis filiam copulant Eberspergenses Annales, neque Richardem eam, sed Richlindem, seu Richildem, nominant, quæ non ante nonagesimum quintum illius seculi cum marito in manum convenerit, in illo consentiunt, sterile id connubium fuisse; eoque in spem tantarum opum Conradum raræ indolis adolescentem, eaque fortuna dignum, adoptatum esse: qui tamen brevis ævi parentum vota ante tempus destituerit. Nihilo felicior Eberhardus alter Udalrici filius, Mouracensis Comes, mascula prole immaturo fato functa, ad Ilmum fluvium religiosum sacratis Virginibus domicilium struxit, iisque Gerbirgam neptem suam præfecit: cujus exemplum Willibirgis mater ejus, Eberhardi filia æmulata cum senium suum eodem in loco Deo virtutique mancipasset, pulcherrimam vitæ clausulam imposuit.

Eberspergam restaurata

55 Porro Adalbero, ne quid fratri in virtutis studio concederet, Eberspergensis monasterii angustiis offensus, illud solo æquatum multo magnificentius instauravit, anno trigesimo septimo supra millesimum, et magna bonorum accessione locupletavit; crescenteque in dies liberalitate, D. Sebastianum tandem hæredem ex asse scripsit, ut eo pacto etiam ipse fundati cœnobii titulum cum uxore ferre potuerit, primam enim illius facinoris gloriam jam majores anteceperant. *Hæc Brunnerus*.

Quando istuc et unde allatum S. Sebastiani cranium

56 *Quando autem et unde Eberspergam allatæ sint S. Sebastiani reliquiæ, nos litteris, suis* 20 *Februarii an.* 1634. *Monachio datis edocuit Georgius Stengelius noster, testatus in Chronico, sive historia Eberspergensi* **lib. 1**, *cap.* 9, *ista legi*: Dubium nemini esse puto, quin Comes Everardus atque Hunefridus Præpositus, interim dum monasterium perficeretur, tempore illius sexennii, varios vario destinarint miserintque cum Religiosos tum aulicos dominosque seculares, Romam præsertim et ad alia id genus loca pia, petitum aliquas Christi ac Mariæ, aliorumve Sanctorum reliquias, pro futura novi templi altariumque consecratione summe necessarias. Neque vero fuit difficile a plerisque reliquias pro re tam pia impetrare, præsertim ab iis, qui de evehendo ad veri Dei cultum atque servitium hoc loco, illam sacrorum vatum, Conradi ab Hewa, et Gebhardi Argentoratensis vaticinationem, somnium insuper Everardi mirabile, ejusque lucubrationem ab Hunefrido, de extruendo hic loci templo atque monasterio, ex horum legatis ad se missis intellexerant. Inter alias autem plures, Roma acceperunt istas, puto in primis; maximam, totam scilicet superiorem, partem cranii S. Sebastiani Martyris, cum aliis pluribus sacrorum ipsius ossium particulis, thesaurum sane maximum; deinde ex ossibus S. Stephani Proto-martyris et Materni Episcopi aliquid, ut ex sequentibus planum fiet. Has autem donodatas, et huc Roma transmissas crediderim a summo Pontifice Stephano VII, qui intra annum XXIX et XXXIV in Pontificatu fuisse scribitur. *Hæc ibi.*

57 *Harum reliquiarum meminit Raderus in Annotat. ad Menæa Græcorum*, 18 *Decembris*: S. Sebastiani, *inquit*, sacer vertex, seu cranium, Ebersbergæ Boiorum cum ingenti religione a tota Germania colitur, certum adversus pestilitatem amuletum. *Nequaquam tamen totum Martyris cranium Eberspergæ est, sed summa dumtaxat testa; (inferiorem ac posteriorem capitis partem, æde Vaticana, ut ante scriptum retinente) illa vero ita argento inclusa, ut ex ea etiam bibatur, atque argenteo capiti statuæ S. Sebastiani imponatur. Sagittæ quoque in ea consecrantur, contra pestem salutares. Innumera isthic visuntur omnis conditionis, sexus, nationis anathemata, adeptæ incolumitatis monumenta.*

non tamen illud integrum.

§ X. *Aliæ S. Sebastiani reliquiæ in Bavaria.*

Templum ejusdem Divi, Monachii.

Aliud magni Martyris pignus Monachium urbs asservat, Boicæ caput, ac Ducum sedes. Augustam Divo ædem, haud a palatio suo longe, locavit anno 1588. *Ferdinandus I, Bavarus, Alberto V, Duce et Anna Austriaca Ferdinandi I, Imperatoris filia, anno* 1550, *ipsis S. Sebastiani feriis, natus: unde illi erga Sanctum ab ipso ortu ingenerata religio, quem cum omni vita Patronum ac tutelarem est veneratus. Neque illud vanum observatione, quod illi vicesimus septimus Januarii dies, ab anniversaria Divi celebritate octavus, vitæ mortalis ultimus fuit anno* 1608.

Aliæ isthic ejus reliquiæ

59 *Cum ea consueto Ecclesiæ ritu dedicaretur basilica, Guilielmus V, Bavariæ Dux, Ferdinandi frater, solennis sacrificii tempore, illustri pompa, inferiorem S. Sebastiani mandibulam, cui novem adhuc immoti inhærebant dentes, obtulit, publicis tabulis testatus, se eam Romæ olim accepisse a Pontifice Maximo, pium munus.*

contra pestem delatæ ad castra

60 *Multis post annis Maximiliano Guilielmi F. Alberti N. Boiorum Duci, adversus Wolfgangum Theodoricum Raittenavium Salisburgensem Archiepiscopum bellum fuit. Priusquam consererentur manus, lues totis castris vulgata sollicitudinem religioso Duci injecit, et ad petenda a Cœlitibus auxilia, illius avertit animum. Eas Martyris Sebastiani reliquias rogavit ad se, ubi stativa habebat, deportari. Neque vel ingrata Superis religio fuit, vel inanis optimi Principis fiducia. Ipse incolumis, Aulaque ejus universa a contagione immunis, hoc salutari præsidio servati sunt.*

sacello aulico donatæ,

61 *Eviruit beneficio pietas Ducis. Ergo ut victor Monachium revertit, Mariam Ferdinandi patrui viduam rogat, ut sacrum illum thesaurum, sospitatoris sui Sebastiani reliquias, sibi donet. Rogantis auctoritas pietasque perpulere invitam. Accessit tamen (ut jus fasque) Stephani Frisingensis Episcopi assensus. Translatæ deinde ad palatii ducalis sacellum, in quo aliæ illustres ac prope innumeræ Divorum reliquiæ asservantur.*

aliæ priori templo attributis,

62 *Sed ne nullum erectæ a Ferdinando basilicæ patroni sui pignus relictum videretur, brachii ejusdem sancti Martyris non exiguam partem, Dux tradidit, quam se olim a Pontifice Maximo cum Romæ esset, donatum testatus est. In hac æde monumentum Ferdinando posterisque Wartenbergicis Comitibus positum, in quo et con Ferdinandi et Mariæ conjugis corpus, condita. Ferdinandus Guilielmus, Ferdinandi filius, Episcopus Osnaburgensis, cum multas alias ex inferiore Saxonia reliquias ad eamdem ornandam basilicam, tum non exiguam capitis S. Sebastiani partem, Monachium misit anno* 1626, *publicumque ejus rei testimonium. Ea nos a Maximiliano, ejusdem Francisci Guilielmi germano, Societatis nostræ Sacerdote, accepimus.*

aliasque aliunde missis.

§ XI. *Alibi S. Sebastiani reliquiæ ac cultus.*

quædam ut ... fuere

Quæ alibi ejusdem Martyris extare feruntur reliquiæ, colligere animus non est; et sunt fortassis quædam alterius Sebastiani e Legione Thebæa, de quo 2 Januarii, aliorumve ejus nominis Cœlitum, ternas quæ occurrere indicabimus

indicabimus. Primæ Brunsvici fuere. Ita Compilatio chronologica a Joanne Pistorio edita, ex bibliotheca Henrici Petreii, ad annum 1473. Eodem anno viguit pestilentia in Brunswig tota æstate, sed heu gravis erat huic monasterio. Obierunt enim de nostris Fratribus fortiores et adolescentiores Sacerdotes, septem numero. Inde vix anno elapso obiit senex noster cum duobus aliis Sacerdotibus monasterii nostri. Eodem anno introductæ sunt solemni [illegible] processione totius Cleri et populi reliquiæ S. Sebastiani Martyris, per Fratres Præmonstratensis Ordinis in civitatem præsentem, promovente hoc Serenissimo Principe ac Duce Henrico Primo [illegible] cum Missa ad honorem Martyris factæ sunt in hoc monasterio altera die Translationis post [illegible] S. Blasium, inde ad S. Catharinam, exinde ad S. Martinum.

64 *Wesalia oppidum est Cliviæ ditionis [illegible], ad Lippiæ ostium. Hic anno* 1352 *Præmonstratensi institutu Augustinianum dedicata S. Sebastiano ecclesia est a* Volckardo Suffraganeo *Monasteriensi* [illegible] non multo ante lues horrendum in modum, adeo ut [illegible] *efferrentur, simul ac votum S. Sebastiano* [illegible] *erat nuncupatum, conquievit. Ex sacrario* [illegible]. *Meminit tota Nicolaus Crusenius Monasticon Augustinianum parte* 3, *cap.* 13, *ubi* [illegible] Clivo-Wesaliæ oppido Diœcesis Monasteriensis grassante morbo contagioso, pro divina ira sedanda, ex voto civium ac Magistratus, [illegible] expensis, erigitur monasterium Eremitarum S. Augustini cum ecclesia in honorem S. Sebastiani, [illegible] ex vicino Mariæ-vallensi loco [illegible] in hoc Dei [illegible] frequentes cives [illegible] Augustinianis ex Cœtu [illegible].

65 *Nuper Franciscus a Dietrichstein Cardinalis Olomucensis in Moravia Episcopus, S. Sebastiano* [illegible] *Nicolsburgum oppidum* [illegible] *S. Sebastiano* [illegible] *atque* [illegible] *ejus solennitate* [illegible].

66 *E*[illegible] *Coloniæ* [illegible] *in Sacrario Augustinianæ Erhardus Winheimius in* [illegible] *S. Leon*[illegible] *Augustinianorum Mandatum* [illegible] *disputant* Tertia, inquit, apud Augustinianos [illegible] S. Sebastiani a Christi fidelibus in [illegible] numero [illegible] cæteris [illegible] principis, [illegible] S. Sebastiani [illegible] Illustris et auratus Eques D. Theodorus van Hu[illegible] 1269 assignavit, ut ex [illegible]. *Hic Theodorus van Hurtz* [illegible] *Augustinianorum Coloniæ sepultus est.* [illegible] *Roma allatam a Theodorico*, [illegible].

67 *I*[illegible] *reliquias ejusdem sancti Martyris, in S. Petri metropolitana* [illegible] *Pestilentiam.*

ACTA

AUCTORE S. AMBROSIO EPISC.

ex pluribus veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Sebastianus Martyres animat.

Sebastianus vir Christianissimus Mediolanensium a partibus eruditus, civis vero Narbonensis, Diocletiano et Maximiano Imperatoribus ita carus erat, ut principatum ei primæ cohortis traderent, et suo eum conspectui juberent semper astare. Erat enim vir totius prudentiæ, in sermone verax, in judicio justus, in consilio providus, in commisso fidelis, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in universa morum honestate præclarus. Hunc milites ut patrem venerabantur; hunc universi, qui præerant palatio, carissimo venerabantur affectu. Erat enim verus Dei cultor, et necesse erat ut, quem Dei perfunderet gratia, ab omnibus diligeretur.

2 Christo igitur quotidie solutum exhibebat officium, sed agebat quatenus hoc sacrilegis Regibus esset occultum, non [illegible] persequutionis, nec patrimonii sui amore constrictus, sed ad hoc tantum sub chlamyde terreni imperii Christi militiam agebat absconditum, ut Christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, confortaret, et Deo reddi [illegible] cum diabolus extorquebat [illegible].

3 Denique postquam multis Martyrum mentes [illegible] tormentis passionis erexit, et ad coronata perpetuæ gloriæ incitavit; ipse quis esset apparuit, quia lumen in tenebris latere non potuit. Clarissimis igitur viris Marcelliano et Marco didymis germanis fratribus pro Christi nomine in vinculis constitutis, quotidie solatium exhibebat, et in ipsis [illegible], cum quibus tenti fuerant, salutaribus [illegible] blandimenta respuerent et momentanea tormentorum genera non timerent.

a Pro [illegible] *S. Ambrosii* [illegible] 20 [illegible] Martyris [illegible]

[illegible]

CAPUT II.

Marcelliani et Marci graviter oppugnata constantia.

Quorum beatissimus [illegible] atque [illegible] et [illegible] transiret, [illegible] pater Tranquillinus [illegible] mater Marcia vocabatur; qui illos [illegible] filiis, [illegible] Agrestio Chromatio Urbis Romæ Præfecto [illegible] ad [illegible].

5 Accesserunt [illegible] patris abjecto, et [illegible] Nam illi [illegible] sepeliebat, [illegible] patri [illegible]

Ex MS.

cruciatus, incomparabilis *d* partus est, quo spes et gaudium tollitur, vita contemnitur, respuitur gloria, et contemptis omnibus pietatis affectibus mortis atrocitas appetitur *e* potius, quam timetur. Obsecramus vos, o amici carissimi, tandem his date cladibus finem, et vos patres esse dulcium filiorum vel admoniti mementote.

mater variis blanditiis impugnat,

6 Hæc et his similia amicis dicentibus, miseram se clamitans mater advenit, et soluto capite canos suæ senectutis ostentans, in conspectu eorum vestem qua pectus tegebatur scidit: et cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus quas suxerant mammas, et blandimenta, quæ infantiæ eorum exhibuerat, ejulando lacrymans memorabat. Aiebat ergo ad ambos: Tu mihi semper plus blanditus es fili: et tu amplius verecundatus es: in isto imaginem meam peperi; in te paternos vultus effudi: tu patri utilior, iste similior. Heu me miseram! circumvallant me ex omni parte incomparabiles luctus, inaudita miseria et gemina orbitas, nullis penitus tribulationibus comparanda. Omitto filios ad mortem ultro properantes, quos si mihi hostes auferrent *f* per medias sequerer acies bellatorum; si judicia violenta concluderent, carcerem simul irrumperem moritura. Novum hoc genus est pereundi, in quo carnifex rogatur ut feriat, vita optatur ut pereat, mors invitatur ut veniat. Novus hic luctus est, nova miseria, in qua natorum juventus sponte amittitur, et parentum miseranda cogitur senectus ut vivat.

pater querelis,

7 Ista et his similia matre prosequente, infirmus pater, et gravis jam senio, manibus adducitur servulorum, et cygnæo capiti terræ pulverem spargens, hujusmodi dabat voces ad cœlum: Ad mortem ultro proficiscentibus filiis valedicturus adveni, ut universa, quæ a filiis sepulturæ meæ exhibenda paraveram, ego infelix filios sepulturus expendam. O filii meæ baculus senectutis, et geminum meorum viscerum lumen, nati feliciter, et prospere educati, excellentissimæ memoriæ, et ingenii singularis, omnium liberalium peritia litterarum imbuti, quæ ista repente insania vestra voluntate progenita mortis vos fecit esse amatores? Numquam ista viventibus placuit: numquam morituris suum amorem induxit: ad quoscumque autem pervenire potuit, violenter admissa est, et non est voluntate ab ullo vivente suscepta. Si hanc nudus debitor sub avaro fœneratore patitur, nulla potest ratione diligere: nec solum non diligere cognoscitur, sed timere. Qua ratione eam appetit, qui et bonis exuberat omnibus, et penitus ulli nihil debet? Venite huc senes, et mecum super filios plangite, qui vos viscera paterna habere sentitis. Venite huc juvenes, et flete super juvenes sponte pereuntes. Huc accedite patres, et prohibete talia, ne talia patiamini. Deficite plorando oculi mei, et caliginem obducite fundentes flumina lacrymarum; ne videam cædi gladio, quos dum virga levis tangeret, tremui; dum tristantes leviter viderem, expavi.

conjuges lamentis

8 Igitur dum hæc et alia senior prosequentur, ecce amborum conjuges cum natis propriis veniunt, et aspectibus eorum proprios infantulos offerentes, has ejulando voces effundunt: Quibus nos serrituras relinquitis? quibus conjugii nostri traditis caritatem? qui putatis erunt horum infantium domini, et domorum vestrarum avidissimi pervasores? Qui erunt vestræ occupatores familiæ? vel qui sibi divisuri sunt vernaculos, quos nutristis? Heu quam ferreo, heu quam impiæ crudelitatis genere parentes despicitis, amicos respuitis, uxores abjicitis, filios abdicatis, et vos ipso carnifici ultroneos exhibetis!

a *Alii codices*, ditati; *alii*, ornati.

b *Alii*, Agrestino. *In catalogo Præfectorum Urbis, legitur* Caro et Carino Coss. *Præfectus fuisse* Titutius Roburrus, Carino II et Numeriano, Cejonius Varus, *qui et sequenti anno* Diocletiano et Aristobulo Coss. *præfecturam gessit. Et videtur* Chromatii *expunctum e tabulis nomen, religionis odio. Eumne, an* Roburrum, *an* Cejonium *perstringat Vopiscus ambiguum est, dum in Carino scribit:* Præfectum Urbi unum ex Cancellariis suis fecit. *Erant* Cancellarii, *qui ad cancellos sive Domus augustæ, sive tribunalium excubabant.* c *Alii*, patitur. d *Al.* luctus. e *Tres sequentes voces desunt MS. Audomar.* f *Alii*, per media sequerer bella raptores.

CAPUT III.

S. Sebastianus nutantes confirmat.

Sebastianus nutantes confirmat.

Interea dum illa dicuntur, et ista referuntur, inter uxorum lacrymas, et suspiria filiorum, cœperunt milites Christi mollescere, et animos suos flectere ad dolorem. Huic spectaculo, ut supra diximus, intererat S. Sebastianus vir per omnia Christianissimus, quem occultabat militaris habitus, et clamydis obumbrabat aspectus. At ubi vidit athletas Dei immenso certaminis pondere fatigari, in medio eorum se objiciens, dixit: O fortissimi milites Christi, o instructissimi divini prælii bellatores, per nimiam virtutem animi fortiter pervenistis ad palmam, et nunc per misera blandimenta coronam deponitis sempiternam? Discat nunc per vos Christi militum fortitudo, fide potius armari quam ferro. Nolite victoriarum vestrarum insignia per mulierum blandimenta abjicere, et subjectas pedibus vestris hostis devicti cervices ad victricia et redivina iterum bella laxare, cujus quamvis sæva contra vos extiterit et periniqua *a* instantia sævior tamen efficitur ira repetita. Erigite igitur a *b* terrenis affectibus tropæum vestri certaminis *c* gloriosum, et nolite illud omittere fletibus parvulorum.

propositis cruciatibus jam toleratis,

vita æterna,

10 Isti, quos plorantes attenditis, gauderent hodie si possent scire quæ nostis; putant enim quod ista vita sit sola, quæ si finem acceperit, nulla vitalis animæ, corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim scirent esse alteram vitam ignaram mortis, tristitiæ nesciam, in qua immortalitas regnat, et perpetua gaudia commorantur; profecto vobiscum ad illam festinarent pertingere, et vitam istam pro nihilo computantes, illam appeterent, quæ et in exultatione permanet et penitus finiri non novit. Ista enim vita fugitiva est et tam infidelis, ut nec amatoribus suis fidem potuerit custodire. Ab origine enim mundi in se credentes fefellit, omnes se expectantes decepit, cunctos de se præsumentes irrisit, et ita nullum omnino certum reddidit, ut omnibus probetur fuisse mentita. Atque utinam solius mendacii culpæ esset obnoxia, et per omnia crimina currere suos non cogeret amatores. Ipsa dat edacitatem *d* glutonibus, ipsa ebrietatem ingerit tumulentis, ipsa naufragium pudoris adulteris, ipsa execrabilem tradit perversitatem incestis; ipsa admonet furem, ut rapiat; iracundum, ut sæviat; mendacem, ut fallat. Ipsa inter conjuges divortia seminat, inter amicos discordias, inter pacificos lites, inter justos injustitiam, inter fratres scandala. Ipsa tollit judicibus justitiam, castis pudicitiam, *e* artificibus peritiam, ipsa aufert moribus disciplinam. Et ut altiora quæ amatoribus suis ingerit crimina memoremus; si fratrem aliquando frater germanus occidit, si filius necavit patrem, si interemptus est ab amico amicus; cujus hæc instinctu facta sunt scelera, cujus intuitu, cujus spe, cujus fiducia ista sunt nefanda commissa? numquid non præsentis vitæ amore seducti, ista committunt, et dum illam plusquam justum est diligunt, iniquo odio homines prosequuntur? Ut quid enim pirata navigantem jugulat, ut quid latro perimit viatorem, dives opprimit pauperem, superbus humilem, et omnis nocens quemcumque potuerit aggravat innocentem? Hæc autem faciunt mala, quia isti vitæ servire desiderant, et se existimant in amore ejus per tempora prolixiora durare. Non ergo alterius caussa fiunt scelera nisi ut infelicissimæ isti carnali vitæ a carnalibus serviatur.

et præsenti fugaci,

omnia scelera suadente,

mortem generante

11 Ipsa est denique quæ eis crimina imperat, jubet facinora, suadet injusta; et posteaquam omni crudelitate, omnique fuerit spurcitia saginata, servientes sibi tradit filiæ suæ, id est, morti perpetuæ. Ex ipsa enim,

enim, et ex ejus utero mors æterna est nata, tempore quo gulæ suæ et libidini et delectationibus oculorum primi homines servierunt, atque ideo qui ad æternam vitam facti fuerant, hinc in istam sunt regenerandi mortis [illegible] ... hinc iterum sunt ad inferos devoluti, nihil secum præter peccata portantes. Hæc ergo vita est quæ vos fallit, o amici carissimi, ut amicos vestros ad vitam euntes perpetuam injusto consilio revocetis.

a MS. [illegible] ... aspectibus [illegible] ... [illegible]

CAPUT IV.

Inferni pœnæ, cælique gaudia, Martyrum amicis inculcata.

Hæc vos [illegible] ... o parentes [illegible], ut filios vestros proficiscentes ad a Comitatum cæli, ad honorem incorruptibilem, ad amicitias Imperatoris æterni, stultissimis lamentationibus revocetis. Ista est quæ vos, o castissimæ conjuges Beatorum, per pietatis [illegible] ... Martyrum mentibus fecit [illegible] et necem pro liberatione offerre. [illegible]

[illegible]

13 Hanc ergo [illegible] ... [illegible]

[illegible]

CAPUT V.

Opum deliciarumque usus.

[illegible]

14 Nam qui in ista mortali vita, contra concupiscentias suas et contra delectationes pugnaverit quis [illegible] ... Creatore consequitur. Ipse enim ita creavit hominem ut viveret, et mortem [illegible] ... [illegible]

[illegible]

16 [illegible]

[illegible]

dibus ejus advolutus rogares eum, ut eas ipse susciperet, de quo certus esses quod et ampliora quam acceperat redderet, et te ipsum ab hostibus liberaret? Restat nunc ut divitiis vestris tutorem possitis habere Christum.

17 Ad delicias veniamus. Qui habet aures audiendi, audiet eas dicentes sibi : Si vere amatores nostri estis, illi nos commendate, qui nos vobis integras illibatasque in illa regione restituat, in qua vobiscum jugiter manere possimus : in ista enim vita si vobis nostrum voluerimus occupare servitium, quasi hic expertæ ibi vobis omnino negabimus nostræ servitutis officium. Dimittite nos interim servire morituris, quia idcirco breviati sunt dies mortalibus, ut immortalibus, jugiter famulemur. Sic enim scriptum est : Propter electos breviabuntur dies, ut servitus nostra non sit longa. Injustis quidem servimus, festino c cursu : impiis, sceleratis, et turpibus servimus, non sponte, sed propter eum qui nos subdidit. Liberabimur tamen a servitute corruptionis, et revocabimur ad libertatem gloriæ filiorum Dei. Omnis itaque delectatio, futuræ vitæ servata, non perditur; neque enim repositi thesauri existimantur ab eo qui eos absconderat in terris, interisse; sed magis tanto securius se eos habere confidit, quanto eos occultius et tutius collocaverit.

18 Sint ergo repositæ omnium deliciarum affluentiæ, ut non contingantur in ista vita, quæ præterit : quia si hic in usu fuerint, in illa vita, quæ numquam præterit, amittentur. Esto, quod ista vita centum tendatur annorum spatiis, numquid exclusa die ultima non statim videbitur quasi non fuisse, et ac memoria hospitis uno die apud nos manentis vestigia reliquisse? Illa autem vita manet jugiter, et perseverat instanter, annis quoque labentibus juvenescit et pollet, et inde renovationis sumit initium unde finis accipitur. O vere illum degenerem et omnium bonorum expertem, qui hujus tam formosæ vitæ amore non capitur! qui timet istam vitam tradere perituram, et illam accipere quæ penitus perire non novit, in qua deliciæ et delectationes, et divitiæ et gaudia sic inchoant, ut terminum nesciant; sic principium capiunt, ut penitus finiri non possint.

19 Nam qui hujus tam præclaræ vitæ amator esse noluerit, non solum istam perdit, et ad illam non pervenit, verum etiam ut jam dixi a perpetua morte capitur et tenetur, in qua est jugis flamma, perseverans tribulatio, et pœna perpetua; in qua atroces angeli commorantur, quorum brachia capita draconum sunt, quorum oculi ex se igneas sagittas jaculantur; quorum dentes sicut elephantis prominent, et stimulant ad tormentum veluti caudæ scorpionum, quorum voces veluti leonum fremitus sonant, quorum aspectus tremorem incutit pariter et dolorem et morem. Atque utinam mors posset in his angustiis constitutis occurrere! Sed, quod est acerbius, ad hoc vivitur, ut cruciatibus gubernetur, ad hoc redintegrantur, ut exesa serpentium morsibus membra iteratis subinde et iterum repetitis morsibus attrectentur.

a *Alii codices*, gulæ. b *Al.* inquinamentum
c *Al.* Interrogat ergo quis : Cur *etc.*
d *Al.* queat e *Al.* incursu

CAPUT VI.

Martyrum felicitas et gloria.

Hæc est omnis causa certaminis, quæ pœnas martyrii docet tolerabiliter debere sufferri. Nolite ergo, o amici, nolite o parentes, nolite o conjuges venerandæ Sanctorum, nolite a vita ad mortem, quos diligitis revocare, a gaudio ad luctum ducere, a lumine ad tenebras trahere, et ab æterna requie ad pœnas sempiternas accersire. Hoc est cum diabolo quasi piscibus hamum tendere, et invitare ad modicam suavitatem, in qua intus lateat cruciatus viscerum, et mors interiorum tormentis extorta. Numquid non hoc est ad compensationem æternarum deliciarum fugitiva gaudia anteponere; et ut perparum rideant, æternis fletibus mancipare; Hoc in gladiatoribus, qui ultro se offerunt, universi damnamus, qui considerant unius anni delicias, et non considerant, qui fructus ex ipsis deliciis oriatur. Et illi cruciantur ictibus gladiorum, vel alterna cæde interna viscerum scisso ventris tegmine in conspectu proferunt populorum, ut pinguedo, quam inconsulta sagina contulerat, offeratur diabolo devoranda. Isto consilio inimici, quo isti hæc faciunt, ipso consilio ad vitam æternam euntes Dei Martyres revocantur, qui ut vitam paucorum dierum vivant a exorantur perpetuos cruciatus incurrere, et mortem perpetuam, quæ specialiter metuenda est, non timere.

21 Huic loco forte illud opponitis : Quare Christianus tormenta non metuit, et præsentis non terretur b pœna tortoris? Ideo non frangitur metu, ideo dolore non ducitur, quia scit se unius doloris pretio perpetuæ sanitatis gaudium emere; et per momentaneam tribulationem ad perpetuam felicitatem et sempiternam lætitiam pervenire. Sed si iste timendus sit dolor, timendus sit carnifex, timenda quoque sit nova et exquisita tortoris crudelitas; quæ magis timenda, quæ horrenda, quæ magis fugienda est, et cavenda, ista quæ hodie effervescit, et cras evanescit? ista quæ hodie exardescit, et cras refrigescit? ista quæ sub hora inducitur, et sub hora excluditur? an illa quæ nullo fine concluditur, nullo tempore extinguitur, nulla prorsus consumitur vetustate? Nam iste dolor aut levis est, et potest tolerabiliter sustineri; aut gravis est, et glorioso certamine citatum offert finem : ille autem pœnarum dolor et cruciatus incendii, qui hujus vitæ amatoribus datur, cum sit vehementior universo tormentorum genere, numquam finiendus aggreditur, et acrius subinde quam inchoaverit sævit : et nullus sæviendi terminus, nullus omnino finis occurrit, sed habens secum universa suppliciorum genera subinde renovatur ut sæviat, augmentatur ut excruciet, inflammatur ut acrius urat.

22 Hinc ergo ab hoc interitu, quos amamus, hortemur evadere; et nos ipsos ad evadendum fortiter præparemus . nec timeamus una hora ferre dolorem in corpore, qui optamus perpetuo gaudere cum Christo, permittamus animam nostram cum palma martyrii ex hoc egredi corpore, ut possimus pœnas æternas evadere, et ad possessiones sidereas plenas delectationibus pervenire. Lacrymas nostras convertamus in gaudium : quia non debemus quasi morituros plangere, quos cum Christo credimus regnaturos, Congratulemur victoribus hostium, conculcata eorum cervice : congaudeamus martyrii prætexta indutis, et cœli factos consules gloriemur. En dies in quo vincere se tyrannus existimabat, qui dum capit, captus est, dum tenet, vinctus est; dum torquet tortus est, dum insultat irrisus est : dum jugulat, occisus est. Nunc ergo in amore martyrii etiam nostros suscitemus affectus : ut illum qui de nostra captivitate voluit victoriam capere, fortiter capiamus, et quasi a gravi somno expergefacti aperiamus oculos animorum, ut videntes foveas quas in nostri perniciem inimicus aptaverat, nos quidem auxiliante Deo evadamus, et ipso diabolo cum satellitibus suis in ipsam quam paraverat foveam incidente, nos cum Propheta dicamus : Foderunt ante faciem meam foveam, et ipsi inciderunt in eam.

a *Al.* d .centur. b *MS. Rip* pœnæ tormentis

CAPUT VII.

Sebastiani oratione et miraculis, conversi Zoe et Nicostratus.

Igitur cum hæc Beatissimus Sebastianus, indutus chlamyde, succinctus baltheo, ex suo ore proferret, subito per unam fere horam splendore nimio de cœlo veniente illuminatus est, et sub ipso splendore, candidissimo

Marginalia (left): Ex suo... — *Deliciæ quoque reservandæ in aliam vitam.* — Matth. 24 22. — c *quia mali servimus...* — *Hic brevis, in cœlo æterna* — *Dæmonum descriptio...* — *Auditores hortatur Sanctus*

Marginalia (right): a — b *Cur Christiani tormenta non timeant* — *Animandi Martyres, ... tuendum* — Ps. 56. 7 — *S. Sebastianus ... lumine illustratur ... animatur*

... pallio amictus est ab Angelis septem clarissimis, et juvenis apparuit juxta eum dans ei pacem, et dicens: Tu semper mecum eris.

24 Hæc autem gerebantur a intra domum b Primiscrinii, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus et Marcus. Qui Nicostratus habebat uxorem, nomine Zoen: hæc ante sex annos ægritudinis nimietate facta est muta, prudentiam tamen audiendi et intelligendi non solum non amiserat, verum etiam melius quam prius habuerat, nutuum officium obtinebat. Hæc itaque cum intellexisset omnia, quæ B. Sebastianus dixerat, et tantum lumen circa eum vidisset, cumque omnes tremefacti [illegible] stupore tenerentur, innuebat manu omnibus, ut quasi expostularet ... essent, qui tam evidenti assertioni non crederent, et genibus ejus advoluta rogare eum manuum nutibus cœpit. Sed S. Sebastianus cum videret eam cordis secreta linguæ expressione declarare non posse, causas hujus silentii percunctatus, didicit sermonis illi copiam [illegible] infirmitatis ablatam. Tunc B. Sebastianus dixit: Si ego verus Christi servus sum, et si vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audivit et credidit, jubeat Dominus meus Jesus Christus, ut reddat ad eam officium linguæ, et aperiat os ejus, qui aperuit os Zachariæ Prophetæ [illegible]. Atque ad hanc vocem S. Sebastiani, exclamavit mulier voce magna, dicens: Beatus es tu, et benedictus sermo oris tui, et beati qui credunt per te Christum filium Dei vivi. Ego enim vidi oculis meis Angelum ad te venientem de cœlo, et librum [illegible] Benedicti qui in omnibus quæ locutus es credunt, et maledicti qui dubitaverint vel in uno verbo ex his omnibus quæ audierint: quoniam sicut aurora superveniens umbras tenebras noctis excludit, et [illegible] serenum post noctis tenebras diem reddidit: a me autem non solum incredulitatis tenebras exclusit, verum etiam sermonis mei ostium, quod per sex annos clausum erat, patefecit.

25 Videns autem Nicostratus vir ejus, quod esset tanta virtus Christi in sua uxore celebrata, cœpit pedibus ejus advolvi, et indulgentiam petere, pro hoc quod Imperatoris et Præfecti jussu Sanctos Dei [illegible] in vinculis; et auferens ex manibus eorum [illegible] complexus, cœpit rogare ut [illegible] absolvere, dicens: O quam beatus essem si pro vestra [illegible] possem salute constringi! Forsitan [illegible] sanguinis mei effusione abluerem, ut mortem [illegible] æternam evaderem, et ad illam vitam perducerer, quam [illegible] Deus per os domini mei Sebastiani manifestare dignatus est.

a [illegible]

b [illegible]

CAPUT VIII.

Marcelliani et Marci constantia, oratio ad Neophytos.

Cumque rogaret Marcellianum et Marcum ut abscederent, dixerunt ei: Si tu fidei gloriam [illegible] Dives est enim in omnibus Christus, et larga [illegible] liberalitate suæ affluentiæ [illegible] venientibus [illegible] Sebastianus [illegible] donatum est [illegible] Dives enim clementia semper parata est volentibus omnibus gratis præstare, et in unumquemque gratiæ suæ dona multiplicavit, quo mens ejus alterius fidei susceperit normam. Fides igitur vestra a magisterio sumpsit exordium, et omnia quæ eruditio annosa vix confert, spatio unius horæ cepistis. Nulla vos memoria parentum impedivit credere. Nullus teneræ ætatis [illegible] et vestros revocat nutritus affectus. Contemnitis subito quod semper amastis, et quæritis quod nunquam scistis. Per ignaras ingressi vias subito pervenistis ad Christum, et animo jam intratis cœlum, qui in terra nullum solatium requisistis. O incomparabile facti præconium! o quam imitabile virtutis exemplum! Necdum vos ad Christum sacri baptismatis unda perduxit, necdum per tirocinium militaria [illegible] signa sumpsistis, et jam pro vero Rege arma arripitis, et ejus milites a vinculo ferri solventes, vos ipsos intrepide [illegible] pro occidendis occidi.

27 Cum hæc audientes omnes pariter fletibus pœnitentiam præteritæ persuasionis ostenderent, Marcus ait: Discite parentes carissimi, et vester, o conjuges, discat jugalis affectus, adversus pugnandi [illegible] et contra omnes sagittas affectuum carnalis desiderii clypeum virtutum opponere, atque inter acies tyrannorum [illegible] hostem non cedere, [illegible] tenere, et ad Regem fortiter pervenire. Insurgant quantum volunt, et sæviant satellites dæmonum, et quibus volunt pœnis corpora dilaniant nostra, corpus occidere possunt, sed animam vincere non possunt pro fide pugnantium in veritate. [illegible] pro Imperatore suscepti [illegible] tyrannidis suæ furore [illegible] per [illegible] veritate vestræ [illegible] se posse [illegible] et [illegible] tormenta infert, [illegible] spes ejus pereat. Interim minatur, ut terreat. Vitam promittit, [illegible] Hæc tota bella diabolus [illegible] corpus [illegible] subjugat. Nos contra [illegible] hosti non cedere, corpus contemnere, animæ subvenire. Cur enim [illegible] duces [illegible] terga convertant, et in eo bello deficiant in quo [illegible] esse victores? [illegible] Cur [illegible] mortem timeat, qui credat [illegible] vitam falsam esse et veram vitam [illegible] non posse, nisi qui ab [illegible] falsam istam abjecerit [illegible] desperent?

28 Nonne videamus quibus [illegible] subjacet, qui [illegible] periculis servat [illegible] [illegible]

[illegible]

CAPUT IX.

Cetera a Sebastiano, una cum captivis, conversi.

Interim cum hæc et his similia Marcus prosequeretur, [illegible] Dei [illegible] caritatis, et quia ab [illegible]

martyrii ausi fuissent animos revocare Sanctorum. Cumque omnes, qui ad decipiendos Sanctos venerant, unanimiter crederent Christo, Nicostratus cum conjuge sua urgebat se dicens: Non cibum capiam, neque potum, nisi *a* mysterium mihi Christianæ religionis fuerit traditum. Cui S. Sebastianus dixit: Muta dignitatem tuam, et esse incipe magis Christi Primiscrinius, quam Præfecti. Audi itaque consilium meum, et omnes quos carcer inclusit, quos vincula tenent, quos ergastula conficiunt, in unum redige. Quod cum feceris, Antistitem sacrosanctæ legis adhibebo, ut cum omnibus qui credere voluerint mysterii suscipias sacramentum. Si enim diabolus Christo Sanctos suos auferre conatus est, est, et conatur; quanto magis nos pietatis argumento hos, quos diabolus injuste lucratus est, curare debemus, et suo restituere Creatori? Et Nicostratus ad hæc respondit, dicens: Quomodo iniquis et criminosis possunt sancta committi? S. Sebastianus dixit: Salvator noster pro peccatoribus suam nobis exhibere dignatus est præsentiam, et ostendit mysterium, per quod omnia peccata et crimina homini auferantur, et omnes virtutes Domini conferantur. Inter initia igitur conversionis tuæ hoc munus primum si tu conferas Christo, præsto erit remunerationis ejus præmium super te, corona martyrii, habens secum virtutum omnium flores immarcescibiles, æternæ vitæ gaudiis *b* profuturos. Audiens hæc Nicostratus Primiscrinius, abiit ad Claudium Commentariensem, et jussit universas personas ad domum ejus adducere, dicens: Quoniam proxima sessione omnes discutiendi sunt, volo ut cum illis Christianis, qui apud me sunt, præsto sint, ne aliqua *c* Præfectoriæ discussioni deesse possit persona.

30 Igitur cum omnes ad domum Primiscrinii perducti starent, catenarum nexibus vincti, hoc modo eos vir Dei Sebastianus alloquitur: Crimina diabolica si divinis virtutibus cedant, reatus vester a morte excluditur, et *d* a gaudiis fugitivis revocatur. Egerat enim per suos satellites hostis injustus, ut animos militum Christi *e* ad virtutum culmen erectos everteret, et in ipso perfectionis fastigio positos, ad cœnum conaretur mergere inferorum. Hac de caussa incaluit animus hostium dimicatione provocatus, ut vos, quos jam lucratus fuerat inimicus, de ejus captivitate tollentes, vestro vos Creatori reddamus. Diabolus enim nec dominus vester, nec creator, nec pater esse dignoscitur: Deus autem et pater et Dominus et Conditor comprobatur. Et si hunc derelinquentes ad illum abistis, qui tantum vestri exstitit inimicus, ut vos ad pœnas perpetuæ mortis adduceret, et ad istum letalem faceret exitum devenire; quanto magis ad eum redeundum est, qui unicum filium suum passioni et morti tradidit, ut nos a passionibus æternis, et a morte perpetua liberaret? Cum hæc et his similia prosequeretur S. Sebastianus, prostaverunt se cum lacrymis universi, et flexis genibus cœperunt cordis gemitum reddere, et se peccasse et impie egisse, pœnitentiæ vocibus exclamare. Fundebant ergo amaras lacrymas et se velle Christo credere, unanimis vocibus resonabant. Tunc B. Sebastianus jubet eos omnes a vinculis catenarum exsolvi.

a *Quidam codices*, martyrium. b *MS. Rip.* redolentes.
c *Al.* Præfecto, *al.* Prætori, *al.* Præf. Prætorii, *al.* Prætorii discussioni. d *Al.* ad gaudii [illegible] e *Al.* [illegible] virtutum culmine recto.

CAPUT X.

Omnes a Polycarpo ad baptismum præparati.

Posthæc S. Sebastianus abiit ad *a* Polycarpum Presbyterum, ubi erat ea ipsa persecutionis occultus, et narravit ei omnia quæ gesta sunt. Quibus auditis S. Polycarpus gratias egit Deo, et una cum eo venit ad domum Nicostrati Primiscrinii, et videns turbas credentium, salutans eos cum omni gaudio dixit: Beati omnes vos, qui audistis vocem Domini nostri Jesu Christi dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. (Matth. 11, 28) Vos itaque fratres nostri, quos *b* nondum baptismatis unda diluit, et consecrando Deo omnipotenti carissimos filios fecit, pro hoc quod a proposito sancto revocare conati estis beatissimos milites Christi, opus vobis erat pœnitentia, ut per ipsam ad indulgentiam veniretis. Nunc autem quia ad tantam gloriam accessistis, ut etiam ad passionem quo dolenter alios revocare voluistis, ad ipsam desideretis gratanter velle currere et libenter amplecti, sciatis vos et ad indulgentiam pervenisse, et ad palmam attingere. Vetus hoc est artificium Christi. Nam ipsum quem vas electionis suæ dignatus est, et voluit magistrum gentibus dare, qui non solum fidelium animos a pietatis proposito revocabat, sed etiam nolentes a Christo discedere lapidibus obruebat; hunc nobis ipse Dominus Apostolum condonavit, tribuitque nobis ex Saulo Paulum, ex apostata fecit Apostolum, et dedit Ecclesiæ suæ ex persecutore doctorem. Amator passionis factus est is, qui persecutionis auctor extiterat, et qui in alienis afflictionibus prius gratulabatur, in suis postmodum persecutionibus lætabatur. Ipse ergo qui tunc in Apostolo suo virtutem istam exercuit, ipse et nunc de ipso inferorum conclavi, et ex ipsis draconum faucibus animarum vestrarum captivitatem eripuit, et vobis nunc a tenebris ad lucem remeantibus æternæ vitæ januas patefecit. Quia ergo omnes dæmones, qui sunt tenebrarum filii, contristantur, unde et omnes sancti Angeli, qui sunt filii lucis, gratulantur; accedat unusquisque vestrum, et det nomen suum, ut hodierno die usque ad vesperam percurrente jejunio, festivum baptismatis sacramentum opportunum tempus inveniat. Justum est enim, ut lux a mortali mundo abscendens ad nostras mentes immortales accedat, ut qui in isto seculo volutati in luto tenebrarum sumus, aqua sanctificationis abluti ac mundati, et sinceritate induti alacres pergamus ad Christum. Hæc et his similia prosequente S. Polycarpo universi gavisi sunt, et unusquisque nomen suum festinabat priusquam interrogaretur offerre.

a S. Polycarpi Presbyteri natalis agitur 23 Febr. b Multi codices vocem nondum omittunt, quasi ad lapsos sit oratio.

CAPUT XI.

Baptizati catechumeni unaque Claudius cum filiis.

Cumque hæc agerentur, venit Claudius Commentariensis ad Primiscrinii Nicostrati domum, ubi ista agebantur; et dicit Nicostrato: Vehementer præfectura commota est, quod personas reorum tuæ domus custodiæ tradi jussisti. Hac de caussa suis te jussit Præfectus aspectibus præsentari. Vide quale debeas interrogatus dare responsum. Ingressus itaque ad Præfectum Nicostratus cum interrogatus fuisset, cur eas personas, quas carceris claustra retinebant, suæ voluerit domus mancipari custodiæ, respondit: Amplitudinis Vestræ jussu Christianas intra domum meam custodiendas suscepi personas, quibus ut terrorem passionis incuterem, reorum illos feci sociari personis, ut jussioni vestræ et persuasioni nostræ si non consensu suo, saltem alieno experimento consentiant, et metuant ne similis eos pœna concludat. Libentissime igitur hæc audiens Præfectus dimisit eum dicens: Magno te censu a parentibus eorum remunerari faciam, cum per te illis fuerint incolumes filii restituti.

33 Revertens itaque ad domum suam Nicostratus Primiscrinius cum Claudio Commentariensi, cœpit universa referre, et qualiter S. Sebastianus cum sit amicus Imperatorum Christianissimus sit, et in erudione divina perfectus, et qualiter animas Christianorum

norum sua exhortatione revocasset, et quod satis idonea ratione docuisset istam vitam fugitivam et mendaciam esse, et sic dum teneri putatur, auferri. Narrabat etiam, quomodo veniens repente lux de cælo perlustrasset eum, et quomodo uxorem ejus, quæ per sex annos muta fuerat, fecit loqui.

34 Cum hæc narrasset Nicostratus Claudio, cucurrit ad pedes Nicostrati Claudius, dicens: Ex amissa conjuge duos filios habeo, ex quibus unus hydropis morbo fatigatur, alius diversis vulneribus opprimitur: rogo ut jubeas eos visitari. Non enim dubito quod ille, qui potuit facere ut post sex annos loqueretur uxor tua, faciat, si voluerit, ut ad filios meos sanitas redeat. Et hæc dicens prorupit se ad domum suam, et fecit inter manus adduci duos filios suos, et introducens eos intra domum, ubi erant Sancti Dei, projecit eos ante pedes eorum, dicens: Nulla penitus dubietatis signa in corde meo remanserunt: sed ex toto corde credens quod Christus, quem colitis, ipse sit verus Deus, detuli huc vobis duo incrementa mea, credens quod possint per vos a mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes simul Sancti Dei: Omnes quos hic hodie infirmitas aliqua tenet, mox ut Christiani facti fuerint, sanabuntur.

35 Cumque clamaret Claudius credere se, et desiderare fieri Christianum, jussit S. Polycarpus ut darent singuli nomina sua. Primus itaque omnium dedit nomen suum Tranquillinus pater Marcelliani et Marci. Post hunc sex amici eorum, id est, Ariston, Crescentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis et Justus, post hos Nicostratus Primiscrinius, et Castorius frater ejus, et Claudius Commentariensis. Post hos filii Claudii, Felicissimus et Felix. Post hos Marcia mater Marcelliani et Marci cum uxoribus eorum, et filiis, simul autem et Symphorosa uxor Claudii, et Zoe uxor Nicostrati. Post hos omnis familia quæ erat in domo Nicostrati, animæ triginta et tres promiscui sexus et ætatis, deinde omnes, qui vincti fuerant, ac de carceris squalore adducti, animæ sedecim.

36 Igitur omnes isti LXVIII. a S. Polycarpo Presbytero baptizati, et a S. Sebastiano suscepti sunt: feminarum autem matres factæ sunt *a* Beatrix et *b* Lucina. Primum itaque Claudii filios, hydropicum unum et alterum vulneribus plenum, mox ubi in nomine sanctæ Trinitatis intinxit, ita de fonte sani elevati sunt, ut nec signum in eis alicujus morbi præteriti remansisset. Post hos autem infantulos Tranquillinus pater SS. Marcelliani et Marci, qui itа podagrico dolore constrictus, ut [illegible] super datum est [illegible] manibus portaretur. Hunc dum exuerent [illegible], et [illegible] interrogat eum Polycarpus Presbyter dicens: Tranquilline, si ex toto corde credis Unigenitum Filium Dei Dominum Jesum Christum tibi salutem posse conferre, et omnibus peccatis tuis indulgentiam condonare, propria ore edicito. Tranquillinus respondit: Ego indulgentiam solam peccatis meis [illegible], et desidero et credo. Ceterum, etsi post baptismatis hujus sanctificationem [illegible] fuero, non potero [illegible] fide Christi [illegible]. [illegible] ex toto corde credens, in [illegible] mente [illegible] quod Filius Dei sit Dominus Jesus Christus, [illegible] et animabus et corporibus salutem [illegible], et [illegible] ad vitam perpetuam [illegible]. Hæc cum dixisset [illegible], omnes Sancti [illegible] [illegible] tunc [illegible] Sanctus igitur Polycarpus Confessor et Presbyter mox [illegible] [illegible], [illegible] Patrem et Filium et Spiritum sanctum, [illegible] respondit: Credo, resolutæ sunt [illegible], et [illegible] simul et [illegible] redditæ, [illegible] [illegible] pedibus suis [illegible] descen-

deret clamans et dicens: Tu es Deus unus et verus, quem miser iste mundus ignorat.

37 Hoc itaque ordine suo baptizato, universi, prout competebat, baptizati sunt, et per dies decem qui superaerant dilationi, prout meruerant, in Dei laudibus perdurantes ducebant dies et noctes in hymnis et canticis, et quasi fideles milites parabant animos suos ad dimicandum pro Christi nomine in martyrio bellaturi, ita ut et in mulieribus et infantulis amor ferveret martyrii, et invicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolicas acies præpararent.

a Colitur S. Beatrix 29 Jul. *b* De hac Lucina [illegible] 16 Janu. [illegible] S. Mar[illegible] [illegible] contractus [illegible] [illegible].

CAPUT XII.

Errores Gentilium coram Chromatio Urbis Præfecto confutati a Tranquillino.

a Diebus igitur acceptæ dilationis expletis Agrestius Chromatius Urbis Romæ Præfectus ad se Tranquillinum patrem Marcelliani et Marci venire jubet. Quem cum de suorum perquireret arbitrio filiorum, Tranquillinus respondit: Ad referendas beneficiis vestris gratias nullus mihi oris sufficit sermo. Nisi enim currentes sententias vestri frena moderaminis tenuissent, et ego filios amisissem, et me patrem filii non haberent. Congratulantur mihi omnes, quos tenet paternus affectus, et pungit caritatis stimulus, etiam vestra, credo, quod mihi congaudeat celsitudo, quando morituris vita collata, et anxiis lætitia reddita, sollicitis securitas *b* restituta.

39 Tunc Præfectus æstimans filios ejus suas velle idolis inclinare cervices, ait: Veniente ergo die debita numinibus a filiis tuis thura reddantur: per quæ et tu filiis perseveres incolumis, et tibi filii condonentur. Audiens hæc Tranquillinus dixit: Illustrissime virorum, examinatis vestri horam si velitis erga me et filios meos æqua lance pensare, agnoscere poteritis hoc Christianum [illegible] magnæ esse virtutis. Præfectus dixit: Insanis Tranquilline. Tranquillinus respondit: Insaniam possessus eram, et animæ et corporis, sed statim ut credidi Christo, et animæ meæ recepi et corporis sanitatem.

40 Præfectus dixit: Ego ut video ad hoc inducens sceleratis filiis tuis dedisse cognoscor, ut non solum tu illos ab errore non tolleres, sed illi te suis erroribus irretirent. Tranquillinus dixit: Per gloriam vestram, nomen ipsum erroris discutite, et videte quæ opera erroris nomine nuncupentur. Præfectus dixit: Tu dic quæ opera erroris nomen accipiant. Tranquillinus dixit: Primus error est viam vitæ relinquere, et per viam mortis gratanter incedere. Præfectus dixit: Et quæ est via mortis? Tranquillinus dixit: Non tibi videtur via mortis esse, mortuis hominibus Deitatis nomen imponere, et figuras eorum per ligna et lapides adorare?

41 Præfectus dixit: Ergo non sunt dii quos colimus? Tranquillinus dixit: Infantum non sunt dii ut legatur in [illegible] diebus *d* publicis, et quam male sint nati, et quam [illegible] et crudeles et sceleratos parentes habuerint, et quam [illegible] et dolose et fraudulenter vixerint, et quam misere [illegible] mortui sunt. Numquid antequam Saturnus Creta [illegible] superaret, et filios suorum [illegible] comederet, [illegible] cælis [illegible], aut Creta insula habebat Regem, et cœli Deum non habebant? Valde errat qui putat Jovem filium ejus, imperare fulminibus, hominem [illegible] in [illegible] [illegible]. Quem [illegible] est, qui patri non pepercit? Aut quomodo [illegible] non [illegible], qui suam germanam accepit uxorem? In [illegible], in plateis, [illegible], [illegible] legimus, quæ [illegible] soror et conjux fuerit gloriatur, et rapti Ganymedis honorem [illegible] atque incesti [illegible] ab ipsis, a quibus Jovis [illegible], non negatur. Nunc ergo [illegible]. Vasculi

[illegible].

missime, qui tales colis, quales Romanæ jubent leges pro sui facti qualitate damnari, et relicto Deo omnipotente qui in cœlis regnat, lapidi dicis, Deus meus es tu: et ligno dicis, Adjuva me?

42 Præfectus dixit: Ex quo cœpistis blasphemare deos, et a cultura eorum recedere, ex eo *e* diversis cladibus Romanus orbis opprimitur. Tranquillinus respondit: Non est verum. Nam si recenseas decadas stylo *f* Livii digestas, illic invenies Jovi thura ponentes, una die viginti tria millia Romani exercitus juvenes cecidisse. Sed et illud non es immemor, quod Senonenses Galli etiam Capitolium *g* occupaverunt, et omnem Romanam manum suis ludibriis subjugarunt. Diversas fames, et inenarrabiles pestes, diversas captivitates, diversas effusiones sanguinis Romanus orbis passus est, antequam unum colerent homines Deum. Nunc vero ex quo invisibilis et verus Deus cœpit a credentibus coli, *h* aucta pace exultat Romanum Imperium. Sed quod pejus est, Deus, qui hoc præstat, non cognoscitur; sed creaturæ ejus adscribitur, quidquid a Creatore præstatur.

43 Præfectus dixit: Si ille colendus est, qui humanis commodis aliquid præstat, nullus nisi sol habebitur Deus, qui aspectu suo terræ viscera vegetat, ut semina suscepta parturiat, et genuinæ sobolis grana in culmo restituat, atque universis salutis nostræ utilitatibus, et lumen et restautationem pariter tribuat et vigorem. Tranquillinus respondit: Et in hoc error est infinitus. Nam si hodie per servum suum quispiam clientibus suis tribuat quod rogatur, infinita stultitia est, si neglectus ille qui præstitit, servus per quem præstiterit honoretur. Et ut aliquam hujus dicti comparationem exhibeam; numquid cum naves Romanis alimenta deferunt, navibus potius quam Regibus gratiæ referuntur? Si ergo non navigantibus, sed imperantibus, homines quod annonantur adscribunt, quanto magis soli Deo agendæ sunt gratiæ, cujus nutu te hæc omnibus usibus nostris elementa deserviunt, et sol ipse quotidie terræ marique pariter et clauditur in fine diei, et in diei iterum renovatione aperitur?

a Scriptum erat in Rosweydi autographo Liber II, *eam divisionem, in nullo exemplari repertam, omisimus.* b *Al.* constituta. c *MS. S. Gisl.* Veni ergo hodie, et dele ta. d *Al.* vestris. e *Usitata in Christianos calumnia a variis PP. confutata, præsertim Paulo Orosio, et S. Augustino.* f *Al.* libri, *mendose. Scriptum in quibusdam erat* Livii. g *Ita MSS. omnes. Legendum potius,* oppugnaverunt. *Nam inde prœlio deducti, mox et pulsi a Camillo.* h *Al.* alta. i *Al.* apparet, *al.* paritur.

CAPUT XIII.

Verbi Incarnatio Gentili exposita.

Præfectus dixit: Si ergo unus et invisibilis est quem colitis, Christum, quem Judæi crucifixerunt, non colitis? Tranquillinus dixit: Recte hæc inquireres, si credere destinares. Incredulis enim omne quod nolunt vanum videtur. Semel enim in præceps voluntas mortalium *a* declinans, omne quod vituperat vituperari desiderat; et vult ut laudetur ob omnibus omne quod laudat. Sed sapiens pro merito suo cuicumque rei, aut vituperationem suam *b* impendere nititur aut laudem. Præfectus dixit: Ego te de Christo vestro interrogo. Si enim a vobis hoc colitur quod istis oculis non videtur, Christum non colitis qui et visus est, et auditus, et interrogatus, et omnia quæ humanæ fragilitati competunt in ejus leguntur passione completa? Tranquillinus dixit: Audi similitudinem et intellige veritatem. Verbi gratia, si hodie annulum tuum habentem gemmam pretiosam videas in cloaca, aut in sterquilinio volutantem, et ad hunc eruendum mittas servos tuos, illi autem nec illum potuerint liberare, sed et seipsos in aliquo dum illum conantur eripere, polluerint; postea vero tu ipse, deponens has sericas quas indutus es vestes, induas te servilem tunicam et descendens in cloacam mittas manus tuas in stercoribus, et annulum aureum simul tuis manibus repræsentes et gemmam, præ gaudio omnes amicos tuos invitas ad epulas et lætaris super annulum et gemmam, quod sint de nimiis squalloribus liberata. Præfectus dixit: Hanc propositionem ad cujus similitudinem attulisti? Tranquillinus respondit: Ut ostenderem tibi unum invisibilem Deum nos colere. Præfectus dixit: Et quod est aurum? aut quæ est gemma, quæ in sterquilinio volutabatur? Tranquillinus respondit: Aurum, corpus humanum est, gemma vero anima est, quæ in ipso corpore inclusa est. Corpus vero et anima unum hominem faciunt, quomodo aurum et gemma unum annulum facere comprobantur. Sed quantumvis pretiosus tibi sit annulus, longe satis homo pretiosior est centuplum et carus Christo. Tu misisti servos tuos, ut annulum de sordibus eriperent, et nulla ratione eum eruere potuerunt. Misit et Prophetas suos Deus de cœlo loquens ad eos, ut humanum genus a sordibus hujus mundi *c* eriperet: et nulla ratione omnino hoc facere vel instantia potuerunt. Tu deposuisti aureas vestes, et servili indumento indutus descendisti in cloacam, et manus tuas misisti in sordibus, ut annulum de sordibus liberares: Exuit et se majestas Divinitatis suæ splendore, non tamen superna relinquens; et induit se servili nostri corporis indumento, et huc in cloacam hujus mundi cœlo descendens misit manus suas in sordibus passionum nostrarum; et passionem, quæ meritis nostris debebatur, in semetipso suscipiens, gloriæ non suorum reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem volutabamur in squalloribus mundi, per fidem abluti a sordibus, divinis sumus manibus, ut ille tuus annulus, restituti. Numquid servi tui, qui te negaverunt dominum suum, dum te in habitu servili respicerent, non potuerunt ut rebelles occidi? Ita et qui negant Christum Dominum suum pro hoc quod semetipsum a majestate exinanivit, et formam servi suscepit, nullatenus poterunt æterni ignis pœnas evadere. Ideo denique nobis, qui in eum credimus, æterni fontis unda subvenit, ut æternus ignis ab æterno fonte vincatur, et infidelitas a fidelitate superetur.

45 Præfectus dixit: Ut video, non ut filios tuos ab hac intentione tolleres poposcisse probaris inducias, sed ut has aniles fabulas ad nostra tribunalia *d* meditatus afferres. Tranquillinus dixit: Non meditantur discipuli Christi quid in conspectu Judicum prosequantur. Sic enim præmonuit dicens: Quando potestatibus hujus mundi vos causa mei nominis tradent, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis divinitus in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Dei, qui loquitur in vobis. Non ergo meditando ego, sed credendo inveni creatorem meum, et qui eram podagrico et chiragrico dolore contractus et *e* quassatus, statim ut Christo credidi, ac si parvulus omnium membrorum meorum recepi sanitatem. Constat ergo apud animum meum, ipsum me creasse qui me renovare dignatus est, et sicut dedit restaurationem corpori, ita quoque animæ post istam vitam dare promisit, si tamen non dubius nec timidus hominum terroribus frangar; sed in ejus nominis confessione perdurans fidem integram, quam me Deus fecit invenire, conservem.

46 Præfectus dixit. Ignoras Tranquilline, quanta invictissimorum Principum erga Christianos ira desæviat; et ideo quasi securus quod tibi videtur sine timore prosequeris. Tranquillinus dixit: Stultus timor est, quo plus timetur humana indignatio, quam Divina. Numquid si in medio canum latrantium venerimus, et vano furore nos cœperint suis morsibus attrectare, possunt nobis de animo tollere hoc quod nos homines sumus *f* rationabiles, cum sint illi canes, et irrationabiles et insani? Ita qui nobis recte credentibus irascuntur, sævire quidem possunt, et inferre iniqua supplicia; numquam tamen de corde nostro hoc auferre poterunt, quod Dominum Jesum Christum

Christum et [illegible] esse [illegible], et redemptorem nostrum [illegible] esse gaudemus. Tunc Præfectus jussit eum recipi a Chromatio [illegible] Prox[illegible] audiant [illegible]

[illegible]

CAPUT XIV.

Chromatius V. Præf. catechizatur.

Post hæc [illegible] [illegible]

[illegible] Polycarpus Presbyter [illegible] gavit ei omnia quæ gesta vel [illegible]

[illegible]

CAPUT XV.

Chromatius [illegible]

[illegible]

stis Tranquillino et mihi sociatis, ut possim mei corporis recipere sanitatem.

50 Polycarpus Presbyter dixit: Si transeuntes dolores [illegible] sustinet, quid de illis [illegible] futura est, quibus nullus [illegible] evenit finis, nulla datur [illegible] cessio? Nam isti dolores [illegible] dolorum [illegible] portant, et quantum distat inter [illegible] vivum et pictum [illegible] tantum distat inter [illegible] quos [illegible] et illos quos [illegible] præsentis [illegible] dolores [illegible]

51 Tunc Chromatius Urbis Romæ Præfectus [illegible] S. Sebastianus [illegible]

[illegible]

52 [illegible]

[illegible]

53 Chromatius dixit: [illegible]

[illegible]

habentes galeam fidei et salutis, ipsis est tutum inire certamen. Pugnant enim acerrime et fortiter vincunt, quia contra invisibilem hostem die noctuque infatigabiliter præliantur; et sunt tecti in omnibus membris, fide potius armati quam ferro. Chromatius dixit: Fiat voluntas Dei et vestra. Tunc S. Polycarpus Presbyter, et B. Sebastianus præcingentes se oraverunt: et post orationem amplius quam ducenta idolorum signa confringentes, cœperunt gratias agere Deo suo

Ipse ea confringit cum Polycarpo.

a *M.* animam meam ex fide Christo. b *M.* Creatoris sui spreverit munus. c *M.* affirmat. d *M.* membrorum. e *M.* colendos duxeris.

CAPUT XVI.

Instrumentis astrologiæ judiciariæ confractis, sanatur Chromatius.

Post hæc accesserunt ad Chromatium dicentes ei: Confringentibus nobis idola tu debuisti sanitatem recipere, nisi forte aliqua tibi in animo signa infidelitatis derelinquuntur. Hoc enim apud nos certum gerimus, quod aut est aliquid, quod nondum est fractum; aut si omnia fracta sunt, quid in animo geras nobis evidentius manifesta. Tunc ille: Habeo, inquit, cubiculum holovitreum, in quo omnis disciplina stellarum ac mathesis *a* mechanica est arte constructa, in cujus fabrica pater meus Tarquinius amplius quam ducenta *b* pondo auri dignoscitur expendisse. Cui S. Sebastianus dixit: Si hoc tu integrum habere volueris, te ipsum frangis. Chromatius dixit: Quid enim? Mathesis aut *c* ephemeris aliquo sacrificiorum usu coluntur, cum tantum eis mensium et annorum cursus certo *d* numero per horarum spatia distinguuntur? et lunaris globi plenitudo vel diminutio, digitorum motu, rationis magisterio, et calculi computatione prævidetur? S. Polycarpus Presbyter dixit: Illic signa Leonis et Capricorni et Sagittarii, et Scorpionis, et Tauri sunt; illic in ariete Luna, in Cancro hora, in Jove stella, in Mercurio tropica, in Venere Mars, et in omnibus istis monstruosis dæmonibus ars Deo inimica cognoscitur. Ista Christiani ita recusant, ut non solum ipsi non habeant, non colant, non credant, non teneant, verum etiam nec amicos illos habeant, qui hujuscemodi nugis suum occupant pectus? Omnia enim ista falsa deceptionisque ministra sunt: similitudo in eis veritatis est, non ipsa veritas.

Cubiculum vitreum ad usus astrologiæ judiciariæ factum,

monet confringendum.

55 Dicit ei Chromatius: Quid? quod nonnunquam futura prænuntiant? S. Sebastianus dixit: Ista omnia vanissima esse et falsissima, Christo revelante cognovimus, quæ tibi nunc manifestius aperiemus. Præcipe hodie ad te matheseos venire doctorem, cui dicas, illo tempore te asperis casibus laborasse, et inquire per quas stellas hoc tibi evenerit mali; responsa ejus erunt procul dubio talia, quod tempus tuum a malitioso Marte susceptum est, aut Saturnus *e* apocatasticus fuit, aut annus tuus ex diametro susceptus est, aut *f* climacterica tibi in centro sunt nata, aut *g* syndetus fuit cum malo, aut invisibilis aut in *h* schemate, aut immobilis circa te extitit cursus in stellis. Hæc et his similia cum dixerit, rationis tibi verisimile assignare nititur aliquid et probare. Age nunc, interroga alterum mathematicum, cui ipsas horas ipsumque tempus in bonis tibi exuberasse casibus dicas, illico videbis eum tibi rationabilia schemata infinita afferre, quibus approbet, quia in ipsis tibi temporibus evenire debuerant bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diversas et varias caussas accipit, ex quibus occasionem capit dicendi quod voluerit.

fallaciam astrologorum ostendit.

56 Nam futura dum penitus prævidere non possunt, climactericas dicunt, id est, naturæ rei incerta profuga. Nam diversis temporibus nati uno naufragio pereunt, et una hora diei vel noctis exorti, alter ad mendicitatem deponitur, ascendit alter ad regnum: et in uno prælio innumerabilis multitudo prosternitur, et uno die, imo uno *i* puncto, in una domo, duæ feminæ, pudicissima altera, altera efficitur impudica: utriusque stellæ si meritum contulerint, nec meretrix vituperanda est, nec casta laudanda. Certe legum latores et Principes sacra sua prævaricata puniunt, et ideo forum, ideo judex, ideo jura, ut justi laudentur recte, et injusti merito puniantur. Et hoc nolo ut otiosum existimes, quod te ipsum nondum salvatum attendis. Nam si ex integro a te inimici generis humani cæremonias abjiceres, internetipso quod verum est didicisses.

vanitatem ejus solis [illegible]

57 Audiens hæc Chromatius dixit: Verus ille Deus est, qui vos tales probatur habere cultores. Nam omnis sermo vester ita rationibus affluit, ut et pecudum ad rationem veram mentes inclinet. Unde etiam hoc ipsum quod ad ornatum domus visus sum excepisse, ne impediat saluti meæ ejus incolumitas, dissipetur. Credo enim, et hæc fides mea est, quod his omnibus quæ Christianitatis lex abominatur et prohibet, si a me ex integro separavero, et præsentem merear salutem consequi et futuram.

Chromatio permittente ut confringatur.

58 Audiens hæc filius ejus Tiburtius dixit: Nulla patior ratione hoc opus pretiosum et præcipuum et incomparabile dejici. Sed ne paternæ saluti videar venire contrarius, deferantur duo clibani et accensi ante januam cubiculi præparentur, ut dum destructum ab eis fuerit, et pater meus non receperit sanitatem, ambo in singulis clibanis ardentibus demergantur. Audiens hæc pater ejus, prohibebat fieri. Sancti vero non solum non metuebant propositum exitium, verum etiam constanter præparari clibanos hortabantur.

Tiburtius mortem minatur si fallendo [illegible].

59 Tunc accesserunt ad universa idola crystallina et holovitrea, et omne opus illud mechanicum, et subito: dum sanctorum manibus frangerentur, apparuit ante oculos Chromatii juvenis, cujus facies flammeo radiabat aspectu et dixit ei: Misit me Dominus meus Jesus Christus, cui credidisti, ut omnium membrorum tuorum recipias sanitatem. Ad hanc vocem sanissimus redditus cœpit currere post juvenem, ut pedes ejus oscularetur. At ille dixit ei: Vide ne contingas me, quia nondum baptismatis sanctificatione a squaloribus ablutus idolorum. Videns hæc Tiburtius filius ejus, advolvitur ad pedes S. Polycarpi. Ipse autem Chromatius Præfectus astringebat plantas B. Sebastiani, et ambo una voce clamabant: Verus Deus est Christus, verus et omnipotens unigenitus filius Dei, quem prædicatis boni ministri ejus.

Apparet ei Angelus, et sanatur.

Tiburtius nondum baptizatus [illegible].

petit cum filio baptismum.

a *M.* mechanice stare videtur constructa. b *MS.* *Bap.* talenti. c Ἐφημερὶς proprie diarium est, sive res actione quæ per dies descripta. d *MS.* *Bibl.* pondere pensentur et tendantur. e *Ita MSS.* plerique. Tempus quo sol (*iliusve planeta*) in eamdem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium cœperat, ἀποκατάστασις vocant studiosi rerum cœlestium. *Columella:* *Potest ergo et revolutio Saturni planetæ ad principium* [illegible] *ut* [illegible] ἀποκατάστασις *dictum ejus* [illegible]. *M. MS.* *P. p.* [illegible] apocastatis, *Brechius* apastaticus, i. est, retrogradus, *aut potius* contrarius, in aliis.

Apocastasis planetarum.

f Κλιμακτῆρες *dicuntur anni senes* [illegible], *quod est gradus.* [illegible] *ipse Plinius videlicet* 7 *cap.* 49. Rursus Esculapii secte, *inquit*, quæ stata vitæ spatia a stellis accipi dicit, sed quantum plurimum tribuat, incertum est. Rara autem esse dicunt longiora tempora: quandoquidem momentis horarum insignibus lunæ dierumve septem atque novem quæ nocte ac die observantur, ingens turba nascatur. Scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non fere ita genitis [illegible] annos excedentibus. Primum ergo [illegible] [illegible]. [illegible] experimenta et exempla recentissimi [illegible] quem nostra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani pater filiusque Censores egerunt. *Et quibusdam interjectis exemplis, subdit:* Acri mortalitatis inconstantia: Homerus eadem nocte natos Hectorem et Polydamanta tradit, tam diversæ sortis viros. C. Mario Cn. Carbone III. Coss. ad quintum Kalend. Junias, M. Cœlius Rufus et C. Licinius Calvus eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo, sed tam dispari eventu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie evenit, pariterque domini ac servi gignuntur, Reges et inopes.

Climacteres.

Horoscopi [illegible] [illegible].

g *Brechius et quidam codices* [illegible], *al.* syndeticus, *al.* syndetes, *alii recte* syndetos *et* syndetus, *id est, colligatus, conjunctus, forte* syndesmus [illegible]. h *Quidam codices* schemate [illegible] *Brechius hoc omisit.* i *M.* puncto diei.

CAPUT XVII.

Chromatii et Tiburtii baptismus.

Tunc B. Sebastianus dixit Chromatio: Sicut ipse nosti,

[illegible] principatum primae cohortis ago, sed utrum sit [illegible] Ad hoc [illegible] sub chlamyde [illegible] fides fecerat [illegible] Tu autem amplissimae potestatis [illegible] Eodem itaque die mittit ad amicos [illegible]

61 [illegible]

62 [illegible]

63 [illegible] Illi qui Deum inci- [illegible]

CAPUT XVIII.

Chromatius praefectura Urbis abdicata persecutionis tempore Christianos alit.

E [illegible]

65 [illegible]

[illegible] Maximiano et Aquilino Consulibus, facta est persecutio talis, ut nullus emeret vel venumdaret aliquid nisi qui [illegible] positis in eo loco, ubi emendi gratia ventum fuisset, thus exhibuisset in- [illegible] Circa [illegible] circa vicos, circa nymphaea quoque erant positi compulsores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipsam [illegible] tribuerent, nisi qui [illegible]

66 Tunc S. Caii Episcopi consilio [illegible] Chromatius illustris vir [illegible] Christianos in domo sua suscepit, et universos [illegible] et nullus omnino sacrificandi necessitati succumberet. Verum quia tanta [illegible] Christianitatis [illegible]

67 [illegible]

nisi Maximianus Herculeus *illi subrogatus, qui anno sequenti, Christi 287, secundum consulatum gessisse legitur. Iis ergo Coss. cum superiore anno occisus esset Carinus, vehemens commota persecutio in Occidente.*

f *Ita S. Gregorius Turonen. lib. 1, hist. Franc. cap. 5.* Ille (*Chus*) primus statunculam adorandam diaboli instigatione constituit, *alii* statunculum *legunt, et* staticulum, *uti et hic, estque staticuli nomen etiam Tertulliano usurpatum. Brochius* statunculis, hoc est, parvis idolorum statuis.

g *Insulæ in urbibus sunt domus undique viis clausæ, atque ab aliis separatæ, uti marinæ insulæ undique aquis ambiuntur. Suetonius in Nerone cap. 16,* et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur, *et in Julio cap. 41.* Recensum populi nec more nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit. *In veteri descriptione Urbis ad singulas regiones, numerus exprimitur insularum.* h *Al.* nymphas. *In eadem descriptione Urbis præter* balnea, lacusque *aliquot recensentur* nymphæa. i *Al.* quod latex subterfluit, in quo erat latice pisceis *etc. inepte corrupta lectio.* k *MS. Rip.* recreandos *al.* confirmandos. l *Al.* locum.

CAPUT XIX.

SS. Sebastiani, Tiburtii, et aliorum præclara facta in Urbe.

Remanserant autem cum venerabili Caio Papa hi, Marcellianus et Marcus, simul quoque et pater eorum vir clarissimus Tranquillinus; item B. Sebastianus, et pulcherrimus juvenis, sed et mente pulchrior, S. Tiburtius, et Nicostratus ex Primiscrinio cum fratre suo Castorio, et cum conjuge sua, Zoe nomine, item Claudius cum Victorino fratre suo et cum filio suo *a* Symphoriano qui fuerat a morbo hydropis liberatus. Hi tantum, universis cum Chromatio proficiscentibus, cum Caio Episcopo remanserunt; Marcum et Marcellianum diaconii honore sanctificavit, Tranquillinum vero patrem eorum, fecit Presbyterum. S. Sebastianum autem, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Defensorem Ecclesiæ instituit, ceteros vero Subdiaconos fecit.

69 Sed quia tutus nullus inveniri poterat locus ad latebram *b* confovendam, morabantur omnes apud Castulum quemdam Christianum *c* Zetarium palatii qui Castulus ibidem in palatio, in superiori loco et valde altissimo commanebat. Ideo autem hæc apta mansio probabatur, quia et ipse Castulus cum suis omnibus Christianissimus erat, et lex data de sacrificiis cum ubique sui fervore desæviret, in illis qui palatio adhærebant, quia nec suspicio de eis esse poterat, celabatur. Erant ergo, ut diximus, omnes hi morantes cum sancto Papa Caio apud Castulum Zetarium, in ipsis superioribus palatii, et die noctuque gemitibus ac fletibus, et jejuniis atque orationibus occupati, exorabant Dominum, ut digni haberentur tolerantia confessionis ejus in numero sanctorum Martyrum sociari.

70 Ascendebant autem ad eos occulte religiosi viri et religiosæ feminæ, et a Sanctis diversas sibi sanitatum gratias impetrabant. Corroboratos namque veræ fidei firmitate et solidato fundamento virtutum, sanitatum gratia prosequebatur. Nam et cæcorum oculi illuminabantur eorum precibus, et sanabantur infirmi, et ex obsessis corporibus dæmones pellebantur.

71 Interea dum hæc aguntur, transiens B. Tiburtius occurrit homini qui de alto lapsus, et caput et omnia membra quassaverat, ita ut de sola sepultura ejus agerent hi, quorum filius esse dignoscebatur. Tunc dicit eis flentibus: Permittite me *d* præcantare ei, forsitan recuperabit sanitatem. Cumque omnes dedissent spatium, accessit juxta eum, et dicens supra vulnera ejus lente orationem Dominicam et symbolum, ita solidata sunt ossa ejus, et caput et omnia viscera, ut quasi nihil ei evenisset, ita factus sit incolumis.

72 Hæc itaque cum fecisset cœpit ire. Tenebant autem illum parentes ejus dicentes: Veni et habe eum servum et omnia bona nostra tibi tradimus cum eo, quia ipsum unicum, quem habebamus, nobis jam mortuum reddidisti vivum. Dicit eis: Si ea quæ vobis dixero feceritis, magni pendam mercedem sanitatis hujus. Dicunt ei parentes ejus: Nosmetipsos si servos habere digneris, contraire non possumus; quinimo et optamus, si ipse judicaveris dignum. Tunc apprehendens manus eorum, segregavit eos a turbis, et indicavit eis virtutem nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Papam Caium, et dixit: Venerabilis Papa ac divinæ legis Antistes, ecce quos per me hodie lucratus est Christus, in quibus fides mea velut arbuscula novella, primum prorupit in fructum. Tunc S. Caius Episcopus baptizavit eos, hoc est, juvenem cum parentibus suis, Deo gratias referentes.

et ad S. Caium adducit baptizandos.

a *Is supra* Felicissimus *appellari videtur. At MSS. omnes, præterquam Ripatorii,* Symphorianum *hic habent, quem alii* Symphronianum, *alii* Symphromanam *vocant. Inscriptus est Martyrologio 7 Julii, at* Felicissimus *et* Felix *2. ejusdem.* b *MS. Rip.* continendam. c *Quid zetæ sint, aut zætæ, quibus* Zetarius *præerat, supra dictum ad cap. 3, b.* d *Al.* incantare *al.* decantare.

CAPUT XX.

SS. Zoes, Tranquillini, et aliorum cædes.

Verum quia multum est si velimus ea prosequi quæ et quanta per eos fecerit Christus, qualiter unusquisque ad palmam martyrii venerit tantummodo expluemus. Beatissima Zoe in Apostolorum natale dum ad *a* Confessionem Petri Apostoli oraret, ab insidiantibus paganis arctatur, duciturque ad Patronum regionis *b* Naumachiæ, at compellitur Martis *c* statunculo, quod illic stabat, thuris guttas incendere. Tum illa respondit: Mulierum Marti sacrificare compellitis, ut ostendatis Martem vestrum muliebribus delectari. Sed ille impudicissimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi vero tropæum fidei in fronte portanti non poterit prævalere. Non enim ego meis contra eum viribus luctor; sed in Domini mei Jesu Christi confidens, et vos et illum pariter ridendo contemno. Tunc Patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, et per quinque dies fecit eam nec lumen videre, nec cibum nec potum accipere. Solum vox ejus qui eam illic incluserat audiebatur dicentis: Ibi morieris fame, et siti, et cæcitate, nisi te libaturam repromiseris Diis.

74 Sed cum pertransissent sex dies suggesserunt de ea Præfecto sævienti: qui jussit eam a collo et capillis in arborem excelsam suspendi et subter fumum ex sterquilinio adhiberi. Statim autem ut suspensa est, in confessione Domini emisit *d* spiritum. Illi autem auferentes corpus ejus saxo ligaverunt et Tiberis alveo immerserunt, dicentes: Ne Christiani corpus ejus tollant, et faciant sibi illam deam.

75 Igitur celebrato martyrio ejus, venit in somnis B. Sebastiano, et narravit ei qualiter martyrium Domini suscepisset. Quod cum narrasset S. Sebastianus, proripuit se S. Tranquillinus, dicens: Feminæ nos ad coronam præcedunt, ut quid vivimus? Ipse quoque descendens Apostolorum natalitii octavo die, ad B. Pauli Confessionem accessit: nihilominus et ipse perpessus insidias tentus est, et a populo lapidatus *e* mortuus est, et corpus ejus Tiberino gurgiti mancipatum est.

76 Item Nicostratus et Claudius una cum Castorio et Victorino et Symphoriano, dum corpora Sanctorum per ora Tiberina requirerent, a persecutoribus tenti sunt, et ad Urbis Præfectum perducti. Erat Judex Fabianus, qui eos hortabatur ad sacrificandum, et per decem dies minis eos et blanditiis agens in nullo penitus potuit commovere. Tunc fecit de iis suggestionem Imperatoribus, qui jusserunt eos usque tertio torqueri. Cumque nulla ratione tormentis compulsi cederent, jussit eos in medio mari præcipites dari. Immensis igitur arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, et in loco mundo inter aquas *f* coronam martyrii celebrarunt. Insidiabantur itaque infideles fidelibus, et iniquo furore vexati Christianum non poterant nec nomen audire.

a *Confessio est ...* [illegible]

b *Patres*

... fuerunt in Urbe ... Dominica ... 13 ... 14 Transtiberim. Et Baronius an. 286 num. 13 hoc trans- [illegible] ... ad requirendos Christianos [illegible] ... [illegible] *17 Jul.*

CAPUT XXI.
S. Tiburtii martyrium.

Interea dum S. Caius Episcopus ... [illegible] ... Christianum ... [illegible] ... apostata exstiterat et erat fraudulentus in omni ... [illegible] ... B. Tiburtio viro scholasticissimo ... [illegible] ... frequenter ... [illegible] ... super ... [illegible] ... et Judæis ... [illegible] ... hymnis Dei ... [illegible] ... B. Tiburtio ... [illegible] ... S. Tiburtium ... [illegible]

78 Fabianus conversus ad S. Tiburtium dixit ... [illegible] ... S. Tiburtius dixit: Torquatus ... [illegible] ... sectatorum videlicet Christi ... [illegible] ... Christiani dicti ... [illegible]

79 [illegible] ... S. Tiburtius dixit: Ego ... [illegible] ... Christus ... [illegible]

lenti Judice, porrigit, et ut dæmonis cervices nostris inclinemus, hortatur. Videmus vultum tuum, videmus cruentum consilium, et scelerata arte verborum venena tua ... antuentur. ... crudelissimus ... carnificis officio ... Judicem ... suspende Christianos ... universa tormenta adhibe, bene nos accepisti. Si ex hanc ... hoc ... totus est mundus ... supplicium, evadimus mundi carceres ... ignes, majores horum ... Denique quidquid libet, ... est pœna, ubi ... est conscientia.

80 Fabianus Præfectus dixit: Restitue te generi tuo, et ... Nobilis enim natus ad tantum devolutus es facem, ut ... velis et supplicium ... et ... subire et mortem. S. Tiburtius dixit: O prudentissimum virorum, et Romanis ... est ... Venerem, et ... Jovem, et Mercurium ... et Saturnum ... [illegible] ... generositatis ... [illegible]

81 [illegible] ... B. Tiburtius ... [illegible] ... Deus ... [illegible]

82 [illegible]

CAPUT XXII.
SS. Castuli, Marcelliani, Marci, cædes.

P[illegible] ... Torquatus ... [illegible]

84 Tunc ... Marcellianus et Marcus, et ... [illegible] ... Fabianus ...

Tamdiu fixis stabitis plantis, quousque diis debitum redhibeatis officium. Tunc ambo fratres in uno ligno confixi psallebant dicentes : Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum. Dicit eis Fabianus : Infelices et miseri deponite amentiam vestram, et liberate vosmetipsos a cruciatibus imminentibus super vos. Cui respondentes ambo dixerunt : Numquam tam bene epulati sumus : modo cœpimus esse fixi in amore Christi. Utinam nos sic esse sicut sumus, tamdiu permittas, quamdiu hujus tegimur corporis indumento. Cumque transisset una dies et una nox, et illi in psalmis et hymnis perseverarent, jussit eos ambos ubi stabant lanceis per latera verberari et ita per martyrii gloriam *b* ad siderea regna migraverunt. Item sepulti sunt et ipsi in via Appia, miliario secundo ab Urbe, in loco qui vocatur Ad arenas, quia cryptæ arenarum illic erant, ex quibus Urbis mœnia *c* struebantur.

exultant in cruciatu

lanceis confodiuntur.

a 26 *Martii*. b 18 *Jun*. c *Al.* instruebantur

CAPUT XXIII.

S. Sebastiani gloriosum certamen.

His ita gestis B. Sebastianus ab insidiantibus conventus est; et quia, ut diximus, videbatur sub chlamyde latere, cum miles esset dignissimus Christi, suggessit de eo Præfectus Diocletiano Imperatori. Quem Diocletianus ad se convocans, ait : Ego te inter primos palatii mei semper habui. Et tu contra salutem meam in injuriam Deorum hactenus latuisti. S. Sebastianus dixit : Pro salute tua semper Christum colui, et pro statu Romani orbis illum, qui in cœlis est, semper adoravi, considerans a lapidibus auxilium petere insani capitis esse et vani. Tunc iratus Diocletianus jussit eum duci in medium campum, et ligari quasi signum ad sagittam, et jussit ut sagittarii eum *a* figerent. Tunc posuerunt eum milites in medio campo, et hinc inde eum ita sagittis repleverunt, ut quasi ericius ita esset *b* hirsutus ictibus sagittarum.

S. Sebastianus comprehenditur

86 Æstimantes autem illum esse mortuum abierunt. Tunc relicta Martyris Castuli Zetarii, nomine *c* Irene, abiit nocte, ut corpus ejus tolleret et sepeliret. Et inveniens eum viventem adduxit ad domum suam in *d* scala excelsa ubi manebat ad palatium, et ibi intra paucos dies salutem integerrimam recuperavit in omnibus membris.

a vidua S. Castuli curatur

87 Cumque omnes Christiani ad eum convenirent, hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione facta descendit, et stans super gradus *e* Heliogabali, venientibus Imperatoribus dixit : Iniquis subreptionibus animos Imperii vestri templorum Pontifices obsident, suggerentes de Christianis falsa commenta, dicentes eos Reipub. esse adversarios; quorum orationibus ipsa Respublica melioratur, et crescit; qui pro Imperio vestro et pro salute Romani exercitus orare non cessant. Cum hæc et talia diceret, Diocletianus ait : Tune es Sebastianus, quem nos dudum sagittis jusseramus interfici? S. Sebastianus dixit : Ad hoc me Dominus meus Jesus Christus resuscitare dignatus est, ut conveniam et contester vos coram omni populo, injusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullisse.

88 Tunc jussit eum in *f* hippodromo palatii duci, et tamdiu *g* fustigari, quamdiu spiritum exhalaret. Tunc tulerunt corpus ejus nocte, et in *h* cloacam Maximam miserunt dicentes, ne forte Christiani eum sibi Martyrem faciant. Tunc B. Sebastianus apparuit in somnis S. Lucinæ cuidam matronæ religiosissimæ dicens : In cloaca illa, quæ est juxta Circum, invenies corpus meum pendens in *i* gompho. Hoc tu dum levaveris perduces ad *k* catacumbas et sepelies in initio cryptæ juxta vestigia Apostolorum.

89 Tunc B. Lucina ipsa per se cum servis suis medio noctis abiit, et levans eum posuit in *l* pavone suo, et perduxit ad locum, ubi ipse imperaverat, et cum omni diligentia sepelivit. Ipsa autem sancta Lucina per xxx dies a loco sancto ipso non discessit.

90 Post aliquantos autem annos pax Ecclesiæ est reddita : quæ statim ut Ecclesia gloriam pacis accepit, domum suam *m* fecit ecclesiam. Cui omnes suas opes ad Christianorum requiem relinquens, fecit ipsam ecclesiam hæredem in Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto æqualis vivit et regnat in unitate virtutis in secula seculorum, Amen.

Lucina domum suam in ecclesiam convertit : omnia sua bona dat Ecclesiæ

a *Al.* sumerent, *al.* fuerent *al.* exsuerent; *al.* in eum jacerent
b *Al.* insutus; *al.* insitus. c *Plurimi codices* Hirene, *Raban.* Herene; *Al.* Herena; *al.* Ærena d *Al.* insulam excelsam
e *Ubi hi fuerint* Gradus Heliogabali, *sive* Elagabali, *colligi ex Lampridio potest, qui in Antonino Heliogabalo ita scribit* : Heliogabalum in Palatino monte juxta ædes Imperatorias consecravit eique templum fecit... id agens ne quis Romæ Deus nisi Heliogabalus coleretur. *Hujus numinis Dei sacerdos fuerat Antoninus ille.*
f *Aliqui codices* epidromo, *quidam* hypodromo, *alii recte* hippodromo
g *Rabanus et alii* fatigari, *al.* fustibus cædi.
h *De cloacis Urbis plane admirandis consule Baronium in Notat. ad Martyrol.* 26 *Aug. & Andream Fulvium Antiquitat. Roman lib.* 3, *cap.* 30. *Plinium lib.* 36 *cap.* 15
i *Brechius et plerique codices* in unco. *Uncum hunc esse vult Baronius, quo ad cloacam pertractum erat Martyris corpus, ut pote solitum pluribus veterum testimoniis probat. Lampridius in Commodo* : Carnifex unco trahatur: *alibi* : carnifex Senatus more majorum unco trahatur. *Et in Heliogabalo* : Per plateas tractus est sordidissime, per cloacas ductus, et in Tiberim submissus est. *At cum impactus esset corpori uncus, qui ex unco pendebat? an uncus multiplex in uno, veluti quo e puteis profundiora ea quæ inciderunt extrahere mos est, sicque unco fortassis dens unus infixus? Verum ni fallimur, lectionem quidam codices commonstrant, in quibus* gumpho *et* gonpho *scriptum. Legendum* in gompho. *Est* γόμφος clavus, *vel* junctura. *Ita Statius* 4. *Silv. de via Domitiana* :

Tunc umbonibus hinc et hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis,

conneris nimirum, ne dissociaentur et ab invicem divellantur lapidibus. Tertullianus in apolog. Cervices ponimus ante plumbum, et glutinum et gomphos. *Franciscus Zephyrus* Pan ipmastes majores clavos *reddit. Eadem vox infra in S. Thyrsi martyrio. Hic ergo eminens uspiam e muro clavus, aliudve ferramentum firmandis lapidibus adhibitum videtur debere intelligi.*
k *De catacumbis vel catatumbis legi potest Baronius in Notis ad Martyrol.* 3 *Janu. c. et* 20 *Janu. b.* l *Al.* papilione, *al.* pagone. *Sur.* pilento, *sicque legendum contendit Monachus. De pavone sive pabone, consulitus* 16 *Janu. ad vitam S. Marcelli cap.* 5, *litt.* a
m *De hac re agitur in eadem S. Marcelli vita.*

Gradus Heliogabali

Uncus in cadaveribus

Gomphus

TRANSLATIO S. SEBASTIANI

Auctore Suessionensi monacho anonymo

ex veteri MS. Vesontionensi eruta

A PETRO FRANC. CHIFFLETIO SOC. JESU.

CAPUT I.

Hilduini in Urbem legatio

Anno incarnati verbi octingentesimo quarto decimo, divæ memoriæ Hludowicus Cæsar Imperator Augustus, Karoli Magni filius, post lacrymanda seculis omnibus patris fata suprema, totius monarchiæ principatum, Francorum præjudicio, adeptus; nullo adversum se opposito, compacti regni sceptris fruitus, ac stemmate donatus, universis quaquaversum applaudentibus, paterno est solio collocatus. Qui cum per immensæ dignitatis gloriam fascibus Imperialibus præpolleret, beatarum virtutum, quibus numquam exui prævaleret immortalibus infulis magnificentius exornare procuravit, præcipue memoriam ac patientiam in omni actione sua circumplexus; sed et futurorum nominum quam præsens. Hic inter cunctos Imperii sui primates, quos consilio suo asciverat, Hilduinum Abbatem reverentissimum, virum quoque omni probitatis genere permodestum, omnique sagacitate et industria præditum, justitia conspicuum, sanctitate præclarum, infantum

CAPUT II.

Rodoini consilium de petendis Roma reliquiis.

Me[dardo] suadente Hilduino ut aliquas reliquias petat.

a Ruban vero ad Lauram redit magnus Euthymius, et aliquando quidem una sabbathorum, ille quidem Deo ministrabat, et incruentum obtulit sacrificium, Domitianus autem adstabat ad dexteram cum mystico illo ventilabro. Cum vero jam esset concinendum Trisagium, Terebonque Saracenus, et Chrysippi frater Gabrielius, alter quidem prope, alter vero stans inter aram, (o magnam Christe tuam in Euthymium gratiam!) vident ignem, veluti in quodam diffusum linteo, desuper descendentem, qui etiam ipsum magnum Euthymium, et cum eo Domitianum intus complexum, sic circa ipsos permansisse ab initio trisagii usque ad completum sacrum ministerium. Terebonem autem ait metu correptum et exterritum, ab ara recessisse, et non amplius *b* audacter temere esse ingressum adyta, sed in templi constitisse vestibulo cum magna in sanctos reverentia, ut mihi postea narravit Cyriacus Anachoreta, qui hæc audierat a Terebone et Gabrielio, qui viderant.

79 Non hoc autem solum, sed hæc quoque mihi retulit de Gabrielio, quod esset quidem natura eunuchus, post viginti vero et quinque annos accedebat tunc primum ad synaxim Fratrum. Præterea hoc quoque renuntiatum est a Patribus, a Deo datum esse Euthymio, ut internos animi motus ex externo adspectu veluti per quoddam speculum intelligeret, et accurate cognosceret, et cum quibusnam quisque [illegible] cogitationibus, et quasnam quidem superaret, a quibusnam autem maligni instinctu superaretur.

80 [illegible] Fratribus, [illegible] quod sæpe videret terribilem Angelorum [illegible] Deo ministrantem [illegible] et quod in Dominici corporis sumptione [illegible] quidem [illegible] accedebant videret [illegible] illuminari, aliquos autem videret obscurari et morte affici, [illegible] splendore. Quamobrem non cessabat testificari Fratribus, et illud Apostoli optime admonere, [illegible] attendat [illegible] panem [illegible] quod judicium sibi comedit et bibit, qui eum indigne sumit. [illegible] Sacerdos [illegible] Sursum habeamus corda [illegible] oblationem.

81 Qua etiam perfecta, ille etiam rursus manus in [illegible] pro nostra salute mysterium, clara voce [illegible] Sancta sanctis [illegible]

[illegible]

CAPUT XIV.

Eudociæ Imperatricis ab hæresi ad orthodoxam fidem reductio.

Capta ergo fuit, ut jam ante ostendimus, improbi Theodosii loquelis Beata Eudocia, et a Catholica communione sejuncta, et de cetero toto studio contendebat adversus Orthodoxos. Induxit autem omnes quoque monachos, qui habitabant in solitudine et in sancta civitate, et persuasit ut eadem, quæ illa, tuerentur et probarent. Postquam vero justitia aggressa est Theodosium, et ille quidem procul abest, Juvenalis autem suam Sedem recipit, et ei dissolvuntur quæ Ecclesiis afferebant molestiam, *a* Valerii fratris et *b* Olybrii generi sæpe mittuntur litteræ ad Imperatricem Eudociam hac de caussa, ut Eutychianistarum rejecta communione, sequatur ea quæ decreta fuerunt ab Ecclesia Catholica. Illa autem primum quidem cunctabatur, et differebat mutationem, neque sciebat quemadmodum admitteret ea quæ sibi visa fuerant.

83 Postquam vero *c* in Thracia intellexisset suum *d* generum fuisse interemptum, *e* filiamque et ejus filias esse in potestate hostium, et captivas abduci Carthaginem, corde valde sauciata, et rerum carissimarum amissione ea esse repensa arbitrata, invenit calamitatem magistram ejus quod recte habet. Ipsa enim, inquit, mea disciplina me docebit et rectam et veram fidem per illam deducta, statuit deinceps viris divinis vacare, ab eis instructa, et utens ducibus ad salutem. Et ideo Anastasium *f* Chorepiscopum cum quibusdam aliis, qui ei inserviebant, mittit Antiochiam, ad *g* Simeonem Κιονίτην, id est, in columna habitantem, qui erat multo aliis [illegible] virtute, quam columna, et vere totius orbis [illegible] per litteras significans, rogans [illegible] ab illo rursus acciperet, quænam sua esset sententia. Quidnam autem respondit? Scias, inquit, [illegible] tritieum, et per pestiferum illum Theodosium [illegible] corrupit animum. [illegible] Non enim defecit fides tua. Mihi autem succurrit [illegible] procul vero [illegible] aquam haurire. Habes autem divinum Euthymium [illegible] salute.

84 His auditis, non [illegible] Eudocia, neque [illegible] Sed [illegible] intellexisset eum esse constitutum non ad civitatem aliquam accedere, turrem in solitudine, quæ versus Orientem [illegible]

[illegible] monasterium.

85 [illegible] Imperatrix Eudocia [illegible]

[illegible]

Auctore Cyrillo monacho

fuisti una cum Theodosio, propterea tibi molesta evenerunt in rebus carissimis. Sed ut per totam vitam abstineas ab hac a ratione aliena contentione, oportet te præter tres sanctas et œcumenicas Synodos, nempe Nicænam, quæ convenit adversus Arium, et Constantinopolitanam, quæ ipsa quoque congregata fuit adversus Macedonium, et Ephesinam prius adversus Nestorium, accipere etiam decretum, quod fuit editum ab ea, quæ nunc fuit congregata Chalcedone : et cum te separaris a communione Dioscori, Juvenali Hierosolymitano Archiepiscopo omnino communicare, et cum eo omnino consentire.

monitis ejus acquiescit

86 Cum hæc quidem dixisset, et precatus esset pro Imperatrice, et deinde ei vale dixisset, recedit. Illa autem statim re ipsa est executa ea, quæ mandata fuerant : sanctamque ingressa civitatem, Juvenali et Catholicæ communicat Ecclesiæ, magnamque et frequentem inducit multitudinem monachorum et laicorum, ut quæ sicut dissensionis, ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam unus Archimandrita Elpidius. Nam Gerontius cum in malo maluisset consenescere, non sibi solum, sed multis quoque aliis fuit caussa interitus. Cui viam similem et similiter ducentem ad exitium duo quidam ingressi sunt Elpidii conventus *k* Marcianus et *l* Romanus : et construxit uterque monasteria; unus quidem circa sanctam Bethleem, alter vero in vico *m* Theocorum.

multos secum ad Catholicam Ecclesiam reducit.

87 Et beata quidem Eudocia accersit e Laura Fratres custodis Crucis, nempe *n* Chrysippum et Gabrielium, et efficit ut ordinentur Presbyteri. Et Chrysippus quidem cum fuisset in presbyteratu insignis, reliquit scripta digna quæ mandentur memoriæ. Gabrielio autem committit præfecturam monasterii *o* Stephani Protomartyris. *p* Bassa autem pia et Dei amans, cum Andream fratrem Stephani Jamniæ Episcopi e Laura accersivisset, eum pastorem efficit et præfectum monasterii, quod ab ea fuerat ædificatum; ædificatum autem fuerat in nomine *q* Menæ Martyris.

a *Græce* Ἀλέριον. *Ejus meminit Nicephorus lib.* 15, *cap.* 12, *per quem et Olybrium, ambos Patricios, Eudocia reconciliata est S. Pulcheriæ Imperatrici, de qua agimus* 10 *Sept.*

Olybrius Imperator.

b Olybrius *populi Romani Princeps, ex urbe Roma a Genserico Rege Wandalorum capta Constantinopolim profugus, erat apud Marcianum Imperatorem. Huic desponsata tum erat Placidia, neptis Eudociæ, filia Valentiniani Imperatoris ex Eudoxia Eudociæ filia. Evagrius lib.* 2, *cap.* 7. *Nicephorus lib.* 15, *cap.* 11 Olybrius *dein* Marciano et Festo Coss. Indictione X, *an.* 472 Anthemio *in Imperio Occidentali* substitutus, septimo mense imperii sui vita defunctus est. *Marcellinus in Chron.* c *Græce* ἐν θράκῃ, *mendum, reponimus* ἐκ θράκης, ex Thracia, *scilicet* intellexisset

Roma a Genserico capta.

d Valentinianus *Imperator, dolo Maximi in Campo Martio confossus est XVI Calend. Aprilis an. Ch* 455. e *Eudoxia in necem Maximi Gensericum in Italiam evocarat, a quo Urbe capta ipsa etiam captiva in Africam abducta est cum duabus filiabus, quarum altera desponsata Olybrio, cum matre Constantinopolim remissa est an Ch.* 462 *Altera Eudocia nupta Hunerico Genserici filio, et Hildericum peperit. Tandem clam dilapsa, in loca sancta profugit an.* 472, *et sepulcrum aviæ Eudociæ longe post exosculata est.*

f *Absolute* Episcopus *dicitur a Nicephoro lib.* 15, *cap.* 13, *ubi eadem hinc narrat.*

g *De S. Simeone Stylita actum* 5 *Januarii.*

h S Sabas venit ad quemdam montem, ubi quondam B Eudocia commanens virtutes magni Euthymii imitabatur. *Ita Cyrillus in Vita S. Sabæ ex interpretatione antiqua MS. cui consentit MS. Græcum, licet perperam apud Lipomanum et Surium in tribus editionibus legatur* celeberrimi Theodosii doctrinæ fructum percepisse : *quorum mala lectione seducti, id supra* 11 *Januar. ad vitam S. Theodosii num* 20, *in prolegomen. annotaveramus.*

i *Extructum id a S. Saba Ejus meminit Moschus cap.* 178

k Marcianus *hic infra num* 123 *sustulit schisma.*

l *Romani et Gerontii in pertinacia exitus infra narratur num.* 123 *et* 124 m *MS. Græcum* Θεκώων, *infra num.* 124. Thecorum *in vita S Sabæ* Thecoum. *ex cujus ruinis* Laura nova *deinde fuit extructa.* n *De his infra num* 103. o *Infra num* 99, *templum S. Stephani curat dedicari. Distabat ab urbe Hierosolyma* non stadio integro *teste Evagrio lib* 1, *cap* 22, *quo in loco saxis obrutus putatur Nicephorus lib* 14, *cap* 30 p B. Bassa semper Eudociæ, ut eadem secum in religione sentiret, molesta erat *Ita Nicephorus lib.* 15, *cap.* 13. *Erat* Bassa *Abbatissa monasterii Hierosolymis, ad quam Pulcheria scripsit, monuitque fallacias Theodosii Pseudoepiscopi evitandas Extat ea epistola e Græcis Latine reddita a Baronio tomo* 6, *an. Ch.* 453, *num* 17, *et seqq*

B. Bassa Abbatissa

q *De S. Mena Martyre agemus* 11 *Novemb*

CAPUT XV.

S. Sabæ tirocinium. S. Gerasimi virtus.

a Octogesimo vero et secundo anno ætatis Euthymii, *b* accedit B. Sabas, cum adhuc esset juvenis, et nec barbæ quidem primam haberet lanuginem, quæ genas contegeret, rogatque ut sub eo maneret, et sub eo se in virtute exerceret. Ille autem primum quidem accipit, Domitiano vero tradit discipulo. Deinde cum eum accersisset, Non oportet, o fili, inquit, te, cum sis adeo juvenis et imberbis, in Laura versari. Magis enim expedit, ut qui tales sunt, vitam degant in cœnobio. Cum hæc dixisset, per quemdam ex Fratribus eum transmittit ad B. Theoctistum, dicens : Accipe adolescentem, et diligenter sub te simul exerceatur et educetur. Nam ut mihi videtur, in exercitationis instituto, et in recte factis erit insignis. Atque ille quidem hæc de Saba prædixit, prædictionem autem congruens quoque consecutus est exitus. Non est enim nunc, non est, non urbs, non regio, non solitudo, in qua illius divini viri res non celebrentur, et simul ei qui dicit, et iis qui audiunt, voluptatem afferant. Quorum quidem non par est in transitu meminisse inter res gestas Euthymii : sed si Deo placuerit, de iis opus integrum conscribemus, quandoquidem neque pium est, neque sanctum, gentilium quidem vitam apud externos columnis honorari et scriptis; nos autem tam præclara facta virtutis digna judicare silentio, et æterna damnare oblivione.

S. Sabas fit monachus sub Euthymio

ejus sanctitas prædicta

89 Oportet autem etiam de magno tractare Gerasimo, et quales ipse dederit regulas et formas iis qui sub ipso exercebantur, et veluti condimentum attexere narrationem, quæ magnam utique habet utilitatem. Hic ergo magnus Gerasimus, qui *c* Jordanis solitudinis civis fuit simul et patronus, cum maximam illic Lauram, quæ non pauciores, quam septuaginta anachoretas habebat, construxisset, et præterea cœnobium in medio ejus optime collocasset; curabat ut, qui introducebantur quidem monachi, manerent in cœnobio, et vitam monasticam exercerent; qui autem crebris et longis se laboribus exercuerant, et ad perfectionis mensuras jam pervenerant, eos in iis, quæ vocantur, cellis collocans, sub hac jubebat vivere regula, ut quinque dies hebdomadæ unusquisque in sua cella sileret, nihil gustans quod esset esculentum, nisi panem et aquam et dactylos; sabbatho autem et Dominica venientes in ecclesiam, cum participarint sanctificata, cocto uterentur in cœnobio, et sumerent parum vini. In cella vero nulli permittebatur aut ignem accendere, aut coctum gustare. Paupertas autem tantæ erat eis curæ, quantæ nihil aliud : et humilitate maxime ornabantur.

S Gerasimi Laura et cœnobium.

Anachoretarum victus et disciplina ratio.

90 Unusquisque vero laborem suarum manuum, qui per hebdomadam ab eis factus fuerat, sabbatho ferens in cœnobium, circa vesperam Dominicæ, hebdomadæ sumptus rursus accipiens, panes, inquam, et dactylos et aquam in vase aliquo et palmas, rursus redibat in cellam. Erant autem adeo remoti ab omni sollicitudine, et a negotiis humanis ita disjuncti, ut nihil haberent præter ea, quibus induebantur, adeo ut non esset secundus amictus. Stratum autem quid erat aliud, quam storea, et quæ solent appellare *d* centonium et *e* embrymium, et vas fictile ad aquam, quod quidem simul sufficiebat ad potum et ad palmas irrigandas?

labor manuum,

amictus, stratum

91 Hæc lex autem eis est optime tradita a Gerasimo, ut exeuntes cellas dimitterent apertas, ut liceret ei qui vellet, ingredi, et quod vellet, accipere ex illis vilibus et ad usum necessariis, nemine prohibente : quinetiam ipsi quoque cernerentur viventes Apostolice, et esset eorum quoque, qui habitabant in solitudine, eis consimiliter cor et anima una : quandoquidem nemo ex iis quæ habebat judicabat esse aliquid proprium, sed omnia eis ex æquo esse communia.

cellæ apertæ.

Act 4. 32

Porro

Porro autem hoc quoque dicitur de anachoretis, cum quidam ad eum accessissent, et peterent ut sibi liceret [illegible] [illegible], et [illegible] sumere et ad lucem [illegible] legere, [illegible] respondentem Gerasimum dixisse: Si sic vultis vivere, multo magis expedit ut vos vivatis in coenobio. Ego enim nequaquam permittam toto meae vitae tempore hoc fieri apud anachoretas.

92 Cum Hierichuntini audirent eorum, qui erant apud Gerasimum, esse [illegible] et omnis solatii expertem vitae institutionem, esseque [illegible] asperam et violentam, hanc sibi legem tulerunt, ut sabbatho et die Dominico ad eos abirent, et eis non modicum afferrent consolationem. Sed hoc quidem est laus Hierichuntinorum, et evidens argumentum animi [illegible] virtutis amantium. [illegible] [illegible], videre erat multos monachos [illegible] propositi et [illegible] velocitates, [illegible], ut [illegible] et [illegible] esset eorum [illegible], ut nec eos quidem in rege [illegible] [illegible] tolerare possent, sed potius ut valde [illegible] eos lugerent et deplorarent. [illegible] pulchre [illegible], perfectae temperantiae [illegible] [illegible] [illegible] et turpes expellere [illegible], et [illegible] non solum verbis, sed etiam [illegible] [illegible].

93 [illegible] illum [illegible] tantum fuisse abstinentiam, ut [illegible] jejunium dies jejunus transigeret, contentus solo Sacramentorum participatione. Cum [illegible] Gerasimus, et [illegible] erant fuisset exemplar [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Martyrius, [illegible] [illegible] [illegible] Zenonis Augusti [illegible]. [illegible] autem [illegible] [illegible] est, [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible]

CAPUT XVI.

Varia miraculorum opera. Mors Eudociae Augustae.

C[illegible] [illegible] [illegible] Martyrius [illegible] [illegible] [illegible]

ipsum longo tempore sunt versati: quos quidem hic vir divinus amplectebatur lege amicitiae, et assidue invitabat ad collocutionem, et ad Cutilam et Rubam secessus et descensus eos quoque similiter faciebat participes. Cum quibus, et una cum Gerasimo et aliis deinceps anachoretis, sanctae illae manus unaquaque Dominica intemerata sumebant sacramenta.

95 Praevidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animae ea quae erant eventura Martyrio et Eliae, nempe fore, ut *f* Jacobi, qui clarus erat in choro Dei spadorum, uterque eorum Sedis sit successor futurus. Post haec vero *g* Elias quidem cum descendisset in Hierichô, aedificavit sibi cellam ante civitatem, quae [illegible] [illegible] paullatim [illegible], [illegible] est in eam quae nunc cernitur monasterium. Martyrius autem speluncam quandam ad Occidentem, quae quindecim stadiis distat a Laura, ingreditur: et cum satis temporis in ea permansisset, magnum quoddam et insigne ibi quoque construxit *h* monasterium.

96 *i* Sequenti autem anno Juvenalis quidem Patriarcha *k* quarto et [illegible] anno [illegible] patriarchatus [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] suffragio ad Sedem [illegible] [illegible], de quo Euthymius [illegible] praedictiones, et de [illegible] praedictiones. Quarta [illegible] [illegible] Phaedum, qui in Lauram cum ipso accesserat, et illas audiverat praedictiones, ordinat Diaconum, et rursus ad magnum illum mittit Euthymium una cum custode Crucis, et [illegible] [illegible], et rogans [illegible] [illegible] [illegible]. Is autem dat haec responsa: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Sed [illegible] [illegible] vester advenit [illegible] [illegible] turba remotus, et separatus [illegible] negotiis. Nunc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

97 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

98 [illegible]

Auctore Cyrillo monacho.

autem aliquando venisset ad eam spectandam, videt Lauram Euthymii positam in media solitudine, et quemadmodum cellæ Fratrum erant a se invicem sejunctæ, et cum illud Scripturæ apud se cogitasset, Quam pulchri sunt pedes Jacob, tabernacula Israel! et ex eo animo esset valde compuncta, ad eum statim mittit Gabrielium, rogans ut sibi permitteretur ad eum accedere, et frui illius sermone et doctrina, et simul etiam Lauræ, eique dare reditus habebat in animo. Causa autem erat, ut Fratribus daretur de cetero sufficiens necessariarum rerum suppeditatio.

Num. 24, 5.

Instantem obitum ab Euthymio intelligit.

99 Ille vero eam sic prius compellat : Cum tuus decessus sit in foribus, cur sollicita es, o filia, et distraheris circa plurima? Illa sint tibi solum parata, quæ pertinent ad excessum ex hac vita. Nostri autem ne memineris, quantum ad reditus et pecunias, sed communis Domini memineris, apud quem rogamus ut tu nostri potius recorderis. His illa auditis, his duabus affectionibus bifariam divisum habuit animum, admiratione et animi ægritudine : illud quidem magni Euthymii tribuens præscientiæ, et quemadmodum quod ipsa de ipso animo agitabat, ille longo ante spatio intelligat; hoc autem propterea, quod ipsa a sua spe excidisset. Volebat enim ei pecunias relinquere et reditus, ut diximus. Hinc vero venit ad sanctam civitatem, et cum Anastasium accersivisset Patriarcham, et ei exposuisset, quæ a divino audiisset Euthymio, ea fecit, quæ illi priori cogitationi respondebant, et erant plane fraterna. Et primum quidem Stephani Protomartyris Christi templum, quod nondum erat plene *o* constructum, dedicat quintodecimo mensis Januarii. Deinde cum ei etiam multum tribuisset reditum, et ejus curam dedisset Gabrielio, neque alias quoque neglexit ecclesias, quæ ab ea ædificatæ fuerant; sed eas quoque valde diligenter obibat, et dedicans, et sufficientem reditum unicuique attribuens. Cum quatuor autem menses jam præteriissent post dedicationem, ipsa quoque, humana vita relicta, *p* excedit ad Dominum.

a *An. Ch. 457.*

b *Agunt de Aluro Evagrius lib. 2, cap. 8. Theodorus Lector lib. 1, Collect. Liberatus in Breviario cap. 15, et potissimum Clerus Alexandrinus et Ægypti Episcopi orthodoxi in epistola ad Leonem Imperatorem, quæ exstat inter epistolas datas a diversis pro Conc. Chalcedonensi par. 3, epist. 22.*

c S. Proterium, *qui colitur 28 Februarii.*

d *A S. Cyrillo edocti fuerunt, ut de S. Elia dixit Anastasio Imperatori S. Sabas, colitur Elias 4 Julii. Martyrii nomen necdum in Fastis sacris legimus, licet* Sanctus et Beatus *passim appelletur, nisi si forte is est, qui cum Rubentio memoratur 17 Janu. in Oriente.* e S. Euthymius cos divinis impertiebatur sacramentis in solitudine Ruba singulis Dominicis, donec venisset dies Palmarum. *Vita S. Quiriaci.*

f S. Jacobum *Apostolum intelligit, fratrem Domini, primum Hierosolymorum Episcopum, de quo 1 Maii.*

g Sicut S. Elias hic monachus vinum non bibit, ita nec Patriarcha factus bibebat, sed eamdem servavit regulam. *Moschus cap. 35.* h *De hoc monasterio agitur infra num. 119, 125, 131 et 138. Ejus mentio fit in Concilio Constantinopolitano sub Menna an. Ch. 536.*

i *Anno Leonis Imp. 2, Christi 458. Baronius obitum refert in annum præcedentem 457 propter hæc verba Vitæ S. Sabæ cursus:* Cum Sabas annum ætatis ageret decimum octavum, quo Marcianus et Juvenalis, ille ab imperio, hic a pontificatu morte desistunt, etc. *Verum locus ille sic legitur in antiqua Vita per Cyrillum:* Eo autem tempore regni apicem Marcianus obtinebat, Hierosolymis autem Juvenalis præsidebat. *Confirmatur obitus S. Juvenalis ratione successionis Anastasii, cujus annus octavus cum Leonis Imper. nono concurrit, et anno ejus 15 obiit S. Euthymius. Vide prolegomena num. 12 et 13.*

Juvenalis Episc. quo anno obierit.

k *Locus hic mendis scatet, ex Herveti versione 14. anno Patriarchatus moritur. Verum anno Ch. 431, interfuit synodo Ephesinæ. MS. Græcum nostrum* Ἰουβενάλιος, ἀπὸ πατριαρχίας τῷ τετάρτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ τῆς ἀρχῆς ἑαυτοῦ καταλύει τὸν βίον. Juvenalis quidem Patriarcha quarto et quadragesimo patriarchatus anno ex hac vita discedit. *Sed sic oporteret consecratum asserere an. Ch. 415. Verum eo anno Joannes Epis. opus mense Decembri reliquias S. Stephani transtulit, cui successit Praylius decessor S. Juvenalis. In Chronico Nicephori assignantur Praylio, quem Paulinum vocat, anni 20, Juvenali 38, sed in utroque mendum est. Quare opinantur legendum* τῷ τετάρτῳ καὶ τριακοστῷ, quarto et trigesimo, *ex quo forte illius Hervetus legit* τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ, *alius* τετάρτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, *adeoque Episcopus fuisset ordinatus an. Ch. 424 aut sequenti. Favet huic conjecturæ Nicephorus Callistus lib. 14, cap. 30.*

quando cœperit.

l *Urbs erat munitissima et antiquissima in Arabia deserta, tribui Manasse trans Jordanem assignata. Vide Adrichomium cap. 27.* m *Hujus decessor subscripsit Concilio Chalcedonensi* Constantinus Bostrenæ civitatis metropolis Arabiæ.

n Medaba civitas trans Jordanem, Arabiæ subjacens. *Vita S. Sabæ, quondam primaria Ammonitarum, postea Amorrhæorum ad torrentem Arnon, patria Gerontii, qui Hegumenus erat monasterii S. Euthymii, cum Vita hæc a Cyrillo scriberetur. Vide Adrichomium in tribu Ruben cap. 47.*

o *Amplum adeo, ut decem millia monachorum ex omni eremo in eo convenerint. Vita S. Sabæ.*

p *Anno 4 Imperii Leonis, Christi 460 mense Maio. Sepelitur in templo S. Stephani. Nicephorus et Evagrius.*

CAPUT XVII.

Acta et obitus S. Theoctisti : et aliorum Euthymii discipulorum.

Moritur S. Theoctistus.

Longo autem post tempore, cum esset Euthymius jam nonaginta annos natus, in gravem morbum incidit Sanctus quoque Theoctistus; qui erat adeo morti vicinus, ut ipse quoque se mox esse decessurum significarit, ut cujus jam esset senectus profundissima, et humanorum esset plenus dierum. Cum ergo ad eum visendum magnus venisset Euthymius, et adspexisset eum versari in magno periculo, statuit paucos aliquot dies cum eo manere, ut, cum jam ejus sancta ad Dominum excederet anima, ipse justa corpori faceret, et ea omnia, quæ mos est, impleret. Cum autem cognovisset Patriarcha apud Theoctistum assidere Euthymium, et id existimasset satis opportunam ad eum veniendi occasionem, cum B. Theoctistus jam ad Deum excessisset *a* tertio die Septembris, ad eum accedit, et *b* communiter ab eis facta reliquiarum sepultura.

sepelitur a Patriarcha et Euthymio.

a

b

101 Deinde quæ erga Euthymium vehemens jubebat desiderium, fecit Patriarcha, et cum sacras illas manus suaviter prehendisset, et eis esset circumfusus, et vehementer est amplexus, et inter amplexus dixit verba testantia desiderium: Jam diu ab hinc ego sanctas has manus desiderabam, et ecce Deus mihi implevit desiderium. Sed rogo te, venerande Pater, et valde rogo, primum quidem, ut Deum preceris, ut tuæ in me perpetuo conserventur prædictiones. Deinde, ut ad me etiam assidue scribas de iis, quæ videntur, quæcumque lex præcipit filio. Hæc cum Euthymio benigne admodum colloquebatur, et quæcumque alia tempus postulabat, et post longum tempus cum eo congressio revocabat in memoriam. Is vero eum solita illa sua moderatione. Hoc ego respondit, potius peto a tua beatitudine, ut in tuis ad Deum intercessionibus et supplicationibus nostri quoque recorderis. Ille vero respondens : Nequaquam, inquit, o Pater, hanc tibi concedam petitionem. Hoc enim, inquit, rogo, ut a te primus accipiam. Pulchre enim jam sum expertus divinorum charismatum, quæ in te est, operationem et virtutem. Ille autem placide admodum et leniter : Concede, inquit, venerande Pater, et exorare, ut præsentis monasterii, mea et tua caussa, et ipsorum etiam Fratrum curam geras, eique ut par est, provideas. Ad hæc Patriarcha : Cum, inquit, adhuc Sanctus esset superstes Theoctistus, tu huic præfuisti solitudini, eamque effecisti civitatem insignem multitudine et virtute eorum, qui inhabitant, et reddidisti veluti quamdam aliam Christo Hierusalem, et nunc rursus cum ille e vita migravit, sua tibi relinquit. Ille ergo cum hæc dixisset, et Sancto vale fecisset, reversus est ad suam habitationem.

mutuum utrinsque obsequium.

S. Theoctisti successores.

102 Magnus autem Euthymius, cum Marin patruum Terebonis, *c* ex virtute viventem, et jam ætate provectum, monasterii Præfectum constituisset, revertitur ipse quoque in suam Lauram. Cum ipse autem in monasterii præfectura duos annos vixisset, et deinde e vita *d* migrasset, descendens rursus magnus Euthymius, sacrum quidem ejus corpus in Theoctisti magna theca pie deponit; eumdem autem

c

d

e

a Longino, propter vitam laude dignos, committit curam monasterii.

103 Statim autem post magni Theoctisti decessum, cum Olympius Scythopolis Episcopus vitam reliquisset, Cosmas quidem custos Crucis pro illo ordinatur Episcopus, Chrysippo autem custodis Crucis committitur ministerium, et nec a eo excedit prædicto Euthymio. Sed Beatus quidem Cosmas cum totos triginta annos mansisset in eo munere, in secunda Palæstina provincia magnis clarum pulchrisque rebus ex virtute gestis. Chrysippus autem, qui erat illius quoque frater, cum duodecim annos obiisset munus custodiendæ Crucis, et scriptis relictis et numero multis, et propter ea quæ tractant laude dignis, vita excedit. Horum vero frater Gabrielus, cum fuisset, ut prius diximus, Presbyter et Præfectus ... ædificavit sibi breve quoddam monasterium in valle ... ad Orientem, quod nominatum fuerit ... sanctæ Assumptionis. In quo quidem, ad imitationem B. Euthymii, post ... Theophaniorum octavam ... recedens, ... morabatur usque ad festum Palmarum. Cum autem esset ... ingenuum ... Quo factum est, ut ... exerceret et ad Græcam ... et Romanam, et etiam Syrorum. ... annos in monasterio, et ... sepulchrum, ... Atque ... Euthymii ... discipulos, ... talis uniuscujusque decessus

[illegible]

CAPUT XVIII.

Dies obitus sui a S. Euthymio, et Domitiano prædicta

[illegible]

consolans, et post preces surgens, apprehendit ligonem, quo herbarum exscindentes radices alimentum nobis comparabamus, et solum parum scindit, et statim aqua e terra scaturit, et libere permittit. Cum ergo bibisset, et sitim, quæ eum premebat, depulisset, Deo egit gratias, qui præter opinionem per suos servos talia facit miracula.

105 Cum ergo apud Deum tantam haberet Euthymius fiduciam, et tantam spiritus gratiam e superis attraxisset, ne communis quidem mortis ei tempus est celatum, nec quæcumque eventura erant in ejus Laura, sicut divini Patres de iis nobis narrarunt. Dicunt enim, quod octavo quidem die post festum ..., quo solebat ad interiorem proficisci solitudinem, convenerunt quidem ii qui erant ipsum deducturi, et qui ... ejus peregrinationis ... volebant esse socii, inter quos erat et ... Martyrius et Elias. Cum autem nihil parati invenissent, ... quod esset secessui conveniens, ... rogarunt an non esset cras profecturus. Ille vero: Tota, inquit, hebdomade ... vobiscum in Laura, et ... a vobis separabor. His autem dictis, ... significavit se tunc esse moriturum.

106 Tertio itaque die, qui est postea consecutus, cum advenisset dies festus divini Antonii, præcepit ut vigiliam in templo per totam noctem ... et nocturnis aliis hymnis ab eo peractis, cum assumpsisset Presbyteros in eo, quod Diaconicum appellatur: Nobis, inquit, o Fratres ... Me enim jam vocat Deus e vita præsenti. Sed ... quidem ... et ... Domini ... autem Patrum ... ergo magno studio omnes ad eum convenerunt, et cum se parum retinuisset, ... cœpit alloqui.

107 Patres mei et Fratres dilecti in Domino, ... Vos autem ... et humilitatem firma et stabilis cognoscitur. Nam ...

[illegible]

AUCTORE CYRILLO MONACHO

piosam suppeditationem a Superis consequemini.

108 Hæc cum eis mandasset, deinde etiam eos interrogavit, quemdam eis vellent imperare et præesse. Illi autem uno veluti consensu responderunt omnes, Domitianum. Ille vero: At hoc, inquit, nequit fieri. Domitianus enim non hic longo tempore post me manebit: sed cum septimum solum diem transegerit, sequenti me consequentur. Hoc omnes qui aderant, obstupefecit, cum tam aperte et tam libere dictum esset. Cum de Domitiano itaque spem perdidissent, petunt quemdam Eliam. Œconomum inferioris monasterii, genere Herichuntinum. Ad eum ergo protinus conversus magnus Euthymius: Ecce, inquit, omnes Patres te sibi pastorem et præfectum eligunt. Tu autem vide, ut tibi ipsi attendas et toti gregi. Oportet vero te hoc quoque scire ante alia, quod Deo visum sit, haud ita diu abhinc hanc Lauram fieri cœnobium. Deinceps autem et ubinam ædificari cœnobium, et quemadmodum construi oportet, et de hospitum exceptione, psalmodiaque et studio in regula adhibendo præcepit Eliæ, et de non negligendis Fratribus, et maxime iis, qui improbis gravantur cogitationibus. Deinde vero hoc postremo dixit omnibus: Si invenerim aliquam ad Deum fiduciam, hanc primam petam a Deo gratiam, ut vobiscum et cum vestris posteris sit semper simul spiritu in seculum.

Prædicit mortem Domitiani

Constituit successorem Eliam, a Fratribus electum

et monita tradit.

a *Sequentia narrantur etiam in Vita S. Sabæ.* b *Octavam Theophaniorum a Græcis celebrari 14 Januarii, diximus supra, quam consuetudinem a Sp...tiam fuisse observatam hinc colligimus, quod tertio ab hoc die fuerit festivitas S. Antonii*

CAPUT XIX.

Obitus Euthymii ac Domitiani. Sepultura.

Hæc cum dixisset, dimisit quidem omnes præter Domitianum: et cum tres postea die mansisset in diaconico, sabbatho noctu *a* dormit in pace, et ad eam, quæ illic est, transit beatitudinem, re vera senex et plenus dierum, vicesimo die mensis Januarii, in anno quidem a mundi creatione, convenienter temporibus scriptis ab *b* Hippolyto, qui fuit antiquus et ipsis notus Apostolis, et ab *c* Epiphanio Cyprio, et ab *d* Herone philosopho et Confessore, quinquies millesimo quingentesimo et sexagesimo, Domini autem nostri Jesu Christi in carne adventus *e* quadringentesimo et sexagesimo-quinto. Sciantur autem hæc quoque de Euthymio, quod habitu quidem erat minime fictus et mitissimus, adspectu autem teres et albus, valdeque lætus et jucundus ad videndum, omnino canus propter ætatem, paullo brevior, densa barba et usque ad zonam promissa, membris sanus et integer ut cui non digitus, non unguis, non dens, non parva nec magna pars abesset corporis. Atque natus fuit quidem, ut superius dictum est, ex revelatione. Tres autem annos natus, Deo fuit consecratus, in principio scilicet magni Theodosii. Cum vero transisset per omnes Ecclesiasticos ordines, venit Hierusalem circa viginti et novem annos vitæ propriæ. Cum vero sexaginta et octo annos transegisset in solitudine, nonagesimo quidem et *f* nono anno suæ ætatis, decimo autem sexto Imperii Leonis, excedit e vita.

moritur

qua fuerit statura

corpore ad finem omnino integro.

110 Cum autem fama celeriter per omnem sparsa esset regionem, monachorum et laicorum congregata est multitudo, quæ non poterat facile numerari. Quin etiam Anastasius Patriarcha Hierosolymitanus, cum simul assumpsisset examen Clericorum et militum, accessit. Cum eo autem aderat Chrysippus et Gabrielius, et Diaconus quoque Pheidus. Anachoretæ quoque, qui erant in solitudinibus, undique convenerunt quorum erat unus quoque *g* Gerasimus. Omnes autem in stuporem adducebat continuatio miraculorum. Cum ergo convenisset multitudo prope innumerabilis, prohibebatur sacrum illud corpus a sepultura, cum jam esset hora nona, donec milites, ut eis jussum fuerat a Patriarcha, repellunt multitudinem: et sic vix tandem datur aditus divinis Patribus, ut corpori illi, quod tam strenue decertaverat, et multa passum fuerat, justa peragerent, et cum iis, quos decet, hymnis in locupleti loculo deponerent. Atque dolor quidem Euthymii privationis, multis erat caussa lacrymarum: Martyrium autem et Eliam longe tangebat vehementius, et ii valde lacrymabantur. Sed cum illos quidem consolatus esset Patriarcha per Chrysippum Crucis custodem, et cum iis, quibus opus erat usus esset admonitionibus, hortatus est ut frequentius ad eum accederent. Cum autem reliquisset Pheidum in Laura Diaconum, ei ædificandi committit negotium: et cum esset in sanctam reversus civitatem, mittit opifices ad opus, et materiam, ut beatæ illæ Euthymii reliquiæ in apto et convenienti loco deponerentur.

magno Monachorum concursu

præsente Patriarcha

sepelitur

111 Domitianus vero, qui Magni erat vere magnus et germanus discipulus, ut qui esset ejus vitæ imitator accuratissimus, cum plusquam quinquaginta annos Sancto inserviisset, a loco non recessit: sed permansit deinceps ad sextum usque diem ab illo tempore, ut qui statuisset non esse sibi vivendum de cetero, nec ferendum esse, ut hanc lucem omnino adspiceret. Cum septimus autem jam dies advenisset, ei lætus noctu apparet Euthymius, Veni huc, dicens, tibi paratam gloriam consecuturus. Ecce enim, inquit, Deus tibi concessit, ut nos quoque hic degamus communiter. Hæc Domitianus annuntiat Fratribus, cum venisset ad synaxim. Sicque ipse in gaudio et spe bonorum futurorum e vita excedit.

Domitianus ab eo evocatus moritur.

112 Diaconus autem Pheidus, multis collectis operis, et magno adhibito studio, speluncam, quæ in principio tenuit silentem divinum Euthymium, pulcherrimam et maximam ædem efficit: cujus cum medium attribuisset thecæ magni illius Patris, ex utraque parte elaborat thecas Presbyterorum, Præfectorum, et reliquorum sanctorum virorum. Postquam autem perfecta jam fuissent omnia, tabulam, quæ erat sepulchro imponenda, et argenteum urceum, et cancellos Patriarcha statim mittit Hierosolymis. Deinde ille ipse quoque descendit ad Lauram, cumque sanctum illud beati viri corpus cum lampadibus et hymnis propriis credidisset manibus, transfert ad eam ædem, quam ipse recenter fuerat fabricatus, et in sacro suo deponit loculo, ut nunquam posset amplius aperiri, et nec vel ullæ parvæ possent illinc ejus auferri reliquiæ. Cum tabulam autem imposuisset, urceum desuper quasi circa pectus defigit. Illa vero ab eo tempore in hodiernum usque diem omne genus gratiæ dat iis, qui ad eum accedunt fideliter. Atque cum sic quidem præclare fecisset reliquiarum translationem VII die Maii, adsumpto secum Martyrio et Elia, rursus revertitur in sanctam civitatem, et eos ordinat Presbyteros, et refert in catalogum cleri sanctæ Resurrectionis. Et hæc quidem sic habent.

Spelunca Euthymii mutatur in templum.

Translatio ejus corporis

a *An. Ch. 473. Vide prolegomena num. 13.*

b *Eusebius lib. 6, hist. Eccl. cap. 16.* Hippolytus præter alios plerosque commentarios, quos composuit, opus de Paschate conscripsit, in quo et temporum seriem explicat, *de De Canone ejus Paschali pluribus agit Ægidius Bucherius noster. Colitur 22 Augusti.*

c *De eo agimus 12 Maii, in libris contra hæreses pluribus de tempore disputat, maxime hæresi 51, Alogorum dicta, quæ probe s... et eruditis diatribis discutit Dionysius Petavius noster.*

d *Hujus Sixtus Senensis, Possevinus, Bellarminus, Miræus, aliique nondum meminerunt, et varii ejus nominis Sancti sunt, at quis hic Confessor adhuc nos latet.*

e *Eram hanc Orientalium attigimus in Prolegom. num. 13.*

f Septimo *legendum esse, ostensum est ibidem.*

g *In Vita S. Cyriaci.* Abest [illegible] ad Deum [illegible] Magnus Euthymius. Videt [illegible] illius [illegible] Gerasimus deduci ab Angelis et præclare ad cœlos ascendere [illegible]. Cum ergo statim [illegible] Qui [illegible] ejus [illegible] corpus gratis [illegible] sepelit, cum [illegible] est reverenti et cum [illegible] revertitur est.

Anima S. Euthymii ab Angelis in cælum deducitur.

CAPUT

CAPUT XX.

Occasio commutandæ Lauræ S. Euthymii in cœnobium.

Restat autem nunc, ut persequamur quanam de caussa, et quemadmodum Euthymii Laura transmutata sit in cœnobium. Necesse vero est orationem paullo altius repetere, ut sic apertam et dilucidam faciamus narrationem. Cum unus jam præteriisset annus post mortem magni Euthymii, Leo ille magnus et Christi amans Imperator *a* excedit e vita, [illegible] Zeno, sed ille quidem, cum ex [illegible] Basiliscus [illegible] imperium, *d* fugit in Isauriam. [illegible] Chalcedonensem [illegible] Gerontium [illegible] Archimandritam, multa [illegible] adversus Ecclesiam [illegible] Theodosius. [illegible]

[illegible]

114 [illegible]

[illegible]

angore et timore volens rursus statim liberare, ea qua prius quoque solebat allocutione, Noli, inquit, timere [illegible] Euthymius, Dei servus. [illegible]

115 [illegible]

tantum pelagus transvolare [illegible] et tutus, [illegible] autem indutum vestimento illud vero (sed est attendendum, [illegible] cognatum et [illegible] sequitur miraculum) [illegible] Cum ad se ergo rediisset Phedus, et quænam eum mala oppressissent consideriasset, undæ, fluctus, nox, desperatio, et quæ utique sunt mala tempestatis, deinde vero [illegible] repentinam hujus inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumque Euthymium, et quemadmodum [illegible] esset defessus, et graviter suffocaretur, et apparet pedibus ingrediens in fluctibus, et veluti manum illi porrigens hilarem vultumque una et vocem, et mandans ea, quæ dicta sunt, et tandem imponens pallium, et [illegible] veluti alatum per aerem transmittens, et [illegible] hæc cum apud se considerasset Phedus, emisit [illegible] cum magna [illegible] Nunc [illegible] esse et germanum Dei servum magnum Euthymium, ab eoque missum, [illegible]

116 [illegible]

[illegible]

CAPUT XXI.

Cœnobium ædificatum.

[illegible]

118 [illegible]

AUCTORE CYRILLO MONACHO.

diam torrens perfluit, qui ex alto descendit ex colle, qui est ad Orientem, fitque loco veluti quædam zona. In ipsa vero collis in planitiem inclinatione, et eorum eleganti mixtione et conjunctione, exurgit turris veluti quidam vertex et arx quædam : et turrim deinceps consequitur porta, quæ est versus planitiem, quæ cum voluptate transmittit eos qui exeunt, veluti a quadam specula despicientes pulchra illa planitiei spectacula. Sed quid loci naturam recenseat aliquis, quemadmodum est quidem mitis et fertilis; quali autem super caput est aere contemperatus, et neque majore quam opus sit calore, neque frigore utatur; sed cum ex ambobus fugerit ea, quæ molestiam afferunt, uniuscujusque præclare tenet medium; et est frigidioribus quidem calidior; calidioribus autem rursus sensim frigidior, et consequenter valde humidis siccior, et immoderate siccis humidior, cum ea, quæ unicuique congruit, commoderatione?

absolvitur triennio.

119 Cum ergo totum ejusmodi cœnobii ædificium simul et ornatus, non opus habuerit plus quam tribus annis propter multas manus, vehemensque et intensum ministerium; volebant quidem divini Patres illud cum alio ornatu et artificio Ecclesiæ reddere et dedicare, eos autem arcebat rursus aquæ penuria. Nam in illa quidem solitudini pluit sola hyeme. Cum ea autem fuisset magna ex parte sicca et aquæ expers, et aqua defecerat, maxime circa vernam conversionem, nisi forte in aliquibus concavis cisternarum consisterent aliquæ breves, quæ reliquiæ. Quod quidem eos valde reddebat animi dubios et perplexos, ut qui premerentur inexorabilibus naturæ necessitatibus. Significant certe Præfectus Elias et Diaconus Pheidus Longino præfecto inferioris *a* monasterii, et Paulo præfecto monasterio *b* Martyrii, ut suis jumentis aquam curent ad eos transferendam ex Pharis.

aquæ penuria laborantibus,

a

b

a S. Euthymio in somnis promittitur,

120 Sequenti autem nocte eis paratis ad iter, cum jam congregata essent jumenta, illa nocte apparet B. Eliæ magnus ille Euthymius. Quid hoc sibi vult, rogans, quod hodie jumenta congregetis? Cum is vero respondisset : Ut aquam afferamus ex Pharis, propterea quod ea nunc nobis omnino defecerit, increpavit illum dicens : O vos modicæ fidei, quanam de causa Deum non rogavistis? Num is, qui ex prærupta petra mobe lientem potavit populum, et aquam ex asini maxilla Samsoni aliquando fecit scaturire, non poterit vobis quoque ad usum suppeditare, si solum cum fide offeratis petitionem? Deinde eis etiam prohibuit iter ad Pharas, ut minime necessarium. Aqua enim vobis implebuntur vel maximæ cisternæ, si ne tres quidem horas expectaveritis.

121 Cum ad hanc visionem e somno excitatus fuisset B. Elias, et statim eam Pheido et reliquis annuntiasset, jumenta quidem a proposito solvit ministerio : cum nox autem jam transisset, et sol quantam videt terram suis illustraret radiis, nubes nescio unde aerem, qui erat, super cœnobium, repente complexa, protinus erupit in pluviam. Et omnia quidem circumcirca simile adhuc puniebat flagellum siccitatis : ii autem soli qui erant in cœnobio, præter opinionem aquam erant adepti, perinde ac si aliquis pluviam circumscripsisset, et rursus ulterius non sineret progredi. Postquam autem et cisternæ fuerunt aqua plenæ, et non erat amplius opus imbribus qui e cœlo descendunt, dissipata est statim nubes, et vehemens imbrium procella rursus reducta fuit ad serenitatem.

daturque divinitus.

122 Cum vero miraculum brevi totam pervasisset solitudinem, et pervenisset jam etiam ad ipsum Archiepiscopum Martyrium, descendens ille multis copiis ad cœnobium, præclaram quidem egit synaxim et vigiliam cum multis lampadibus et suffitibus. Splendidam autem et magnificam facit dedicationem, deponens sub ara quasdam partes reliquiarum Martyrum *c* Taraci, Probi et Andronici, VII mensis Maii. Erat

Dedicatur templum.

c

vero jam *d* duodecimus annus post decessum Euthymii. Cum aliquod autem tempus transiisset, Diaconus quoque Pheidus suscipit Episcopatum civitatis *e* Doron quæ vocatur.

d

e

a *S. Theoctisti.* b *Patriarchæ, cui hic Paulus successit, quem sibi secundum, seu coadjutorem, habebat S. Theodosius Cœnobiarcha in regimine reliquorum cœnobiorum, a Salustio Patriarcha moribundo an. Ch.* 493, *imposito Cyrillus in Vita S. Sabæ.*

c *Passi sunt sub Diocletiano Tarsi in Cilicia. De eis agit Martyrol. Roman. XI Octob.* d *An. Ch* 484. e Doren, Dora, Dor, Ador, *etc., civitas maritima, undecimo, aut, ut alii volunt, nono milliario a Cæsarea Palæstinæ, pergentibus Ptolemaidem Legendus Adrichomius in tribu Manasses citra Jordanem cap.* 26.

CAPUT XXII.

Tres primi successores S. Euthymii. Pax Ecclesiarum. Oleum S. Euthymii.

Sed cum ego in hunc locum venerim, mihi venit in mentem, ut de schismaticis illud addam, quod mihi etiam dignum videtur de quo dicatur; ut quæ in mari fuit divini Euthymii prophetia, evidentius hinc ostendatur. Nam cum jam quidem Patriarcha Martyrius, fidem tribuens Pheidi visioni admirabili, et iis quæ in mari prædixit ille Magnus, de his quidem schismaticis cessavit cogitare. Non multum autem temporis intercessit, et veluti ex diviniore quadam visitatione Marcianus, cujus paullo ante memini, omnes ipso convocat in cœnobio, quod ab ipso constructum fuerat in sancta Bethleem, et, Quousque tandem, inquit, o Fratres et Patres, contendimus corpus Ecclesiæ dividere in partes, idque cum nec nobis quidem constet, quæ sit Dei voluntas, sed rem sic credamus propriis cogitationibus? Est ergo nobis considerandum, ne forte existimantibus recta via ingredi in avia contingat incidere. Sunt enim incertæ hominum cogitationes, sacra aiunt eloquia, et si videtur, sequentes illud Apostolicum, et veluti exemplo utentes, jaciamus sortes in conspectu Episcoporum et monachorum : et si sors quidem venerit ad monachos, oportet omnino perseverare in iis, in quibus nunc manemus et quæ nobis placent : sin autem ad Episcopos, cum ipsis communicare. Cum hanc attulisset sententiam *a* Marcianus, nullus erat ex iis, qui aderant, qui non laudaret. Jactam itaque sortem monachi quidem eam habuerunt, omnes autem ei statim communicabant, tamquam ex Deo esse cognitam arbitrati, præter Gerontium solum et Romanum. Et omnes seipsos præbent *b* ferentes unioni Ecclesiæ, eique de cetero germanam ac synceram faciunt communionem.

Marcianus schisma inter Episcopos et monachos sortium judicio tollit.

Sap. 9. 14

Act. 1

a

b

124 Cum eos autem Patriarcha pulchre non solum supinis, ut quis dixerit, manibus, sed etiam cordis sinibus excepisset, præclarum et celebre festum agit. Admodum enim pulchre civitati exortum est bonum pacis, et lætatæ sunt plateæ Hierusalem, et per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem et Romanus, alter quidem cum quadraginta quinque annos præfuisset B. Melanæ monasteriis, alter vero in Thecorum, ut supra diximus, regione monasterium construxisset, et deinde ex ipsis quoque turpiter fuissent expulsi propter eorum, quæ ipsis visa fuerant, impietatem, mali male huc et illuc obeuntes recesserunt. Sed hæc quidem facta sunt temporibus Zenonis.

festivitas peracta ...

125 Sequentibus vero annis, cum *c* Anastasius post ipsum accepisset imperium, incursionem autem fecissent *d* barbari, et magnam partem solitudinis vastassent et depopulati essent, everterunt ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex his quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Martyrii monachi monasterio, et templa erigunt. Barbari autem cum rursus eos essent aggressi, alios quidem interimunt, alios vero captivos abducunt, aliquos autem in alios vicos compellunt, nempe eos, qui ex improviso hoc periculo evasere superiores, cum magna et gravissima fuisset hæc illic barbarorum incursio.

d

Irruptiones barbarorum.

126 Beatus

126 Beatus autem Elias, qui Euthymii recte præerat ovibus, cum triginta et octo totis annis administrasset præfecturam, multaque præclara et egregia in ea fecisset opera, et magnum sui amorem reliquisset Fratribus, qui in eis viget usque in hodiernum diem, ipse quoque feliciter excessit ad Dominum. Cum quidam autem Simeon Apameensis post illum accepisset administrationem, et in ea tres tantum annos vixisset, Stephanus Arabs genere ei succedit: qui cum mortuus esset, ejus frater Procopius sexcentos aureos ex bonis paternis tribuit monasterio.

127 Sub eadem autem tempora Cæsarius quoque quidam Antiochenus, qui in civilibus magistratibus sæpe bonam erat assecutus existimationem, cum ad sanctam venisset civitatem, et satis longum esset illic tempus moratus, incidit in quamdam corpoream valde gravem affectionem. Quoniam vero leo[illegible] manus, quæ eum curaret, et omnem superabat tolerantiam et amicorum consolationem, cum non haberet quidnam deinceps faceret, confugit ad sepulcrum admirabilis Euthymii, et quod ex illo fluebat oleum fit statim ad liberandum hominem remedium, cum solum membris fuit admotum. Is autem referens gratias pro beneficio, pecunias Sancti monasterio alias quidem jam præbuit splendide ac magnifice, aliis autem etiam quotannis præbiturum esse promisit.

128 Domum vero revertens, cum ad [illegible] Tripolitanum Episcopum accessisset, quomodo solet animus in rebus bene gestis uberiter rerum meminisse gravium, quæ [illegible] præterierunt, narravit ei singula, quem dixi morbum quo [illegible] eum invasisset, et [illegible] [illegible] quidem ad curationem [illegible] nihil valebant, et quomodo [illegible] venerit ad sepulchrum Euthymii, et [illegible] unctus oleo, pro[illegible] sperare [illegible] curationem.

129 [illegible] Quidam autem Leontius [illegible] cum esset [illegible] [illegible] interesse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ventus, recta venit in magni Euthymii monasterium, et vitam suscepit monasticam. Quem utique, cum virtute ex[illegible], [illegible] Stephanus Episcopus [illegible] [illegible] Martyris Leontii. Paullo post vero [illegible] Sedis et [illegible] reliquit et successorem, excessit e vita [illegible] mensis Januarii, cum [illegible] [illegible] [illegible] Nilum quemdam [illegible] Presbyterum [illegible] Antiochenum [illegible] [illegible] Episcopum. Et hæc quidem [illegible].

[illegible]

CAPUT XXIII.

Successores S. Euthymii. Sacrilegus punitus Cyrilli scriptoris ætas.

Revertendum est autem ad Magni Euthymii monasterium, et quæ deinceps consequuntur, ea sunt addenda narrationi. Post Stephani a Præfecti consummationem, Thomas, qui genus trahebat ex Apamea, cum id felix et florens accepisset, minuit et circumcidit. Quo autem tempore is administrationem tenebat monasterii, ad eum rursus venit Antiochenus Cæsarius et ab illo humane et benigne acceptus, cum in eodem cum eo accubuisset convivio, deinde ut solet inter eos agitati essent sermones, et audisset quod in Diaconico essent illius ligni partes, in quo Dominus [illegible] confixus, petiit [illegible] [illegible] aliquam partem accipere. Cum ergo annuisset is qui præerat monasterio, eadem quidam hora et aperit ambas fores Diaconici, reserat autem thecas rerum pretiosarum [illegible] ardentibus [illegible] et [illegible] et ingressus est Cæsarius cum iis, qui erant circa ipsum. Cum autem [illegible] essent et complexi fuissent, aliquam quoque partem [illegible] illius salutaris et venerabilis ligni. Deinde et [illegible] ingressi [illegible] Diaconico, rursus convertuntur ad se reficiendos.

5 Denique dum in episcopio suo degeret, et commissam sibi Ecclesiam strenue gubernaret, cœpit talem locum sollicita mentis indagatione perquirere, ubi ad tempus et a secularium turba secedere, et soli Deo posset specialius adhærere, Domini sui scilicet non segnis imitator qui per diem in urbibus prædicabat, noctu vero in monte orationibus insistebat. Dumque in dies hujus anxietatis magis ac magis cura succresceret, tandem adjecit oculum ad breve quoddam promontorium, quatuor fere stadiis ab exigua urbe semotum. Vocabatur autem saltus Spatiani, locus scilicet nec præruptis cacuminibus sublimius ad alta porrectus, nec omnino depressus in ima, ad arvalis *f* lamæ videbatur planitiem coæquatus. Sed ita erat congruo tenore in quodam meditullio constitutus, ut et super se positis liberam visendæ totius pene diœcesis facultatem tribueret, se autem ascendentes nequaquam excellentior declivis processibus fatigaret. Erat enim mons ille nemorosa diversorum arborum densitate vestitus. Hic itaque mons ita beati viri adspectibus placuit, ac si montem Oliveti adjacere urbi Hierusalem cerneret, atque hunc Psalmum non immerito cum Propheta concinere potuisset, Memor, inquit, ero tui Domine de terra Jordanis et Hermonii a monte modico. Quem videlicet montem prius a Romano Pontifice, sub cujus jure detinebatur, petiit : deinde cellulam sibi illic cum exigua ecclesia fabricavit, ubi quadragesimali tempore perseverans, jejuniis et orationibus operam dabat. Et si quando de Ecclesiasticis negotiis furari poterat, ad eamdem cellulam, velut ad dulcium epularum convivium, recurrebat. Illic denique fluentum divinæ contemplationis avidis mentis suæ faucibus hauriebat, unde postmodum arentia proximorum pectora sanctæ prædicationis poculo recreabat. Illo plane loco quasi pro balneo utebatur : ibi enim curabat abluere, si quam ex secularium hominum collocutione, aut verbi aut cogitationis maculam contraxisset, et pulverem mundanæ conversationis, sine quo hæc humanæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lacrymarum fontibus expiabat. Ille igitur locus, qui sancto viro in vita tam dilectus et familiaris extitit, post mortem quoque ejus sepultura meruit insigniri. Nam corpus ejus in saxea arca reconditum, juxta parvam basilicam quam ipse construxerat, est collocatum.

Marginalia: Galat. I, 16. — Luc. 21, 37. — Psal. 41, 7. — *In vicarum collem crebro secedit, ut contemplationi vacet.* — *Ejus sepulchrum.*

a *Leander Albertus* : Cesenates Longobardorum temporibus in fide urbis Romæ constanter hæsere.
b Joannem IV, *hunc fuisse tradit Ferrarius, ut ante scriptum.*
c *Menardus hinc probare conatur, monachum fuisse* Maurum
d *Surius* codicibus. e *Sur.* latitudinem
f Lama, *lacuna est, sive aquarum collectio*

CAPUT II.

Translatio corporis, miracula

Hæc igitur sunt, quæ de vita beati viri ad nostram potuerunt pervenire notitiam, non quod sunt a nostris relatoribus visa, sed succedentium generationum celebri memoria divulgata. Quidam autem antiquus admodum senex, et corpore marcescente jam tremulus, nostris nuper temporibus extitit, qui se vidisse hujus B. Mauri nepotem, Constantium videlicet nomine, Episcopum Cæsenatis Ecclesiæ testabatur. Sed quoniam de vita B. Mauri ea, quæ nobis audire contigit, stylo currente digessimus; nunc qualiter omnipotens Deus ad gloriam sui nominis ejus merita revelaverit, breviter explicemus. *a* Est autem nunc celebre monasterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueverat, ad honorem beatæ Dei genitricis et Virginis constitutum, ubi Mons Mauri ex antiqua populi consuetudine dicitur, quia locus ille non immerito sancti viri vocabulo decoratur.

7 Cum igitur arca illa, ubi beati viri corpusculum claudebatur, juxta præfatam ecclesiam, terræ undique crescente congerie, delitesceret, et vix saxi ipsius summitas solotenus emineret; contigit ut homo quidam cum litaniis adveniens, soluta caligæ ligula repente illic pedem poneret, et nil tale existimans, secure ligaret. Vincto igitur talo, cum jam vellet abscedere, pedem nullo modo potuit amovere. Cumque diu conaretur, et omnia tentans huc illucque se verteret, pes nihilominus stabat immotus, et velut quibusdam clavis saxo tenebatur affixus. Stabat miser ignoti criminis reus, et qui sibi corrigiam ligare voluerat, semetipsum potius saxo ligasse dolebat. Volebat stare, sed una innixus planta, non poterat; optabat jacere, sed a suo pede corruere non valebat. Tandem repentino populi adventante concursu, alii malleis, alii securibus gestientes, partem lapidis præciderunt, et post multa vix hominem de saxo exculpere potuerunt. Mox lætantis turbæ clamor exoritur, mira Dei virtus attollitur, et B. Mauri tumulus dignus reverentia judicatur.

8 Item prædicti cœnobii monachus, *b* Teuzo videlicet nomine, grandævus jam et ipsa canitie venerandus, cujus hoc relatione didicimus, aliud miraculum retulit, quod nequaquam silentio prætermitimus. Aliquando ipse prædictus Frater acerrima vi febrium urgebatur : cumque nulla medicinali cura, nullo

Marginalia: *Mors S. Mauri.* — *Cujus tum pes Sancti tumulo adhæresit.* — *Tumulus innotescit.* — *S. Mauri meritis depulsa febris.*

[illegible]

CAPUT III.

[illegible]

AUCTORE B. PETRO DAMIANO.

tentiam vestræ caritatis studium incitemus. Quidum nobis adhuc in via positis miraculorum suorum dignatur exhibere virtutem, per hæc nos ad capessendam cœlestis patriæ invitat et provocat hereditatem, testante Psalmista, qui ait : Virtutem, inquit, operum suorum annuntiavit populo suo, ut det illis hereditatem gentium : quatenus dum ipsa Sanctorum sepulcra tot miraculis radiare conspicimus, de immensa eorum gloria, qua jam cum Christo regnant, minime dubitemus; ut despectis terrenis, illuc se noster animus jam per desiderium transferat, ubi se gaudere in perpetuum sperat; illuc se libere spiritus dirigat, ubi Imperator cœli Christus cum supernæ curiæ Senatoribus ineffabiliter regnat; cui sit gloria et imperium cum coæterno Patre et sancto Spiritu per omnia secula seculorum. Amen.

Psal. 110, 6, 7

a Gerbertus *primum Remensis, deinde Ravennas Archiepisc. fuit, an. 999 Romanus Pontifex factus, et* Silvester II *dictus, obiit* 1003. b *Rubeus lib* 5. Sequenti anno (1000) Silvester Cæsenam admoto exercitu circumsedit, quæ caussa Pontificem impulerit, incertum. *Sigonius de regno Italiæ lib. 7, eodem anno* Silvester Urbevetum profectus, remp. ejus civitatis multis salutaribus legibus vinxit, et Cæsenam admoto exercitu circumsedit. c *Videtur desiderari* subtrahens, *aut quid simile, monuit Surius.* d *Editum erat in Surio* naubatibus, *librarii culpa* Baubant, *sive* Baubantur, βαΰζουσι, *et* βαΐζουσι *canes.* e *Colitur* S. Rophilus, *sive* Rofilus, *aut, ut Leander Albertus scribit*, Rofillus, 18 *Julii.* f *Vetus MS. Glossarium* Capisterium est vas quoddam, quo frumenta purgantur, *vox etiam Columellæ usurpata lib.* 2 *cap.* 9. g Forum-Populii *oppidum est in via Æmilia, aliis* Forum-Pompilii *corrupte* Forum-populi *dictum in tabulis itinerariis: vulgo* Forlim-popolo, *et sæpe* Forli piccolo, *id est*, Forum-Livii minus: *nec immerito, cum, ut auctor est Leander, funditus circa annum* 1370 *excisum, annis* 20 *post a Sinibaldo Ordelaffo Foroliviensium Principe reædificatum sit, qua nunc cernitur, forma, distat Cæsena* 6 *millibus passuum. Sedes Episcopalis* Foro-Popilii Britiniorum, *sive* Forum-Fruentinorum, *aut* Druentinorum, *urbem propinquam, translata*

h *De B.* Arduino *Presbytero Ariminensi agemus* 15 *Augusti*

DE B. BENEDICTO EREMITA

ORD. VALLIS-UMBROSÆ, IN ETRURIA.

XX JANUARII.

B. Benedicti natalis

Benedictum *Vallis-umbrosæ formatum institutis, vitaque solitaria sanctissime acta clarum ita celebrat Arnoldus Wion hoc die* : In monasterio Cultus-boni S. Laurentii, depositio S. Benedicti ejusdem loci monachi, et Eremitæ, Ordinis Vallis-umbrosæ; cujus sacri obitus signum dedere campanæ, humano destitutæ adjutorio; et nives, miraculo inaudito, in ea parte solum qua sacrum deportabatur cadaver seipsas liquefacientes, viam deportatoribus præbuere : in cujus etiam ore, post spatium annorum trecentorum viginti, lilium quasi recens natum nive candidius inventum est. *Eadem fere Menardus prædicat et brevius Dorganius.*

2 *Wion ejus natalem se didicisse scribit* ex monumentis Reverendorum Patrum Vallis-umbrosæ in agro Bergomensi. *Hinc præbita Ferrario ansa scribendi* : In territorio Bergomensi B. Benedicti Eremitæ Ordinis Vallis-umbrosæ. *At non in agro Bergomensi, sed in diœcesi Fesulana situm est monasterium* S. Laurentii Cultus-boni, *ut in Historia Vallis-umbrosæ scribit Eudosius Locatellus, qui lib. 2, cap. 14, gesta exequitur Benedicti, quæ damus. An Beatis solenniter adscriptus sit, non comperimus.* Beatum *ipse appellat, et ante annos* 200 *translatum reconditumque honorificentius illius corpus scribit, uti et Silvanus Razzius in Vitis SS. Hetruscorum*

Ubi vixerit.

Acta.

VITA

ex Italico a *Eudosii Locatelli.*

a

b **B**ernardi *septimi Vallis-umbrosæ Generalis* temporibus, clarus sanctimonia vitæ extitit Benedictus in cœnobio c S. Laurentii Cultus-boni monachus : qui uti antea memoratus d B. Petrus, cum annos aliquot in ceterorum convictu Fratrum innocenter traduxisset, Præside annuente in silvam haud longe semotam secessit, solitariam acturus vitam. Hic vile sibi tuguriolum fabricatus, Divini Spiritus ardore inflammatus, diuturnis vigiliis, frequentibus flagris, abstinentia incredibili macerabat corpus.

b

c

d

B. Benedictus in silva sancte vivit

2 Si qua necessitas cogeret, revisebat interdum cœnobium, præsertim Paschæ diebus aliisque eximia religione et celebritate agi consuetis, ut Fratrum spirituali congressu et caritate perfrueretur. Anno quo e vivis excessit cum isthuc sub Natalis Christi ferias venisset de more, singulari sensu pietatis peccata confessus est, sacraque pastus Eucharistia dein cœlesti monitu imminere sibi extrema didicit, substititque isthic usque ad Epiphaniæ solennitatem, omnes præclaris adhortationibus exemplisque ad vitæ sanctitatem exstimulans.

Christi nomasterium

de obitu monitus, in istius monasterio

3 Tandem vero ad caram sibi cellam reversus, fixis humi genibus, ut quidam referunt, sublatisque in cœlum manibus, animam exhalavit. Quo tempore campanæ monasterii, nemine compulsante, ultro sonuerunt, eo ritu modoque, quo ad cohonestanda funera solent. Non fefellit prodigium istud Abbatem ac monachos, qui continuo Benedicti mapale petierunt, ac vita functum repererunt, corpusque, non sine lacrymis, composuerunt, deportandum dein ad monasterium, ubi id religioso sepulcro reconderent, justaque persolverent.

moritur,

campanis ultro sonantibus

4 Erant tunc, quippe media hieme, humus alta nive adoperta : at simul elatum e tugurio est funus, volente Deo Opt. Max. servi sui innocentiam ac sanctitatem, mirifico testimonio approbare, momento solutæ depulsæque nives amplam et commodam præbuere procedentibus viam. Tumulatum primum est corpus ad latus ecclesiæ, ubi nunc claustrum cernitur : e haud multo post in ecclesiam translatum. Tum vero (ne cui ambiguum foret sanctissimam animam cœli deliciis nunc potiri præmiisque benefactorum) repertum in illius ore recens lilium est, mirabilem expirans odorem, attonitis stupore omnibus qui miraculum illud viderant audierantve, certatimque laudes propitio Numini recinentibus. Decessit B. Benedictus anno 1107.

defertur ad monasterium, nive miraculose liquata,

sepelitur

e

dein translatus, sanctitate ejus manifestata

5 Annis deinde post 323, cum cœnobium Cultus-boni Abbas Paulus de Monte Mignajo administraret, qui id magnam partem restauravit, claustrum præsertim; translata deiu Benedicti ossa intra sacram ædem in honoratiorem locum : repertumque f integrum corpus est, et suave olens, cumque summa reverentia, multis Antistibus, monachis, laicis, præsentibus, Episcopo potestatem tribuente, ad lævam altaris intra arcam pariete præseptam conditum est.

iterum translatus.

f

a *Ex quo Razzius accepit.* b *S. Bernardus ex Generali Ordinis Vallis-umbrosæ, Episcopus Parmensis, et S. R. E. Cardinalis, colitur* 4 *Decembr.* c *Situm id in Comitatu Florentino, ut scribit Razzius, in diœcesi Fesulana, ut in catalogo monasteriorum illius Ordinis Locatellus, non apud Bergomum, ut Ferrarius supra.*

d *De quo egit idem Locatellus cap. præcedenti.* e *Falluntur ergo Wion, Dorganius, Menardus, qui* 320 *annis post id scribunt contigisse.* f *De ossibus id accipiunt, ut nullum defuerit, cum diserte dicat ossa translata, uti et Razzius.*

XXI JANUARII.

SANCTI QUI XII KAL. FEBR. COLUNTUR.

S. Publius Athenarum Episcopus, Martyr.
S. Fructuosus Episcopus, | Martyres, Tarracone in Hispania
S. Augurius, | Diaconi,
S. Eulogius |
S. Felix,
S. Celsianus,
S. Caecilianus,
S. Martialis,
S. Laurentius,
S. Datius,
S. Saturninus
S. Quinctinus,
S. Mariatius,
S. Saturus,
S. [illegible]
S. [illegible] | Martyres
S. Servulus
S. Rogatus,
S. Vincentia
S. [illegible]
S. Reposita,
S. Primus
S. Lucius
S. [illegible]
S. [illegible]
S. [illegible]

S. Secundus,
S. Castinus
S. Cyus
S. Caelestinus | Martyres
S. Hermes Episcopus, et alii,
S. Hermes | Martyres in Africa
S. Solutor, |
S. Vitalis, Spoletii in Umbria.
S. Patroclus, Martyr Trecis in Gallia, et susati in Westphalia.
S. Valerianus,
S. Candidus, | Martyres Trapezunte in Cappadocia
S. Aquila sive Acyla, |
S. Eugenius, |
S. Eustasius, Nicomediae in Bithynia
S. [illegible] Martyr Romae.
S. [illegible]
S. Epiphanius, Episcopus Ticinensis in Italia.
S. Avitus II. Episcopus Claromontanus in Gallia.
S. Meinradus [illegible] et Martyr in Germania
B. Marcellinus Abbas in Belgio [illegible] 10.
S. [illegible]

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

[illegible]

Arturo Monasterio in Martyrologio Franciscano. Vir fuit virtutibus et miraculis in vita et post mortem clarus, ut ex Luca Wadingo to. 2, annal. Minor. an. 1287, § 6 *et Bzovio ad eumdem annum num.* 13, *Rudolphio lib.* 1, *pag.* 107 *aliisque, perspicere est, qui omnes* Beatum *nuncupant, an solenni Ecclesiæ decreto is illi sanctus honos sit, nos latet.*

Agnes soror B. Julianæ Cornelieensis *hoc die obiisse Salsiniæ prope Namurcum traditur, refertur que hoc die in Piorum classe a Saussaio, ut* Beata *a Chrysostomo Henriquez in Menologio, ab Arnoldo Raissio* 5 *Aprilis.* Beata *quoque appellatur in Sacrario Comitatus Namurcensis. De ea erit agendi locus in vita B. Julianæ.* v *Aprilis.*

Michael Florentinus, *eremita Camaldulensis.* Beati *titulo honoratur, et hoc die consignatur in Divorum fastis a Benedicto Dorganio, Wione, Menardo, Ferrario. At non remur adhuc ab Ecclesia in album Beatorum receptum. Silvanus Razzius ait* 18 *Januarii mortuum anno* 1522 *atque a Camaldulensibus in magna haberi veneratione : non tamen satis exprimit, an publico aliquo cultu eum dignentur, sanctæ Romanæ Sedis auctoritate.*

Agnes Virgo Hispana e Moncada vico, *Valentiæ S. Vincentii Ferrerii concione ad amorem castitatis excitata, ne, quod parentes moliebantur, sponso invita traderetur, habitu virili induta profugit, atque in specu juxta monasterium Carthusianorum, quod* Portam-cœli *appellant, viginti annos sanctissime vixit, solis nota Cœlitibus : post mortem variis illustrata prodigiis. Refertur hoc die ut* Sancta *a Joanne Marietta lib.* 19, *histor. SS. Hispan. cap.* 6, *an ulli Sanctorum adscripta sit, non comperimus. Videtur ab eo consignari hoc die propter alterius S. Agnetis celebritatem.*

S. Vincentius *in MS. S. Hieronymi inscriptus hic legitur, qui in Dungalensi* Vincens *dicitur, an is Cæsaraugustanus? Ejus vigilia hoc die variis celebriter instituta, ut ex Breviario Conimbricensi patet.* Translatio *ejus refertur hoc die a Carthusianis Colonien. in addit. ad Usuardum. De ea agemus* xxii *Janu.*

B. Gualterus Episcopus Pictavensis, ex ordine Minorum, *traditur ab Hitræo hoc die obiisse. De quo plenius* xxii *Janu.*

S. Emerentiana *hac die adscripta est in codice Dungalensi. Colitur* xxiii *Janu.*

S. Asclas *hoc die Antinoi martyrio coronatus dicitur in Actis, at colitur quo die sepultus est* xxiii *Janu.*

Sancti quatuor Martyres Tyri. *Menæa. Raderus eos esse existimat, qui in Martyrologio Romano recensentur* xx *Febr.*

S. Losimus Episcopus Syracusanus. *Menæa et Maximus Cythereus. At Martyrol. Roman. eum celebrat* xxx *Martii.*

S. Memmius Episcopus Catalaunensis. *Galesin. De eo agemus* v *Augusti.*

S. Godeschalci Translatio. *MS. Florar. et MS. Carthusiæ Bruxellensis* Gaudentii. *De quo XXII Jan. De* Godeschalco, *ejusdem Novariensis Sedis Antistite,* vii *Augusti.*

S. Maximus, S. Anastasius, S. Anastasius alter, Martyres. *Menæa, Cythereus, Molanus, De iis nos cum Martyrologio Romano* xiii *Augusti.*

S. Vitalis Martyr Agaunensis. *Carthus. Colon. in addit. ad Usuardum. Vide quæ infra de* S. Vitale Spoletino. *At de Agaunensi plenius in Actis S. Mauricii* xxii *Septemb.*

S. Ermenburgis Regina et Abbatissa. *Hugo Menardus. In Martyrologio Anglicano refertur* xix *Novemb.*

DE S. PUBLIO MARTYRE

SECUNDO ATHENARUM EPISCOPO.

Memoria S. Publii XXI Januarii. *S. Publii natalis.*

Athenis *agitur XII Kal. Februar.* natale S. Publii Episcopi : qui post S. Dionysium Areopagitam Atheniensium Ecclesiam nobiliter rexit; et præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens, ob Christi martyrium gloriose coronatur. *Ita Usuardus, Martyrol. Rom. Bellinus, alii. Ado* : Item apud Athenas B. Publii Episcopi, ob Christi martyrium coronati. *Ast in libello de festivitatibus Apostolorum, etc.* XII Kal. Februar. Natalis S. Publii Athenarum Episcopi : qui Princeps insulæ Melitæ vel Militenæ, cum navigantem beatum Apostolum Paulum Romam, sub custodia detentum, per triduum hospitio receptum humane tractasset, ut B. Lucas refert; patrem ipsius Publii contigit febribus et dysenteria vexatum jacere. Ad quem cum intrasset beatus Apostolus, et imposuisset illi manus, et orasset, sanavit eum. Quem Publium adhærentem sibi beatus Apostolus postea ordinatum Episcopum ad prædicandum direxit : qui postmodum Atheniensium Ecclesiam nobiliter rexit, et præclarus virtutibus, et doctrina præfulgens, ob Christi martyrium gloriose coronatur. Nam primus Dionysius, inde Publius iste Athenas præfuit. *Idem aliis verbis habent Notkerus, Maurolycus, Canisius, Usuardi variæ editiones, plurimi MSS. Petrus de Natalibus lib.* 2, *cap.* 109 *et Beda vulgatus* 18 *Janu. quo die eum alii quoque referunt, ut ibi diximus.*

Act. 28, 7.

An idem in Melite insula a S. Paulo conversus.

2 *At Baronius in Notat. ad Martyrolog. videtur dubitare idemne sit Publius ille Melitensis et Athenarum Episcopus.* Fuit aliquorum sententia, *inquit,* hunc illum esse Publium, cujus patrem Melitæ Paulus (ut habent Act. Apost. c. 28) curavit dysenteria, quod etiam hic Ado profitetur in Martyrologio. *Eadem aliis verbis repetit to.* 1, *Annal. ad an.* 58, *nu.* 173. *Petrus Halloix noster in Notis ad cap.* 1 *et* 3, *vitæ S.* Quadrati, *quam* 26 *Maii dabimus, omnino contendit alium fuisse hunc* Publium *a Melitensi : primo, quia magis instructore egebat Melite, quam Athenæ, non igitur illam deseruisset Publius. Quid si pulsus est? quid si alii jam in Melite satis erant fidei mysteriis eruditi, præsertim cum S. Paulus trimestri isthic substitisset? Secundo, quia id de eo Martyrol. Romanum non tradit. Attradunt alia jam citata, præterea que vetus Romanum a Rosweydo nostro editum, in quo ista leguntur* : Athenis S. Publii Episcopi, qui Militenus a Paulo Episcopus ordinatus. *Tradit Galesinius :* Athenis, S. Publii Episcopi et Martyris. Hic civis Romanus, Melitæ insulæ Princeps, B. Pauli Apostoli discipulus, divinarum humanarumque litterarum scientia præstans, in S. Dionysii Areopagitæ locum suffectus, Atheniensium Ecclesiæ præfuit : multarumque virtutum et rerum, quas divine gessit, laude clarus, pro Christi gloria martyrium subiit. *Tradit Constantius Felicius, Joannes Basilius Sanctorius, et alii viri eruditi.*

3 *Nobis quod pronuntiemus, in promptu non est, nisi cum martyrio coronatus est* Publius (*quod MS. Florarium vult contigisse anno Christi* 125, *qui erat Hadriani Imp. octavus, Halloix. sub Trajano*) Ecclesiam Atheniensem grandi terrore dispersam *fuisse, ut scribat S. Hieronymus lib. de scriptor. Eccles. cap.* 19, *de Quadrato loquens, qui eam* fide et industria sua congregavit. *Quod est testatus Eusebius lib.* 4, *cap.* 22, *ex epistola S. Dionysii Corinthiorum Episcopi. In MS. S. Hieronymi et Dungalensi, utroque pervetusto,* Publius *inscriptus reperitur, nec loci nec muneris facta mentione : de hoc tamen accipimus.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBUS

FRUCTUOSO EPISCOPO TARRACON.

AUGURIO ET EULOGIO DIACONIS.

T[illegible] Hispaniæ [illegible] SS. Fructuosus Episcopus, Augurius et Eulogius Diaconi. [illegible] In Hispaniis civitate Tarraconensi, sanctorum Martyrum Fructuosi Episcopi, Augurii et Eulogii Diaconorum, [illegible]

[illegible]

2 [illegible]

[illegible]

4 [illegible] ad annum 262, [illegible]

[illegible]

sanctorum Martyrum reliquiæ esse perhibentur, pars certe earum, uti et Manresæ, de quarum translatione, (cujus anniversariam recoli memoriam scribit Domenecus 30 Aug. Ferrarius 31) inferius erit dicendi locus, cum de S. Agnetis reliquiis agetur. S. Fructuosi *et sociorum patrocinio pluviam cœlitus impetrari ferunt, si quando gravior terris æstus incubuit, ejusque rei gratia varia illis vota nuncupantur. Religionis porro ac fiduciæ hujus origo proditur extitisse, sive vulgi opinione a majoribus hausta, seu quo alio certiore argumento, demissus e cælo imber, qui tantillum iis, dum in mediis flammis versarentur, levamem solatiumque attulerit. Id si contigisset non reticuisset Prudentius, qui illud tradidit.* Hos cum defugeret vaporus ardor, *Orasse*, ut celer ignis advolaret, et finem daret anxiis periclis.

ACTA EX VETERIB. MSS.

a Valeriano et Galieno Imperatoribus, *b* Æmiliano et Basso Coss. *c* XVII *d* Kalend. Februar. die Dominico comprehensus est Fructuosus Episcopus, Augurius et Eulogius Diacones. Reposito autem Fructuoso Episcopo in cubiculo suo, direxerunt *e* beneficiarii in *f* domum ejus, id est, Aurelius, *g* Festucius, Ælius, Pollentius, Donatus, et Maximus. Qui cum sensisset *h* pedibulum ipsorum, confestim surrexit, et prodiit foras ad eos *i* in soleis. Cui militis dixerunt : Veni, Præses te accersit cum Diaconibus tuis. Quibus Fructuosus Episcopus dixit : Eamus, aut si vultis, calceo me. Cui milites dixerunt : Calceate ad animum tuum. Qui mox ut venerunt, recepti sunt in carcerem. Fructuosus autem certus et gaudens de corona Domini, ad quam vocatus erat, orabat sine cessatione. *k* Erat autem et fraternitas cum ipso, refrigerantes et rogantes ut illos in mente haberet.

2 Alia vero die baptizavit in carcere fratrem nostrum Rogatianum. *l* Et fecerunt in carcere dies sex, et producti sunt XII Kalend. Februar. feria VI et auditi sunt. Æmilianus Præses dixit : Fructuosum Episcopum, Augurium et Eulogium impone. Ex *m* Officio dictum est : Adstant. Æmilianus Præses Fructuoso Episcopo dixit : Audisti quid Imperatores præceperunt? Fructuosus Episcopus dixit : Nescio quid præceperunt : ego vero Christianus sum. Æmilianus Præses dixit : Præceperunt deos coli. Fructuosus Episcopus dixit : Ego unum Deum colo, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Æmilianus dixit : Scis esse deos? Fructuosus Episcopus dixit : Nescio. Æmilianus dixit : Scies postea. Fructuosus Episcopus respexit ad Dominum, et orare cœpit intra se. Æmilianus Præses dixit : Qui audiuntur, qui timentur, qui adorantur, si dii non coluntur, nec Imperatorum vultus adorantur? Æmilianus Præses Augurio Diacono dixit : Noli verbis Fructuosi auscultare. Augurius Diaconus dixit : Ego Deum omnipotentem colo. Æmilianus Præses Eulogio Diacono dixit : Numquid et tu Fructuosum colis? Eulogius Diaconus dixit : Ego Fructuosum non colo, sed ipsum colo, quem et Fructuosus. Æmilianus Præses Fructuoso Episcopo dixit : Episcopus es? Fructuosus Episcopus dixit : Sum. Æmilianus dixit : *n* Fuisti. Et jussit eos vivos ardere.

3 Et cum duceretur Fructuosus Episcopus cum Diaconibus suis ad amphitheatrum, populus Fructuoso Episcopo condolere cœpit, quia talem amorem habebat non tantum a fratribus, sed etiam ab Ethnicis. Talis enim erat, qualem Spiritus sanctus per B. Paulum Apostolum, vas electionis et Doctorem gentium, debere esse declaravit. Propter quod etiam Fratres, qui sciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant potius quam dolebant. Cumque multi ex fraterna caritate eis offerrent, uti *o* conditi permixti poculum sumerent, ait : Nondum est hora *p* solvendi jejunii. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quarta feria stationem *q* solenniter celebraverant. Igitur sexta feria lætus atque securus festinabat, uti cum Martyribus et Prophetis in paradiso, quem Dominus præparavit amantibus se, solveret stationem. Cumque ad amphitheatrum pervenissent, statim ad eum accessit, Augustalis nomine, *r* lector ejusdem, cum fletibus deprecans, ut eum excalcearet. Cui beatus Martyr respondit : *s* Missum fac, fili : ego me excalceo, fortis et gaudens et certus Dominicæ promissionis. Qui cum se excalceasset, accessit ad eum commilito frater noster, nomine Felix, et apprehendit dexteram ejus, rogans ut sui memor esset. Cui S. Fructuosus, cunctis audientibus, clara voce respondit : In mente me habere necesse est Ecclesiam Catholicam, ab Oriente usque in Occidentem diffusam.

4 Igitur in *t* fore amphitheatri constitutus, cum jam prope esset, ut ingrederetur ad coronam immarcescibilem potius quam ad pœnam, observantibus licet ex Officio beneficiariis, quorum nomina supra memorata sunt, *u* ita ut ipsi audirent fratres nostri, monente pariter ac loquente Spiritu sancto, Fructuosus Episcopus ait : Jam non deerit vobis Pastor, nec deficere poterit caritas et repromissio Domini, tam hic quam in futurum. Hoc enim quod cernitis, unius horæ videtur infirmitas. Consolatus igitur fraternitatem; ingressi sunt ad salutem *x* digni, et in ipso martyrio felices, qui sanctarum Scripturarum fructum ex promissione sentirent, similes Ananiæ, Azariæ, et Misaeli extiterunt, ut etiam in illis Trinitas divina cerneretur : sic quidem jam in igne seculi constitutis, ut Pater non deesset, et Filius subveniret, et Spiritus sanctus in medio ignis ambularet. Cumque exustæ fuissent fasciolæ, quibus manus eorum fuerant colligatæ, orationis divinæ et solitæ consuetudinis memores ac gaudentes positis genibus, de resurrectione securi, in signoque trophæi constituti Dominum precabantur donec simul animas effuderunt.

5 Posthæc solita Domini non defuere magnalia, apertumque est cælum, videntibus *y* Babylan et Mygdonio fratribus nostris ex familia Æmiliani Præsidis, qui etiam filiæ ejusdem Æmiliani, dominæ suæ carnali, ostendebant S. Fructuosum Episcopum cum Diaconibus, adhuc stipitibus quibus ligati fuerant permanentibus, in cælum ascendentes coronatos. Cumque Æmilianum vocarent dicentes, Veni, et vide quos hodie damnasti, quemadmodum cælo et spei suæ restituti sunt. Igitur cum Æmilianus venisset, videre eos non fuit dignus.

6 Fratres autem tristes, velut derelicti sine Pastore, sollicitudinem sustinebant; non quod dolerent Fructuosum, sed potius desiderarent, unusquisque fidei et agonis memores. Superveniente autem nocte ad amphitheatrum cum vino festinanter pervenerunt, quo semiusta corpora extinguerent. Quo facto, cineres collectos, prout quisque potuit, sibi vindicavit. Sed nec in hoc Domini et Salvatoris nostri defuere magnalia, ut credentium fides augeretur, et parvulis exemplum præstaretur. Oportebat enim Fructuosum Martyrem, post ... quod per misericordiam Dei docendo promiserat in Domino et Salvatore nostro, in sua postea præsentia et resurrectione carnis comprobare. Igitur post passionem apparuit fratribus, et monuit ut quod unusquisque per caritatem de cineribus usurpaverat, restitueret sine mora, utque in loco simul conditos curarent.

7 Æmiliano etiam, qui eos damnaverat, Fructuosus pariter cum Diaconibus suis *aa* ostendit se in stola repromissionis, increpans pariter et ... nihil illi profuisse, quod ... corpora in terra crederet futuros, quos cerneret gloriosos. *bb* O beati martyres, qui igne probati sunt sicut aurum pretiosum,

tiosum, vestiti loricâ fidei et galeâ salutis : qui coronati sunt diademate et coronâ immarcescibili, eo quod diabolo caput calcaverunt? O beati Martyres, qui meruerunt dignam habitationem in cœlis, ad dexteram stantes Christi, benedicentes Deum Patrem omnipotentem, et Dominum nostrum Jesum Christum filium ejus! Suscepit autem Dominus martyres suos in pace per bonam confessionem, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

a [illegible]

b [illegible]

c [illegible]

d [illegible]

e [illegible]

f [illegible]

g [illegible]

h [illegible]

i [illegible]

k [illegible]

l [illegible]

m [illegible]

n [illegible]

o [illegible]

p [illegible]

q [illegible]

DE SANCTIS MARTYRIBUS

FELICE, CELSIANO, CÆCILIANO, MARTIALE, FAUSTACIO, DATIO, SATURNINO, QUINCTINO, MARINO, SATURO, GADDIANO, COELIANO, SERVULO, ROGATO, VINCENTIA, VICTORE, REPOSITA, PRIMO, LUCIO, MAJULINO, HONORATO, MARCUSSO, SECUNDO, CASTINO, CAJO, COELESTINO, HERMETE EPISCOPO ET ALIIS.

N[illegible] Fructuosi, Celsiani, Cœliani, Angori, Marcialis. Item [illegible]

Codex Dungalensis ita habet : [illegible]

169 [illegible]

Ex variis.

dreni, Flori, Viti, Leotii, Puplii, Ciriaci, Vincentis, Faustaci, Eustaci, Salatoris, Hermetis, Fructuosi, Augorii, Diacii, Vitalis, Patrocli, Aviti Episcopi, Saturnini, Quintini, Marini, Datii, Rutiri, Gaddiani, Celiani, Servuli, Rogati, Victoris, Primi, Lucii, Majulini, Honorati, Nascusi, Castini, Cœlestini, Zatii, Hermis.

Quidam in iis relati, alio pertinent.

3 *Ex his primum eos omittimus, quibus cognomines XX Januarii, Nicomediæ martyrii decus adeptos retulimus,* Felicem, Cendeum, Vitum, Florum, Leontium, Cyriacum; *etsi nihil est caussæ, quamobrem non alii iisdem appellati nominibus, ibidem aut alibi, in magno occisorum numero reperiri potuerint. Sed nolumus nisi explorata certaque firmare. De* Fructuoso *Episcopo,* Augurio *et* Eulogio *Diaconis, et* Publio *ante dictum est: de* Agna, Eustasio, Solutore, Hermete, Patroclo, Avito, Vitale, *post dicetur.* Vincentius, *sive* Vincens, *Cæsaraugustanus fortassis est de quo XXII Januarii.* Fructuosum *alterum, alterumque* Augurium, *in utroque expressos Martyrologio, omisimus, ne Tarraconenses sint, errore aliquo bis scripti: eademque caussa* Eulogiam, *et* Fulogiam, *pro* Eulogio *forte positam: et* Dacium *alterum iis additum, scripto in uno codice* Daci, *in altero* Diacii *nomine, pro appellativo forsan* Diaconi.

Quidam varie expressi.

4 *Reliqui sunt igitur* Felix, Martialis, Saturninus, Quinctinus, Marinus, Datius, Cœlianus, Vincentia, Rogatus, Victor, Reposita, Primus, Lucius, Honoratus, Castinus, Cœlestinus, Hermes, *in utroque MS. eodem modo expressi; et* Secundus *in unico solum relatus. Dungalensis codex non sine aliqua diversitate ceteros effert,* Celsionem *pro* Celsiano; Faustacium, *quod secuti sumus, pro* Fustacio; Rutirum *pro* Saturo; Cicilianum *pro priore* Cœliano, *unde* Cœcilianum *fecimus;* Gaddanum *pro* Gaddiano; Servulum, *quod magis arridet, pro* Zabulo; Majulinum *pro* Maulino; Nascusum *pro* Macuso; Zatium *pro* Caio, *aut* Datio. *Quid in codice Laurentii Epternacensis sibi* Mammar *velit, haud conjicimus.*

5 *Timide quasique palpando in tenebris progredimur, cum Actorum luce destituimur. Suspicari fortassis liceat* Felicem *et* Martialem *eos esse qui in Actis* SS. Fructuosi *et sociorum memorantur: præsertim cum supra diximus* SS. Fructuosum, Augurium, Eulogium cum sociis *celebrari in Missa Mozarabum: Carthusiani Colonienses in addit. ad Usuardum,* Hermitem *et* Cœlestinum *memorant:* Hermis Episcopi, item S. Cœlestini.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRICANIS
HERMETE ET SOLUTORE.

XXI Januarii.

C*ognomines alibi horum, nusquam una compositi. Dedit hos nobis vetus S. Hieronymi MS. in quo ista habentur:* In Africa Solutaris, Hermetis *et MS. Dungalense.* Salatoris, Hermetis. *Nec plura alibi.*

DE S. VITALE SPOLETII IN UMBRIA.

XXI Januarii.

S*poletii in Umbria coli solitum* S. Vitalem *discimus ex MS. S. Hieronymi. Et verisimile est isthuc migrasse ex humanis, seu fato, sive (quod probabilius) martyrio. Ita MS. habet:* Spoliti civitate Vitalis. *Alius huic diei tribuitur* Vitalis *a Carthusianis Coloniensibus in auctario ad Usuardum:* Vitalis Martyris Agaunensis, *cujus mentio fit in Actis S. Mauricii* XXII *Septembris. An ejus forte Spoletium antiquitus allatæ reliquiæ, an cum* Vitalem *legisset illius auctarii concinnator, conjectarit Agaunensem esse; an in quopiam vetusto codice Agaunensem consignatum repererit, nos latet, ipsaque Spoletini* Vitalis *Acta.*

DE S. PATROCLO MARTYRE
TRECIS IN GALLIA.

Sub Aureliano XXI Januarii S. Patrocli natalis.

T*ricassium urbs in Gallia est vetus et illustris ad Sequanam flumen, quam alii vulgo* Trecas, *olim* Augustam Trecarum, Tricassinorum urbem, *Gallice* Troyes *appellant. Hic* S. Patroclus *natus, martyriique triumphum consecutus. Inscriptum nomen antiquissimis Martyrologiis S. Hieronymi, Bedæ, Usuardi, Adonis, Romano; ut Galesinium, Maurolycum, Saussaium, Felicium, aliosque recentiores missos faciamus.*

Acta genuina

3 Ejus Acta sincera *censet Baronius in Notat. ad Martyrologium antiqua quidem esse ex S. Gregorio Turonensi mox patebit. Ea se descripsisse Surius fatetur* ex vetusto MS. codice, qui plerisque locis ob characteres pene abolitos difficulter legi potuit. *Alia nos, et, ni fallimur, vetustiora, ex MS. S. Maximini Treviris et S. Mariæ de Ripatorio accepimus. De utrisque ita statuimus, hæc ipsa videri, quæ S. Gregorio et Vincentio Bellovacensi cognita, vulgata Trecassibus olim; cum* Ripatorium, *sive* Arripatorium, *e cujus codice ea descripsimus, diœcesis Trecensis cœnobium sit; at quæ Surius edidit multo quidem elegantiora, ex codice quopiam Coloniensi aut e propinquo loco accepto, ea composita aut expolita esse, retentis nonnumquam priorum verbis, postquam S. Bruno, ante annos prope* 700 *sancti Martyris reliquias ab Ansegiso Trecassino Episcopo obtinuit, Coloniamque transtulit, ut infra dicemus.*

alia de eo scripta.

3 *Certamen ejus breviter percenset Petrus de Natal. lib.* 2, *cap.* 108, *sed perperam* apud Senonas passum, *atque* in civitate Senonensi sepultum jacere *scribit. Vincentius Bellovacensis lib.* 11, *cap.* 108, *ex Actis se martyrium ejus narrare profitetur, et licet contracte, verba tamen ipsa priorum Actorum usurpat. Zacharias Lippelous, ex Surio. Joannes Basilius Sanctorius, aliique eadem narrant.*

Acta olim in lucem prodita

4 *De Actis et miraculis S. Patrocli, ista scribit S. Gregorius Turonensis lib.* 1 *Miraculorum cap.* 64. Patroclus quoque Martyr, qui apud urbem Tricassinorum sepultus habetur, sæpius se amicum Dei virtutibus multis ostendit. Erat enim super eum parvulum oratorium, in quo unus tantum Clericus serviebat. Loci enim homines parvum exhibebant Martyri famulatum, pro eo quod historia passionis ejus non haberetur in promptu. Mos namque est hominum rusticorum, ut Sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum hujus certaminis detulit Lectori, quem in ipso loco servire diximus, praebuitque ad legendum. Ille vero post decursam lectionem valde gavisus, nocturno sub tempore famulante lumine velociter exemplavit. Hominibus quidem digressis, hic Episcopo suo exhibet quæ repererat, putans se per hæc gratiam assequi Sacerdotis. At ille non credens, nisi confictum æstimans, cæsum increpatumque Clericum abscedere jubet, dicens: Te hæc juxta votum tuum dictasse manifestum est: nam numquam ea cum ullo homine reperisti. Post multum vero

ver tempus, ut virtus Martyris non esset occulta, abiit exercitus in Italiam et detulit passionis hujus historiam, sicut a Clerico tenebatur scripta. Tunc confusus valde Episcopus cognovit vera esse, quæ a Clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit Martyrem, constructaque super eum basilica, festivitatem ejus per singulos annos devote concelebrat.

5 *Quo anno martyrium subierit S. Patroclus quæri potest. MS. Florarium habet*, tempore Aureliani Imperatoris, anno salutis 273. *Baronius tom. 2, Annal. anno* 275, *num.* 6, *venisse eo anno in Gallias Aurelianum scribit*, ut Barbaros irruentes reprimeret, Augustamque Vindelicorum ab iis obsessam liberaret. *Baronium Cornelius Crusius aliique sequuntur. Martyrologia, Romanum aliqua alia solam habent sub* Aureliano Imperatore *consummasse martyrium. Imperavit* Aurelianus *cæsus a Mæsio anno* 270, *annos* 5, *menses* 6. *Acta utraque* S. Patroclum *interfectum tradunt* XII Kal. Februarii feria VI, *ergo cum littera Dominicali fuit B.* [illegible] *toto Aureliani imperio non contigit, nisi primo, sed Januario ejus anni Imperator* [illegible] *Constantius Felicius*: Patroclus Martyr, nobilis et locuples Gallus, Senonensis, decollatus juxta [illegible] Aureliano, [illegible] Claudii secundo. *Sed tum in Gallia non erat* Aurelianus, *sed in Thracia, aut propinqua plaga, ut* [illegible] *Barbaros* [illegible]

6 *Quid quod Acta priora non sub* Imperatore, *sed* Præside Aureliano *martyrium ejus* [illegible] Præside [illegible] *Aliquam jam inde a temporibus Valeriani et Gallieni* [illegible] *Aurelianus. Recitat Vopiscus Valeriani epistolam, in qua de Aureliano ista*: Quid enim in illo non clarum? quid non Corvinis et Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor, ille Dux magni totius exempli. [illegible] *Aureliano* [illegible] *Christianis* [illegible] *capitaliter infensus, quippe qui, ut Aurelius Victor in Epitome scribit*, sævus et sanguinarius et trux omni tempore, etiam filii sororis interfector, [illegible] *Hunc* [illegible] *Vopiscus* [illegible] Quidquid [illegible] consciențiæ, vel artium [illegible] Aurelianus [illegible] *Sibyllini libri* [illegible] *Aurelianus* [illegible] *Christianorum* [illegible]

7 *Si ante Imperium S. Patroclum Aurelianus interfecit* [illegible] Kal. Februarii feria VI [illegible] 259 Fulvio [illegible] et Pomponio Basso II. Coss. [illegible] *XXI Januarii* [illegible] *MS.* [illegible] XII, *sed* XV Kal. Feb. [illegible] feria VI, *ergo cum littera Dominicali* [illegible] F, [illegible] *imperante Aureliano non contigit, nisi* [illegible] 272 [illegible] *Januarii* [illegible] XI Kal. Feb. [illegible] 275 [illegible]

ACTA

ex duobus veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Patrocli religiosa vita. Prima quæstio.

Tempore illo sub Aureliano [illegible] facta est Christianis tam valida tempestas persecutionis, ita ut etiam pene cruciarentur omnes qui in illo tempore Christiani esse videbantur. Erat tunc persecutio Christianorum nequissima valde, et facta est inquisitio hominum, qui legem Catholicam diligebant, et cum invenissent eos, diversis pœnis interficiebant, et multi per passionem coronati transierunt de mundo in regnum cælorum.

2 Erat tunc in Trecassina urbe vir nobilissimus, nomine Patroclus, [illegible] habebat habitationem extra civitatem quasi passus ducentos, quam ei reliquerant parentes ejus cum multis ædificiis, et ipse [illegible] habitaculo, et serviebat Deo [illegible] diebus ac noctibus, et legem Catholicam diligebat, institutus bene litteris et prudentia, et [illegible] in oratione cunctis horis, ita ut per singulos dies non reficeretur [illegible] hora duodecima [illegible] orationibus et deprecationibus ante refectionem Domino laudes [illegible] et [illegible] quæ possidebat de substantia parentum per viduas et orphanos erogabat, qui ex toto corde Christum diligebant, ita ut omnes Christiani æstimarent eum dispensatorem esse cœlestem. Sic sanctus vir persistebat in ministerio Dei, et in obsequio cœlesti, et in oratione et jejunio, [illegible] scriptum est in libris sancti Evangelii, quibus ipse Dominus dicit: Omnia quæ habes da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni sequere me. Sanctus ergo vir Patroclus persistebat in timore Dei, et in oratione [illegible] et virtutes multas per eum Dominus ostendebat, et omnes venerabantur eum, quasi virum justum et dignum Dei [illegible] et [illegible] vultu et specie [illegible] venerabatur valde [illegible] et de nobilitate et obsequio, et de religionis honore, [illegible] insistebat.

3 Egrediens vero Aurelianus [illegible] Christianorum [illegible] Senonicæ, quæ est nobilior civitas, pergebat Trecas, et audiens de B. Patroclo, quæ talia gesta erant, de eo secretius scrutatus est. Et cum invenisset eum, ait illi: [illegible] Patroclus vero [illegible] non dedit responsum ullum. Aurelianus dixit: Quod tibi nomen est? Ille respondit: Patroclus dicor. Aurelianus dixit: Cujus religionis es? aut quem deum adoras? Patroclus respondit: Ego Deum vivum et verum, qui in cœlis habitat, et humilia respicit et omnia scit antequam fiant. Aurelianus dixit: Recede [illegible] et [illegible] honore [illegible] Patroclus [illegible] Deum, [illegible] verum, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt [illegible] Aurelianus dixit [illegible] Patroclus respondit [illegible] Aurelianus dixit [illegible] Patroclus dixit: Ego [illegible] Dei [illegible]

4 Aurelianus [illegible] Christianorum [illegible]

S. Patr[illegible] tertiam,

Ex Mss. Psal. 118, 76. Psal. 30, 8.

tertium, orabat ad Dominum, et dicebat: Fiat misericordia tua, Domine, ut consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo. Et postea: Exultabo et lætabor in misericordia tua Domine, quia respexisti humilitatem meam.

a *Forte* P. *aut* Pr. *sive* Principe *scriptum fuit: aut hæc ante Imperium gesta, ut ante disputavimus* b *MS. S. Max* diligebat. c *Idem et reliqui habent, et sane pluribus excruciatum tormentis Martyrologia prædicant, cum solius fustuarii hic mentio sit. Ado et Beda vulgatus* : qui post diversos, quos pro Christo sustinuit, agones, capitis obtruncatione martyrium consummavit. *Carthusiani Colon. in addit. ad Usuard* ad palmam martyrii, post compedes, ignitas catenas, et fustes superatos, capitis abscissione pervenit. *Galesinius* tormentis affectus, in summa acerbitate, animo mirandum in modum confirmato ad tuendam fidem *etc.* *Saussaius* Postea dirissimis suppliciis excruciatur. Cumque in summa pœnarum acerbitate constantius fidem tueretur, ad Sequanæ ripam *etc.* d *MS. S. Max.* post dorsum. e *MS. Rip.* perdatur.

Plura passus S. Patroclus

CAPUT II.

Secunda quæstio, capitis sententia.

Et post diem tertium, eductus est in publico. Cui Judex sic ait: Veni contemptor, redime te et sacrifica diis. Patroclus dixit. Redimet Dominus animas servorum suorum, et non delinquent omnes qui sperant in eum, tamen aliquid tibi de thesauro meo possum largiri, si velis accipere, quia pauper es. Aurelianus dixit. Quomodo me tu pauperem esse dicis, qui multas divitias habeo? Patroclus dixit Habes terrenas divitias, sed pauper es in fide Domini nostri Jesu Christi, quam in te recondere noluisti. Ipse ideo damnabit te, et patrem tuum diabolum. Aurelianus dixit: Multas mihi jam injurias infers, ita ut tibi jam non amplius miserear. Patroclus dixit: Miserebitur mihi Deus, cui servio a juventute mea; nam vanum et superstitiosum honorem tuum, temporalem et infelicissimam et caducam gloriam abominamur. Sed væ tibi cum veneris ad eumdem locum, ubi cruciatur, diabolus; ubi etiam adspicies quemadmodum te æternus cruciatus expectat.

Aurelianum pauperem pronuntiat

6 Aurelianus dixit: Ego talia numquam audivi, neque novi; tamen scio quia omnes pœnæ tuæ in manibus meis sunt, et corpus et sanguis tuus. Patroclus dixit: Habes corpus meum in potestate cruciandi, tamen animam meam lacerare non poteris, quia eam in potestate non habet nisi solus Deus, qui eam dedit in corpore meo, sicut ipse Dominus dixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, et amplius non habent quid faciant; sed potius timete eum, qui postquam occiderit corpus, animam potest mittere in gehennam. Aurelianus dixit: An habent potestatem dii nostri qui vera canunt, et tibi adhuc vivere permiserunt? Patroclus dixit: Qui sunt dii vestri? Aurelianus dixit: Apollo *a* optimus est et verus Deus; Jovis et ipse maximus Deus; Diana quoque quæ est *b* mater Deorum, qui vera hominibus canunt. Patroclus dixit: Apollo, quem tu esse Deum dicis, audivimus a senioribus nostris, quod *c* Admeti Regis pecora pascebat, et Jovem, quem tu adoras *d* Catharum, mortuus est de austeritate ventris; et scio eum fuisse hominem pravum, nequissimum, adulterum, fornicatorem, rapacem, adjuventorem omnium malorum, qui scandala cum vicinis serebat et proximus seditiosus, atque pauperum exspoliator: ubicumque habitavit, statim seditio aut homicidium ibi fuit admissum, ideo mortuus est turpissima morte, terra eum non suscepit. Et Dianam, quam dicis esse matrem Deorum, quis nesciat esse dæmonium meridianum? O incredulitas hominum, qui vana colunt, qui frustra adorant, quod ipsi ignorant; sicut scriptum est. Similes illis fiant qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis.

pœnas contemnit Matth. 10, 28. Psal. 113, 8.

7 Aurelianus dixit. Multa patientia sustineo ad audiendam audaciam tuam Nisi Apollinem, et Jovem, et matrem Deorum adoraveris, hodie te diversis pœnis capitaliter interficiam. Patroclus dixit: Sic es tu, ut execrabilis latro, cui cadaver relinqui, si occiderit, potest, corpus tamen manducare non potest. Et cum hæc B. Patroclus locutus fuisset, Aurelianus furore commotus dixit: Patroclus noxius et detestabilis, qui nobis confusionem intulit, et deos nostros contumeliavit, gladio feriatur, ut amplius non *e* verbosetur. Ducite eum in loco aquoso, et ibi eum decollate, ut corpus ejus non in arida requiescat.

adducitur morti

a *Præcipue Solis cultui addictus Aurelianus, qui sic apud Vopiscum coram Valeriano precatur* Dii faciant et Deus certus Sol, ut et Senatus de me sic judicet *Et mater ejus* sacerdos templi Solis, in eo vico in quo habitabant parentes, *fuerat. Ideo et* Romæ Soli templum posuit majore honorificentia consecratum, *et in eo multum auri gemmarumque constituit. Cum Palmyrenorum urbem immanissimo furore evertisset, jugulatis, ut ipse in epistola ad Cejonium Bassum fatetur, mulieribus, infantibus, senibus, rusticis, tamen Templum Solis, quod apud Palmyram direptum a suis erat, jussit ad eam formam, quæ fuerat reddi. Hinc in quodam ejus numismate visitur Concordia dextra lævaque signa militaria tenens, adstansque Sol, sive Heliogabalus, cum inscriptione* Providentia Deorum.

Solis cultor Aurelianus.

b *Disputent Mythophili cur Diana mater Deorum dicatur. Plures fuisse Dianas e Cicerone lib. 3, de natura Deorum discimus; primam Jovis et Proserpinæ filiam, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur: secundam notiorem, Jove tertio et Latona natam. tertiam Upis et Glauces filiam, quam Græce sæpe Upin paterno nomine appellant.* c *Pherarum Thessaliæ urbis Rex erat* Admetus. *De fabula ad secundam vitam.* d *MS. Ripat* quem tu adoras, cathario mortuus est *etc. An Juppiter* Καθάρσιος *est, sive* Piacularis *vel* Expiator, *dictus, an qui* καθαρτής? *sic venti* καθαροί, *qui nebulas pellunt?* e *MS. S Max* verberetur, *mendose.*

Plures Dianæ

CAPUT III.

Cædes, sepultura, oratorium.

Sic beatus vir traditus est carnificibus, et ductus est ad ripam *a* Sequanæ. Tunc B. Patroclus oravit, et dixit. Domine Jesu Christe, ne patiaris hoc, ut corpus meum in hoc loco aquoso requiescat, sed da victoriam nomini tuo, ut magnificetur in omnibus gentibus; ne unquam dicant Ubi est Deus eorum? Exaudi Domine orationem meam, sicut exaudisti Moysen et Aaron cum populo tuo, et aperuisti eis mare, et eduxisti eos per siccum; sic Domine permitte mihi transire hoc flumen, sicut scriptum est: Eripe me de luto ut non inhæream: et libera me a persequentibus me. Et cum orasset S. Patroclus, obscurati sunt oculi tenentium eum. Et ille ingressus in flumen, exiit in aliam ripam, et genua ejus non contigit aqua, et aqua inundaverat eodem tempore. Et cum egressus fuisset B. Patroclus de aqua, pergebat ad aridum locum, qui est Mons idolorum, et dicebat: Custodit Dominus animas sanctorum suorum, et de manu peccatoris liberabit eos Dominus.

a flumen transit ab aqua intactus Psal. 68, 15. *abit in montem*

9 Tunc illi qui eum tenuerunt, timuerunt Cæsarem, et dicebant: Quam magnus est Deus ejus, quem adorat, qui eum liberavit! alii autem: Non, sed phantasma fuit. Invicem susurrabant, et magna inter eos erat concertatio. Illis vero contendentibus, adveniens mulier seditiosa et ipsa gentilis, dixit: Hominem Christianum, quem quæritis, vidi in monte ultra flumen prostratum in terra super faciem suam, et sic adorabat Deum suum. At illi cum vidissent, statim uti veloces erant pedes eorum, ad effundendum sanguinem innocentem et justum, pergebant ad eum, et cum invenissent illum orantem, exiit unus ex illis, qui erat prior præpositus pœnarum ejus, dixitque ad eum: Tu vere reus es, qui effugisti nos: et ecce in manibus nostris es, et non discedes a nobis donec moriaris, aut immoles diis nostris. Patroclus respondit: Ego dæmonia non adoro immunda, nisi unum verum Deum. Carnifices vero dixerunt: Ergo Deus vester qualis est, natus an factor? Patroclus respondit: O amorem superstitiosum! de Deo quis enarrare potest? qui omnia quæcumque sunt, sive in cœlis sive in terris, omnia ipse creavit, postea misit a se filium suum, Jesum Christum, qui pro nobis sanguinem suum effundens, ut nos de interitu redimeret, sepultus, in tertia die resurrexit a mortuis, deinde cum gloria ascendit in cœlum, et misit a se Spiritum sanctum, quo mundum implevit, in quo credere debemus.

reperitur a b... christiano *ex Christum prædicat*

berus. Nam numina ista quae errore et vano amore quos creditis, sed daemones esse, [illegible] sicut dixit Propheta [illegible] eos [illegible] operibus eius. Sicut scriptum est: Quicumque sacrificaverit daemonibus, cum eis demergetur in ignem aeternum.

10 [illegible] B. Patroclo [illegible] commotus dixit: Perstringite vinculis pedes eius, et manus eius catenis perstringite, et [illegible] ferite eum, secundum quod deos nostros contemnit [illegible] S. Patroclus [illegible] in terra prostratus est [illegible] dixit: In manus tuas commendo spiritum meum, et [illegible] [illegible] Et post mortem [illegible] ad Casuetum [illegible] corpus eius [illegible] XII Kalend. [illegible] die VI [illegible] quae est parasceve.

11 [illegible] expectabant, portaverunt corpus eius [illegible] vespertina [illegible] presbyter [illegible] [illegible] Benedictus [illegible] Dei [illegible]

12 Post [illegible] Ecclesiae [illegible] B. Patroclus [illegible] Domini nostri Iesu Christi [illegible]

ALIA ACTA EX SURIO.

CAPUT I.

S. Patrocli religiosa vita

G[illegible] semper [illegible]

2 [illegible]

cis ostendit a semetipso. Fructus enim lucis, ut ait Apostolus, est in omni bonitate, et iustitia, et veritate. [illegible] Tricassinae urbis territorio, ducentis [illegible] possedit. Nobiles [illegible] Sed vir Dei [illegible] totum [illegible] traxit [illegible] servat [illegible] semper [illegible] Scripturae [illegible] Catholicae [illegible] praeceptorum Dei [illegible] ipsum Dominum Deum [illegible] amplexatus est. [illegible] Verbum namque Dei [illegible]

3 [illegible]

CAPUT II.

Prima quaestio

S[illegible] [illegible] et [illegible] perversorum [illegible]

Ex Surio.

clus respondit : Ego non novi alium Deum, nisi unum, solum verum Deum, et quem ipse misit Jesum Christum, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, visibilia et invisibilia. Aurelianus dixit : Disputa, et proba vera esse quæ dicis. Patroclus respondit : Vera quidem et probabilia sunt, quæ ostendo; sed quia mendacium invaluit, veritas odium parit. Hanc tu, nisi credideris, nunquam intelliges. Verbis enim Domini nostri Jesu Christi interdicitur, ne sanctum detur canibus, nec ante porcos margaritæ mittantur. Tunc Aurelianus ira permotus, dixit : Nisi ad hoc mihi cito consenseris, ut sacrificium diis omnipotentibus offeras, igni te consumendum tradam. Sanctus Patroclus ad hæc verba hilari vultu et læto corde respondit : Ego semper immolo sacrificium laudis Domino Deo meo : illic enim iter est, quo ostendat mihi salutare suum. Aurelianus non ferens diutius constantiam loquentis, sic erupit in vocem : Statis, et ministratis? Adhibete catenas ignitas et compedes, ut vinctis post tergum manibus et alligatis pedibus, mittatur rebellis iste in custodiam, donec pertractem, quomodo eum ad exemplum sui similium perdam. Sic sanctus vir et jam electus Domini Martyr, strictus vinculis, traditus est Elegio uni de adstantibus ministris, qui custodiret eum usque in diem tertium. Sanctus vero Patroclus cum esset in custodia, oravit Dominum, dicens : Fiat misericordia tua Domine, ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo. Sic enim lætabor et exultabo in misericordia tua Domine, quia respexisti humilitatem meam.

traditur in carcerem

a *Eadem ratione Paulus Orosius calculum init. lib 7 cap 23, Othonis, Vitellii, L. Ælii Veri, Didii Juliani, Gordianorum seniorum, Pupieni, Balbini, Philippi junioris, et aliorum, nulla habita ratione, quia vel tyrannidem potius quam legitimum imperium gesserunt vel cum consorte nobiliore imperarunt*

CAPUT III.

Secunda quæstio, sententia.

Cumque post diem tertium eductus fuisset in publicum, judex dixit : Veni contemptor deorum nostrorum, redime te tandem aliquando, et sacrifica diis. B. Patroclus respondit : Redimet Dominus animas Sanctorum suorum, et non delinquent omnes qui sperant in eum. Tu vero miser et infelix es, qui non desideras ab æterna miseria liberari, et indignum te facis gratia et beneficio creatoris tui, thesaurizans tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii ejus. Qui licet jam salutis dona refugias, nec pensare velis, quod thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vellem tamen adhuc tibi aliquid largiri de thesauro Domini mei, quia te egenum et pauperem video. Aurelianus dixit : Quomodo pauperem me dicis, qui tam multis abundo divitiis? B. Patroclus respondit : Habes quidem terrenas et cito perituras divitias, pauper tamen es, nec teipsum habes, quia fidem Domini nostri Jesu Christi in arca cordis tui recludere noluisti. Ideoque ipse cum judex venerit, te cum diabolo patre tuo in æternum damnabit. Aurelianus dixit : Multas mihi per audaciam tuam injurias infers, ita ut jam tui amplius non miserear. Sanctus autem Patroclus confortatus in Domino, dixit : Miserebitur mei Deus meus, cui servio a juventute mea. Tu autem vanum et superstitiosum hunc honorem tuum, quo tumes, et temporalem atque caducam gloriam, qua ab hominibus honoraris, in puncto temporis perdes. Et væ tibi, cum veneris ad locum illum, ubi te sempiternus cum diabolo cruciatus expectat.

iterum interrogatus pari constantia respondet :

7 Aurelianus dixit : Ego quid dicas, nescio. Tu autem, velis nolis, in potestate mea eris : nec est qui te eripiat de manibus meis. B. Patroclus respondit : Si corpus meum in potestate habes, animam meam certe lædere non poteris : quia eam in potestate nemo habet, nisi solus Dominus et creator meus, qui nobis hanc securitatem dedit, dicens : Nolite timere eos, qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Sed illum potius timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam. Aurelianus dixit : Habent potestatem dii nostri, qui vera nobis responsa canunt, et te adhuc vivere permiserunt. S. Patroclus respondit : Qui sunt dii tui? Aurelianus dixit : Apollo optimus et verus deus, Jupiterque summus deus, et Diana, quæ est mater deorum. B. Patroclus respondit : Apollo, quem dicis tuum esse deum, audivimus a majoribus nostris, quod Admeti Regis pecora paverit, ibique non solum gregis detrimentum a perpessus sit, sed etiam ipsa tela perdiderit. Et Jovem, quem adoras, hominem fuisse nequissimum, raptorem et adulterum, comperimus; qui cum vicinis suis seditiosus semper extitit, ipseque nullius criminis expers, alios secum vivus æque et mortuus ad scelera traxit. Et cum ipse simul cum diabolo torqueatur in inferno, non cessat adhuc colligere condemnandos. Dianam namque, quam dicis esse matrem deorum, quis nesciat esse dæmonium? O miseranda dementia hominum, qui vanitates has frustra colunt, quæ nec sibi, nec aliis prosunt. Aurelianus dixit : Magna patientia mentis meæ : jam diu retineor ad auscultandam audaciam tuam. Sed nunc nisi Apollinem, et Jovem, et Dianam matrem deorum adoraveris, diversis hodie pœnis te interficiam. S. Patroclus respondit : Execrabilis et quilibet perversus latro, etsi innocentem aliquem occidere potest, corpus tamen ejus devorare non potest. Tu vero, qui corpus meum occidendum in potestate te habere jactitas, licet devores illud, animæ tamen meæ nocere non poteris.

ostendit vanitatem deorum

Luc. 12 4.

a

8 Et cum hoc B. Patroclus locutus fuisset, Aurelianus Cæsar, furore repletus, talem dedit sententiam : Patroclus obnoxius et detestabilis et reus majestatis, qui nobis confusionem intulit, et deos nostros injuriose fœdavit, gladio feriatur, ut verbositatis ejus nequitia conquiescat. Ducite jam illum in locum limosum et palustrem, ibique eum decollatum dimittite, ne saltem corpus ejus in arido requiescat.

adjudicatur morti

a *In pascendis Admeti gregibus id illi contigerit, in Thessalia, an in Peloponneso, Elim Messeniamque arva colenti, ut Ovidius 2, Metamorph memorat, quærant, quibus hæc figmenta præ Dei orum Actis sapiunt. Amore impulsum (sive Alcestis seu cujus alterius) pavisse Admeti greges testatur Tibullus lib 2, eleg. 3, ast Peloponnesiacum novem annorum laborem volunt a Jove illi inflictum ob Cyclopas mactatos*

Apollo boum gregem pavit

CAPUT IV.

Mors, sepultura.

Sic B. Patroclus traditus carnificibus ad decollandum, exultans ibat cum eis ad ripam Sequanæ. Tunc vir sanctus oravit Dominum, dicens : Domine Jesu Christe, ne patiaris corpusculum meum in hoc aquoso loco demergi : sed da gloriam nomini tuo, ut magnificetur in conspectu inimicorum tuorum, ne unquam dicant in gentibus, Ubi est Deus eorum? Exaudi Domine orationem meam, qui exaudisti Moysen et Aaron orantes pro populo tuo, et divisisti mare rubrum, et eduxisti per siccum. Sic ergo Domine permitte mihi transire hoc flumen in nomine tuo. Eripe me de luto, ut non inhæream : libera me a persequentibus me. Et cum orasset S. Patroclus, obscurati sunt oculi tenentis eum. Ille vero ingressus flumen, pertransiit, et illæsus exiit in aliam ripam, ita ut genua ejus non tangerent aquam, quæ tamen rapax et inundans erat multum eodem tempore. Cumque egressus esset, pergebat in aridum locum, ubi erat mons idolorum, ita cantans et laudans Dominum : Custodit Dominus animas Sanctorum suorum : de manu peccatoris liberavit eos.

Flumen transit illæsus

10 Illi vero qui tenuerunt eum, obstupefacti propter metum Cæsaris, dicebant : Quam magnus est Deus, quem adorat iste! Ecce quomodo liberavit eum! Alii autem dicebant : Non, sed phantasma fuit. Hoc modo altercabantur, et schisma erat inter eos. Illis vero ita contendentibus, adveniens quædam mulier

[illegible] dividitur

[illegible] dixit: [illegible] Christianum, quem quaeritis, vidi nunc in monte ultra flumen, prostratum in terra, et sic orabat Dominum suum. At illi, qui veloces habebant pedes ad effundendum sanguinem innocentem et justum, cum hoc audissent, statim perrexerunt ad eum. Et cum pervenissent ad locum, ubi erat prostratus, invenerunt eum orantem. Tunc unus ex illis, qui erat prior, ait illi: Tu jam reus es, qui effugisti nos, et ecce es in manibus nostris, et non discedes a nobis, donec [illegible] nostris. B. Patroclus respondit: Ego daemones immundos nunquam adorabo, sed unum verum Deum, qui est in coelis. [illegible] dixit: Ergo Deus noster quis est? [illegible] B. Patroclus dixit: [illegible] De Deo quomodo loquitur homo? Generationem ejus quis enarrabit? Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt, quaecumque sunt. Ipse misit pro redemptione generis humani filium suum Dominum Jesum Christum, qui pro nobis sanguinem suum fudit, ut nos de interitu et morte liberaret aeterna: tertia post haec die resurrexit a mortuis: deinde videntibus discipulis suis, ascendit in coelum, et misit illis promissum a se Spiritum sanctum. [illegible]

11 [illegible] et sic prostratus in terram, gladio [illegible] Tunc B. Patroclus genua flectens in terram, [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

qui pro testamento Dei vitam temporalem amisit, jam cum Domino sine tempore vivit.

[illegible] Comiter fuerit apud Cenophrurium, mansionem quae est inter Heracleam et Byzantium [illegible] interemptus est. [illegible] Aurelianus cum adversum nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit, ac non multo post inter Constantinopolim et Heracleam in Cenophrurio [illegible] Cenophrurium appellatur. [illegible]

DE TRANSLATIONE S. PATROCLI.

Susatum S. Patroclis reliquias [illegible] Christi 960, transtulit S. Bruno Coloniensis Archiepiscopus, Ottonis Magni Imperatoris germanus. Est Susatum una e primariis Westphaliae urbibus, in Marchiae Comitatu, non ad Luppiam flumen sita, ut [illegible] Ferrarius, ab eo tamen non multis milliaribus distans, ab Henrico Aucupe, Ottonis Imp. patre, moenibus [illegible], ut tradit Wernerus Teschenmakerus par. 2. Annal. [illegible]

2 Est ibi, ut Georgius Braunius in Theatro urbium scribit, magnificum Canonicorum collegium D. Patroclo, qui et urbis patronus est tutelaris, sacrum. [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

Ex variis.

scribit, claro Saxonum sanguine oriundus, apud Coloniam Agrippinam ad litterarum dispositus rudimenta, tantam postmodum in divinis æque et humanis assecutus est scientiam, ut summis par esse philosophis censeretur..... Ottoni Imperatori, ac Brunoni Coloniensi Archiepiscopo ita carus fuisse perhibetur, ut nulla rerum majorum exercerent negotia, nisi in illius præsentia, nisi ejus essent consilio adstipulata. *Sedit ab an.* 959, *ad VI Kal. Novemb.* 970. *Fuit vero* Ansgisus, *sive* Ansegisus, *alüs* Ansersus, *Tricassinæ Ecclesiæ Antistes, ut videre est apud Camuzatum, Cl. Robertum, aliosque. Inter Carcassonenses nullus eo nomine appellatus reperitur.*

2 Cor 2, 15.

5 *Porro dies, quo Susatum allatæ illæ sancti Martyris reliquiæ sunt, anniversaria memoria consecratus est V Id. Decemb. quo die MS. Florarium :* Adventus S. Patrocli Martyris. *Martyrol. Colon.* In Susato Adventus S. Patrocli Martyris. *Carthusiani Colon. in addit ad Usuardum :* in Susato oppido diœcesis Coloniensis, adventus S. Patrocli Martyris a Trecassina civitate per sanctæ memoriæ Brunonem Coloniensem Archiepiscopum illuc translati. *Eadem fere Canisius meminit et Ferrarius.*

Dies translationis.

6 *Andreas Saussayus in Supplemento Martyrol. Gallicani, ad XI April. ita scribit :* Sanctissimi Pontificis (*Leonis*) corpus, tot divinorum mirabilium instrumentum, lapsu temporis Roma in Aquitaniam translatum, in majori Petracoricorum ecclesia sub titulo S. Stephani Protomartyris honorifice collocatum, una cum sacris ossibus S. Patrocli, et S. Sabinæ Virginis Sixtus Papa IV in suis bullis quiescere testatur. *Eas bullas necdum legimus. Verisimile est* S. Patrocli et S. Sabinæ, *de qua XXIX Janu. agemus, e Tricassinorum finibus ad Petracoricos simul deportata esse ossa, vel ante S. Brunonis tempora, vel e residuis fortasse in Trecensi urbe reliquiis aliquibus. Nisi illæ sunt alterius* S. Patrocli *exuviæ, de quo XIX Novembris agemus.*

Sat. 108.

Aliquæ relliquiæ Petracoricis.

HISTORIA TRANSLATIONIS

ex vita S. Brunonis Archiepiscopi Col. XI Oct. Auctore Rogero Monacho.

S. Bruno varias SS. reliquias conquirit.

Sanctorum corpora atque reliquias et quælibet monimenta, ut suis patrocinia cumularet, et per multos populos ultra citraque hac celebritate gloriam Domini propagaret, undecumque collegit : iis loca et ministeria omni sumptu et apparatu copiosius præparavit. De quibus singulis plura essent dicenda, si paterentur promissa compendia. Indicia sunt hæc invictæ fidei, quo non ea quæ sua, sed quæ sunt Jesu Christi, quæsivit. Baculum et catenam S. Petri, qua diligentia, quo fervore, quo gaudio Coloniam, alterum Meti, alteram Roma adduxerit, omnes noverunt : in cujus honore domum ejus honoratissimam mirabiliter ampliavit, quam de pulchra pulcherrimam fecit. Inclytos et præcellentis famæ Martyres Patroclum, Eliphium, Privatum, et Gregorium, quorum gesta sunt permagnifica, merita gloriosa, patrocinia tuta; Christophori, Sanctique Pantaleonis, ut jam dictum est, pretiosas reliquias, quibus se patronis specialius delegavit, ut puta gemmas gratissima et dulcissima pignora, ad sanctissimam suæ Ecclesiæ Sedem miro ambitu variis de locis attraxit.

2 Sanctus etiam Patroclus quomodo ad nos venerit, reticendum non est. Nam, sicut per Salomonem dicitur, fama bona impinguat ossa Hujusmodi adipe et pinguedine repleatur anima nostra. Anno ab exordio salutis nostræ, id est, ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, ducentesimo septuagesimo quinto, Aurelianus principatum Romani Imperii adeptus est, quinque tantum annis et sex mensibus regnaturus. Sub quo gloriosus et sanctus Domini Martyr Patroclus victoriosi certaminis sui cursum feliciter consummavit, et in curru Dei decem millibus multiplici, hoc est, in millibus lætantium, evectus in urbem cœlestis Reip. triumphavit, statuens in Trecassina urbe trophæum gloriæ suæ, corpus posteris honorandum, exteris etiam gentibus prædicandum. Exinde circiter sexcentos octoginta quinque annos, S. Bruno reverendissimus Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ab Ottone Imperatore Augusto fratre suo in Lugdunensem Galliam missus est, nobis in tempore ipso, populo illius provinciæ pene sero ; ubi diversæ voluntates civium distractæque fuerunt sententiæ, velle suum cuique; nec consiliis solum et studiis, sed armis etiam dissidebant et castris. Illic ergo *a* duarum sororum ejus filii summa rerum potiebantur. Hi propinqui inter se fœdere sanguinis, discordes animis, ludibrium avaris suis militibus erant : qui lucris tantum divitiarum intenti, neque in hac, neque in illa parte fidem habebant. Ubi enim regionis principes avaritiæ æstibus anhelant, pacis gaudia miseri quique frustra expectant. Sed gloriosus Archiepiscopus, *b* pacis nuntius, citius quam credi posset, calidæ fecit silentia turbæ majestate manus : deinde quid utile omnibus esset, quid singulis expediret, edocuit : et reconciliatis invicem civibus, bonitate in suos usus, justitia in omnes, pacem integerrimam reformavit.

Prov. 15, 30.

In Galliam ad sorores profectus.

3 His ita gestis cum jam redire disponeret, multis precibus obtinuit ab Ansgiso Trecassinæ Ecclesiæ venerabili Episcopo, (quem et paullo ante *c* expulsum, inter alia insignia legationis suæ, cum ingenti plausu populi restituit propriæ Sedi) ut donaret sibi secum pariter absportandum corpus B. Patrocli Martyris, cujus passionem legere, meritumque perpendere qui quærit, in promptu habet. Episcopus autem qui plurima debuit, hac, ut ita dicam, occasione oppressus, coactus insuper infinitis precibus, postulanti tandem paruit, ne videretur ingratus; maxime quia exigentis animus huic muneri tantum intentus, alia penitus recusabat. Religionis enim amore captus, sicut exterius habuit per virtutem, quod superborum insolentiam nequitiamque retunderet; sic per pietatem interius decorem domus Domini diligenter administrare curabat.

corpus S. Patrocli Trecis impetrat

4 Cumque se hoc gratum munus ab Episcopo consensu Cleri totiusque populi promeruisse gauderet, ipse ne quid infectum relinqueret, adhuc in plurimis occupatus, misit acceptum reliquias virum omni laude dignum Evercharum Leodiensem Episcopum, et cum eo Clericos ac monachos religiosos. Inter quos fidelis populi multitudo non minima, caussa laudabilis spectaculi, confluebat. Cumque ad locum destinatum venissent, videntes ibi pavimentum marmoreum perstratum, nullum vero certum recognoscentes reconditi signum thesauri; alii quidem adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. Tunc admonente Episcopo et exhortante eos qui convenerant, præmissa tandem solenniter oratione, opus, propter quod venerant, aggressi sunt cum fiducia. Confestim autem ut aperuerunt sarculis terram, (mirabile dictu!) repleti sunt omnes odore vehementissimo, quo nihil unquam suavius sentiebant : et quo quis magis proximus fuit sepulchro, eo magis se odoris dulcedine affectum esse testatus est. Unde factum est ut omnes tunc Religiosi fossores esse cuperent, quatenus divinæ fragrantiæ vim mirificam abundantius caperent. Nullus tamen, qui intra parietes ejusdem ecclesiæ fuisset, expers hujus suavitatis inventus est : nec erat quisquam, qui vel tam dulce vel huic simile aliquid se unquam olfecisse fateretur. Augebatur itaque magis et magis aura delectabilis, donec veniretur ad corpus sancti Martyris. Tunc vero miro in modum ita afflati sunt omnes, ut sibiipsis eo quod senserant pleni omnimodis viderentur, et tamen adhuc velut sitibundi haurire amplius niterentur. Vere mirabilis vir iste fuit, qui Christi bonus odor Deo

ad ab Episcopo Leodiensi refossum,

suavi erumpente odore.

[illegible]

SANCTORUM MARTYRUM TRAPEZUNTINORUM

VALERIANI, CANDIDI, AQUILÆ, EUGENII.

ACTA EX MENÆIS GRÆCORUM.

[illegible]

Ex variis.

DE S. EUSTASIO NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

XXI Januarii

N*icomediæ, celeberrima urbe, plurimi pro Christianæ religionis defensione sanguinem fuderunt, eo præsertim tempore quo Diocletianus aliique isthic sedem statuere imperii. Ex eorum numero esse* S. Eustasium *arbitramur, etsi martyrii diserte mentio non fiat in MSS. S. Hieronymi et Dungalensi, ex quibus nomen illius hausimus. Verba eorum supra dedimus, ubi de SS. Felice, Celsiano, Cæciliano, etc. VII Novembris de alio agemus* Eustasio, *ab eodem S. Hieronymi Martyrologio aliisque relato, cum* Polisio, Primo, Rogatiano.

DE S. AGNETE VIRGINE ET MARTYRE, ROMÆ.

III Seculo.
XXI Januarii.
S. Agnetis celebritas,

Omnium gentium litteris atque linguis, *ut scribit S. Hieronymus epist. 8 ad Demetriadem* præcipue in Ecclesiis, Agnes vita laudata est, quæ et ætatem vicit et tyrannum, et titulum castitatis martyrio consecravit. *Ideoque supervacaneum fuerit, Sanctorum Patrum, quibus eam celebrant, præconia, Martyrologiorumve congerere eulogia, in quibus* Agnes, Agne, Agna, *et a Græcis* Hagne, *id est, pura, casta, intemerata, appellatur. Nam et Græci eam venerantur* 14 *et* 21 *Januarii et* 5 *Julii, eamdem enim illis locis esse patet ex verbis Menæorum, quæ* 14 *Januarii ita habent* : *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἁγία μάρτυς ἁγνὴ, ἐν σκοτεινῇ φρουρᾷ βληθεῖσα τελειοῦται.*

natalis etiam apud Græcos.

> *Ἁγνὴν ἄναγνοι θέντες εἰς οἶκον σκότους,*
> *Πάμφωτον αὐτῇ προυξένησαν οἰκίαν.*

Eodem die sancta Martyr Hagne, in tenebrosum carcerem conjecta finitur.

> Hagnen (*id est, puram*) impuri mittentes in tenebrarum domum,
> Undique collucentem ipsi compararunt domum.

Idem distichon habetur 21 *Janu. in iisdem Menæis, cum prolixo elogio, quod quia non parum discrepat ab Actis Latinis, separatim dabimus, non quo illi præ his fidem haberi ducamus oportere, sed ne Lectorem lateat quid de Sancta alii tradiderint. Ast hic priora distichi verba sic efferuntur : ἁγνὴν οἱ λάγνοι θέντες etc.*, puram lascivi mittentes. *Quinto vero Julii : Ἁγνὴν λάγνοι ῥίψαντες εἰς οἶκον etc.* Puram lascivi projicientes. *De hujus diei Officio multa habet Galesinius in Notat. ad Martyrologium, et Gavantus Comment. in Rubr. Breviarii sect.* 7, *cap.* 3, *qui animadvertit*, ob ejus fortitudinem egregiam, tam in matutino quam in secundis vesperis dici psalmos de communi virorum Sanctorum eosdemque dicendos in primis vesperis in propria Ecclesia, sicut dicuntur in festo S. Agathæ. *Imo etiam si inciderit festum in feriam II, post Dominicam Septuagesimæ, festivitate SS. Fabiani et Sebastiani translata.*

officium festi

Acta,

2 *Acta S. Agnetis (quorum auctor esse creditur S. Ambrosius, extantque tom.* 5, *Operum ejus, Epistolarum lib.* 4, *epist.* 34) *edidit Surius; nos cum MSS. S. Martini et S. Maximini Treviris, S. Audomari, S. Mariæ et Ripatorio, aliisque, non paucis, et aliquot correctioribus editionibus contulimus. Ejusdem sacratissimæ Virginis meminit idem S. Ambrosius lib.* 1, *de Virginibus, et enarratione in psal.* 104. *Et lib.* 1, *Officior cap.* 4 Quid, *inquit*, de S. Agne, (*loquar*) quæ in duarum maximarum rerum posita periculo, castitatis ac salutis, castitatem protexit, salutem cum immortalitate commutavit? *Prudentii hymnus Peri Stephanon* 14, *S. Agnetis agonem continet; quem et carmine ante annos fere* 700, *cecinit Roswida nobilissimæ Virgo. Extat inter opera Philippi ab Eleemosyna Abbatis Bonæ spei, Ord. Præmonstratensis in Hannonia, carmen elegiacum de martyrio et laudibus S. Agnetis, cujus principium est,*

elegidea scripta,

> Agnes sacra sui pennam Scriptoris inauret,
> Linguam nectareo compluat imbre meam.

Alii hoc Hildeberti Cenomanensis esse arbitrantur; Gerardus Joannes Vossius, Joannes Pitseus, Joannes Balæus, Alexandri Essebiensis Angli, qui sub an. 1220 *floruit. Id nos cum vetusto optimæ notæ codice contulimus. Reperimus et in MS. Ripatorii sermonem de S. Agnete non inelegantem, cujus hoc est ordium :* Cum in toto mundo virgineus flos Mariæ immarcessibiles coronas innectat, et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conservet affectu; eousque integritas perseveravit ad palmam, ut in puellis tropæum sanctitatis arriperet, et per vestigia Matris Virginis ad cœlestem thalamum perveniret. Hinc est quod annulo fidei Agnes se asserit subarratham, et clamat se amore constrictam, *etc. Meminit quoque S. Agnetis S. Aldelmus Episcopus de laudibus virginitatis lib.* 2, *cap.* 6. *Petrus de Natal. lib.* 2, *cap.* 107.

3 *De tempore martyrii ejus ista scribit Baronius in Notat. ad Martyrol.* Satis apparet ipsam in ultima Ecclesiæ persecutione fuisse martyrio coronatam ; nam adhuc superstites aliquos Auctor fuisse tradit, qui ea quæ de Agnete narrantur oculis vidissent, eademque Constantiæ filiæ Constantini retulissent. *Congruunt fere reliquorum sententiæ. Geminum nobis, etsi haud gravem, eximi scrupulum velimus. Unus est, quod in historia Inventionis dicit ipsa Agnes. S. Benignum suum* filiolum spiritualem extitisse, quem de matre fonte regeneratum sublevans sibi adoptavit in filium, *ut S. Benignus, in Lectionibus veteris Breviarii Ultrajectini sub Aureliano occisus dicitur, qui novem annis ante trucidatus est, quam Diocletianus, ultimæ persecutionis auctor, invaderet imperium. Verum ista Acta suo tempore discutiemus.*

Tempus martyrii an Diocletiano imperante.

4 *Alter scrupulus est, quod quæ in Actis num.* 11, *habentur :* Tunc Vicarius, Aspasius nomine, jussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi; *ea ita efferuntur in MS. S. Maximini :* Tunc Vicarius Aspasius nomine Paternus Proconsul ex Dominis et Principibus suis Valeriano et Gallieno, jussit, *etc. Et fuit* Aspasius Paternus Proconsul *sub iisdem Principibus in Africa, cujus mentio est in Actis S. Cypriani* 14 *Septembris. Idemque forte* Paternus *Præfectus Urbis anno Christi* 264 *et* 265 *quorum priore* Gallienus *Imper. sextum, altero* Valerianus *junior iterum, consules fuere. Iterumque anno Christi* 281. Probo IV et Tiberiano *Coss. Præf. V, fuit* Ovinius Paternus. *Verum an is* Sempronio, *sive* Symphronio, *aut* Symphoriano, (*cujus nomen in vulgato Præfectorum Urbis catalogo non reperitur*) *substitutus primum, postea propriam illam gessit præfecturam? Proconsul dicitur, forte, quia* PR. *scriptum fuit, id est,* Præfectus, *et perperam* Proconsul *lectum; aut quia idem quoque ejusve frater, aut parens, filiusve, consul fuit, an.* 267, *cum* Arcesilao, *anno sequenti II, cum* Mariniano; *atque anno* 269. Claudius Imp. II et Ovinius Paternus, *nulla addita tertium repetiti consulatus nota quasi alius fuerit. Et potuerunt sane etiam a Gallieni temporibus ad principia Constantini superstites esse, qui Constantiæ Virginis Agnetis gesta narrarent.*

an Gallieno.

VITA

VITA
S. AGNETIS.
AUCTORE S. AMBROSIO
CAPUT I.
S. Agnes P. V. filio nubere recusat.

Servus Christi Ambrosius Virginibus sacris. Diem festum sacratissimæ Virginis celebremus. Hinc psalmi [illegible], inde concrepent lectiones. Hinc [illegible] turbæ [illegible], inde [illegible] pauperes Christi. Omnes ergo [illegible] in Domino, et [illegible] Virginum, qualiter passa sit Agnes beatissima, ad memoriam revocemus. [illegible] mortem [illegible] perdidit, et vitam invenit, quia solum vitæ dilexit auctorem. In [illegible] annis [illegible] senectus [illegible] corpore quidem juvencula, sed [illegible] fide [illegible]

2 [illegible] a Præfecti Urbis filio [illegible] et [illegible] plurima et plura [illegible]. [illegible]

[illegible] velle accipere ornamenta, omnem [illegible]

[illegible]

3 [illegible] amatore præventa sum, qui mihi [illegible] rhavit me. [illegible]

[illegible]

4 [illegible]

[illegible] nem Virginis revolvuntur. Abnegat Agnes beatissima, et se nullo pacto asserit prioris sponsi fœdera violare. Cumque pater diceret, in fascibus constitutum se, præfecturam [illegible], et [illegible] sibi, quamvis illustrissimum, nullum debere præferre, cœpit tamen vehementer inquirere, quis esset sponsus, de cujus se Agnes potestate jactaret. Tunc exstitit quidam ex parasitis ejus, qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, et magicis artibus ita occupatam, ut dicat Christum sponsum suum esse.

5 Audiens [illegible] Præfectus [illegible] et missa [illegible] eam [illegible] tribunalibus præcepit sisti. Et [illegible] Christi Virgo [illegible] terrore [illegible] sed eodem vultu, [illegible]

[illegible]

6 [illegible]

[illegible]

Titulus Christianitatis.

tiatus, ut sciatur cujus rei judicium sit, ne viri honorati, parentum Agnetis consanguinei et affines, aut quoquo modo familiares et amici, adesse in judicio velint, caussæque patrocinari; unde Præfecto metus a nobilitate incutiatur, invidia apud populum conciliatur. Christianos enim eo titulo accersitos defendere nemo audebat aut poterat, tum quia negare crimen fas non erat, quod ipsi velut summum decus, ut vere erat, ultro profitebantur, tum ne, si justissima uti defensione quis vellet, et contendere crimen in eo nullum esse, Principes, Pontifices, plebsque universa irritaretur. Atque ejus rei gratia etiam in aliis caussis hunc jactare titulum actores consuevere, ne defendi a quoquam Christiani, quacumque de re lite ageretur, possent. Consule SS. Julittæ et Quirici Acta 16 Junii.

i *Al.* flore. k *Al.* istos me velle habere propitios.

l *Al.* invenitur.

CAPUT II.

Lupanari flammisque superior, gladio percutitur.

Symphronius Præfectus dixit : Unum tibi e duobus elige, aut cum virginibus Deæ Vestæ sacrifica, aut cum meretricibus scortaberis in contubernio *a* lupanari. Et longe erunt a te Christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, ut hanc calamitatem intrepido animo te perferre posse confidas. Unde, ut dixi, aut sacrifica Deæ Vestæ ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum, eris publicæ abjectionis scortum. Tunc B. Agnes cum ingenti constantia dixit : Si scires quis est Deus meus, non ista ex tuo ore proferres. Unde ego quia novi virtutem Domini mei Jesus Christi, secura contemno minas tuas, credens quod neque sacrificem idolis tuis, neque polluar sordibus alienis. Mecum enim habeo custodem corporis mei Angelum Domini. Nam unigenitus Dei filius, quem ignoras, murus est mihi *b* impenetrabilis, et custos mihi est numquam dormiens, et defensor mihi est numquam deficiens. Dii autem tui, aut ærei sunt, ex quibus *c* cucumæ melius fiunt ad usus hominum; aut lapidei, ex quibus plateæ ad *d* evadendum lutum melius sternuntur. Divinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, sed in cœlis; non in ære, aut aliquo metallo, sed in regno consistit superno. Tu autem et similes tui, nisi ab istorum cultu recesseritis, similis vos pœna concludet. Sicut enim illi igne conflati sunt ut funderentur, sic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur : non ut fundantur, sed ut confundantur in æternum, et pereant.

Minas publicæ prostitutionis contemnit

Angeli tutela freta

8 Ad hæc insanus Judex jussit eam expoliari, et nudam ad lupanar duci sub voce *e* præconis discentis, Agnen virginem sacrilegam Diis blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam. Statim autem ut expoliata est, crine resoluto, tantam densitatem capillis ejus divina gratia concessit, ut melius videretur eorum fimbriis quam vestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, Angelum Domini illic præparatum invenit, ut circumdaret eam immenso lumine, ita ut nullus posset eam præ splendore nec contingere nec videre. Fulgebat enim tota cella illa, quasi radians sol in virtute sua : *f* et quanto quis curiosior oculis esse voluisset, tanto sibi visus acies obtundebatur. Cumque se in orationem Domino prostravisset, apparuit ante oculos ejus stola candidissima. Et apprehendens eam induit se, et dixit : Gratias tibi ago Domine Jesu Christe, qui me in numero ancillarum tuarum computans, vestem hanc mihi largiri præcepisti. Ita namque ad mensuram corpusculi ejus aptum erat indumentum, et ita nimio candore conspicuum, ut nullus dubitaret hoc non nisi Angelicis manibus præparatum.

Ducitur ad lupanar, nuda, sed capillis tecta

luce cœlitus collustrata, vestem ab Angelo accipit

9 Interea lupanar locus orationis efficitur : in quo omnis, qui fuisset ingressus, adoraret et veneraretur et dans honorem immenso lumini, mundior egrederetur foras, quam fuerat intus ingressus. Cumque hæc agerentur, Præfecti filius, qui auctor erat hujus sceleris, venit ad locum cum sodalibus suis juvenculis, quasi insultaturus puellæ, cum quibus libidinis suæ se posse credebat ludibrium exercere. Et ingressos ante se furentes pueros et turpiter sævientes, videns eum omni veneratione et ingenti admiratione egressos, cœpit impotentes arguere, atque vanos et molles ac miseros judicare. Et irridens eos, locum, in quo Virgo orabat, audacter ingressus est. Et videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo : sed irruens in ipsum lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, et præfocatus a diabolo, expiravit. Videntes autem socii ejus, quod moras intus innecteret, putabant obscœnis eum operibus occupari. Et ingressus est unus de juvenibus, qui ei familiarior erat, quasi ut congratularetur insultationi ejus : et mortuum eum inveniens, exclamavit voce magna, dicens : Piissimi Romani succurrite, Magicis artibus ista meretrix Præfecti filium interfecit.

lascivum Præfecti filium, a diabolo suffocatum,

10 Fit repente concursus populorum ad *g* theatrum et varia furentis populi acclamatio. Alii dicebant magam, alii innocentem, alii sacrilegam conclamabant. Præfectus autem audiens filium suum interisse, cum ingenti tumultu et luctu venit ad theatrum. Et ingressus locum in quo corpus filii ejus jacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat beatissimæ Virgini : Crudelissima omnium feminarum, in filium meum voluisti *h* apodixin tuæ artis magicæ demonstrare? Et cum talia, atque alia hujuscemodi verba repeteret, et caussas mortis ejus ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beatissima Agnes : Ille, cujus voluntatem volebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare autem omnes qui ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia universi dederunt honorem Deo, qui mihi misit Angelum suum, qui et induit me hoc indumento misericordiæ, et custodivit corpus meum, quod ab ipsis cunabulis Christo consecratum est et oblatum. Videntes ergo splendorem Angelicum, adorabant omnes, et abscedebant illæsi. Hic autem impudens statim ut ingressus est, sævire cœpit et fremere; cumque manum suam ad me contingendam aptaret, dedit eum Angelus Domini in reprobam, quam conspicis, mortem. Dicit ei Præfectus : In hoc apparebit, quia non magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris ipsum Angelum ut restituat mihi filium meum sanum. Cui B. Agnes dixit : Licet fides vestra hoc impetrare non mereatur a Domino, tamen quia tempus est, ut *i* virtus Domini mei Jesu Christi manifestetur; egredimini omnes foras, ut solitam ei orationem offeram. Cumque universi fuissent egressi, prosternens se in faciem plorans rogare cœpit Dominum, ut juvenem suscitaret. Orante autem illa, apparuit Angelus Domini, qui elevavit eam flentem, et confortans animum ejus, juvenem suscitavit. Qui egressus foras, cœpit voce publica clamare et dicere : Unus est Deus in cœlo, et in terra, et in mari, qui est Deus Christianorum. Nam omnia templa vana sunt; dii qui coluntur, omnes vani sunt, et penitus nec sibi possunt, nec aliis aliquod auxilium exhibere.

redditum ejus patri et cultu rationis

precibus suscitat.

11 Ad hanc vocem omnes aruspices, et templorum Pontifices conturbantur, et fit per eos vehementior, quam fuerat, seditio populorum. Atque omnes una voce clamabant : Tolle magam, tolle maleficam, quæ et mentes immutat, et animos alienat. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit. Sed veritus proscriptionem, si contra templorum Pontifices ageret, et Agnen contra suas sententias defensaret; Vicarium ad seditionem populi Judicem dereliquit. Ipse autem tristis abscessit, quod eam non potuit post suscitationem filii sui liberare. Tunc Vicarius, Aspasius nomine, *k* jussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi, et in medium eam præcepit jactari flammarum. Quod cum fuisset impletum, statim in duas partes divisæ sunt flammæ et hinc atque illinc seditiosos populos exurebant, ipsam autem B. Agnen penitus in nullo contingebat incendium. Eo magis hoc non virtutibus divinis, sed maleficiis deputantes, dabant

a Vicario in ignem conjicitur, illæsa.

dabant

Auctore S. Ambrosio, ex MS.

[illegible] inter se populi, et infinitos clamores ad caelum. Tunc B. Agnes expandens manus suas in medio ignis his verbis orationem fudit ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende, tremende, Pater Domini nostri Jesu Christi, benedico te, quia per filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum, et spurcitias diaboli impolluto calle transivi. Ecce et nunc per Spiritum sanctum rore caelesti perfusa sum: focus juxta me moritur, flamma dividitur, et ardor incendii hujus ad eos, a quibus ministratur, refunditur. Benedico te, Pater praedicande, qui etiam inter flammas intrepidam me ad te pervenire permittis. Ecce jam quod credidi, video; quod speravi, jam teneo; quod concupivi, complector. Te confiteor labiis, te corde, te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio vivum et verum Deum, qui cum Domino nostro Jesu Christo filio tuo, et cum Spiritu sancto vivis et regnas in cuncta secula seculorum. Amen.

12 Cumque complesset orationem, ita omnis ignis extinctus est, ut nec tepor quidem incendii remaneret. Tunc Aspasius, Urbis Romae Vicarius, populi seditionem non ferens, in guttur ejus gladium mergi praecepit. Atque hoc exitu roseo suo sanguine rubricatam, Christus sibi sponsam et Martyrem consecravit.

[illegible]

CAPUT III.

S. Emerentianae caedes. Constantiae conversio.

Parentes vero ejus, [illegible]

[illegible] sepulturae Sanctae [illegible]. Venientes autem parentes B. Agnetis cum Sacerdotibus nocte, abstulerunt corpus sanctae Virginis Emerentianae, et sepelierunt illud in confinio agelli beatissimae Virginis Agnetis.

14 Cum autem parentes B. Agnetis assiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum ejus, vident in medio noctis silentio exercitum Virginum, quae omnes auratis vestibus [illegible] praeteribant: inter quas vident beatissimam Agnetem simili veste fulgentem, et ad dexteram ejus agnum stantem nive candidiorem. Haec itaque dum viderent parentes ejus, et qui simul erant, quasi stupore mentis tenebantur. Sed B. Agnes rogavit sanctas Virgines paululum subsistere, et stans parentibus suis dixit: Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed congaudete mihi, et congratulamini: quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, et illi sum juncta in caelis, quem in terris posita tota mente dilexi. Et his dictis pertransiit.

15 Haec visio publice ab omnibus qui viderant prodita vulgabatur. Unde factum est, ut post [illegible] Constantia, filia Constantini Augusti [illegible]

[illegible]

dubio, quod perseverantes perpetuae victoriae palmam acquirant.

17 [illegible] Ambrosius [illegible]

Ex Menæis Græcorum.

caritatem Spiritus sancti, ut labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu Domini valeat invenire. Amen.

a *Quæ a porta Viminali Nomentum ducebat Sabinorum oppidum.* b *Al.* percussione lapidum.

c *Colitur* 23 *Janu.* d *Al.* orationibus pernoctarent.

e *Et colitur hujus apparitionis memoria* 28 *Janu.*

f *Hinc ritus agnos benedicendi ejus festo, de quo infra, hinc et ipsa cum agno pingitur, et veste auro texta, ut etiam notavit Molanus lib. 3. de imaginib. cap. 6. Et* 23 *Janu. ad Magnificat hæc ab Ecclesia canitur antiphona.* Stans a dextris ejus agnus nive candidior, Christus sibi sponsam et Martyrem consecravit.

g *S. Adelmus et quidam alii* Constantinam *appellant.*

h *Al.* Ulceribus.

i *Hi fuere Constantinus junior, Constantius, Constans.*

k *Al.* Primatibus. l *Al.* Dilatabatur.

m *De ea agemus* 18 *Febru.*

Agnes S. Agneti apparitus.

EJUSDEM ACTA EX MENÆIS GRÆC.

Sancta Martyr Hagne in Urbe Roma, illustribus orta natalibus est. Vitam ea nomini *a* convenienter instituebat, multasque *b* ad se convenientes feminas, verbum veritatis edocebat, et ut Christum Deum agnoscerent hortabatur, atque eum solum venerarentur. Quæ cum essent ad Præfectum perlata; comprehenditur illa protinus, ac sistitur tribunali, jubeturque diis sacrificare; si renuat, ad lupanar pertrahi. Illa vero : Neque diis tuis, inquit, immolabo, neque virginitatis labem patiar. Spero me Dei mei, cui confido, præsidio, intactam evasuram. Hæc audiens iniquissimus Judex, lenonem accersit, Hagneque, sui nominis vim ac significatum integerrimis moribus exprimentem, ei tradit, jubetque eam *c* unica amictam veste in pompa traduci ad ostentationem.

S. Agnes multas convertit.

Judeu proposita,

prostibulo additur.

2 Ut vero in Satanæ officinam pervenit; quicumque ejus pudori illudere cuperent, nemine prohibente, sed cunctis potius hortantibus, ut libere et impune ea abuterentur, ingrediebantur : *d* at subito stupore obrigescebant, omni repressa libidine, mortuis similes. Tunc quidam, velut altum sapiens, jactabundus et ceteris ante ingressis insultans, instar equi furore quodam in venerem ruentis, impudenti audacia appropinquat sanctæ Virgini. Ast illico exanimatus humi corruit. Cumque haud parum effluxisset temporis, unus eorum qui adstabant, rem conspicatus, vociferatur : Magna fides Christianorum. Ingressi, ceteri, una omnes voce conclamant : Magna Christi potentia!

perculsis ceteris qui accedebant,

unum interemptum

3 Quæ cum Præfecto essent renuntiata, sistitur denuo ejus tribunali Virgo, simulque exanime corpus in conspectum protrahitur. Tum Præfectus : Dic improba muliercula, quo pacto adolescentem hunc interfeceris. Illa vero : Cum me, inquit, jussisses dehonestari, continue ut abducta sum consecutus est adolescens albis indutus vestibus, et ingressus, juxta me adstitit, et ceterorum deinde juvenum cupiditatem restinxit, et quem hic exanimem intueris, eum ipse posterius cum impudentia et audacia ingredientem, priusquam me contingeret, priusquam verbum proloqueretur, in illam quam cernis formam modumque redegit. Præses dixit : Et quis ille? Hagne respondit : Dominus Deus meus Angelum suum misit, qui fieri mihi injuriam prohiberet. At Præses : Si vis fidem tibi a nobis haberi, invoca Deum tuum, et hunc suscita. Martyr vero sublatis in cœlum manibus Deum precata, statimque mortuus surrexit. Obstupuerunt universi ad insolitum hoc prodigium, atque ipse Præses et plurimi adstantium exclamarunt : Magna virtus Christianorum! Magnus vere Deus generosissimæ Virginis. Quidam vero impii et impuri succlamarunt : Tolle hanc e medio, quia magicis præstigiis ea facit, quæ usitato modo grandiora videtur patrare. Ergo igni confici Virginem mandat. Cumque ingens excitatus rogus esset, Sancta seipsam consignans in medium flammarum e intrepide ingressa, cumque ore peregisset preces, relicto corpore migravit ad Christum. Flammis deinde residentibus, Christiani quidam clam venerandas ejus reliquias colligentes honorifice condiderunt, Deum laudibus celebrantes.

ab Angelo,

precibus suscitat.

a tunc morttur

e

a *Ἀγνὴ enim, ut supra scriptum, purum castumque significat, dicitur hic* [illegible] *Sic 5. Jul.* [illegible], habens mores nomini congruentes, *et hic mox* [illegible], aptum habens nomen, *et, ut an ille* mensuram nominis implens, *aut, ut S. Hieronymus*, vere nominis sui.

b *Is erat moribus Agnes, ut vel solo exemplo posset homines ad meliora pertrahere ex Dei caritate, ut vellet, quocumque modo id fas esset, ad virtutem omnes hortari. Certius tamen id præcipue accidisse ea ratione, qua scribit S. Ambrosius.* Usque in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnetem beatissimam, quasi in corpore manentem attendunt; et ejus exemplo provocatæ viriliter integræ perseverant. *in Menæis* 5 *Jul.* multis intemperantium mulierum, abstinere se pravis actionibus persuasit et credere in Christum Deum.

Multæ exemplo S. Agnetis conversæ

c *Iis scilicet spoliatam vestibus, quæ virginum matronarumque propriæ, de quarum, ac meretricum, etc. habitu consule Alexandrum ab Alexandro genial. dier. lib. 5 cap. 18, Latina Acta omnino nudam expositam fuisse narrant, sed capillis suis ne conspici posset, tectam divinitus.*

d *Eadem Menæa* 5 *Julii habent.* eam impudicorum hominum ad ipsam venientium impetum precibus refrenasse, atque intactam permansisse.

e *Al.* 5 *Jul.* magiæ et incantationis crimine accusatam, ideo igni traditam in eo spiritum Deo reddidit. *Ut Latina Acta habeat gladio percussam.*

DE RELIQUIIS S. AGNETIS.

§ I. *Basilicæ ac Reliquiæ S. Agnetis Romæ.*

Ecclesiæ Christiani orbis complures asservari colique apud se S. Agnetis Virginis ac Martyris reliquias gloriantur. Partem fortassis earum aliquam possident, cum pleraque sacri corporis ejus ossa sibi vindicet Roma; aut certe alterius sunt Agnetis, *etenim plures eo nomine sanctæ Virgines extitere. Nam ut* Agnetem de Monte Politiano, *nuper in Sanctorum fastos relatam, omittamus, cujus vitam dabimus XX Aprilis, ut* Agnetem *S. Claræ sororem, religiosissimam Virginem, nondum Cœlitum in terra honoribus dignatam, passim tamen* Sanctæ *appellatione Assisii solitam honorari, ut testis est Ferrarius ad XXVIII Augusti, ut* Agnetem *Brunensem Comitissam, ac deinde Præmonstratensi instituto additam cujus pietatem prædicat Saussaius XXXI Martii, ut* Agnetem *B. Julianæ sororem, eadem pietatis laude celebrem, quam hoc die in Piorum catalogo memorari a quibusdam dicimus, ab aliis V Aprilis, ut generosissimam illam* Agnetem *Ludovici Bavari Imperatoris filiam, quæ XI Novembris septem annos nata sanctissime decessit, ut alias denique complures omittamus, quarum virtus præclaris ornata Scriptoribus encomiis est, supra XIII Januarii in Actis S. Potiti Agnetis mentio facta est, quæ Antonini Pii filia, lustrata baptismo fuit, etsi quem vita sit ejus exitum ignoramus. alia XVIII Januarii in narratione Translationis S. Archelaæ et sociarum memoratur* beata Virgo Agneta, *alia refertur ab Antonio Gallonio sancta Virgo Romana* Agnes, *ex Gulielmo Tyrio lib. 18, cap. 5, aliam habet Octavius Pancirolus in Thesauris absconditis Almæ Urbis, regione 2, eccl. 61,* B. Agnetem *Abbatissam cœnobii, quod olim fuit ad basilicam S. Agnetis via Nomentana, de quo infra. Alia fuit* Agnes *e glorioso S. Ursulæ sodalitio Virgo et Martyr, cujus hic Antverpiæ in ecclesia domus professæ Societatis Jesu reliquias habemus. Suspicamur aliis quoque anonymis Virginibus* Agnæ, *vel* Agnetis, *imposita esse nomina, ut* Victoriæ, Felicitatis, Fortunatæ, Vincentiæ, *aliaque id genus, sive ab eo qui refodit earum corpora sivit, Pontifice, sive ab eo qui publicæ illa venerationi exposuit : scimus certe id in quibusdam esse factitatum, neque improbare possumus, cum et Pontificis Romani auctoritate, et ex testimonio ipsorum Divorum monitu, nonnumquam mutata Sanctorum nomina esse constet, sic S.* Mengor, Megengaudium *se jussit appellari; sic S.* Knut *Regem,* Canutum *dici Pontifex præcepit. Quid quod aliis nominibus apud alios populos celebrantur quidam Sanctorum?*

Plures sanctæ Virgines Agnetis nomine appellatæ

2 Ut in

§ II Reliquiae S. Agnetis Ultrajecti

EX VARIIS.

Ultrajecti in cathedrali Ecclesia. *Subdit eadem de Translatione ex Italia per Baldricum, et addit :* Dies Translationis est IV Nonas Septembris. *Aubertus Miræus scribit* Othonis Imp. interventu, a Romano Pontifice obtinuisse *Baldricum*, secumque ex Italia Ultrajectum attulisse ossa S. Agnetis Virginis, itemque SS. Pontiani et Benigni Martyrum.

sed ex alia ecclesia.

13 *Ast ex Inventionis reliquiarum SS. Agnetis et Benigni historia liquet, multo ante eas Romæ avectas, sed postea, ut ne Danorum gentilium paterent furori, defossas, et tandem Baldrici tempore repertas, eique ab amico Comite donatas, adhibita quoque fortassis S. Brunonis Archiepiscopi gratia, atque Ultrajectum ad cathedralem S. Martini ecclesiam deportatas. Eam historiam ex veteri MS. Ecclesiæ S. Pauli Ultrajecti accepimus, cujus compendium quoddam ex MS. Rubeæ-vallis sua manu descripserat Rosweydus, extatque idem prope in veteri Breviario Ecclesiæ Ultrajectinæ ad 2 Septembris.*

Triplex earum translatio 1 ex Italia,

14 *Triplex igitur* S. Agnetis *Translatio facta : prima Chlodovæi I, temporibus, ut in eadem historia innuitur, vel forte Chlodovæi III, ex Italia in Galliam. Sed hujus Translationis incerta dies, memoria oblitterata : nec satis constat, quem ad locum allatæ sint, ut infra dicemus. Secunda Translatio contigit pridie Kal. April. an. Chr. 964, indict. 7, feria 5, ut ex MS. historia patet. Eam in nullo Martyrologio, præterquam MS. Florario, consignatam reperimus. In eo ita habetur :* Apud Trajectum inferius Translatio S. Agnetis Virginis et Martyris, facta per Baldricum XV Episcopum ejusdem civitatis anno salutis 964.

2 in Cathedralem sub Baldrico

15 *Tertia sub Frederico Blanckenheimio LI, Antistite, 2 Septembris facta, de qua idem Florarium eo die :* Apud Trajectum inferius in ecclesia summa S. Martini elevatio, sive translatio, corporis S. Agnetis Virginis et Martyris facta per venerabilem virum Dominum Fredericum, hujus nominis tertium, ejusdem Ecclesiæ quinquagesimum Episcopum anno salutis MCCCCXXI. *Carthusiani Colonienses in addit. ad Usuardum.* Trajecto inferiori Translatio S. Agnetis Virginis et Martyris. *Canisius :* Item Ultrajecti in Hollandia elevatio sanctæ Virginis et Martyris Agnetis. *Martyrologium, sive Matricula, Carthusiæ Ultrajectinæ.* Translatio Agnetis in Trajectum. *Molanus in auctario ad Usuardum :* Eodem die in Trajecto, translatio Agnetis Virginis.

3 anno 1421, in novum capsum

16 *Idem Molanus, ut ante monuimus, in Indiculo et Natalibus SS. Belgii, eo die recoli primæ translationis memoriam existimat, quod et Saussaius scripsit :* Apud Trajectum *inquit hic,* susceptio reliquiarum S. Agnetis Virginis et Martyris, quas Baldricus Antistes hujus Sedis ex Italia allatas, cum sacris Beatorum Martyrum Pontiani et Benigni lipsanis, sua in Cathedrali Ecclesia, perenni cultu prosequendas, collocavit. *Jam diximus, et infra manifestius patebit, collocatas quidem a B. Baldrico in Cathedrali ecclesia, at non ab eo ex Italia allatas. Licet porro translatio, quæ Baldrici ætate contigit, non 2 Septembris, sed 31 Martii, feria quinta in Cœna Domini facta sit, hoc die tamen recoli anniversario cultu cœpit, postquam eodem die Fredericus Episcopus eas reliquias in aliam thecam honorificentius relocavit : eratque in veteri Breviario Ultrajectino eo die officium duplex Canonicorum; quod in novo Breviario, ad Romanum conformato, penitus prætermissum est. At* SS. Benigni *et* Pontiani *in illo nulla eo die mentio, nec in alio, quod viderimus, Martyrologio, præter Gallicanum Saussaii.* S. Benigni *Episcopi et Martyris natalis in veteri ac novo Breviario celebratur* 28 *Junii.*

2 et 3 Translatio agitur 2 Septembris,

Talis jam ad octavum decimum *a* ætatis suæ pervenit annum, in quo in secundo a Levitis numero dedicatus feminum cœtibus puer adjunctus est. Stupuere complurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate jungebant: seram credebant dignitatem hanc redditam esse qui noverant. At ille venerabilis Crispinus Episcopus, favoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram, et quem numquam nisi bona conscientia duxit ad gratiam, sic eum mulcebat sensibus, ut morderet obtutu, et sub specie frontis rigidæ clandestinum circa discipulum nutriebat affectum. Pascebatur alumni sui optabili conversatione Pater, et in omnibus ejus actibus oculos amœnabat; in quo tamen ille subdiaconi ordine nihil amplius quam biennio commoratus, meritorum suorum saltibus evectus exiluit, nec se diu intra angustias modici honoris anima est dives passa refrænari. Festinabat ad Leviticam dignitatem conscientia, quam numquam vota præsumpserant; exigebat conversatio, quod desideria peritus ignorabant. Circa metas tamen præfati honoris et terminum, unum ejus opusculum summo tenus libet attingere.

S. Crispinum sua virtute recreat

7 Summuris vocitatur *b* ager, qui in eo loco situs est, in quo terrenum marginem gulosus *c* Padum gurgitis morsus arrodit, et flexuose serpens fluvius largitur in compendio alterius, quod furatur ab altero, simulque fit lucrum finitimi aliena calamitas. De hujus prædii finibus antiqua cum Clericis Burco quidam lite certabat: ad quod jurgium dirimendum senile nimis, et præterquam conjici possit annosum, adhuc puer iste dirigitur. Electus est enim qui et fortiter illatas intentiones exciperet, et maturitate consilii inferendas temperaret. Attulit tamen quod solet omnium criminum mater intentio: nam processu sermonis et scandali, ipse Burco, qui malitiæ suæ sordido lenocinaretur assensu, summum facinus sine aliquo timore commisit: nam sanctum virum ita tuste percussit ut sanguis protinus ebulliret.

Caussam Ecclesiæ agens,

juste percutitur:

8 At ille patientissimus iram repressit; nec vindictæ spe provocatus effervuit, turbatumque potius et attonitum percussorem blandissimo deliniebat affatu. Illico miserum se clamans et exbatam fluctu ebrietatem tacti Capraria Burconis mater occurrit: crederes eam circa funus pignoris sui illa, qua fugatur omne consilium, in carorum mortibus lamentatione jactari. Lambebat vestigia sanctissimi juvenis ejulans mater, et, Parce, clamabat illi, quem numquam ad indignationem vis ulla compulerat. At ille supplicantem prohibebat, ne sibi invidiam rogando conciliaret, ne se non merentem delati honoris sarcinis impediret. *d* Turbata est repente civitas, omnium Christianorum in furorem versæ mentes. Burco ad exitium poscebatur, et in tanta hominum multitudine nemo placidus, nisi qui injuriam fuerat passus, inventus est. Flebat egregius Pontifex, de infirmitatibus suis et molestiis gaudente discipulo, nam ita satisfaciebat pro eo, qui putabatur inimicus, singulis, ut nec gloriam parcendo jactanter quæreret; nec vindicando, mandata cœlestia præteriret.

deprecante et pro percussoris matre

civitate ad ultionem conspirante, d

ipse injuriam dissimulat

a *Christi 456.* b *De eo breviter 7 Janu. cum de S. Crispino.* c *S. Ennodius lib. 6:*

Illos terra fugit domitos, his cura colonis
Accedunt, donante Pado.

d *Gualla:* Quod audiens civitas Christianorum (nam Papiæ ob magnum ejusdem populi religionem sic vocabatur). *Ita ridiculum.*

CAPUT III.

In diaconatu exercitæ virtutes.

Brevi post ad Diaconii evectus infulas vicesimum annum ætatis ascendit, facie necdum barbata bene. Turbabatur suscepti honoris tirocinio homo, qui jam ducem poterat implere Christianum; singulorum pro pudore declinabat adspectus, quem universa civitas quasi salutis signum aliquod attendebat. Interea supra dictus Antistes omnem Ecclesiasticæ conversationis substantiam, et divitias pauperum suorum in ejus potestate committit, volens ante Episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus præpararet Episcopum, et cum vixit, ut ab eorum personis, de quibus successionis seritur quantulacumque suspicio, invidia temperetur, in istius gratia credebat sibi perire *a* sanctus Pater, quidquid minus fuisset exhibitum, quædam in illo sua, quædam volebat esse majora. At iste quotidianis profectibus etiam cupidissimi in oratione genitoris vota transscenderat. Erat enim genitor, cujus eum per evangelium conceptum verbi cœlestis semine fœta alvus effuderat.

Fit Diaconus anno ætatis 20.

probata industria et fidelitate præparatur successor Episcopo,

10 Nam de pudicitia juvenis mei quid loquar, in quo domum sibi statuerat castitas, et continentia radices fixerat in profundum? Virum se esse nisi per patientiam laboris ignorabat: carnem habere nisi cum moriturum se esse meminerat, nesciebat. Quotiens tamen illum corporeus appetitus, sicut ab ipso didici, ludebat imaginibus somniorum, illico ad vigilias sanctas, continuata jejunia, standi diutissime necessitatem, plena aviditate currebat: talemque bellatrix dextera animæ suis certaminibus reddebat carnem, ut illi opus esset postea pro necessitate succurri. Nec tamen refecto corpusculo indulgebat otio. Utebatur lectione pro requie; librorum venerabilium pro blandimentis instrumenta suscipiens. Memoriter semel transcursa reddebat: et ne crederetur Scripturarum divinarum tramitem verborum tantummodo celeritate transvolasse, pingebat actibus suis paginam, quam legisset. Si Propheta fuisset in manibus, prophetantem videres codice amisso lectorem: si Testamenti veteris recensuisset volumina, Moysi dignus æmulator incedebat, taliter ac si illum Israelitica per desertum agmina sequerentur; si Apostolicum lac verborum, et mel Dominicæ passionis, severitatem legis condiens scriptura index revelasset, continuo ex ore ipsius dulciora favis verba fluxerunt. Postremo quid libri docuissent, vita signabat.

castus

carnem comprimens

lectioni sacræ assiduæ intentus

11 Domum taliter regebat Ecclesiæ, ut nec prodigus immoderata commessatione penum exhauriret, nec odia sordenti parcitate contraheret: intercessionum etiam tunc certamina *b* proludebat. Nam ubicumque pro remediis miserorum, Episcopi mittebatur imperio, tanta exigebat beneficium arte supplicandi, ut sentirent sibi in caussis profuisse complurimi, ipsum per se Episcopum non venisse. Augebatur circa

b medetur

[illegible] ... semper æstimatione servaret.

12 [illegible] ... de infirmitatibus quereretur, venerabilis vir ... [illegible] ... ille a perfecto ... [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible] ... quadam ob[illegible] ... rependens gratias, quod se[illegible] ... [illegible]

CAPUT IV.

[illegible]

E[illegible]

[illegible] ... parendi vobis magis ... [illegible] ... pacifici, estote ... [illegible] ... de continentia ... [illegible] ... probat errantem. His ita dictis conticuit; [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible] ... oris hominis ... [illegible] ... offendere, nisi ... [illegible]

18 [illegible]

Auctore Ennodio. Ex MSS.

aeris terrore maturius, ita ut vigiliarum formam lectoribus antecedens ad ecclesiam præberet Episcopus. Postquam vero ad altaris confinia pervenisset, nullam deliberavit futuram esse necessitatem, qua inde nisi impletis solennibus possit abduci, *d* junctis pedibus usque ad consummationem mystici operis stare se debere constituit, ita ut humore vestigiorum locum suum depingeret, et longe aspicientibus indicaret. Intercessionum tantam sibi proposuit curam, ut ipsum se miseris inferre crederet molestiam, quam per negligentiam a quibuscumque permisisset inferri. Ad patientiam laboris tempore otii, ut necessitati sufficeret, corpus aptavit. Hoc sibi vivendi pragmaticum vel disciplinæ dogma proposuit, aggressus est, servavit, implevit.

in sacris constans

promptus ad opem ferendam

a *Scott. et Sirm.* extemplo in istum. b *Scot.* dignum.

c *Gualla et Spelta fœde hallucinantur, dum quæ hoc numero continentur, omnia clericis ab Epiphanio aiunt esse præscripta.*

d *Gualla*. Ad altare autem, pro observantia ingentis suæ religionis nudis stabat pedibus. *Nec id dixit Ennodius, nec verisimile est.*

CAPUT V.

Suscepta ad Anthemium Imp. pro pace legatio.

Mox per universum mundum sanctam illius conversationem illa, quæ licet in gloriosis actibus tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures *a* Ricimeris, qui tunc secundis ab *b* Anthemio Principe habenis Rempubl. gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminarium inter eos jecit scandali illa quæ dominantes sequestrat invidia, et par dignitas caussa discordiæ. Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, ut mutuo bella præpararent: et præterquam origo irarum proprios suggerebat stimulos, his ipsa circumstantium consilio nutriebatur. Nutabat status periclitantis Italiæ, et affligebatur ipsis discriminibus gravius, dum expectabat futura discrimina. Interea apud Ricimerem Patricium Mediolani ea tempestate residentem fit collatio Ligurum nobilitatis, qui flexis genibus, soloque prostrati pacem orabant Principum, et ut ab scandalo utræque partes desinerent, occasiones gratiæ ab una precabantur offerri. Quid plura contexam? Mulcetur Ricimer et velle se reparare concordiam permotus multorum fletibus pollicetur: Sed qui, ait, potissimum hujus legationis pondus excipiet, quem tantæ molis cura maneat? Quis est qui *c* Galatam concitatum revocare possit et Principem? nam semper cum rogatur exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat. Tunc uno omnes ore responderunt: Vester tantummodo ad pacem declinetur assensus, est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis urbis adscita, cui et belluæ rabidæ colla submittant: cui ante preces offeratur beneficium, quod a quolibet petiturus advenerit: cui est vultus vitæ similis, quem venerari possit quicumque, si est Catholicus et Romanus; amare certe, si videre mereatur, et Græculus. Jam si ad sermonem illius venimus, numquam sic diros aspides verborum digitis incantator Thessalus violentis poterit evocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis suæ etiam a negaturis extorquet: pendet in arbitrio ejus, cum loqui cœperit, sententia audientis: perdet jus suum, qui excusare disposuit, si illi alligandi copia concedatur. Tunc Patricius Ricimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama gloriosum: et in hoc magis admirationi mihi est, quod cum omnes habeat laudatores, nullos ejus, quibus per invidiam abundare solet novitas, prodit inimicos. Ite ergo et rogate hominem Dei ut ambulet. Jungite etiam meas preces.

Ricimer rogatu a Liguribus ut sinat se reconciliari Anthemio Imp.

c

qui tenti idoneum Fœderi proponitur Epiphanius

laudata ejus eloquentia

remanente ... ...

20 Egressi de concilio statim Ticinum petunt, caussam narrant, fusis, ut istum laborem susciperet, B. Epiphanius rogatur lacrymis. Qui, ne extenuaret beneficium si filios diutina supplicatione torqueret, antecessit desideria postulantum, quos tamen taliter allocutus est: Quamvis tantæ rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, et titubet sub gravi fasce portitor immaturus, affectum tamen, quem debeo patriæ, non negabo. Quibus breviter narratis, quoniam erat loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit, a quo simul visus et electus est. Mandato ergo sibi legationis ordine Romam petiit. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidve virtutum gesserit, festinans ad majora prætereo.

... precibus ... tenus

ad cum venit

21 Mox tamen, ut supradictæ Urbis portas ingressus est, fama, quæ absentem illum notum fecerat, digito cœpit ostendere: conversi illico omnium oculi, stupuere mentes attonitæ, quod tantam sibi exhiberi reverentiam imago ejus index sanctitatis exquireret: inexpiabilis se culpæ reum fatebatur quilibet potentum, si tantum genua ejus amplexus est. Tollebatur clamor in cœlum: nemo illum in mortalium numero computabat, cui omnia cœlestis gratiæ videbant bona constare. Perfertur ad Principem Anthemium studio legationis Episcopum venisse Liguriæ, hominem quem nullus possit etiam dives eloquio sufficienter exponere. At ille: Callida mecum Ricimer et in legationibus suis arte decertat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille lacessit injuriis: perducite tamen ad me hominem Dei; qui si possibilia precatur, admittam; si difficilia, supplicabo ne excusationem meam gravetur accipere. Dubito tamen an Ricimer apud me, quod poscit, obtineat, cujus scio votorum intemperantem esse personam, et in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere: sed veniat directus Antistes, et laudatam jampridem præsentet effigiem. Egrediuntur officia Palatina: tota Urbe, *d* Jube rogaris audiebat Episcopus.

Laudatur Romana

Magno honore excipitur a Romanis

ab Anthemio ex legatione susp...

admittitur d

22 At venerabilis et seculis omnibus probatus Pontifex, posteaquam ingressus est, et proferendi sermonis donatus licentia, quamvis fugitivæ potestatis insignia ostrum gemmasque rutilantes reverendæ imaginis fulgore compresserit, (etenim quasi absente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum) tali tamen narratione incipiens januam oris reseravit: Summa cœlestis Domini, Venerande Princeps, est ordinatione dispositum, ut cui tantæ Reipubl. cura mandabatur, per Catholicæ fidei dogma Dominum et auctorem et amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, et calcans colla superbiæ concordia superat, quod fortitudo non prævalet. Sic namque David prædicabilem, parcendi magis inimico animus reddidit, quam intentio vindicandi: sic perfecti seculorum Reges et domini supplicantibus indulgere cœlesti arte didicerunt. Supernæ namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat. Hoc ergo Italia vestra freta judicio, vel Ricimer Patricius, parvitatem meam orantum direxit, indubitanter conjiciens, quod pacem Romanis Dominus tribuat, quam precatur et Barbarus. Erit enim triumphus vestris proprie profuturus annalibus, si sine sanguine viceritis. Simul nescio quæ species fortior possit esse bellorum, quam dimicare contra iracundiam, et ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficiis: gravius enim percellitur si postulata impetret, quem puduit hactenus supplicare. Tractandus deinde anceps bellandi eventus: in quo tamen si ita prævaluerint peccata certamine, vestro regno defraudabitur, quod partes utræque perdiderunt: nam quæcumque apud Ricimerem, si amicus est, salva sunt, cum ipso a vobis Patricio possidentur. Cogitate pariter, qui bene caussæ suæ ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit.

propositi ... oratio

a Ms. nostrum semper Ricimerem vocat. Gualla Ricimerum. Hic Coss. Constantino et Rufo, ex Magistro militum Patricius facta, omnia quidem in ipsorum necem Cæsarum fecit, pari ambitione et crudelitate. b Pusæo et Joanne Coss. an. Ch. 467 Anthemius Patricius a Leone Aug. missus, Occidentis suscepit imperium Aug.

Ricimer ... Anthemius Aug.

[illegible]

CAPUT VI.

Pax sancita, alia præclara Epiphanii opera

Hactenus admirandus Pontifex prosecutus, loquendi finem fecit. Tunc Princeps erigens oculos [illegible] vidit aspectibus, [illegible] quem admirationes ipse desinebat. Tunc alto trahens verba suspirio, sic orsus est: Quamvis inexplicabilis mihi, sancte Antistes, [illegible] Ricimerem causa doloris sit, [illegible] [illegible] Nescivimus parcere sanguini nostro, dum servamus [illegible]. [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 Igitur [illegible] sancta illi natura non sufficeret, [illegible] [illegible]

27 [illegible] successibus, et totum pene mundum illius prædica- [illegible]

[illegible]

CAPUT VII.

[illegible]

D[illegible]

28 [illegible]

29 [illegible] lum neutræ partes [illegible]

AUCTORE B. ENNODIO, EX MSS.

possit deliberatione labans Reipubl. status revivi-scere, et in antiquum columen soliditas desperata restitui: tantique ad tractatum coiere ex jusso Principis, quanti poterant esse rectores. Seritur de ordinanda legatione sermo: in beatissimum mentes omnium et oculi diriguntur. Fiunt cunctorum sententiæ, quasi unius et ore proferrentur et pectore.

30 Quid pluribus? cum lætitia Christi miles occasionem laboris amplectitur, et spe effectum præcepit, de negotii æstimatione confidens, agendi speciem melioraturus inquirit: actionem pene conclamatam et valde difficilem, cœlestis potentiæ præsidio percontatus est, suscepit, implevit. Cujus itineris molestias, necessitatesque non valeam per ordinem digerere, nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus irriguos verba fundantur. Nam egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, tali viæ suæ fatigationem arte geminavit, ut si temperius jumentorum defectum considerantes, in futuræ mansionis diversoria successerant, præter Psalmorum continuationem, præter lectionis perseverantiam, quorum nihil nisi stando faciebat, eligebat secessum nemorea fronde conclusum, ubi connexis arborum brachiis nox domestica texeretur, quod solum refugus per umbracula opaca sol nesciret: et thorum viridante cespite gratia naturalis sterneret. Ibi profusus in oratione continuis fletibus exsortem pluviarum terram, oculorum imbribus irrigabat. Reddebantur arva illa fecunda orationum copia, quæ frugum esse non poterant.

Iter sancte instituit,

31 Tali exercitio se macerans Tolosanam, in qua Euricus tunc Rex degebat, urbem ingressus est: quem jam prævia opinio Gallorum auribus, qualis esset intimaverat, Sacerdotibus præcipue ejusdem regionis, quos attonitos de advenientibus inquisitio profunda sollicitat. Erat præterea eadem tempestate consiliorum Principis moderator et arbiter *g* Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non una jam declamationum palma susceperat; qui cum summo gaudio adventum Pontificis indicavit notitiæ publicæ. Evocatur ex tempore Regi præsentandus Antistes: ad quem illico ut ingressus vidit, salutavit, agressus est. Quamvis te, stupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; et gladii, quibus finitimos continua vastitate premis, segetem quamdam inimici germinis metant; nullam tibi tamen superni gratiam Numinis dira bellandi præstat ambitio: nec ferrum fines tuetur imperii, si cœlestis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet considerare quid placeat: qui cum susceptum hominem portaret ad cœlum, pro immensæ hæreditatis munere pacem discipulis iterata sæpius admonitione commendat: cujus nos præcepti necesse est esse custodes, præcipue cum noverimus virum fortem dici non posse, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere nos convenit, quod nemo diligentius propria tuetur, quam qui aliena non appetit. Quocirca Nepos, cui regimen Italiæ ordinatio divina commisit, ad hæc nos impetranda destinavit, ut reductis ad fidem mentibus terræ sibi convenæ dilectionis jure socientur: qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Nostis in communi, quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio; qua sustinuerint partes istæ illarum rectores famulandi patientia. Sufficiat quod eligit aut certe patitur amicus dici, qui meruit Dominus appellari. Hæc vir insignissimus Epiphanius.

Euricum hortatur ad pacem;

32 At Euricus, gentile nescio quod murmur infringens, mollitum se adhortationibus ejus vultus sui serenitate significat. Leo vero nominatus superius, tanto allocutionis ipsius tenebatur miraculo, ut crederet verbis hujuscemodi expugnari posse mentes, si fas est dici, etiamsi contra justitiam postularet. Taliter tamen fertur ad interpretem Rex locutus:

eam obtinet.

Licet pectus meum lorica vix deserat, et assidue manum orbis includat æratus, nec non et latus muniat ferri præsidium; inveni tamen hominem, qui me armatum possit expugnare sermonibus. Fallunt qui dicunt, Romanos in linguis scutum vel spicula non habere. Norunt enim et illa, quæ nos miserimus, verba repellere, et quæ a se diriguntur, ad cordis penetralia destinare. Facio ergo, Venerande Papa, quæ poscis, quia grandior est apud me legati persona, quam potentia destinantis. Accipe nunc fidem, et pro Nepote pollicere, quod servet intemeratam concordiam; quoniam te promisisse, jurasse est. His dictis, inito etiam pactionis vinculo verendus Pontifex vale dicto discessit: ad quem statim precatorum turba dirigitur, ut secuturo die Regis epulis interesset: *h* quem ille jam compererat jugiter per Sacerdotes suos polluta habere convivia: cui excusavit, dixitque sibi non esse in more positum, alienis aliquando prandiis *i* vesci, perendie magis se velle proficisci, quod constitutum maturavit implere: et Tolosam tantis comitantibus egressus est, ut pene deserta urbs discedente nostro Pontifice cerneretur. Tantos enim in brevi sibi devinxerat caritate sincera, ut captivitatem florent, quos apud patriam remanere necessitas constringebat.

recusat Ariani Regis interesse convivio. h i

33 Inde tamen regrediens singula sanctarum habitationum loca visitavit, Medianas insulas, *k* Cycladas, *l* Lerum, ipsamque nutricem summorum montium planam Lerinum adiit. Unde singulos vitæ flosculos decerpsit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret, et ad maturitatis tempus gravida pomis cœlestibus arbor adduceret. Interea exspectatum Italis lumen redditur, et revertente singulari Sacerdote per sudum rutilans jubar aperitur. Ticinum diu desideratus ingreditur Nepoti effectum peractæ legationis insinuat: et crescente laudum cumulo humilitas in eo pariter sentivit augmentum.

Iterum alia que sancta loca visit. k, l

Nepoti pacem nuntiat.

a *Ut se ista habuerint, breviter commemorat Paulus Diaconus lib.* 16: Hoc denique ipso in tempore, *inquit*, inter Anthemium Principem, ejusque generum Ricimerem Patricium, qui tunc Mediolani positus præerat Liguriæ, magnus discordiarum fomes exortus est: cui se vir senectute conspicuus Epiphanius Ticinensis Episcopus interponens, eos primum ad concordiam revocavit. Deinde barbarica perfidia fœdus Ricimer rumpit (erat enim Gothus prosapia) cum manu mox valida ad Urbem contendit, atque apud Anienis pontem castra posuit. Divisa itaque Roma est, et quidam favebant Anthemio, quidam vero Ricimeris perfidiam sequebantur. Inter hæc Olybrius a Leone Augusto missus ad Urbem venit, vivoque adhuc Anthemio, regiam adeptus est potestatem. Bilimer Galliarum rector, agnita adversus Anthemium conspiratione Ricimeris, Anthemio ferre præsidium cupiens, Romam properavit. Is cum Ricimere apud Adriani pontem prælium committens, continuo ab eo superatus atque occisus est. Extincto Bilimere, mox victor Ricimer Urbem invadens, quatuor jam annos agentem in imperio Anthemium gladio trucidavit. Præter famis denique morbique penuriam, quibus eo tempore Roma affligebatur, insuper etiam gravissime deprædata est: et exceptis duabus regionibus, in quibus Ricimer cum suis manebat, cætera omnia sunt prædatorum aviditate vastata. Sed non diutius de perfidia lætatus est Ricimer. Nam post mensem tertium excruciatus languoribus et ipse interiit. *Sed quod Epiphanius dicitur* senectute conspicuus *mendum est librarii, scriptum fuit* sanctitate, *utique legit Cuspinianus. Occisus est Anthemius* V Id. Jul. Coss. Festo et Marciano *ipsius Anthemii filio, Leonis Augusti genero, anno Christi* 472, *cum imperasset annos* 5, *menses* 3. *Ricimer obiit* XV Kal. Septemb. *quadragesimo die post Anthemii cædem.*

Anthemii Aug. cædes perfidia Ricimeris ejus generi.

b Olybrius septimo mense imperii vitam peregit, *ut scribit Cassiodorus, obiit vero X Kal. Novembris. Non immerito tum*, Indict. 10, Vesuvius mons Campaniæ torridus, intestinis ignibus æstuans, exusta evomuit viscera, *ut Marcellinus scribit, cum intima imperii viscera ambitio tetro incendio consumeret.*

Olybrius Aug.

c Leone Aug. V, solo Cos. *anno Christi* 473, Gundibalo *Ricimeris filio, quem Olybrius Patricium fecerat*, hortante, Glycerius Ravennæ sumpsit imperium, *ut habet Cassiodorus, III Nonas Martii.*

Glycerius Aug.

d *Paulus Diaconus lib.* 16: Anno deinde sequenti, *nimirum* 474, *Leone Juniore solo Cos.* inopinate Nepos patricius cum exercitu veniens, Glycerium regni exuit potestate, eumque apud Salonas Dalmatiarum urbem Episcopum ordinavit. *Gualla Nepotem et Gondibaldum agente Epiphanio reconciliatos scribit, cum alioquin infestis signis parati essent concurrere. Hinc Ravennates, qui sibi ducis Gondibaldi victoriam spondebant, semper deinceps Epiphanio infensos fuisse et Ticinensibus: hisque adeo impositum Ravennæ, si eo commearent, vectigal, quod anno demum* 1509 *abrogatum. Nimis illæ antiquæ, nec credibiles, causæ irarum.*

Nepos Aug.

e *Hic fratrem Theodericum II Wisigothorum Regem interfecit, regnumque*

Euricus Rex Wisigoth. Arianus.

[illegible] anno 461, et tenuit usque ad 484. [illegible] Evaricus, Eoricus, Evorix, Henricus. [illegible] *anno episcopatus Epiphanii, ætatis* [illegible] *Chr.* [illegible] 474. [illegible] *Orestes Patricius Nepotem* [illegible] *Augustulum* [illegible]

[illegible] Rex Gothorum [illegible] fœdere [illegible] *tamen 23* [illegible]

[illegible] 3 [illegible] 1222 [illegible] 1, [illegible] 92 [illegible]

[illegible] 7 [illegible] Catholic[illegible]

[illegible] MS [illegible]

k [illegible] MS [illegible]

l [illegible] S. Margarit[illegible] S. Honorati[illegible]

CAPUT VIII.

Ticinum ab Odoacre Rege eversum, recreatum et restauratum ab Epiphanio.

Igitur dum talibus [illegible] Christi et Domini nostri [illegible] exerceret, ecce ille [illegible] nesciens, et scelerum [illegible] Exercitum adversus Orestem Patricium [illegible] Odoacer [illegible] Orestem [illegible] Episcopus [illegible] Ecclesiæ [illegible] barbaries [illegible]

35 [illegible] Sacerdotem [illegible]

36 [illegible]

sufficiebat, exercitus, quantum ad reparandum unius persona Pontificis. Sublato tamen Oreste, et propter Placentinam urbem extincto, depraedationis impetus conquievit. Post quem adscitus in regnum Odovacrus, tanto cultu insignem virum cœpit honorare, ut omnium decessorum circa eum officia præcederet. Interea ne diu favillis domicilia divina premerentur, [illegible] Antistes [illegible] sumpsit animum, quam expensis [illegible] præparandi ingentis pretii fabricas sine nummorum [illegible] attollere [illegible] Apostolicæ [illegible] haud [illegible] quod cælesti regnaque [illegible] Dicebat enim: Vix est ut [illegible] divitem [illegible]

37 [illegible] opus [illegible] ecclesiæ, [illegible] serpentis ejectus est [illegible] Nam [illegible] adversitas terebatur [illegible] Episcopi [illegible] Sed [illegible] Domini [illegible] Epiphanii [illegible]

38 [illegible] templorum [illegible] Ligurum [illegible] tempestate [illegible]

[illegible]

AUCTORE B. ENNODIO EX MSS.

Plura de hoc barbaro dicta 8 Januarii ad vitam S. Severini.

d *Spelta cœptum reædificari Ticinum scribit 23 April. 478, tumque* Papiam *appellatum.*

e *Iste mos est bonorum Principum, subvenire afflictis provinciis urbibusque. Confirmat Theodorici et Magni Constantini exemplis Sirmondus.*

CAPUT IX.
Cum Gothis Rugisque Ticini gesta.

Sed quid frustra gestio singulorum species laborum ejus vel formas eloqui, dum quod non explicat possibilitas, præsumit affectus, datque terminum latiora opinantibus sermonis angustia. Fuerunt tamen ista sacratissimi Vatis desideria, ut cum innumerabilia faceret, optaret de laudibus suis aut nulla aut pauca perstringi. Unde si quid minus lingua pauper aperui, audientum et legentum sensibus derelinquo. Post multas tamen, quas apud Odovacrem Regem legationes violentia supplicationis exegit, dispositione cœlestis imperii ad Italiam *a* Theodoricus Rex cum immensa roboris sui multitudine commeavit. Ad quem vir integerrimus, *b* dum Mediolani jam positus esset, occurrit: quem cum ille Regum præstantissimus cordis oculis inspexisset, et solita judicii sui Sacerdotem nostrum libra pensaret, invenit in eo pondus omnium constare virtutum: cujus integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis emensus est; quique tali apud suos de illo sermone usus est: Ecce hominem, cui totus Oriens similem non habet; quem vidisse præmium est, cum quo habitare securitas. Fortissimo muro civitas Ticinensis incolumi isto vallatur, quos oppugnantum nulla vis possit obruere, quos nequaquam Balearis fundæ transcendat excursus: si qua necessitas inter undas certaminum accesserit, tutum est apud istum matrem familiasque deponere, et expeditum excursibus militare bellorum.

Theodoricum Regem adit. — *ab eoque honorifice excipitur.*

40 Interea perduelles animos dediticii exercitus, mutationum incendit ambitio; quorum caput *c* Tufa fuit, homo in perfugarum infamia notitia veteri pollutus: qui concepit mente ingenti, ut se desperatis partibus cum multitudine redderet. Quod cum Theodoricus Rex principali sollicitudine cognovisset, continuo omnem illam, quam totus Oriens vix sustinuit, contraxit manum, atque ad *d* Ticinensis civitatis se angustiam contulit. *e* Videres urbem familiarum coetibus scatentem, domorum immanium culmina in angustissimis reserata tuguriis: cerneres a fundamentis ædificia immensa migrare, nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere. Inter hæc ille in bonis vir exercitatissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat accessum, opportunum sibi conjiciens tempus offerri, quo benignitatis suæ pleno Austro vela laxaret, et portum gloriæ per variarum notitiam gentium, et actuum celebritatem secunda navigatione pertingeret; primore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum de quocumque loquuntur annales, quod cum stupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat) ut cum sagacissima gente habitans, et quam nulla suspicionum aura prætervolat in rebus dubiis, quando metus periculi etiam mitia contra quoslibet corda sollicitat, sic illis fidelissimus extitit, ut inimicos eorum toto devinctos teneret affectu, et inter dissidentes Principes solus esset, qui pace frueretur amborum: applicabat enim ad compendium unius, quidquid præstabatur ab altero: et reverentia personæ suæ atque dulcedine sic largientis temperabat animum, ut nullatenus accenderetur, si aliquid a se beneficii per Episcopum et inimicus acciperet. Ille fuit, circa quem concordiam et pugnantes servarent, et cujus quietem bella non læderent.

Theodorico cum exercitu Ticini morante — *prudenter se sine suspicione gerit, utrique parti carus.*

41 Jam si ad illud veniamus, quod quotidiana et ipsos pascebat humanitate raptores, et illis intra civitatem sumptuum necessaria ministrabat qui foris prædia illius continua vastitate deleverant. Nam tot millia hominum uno eodemque tempore, cum diversa poscerent, reficiebat blanditiis, humiliabat alloquio, pascebat muneribus. Si cujus liberi uxorque inimicis a qualibet parte fuissent intercipientibus occupati, illico supplicationis illius pretio reddebantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. Regi aptissimus, et præ Sanctis omnibus venerabilis existebat, ut quoscumque Romanorum bellandi licentia hominum ejus fecisset esse captivos, mox illi restitueret, quem sola intelligebat aliorum libertate ditari. Deinde numerare nequeam, quanta ille subjugatorum agmina solo proprio reddidit, quanta, ne vexarentur, imposuit. Jam si illa retexam, quas inimicorum sustinuit insolentias, quibus laboravit in missionibus, quali procellas pessimorum virtute contempsit; ad hæc enarranda lingua non sufficiet. Juvat enim certa quæque decerpere, ubi sunt omnia admiranda quæ referas. Sub tali cruce triennium duxit, soli Deo dolorum suorum secreta manifestans, a quo ministrari sibi clandestinum poscebat auxilium.

omnibus beneficus — *multos captivos liberat, gratus Theodorico* — *multa et ipse a multibus patitur*

42 Post hinc *f* digressis Gothis, civitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos atrox et acerba vis animorum ad quotidiana scelera sollicitabat: diem putabant perisse, qui illos sine facinore, casu aliquo interveniente, fugisset. Quos tamen beatissimus Antistes sermonum suorum melle deliniebat, ut effera corda auctoritati submitterent Sacerdotis, et amare discerent, quorum pectora odiis semper fuisse dedicata cognovimus. Mutata est per meritum illius perversitas naturalis, dum inhonoris mentibus radix peregrinæ apud illos affectionis inseritur. Quis sine grandi stupore credat dilexisse et timuisse Rugos Episcopum et Catholicum et Romanum, qui parere Regibus vix dignantur? cum quibus tamen integrum pene biennium exegit taliter, ut ab eo flentes discederent, et jam ad parentes et familias regressuri.

Rugos immanissimos, Ticino potitos — *humanitate sibi conciliat.*

a Probino et Eusebio Coss. *anno Christi* 489, *venit in Italiam Theodoricus Ostrogothorum Rex, et Odoacrem primo ad Sontium flumen, non longe ab Aquileia vicit, deinde juxta Veronam, quam et cepit, ac tertio anno sequenti ad Adduam flumen.*

Theodoricus Amalus Rex Ostrogothorum

b Theodoricus a Verona digrediens Mediolanum pervenit, *inquit Paulus Diaconus*, ubi dum consisteret, magna ad eum multitudo militum pleresque Italiæ populi convenere. *Gualla evocatum a Reg. Epiphanium scribit.*

c *Bernardino Sacco* Hilba *dicitur. Consularis erat Liguriæ, de quo jam citatus Paulus*: Sed paucis interjectis diebus rursus deditus totus exercitus, Tufa quodam nomine instigante, Odoacris se partibus reddidit.

Trufa

d *Paulus*: Ea res Theodoricum ita perterruit, ut se suumque exercitum apud Ticinensem urbem muniret, *et post pauca*: Theodoricus itaque aliquamdiu intra munitiones exercitum retinens, demum relictis ibi matre, sororibus, universaque vulgi multitudine, nihil plane dubius de Epiphanii viri sanctissimi fide cum expeditis armatorum cuneis ad Odoacris obsidionem Ravennam pervenit. *Clausit se Ravennam Odoacer Rex, ut scribit Cuspinianus ex veteri Chronico, 6 Idus Julii, Longino et Fausto Coss. anno 490. Pax facta est inter eum et Theodoricum III Kal. Martii, Albino et Eusebio II Coss. anno 493, ipseque III Non. Martias occisus est a Theodorico, cui ipse insidias moliebatur. Speltα matris Theodorici non meminit, sed cum sororibus uxorem ejus et filias Ticini relictas scribit.* e *Spelta varia tunc a Theodorico publica opera tradit ædificata, palatium ubi nunc Monasterium novum, aliaque, sed nullum profert testem.*

Cædes Odoacris

f Post triennium, *ut scribit Paul. Diac. dedita scilicet Ravenna.*

CAPUT X.
Theodoricus victor ad clementiam inductus.

Postquam vero perfuncta res est misero exitialique bello, et vicit is, cujus post triumphum spoliatum vagina gladium nullus aspexit, qui præsumptionem exercitus sui cum prælio terminavit; illico agressus est venerandus Pontifex de urbis suæ reparatione tractare, quam ut primum dignis compleret habitatoribus, spiritalis prospexit deliberatione consilii, et licet eam precatu illius faciente nullus in vastitatem temporalis procellæ turbo dispulerat, parum tamen credebat posse sufficere, si post ruinam omnium Liguriæ civitatum, Ticinus suis tantum contenta indigenis

Ticinum restaurat, cultoribus aliunde evocatis

gens exultaret, cœpit finitima ... certos quos que de ... flosculos legere, atque in suos hortos cultor diligens plantaria ... probata portare, de quibus ... possessor.

44 Interea ... præstantissimi Regis Theodorici ... [illegible]

[illegible]

45 [illegible] ... Principem ibi ... [illegible] ... quod ... [illegible]

46 Post ... [illegible] ... quibus fruitur ... tranquillitate reverenda.

regnandi tamen necessitas, qua concludimur, ... quamvis ... et inter res duras ... pietatis dulcedi... ... utilitas. Exemplorum ... testimonio ... legamus Principem, qui cœlitus destinatum ... Pœnam meruit lenitas, quam potuit intulisse ... Ultionem suscepit, qui detrectat inferre ... Justitia coercendi sunt ... Vitia transmittit ad posteros ... [illegible]

[illegible]

CAPUT XI.

Iter in Burgundiam, pro captivorum redemptione.

Interea ... Rex ... Sacerdotem ... [illegible]

[illegible]

AUCTORE B. ENNODIO, EX MSS.

sarcinam, ex qua communem habeamus in cœlesti repromissione mercedem; quia novus iste propriis insignibus titulus laudis accrescit per manus tuas de oppugnatoribus nostris sine sanguine triumphare. Princeps eorum *b* Gondovadus est cui reverentiam tui venustas inseruit; quem videndi te nimia cupido stimulat. Crede mihi, pretium captivitatis Italicæ erit vester aspectus : redemptos putabo esse, quos cupio, si ad terras illas talis redemptor accesserit. Quam magno suffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus? Sed quid demoror manus arva poscentia? Polliceor tibi redivivum statum Liguriæ, polliceor soli lætitiam, et post Transalpinam peregrinationem reducem fecunditatem. Ex accedenti tibi aurum commodatur, pro qua talis Legatus acturus es.

48. Ad hæc Episcoporum lux Epiphanius respondit : Quanto, venerabilis Princeps, pectus meum tripudio repleveris, si sermone possit ambiri, pro divitiis meritorum tuorum immeditata et continua verba profunderem; sed quam sermoni meo interceptus denegatur successus, monstrant lacrymæ gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. Proinde intellige ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quam pro se ipso gratias plus me sentire posse, quam eloqui. Justitia prius an bellorum exercitatione, an, quod his præstantius est, omnes retro Imperatores te pietate superasse commemorem? Habes unde gentis nostræ rectores accuses : tu redimes quos illi persæpe aut permiserunt fieri, aut fecerunt ipsi captivos. David legimus pro singularis laudationis exemplo idcirco maxime cœlorum proximitates indeptum, quod oblato manibus suis Sauli pepercit inimico : et in testimonium concessæ potestatis exuviarum ejus particulam rapuit per quam et licentiam probaret et votum. Deus bone! in quanta remuneratione hujus factum suscipis pro tot millibus oppressorum libertate tractantis, qui illum pro unius servati hominis sanguine sublimasti. Perage igitur cœpta festinus, et felicitatis tuæ oblationem lætus apporta, meque, quamvis sim paratus, stimula, ne in offerendo tam oblato sacrificio tarditatis obice refrœneris. Christi redemptoris nostri erit concedere, sicut ex operibus tuis rerum conjicimus, ut vere holocausta tua per meas manus possis offerre. Precor tamen ut indulta Clementiæ tuæ Victor Taurinatis urbis Episcopus comes mihi et particeps hujus itineris adjungatur, in quo clarum est epitomam omnium constare virtutum : quo socio adhibito de Domino nostro securus spondeo nullum effectum propriis petitionibus abnegandum. Quibus auditis Rex eminentissimus annuit. At tremendus Pontifex dicto vale discessit.

Libenter eam legationem suscipiens,

datur petenti comes Victor Episcopus Taurinensis.

49. Ex tempore portandæ pro redemptione pecuniæ destinantur, suscipiuntur. Egreditur : Ticinum impiger venit. Et quamvis adhuc hiemali torpore Martius mensis glaciales fluminibus frænos imponeret, et cana nivibus juga Alpium transituris minarentur exitium; sed mortiferum frigus, et concretas algore glebas, fidei ardor exuperat : numquam in gelu labitur, cujus fundamentum petra solidavit. Ordinato igitur itineris sui viatico, profectus est. Dicerem quod universa impelleret, quæ poterat retinere necessitas : nec cibi ipsius capiendi mora sustinebatur : et cum singulos cum ipso positos ille plenus discriminibus callis turbaret, solus inter pericula timere non noverat, quem spes vitæ certa comitabatur.

Suscipit iter hieme, magno animo

a *Ita Sirmondus in 1 Ennod.* [illegible] dicti est vel a viro optimo, quod in Italia nascatur, vel, ut Larroche, ab [illegible] Rege [illegible] Gram- [illegible]

b Gondebadus natus, regnum cum fratribus partitus anno 473, patre mortuo: sed mox Chilpericum [illegible] et Godomarum, tandemque et Godegisilum [illegible], merito invisus Burgundio dictus hic a Theodorico Gundibadum [illegible]

CAPUT XII.

Captivi partim gratis, partim pretio dimissi a Gondebado et Godegisilo Regibus.

Interea illa, quæ itineris ejus fuit semper prævia, et in apparatu diligens præcessit fama, et tanta Gallos insignium ejus relatione complevit, ut quasi superni numinis adventu aut præsentia turbarentur : concurrebat omnis ætas et sexus, et quos a vicinate viæ ipsius longa intervalla sejunxerant, ardor animi proximabat. Quidquid habuit quisque pretiosum obtulit; et si non habuit, aliunde mercatus est Patri. Ubique opulenta diffusio : inemptis dapibus mensæ cumulabantur peregrinorum, et illis, quas nisi comparatas incolæ habere non poterant, escis sine pretio utebantur externi. Tunc quoscumque indigentum reperit, illis, quæ erant donata, dispersit; domi forisque pascebat miseros : neque fieri potuit, ut quod ad ipsum delatum est, pauperum usibus subtraheretur. Hoc ordine mira celeritate Lugdunum ingressus est, ubi *a* Rusticius tunc Episcopalem cathedram possidebat, homo, qui et in secularis tituli præfiguratione Sacerdotem semper exhibuit, et sub prætexta fori gubernatorem gessit Ecclesiæ : qui trans Rhodanum fluvium adventui ipsius spiritalis lætitiæ copia repletus occurrit, caussam commeationis inquirit : quæ essent astutiæ Regis edocuit; quem ne inopinantem objectionum aut responsionis calliditas inveniret, intra penetrale pectoris certaminum se prolusione firmabat.

benigne recipitur a Burgundionibus, et Gallis

et Episcopo Lugdunensi a

51. *b* Quem postquam Gundovadus terræ illius Dominus venisse cognovit : Ite, inquit ad suos, et videte hominem, quem et meritis et vultu semper ego Laurentii Martyris personæ conjunxi : qui quando nos videre velit, inquirite, et cum jusserit invitate. Mox ad eum omnis Christianorum Principi adsistentium turba confluxit, qui afflatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tam minorem se in isto, quamvis esset ampla, monstraret; cui numquam sufficeret paupertate sermonum, quamvis ditior justo esset in reliquis. Constitutus ergo videndi Regem dies : ad quem cum ingressus est, salutavit, et sua utrique visione lætati sunt. Dedit summo viro Victori licentiam, si juberet ipse, principium legationis ordiri, qui ad illum omne pondus retulit, ut fuit ad cunctam humilitatem paratissimus. E vestigio decus Italiæ Antistes noster talibus verbis cœpit Regem affari.

b

ipsoque Gondobaldo Rege

52. *c* Inexplicabilis mihi dudum, probatissime Princeps, vestri amor imposuit per iter istud contra naturam et tempus bella suscipere, et crustati montis pericula non timere, quibus dum in metallum aquas arctaverit coagulatum, ex liquore minatur exitium. Transcendi alienis mensibus *d* ninguidos saltus : posui gressus, quos in suis locis vis frigoris obligabat : postremo mortem non timui, ut tibi celer præmium æternæ lucis afferrem. Inter duos optimos Reges testimonium in cœlestibus dicturus adhibeor, si quod ille misericorditer postulat, tu clementer accommodes. Munus repromissionis Dominicæ æqua lance dividite, et cum ambo amplius habueritis, damna nemo lugebit. Certate Duces invictissimi, et alterutrum vos, exequendo præcepta mystica, superate, in qua conflictatione sic bravium victor accipiet, ut victus præmium non amittat. Sequimini consilium meum, et ambo superiores, ambo pares extabitis. Redimere cupit ille captivos; tu sine pretio redde genitalibus glebis. Mihi credite, nemo uberius in hac caussa, nemo majus accipiet, quam qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum transit alterius, si quos et vendere gloriosum est, donare disponas. Proh quantum dispendii de pollicitatione divina offerenti aurum in hoc negotio, si remittatur, infliget! vel quantam pauperiem, si suscipiatur, apportat! divites exercitus tuos

c

d

Hunc suadet ut gratis reddat captivos.

... contempta pecunia, acquisita mendicos. Audi Italorum supplicum voces, et de te præsumentium preces [illegible] Audi Italiam nunquam [illegible], et multum de animi tui clementia confidentem, quæ si una voce [illegible], hæc diceret [illegible] [illegible]

[illegible] tamen integritatis tu [illegible]

[illegible] Reposui Regi partium illarum [illegible]

ut solidatum inter nos fœdus longa ætate servetur invenient partes illæ constantem in amicitia, quem senserant [illegible] dum litigat. Vos tamen sancti viri, ad domus in quibus manetis, sine tribulatione discedite, dum ego [illegible] regni utilitate discussa, quæ me conveniat [illegible] pronuntiem. His auditis Pontifices [illegible]

54 At [illegible] et prærogativam [illegible] gistræ probitatis [illegible] confert, quoties et [illegible] religiosa meditatur [illegible] non est cum vitii sociata nobilitas, [illegible] gitur ad illecebris [illegible] [illegible]

[illegible] tunc ab adversariorum [illegible] percipiant, [illegible]

hujus rei [illegible]

56 [illegible]

AUCTORE B. ENNODIO. EX MSS.

Epiphanius redit stipatus agminibus captivorum, jam liberorum.

oculis ipsius pulcherrimum spectaculum tolleretur, ipse cum his remeavit. Videres duci in triumphis cœlestibus vulgus liberum, et pro mactandorum sanguine terram madefieri lacrymis exultantum, cum Heliæ currum istarum cohortium ductor scanderet, et quadrijugum ad cœlestia pro merito suo raperetur excursu. Non sic Pellæus Princeps Alexander, quem peccatorem orbis canit vana laudatio, captum gentium duxit examen, ut iste revocavit. Ecce tunc comperimus armatorum mentes sanctitate superatas, et cessisse precibus Electi Principem, qui obvium semper lanceis pectus ingessit. Quantum acutior fuit verborum, quam ferri lamina, hinc lector agnosce: expugnavit sermo, cui se gladii subduxerunt.

a *Colitur* S. Rusticus, sive Rusticius, *Episcopus Lugdunensis*, 25 *April.* b *Spelta et saccus Divione tum fuisse Gundebadum scribunt, probabilius est Lugduni, addunt, exigenti Gundebado mnemosynon aliquod, sanctum Antistitem, cum postridie in Missæ sacrificio geminas hostias consecrasset, alteram quidem, ut oportet, libasse, alteram in perpetuum impensæ Italicis populis benevolentiæ monumentum Regi civibusque Divionensibus reliquisse, et promisisse numquam impune e Burgundionum finibus efferendam, atque eam esse dicere, quæ Divione in sancta capella asservatur. Sed quæ libido est mentiendi, ut cum laudare Sanctum volunt, non solum vaticinia fingant et miracula, sed turpissima infamia communionis cum hæreticis aspergant? Noluit optimus Pontifex cum Eurico cibum sumere, quod Arianus is esset, adessentque ei perpetuo Ariani Episcopi, et cum Gondobado itidem Ariano participationi sacrorum jungetur? Illius hostiæ, nunc quidem a duobus seculis celeberrimæ, quis antiquorum meminit? Claudius Robertus, qui Divionis ornamenta omnia accuratissime collegit, multa quoque de hac hostia scribit, interque cetera ad Philippum Bonum Burgundiæ Ducem sub annum* 1433 *a Romano Pontifice missam, cum antea in Romano sacrario esset recondita*, multis in locis a vesano quodam gladii ictibus perforata, et ex eo sanguine respersa in locis perforatis, *qualia alibi in sacratissima hostia plurima audivere portenta.*

Spelta et Saccus correcti.

Hostia sacra Divionensis.

c *Pulcherrimam hanc gratissimamque Epiphanii orationem, Saccus et hic, quæ Spelta frigidissimis verbis retulerunt, adjecto vaticinio de regnatura apud Italos Burgundica gente. Satis illustria fuere sancti Antistitis decora, ut non opus sit fabulis ea amplificare.* d *Id est, niveo. Niguus pro nivæ dictum veteribus.*

e *Nempe citra ullas induciarias, cum Tufa rebellante in arcto res essent Theodorici.* Talium rerum varietates, *inquit Paul. Diac.* Burgundionum Rex Gundubadus aspiciens, Liguriam cum ingenti exercitu ingressus, cuncta quæ reperire poterat pro voluntate diripiens, infinitam secum ad Gallias multitudinem adduxit, *at Gualla id factum sommiat post mortem Odoacris, Theodorico in Siciliam, mox et Dalmatiam, cum copiis profecto, ipsamque* Papiam aliasque quamplurimas urbes et provincias *a Burgundionibus* pro voluntate direptas. f *Erat enim Theodorici filia Sigismundo Gundobadi filio nupta.* g *Fuit hic Ennodio familiaris, cujus ad eum extant epistolæ lib.* II, 5, *III*, 16, *V*, 24. h *De* pictacus, sive pittacus, *aut* pyctacus, *dictum* 16 *Jauu. in S. Tottonis vita ad cap.* 3, *d.* i Quæ hodie Sabaudia dicitur, veteris Sapaudiæ partem tantum retinet. Nam longius olim porrigebatur, cum in Notitia Imperii Occidentalis Ebredunum Alpium maritimarum caput in Sapaudia collocetur, itemque Cularo Allobrogum, quæ est Gratianopolis. *Ita Sirmondus.* k Alcimus Ecdicius Avitus *Ep. Vienn. colitur* 5 *Febru. Hic de ejus scriptis haud pauca adnotat Sirmondus.* l *Ea nunc vulgo Geneva.* m Ita scribunt libri omnes, *inquit Sirmondus.* et Godegisilum habent vulgatæ editiones Gregorii Turonensis.

Gondobadi expeditio Italica.

Sabaudia vetus.

CAPUT XIII.

Postrema legatio, ægritudo, mors.

Tarantasiæ energumenam liberat.

Dum ergo tertio mense cum tali trophæo Ticinum remearet Antistes, ut *a* Tarantasiam venit (sic enim vocitatur oppidum Alpibus vicinum) ibi quædam mulier gravi immundi spiritus vexatione laborabat, quæ continuo percepta benedictione absoluta discessit. Ipse tamen suis inopinatus nec suspicantium oculis adstitit. Visus est subito, de quo vix credebatur aliquis posse rumor audiri.

58 Mox tamen ut rediit, curis ex more animum fatigat, ne forte, quibus absolutionem Dominus noster per illum dederat, proprii census possessione turbarentur, præcipue ob nobilium considerationem personarum, quibus immanior apud suos poterat constare calamitas, si vitam inopem reduces sustinerent, et de peregrinationis incommodis sola misericordiæ solatia perdidissent. Ad Regem invictissimum Theodoricum per se mox ire noluit, ne forte laboris sui vicissitudinem in relatione gratiarum aut in exhibitione munerum coram positus videretur exigere. Flagitat enim quasi debitam remunerationem, qui profligatis Principum jussionibus ipse quid actum sit actor annuntiet. Hoc ergo ille totius acuminis vir prospiciens, declinare gestiebat. Scripsit tamen, et quæ gesta sint loqui commisit epistolis, ne aut tacendo contemptor, aut occurrendo per arrogantiam pronuntiaretur intemperans. Quantum tunc, admirande Pontifex, tua plus egit absentia, quantum impetravit humilitas deprehensa, illi dicant quos de exulibus ditissimos redditisti. Igitur omnia quæ a piissimo Rege pro miseris per paginam petiit singularis Antistes, incunctanter obtinuit. Serenus præstitit copiam supplicanti, cui pro compensatione laboris sui hoc credebatur posse sufficere quicquid per illum beneficii redemptus et pauper acciperet.

scribit Theodorico legationis successum.

reducibus captivis a Rege quæ vult impetrat.

59 Postquam tamen omnes, qui revocati fuerant, indultu præferendi Principis, jure suo donati sunt, perfunctam molestiarum suarum molem admirabilis censebat Episcopus; cum necdum biennio exacto a deliberatæ quietis gremio, tamquam a portu cymba, aliis illata tempestate propellitur. Nam infirmis Ligurum et labantibus humeris vix ferenda tributorum sarcina mandabatur. Rursus ad te, afflictorum consolator, accurritur. Doceris frustra reddidisse patriæ cives, si illis in solo avito periclitantibus non adesses. Et quia apud te numquam fatigatus est qui rogavit, sæpissime caussas infelicium, et te protinus ad recidiva opera præparasti. Ravennam pro nobis Regem rogaturus excurris, quam, ne te ibi quisquam post Gallicana insignia laudaret, effugeras. Minas cœli, procellarumque discrimina, adhuc quasi ævi integer aut valentia corporis munitus, exuperas. Numquam tibi ad officium animorum se membra quamvis invalida subduxerunt: frigus, pluviæ, Padus, jejunia, navigatio, pericula tonitruum, sine tecto mansio, in ripis fluminis incerti pene sine terra portus, virtuti tuæ dulcia fuerunt et grata successui. *b* Contristatus est de præsentia tui et ille eminentissimus Rex, qui te videre ambienter optavit. Exposuisti necessitates nostras adventu tuo, antequam diceres; et quales tecum habitantium lacrymæ te compulerint, docuerunt superata discrimina.

Imposita Liguribus tributa deprecaturus

it Ravennam

b

60 Ast ubi ad Principem tamen ingressus est, ita loqui cœpit: Solita, Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad postulanda necessaria, et vos ad tribuenda usus informat. Lex tua est, ductor invicte, misereri jugiter: tu semper nutristi spem intercessionum in posterum, dum præsentibus non resistis. Viam supplicationi nostræ patefecit ad reliqua semper apud vos beneficii fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. Futurorum quæstus est temporalis indulgentia. Boni Principis mos est cum virtutibus amare famam, et regnum ita ordinare, tamquam ad stirpis suæ posteros transiturum. Nutantes domini hæc tantum quæ accipiunt, diligunt, firmissimi, illa potius quæ dimittunt. Sic terris semina parva committimus, ut multiplicata capiamus: fœnus sine crimine sit triplicatum. Boni imperatoris est, possessoris opulentia. Concede immunitatem anni præsentis Liguriæ, qui eos ab externis, qui supplicant, reduxisti. Quam uberem præsentem nativitatem habuerimus, clementia vestra adstantes interroget. Nemo illi mentitur, cui serviunt, qui convincant.

precatur suis immunitatem annuam

61 Ad hæc Princeps: Licet nos immanium expensarum pondus *c* inlecitet, et pro ipsorum quiete legatis indesinenter munera largiamur, tamen vis meritorum tuorum tractatibus nostris reverenter intervenit. Opus est fieri quidquid injunxeris: juvat omne quod præcipis. Æstimamus enim compendiis nostris adjici illud quod ipse decerpseris. Nihil tu quasi ex accidente depreceris, qui habes a nobis plurima quæ reposcas. Duas tamen præsentis indictionis fiscalis calculi partes cedimus, tertiam tantummodo suscepturi; ne aut ærarii nostri angustia Romanis

c

duas indictionis fiscalis partes remitti impetrat.

Romanus peritat [illegible] dispendio, aut suppli[illegible] expectata patriae gaudia non reportet. Tali [illegible] Rege, ergo gratias agimus Antistes, a quo [illegible] discessit.

62 Heu dolor atque gemitus! [illegible] quasi supremum officium, vel ultimae visitationis [illegible] occurrebat, et cum domus ipsas Christianae multitudinis turbas [illegible], ipse tamen [illegible] Nullam humanae mentis [illegible] hebetatam tangebat [illegible] funesta suspicio, quod instaret transitus ejus, quem ille Spiritus revelatione [illegible] Ningido aere, et quali solent homines ad tecta confugere, Ravennam [illegible] est, et per omnes Emiliae civitates celer venit, tanquam ad sepulcrum receptaculum properans, omnibus [illegible] communis, affabilis, et quasi ad evangelium [illegible] praestantior. Ut Parmam [illegible] ingressus est civitatem, continuo [illegible] in vitalibus [illegible], quem [illegible] se [illegible] inserens [illegible]

63 Sed quid [illegible] quid velut naufragos scopulos perhorrescis? [illegible] cujus vita [illegible] strictum ducta est, [illegible] Et [illegible] Seylla [illegible] Charybdis [illegible] Quid [illegible] semper [illegible] Ticinensi [illegible] [illegible] ipsa [illegible] post [illegible] die [illegible] inexplicabilis luctus accessit.

64 Sed [illegible] Pontifex [illegible] vivere Christus est, et mori lucrum [illegible] Miserere [illegible] Domine [illegible] [illegible] morte resonans ad sedem suam [illegible]

65 Illud namque [illegible] [illegible] dolorem scriptor [illegible] venit liberatum clamavit ab illo filium; quæcumque [illegible]

deberet. Sed, quaeso, jam [illegible] a luctibus contracta [illegible] resolvamus [illegible] excelsa cum Domino possidet, ob cujus [illegible] Sed quid faciam? quod remedium [illegible] vestri singultus verba [illegible] perfundunt [illegible] quod [illegible] quod nunquam [illegible] Haec [illegible] Patri et [illegible] salutant.

66 Tu [illegible] Redemptorem [illegible] [illegible] ut [illegible] et [illegible] De [illegible] post [illegible] non relinquas, et quem religionis [illegible] [illegible]

[illegible]

TRANSLATIO S. EPIPHANII

TICINO HILDESHEIMUM

H[illegible] Elze, ad [illegible] Carolo Magno [illegible] Ludovico P[illegible] [illegible] S. Epiphanii [illegible] [illegible] Ottone I, Imperatore [illegible]

2 De [illegible] Hildesheim [illegible] aequalis [illegible] S. Mariae [illegible]

3 [illegible] Pontificum [illegible] quibusdam [illegible]

Ex Christophoro Brawero

factam illico censebit: sed eos qui manum fecere, et sacras exuvias nativa quasi gleba et fundo abstraxere, interdicto Unde vi, ut levissime dicam, obnoxios fuisse, et repetundarum actione conveniri potuisse, pronuntiabit. Valuere interim hujus et superioris ætatis exempla, eamque sibi licentiam immodica pietas et religio fecit, ut callide pii furti, et religiosæ rapinæ titulis, non stricta æquitatis lege has actiones rei dijudicarent, cognitores plerumque litem dissimularent, Magistratus hic plurimum conniverent. Jam quod caput, felicitas eventus, et religionis ex prodigiis et miraculis secutis opimo, fas sæpe et licentiam his evectionibus non solum constituit, sed furti, an sacrilegii probrum in gloriam vertit: quod Franci et Germani afflicta vel a Barbaris vel tyrannis Romanæ Sedis libertate, cum in novo vel precario Imperio, quod Pontifices dabant, nobilitate sua et gente majores sæpe spiritus caperent, non civilibus contenti, sacris etiam potentiam admoverent, et religionem licentius, quam vel ipsis expediret vel jus fasque permitterent, haberent. Hinc omnia prope Latii jura una cum Ecclesiis et populis sibi subdere, et qui fide vel armis apud Reges valebant, non honore tantum, sed præmiis quoque læti, contra fas plurimum sibi licere volebant, sive Episcopi essent, sive Militiæ cingulo clari. Aliquid tamen hic Otwino Præsuli, et Tangwardoni ejus Presbytero veniæ scriptor conciliasse videtur, cum post preces et jejunia de transferendo S. Epiphanio per quietem divinitus admonitum, Sacerdotem, commemorat.

quando contigerit.

4 *Incidit hæc Translatio, ut ex vetusti scriptoris narratione præclare deducit Braverus, in finem anni* 962, *initiumque sequentis. Nam invitatus a Joanne XII, in Italiam Otto ad Berengarii atque Adalberti comprimendam tyrannidem, anno* 961. *Papiam venit, ibique ut habet Continuator Chronicorum Reginonis,* palatium a Berengario destructum reædificari præcepit. *Anno* 962, *celebrato Papiæ Christi natali, Romam profectus, Imperator a Joanne creatus et coronatus, omnia Romanæ Ecclesiæ ablata restituit, subscripsit diplomati cum aliis plurimis Episcopis et Principibus* Otwinus Hildensheimiensis Ecclesiæ Episcopus, 13 *Febru. anno* 962, *indict.* 5, *anno regni Ottonis* 27. *Extat apud Baronium diploma tom.* 10, *eodem anno, num.* 3 *et seqq. Reversus Papiam Otto, Pascha isthic celebravit insulam* S. Julii *recepit, et Novariensi Ecclesiæ restituit, diplomate dato IV Kal. Aug. Anno sequenti natali Domini et Pascha Papiæ celebrato, Berengarium in Monte S. Leonis obsedit tota æstate. Ergo X Kal. Decemb. an.* 962, *translatum a Tanquardone corpus S. Epiphanii, mox que in Germaniam missum; ab Otwino, dein subsecuto, VIII Kal. Martias Hildesheimium allatum est.*

Ubi collocatæ Hildeshemii reliquiæ.

5 *Ubi primum S. Epiphanius Hildeshemii fuerit depositus, ubi nostra memoria asservetur, declarat Braverus, ita scribens:* Inquirenti in hanc translationem ex Italia in Saxoniam, Otwini diligentia procuratam, priusquam germana ipsa acta ex S. Michaelis monasterii bibliotheca fueram nactus, id recentiorum panchartæ suggerebant, S. Epiphanii corpus ab Episcopo depositum eo loci, ubi nunc est Domus Capitularis, vel adjacens oratorium a S. Antonio nomen ferens. Sed S. Godehardus veteris ecclesiæ, quæ principi basilicæ ad Meridiem objacebat, titulos retinuit, videlicet sanctæ Dei Genitricis et Epiphanii, ut omnino hanc memoriam ultra pleniusque eum sollicito, compererim Baptismalem Ecclesiam, cujus in S. Godehardi vita mentio fit, esse illam, qua collegium Societatis Jesu jam utitur; eamque congregationem Cleri resedisse, ubi nunc Patres Societatis Jesu domicilium habeant. Ceterum intelligo pignus S. Epiphanii hodieque argentea tumba asservari in principe basilica, ad sinistrum latus aræ præcipuæ; suspensamque caveam ad sepulchrum S. Godehardi monstrari, in qua sarcinam piam ab usque Ticino in Saxoniam advectam fuisse perhibent.

HISTORIA TRANSLATIONIS AUCTORE HILDESHEIMIENSI ANONYMO, COÆTANEO.

E Sideribus Christoph. Braweri Soc. Jesu.

CAPUT I.

Occasio transferendarum S. Epiphanii reliquiarum.

Præfatio

Divinæ gratiæ sapientem atque in sua dispositione clementem providentiam, caro humana nec digne admirari, vel lucide satis intueri suppetit: quæ sic suæ Ecclesiæ ab ipso principio electorum prævidit auxilia, ut dum hostis concitaret pugnam, hæc piorum meritis fulta, victrix palmam obtineret et gloriam. Hinc est, quod tota Saxonia spiritali plaudens lætitia, plurima Sanctorum pignora, majoribus quoque nescita, devoto includens sinu fovet et excolit, præsentis vitæ tramitem ac futuræ spem, certa credulitate illorum omnimodis committens. Inter quos præcellit velut lucifer Epiphanius venerabilis Pater, mirificus quondam Papiæ Doctor, nostræ nunc patriæ magnificus defensor, vir sui temporis omnibus virtute imitabilis. Hujus itaque tam præclari patrociniis viri, quia nostram Dominus illustrare atque munire dignatus est patriam, quo ordine illius sacrosanctæ reliquiæ, studio Domini Otwini venerabilissimi nostræ Ecclesiæ Episcopi aspirante, sint primum repertæ, atque ad nos usque deductæ, uti isdem qui huic felicissimo intererat officio, et maxime Thangwardone venerabili Presbytero, cujus opera præcipue in hoc emicuit, attestante didici, nihil ingenio elatus, sed devotionis studio debito incitatus, stylo diligentissime traditum posteris usitandum humiliter transmitto.

Multæ in Saxoniam Sanctorum reliquiæ.

Actas scriptoris.

2 Cum Beringarius, una cum filio suo Adelberto, *a* sceptra Italici regni invaderet; atque unius gentis diadema utrique sibi usurparent, intantum ipse Beringarius avaritiæ exarsit æstu, ut pecunia captus jus fasque quoque confundens, aliquantum etiam de terminis S. Petri, prædatoria vi sibi arripere præsumpsisset. Ad cujus rabiem reprimendam *b* Legatis Domini Apostolici *c* Octaviani, qui et Johannes, invitatur Romam Otto Major, Cisalpinus scilicet Rex, ut aut Patriciatu Romanæ Urbis, quæ sibi a majoribus suis competebat, decerneret, vel fessis eorum rebus succurreret. Accingitur itaque communi suorum consensu, et concilio bellicosus Ecclesiarum miles ac egregius Princeps, contra Apostolicum hostem, valida suorum semper et invicta septus manu, Episcoporum quoque comitatus grege: inter quos Dominus Otwinus nostræ Ecclesiæ Præsul enituit, ipsi Principi tantum commendatus, quantum fide probatus. *d* Capto vero in *e* Castello S. Leonis Beringario, atque in *f* Bavariam cum uxore custodiæ destinato, Alberto nihilominus fugato, reddita pace Ecclesiis, Romam jam Patricius et Imperator Apostolica benedictione creatus Otto Cæsar, Papiam repedavit; Ecclesiasque per Italiam et Tusciam, priorum Principum sævitia ac insolentia neglectas ac desolatas, canonice reformavit, inque antiquum statum restituit.

a
b
c
Otto ve Italiæ ejicit.
d e
f

3 Per id temporis pervigil Dominici ovilis provisor Othwinus Episcopus licet corpore suis semotus, tamen studio caritatis illis conjunctus, et benevolentia qua mirifice respersus eos perceluit, quæque ad suæ Ecclesiæ utilitatem et fratrum commoditatem profutura præsensit, colligere studuit; præcipue tamen, ut fida sibi suisque conciliaret patrocinia, reliquias Sanctorum, quos apprime ibi celebrari comperit, ab Episcopis petiit, facileque obtinuit; simulque, ne ejus opera

[illegible] temperavit fastu, B. Epiph[illegible] Papiæ [illegible] Nam cum ille venerabilis Pater, [illegible] ossa Sanct[illegible] [illegible] ita tamen mentis [illegible] [illegible] Unde fact[illegible] est, ut venerabilis Presbyter Frater noster [illegible]

[illegible]

Honorata Speciosa [illegible] *Tradit tamen Ferrarius [illegible] S. Speciosam 18 Junii [illegible] S. Epiphanii [illegible] integrum corpus [illegible]*

CAPUT II.

Refossæ avectæque reliquiæ.

Sed cum poste[illegible] omnis spes [illegible] Fratris, qu[illegible] S. Ep[illegible] animo [illegible] [illegible] ad orationem item jejuni[illegible] [illegible] Evolutis itaque [illegible] diebus, [illegible] studio Deo totum abstinentia et s[illegible] [illegible] [illegible] tempore, [illegible] B. Epiph[illegible] [illegible] imminentium declinavit impetum, delusitque studium [illegible]

6 [illegible]

[illegible] deinde a[illegible]

7 [illegible] scopo desiderabile munus apportavit, nimium jam ejus [illegible]

Auctore anonymo, coaetaneo.

qua ipse quondam monachus regulariter enutritus et conversatus est, Abbati, qui tunc monasterio præsidebat, servandum præmisit.

8 Facta autem de hoc postea inquisitione, Imperatore graviter contra hoc commoto, unanimiter Clero cum populo conclamante sublatum urbis provisorem, patriæ defensorem (nam post c S. Syrum, cujus præcipue eo loci pullulant merita, hujus Sancti patrocinio innitebantur) omnium Episcoporum Clerici jubentur examinari. Sed hoc terrore divinitus, ut credo, cunctorum pace sedato, religiosus Pater Otwinus, cura sibi commissæ plebis suspectus, quam biennio fere, aulico, quamvis invitus, servitio detentus, reliquerat, suam Ecclesiam revisere disponit; acceptaque Imperiali licentia, dum familiarius Imperatori colloquitur, secretum de Reliquiis S. Epiphanii in fidei pignus Præsul confitetur, sicque ejus auctoritate fretus, Alpes versus properans, sospes his transcensis, Augiam Insulam conscendit, ibique aliquantulum consistens, haud minus obedientiam Fratribus impertivit, quam dudum juvenis consuevit; acceptaque benedictione, atque suo summo ditatus Patrono, monachis reliquias deducentibus, profectus, adstipulante itineris proventu, aliquot diebus evolutis, incorruptum thesaurum sanctissimi Patris Epiphanii pignora, aliorumque complurium, ad nostram perduxit Ecclesiam.

ipse quoque sequitur

9 Quanta tunc populi lætitia, quanta tunc fuerit matrum exultatio, vel quanta in occursum tanti Patris properantium Clericorum esset devotio, quis valet evolvere? Quis ibi præ gaudio a lacrymis temperaret, cum decus Italiæ nostræ affulsit patriæ; cum novum sidus illuxit nostratibus? Translatum est autem corpus beati ejusdem Patris a Fratre nostro, decima Kalendarum Decembrium die, ad nos vero Dei gratia comitante, a Domino nostro sanctæ memoriæ Othwino Episcopo, octava Kalendarum Martiarum die perductum, atque cum maxima populi frequentia universique Cleri tripudio in ecclesia collocatum est.

Hildesheimium ad transfert

a *Id est,* subterraneo b *De* Augiæ divibus *celeberrimo olim in nobis agemus 3 Novemb ad vitam S. Pyrminii, et hoc die a vitam S. Meinradi* c *De* S. Syro *Ticinensis urbis patrono agemus* 12 *Septemb et* 9 *Decemb*

CAPUT III.
Miracula ad reliquias facta.

Illud etiam diligenti devotione inserendum reor, qualiter in ipso principio sacrosancti introitus, tanti Patris signis effulserit virtus. Nam die, quo sanctæ reliquiæ ad nostram Ecclesiam perducebantur, ad tanti Patris obsequium frequens in via utriusque sexus occurrit concursus, quos quidam longa podagræ tabens molestia, lento subsecutus est gradu, fluentibusque jam nervis, plus gressum baculo, quam naturali egit modo. Appropinquantibus itaque reliquiis, cum currendo quisque alium, ut in talibus moris est, prævertere niteretur, repente ab omnibus, quibus comes ierat, derelictus, studio quo poterat innixus baculo, doloris, ut ita dicam, immemor, a tergo multitudinem, ne premeretur, effugeret, suos insequitur, sancti Patris merita, non quippe rusticum latebat, implorans assidue, cum ecce leniter podagricus humor restringitur, fluentes arteriæ solidantur, ad cursum plantæ paullatim informantur. Nec tamen quamquam fide salutem deprecaturus, occurrit, hanc in promptu sibi adstipulari credidit; verum cautius se sustentans, dum omni corpore acrius nititur, baculus frangitur, ipseque toto pondere terræ illiditur. Ulnis itaque surgere nitens, dum pedum auxilium pertentat, et hos diligenter contrectat, integerrimæ saluti condonatos, qui ante tumore induruerant, reperit; exiliensque, sanctas reliquias comitando prosequitur. Et quia villa Upstede hospitabatur; quam dominum incolebat Macco nostræ Ecclesiæ Advocatus, ab illo agnitus, cujus sedulitate quoque sæpe fruebar, dum curationis suæ ordinem illi contexuit, Deum in tam perspicua virtute collaudans, Venerabili Antistiti nostro Othwino, hæc testis infirmitatis vel sanitatis exposuit, hoc mirificum perspicuumque opus revelare palamque prædicare suasit.

Ad Sancti reliquias pulsa podagra,

11 Nec minus quoque illud memorabile et meritorium illius insigne prætereundum arbitror, quod admodum mirifice Dominus in Vulferio nostræ Ecclesiæ Diacono, ad declaranda tam eximii Patris merita, spem quoque simul totius congregationis erigendam, illius patrociniis operari dignatus est; cujus sanitatis tot testes existunt, quot supersunt Fratres, qui illum in monasterio tunc noverunt. Renum namque vehementi dolore graviter laborabat, nec medicorum quoque ingenio poterat mederi, licet multi gratia succurrendi accederent, pluraque impertirentur. Jamque jugis passio in augmentum progressa, acrius crudescere, atque per dies violentius crescere cœpit, ambulando usum vix baculo innixus egit, interdum quoque pedes, reptando manibus adimit, aliter enim non potuit. Ecce autem in vigiliis hujus sancti Patris, primæ horæ diei psalmodiis Canonice finitis, Fratribus ad collationem properantibus, obseratis adhuc juxta normam monasterialis vitæ januis ecclesiæ, ille venerabilis vir hoc tempus, quo se tanto patrono attentius liberiusque lacrymis supplicationibusque mactaret, nactus, nec aliud per diem populis hæc festa frequentantibus competere sciens, suspirio gravi, anhelitu difficili, durius, ut ante numquam, dolore agitatus, baculo nitens, vix quam dictu satis sit, per gradus brachiis manibusque reptando, ascendit, nam genua tibiasque sævius jam per venas nervosque discurrens invaserat dolor, veniensque ante sanctissimum corpus se in terram cum multo labore, et ingenti doloris cruciatu projecit, diutissimeque orationi immoratus, magna contritione cordis se totum Domino profudit: lacrymarum itaque uberius imbre profusus, ulnis nitens paullatim surgere parat, deinde leniter notum bacilli admodum caute auxilium pertentat; erectusque tandem sine dolore, miratur, stupet, nec tamen quamvis salutem optet, credere audet; manum admovit, locum, ubi sævius doluit, pertractat; nec signum doloris sentiens ullum pavimento sternitur, Deum parentemque gratificat patronum, fortiterque surgens viso venerabili Fratre Wirindago Presbytero, baculum salutis indicium, quo ante sustentabatur, levat, valenter descendit, qui reptando prius ascendit. Stupefactus itaque Frater repentina salute occurrit descendenti, auctoremque tanti miraculi cognoscens, laudat, et quia ipsa die Fratres lavandi negotio studebant, ad balneum illis in occursum properat, quibus suæ sanitatis ordinem pleniter exposuit.

et nephriticii dolores

12 Quanto namque ab ipso sacrosancto reliquiarum introitu meritorum illius insignia quotidianis virtutum effulserunt incrementis, clarius facta quam verba loquuntur. Quotiens enim aeris intemperiem, vel pestis obortæ illuviem, illius reliquiis nostram urbem lustransto sedavimus? Sæpe quoque jugi siccitate arva torrente, easdem circumferentes, quasi imperando pluvias elicuimus. Quis enim umquam hujus Sancti provolutus feretro, et quamquam fractus molestiis, non mox erectus, animo inter oramdum ejus vicina præsensit auxilia? Sed hæc fortassis quibusdam videntur superflua, sunt tamen clara meritorum ejus indicia, firmaque posteritatis solatia. Hæc tantum de beneficiis per beatum atque magnificum Antistitem Epiphanium divinitus nobis collatis pro ingenii mediocritate perstrinxi, quod audax inceptum ac viribus impar, gemina, devotionis scilicet, ac debita gratia subii, ut et Fratrum diligentiæ sequenti ævo opera Dei, quæ sicut scriptum est revelare et confiteri honorificum est, legenda devotissime subministrarem, nostro quoque tempori, tam egregia Dei facta posteritati stylo transmittere, negligere incuriæ et inertiæ notam, meo studio abstergerem.

Sedata pestis, et tempestas, et impetrata pluvia

Tob. 12, 7.

DE

DE S. AVITO II, EP. ARVERNENSI IN GALLIA.

DE S. MEINRADO, SIVE MEGINRADO,

EREMITA ET MARTYRE IN HELVETIA.

Ex variis

radi nomen, decretum officium quale de Martyribus fieri consuevit, ritu duplici, sed 23 Januarii, propter S. Agnetis, quæ 21 agitur, festivitatem. Hugo Menardus duos facit Meinradum et Megimadum, et de illo quidem 21 Januarii: In cœnobio Augiensi S. Meinradi Eremitæ, qui in eremo quæ lacui Turicino adjacet, a latronibus cæsus est. At 27 Februarii: In monasterio Einsidlensi S. Megimadi Abbatis. Et lib. 2 Observat. Fuit, inquit, S. Megimadus filius Bertholdi Comitis a Sulgona primus fundator cœnobii Einsidlensis. Claruit ad annum octingentesimum sexagesimum; ut docet Miræus in Chron. Bened. *Apud Miræum quidem Megimadus appellatur, (incuria forte librarii) Comitis a Sulgaw filius, sed nequaquam a Meginrado diversus. Fuit hic Augiensis primum monachus, inde in Nigra Silva solitarius vixit, ubi postea Einsidlense conditum cœnobium est. Hinc errandi occasio.*

dedicatio oratorii ejus,

3 *Melius idem Menardus* 14 *Septembris:* Ad lacum Turicinum in Germania, dedicatio oratorii S. Meginradi Martyris. *Ab hoc diversus est* Meginhardus, *sive* Meginherus, *Abbas Herveldensis, quem idem Menardus refert* 26 *Septemb. et* Meginradum *quoque appellat. At nostri hujus Anachoretæ et Martyris Translatio* 6 *Octobris celebratur, ut infra dicemus.*

Vita,

4 *Vitam* S. Meinradi *edidit ex antiquissimis membranis cœnobii Einsidlensis, sive Eremi, Christophorus Hartmannus; quam ante Surius vulgarat, sed aliquantum verbis discrepantem, fortassis paullulum expolitam. Arbitratur idem Hartmannus illius vitæ auctorem esse* Bernonem, *neque quis is* Berno *fuerit exponit. Fortassis* Bennonem *voluit scribere, secundum Eremi incolam, quod et eo fit probabile, quia nulla* Bennonis, *aut cœpti isthic ædificii, in ea mentio fit, ut saltem non post* Bennonis *ætatem scripta videatur. Eadem vita Germanico sermone conscripta edituque est anno Christi* 1603, *una cum monasterii originibus, quas deinde plenius prosecutus est Hartmannus. Eam vitam aliaque de S. Meinrado accepimus Constantia a Daniele Feldnero Societatis nostræ Sacerdote erudito cumprimis et humano.*

alia de eo scripta.

5 S. Meinradi *alii quoque complures meminerunt: Hermannus contractus ejusdem Augiensis cœnobii, cujus ipse* S. Meinradus, *alumnus, in editione Urstisiana, ad annum* 861. Meginradus Augiæ monachus, et primus incola eremi, quæ Turicino adjacet lacui, a quibusdam latronibus inibi XII Kal. Febru. peremptus, post mortem virtutibus claruit, Augiæ sepultus: a quo usque hodie Eremus ipsa a sanctis et religiosis viris culta, in nobile excrevit cœnobium. *In priori editione solum ista habentur*: Meginradus Eremita martyrizatur; *quod et Marianus Scotus ad eumdem annum. Chronicæ Australis Excerptum per Matthæum Marschalcum de Pappenheim, ad an.* 860 Maginhardus eremita martyrizatur. *Idem habet Sigebertus Gemblacensis an.* 856. *Aliique et de eo Franciscus Guillimannus libro de Episcopis Argentinensibus et plurimi recentiores.*

tempus necis,

6 *De tempore necis ejus ita disputat Hartmannus:* Anno octingentesimo tertio et sexagesimo pleraque omnia Eremitarum monumenta Meginradum morte interfectum produnt. Alii varie memorant: nam Sigebertus evenisse refert anno 856. Trithemius, Surius, et Baronius anno 860. Hermannus Contractus anno sexagesimo primo supra octingentesimum. Cunradus a Lichten iu Ursbergensis Abbas anno 862. Nostræ, inquam, memoriæ ferme omnes anno octingentesimo tertio et sexagesimo extinctum affirmant XII Kal. Februarii, Nicolai Magni Pontificis anno 6 Ludovici II Imp. 8. Salomonis I. Constantiensis Episcopi 32 Waltherii Augiæ Abbatis 6. Et recte, nam cum ejus vitæ scriptor annos 26 in Eremo obscuræ silvæ vixisse tradat, et Hermannus Contractus octingentesimum tricesimum octavum notet, quo in eam transiit, putata ex eo annorum ratio ad sexagesimum tertium annos 26 efficiet. *Id ad an.* 838 *in Hermanni Contracti exemplaribus, quæ penes nos sunt, non reperimus.*

7 *De reliquiis demum* S. Meginradi *solemnibusque honoribus, qui Sanctis habentur, a* Benedicto IX, *Pontifice Maximo illi decretis, ita scribit idem Hartmannus in* Embricio *sexto Abbate:* Ceterum jam confecto, numquam intermissa sollicitudine et sumptu, templo nostro, curatisque quæ ad usum videbantur, Eberhardum Episcopum (*Constantiensem*) Embricius cum Hartmanno Curiensi, et pluribus aliis utriusque ordinis viris clarissimis, ad consecrationem accersivit invitavitque. Eberhardus magna solennitate et congratulatione id templum, ut prius fuerat, Deiparæ Virgini, D. Mauritio, et sacrosanctæ Thebæorum legioni dedicavit III Id. Octobris. Loci venerationem et lætitiam communem auxerant reddita ab Augiensibus paullo ante, scilicet pridie Nonas ejusdem mensis, magna cum pompa, S. Meginradi Martyris, et primi Eremi præsidis corporis sacræ reliquiæ; quem multis hactenus miraculis celebrem, eodem tempore Benedictus Pontifex Sanctorum numero inseruerat, arisque et templis, meritis illustribus dignum judicarat, centesimo septuagesimo octavo, quam occubuerat, anno. Atque inde restituto patrono, Eremo cumulatus honos, fama, et frequentia. Reperio nostris in monumentis Augienses multis et continuis cladibus adfectos et haustos, diu in incerto fuisse, quod malorum remedium esse posset. Remittendi demque corporis S. Meginradi, quod obstinati hactenus negaverant, consilium incidisse. Ex eo cladium et calamitatum successisse finem; monasteriumque, uti prius, ita deinceps florere cœpisse. Conditæ sunt S. Meginradi reliquiæ ara D. Mauritii. *Hæc ille.*

canonizatio,

translatio in Eremum.

8 *Non tamen omnes sancti Martyris reliquiæ relatæ ad Eremum sunt. Nam præter eas, quas in Ezelio monte conditas inferius dicemus, Augienses aliquas penes se etiamnum extare asserunt. Et fatetur qui Germanicam Sancti vitam scripsit:* Anno 1039, *inquit,* cum S. Meinradi in Augiensi cœnobio elevatæ reliquiæ essent, caput ejus et præcipuæ partes corporis ad Eremum magno honore relatæ sunt; ubi etiamnum asservantur, magnisque coruscant miraculis. Id 6 Octobris contigit. *Atque eodem die Martyrologium Germanicum:* Item Elevatio sancti Eremitæ et Martyris Meinradi, quando caput ejus ac reliquiæ Augia ad Eremum deportatæ, ubi etiamnum in magna habentur veneratione. Natalis ejus agitur 21 Januarii. *Adscripta ad marginem est annus* 1039.

caput et aliæ reliquiæ

translatæ 1039

VITA AUCTORE ANONYMO.

ex veteribus MSS. edita a Christoph Hartmanno.

CAPUT I.

S Meinardi institutio, vita monastica, amor solitudinis.

Dicturus venerabilis viri Meginradi eremitæ et Martyris passionem et obitum, libet parumper reflectere stylum, atque quo tempore doctus, ubi, et unde, quo, vel cui traditus primum ad discendas litteras, sub quo Abbate monasticam vitam subierit servandam, qualiter etiam a fraterna acie singulare certamen eremi adierit, breviter prælibare. Regrediar ergo ad singula quæ proposui resolvenda plenius.

2 *a* Temporibus Caroli gloriosissimi Imperatoris Francorum, qui primus inter ipsos Cæsaris nomen accepit, prædictus vir in Alemania natus est, in pago, quem ex villa Sulichgeuve vocavit antiquitas. *b* Parentes vero ejus ex Alemannis fuerunt, morum nobilitate magis conspicui, quam divitis perituris. Qui cum eam attigisset ætatem, qua aptari posset litterarum studiis, a patre ducitur ad insulam, quam veteres

a

S. Meinradus nobili genere ortus.

b

c

veteres *d* Sindlechesaugi [illegible], a nomine cujusdam Presbyteri, qui Sindloch appellatus, primus [illegible] habitandi [illegible] construxit, et secum [illegible] cum [illegible] ad habitandum [illegible] jussu Berchtoldi [illegible] Alemanniæ [illegible], temporibus Pippini Regis Francorum, [illegible] nomine [illegible] Homerus [illegible] [illegible] honestissimo [illegible] [illegible] [illegible] dum suscepit, [illegible] atque eo usque [illegible] buendo [illegible] Scripturæ [illegible] scientiam [illegible] Nam [illegible] [illegible] [illegible] magister.

3 Cum [illegible] [illegible] [illegible] regnante Ludo[vi]co C[æsa]re, filio Car[oli] [illegible] sula Abbas [illegible] *h* Hutto, vir valde in doctrina [illegible] [illegible] morumque nobilitate fulgens [illegible] Basileensis Ecclesiæ [illegible] [illegible] [illegible] Meginradus [illegible] monasticæ vita subire tenendam. Consensit [illegible] salubri consilio, et promissum [illegible] fecit, atque [illegible] intentione studuit [illegible] [illegible]

4 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] litariæ sedis. Qua consideratione, dum mentem diu pasceret [illegible]

5 [illegible] [illegible] ultes [illegible]

[illegible] reperiens, qui necessaria corporis [illegible] ministraret [illegible] Dei amorem vellet. Sed [illegible] [illegible] Secretum [illegible] [illegible]

6 Ille [illegible] [illegible] repedavit [illegible] [illegible] [illegible]

CAPUT

AUCTORE ANONYMO EX CHRISTOPH. HARTMANNO

CAPUT II.

Vita solitaria in Nigra silva.

pertæsus turbas, in Nigram silvam secedit.

Ibi dum per septem annos superni Regis militiam exegisset, multitudinem populi ad se venientis ferre non valens, mutavit locum, atque a prædicti laci littore quatuor millibus distantem *a* reperit planitiem inter montes accessu valde difficilem *b* Ibi adjuvantibus viris religiosis, et maxime quadam Abbatissa, *c* Heilwiga nomine, necessaria voti sui construxit *d* habitacula, atque in eodem loco quod erat reliquum vitæ permansit, semetipsumque maximis macerans jejuniis, et quantum humana fragilitas permisit, sine intermissione oravit. Quæ sibi a fidelibus viris et feminis mittebantur, cuncta ad se venientibus in eleemosynam erogavit.

vexatur a dæmonibus;

8 Accidit autem inter hæc, ut quadam die, eo orante, tanta multitudo dæmonum circa illum undique diffunderetur, ut nec ipsam lucem diei, hisdem tenebrarum ministris obtenebrantibus, cernere posset. Qui cum eum minis terribilibus et horrore nimio fatigarent; in oratione prostratus, ut res poscebat, cum omni studio se pio Domino commendabat. Quod cum diu ageretur, cernit ab Oriente lucem; quam mox secutus Angelus, ad ipsum, ubi in oratione jacebat in medio malignorum spirituum, pervenit, magna auctoritate agmini nefando præcepit, ut discederent, nihilque tentationis et terroris ei ultra inferre auderent. Discedentibus itaque hostibus prædictus cum Angelis amicabiliter consolatus, discessit; atque ab ipso die (ut vir venerabilis referebat) nil terroris ultra a malignis spiritibus sustinuit.

a quibus ab Angelo liberatur.

hospitalis,

9 Accidit etiam postea, ut quidam Frater de prædicto monasterio *e* eum visitationis gratia adierit. Quem benigne suscipiens, cum sociis qui cum illo venerant, cuncta, quæ hospites decebant, quantum possibilitas permisit, benigne exhibuit. Cum vero jam tempus vespertinum venisset, et sidera splendentia suaderent somnos, refecerunt se dulcibus collationum colloquiis, atque post Completorium ierunt dormitum, in loco separato Frater qui advenerat, seorsum etiam ejus comites, nec non et ipse venerabilis vir in privata mansiuncula. Paullulum ergo reficiens corpusculum somno vir Dei surgit, atque assuetis incubat pervigil precibus. Prædictus etiam Frater, licet in strato *f* quiesceret, pene insomnem duxit noctem. Dum autem huc vel illuc curiose verteret oculos, cernit puerum in albis vestibus ab ipso oratorii loco progredientem, miræ pulchritudinis, ut et visum est, ætatis septem annorum, qui ingreditur ad virum ipsum Dei, et cum eo orante *g* orabat, et diversa cum eo loquebatur. Cujus collocutionis licet prædictus Frater vocem audisset, sensum tamen ejusdem vocis non percipiebat. Qui etiam puer ipsi Fratri plene vigilanti astitit, atque de quibusdam monuit quæ omnino Frater ille sibi interdicta esse, ne in palam proferret, dicebat. Supprimo multa, brevitati studens quæ de eo miranda plurimorum narratio certa demonstrat.

adstante Angelo orat.

a Hic Hartmannus in quo erat hic nostris ædibus comites illi addit [illegible] monachos qui cum essent [illegible] Sylvam [illegible] Deiparæ Matris [illegible]

Locus hic [illegible].

b [illegible] portasse [illegible] Benedicti [illegible] hora [illegible].

c Hildegarda [illegible] Hartmannus [illegible] Ludovici Germ. [illegible] Frawenmunster [illegible] SS. Felicis et Regulæ, [illegible] dato XII Kal. Aug. anno Christo propitio XX regni Domini Hludovici Serenissimi Regis in Orientali Francia, Indict. I, in Regenspurg, quod Hartmannus recitat, sed non animadvertit annos Regis et Indictionem non convenire annus Christi 860, erat Lu-dov. et Germanici 20, secundo jam mense inchoatus. Indictio vero tum agebatur 8. Sed facile in numeris mendum. Hartmannus annum 20 Ludovici sumit pro Christi 861, qui dimidiatus ad annum 20, regni ejus pertinebat: sed et tum IX erat indictio. [illegible] infra dicemus, ambiguum esse unde Ludovici auspicandi anni sint.

Hildegarda Abbatissa.

d Cellam *minorem*, et prope sacellum, quod ipse Virginis Matris nomine et titulo coluit. *Hart. et vi a Germ.*

e Augiæ *nempe, quo multa ad spiritualem Fratrum institutionem scripsisse eum, ex Augiensibus annalibus constat. Ita Vita Germ.*

f *Eadem vita surrexisse hunc quoque de strato suo monachum scribit, et tacite progressum ad ostium usque sacelli.*

g *Explicat id vita Germ. psalmos alternis recitasse.*

CAPUT III.

Cædes S. Meinradi.

Conspirant in ejus necem duo latrones:

Cum ergo in ipsa eremo vicesimum sextum annum ageret, serviens Domino in jejuniis et abstinentia cunctarum mundalium rerum, contigit, eo inspirante qui serpentem intravit, et per os ejus protoplastos decepit et de paradiso ejecit, duos homines caussa eum occidendi cellam illius properare. Qui cum venissent ad *a* villam quamdam in Tigurini laci littore sitam, rogaverunt sibi monstrari, quæ pars pervia esset adeundi cellulam ejus. Quod cum eis monstratum esset, mature per noctem surgentes, aggressi sunt monstratum sibi iter, agitante, qui eos impleverat, teterrimo spiritu. Diu tamen erronei a recto tramite ducente ad ipsam cellam, dæmone tandem vexati quo volebant pervenerant, maxima jam *b* parte diei elapsa.

errant per silvam

11 Ipse vero solitis orationibus incubans Missarum devote solemnia libabat creatori. Prius autem quam in ipsam cellam maligni intrassent (quorum unus vocabatur Richardus, eratque genere Alemannus; alter vero Petrus, qui Rhetianorum natione procreatus est) *c* pulli, quos vir venerandus eodem in loco nutrierat, eos in proxima venire conspicientes, quasi a vulpe insequerentur, per eremum diffugerant, clamore insolito, et strepitu inaudito, silvam resultante Echo complentes, ita ut etiam ipsi latrones hac de re multum mirarentur et obstupescerent, atque ad prodigium hoc pertinere, propriæ mentis decernerent judicio.

miro omine percelluntur.

S. Meinradus se ad mortem pie comparat

12 Attamen a cœpto non distracti, aggrediuntur capellam, in qua vir Dei, ut prædictum est, orationibus Dominum sibi placabat profusis, corpusque Dominicum ut præscius futurorum ad viaticum obitus sui, puro corde, ac devota mente sumpserat. Jamque vir Dei, ut sensit adesse peremptores suos, non tamen se eis statim præsentavit; sed modicum adhuc differens clausum ostium ipsius capellæ non aperuit, ut aliquantisper in oratione adhuc demorari potuisset. Strenue ergo orationem complevit, capsasque singulas reliquiarum manu suscipiens et deosculans, commendabat agonem suum Domino et Sanctis, quorum reliquias complectebatur reverenter. Hoc qui advenerant maligni, per foramen quoddam parietis eum agentem inspiciebant. Jamque athleta fortis Deo confortante, pugnaturus egreditur, præsentiamque suam non negat occisoribus. Ac primum salutationis verba ad eos proferens, post intulit: O socii cur tam fero venistis? Quare non maturastis venire ad audiendum parvitatis meæ Missam, ut pro vobis communem Dominum deprecarer? Sed vel nunc intrate, posituri placabilem nobis fore Dominum, et Sanctos ejus, ac postea revertimini ad me, ut quid donante Deo vobis benedictionis præbere valeam, impertiar pro ejus amore, sicque complete opus ad quod agendum venistis. Intrantes igitur oratorium, non ad id ad quod suadebantur, intenti; sed ad malum, ad quod venerant perpetrandum, continuo regrediuntur ad eum. Quibus vir Dei tunicam, et cucullam suam dedit, panem insuper ac potum addidit, dicens: Hæc de manibus meis percipite, postquam vero compleveritis, ad quod agendum venistis, potestis horum quæ adsunt, per vos tollere, quod cupitis.

benigne latrones excipit.

Scio

Scio enim quod ad occidendum intrastis, sed unum a vobis posco beneficium, ut dum præsentis vitæ cursum in me terminaveritis, candelas quas inspicitis, quas etiam ad hoc ipsum formavi, unam ad caput meum ardentem, et aliam ad pedes ponatis, et cito postea ab hoc loco discedite, ne a supervenientibus, qui me visitare solent, constringamini, pœnas luituri sceleris vestri.

13 Confestim igitur Richardus prædictus, pollutis manibus beatum virum medium comprehendit, ac tenaciter [illegible] corpus [illegible] strinxit, socioque [illegible] jussit, ut Sanctum [illegible] perimeret. Qui cum [illegible] debilitasset, Sanctus [illegible] ad Dominum [illegible] caput [illegible] Quam [illegible] sum. Confestimque fust [illegible]

[illegible]

CAPUT IV.

Sumptum de homicidis supplicium.

P[illegible]

15 [illegible]

vocibusque grandisonis replebant silvas, et quam proxime poterant capitibus eorum advolantes, prodebant perpetratum nefas. Non multum post ipse maligni comprehensi sunt, et quod occulte perpetraverant, patefactum est scelus, [illegible] Dei [illegible] quam meruerant in occisione servi Dei. Etenim Judicibus et populo Christiano sub [illegible] Adalbert[illegible] ad hoc decernentibus, vivi [illegible] sunt.

16 Candela autem quam ad caput viri Dei posuerant, et quæ cœlitus accensa est, ardebat usque ad stramenta, quæ superposita fuerant defuncto corpusculo. Quorum etiam partem ipse ignis invasit, et pervenit usque ad membra [illegible] Quæ dum attigisset, sicut divinitus accensus fuerat, ita [illegible] Illico autem [illegible] ejus. Qua comperta, venerabilis Abbas [illegible] et Fratres sub ipso degentes, corpus viri Dei [illegible] eremo auferentes, atque ad monasterium [illegible] deferentes, [illegible] sepelierunt honore. Passus est autem [illegible] Martyr [illegible] Kal. [illegible] Fe[illegible]

[illegible]

DE B. MACCALINO ABBATE IN BELGICA.

M[illegible]

[illegible] bus confiteri. Cumque jugi micro[illegible]

[illegible]

Ex variis. ab Eilberto Comite ædificatum,

Archangeli Michaelis ob honorem in Tirasce basilicam condidit : eoque in loco sub tramite B. Benedicti Deo militantibus coadunatis Fratribus, ipsis Abbatem præficiens, ad usus quotidiani victus stipendia constituit non modica, locumque illum sub ditione et ordinatione Laudunensis Ecclesiæ Antistitis constituit. Venerabilis autem Herinsindis conjux ejus, Christo in eodem famulantibus se subjiciens, pietatis gratia ipsum frequentare cœpit, et non segniter secundum suæ probitatis sublimitatem eidem studuit res necessarias providere. Et quia præconabatur mansiunculam proprii corporis sibi ibidem fieri, haud procul ab eodem loco Virginum monialium monasterium construi plerumque diutina deprecatione supradictum Comitem imploravit; quatenus ipse, qui principali Præposito cœli, ductorique animarum, Sancto scilicet Michaeli, sacræ ædis erexerat fastigium, B. Petro Paradisi clavigero, suo adnisu proprioque labore componeret venerabile templum, quo Christi famulæ suarum orationum frequentia ipsius piacula suorum præteritorum facinorum expiarent. Coactus itaque ejus deprecatione, nec non B. Petri veneratione, a monasterio recenter ab hoc constructo, in spatio duorum milliarium in loco dicto Bocileis fundamenta jecit, erigensque structuram, peracto opere statuit templum; in quo ab eodem constituitur Virginum monialium congregatio, et quidquid talium ordo exigit. Constructis autem per ordinem mansionibus plurimis, eisdem dato pastorali baculo Abbatissam præfecit; eumdemque locum, veluti superiorem, sub regimine Laudunensis Ecclesiæ prædecessoris constituit.

aliudque sanctimonialium:

in illo uxor ejus sepulta:

2 *Inferius autem :* In tempore illo Comitissa Herinsindis piis operibus insistens, et in sancta conversatione de die in diem proficiens, memoratæ basilicæ B. Michaelis Archangeli assidue frequentando adhæsit : in qua haud multo post carne deposita sepulturæ conditorium suscepit. *Ante vero illius obitum, Eilbertus Comes, ut ibidem narratur,* suo labore basilicæ S. Michaelis Archangeli memorabile corpus B. Adalgisi Confessoris paullo ante acquisierat, et ipsum in ea cum ingenti devotione et honorationis magnificentia reposuerat. *S. Adalgisi vitam dabimus* 2 *Junii. Corpus quoque S. Eloquii, quod* Comiti a venerabili Rodoardo Laudunensi Pontifice concessum, cultu honorabili et non mediocri devotione Clerus ex episcopatu cum Episcopo, Comite, et clarissima Comitissa, et populo terræ transtulerunt ex eo loco; et illud, non sine magnorum miraculorum opitulatione usque ad basilicam B. Michaelis detulere : in qua requievit usque ad diem anniversarium suæ depositionis, quæ III Nonarum Decembrium celebratur. *Sed hac plenius ad S. Forannani vitam, et S. Eloquii* 3 *Decemb.*

deposita ibidem corpora S. Adalgisi,

et S. Eloquii

3 *Fueritne tum cœnobio S. Michaelis præfectus* Maccallinus, *haud facile est statuere, quoniam nec S. Forannanus quando primum ex Hibernia venerit, sat constat. In Walciodorensis monasterii præfectura* S. Forannano *successit* B. Kadroe, *de quo agemus* 6 *Martii : huic* B. Makkallinus, *sive* Maccallinus, *ut alii scribunt,* Makalinus, Malcallinus, Malcallanus, Malacanus; *quæ vox Hibernica est, sive Scotica, et videtur sonare* filium Chiliani, *sive* Kalani, *aut* Kalini. *Eadem Walciodorensium Originum historia .* Surrexit deinde ex eodem contubernio nobilium Comitum (*S. Forannani minorum*) vir vitæ laudabilis, nomine Malacanus, qui omnium assensu, annuente Episcopo Mettensi, in Walciodorensi Ecclesia Abbas constituitur, ibique regulariter inthronizatus, a Leodiensi benedicitur. Et quia testimonio suæ vitæ hoc commeruit, etiam in basilica B. Michaelis sub eodem tempore regimen animarum, et curam omnium ibidem pertinentium, cultu dignæ venerationis Abbatis nomen sortitus obtinuit

Isthuc et Walciodori Abbas B. Maccallinus,

4 Ipse etiam in conversatione bonæ actionis degens, et super custodiam suam inhianter vigilans, recto principalique spiritu, normam justitiæ viriliter regebat : et ne callidus hostis detrimentum sibi ex creditis ovibus faceret, suam suorumque subjectorum actionem Domino commendabat. Tali se studio exercens, ignis ille divinus meditatione sua in eo vehementer accendebatur, de quo dicit summa Sapientia: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat? In hoc ergo ardore fidei comprehensus ultimæ labentis diei cursus eidem clauditur; annoque Dominicæ Incarnationis nongentesimo nonagesimo ex hoc mundo in basilica B. Michaelis transivit, et in eadem a Fratribus ejusdem loci, conditorio sepulturæ honorifice constructo, cum summa diligentia sepelitur.

vir sanctus

Luc. 12. 49

5 *Dissentit Appendix Chronici Frodoardi ab Andrea du Chesne tom.* 2, *scriptorum Francicorum edita, et* 12 *annis prius tradit obiisse :* Anno nongentesimo septuagesimo octavo, *inquit,* vir Domini Malcallanus, natione Hibernicus, in vigilia S. Vincentii Levitæ et Martyris vitam transitoriam, quam habebat exosam, deseruit, et cum Deo vivo, cui indesinenter dum adviveret servivit, vivere feliciter inchoavit. Qui præfatus Abbas in corpore humatus quiescit in ecclesia B. Michaelis Archangeli, cujus abbatiam, dum corporaliter in hoc seculo vivens mansit, pio moderamine rexit.

ejus obitus,

6 *In editione Pithœi Malcallinus dicitur; et pro* vir Domini, *adscriptum erat ad marginem,* forte Virduni, *quod multi temere secuti. Martyrologium Anglicanum :* Virduni in Francia depositio S. Malcallini Abbatis et Confessoris; qui gente Hibernus, nobili ortus genere, in Franciam trajecit, ibique monasticam vitam complexus, factus deinde S. Michaelis Virduni Abbas, vitæ sanctitate, omnique virtutis genere, præsertim religiosæ disciplinæ observatione, eluxit, atque in senectute bona sub annum Christi 978, spiritum Deo reddidit. Corpus in eodem monasterio conditum, ubi magna veneratione asservatur. *Philippus Ferrarius in novo SS. catalogo :* Viroduni S. Malcallini Abbatis, *et quibusdam interjectis :* In Lotharingia.S. Michaelis. Ibidem S. Makalini Abbatis. *Citat pro* Malcalino *Martyrologium Anglicanum, et Frodoardum; pro altero Kalendarium Ecclesiæ Verodunensis, Flodoardum, Wionem, in Wione* Makalini *nomen non reperimus, nec in Breviario aut Missali Virdunensi, quæ tamen et a Camerario citari arbitramur, dum 4 Octobris ita scribit :* S. Malcallinus. De eo tabulæ Virdunenses, *quæ illæ? cur eo die inscriptus ejus fastis, cum constet* 21 *Januarii obiisse? pergit, eadem, ut remur, fide .* Rexerat ante suum e Scotia egressum monasterium Rathmelfigi. *Arnoldus Raissius in Auctario ad Natales Molani* 30 *Aprilis, quo et S. Forannanum coli diximus :* In Tarrascia, in cœnobio S. Michaelis, natalis S. Macalini, tertii Walciodorensis ad Mosam Abbatis *etc.*

memoria in Martyrologiis.

7 *Melius Benedictus Dorganius* 21 *Januarii :* S. Malcallini Abbatis, *et Hugo Menardus :* In monasterio S. Michaelis natalis S. Malcallini Abbatis, sanctitate clari. *Idem lib.* 1, *Observat. monet vitiose* Virduni *constitui a quibusdam, cum nullum sit in ea urbe monasterium S. Michaelis, cujus Abbas ipse* Malcalinus *dicitur fuisse.* Nisi velimus, *inquit,* intelligere monasterium S. Michaelis, quod Hilderici Major-domus Wilfradus, in parochia Virdunensi super Mosam ædificavit, juxta Sigebertum ad an. 667. Quod situm est in urbe quam Lothareni vocant SAINCT MIEL, *id est,* S. Michael, diœcesis Virdunensis. *Verum hæc conjectura satis ex iis quæ ante dicta sunt, corruit.*

Aliud S. Michaelis monasterium in Lotharingia,

8 Hilderici (*filii Clodovæi II, et S. Bathildis, qui anno* 667, *occisus est*) Major-domus erat Vulfoaldus, *inquit Sigebertus ad eumdem annum.* Hic in parochia Virdunensi, supra Mosam, cœnobium S. Michaelis Archangeli fundavit. *Richardus Wassæburgius Archidiaconus Virdunensis, ex ipso S. Michaelis oppido oriundus, lib.* 2, *Antiquitatum Galliæ Belgicæ, illius cœnobii origines accurate describit, partemque recitat testamenti* Vulfoaldi, *quem* Wolfandum *vocat, in quo is fatetur se* pro animarum salute, et Dei intuitu, Domino

Domino

a Vulfoaldo ædificatum.

mino adjuvante, monasterium congregationemque servorum Dei, animo devotissimo a novo fundamento, in jure proprietatis suæ, in pago Virdunensi, in loco qui dicitur Castellionis, in fine Windimiacensis villæ: ubi in ipsa radice montis consurgit fluviolus, qui dicitur Marsupia, in honore S. Michaelis Archangeli, et S. Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi, S. Martini, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, necnon sanctorum Martyrum, Confessorum, vel ceterorum, ædificasse. *Quæ* donatio facta est in ipso monasterio, multorum conventu bonorum hominum, anno XV, regni Domini nostri Childeberti Regis *is erat annus Christi* 708, *vel* 709. *Receperat se post Hilderici cædem in Austrasiam Vulfoaldus, ubi hæc aliaque sancta agitabat consilia.*

ornatum a Smaragdo Abbate

9 Smaragdus *quartus illius loci Abbas, (qui Ludovici Pii vixit temporibus, scripsitque* Diadema monachorum) *annuente Romano Pontifice in arduo situm cœnobium, eoque et aquæ et ceteri commeatus, nisi aliunde magno et labore et sumptu subveheretur, penuria laborans, demolitus, novum ad ipsa Marsupiæ rivi in Mosa influentis ostia condidit, leuca et dimidia a priore distans. Recitat* Smaragdi *epitaphium, quod extat etiamnum Wasseburgius*.

Cum Pius imperii Ludovicus jura teneret,
 Smaragdus viguit istius Abba loci.
Qui locus humanis quod erat minus usibus aptus,
 Hanc procul hinc sedem transtulit ille suam.
Cum tamen ad regnum meruit cœleste vocari,
 Reddidit antiquo membra fovenda loco
Scorpio jam Phœbum duodena parte premebat,
 Sidera Theologo cum patuere viro.

[illegible]

10 *Sub Stephano Abbate (quem Wasseburgius eumdem esse existimat, qui anno* 903, *factus est Leodiensis Antistes, seditque ad annum* 920) *cœptam, juxta cœnobium, oppidum ædificari. Stephano successere Haltinus, Odo I, Smaragdus, Odo II, Albertus, Nantherus, ceterique hic temporibus S. Henrici, et Conradi, Imperatorum, et reliquias S. Callisti Papæ et Martyris ad suum monasterium attulit.*

Ex variis Correcti Ferrarius et Saussaius.

11 *Atque hinc refellas quod Ferrarius scribit S. Michaelis in Lotharingia hoc die festum agi*, a quo oppidum S. Michaelis in Virodunensi diœcesi denominatur non contemnendum, *ibidemque* S. Makalinum *Abbatem fuisse. Sed fœdior Saussaii error, hominis Galli, docti alioquin et curiosi, qui in Supplemento Martyrologii Gallicani ita scribit.* In Lotharingia S. Michaelis Confessoris, cujus nomen cœnobio et oppido hujus tractus non ignobili jampridem inditum, meritorumque claram perennat apud incolas memoriam, et incutit specialem pro patrocinio venerationem. Ipso die S. Malcalini Abbatis et Confessoris, qui prænotato S. Michaelis monasterio diœcesis Virdunensis, ob clara sanctitatis lumina præpositus, animas sibi commissas divinis moribus informavit, functusque perutili regimine ad præmium sibi paratum a Domino, cui servivit sincero affectu, profectus est. *Nomen accepit Lotharingicum illud diœcesis Virdunensis monasterium a S. Michaele Archangelo, non a Michaele Confessore nulli veterum noto. Nec ad illud B. Maccallinus Abbas pertinet, sed ad Tierascense diœcesis Laudunensis cœnobium, ejusdem sanctissimi Archangeli nomine dicatum.*

12 *Ceterum Walciodorenses in provinciam Namurcensi ascetæ, qui suum fuisse abbatem* Maccallinum *tradunt, cum tamen neque officio Ecclesiastico, neque omnino publica veneratione colunt, nisi quod in catalogo Abbatum, priores duo, Forannanus et Kadroe,* Sancti *appellantur, Maccallinus,* Divus, *ceteri,* Domini. *Ipsum Eilbertum Comitem* Beatum *prædicat Arnoldus Raissius in Auctario ad Natales Molani 28 Martii. Alius quidam memoratur* Maccalinus, *sive* Maculinus, *Hibernicus Antistes, cujus vitam MS. legimus, sed admirandis planeque incredibilibus prodigiis refertam, neque natalem ejus usquam expressum reperimus.*

DE S. SYNALDO, TREVIRIS IN GALLIA BELGICA.

XXI Januarii.

J*oannes Scheckmannus in Epitome gestorum Trevirorum lib. 3, tit. 10, enumerans reliquias anno* 1513, 13 *Aprilis in altari S. Nicolai ecclesiæ majoris repertas, inter alia hæc habet:* Item, brachium de S. Synaldo, cujus festum celebratur vicesima prima die Januarii. *Nihil nos de eo aliud comperimus.*

S. Synaldi reliquiæ.

APPENDIX

APPENDIX

ADDITIONUM, RETRACTATIONUM, ANNOTATIONUM, AD POSTERIORES X DIES JANUARII.

AD XII JANUARII.

NOT. 1 *Pag.* 1, *col.* 2, *post* SS. XXXVIII Martyres Ephesi, *adde* [S. Hilarius monachus, in Italia. *De eo infra agemus.*

Ibidem inter Omissos adde [Paulus Ordinis Minorum, *Perpiniani in ditione Ruscinonensi ab impuro homine trucidatus dicitur, quod ejus pellici vel meliorem vitam suavisset, vel absolutionem negasset; variant enim auctores. Refert eum hoc die Monstierius, et* Beatum, *ac* Martyrem *appellat. Franciscus Gonzaga part.* 3, *conventu* 3, *provinc. Cataloniæ scribit* corpus ejus adhuc integrum perseverare, honesto loco reconditum, et a Perpinianensibus in maxima veneratione haberi.

Lucia Virgo, *cœnobii sanctimonialium tertii Ordinis S. Francisci Nursiæ fundatrix, refertur hic a Monsterio et* Beata *appellatur. Gonzaga* 2, *part. convent.* 17. *Monialium provinc. S. Francisci, scribit ejus corpus in eodem cœnobio humatum,* in maxima veneratione a fidelibus haberi. *Idem scribit Barezzus* 4, *part. Chronic. lib.* 2, *cap.* 54.

B. Guido Cortonas Ordinis S. Francisci, *refertur hoc die ab Arturo Monstierio. At Lucas Wadingus to.* 1, *Annal. an.* 1250, *nu.* 6, *scribit* XII *Maii obiisse, caput admirabili modo inventum* 1 *Maii, sed Inventionis festum Gregorii XIII, Pontif. Max. indulto celebrari* XII *Junii.*

DE S. ARCADIO M.

NOT. 2. *Pag.* 4, *col.* 1, *lin.* 8, *adde* [*Antonius Quintanadueñas noster testatur Hispali coli* S. Arcadium *officio duplici, sed recenti instituto, ab anno nimirum* MDCXXIV. *Ursaone vero, sive Ossunæ, cui eum quoque adscribit, solenni celebritate* XIX *Januarii, ubi et præclara ei aliisque sanctis Martyribus dicata basilica.*

DE S. CÆSARIA V.

NOT. 3 *Pag.* 12, *col.* 1, *lin.* 6. *a fine, dele, Neque nos eam typis cusam vemur, et repone* [*Facturos nos operæ pretium duximus, si eam hic e MSS. ederemus, licet jam antea a Prospero Stellartio Augustiniano cusa sit. Cogitamus quidem*] *In margine dele, Hic primum editur, et restitue* [*Hic e MSS. editur.*

DE S. HILARIO MONACHO

APUD BRUTIOS IN ITALIA.

Reponenda hæc pag. 30 ante vitam B. Aelredi. NOT. 4.

Castro-vetere *in Brutiis, tractu Consentino, coli* XII *Januarii* S. Hilarium *monachum Græcum, nobis Neapoli significavit Antonius Beatillus noster, atque ibi illius caput honorifice asservari. Nihil de eo aliud comperimus.*

AD XIII JANUARII.

NOT. 5 *Pag.* 35, *col.* 1, *inter Omissos post S. Januarii translationem, adde* [S. Victor et S. Candidus Martyres e legione Thebæa, *Walciodori ad Mosam in Belgio coluntur, quod hoc die illuc eorum translatæ sint reliquiæ : quamquam Arnoldus Raissius in Auctario ad Molani Natales* XVI *Januarii eam translationem consignet. De omnibus Thebæis, ac præsertim eorum Duce S. Mauricio, agemus* XXII *Septemb.*

DE S. POTITO M.

NOT. 6. *Pag.* 46, *post primum hymnum, annotationem a sic restitue* [*Erant perquam incorrecte editi hi hymni cum toto officio Auctor videtur esse* Angelus Fagius Sangrinus, *nam lib.* 3, *Carminum duas habet de* S. Potito *odas, priorem constantem dimetris jambicis e qua tertius hic et sextus hymnus excerpti, alteram Sapphicam, e qua secundus et nonus. Videntur et ceteri ab eodem esse auctore, in gratiam sanctimonialium S. Potiti, compositi.*

NOT. 7 *Pag.* 47, *col.* 1, *hymn.* 6, *stroph.* 5, *vers.* 2, plenis oliva lampadis, *corrige*, olivo.

DE S. AGRITIO EP. TREVIR.

NOT. 8. *Pag.* 54, *col.* 2, *nu.* 3, *lin.* 4, hic damus; *adde* [*cum MS. monasterii Bodecensis Canonicor. regul. collatam; in quo post vitam* S. Helenæ *sequebatur, itaque cum ea cohærebat, ut pars altera ejusdem historiæ videretur.*

NOT. 9 *Pag.* 55, *num.* 5, *lin.* 10, *post, supputandorum rationem, adde* [*Joannes Scheckmannus in Medulla gestorum Trevirensium scribit anno Christi* 342, *Constantii* 2, *obiisse S. Agricium, cum sedisset annos* 9. *Quæ ex dictis refelluntur.*

NOT. 10 *Pag.* 60, *col.* 1, *cap.* 6, *nu.* 26, *lin.* 5, *post* sublimavit, *adde ex MS. Bodecensi* [Qui Trevirorum episcopatus jus apostolatus non immerito obtinebit, quamdiu solum beatissimi Eucharii, non solum sui sed et totius orbis Gallici revera Apostoli, corpus fovebit: nam etsi ceteris gentibus non fuit Apostolus, nobis autem fuit et est; quippe qui et de LXXII Domini discipulis unus scitur fuisse, et dona Paracliti Spiritus cum ceteris Apostolis in cœnaculo legitur suscepisse.

NOT. 11 *Ibidem col.* 2, *post cap.* 6, *adde* [*b Post illa verba nu.* 26, baculi sustentatione non utitur, *addit codex Bodecensis* : Si enim Ecclesia Aquilegiensis propter Hermagoram Marci Evangelistæ discipulum nimirum obtinuit patriarchatum, quomodo non erit potentissimus Ecclesiæ Trevericæ primatus, quæ a B. Euchario, ipsius, ut dictum est Christi discipulo, signaculum suscepit Apostolatus? *Verum longe alia fuit instituendi, vel tolerandi potius, Aquileiæ patriarchatus ratio, ut alibi dictum.*

NOT. 12 *Pag.* 61, *col.* 2, *n.* 33, *lin.* 16, perpetuam fructus servat onustatem; *lege ex MS. Bodecensi* [honestatem.

NOT. 13 *Ibidem col.* 2, *adde* [*Multa de SS Helenæ et Constantini patria curiose disputat Michael Alfordus noster in* Britannia illustrata, *de quibus nos ad* S. Helenæ *vitam.*

Pag

[illegible]

DE S. LEONTIO EP.

[illegible]

Ceterum hæc [illegible] descripsimus satis conve- [illegible] ut quidem putamus, Leontio [illegible] Nilus.

16 [illegible] monasterium juxta Constantinopolim [illegible] S. Nilo [illegible] inquit, se [illegible] Albianus, qui apud [illegible] non longe [illegible] religiosam in monte meditantur vitam, quibus præerat B. Leontius tunc Presbyter, deinde factus etiam Episcopus, vir utriusque vitæ, activæ, inquam et contemplativæ laude illustris, illis adeo [illegible] qui in desertis agebant perfectior, sed qui [illegible] infirmiorum [illegible] perpeti, in tironum ingenuas pertractandis [illegible], quod haberet inter eos [illegible] semper [illegible] provectioribus [illegible] *Nilus* [illegible], *inter* [illegible] *Constantinopolim* [illegible] *quod Leontius* [illegible]. *Pergit Nilus*. [illegible] pro tempore quo [illegible], progressus [illegible], multosque post se reliquisset, majore [illegible] arripiens iter, [illegible] Hierosolymitanam [illegible] transtulit, [illegible] studio [illegible] endi loca, in quibus [illegible] vitam egit, et [illegible] Dominus Jesus, tum etiam [illegible] *Albianum* [illegible] 43, [illegible] *Palladius*, [illegible] consulatu Theodosii Magni, [illegible] 388 [illegible] *in monasterio* [illegible] *Nitriæ*, *anno* [illegible] 391.

17 [illegible] S. *Hi* [illegible] *in Vita S. Hilarionis* [illegible] 328 [illegible]

[illegible]

18 [illegible]

DE S. HILARIO EP.

[illegible]

181 DE

Ex varIIS.

DE B. GODEFRIDO CAPENBERG.

NOT. 19. *B. Godefridi festum in Hispania.*

P*ag.* 117, *col.* 1, § 1, *post nu.* 4, *adde* [*Accepimus Ordinem celebrandi officium divinum juxta ritum Breviarii Missalisque Romani pro Ecclesiis Hispaniæ, excusum Madriti in typographio regio. In eo inter festa Canonicorum regularium Ordinis Præmonstratensis adnotatur* XVI *Septembris :* Godefridi Confessoris, semiduplex.

NOT 20. *Ibidem col.* 2, *post nu.* 10, *adde* [*uti et Sigismundus Kohellius Abbas Lucensis, qui eam ex Mosandro cum aliis aliquot vitis edidit an* 1608.

NOT 21. *Pag.* 118, *col.* 2, *nu.* 16, *lin.* 14, *per aquæ intervalla, corrige* [*per æqua intervalla.*

NOT 22. *Ibidem* § 5, *nu.* 18, *lin.* 13, *a fine :* duarum horarum longitudine. *repone :* duarum horarum itinere Cappenberga distans.

NOT. 23. *Pag.* 119, *col.* 1, § 18, *linea penultima : Neque Susatum amplius dimidia hora abest, corrige* [*Abest inde Susatum duarum horarum spatio, jam ab, etc.*

NOT 24. *Imago militaris.* *Pag.* 123, *post nu.* 40, *adde* [*Tamen, passim apud Westphalos sculpitur pingiturque ejus imago, non Canonico habitu, sed seculari Comitum aut Militum. Visitur supra castri Capenbergensis portam antiqua et præclara illius statua, sed habitu Comitis cataphracti, chlamyde superinjecta, pugione gladioque accincti, scuto gentilitio femori lævo innitente, crucem eamquam dextra gerens. Geminæ ejusdem rationis statuæ, ejus nimirum atque Ottonis fratris utriusque mausoleo in meditullio Chori Capenbergensis incumbunt, tænia seu diademate caput revinctæ, atque ad caput adsitæ Virginis-matris statuæ templum protensis manibus offerentes. Scutaria familiæ arma ad caput ac pedes locata; leonculi custodes additi. Complures aliæ istiusmodi ea in æde amborum statuæ atque imagines visuntur; quales et in frontispicio Missalis Ecclesiæ Monasteriensis nuperrimæ Antverpiæ recusi expressæ.*

NOT 25. *Ibidem col.* 2, *nu.* 43, *lin. ultima, licet sepulturæ locus ignoretur, dele, et repone* [in media ecclesia ante altare sanctæ Crucis.

NOT 26. *Pag.* 126, *col* 1, *num.* 57, *post lin.* 6, *interpone hunc versum* [Apocalysta datum tibi munus suscipe gratum.

NOT 27. *Hervordiæ 3 collegia : 1 Canonicorum Angria translatum. 2, nobilium Virginum, S. Crucis dictum, 3, illustrium Dominarum.* *Pag.* 128, *col.* 1, § 13, *nu.* 66, *lin. antepenultima dele quæ parenthesi inclusa (olim a Wedekindo Angriæ fundato, translato dein Hervordiam cum ipsius beati Ducis ossibus. Nam sunt Hervordiæ collegia tria; unum* SS. Joannis *et* Dionysii, *Canonicorum secularium, alterum Canonissarum secularium; quod* sanctæ Crucis *dicitur; tertium illustrium Dominarum. Primum Angria olim ad vitandas bellorum injurias, in locum tutiorem eo translatum est media ex parte, ex semisse altero Magdeburgum concessit. De hoc Albertus Grantzius Saxoniæ lib.* 2, *cap.* 24, *de Wedekindo loquens, ita scribit :* ædificato in Anglaria (nunc Angriam vocant) insigni templo, instituto collegio sine fine Deo servientium, quod nunc in Hervordiam ferunt esse translatum, ibique Dominabus imperitantibus servit, plurimum ipse Christo devotus, religione profecit. *At sanctæ Crucis collegium in colle suburbano situm; olim* S. Mariæ, *dein* sanctæ Crucis, *sive* ad Crucem *appellatum, postquam Deipara pauperi apparens patrocinium suum Abbatissæ* Godesti *cæterisque sanctimonialibus et loco pollicita, etiam Cruci insidens columbæ specie conspecta est, ut* V *Junii dicitur in vita S. Meinwerci Episcopi Paderbornensis, cujus tempore, initio nimirum undecimi seculi illud prodigium contigit. Testatur Christophorus Browerus noster in Notat. ad Vitam S. Meinwerci,* licet majorum religio huic loco ob hæresis injuriam quam pridem detracta sit, manere tamen hujus miraculi et loci memoriam, vulgo AD VISIONEM nuncupatam. *Anniversariæ isthic nundinæ habentur, frequentissimo hominum concursu, et Visionis retinent nomen. Tertium collegium, cujus Abbatissa in omnem Clerum jurisdictionem exercet, fundavit* S. Waltgerus, *cujus Vitam dabimus* XVI *Novembris. Browerus in citatis Notat. videtur tria illa collegia, aut saltem duo sanctimonialium, confudisse, eoque Crantzium non intelligit et refutat :* Hinc Krantzius, *inquit,* putat vectigalia in sanctimonialium Hervordiæ parthenonem transscripta, Dominabus, ut ipse loquitur, ibidem imperitantibus servitura. *Verba Crantzii dedimus; non vectigalia Angrianorum Canonicorum addicta Dominabus scribit, sed his servire aut parere ipsos Canonicos.*

NOT 28. *B. Godefridi reliquiæ Antverpiæ, et Ninove.* *Pag* 137, *col* 1, *post cap* 12, *adde* [*Anno* MDCXXXIX, *donata pars reliquiarum* B. Godefridi *Rev^mo Abbati Antverpiensis monasterii Chrysostomo vander Sterren, a Georgio Præposito Huenstadensi, et solenniter in hujus ascetrii ædem, secunda die Octobris, quæ Dominica erat, translata, expositaque populi venerationi. Sunt et in SS. Cornelii et Cypriani cœnobio juxta Ninoviam Flandriæ oppidum aliquæ* B. Godefridi *reliquiæ.*

NOT 29. *Pag.* 139, *nu.* 1, *lin.* 10, Ecclesias, quas rexerunt, in bonis pluribus perfecerunt; *corrige ex MS. Capenbergensi*. Ecclesiis, quas rexerunt, in bonis pluribus profecerunt.

NOT 30. *Ibidem nu.* 2, *lin.* 11, *ante* descenderunt, *repone,* progeniti.

NOT 31. *Duobus Godefridi patruis ab Eckerico perfide occisis, pater servatus.* *Ibid. lin. penultima post num.* 2, *adde ex eodem MS.* [Porro Ekkericus quidam potens et nobilis patrem Godefridi et Ottonis, et duos patruos eorum, clandestinis machinationibus extinguere nitebatur; licet integram fidelitatem eisdem juramento firmasset, et obligatus beneficiis debuisset. Qui cum venirent versus Lunen ad medium nemoris, quod hactenus hoc nomine Grevelo de cæde ipsa trahit vocabulum, patrui dictorum Godefridi et Ottonis cum duobus sibi fidelissimis sunt perempti. Licet idem Ekkericus eosdem velut ipsius caussæ suffragaturos in Lunen ad placitum evocasset. Pro quo scelere non multo post homicida ille morte turpissima interemptus versis pedibus est suspensus. Solus autem Godefridus pater Godefridi et Ottonis, eo quod pridie quam iretur ad placitum pedem læserat, domi remanserat, et sic mortem evasit. De quo noster Godefridus ortus regionis Westphaliæ lumen effulsit

NOT 32. *Ibid. nu.* 3, *lin.* 2, Hunebergh, *corrige ex eodem MS.* Huneburch.

NOT 33. *Ibid. nu.* 4, *lin.* 3, generosus, *corrige* gratiosus.

NOT 34. *Ibid post cap* 1 *post annotat a adde* [*et cum MS Capenbergensi, e quo plura hic adjecta. Oportet enim et numeros, propter ea quæ adjecta sunt, mutare*

NOT 35. *Annot. c Altas* Istiidus *adde* [*MS Capenberg* Hastridis.

NOT 36. *Post Annot d adde* [*MS Capenb* Lyeramdum *vocat*

NOT 37. *Post Annot f adde Idem MS* Watonem *vocat*

NOT 38. *Post Annot g adde Idem MS* Nas, *non habet pro* Witgero

NOT 39. *Post Annot h adde* [Flogerus *hic in MS Capenb* Arogerus *est.*

NOT 40. *Godefridi patres et sorores uterini, germanæ.* *Pag.* 139, *col.* 2, *ante cap.* 2, *adde ex MS. Capenbergensi, et posset esse caput separatum* [Defuncto igitur Godefrido patre nostrorum Comitum Godefridi et Ottonis, Beatrix mater ipsorum accepit maritum, videlicet Henricum Comitem de Retbecke, fratrem Friderici Comitis de Arnesberg. Hæc peperit eidem Henrico filiam nomine Eilike, quam duxit Comes Engelmarus de Oldenburch, qui ex eadem Eilika genuit filios Henricum et Christianum Comites, et Ottonem Præpositum, et Eilicam matrem Simonis de Tekeneburch. Comites Godefridus et Otto sorores habuerunt Beatricem, quæ conversa est in Capenberg, et sepulta cum Eilica Comitissa de Aldenburch ad S. Mariam Magdalenam, et Gerbergim, quam clam abduxit Dominus Bernherus de Erperode.

Vit. 1, c. 2 n. 6 *Condendum in Capenberg cœnobium ante visum Presbytero.* De loco Capenberg, quod divino aliquando mancipandus esset servitio, diversis fidelissimarum visionum ostensionibus revelatum est a Domino. Presbyter quidam, Wichmannus nomine, in visu noctis aspexit quasi columnam auream in Capenberg exurgere, atque ipsius cœli fastigia penetrare. Quo visu divinæ laudationis claritatem illic exercendam prudenter intellexit, et astantibus quod fu-

[illegible] verissime [illegible] praemonstravit.

Unus praeterea ex amicis fidelissimis Comitis, Egebertus nomine, [illegible] proficisceris ad Comitem, noctu vidit Capenberg urbem nive candidiorem esse, quae usque ad alta nubium sublimiter conscendens ipsum coeli cacumen vertice pulsare videbatur.

Gerbergis filia [illegible] Comitum Godefridi et Ottonis et Abbatissa Monasteriensis, multa religione claruit. Quae [illegible] diligeret, tam pro [illegible] frequenter orabat. Quodam igitur tempore somno [illegible] arrepto, vidit assistere sibi juvenem vultu sidereo praenitentem, et verba haec [illegible] ejus auribus iterantem: Locus Capenbergensis habitaculum [illegible] congregationis? Quod illa [illegible] (qui etiam [illegible]) cum beato viro [illegible], ille prudenter inter alia multa [illegible] respondit: [illegible] potens est Dominus [illegible] velle [illegible].

Norbertus [illegible] virtute, cum [illegible] Capenberg, vidit [illegible] Capenberg [illegible] Spiritum sanctum. Et [illegible] charitatis lumen [illegible]

[illegible]

Sit, oro, quidquam in loculis? cui cum responderet ille: Etiam Domine: Da, inquit, pauperi. Quo facto, rursus quaeri jussit, si quid adhuc foret residuum: iterum ergo pauperi [illegible] est. Sed sic nec quievit sancti viri larga benignitas, quousque tertio quoque totum quod remanserat pauperi donaretur. Ita Trinitatis Deificae verus Confessor et cultor sine terno munere [illegible] praeterire nequaquam passus est.

Pag. 141, *num.* 16, *lin.* 5, fluminis violentia retorquentur, *adde* [illegible], et velut cum fluvio descendere compelluntur.

Ibid. lin. ultima, ad pristinum teporem redibatur, *corrige ex eodem MS.* ad pristini teporis relabatur [illegible].

Ibid. num. 18. [illegible] vir magnae, *corrige ex MS.* Quidam de Fratribus nostris fuit vir magnae [illegible] et gravitatis [illegible]

Ibid. lin. 15, [illegible] Frater iste, [illegible] Frater [illegible]

Ibid. 19, *lin.* 1, ut [illegible] Patri [illegible]

Ibid. num. 21, *lin.* 17, [illegible]

Ibid. num. 22, [illegible]

[illegible]

Ex variis, invocata ab incolis ope B. Godefridi,

cui tam lugubres effunde querelas. Quod et fecit. Et curvatis ad sepulchrum viri Dei genibus, imoque trahens a pectore voces lacrymosas, sic oravit : O vir sancte, spes et solatia nostra, tuus ecce locus diripitur, atteritur et conculcatur : nos famuli tui minis et terroribus exagitamur, et tu non curando dissimulas. Sta, quæso, pro Fratribus tuis Patrone sanctissime, a facie tribulationis nobis esto refugium, ne divinæ laudis ministerium hic redigatur in nihilum. Quid multa? Oravit et exauditus est. Nam quarta decima die castrum prædonis illius funditus dirutum est, quem tota terra a finibus illis abjecit.

punitus.

Pag. 142, *num.* 25, *lin.* 3, nocte per se priore est admonitus, *corrige :* nocte per soporem est admonitus, (NOT. 54)

Ibid. lin. 5, et de bona viri eleemosyna, *corrige*, et de beati viri eleemosyna. (NOT 55)

AD XIV JANUARII.

NOT 56

P*ag.* 212, *col.* 2, *post*, B. Odo Carthusianus, Taliacotii in Italia, *adde* [S. Sabas, Archiepiscopus Serviæ.

DE CÆDE PP. SINAITARUM.

NOT 57

P*ag.* 236, *col.* 1, *post num.* 3, *adde* [*Bibliothecæ Vaticanæ. Verum eamdem historiam cum alia S. Nili narratione e codice Bibliothecæ Christianissimi Regis, atque alio Archiepiscopi Tolosani Caroli de Montchal, Græce edidit, una cum Latina interpretatione a se adornata, Petrus Possinus noster. Quam nos, nisi serius produisset, omnino hic dedissemus, est enim elegans et plenior.*

NOT 58

Pag 237, *post cap* 1, *ad num* 1, *lin* 2. Quidam autem ex iis *etc. adde* [c *MS Vaticanum* Καὶ τῶν παρόντων τινὲς ἀκούοντός μου τὸν ἐρημικὸν ἐπαινοῦντα βίον, πολλὰ καὶ ἄλλοι παρ' ἑαυτῶν προστιθοῦν ἐγκώμια, ὡς ἔστι γαλήνης μεστὸς λέγοντες *etc. Possini vero editio* Καί τινες ἀκούοντός μου τὸν ἐρημικὸν [illegible] βίον, πολλὰ πρὸς ἑαυτοὺς εἰπόντες, ἐγκώμια τούτου συνείροντες, ὡς ἔστι γαλήνης μεστὸς *etc.* Et quidam, audiente me, solitariam inter eundum laudabant vitam, multa ejus pro se quisque in familiarem sermonem præconia conferentes, cum sic dicerent : plenam eam esse tranquillitatis, *etc.*

NOT 59

Ibidem ad nu 3, *lin* 37, et violentia *adde* [g *Ita MS. Vatican.* καὶ βία. *Editio Possini* θηριώδης καὶ αἱμοβόρος βίος. *quæ ipse ita vertit* Belluinam infelix crudis vorandis carnibus et sanguine vitam trahis.

NOT 60

Ibidem col 2 *post cap* 2, *ad nu* 7, *lin* 5, sufficere hos arbitratus, *adde* [h *Interjicit Possini editio* : Jam hoc decere judicavi omnem hominem rationis compotem non indulgere voluptati ad satietatem, neque facultate legis usque ad contumeliam abuti naturæ; at potius cessare quamprimum ab exercendis operibus tenebrarum cum naturæ conditor ad incrementum generis, non ad fructum libidinis nuptias instituerit. Ne exsiccata deinde natura, et restinctis sua sponte cupiditatibus senectutis frigore, ætatis effetæ naturali tranquillitati, hoc est necessitati potius, quam judicio et amori honestatis, continentiæ laus adscribatur. Neque enim qui bellum non viderit statuit unquam tropæum. Neque gloriari potest tamquam adepta victoria ludis absolutis pugil, quod luctante secum nemine non succubuerit : commendat autem spiritu idem athletam in flore ac fervore juventutis, inflammata cupiditate, incensis animi perturbationibus, judicium rationis regens cupiditatem, et præfocans atque opprimens abdomen erumpentem ad consuetudinem conjugalem, tametsi ea legitima sit, sentiatque et indulgentis minimus tenere se in eos incompotem libertatem, non addictum et præcipitem voluptate ferri.

Continentia in conjugio rationi consentanea

NOT 61

Pag 240, *col* 2, *post cap* 3, *ad nu.* 16 *lin.* 20, blandientes, *adde* [i *In editione Possini ista adjiciuntur* Plerosque enim videmus sic in potestatem hodie redactos ab impotenti et intemperanti gula, ut visu, olfactu, gustu, uni abjectæ atque insatiabili cupiditati servire misere cogantur. Laboriosa ac sumptuosa commixtione [illegible], exquisito temperamento in varias colorum et odorum qualitates elaborato, tanta cura fomitem et materiam libidini plus satis per se ardenti infelices admovent. Neque enim hæ [illegible] sufficit aut saporum varietas, aut odorum in opsoniis confusione temperatæ et inter sese refractæ qualitates, nisi etiam in salsamentis et pusculis pictura varii coloris gulæ desiderium provocantis [illegible] flava illis et candida, et ex atro [illegible] nigrelines ante gustatus experientiam visum pascunt, qui ne lætetur solus, sed [illegible] voluptatem sibi propriam nares quoque, nimirum quæ aromata suavissime fragrant immiscenda sunt pusculis, tum [illegible] infra expectationem delectetur gula committenda et confundenda sunt etiam ad suavitatem condiendam acria cum dulcibus, stringentia cum salsis. Hinc croci et oryzæ crocique, et ex nucleis eliquati succi, et aliæ coloramentorum omne genus varietates, mixtionibus [illegible] pictorum, opinor, arte maturatis, eo fuco quo utique nauseantibus putatur placiturus, ferculorum superficies inficiunt; ut velut emissariis et exploratoribus usus tot sensibus dominus venter quidquid eorum jam indicio, et collato consilio visum optimum fuerit, id veluti se dignum absorbeat. At non hæc [illegible] nostrorum, quos hic dicimus, secta est : non ita capti atque addicti gulæ voluptati serviunt.

Gulæ irritamenta, etiam a colore pulmentorum

Ibidem ad nu 18, *lin* 11, post unam hebdomadam, *adde* [b *MS Vaticanum* Καὶ ἀλλήλοις δι' ἑβδομάδος συνιόντες et inter se conveniunt post hebdomadam *vel* per hebdomadam, *nam particula* διὰ post *et* per *significat. Possini editio* καὶ ἀλλήλοις δι' ἑβδομάδος συνεσόμενοι συνέρχονται *quod ipse vertit* seseque præterea interdum per hebdomadam mutuo invisunt.

Pag 241, *col* 1, *post cap.* 6 *ad num* 22 *lin* 7, qui erant in Rubo, *adde* [a *Optime conjectat Possinus, fuisse locum Sinæ propinquum, qui* βάτος, *sive* Rubus, *diceretur, quod fortassis rubus ille quondam Mosaicus, isthic fuisse putaretur. Consonant quæ infra num.* 25, *habentur.*

NOT 62

Rubus locus juxta Sinam montem

Ibidem ad lin 29, *ejusdem nu* nihil nec interfectionis, nec nuditatis, quod turpe esset, ostenderis *adde* [b *Græce est* οὐδὲν οὔτ' ἀναιρέσεως οὔτε γυμνώσεως ἐπιδεικνύμενος ἀσχήμον *vertit Possinus, melius* : ut qui neque edendo membra nudaverit, neque inhonesto membrorum situ atque habitu jacuerit, ἀναίρεσιν *enim hic non eadem interpretatur*, *sed* lapsum et casum ac stragem corporis.

Ibidem ad num 23 *lin antepenultima,* Eis enim ad illum non patebat aditus *etc. adde* [c *Ita MS Vaticanum,* ἄβατον γὰρ αὐτοῖς ἐκεῖνο, δόξῃ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτῷ [illegible] *Interpres, nec male, de Saracenis intellexit, quod iis quodam arcana Numinis a sacro monte arcerentur. At Possini editio* οὐ προβαίνουσι γὰρ ἐκεῖ, δόξῃ τοῦ τόπου, *etc. quæ sic vertit* Non est enim ad illum via trita, hac a majoribus loco tributa reverentia, nemo ut illuc aspiraret ubi stetisse aliquando, et inde egisse cum populo constaret Deum, *itaque ea accipit, quasi monachos reverentia quædam retardaret, ne ad montem accederent.*

Pag. 242, *col.* 1, *ad nu* 24, *lin* 16 Tale enim *etc. adde* [a *Sequentia ita exprimuntur in editione Possini* Ea vis est naturæ conciliatæ necessitudinis, quæ adeo separatione non solvitur, ut intendatur etiam et corroboretur, quando enim præsto non adest animo id quodcumque est quod amat, irritatur desiderium, et ad sequendum incitatus admittitur, una ut semper illa mentem obsideat atque occupet recordatio, dilectæ rei cupiditate voto suo frustrata sollicitante semper et commonente animum illa querela : deesse sibi id, quo nisi potiatur expleri nunquam et satiari possit. Quantus porro et qualis illius desiderii dolor sit, sciunt qui experti sunt. Qui vero non sunt experti, ii argumentum ad suspicandum capiant ex brutorum animantium exemplis hujus generis. In iis enim tantus tamque imperiosus, neque institutione præscriptus ullo, sed a natura infusus ipsa penitus inolevit pietatis sensus in consanguineorum participandis malis, quantus ex mutuis ejus affectus indiciis, fœtuum ad matres, et vicissim, si quando per vim disjunguntur, manifesto intelligitur. Vacca quippe dum abducitur relicto vitulo, mugit querulum in modum, responsantique mutuam reponit vocem, ad [illegible] conversa, habituque ipso ac specie oculorum magnitudine doloris abunde declarans. Cum enim infans natura pecudum articulata voce careat, qua dolorem contestetur suum, manifesta indicia tristitiæ [illegible] intus gerit et ostentat in oculis, qui ad conquerendum quodammodo calamitatem vocis instar illi sunt, quod ea conditione sit, ut intimorum sensuum arcanique affectus aliam nullum habeat interpretem. Juvencus autem dum [illegible] avellitur omni ope repugnans, nec abduci per vim sustinens, vel ad matris ubera tamquam ad sacrum asylum confugit, quæ cum manibus, quibus caret, nequeat arripere, labris certe atque ore mordicus tenet, vel anhelat parentem cursu, anxio illo motu molestiam declarans ex sua necessitatis, postquam usum [illegible], quibus calamitatem conquerendo enuntiet, sibi natura [illegible] denegavit.

NOT 63.

Disjunctio carorum mœrorem parit, etiam brutis

Miratur [illegible] interpretem eq [illegible] *hic non mart,* cujus, *utpote in Græcis codicibus nec minimum vestigium ullum est, at vero MS.* [illegible] *fideliter reddidit antiquus interpres*

Ibidem ad num. 27, *lin.* 11 Quam multos, *inquit,* ex Joba domo interemit, *adde* [b *Ita MS Vat.* [illegible] *at Possini editio* [illegible], *Quos ille vertit* Quot vero illum putas sustulisse Jobos aut Jobi similes? *Prior lectio nobis magis placuit.*

Pag. 243 *col* 1, *post cap* 8, *ad nu.* 30, *lin* 16, cum sufficerent alia, ut sint duorum animarum pretium redemptionis, *adde* [a *MS. Vatican* [illegible] *Possinus* : [illegible] *et vertit* Sibi etiam quidem pretium redemptionis duarum ceteri illa tanta tamque multiplici parabat esse abunde persolutum, *illud enim* [illegible] *in neutro genere accepit, quod antiquus interpres in masculino.*

NOT 64

Ibid. ad eumdem nu lin 38 et veluti laboribus concedentem, ut plagas dinumeraret, *adde* [b *Ita MS. Vatican* καὶ τὰς πληγὰς ὥσπερ τοῖς πόνοις διδόντα [illegible] *Possini* [illegible] καὶ τὰς πληγὰς τοῖς πόνοις διδόντα, *etc.*, ut cui ad quæ neque [illegible] questum mitteret plagarum ictus [illegible] ex numero vocum intelligere

Ibidem

Ex Pet. Possino.

Ibidem ad num. 57, *lin. penultima* qui norunt, *adde* [*d Possini editio habet* οὐκ εἰδόσι, qui nesciunt.

Ibid. ad nu. 58, *lin.* 15. Subaita, *adde* [*e Possinus* Σουκᾶ *legit.*

DE S. FULGENTIO EP. ASTIG.

NOT. 71.

Pag. 253, *col.* 1, § 1, *num.* 1, *lin.* 7, duplici secundæ classis, *corrige*, primæ classis.

DE B. ODORICO.

NOT. 72.

Pag. 266, *col.* 2, *post. num.* 5, *adde* [*MS. Florarium* v *Januar. ista habet* : In provincia Paduana depositio B. Oderici Confessoris Ordinis Minorum. Hic in Asia et India evangelizando Christum discurrit, et quatuor sanctorum Martyrum sui ordinis corpora de civitate Hormes transtulit per mare ad superiorem Indiam, in civitatem Carram, non sine miraculis, et descripsit peregrinationem suam. Obiit anno salutis MCCCXXXI. *Verum Monstierius quoque* XIV *eum refert, traditque* Ludovicum Odericum, *sive* Odoricum, *fuisse appellatum.*

AD XV JANUARII.

DE S. MAURO ABB.

NOT. 73. *S. Mauri cochlear.*

Pag. 333, *ad num.* 9, *adde* [*Cochlear ejusdem sancti Abbatis honorifice inter Reliquias asservatur in perillustri Ordinis Benedictini monasterio Ochsenhausen, ut testatur Carolus Stengelius lib.* 4, *de sacrar. reliquiar. cultu cap.* 11, *Est Ochsenhausen, sive Ochsenhusium, in Suevia inter Memmingam et Biberacum oppida situm, haud procul a Rothensi cœnobio, de quo* 11 *Januarii ad B. Odinonis Vitam.*

AD XVII JANUARII.

NOT. 74.

Pag. 436, *col.* 2, *inter Omissos post* S. Joannem Episcopum Eboracensem, *adde* [S. Iolendæ, sive Iolentæ, Virginis et Martyris, *Gallicam vitam nacti sumus, in qua dicitur hodie coronata martyrio, coli vero* XXII *Maii.*

DE SS. TERGEMINIS.

NOT. 75.

Pag. 437, *col.* 1, *nu.* 3, *lin.* 10, sub Clodoveo II *corrige* sub Clotario II.

NOT. 76.

Ibidem col. 2, *post num.* 4, *adde* [*Franciscus Bosquetus Historiar. Eccles. Gallican. tom.* 1, *lib.* 2, *cap.* 17, *non sub* Aureliano, *sed sub* M. Aurelio, *integro seculo prius, Tergeminos fecisse martyrium scribit, uti et* S. Benignum, Flocellum, Symphorianum, *et alios.*

DE S. GENULPHO EP.

NOT. 77. *S. Genulphus diversus a Gundulpho, qui 17 Jun.*

Pag. 445, *col.* 2, *lin.* 8, *post* Claudii Roberti, *adde* [*Alius is* a Genulpho *est.* Genulphum *officio simplici veneratur Ecclesia Bituricensis* XX *Junii, sive* XII *Kalend. Julii, quo nimirum die facta translatio dicitur lib. Mirac. cap.* 5, *nu.* 19. *In illius diei officio recitant Bituriges Lectionem tertiam, conflatam ex* 4 *et* 5 *quæ in Breviario Parisiensi* XIII *Novembris. At* Gundulphus *Episcopus* XVII *Junii in eadem Bituricensi Ecclesia colitur, recitaturque hæc Lectio propria* : B. Gundulphus Mediolanensis Archiepiscopus extitit, qui propter mala suæ civitatis a Deo immissa, ab eadem urbe digrediens cum quibusdam discipulis partes adiit Biturigum, ubi diu eremiticam vitam ducens, expleta laboriosæ hujus vitæ militia, post longam carnis macerationem, plenus Deo et virtutibus, terræ corpus cœloque spiritum reddidit. Cujus corpus per manus discipulorum in eadem silva, ubi eremiticam vitam transegerat, pia devotione humatum : postea Nobiliacum translatum, ubi in medio chori B. Mariæ jacet honorifice sepultum. *Hæc ibi. Est autem in Bituricensi etc.*

NOT. 78.

Ibidem post nu. 6 *post, ut ex dictis liquet, adde* [*Colitur eo die in Ecclesia Parisiensi officio duplici.*

NOT. 79.

Pag. 463, *col.* 1, *post cap.* 2, *ad nu.* 4, *lin.* 20 Blithildem. *adde* [*e Non est verisimile* Blithildem (*quam Jacobus Guisius* Beatam *vocat*, Clotarii II, *filiam* Dagoberti *sororem fuisse, cum* Arnulphus *ejus ex* Arnaldo *filio nepos*, Clotario II, *æqualis fuerit. Fuit ergo* Blithildis Clotarii I *filia, neptis Clodovæi Magni.*

DE S. ANTONIO MAGNO.

NOT. 80.

Pag. 515, *col.* 1, *in fine adde* [15 *Pragæ quoque, Bohemiæ metropoli, aliquæ* S. Antonii *reliquiæ asservantur. Ita enim vetus MS. Martyrologium Ecclesiæ Pragensis* : In Ægypto apud Thebaidem B. Antonii monachi, cujus vitam Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus insigni volumine prosecutus est : qui regnante Constantino Magno floruit, multorum monachorum Pater, venerabili præclarissimus vixit, consummatoque cursu ætatis suæ anno centesimo quinto feliciter in pace quievit. Cujus corpus sub Justiniano Imperatore divina revelatione repertum est, et in ecclesia S. Joannis Baptistæ humatum : cujus digitum piissimus Princeps Carolus IV Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemiæ Rex de Avenione rediens, et ad monasterium ubi requiescit declinans, magnis precibus obtinuit, et pretiose decoratum Ecclesiæ Pragensi donavit.

S. Antonii digitus Pragæ.

16 *Arelati quoque aliquæ ejusdem Divi reliquiæ extant; quarum translationem* IX *Januarii ita consignavit Saussaius* : Arelate translatio reliquiarum S. Antonii anachoretæ magni, e cœnobio Montis-majoris facta ad ecclesiam S. Juliani Martyris, cum solenni pompa, et affluenti Comitatus Venusini Phocensis provinciæ et Gotthiæ Gallicæ populorum concursu. *Aliquas ejus reliquias in sacello Lerinensi sanctæ Crucis servari dictum est* XVI *Januar. ad Translationem S. Honorati in Prologo nostro num.* 4.

aliquæ reliquiæ Arelate, et Lerini.

NOT. 81.

Pag. 522, *col.* 1, *post num.* 8 *adde* [*De sua Frisia ista memorat Martinus Hamconius* :

Tolleret ut veterum cultus omnino Deorum
Frisica gens; silvis passim devota viisque
Crebras imposuit, sacræ cultoris eremi
Antoni ædiculas : ipsum veneransque fovensque
Tam precibus de luce piis, quam lumine nocte.
Quin crebra instituit plebis consortia, crebra
Hospitia erexit, non tantum nomine Divo
Sacra, sed et populi Christique algentis asyla;
Lovaniique ejus pubes pia Frisica in æde
Nobile constituit patriis altare Patronis.

S. Antonii cultus in Frisia.

Sunt hi Patroni, beatissima Virgo Maria, S. Bonifacius, S. Willebrordus. Ædiculæ illæ sive oratoriola S. Antonio a Frisonibus dicata, vulgo S. Tonis huyskens *vocantur.*

NOT. 82.

Pag. 553, *col.* 1, *post nu.* 17 *adde* [*Quod ad pestilentiam attinet* S. Antonii *patrocinio pelli solitam, præclarum est quod a paucis annis in Westphalia contigit. In diœcesi Osnabrugensi vicus est* Rhemen, *vel* Remi *dictus, haud longe ab Iburgo oppido distans, alienus nunc a Catholicis sacris, Comiti Teclenburgico parens. Hic Ecclesia olim* S. Antonio *dicata, votis concursuque*

Pestis ejus ope [illegible]

[illegible] *Westphaliæ* [illegible] *Stephanus Schencking Canonicus Ecclesiarum Mon*[illegible] *Osnabrugensis, hujus etiam Scholasticus,* [illegible] *retulit.*

Pag. 324, *col.* 1, *post* § 4, *Miraculorum, adde* [illegible] ...*Lembergæ lib.* 10, *cap.* 2, *memorat etiam nobilem in comitatu Ducis Poloniæ anno* 1550, 10 *Aprilis,* [illegible] S. Antonii de Padua, [illegible] Est vere Antonius, [illegible] ...*ac manum debilitatam,* [illegible] ...B. Antonii de Padua *sepulchrum precantibus,* [illegible]

AD XVIII JANUARII.

P[illegible] B. Beatrix Atestina, sive Estensis, Ferrariæ [illegible]

DE B. BEATRICE ATESTINA

SANCTIMONIALI, FERRARIÆ IN ITALIA.

D[illegible]

[illegible]

Ex Animadv.

Not. 86. **P**ag. 576, *col.* 2, S. Arsenium Episcopum Ancyranum, *repone post* S. Blaithmacum et *socios Martyres*.

Not. 87. *Pag.* 577, *col.* 1, *post* S. Julianæ Virginis reliquiarum susceptio Duaci. *Saussaius. Cetera expunge, et repone* [*De ea agemus* xx *Novembris, cum de* SS. Solutore, Adventore, Octavio; *et peculiariter* xx Feb.

Not. 88. *Ibid. col.* 2, *post*, S. Goslini Abbatis reliquiarum susceptio Duaci. *Saussaius. Cetera expunge, et repone* [*Abbas hic fuit in ditione Taurinensi, de quo agemus* xx Februarii.

DE SS. MARIO ET MARTHA MM.

Not. 89. **P**ag. 578, *col.* 1, *nu.* 1, *lin.* 23, *post, et MSS. plurima, adde* [xv *Jann. MS. Martyrol. monasterii S. Maximini Treveris. Alii* xxx *Januarii.*

Not. 90. *SS. Marii et sociorum reliquiæ Prumiæ,* *Pag.* 580, *col.* 1 *in fine,* [19 *Prumiæ nobili et antiquo diœcesis Trevirensis monasterio, extare perhibentur horum quatuor Sanctorum corpora, in quibus fortasse singulorum portio: iis peculiaris ara dedicata, donariis olim votisque peregrinorum frequentata, singulorumque in ara statuæ, post eam sepulchra e lapide tria, quo ritu condi olim etiam Divorum lipsana mos fuit, ut Coloniæ ad D. Ursulæ, et alibi observare est. Vulgus, quia tres sunt urnæ,* Trium medicorum *nomine eos veneratur, ob crebras, nempe morborum obtentas eorum ope curationes. Has reliquias verisimile est ex illis* XLVI *Sanctorum pignoribus esse, quæ* Sergius II *Pontifex an.* 844 Marquardo *Prumiensi Abbati donavit, ut* xxv *Octobr. dicetur, cum de* SS. Chrysantho *et* Daria *erit sermo.* *quando illatæ.*

DE S. CATELLO EP.

Not. 91. *S. Catelli patria* **P**ag. 591, *col.* 2, *post num.* 3, *adde* [*Scripsit ejus quoque Vitam Italice Michael Lacchens, in qua Campaniæ, Picentinorum oppido, natum, familia Catellorum, qui vulgo* Cacciotti, *consanguineum S. Antonini Abbatis fuisse tradit . extare haud inde procul vicum, cui* Catello, *sive* Catyello *nomen . obiisse sub annum* 829. *Romæ in custodiam datum jussu Eugenii II, a Valentino Papa absolutum. Ætatem discutiemus ad Vitam S. Antonini* xiv *Februarii. Idem Lacchens ad S. Catellum in monte degentem convenire solitos, ursos, apros, lupos, atque alias belluas ait, sua oblitas feritatis : oppidi Campaniæ incolas tradere apud se extare S. Catelli et aliorum Sanctorum corpora, ac sæpenumero suavissimum odorem percipi eo loco ubi condita feruntur, frustra tamen, licet magno labore, alia perquisita.* *ætas* *reliquiæ*

DE S. CONTEXTO EP.

Not. 92. *De S. Contexto oratio.* **P**ag. 591, *col.* 2, *dele in fine hæc, Haud plura de eo comperimus, et sequentia appone* [*Hæc de eo in Ecclesia Bajocensi legitur oratio.* Omnipotens et misericors Deus, qui gloriosissimum Confessorem tuum atque Pontificem Contestum hodierna die de hoc seculo ad tuam gloriam pervenire fecisti, præsta nobis famulis tuis, qui festivitate ejus gaudemus, ut excellentiam verbi tui, quam ipse semper asseruit, perfecte intelligere valeamus, et veraciter confiteri. Per Dominum. *Accepimus et ejusdem Ecclesiæ monumentis hæc* S. Contesti *qualiacumque Acta.*

VITA S. CONTESTI.

Ex MSS. Ecclesiæ Bajocensis.

B. Contestus Episcopus Bajocensis, a S. *a* Exuperio sextus, S. *b* Mannei successor extitit, qui pietate et doctrina insignis, pluribus jejuniis, vigiliis, orationibus, et aliis operibus sanctis carnem suam domans, potius vitam Angelicam, quam humanam ducere videbatur. Diu noctuque tamquam strenuus vinitor in cœlesti vinea pondus diei et æstus gerens operatus est, in extirpandis scilicet vitiis, erroribus confutandis, et ipsa vite propaganda, et maxime in *c* gentilitate penitus evertenda. *S. Contestus strenue suo muneri vacans,*

2 Verumenimvero ille, cujus invidia mors intravit in orbem terrarum, bonorum perturbator operum, virum Dei ab inceptis deviare illico aggreditur, impedimenta, offendicula, et fraudes minitans, quocumque perrecturus esset. Sed sanctus Dei numinis divini auxilio fretus, per gladium salutis, quod est verbum Dei, illud nempe Davidicum perpendens, Si Dominus mihi adjutor, non timebo qui faciat mihi homo, minas diabolicas calcando nihili fecit. Quocirca ille totius nequitiæ tentator, ita illusus, iram spumans viro Dei insidias molitur, tyrannosque multos sui sceleris et invidiæ opifices in virum Dei concitavit. Sed rabies illorum, pluribus contumeliis et anxietatibus persequentium, sicut et Christus Herodianæ restitit, secessitque in nemus quoddam, cui nomen Bladum, aut Castellum, ubi parvo contentus pabulo, arborum corticibus, et teneris virgultis dumtaxat victitabat, aquæ poculo sitim compescens, humi sub dio jacebat, vitam illius Joannis Baptistæ eremiticam imitatus. *ab impiis exagitatus* *in nemus secedit*

3 Sed qui protoplastos parentes etiam intra Paradisi claustra ipsumque Dominum in vasto solitudinis deserto tentare ausus est, magis ac magis viro Dei invidens, subque gigantina specie apparens, illum in luxuriæ nefandum scelus impellere tentavit, et stimulis carnis venereis, ipsiusque Satanæ Angelos inflammando concitare enixus est. Cui quidem veneno Sanctus Dei orationis scutum opposuit, quo munitus ad Deum Opt. Max. castitatis auctorem et amatorem, tamquam ad Lydium lapidem, recurrit : unde protinus palmam pudicitiæ adeptus est, atque stola collo gigantis injecta salutis humanæ adversarium per urbis vicos et plateas tamquam canem post se trahit, et victoriæ triumphum ducens, illum palam divinæ adjurationis sacramento constrinxit, ut quis esset profiteretur : se esse Satanam æterni carceris ministrum, et carnificem atque impiorum et infidelium tortorem asservit. Unde tali miraculo infideles conversi sanctum baptisma efflagitaverunt, unum Deum, unam fidem, et unum ovile complectentes. *dæmonem specie gigantis ad turpia pellicientem vincit,* *et stola injecta circumducit,* *quo viso multi conversi*

4 Eodem tempore cum in *d* Sagiensem pagum, Episcopum visitaturus, proficisceretur, paucis secum adhibitis, ex itinere et æstu maximam sitim patientibus, ita ut ad flumen, qui dicitur *e* Urna, nequaquam pervenire possent, vir Dei positis genibus, sublatisque ad sidera palmis, orationem et preces fundendo, Pastorali baculo terram percussit, in pago *f* Athya dicto, illico aquæ vivæ usque in hodiernum diem scaturientis pateram emanare fecit, sicut et ille Moses, qui in deserto sitienti populo aquam de terra produxit. *fontem elicit*

5 Deinde patriam et oves repetens, in quodam nemore secus viam duas mulieres ex meretricina turpitudine quæstum facientes invenit : quas interrogans cur hanc adeo miserrimam vitam ducerent, inopia ad hoc ductas esse se profitentur. Tunc vir Dei ad orationem confugit, pro illarum miserrimarum paupertate sublevanda precans. Unde mox magnum auri pondus ante illas cecidit, et sic a paupertate quæ ad turpia, et a turpi quæstu illas eripuit, sicut et D. Nicolaus quondam Myrensis Episcopus. Tandem Sanctus Dei Sedem Bajocensem exoptatus repetens, usque ad ultimum vitæ curriculum in fide laborans, pie et sancte migravit ad Dominum, multorum miraculorum tum in vita, tum post vitam patrator. *meretrices ex voto sublevat auro ... inopia* *moritur, clarus miraculis*

a Colitur S. Exuperius 1 Augusti.
b S. Mannæus sive Manneus 28 Maii.
c Fortasse post obitum S. Contesti, qui putatur vixisse sub initium ... seculi, restabant fortassis in nonnullis Galliarum partibus semina ...

semen aliquod idololatriæ, alibi sæpe legimus. Quid mirum ergo si apud Bajocassinos altiores egerit radices Druidarum vetustæ Gallorum superstitionis institutio, et ampla fama est fuerunt, ut ex hoc Ausonii versu de Attio Patera Rhetore in Professorum Burdigalensium monumentis num. 5

Tu Bajocassi stirpe Druidarum satus

colligit Petrus Pithœus Adversariorum subsecivorum lib. 1, cap. 3, ubi de Druidis et Druididus plura. d Sagium, *vel civitas Sagiorum, vel Sesuviorum,* vulgo Sees, *Episcopatus est provinciæ Rothomagensis in Normannia.*

e *Massonus* Olenam *vocat,* vulgo Orne *appellatur. Non procul a Sagio oritur, atque interluit, ac deinde* Cadomum, *sive* Caen *præclaram urbem diœcesis Bajocassinæ.*

f *Vulgo* Alby.

DE S. ARSENIO

CORCYRÆ INSULÆ ARCHIEPISCOPO.

Corcyra insula est Ionii maris, sub Reip. Venetæ ditione, vulgo Corfu, insignis ea olim, quæ jam nunc hodie nominis, Archiepiscopali dignitate illustris, olim Patriarchæ Constantinopolitano subjecta, ut patet ex Notitia Episcopatuum Miræi. In Geographia sacra Caroli a S. Paulo collocatur in provincia Nicopolitana, seu Epiri veteris, sub Nicopolitano Metropolita. Primum Corcyræ Archiepiscopum fuisse S. Arsenium scribit in genere de Catalogo Sanctorum ad hunc diem Ferrarius. An enim primum vel a Nicopolitano jure dictione exemptum fuisse, nobis non constat. Fuere certe etiam quamplures ante eum sedis Corcyræ Episcopi, e quibus Apollodoras concilio Nicæno subscripsit, qui cum provinciæ insularis Episcopis recensetur, Rhodiensi, Coo, Lemnio. De rebus gestis S. Arsenii isthæc a viro illustri Jadertinensis Archiepiscopi in Dalmatia Vicario Generali, qui viginti per annos Corcyræ Archidiaconus fuit, accepimus.

2 Arsenius in Bithynia, patre Judæo, Christiana matre genitus, Corcyrææ Ecclesiæ gubernacula sub annum Christi [illegible], suscepit, rexitque, eximia sanctitatis et doctrinæ laude. Itam hortatu ad virtutis studium homines, ac vitam pietatis exercitationibus transigebat, noctes fere totas insomnes precationi impendebat, in earque, quamque vir eum caperet, specu [illegible] haeret etiamnum loco nomen Crypta S. Arsenii. Est ea in colle, supra quem et est exædificata, prope veterem basilicam.

3 Neque hic [illegible] vacavit tempore Pastor [illegible] ultimum emolumentum; sed cum grande malum insulæ minitaretur Imperator, sinistro rumore exacerbatus, se ipsum Constantinopolim contulit Arsenius, suisque eum orationibus placavit. Domum revertitur, domi vero, aliquando morbo correptus, ipse ex itinere migravit in cœlum, multis in vita ac morte miraculis clarus. Relatum in Corcyram exanime corpus, in cathedrali sedem adeo, ubi anniversaria solemnitate celebratur XIX Januarii, ingenti hominum tota et insula concursu, partque Græcorum et Latinorum conventu Vesperæ ac Missa peraguntur. Ex Epiro quoque innumeri olim ad eam confluebant celebritatem, minus nunc frequentes conveniunt. Ante annos circiter LX, jussit Archiepiscopus quidam Divi sepulchrum recludi, et ossa solum nonnulla [illegible] reperta. Reliquiarum Græcorum direptum existimatur, qui tempestate insulam occuparunt, et Sanctorum quoque Jasonis et Sosipatri, qui primi in Corcyram Evangelii lucem, ab Apostolo Paulo missi, intulere, corpora abstulerunt Latinos.

4 Atque hæc fere sunt quæ majorum traditione accepimus. Neque adhuc edita Arsenii Vita est. Extat tamen vetustis manu de eo officium calamo exaratum, in quo Lectiones, Responsoria, Antiphonæ propriæ. Nunc sacrorum peragitur, quod de quovis Confessore Pontifice solet, excepto quod e Latinis a Græcis recitatur Evangelium, Ego sum pastor bonus. Ad Magnificat hæc canitur antiphona: Arsenii pro sub præsidio tuo teges datos obsequio ab instanti omni tædio. Ad Benedictus vero: Laudetur Salvator hominum, quod qui nos per Patrem Arsenium, promeremur cœli suffragium. Oratio: Deus fidelium fortitudo, adesto Ecclesiæ tuæ precibus, et concede, ut B. Arsenii Confessoris tui atque Pontificis de cœlis semper numinatur auxilius, cujus solemnitas gratulatur in terris. Per Dominum. Sepulchro marmori sunt versus olim Græce, aut qui nunc characterum quorum est extantia [illegible] debere locum reverentiam, qui sancti viri asseveret hipana Latinum quoque, sed recentiorum, insculpti in distichum est:

Corpore sive animi languens hunc pronus adora,
Quæ Reges nequeunt Præsulis ossa queunt.

In S. Sosipatro ejus hic mentio facta, eidemus XXV Junii, de S. Jasone XII Julii, utriusque XXIX Aprilis veneratur Græci, atque in Menæis quæ in Corcyra exierunt tale utrique commemorant.

AD XX JANUARII.

Pag. 615, *col.* 2, *post* S. Fechinum, *adde* [S. Hadelindus, Episcopus Cenomanensis in Gallia. *Ibidem inter Prætermissos post* Dagobertum I, *adde* S. Æneas, sive Ængussius, Abbas Cluainensis in Hibernia, *cujus XX Januarii in vita S. Idæ Virginis, et alibi honorifica fit mentio, traditur XX Januarii obiisse. Propria ejus Acta exspectamus.*

DE S. FABIANO PAPA M.

Pag. 621, *post num.* 35, *adde. Videmus officia propria Ecclesiæ Romanæ sub Gregorio XIII auctoritate edita, quibus subjungitur indiculus reliquiarum, quæ istic asservantur, atque in eo ista habentur:* Reliquiæ SS. Fabiani et Sebastiani.

DE S. SEBASTIANO M.

Pag. 625, *post num.* 29, *adde. In eodem sunt aliquæ asservantur S. Sebastiani reliquiæ, ut ex indiculo, qui Officiis propriis illius Ecclesiæ a Gregorio XIII approbatis subjicitur, videre est.*

Pag. 627, *col.* 2, *post num.* 46, *adde. Idem testatur, Epternaci caput S. Sebastiani se vidisse, aut potius capitis partem, ut alterius est Sebastiani fateri potest, quod olim fuerit S. [illegible] Epternacum monasterium in Luxemburgo. Belgii positum, cœnobium, a Divo olim Willebrordo conditum, ad VII Novembris ab eo. Vitam deinde, [illegible] situ, Teutonico etiam, etiam, quasi [illegible] quod Sancti [illegible] in propriis Lucentiis Eburones, super [illegible] Vitam vere sumere, qui ad [illegible] Eboracum Laudunum in Mosam sese inmittit. In hoc ergo cœnobio reliquiæ asservantur S. Sebastiani, hic illius cultus est [illegible] miraculis frequentibus inclitum, hoc habitu eju ostendo, hic [illegible] Bertelius qui [illegible] Luxemburgici. Inter ceteras reliquias, quæ in hac ecclesia servantur, loco magnifico et pretiosissimo thesauri, gloriosissimi Martyris Sebastiani caput, [illegible] quod S. Willibrordo Romæ [illegible] Sergius Papa munifice donavit. Illud, ut pestis grassante, peste ingruente, a devotis personis omni hominum pietatis affectu, frequenti hominum congressu, visitatur, et in [illegible], pulsato ejus interventu pestis Christianus per [illegible] gratiam ab imminenti mortis periculo*

Januarii.

periculo liberetur: quam petitionem divina majestas ob sancti Martyris præclara merita elargitur. Non in minore ibidem honore colitur et servatur inclyti Martyris Oswaldi Angliæ Regis caput, una cum S. Willibrordi patroni celeberrimi corpore; quæ quidem quanto in pretio, honore, seu reverentia, tum ab ipsis monasterii Religiosis, tum ab omnibus, qui quotannis sanctas repetunt peregrinationes, quotidiana adhuc demonstrant miracula. In eodem præterea monasterio, juxta altare D. Sebastiano sacrum ingentis altitudinis et crassitiei, librarum videlicet trecentarum et sexaginta quatuor, hodieque cereus videtur, quem excelsæ memoriæ Maximilianus Imperator Augustus, ejus nominis primus, honoris et summæ, quæ in ejus animo inhærebat, religionis gratia, solemni supplicatione præeuntibus Principibus, Satrapis, Aulicis et familiaribus, S. Sebastiano contulit anno nimirum MDXII. Quo tempore Robertus a Moureal vir nobilitate illustris, religionisque amantissimus, Abbatis munere fungebatur, qui ob singularem prudentiam, quam habebat, Cæsari unice dilectus habebatur. Nam cum ipse monasterii sui privilegiorum confirmationem impetrasset, Cæsar oppidum ad Imperium pertinere, nec procul a Treviris distare, ex Procerum ore inaudiens, competenti circumseptus comitatu, eo sacras reliquias visitaturus profectus, apud Robertum Abbatem sibi carissimum integrum diem et duas noctes confecit. *Hæc Bertelius. Patet illius cerei diameter pedem unum, altitudo duodecim: insistit ligneæ basi, cancellis inferne conclusus ne temere manibus concerpatur ac divellatur; superne vero vinculis ferreis adstanti columnæ alligatus, eleganter striatus. Basi hæc inscripta:* Hunc cereum CCCLIIII, librarum anno Domini MDXII, in persona Epternaci in imperiali monasterio S. Willibrordi S. Sebastiano dicavit Maximilianus Romanorum Imperator. *Ad latus, ipsius Cæsaris adgeniculantis picta imago. Isthic anno* MDLXXIX, XVI *Septembris, quo Martinus Masius Epternacensis Abbas* LX, *S. Sebastiani sodalitatem instauravit, appensum est hoc carmen, cujus hexametris versibus primis litteris in acrostichide* MAXIMILIANUS *conficitur, pentametris* CÆSAR OPTATUS.

> Ad constantissimum Christi militem Divum Sebastianum, quem Serenissimus ac Clementissimus Dominus D. Maximilianus invictissimus Romanorum Imperator semper Augustus, hoc magnifico munere cereum librarum honorat anno salutis MDXII.

Maxima purpureis ... gloria fossa sagittis,
Cincte caput lauris pure Sebaste tribus,
Alta poli casto penetralia pectore transis,
Eversos animos Martyr ad astra vocas.
Mystice pugnator fers Christo cinctus ab illa
Subtractas animas dæmonis insidiis.
Iactus ad æthereas fusti post pila cathedras,
Armiger ignipotens sanguine tinctus abis.
Maxima cœlicolis tua gloria præclua terris,
Regibus eximiis laus tua clara modis.
Imperialis apex, Friderici natus et hæres,
Omne felici te, tua membra colit.
Laus Regum, doctis qui fulget doctior unus
Principibus nostris Maximilianus herus,
Ipse tuas laudes præ magno munere ceræ
Tentat ad ætherei sidera ferre poli.
Aspice laudantem, felici protege scuto,
Austria quem Dominum gaudet habere suum.
Neve sinas variis succumbere casibus unum
Ter celebrande virum, Cæsareumque decus
Divus cum magno celebrat te munere, nostris
Usque modo sedis res aliena nimis.
Hic post mille annos quingentos post duodenos,
Suscipe vota pii, tempore veris, heri.

Ibidem post nu. 47, adde [*Braccaræ, Portugalliæ celebri urbe, brachium asservatur* S. Sebastiani, *a quo, quandove allatum, nondum comperimus. Id solum Annuæ litteræ Societatis nostræ anni* 1601. Ad Divi Sebastiani brachium oblata theca ex argento. *Ulyssippone autem statua est ejusdem Sancti, cui prodigiosus quidam sudor, ac depulsa deinde quæ late grassabatur lues, celebritatem peperere. Commemorat id Antonius Vasconcellius noster in Descriptione regni Lusitaniæ:* Anno, *inquit,* a Christo nato 1599, ardebat pestilentia Ulysippo, quæ vicina contagione Salaciam pervasit. Accidit ut D. Bartholomæi pervigilio (libitina vix sufficiente morientibus) cum Sacerdos in ædicula D. Rocho sacra, ubi D. Sebastiani simulachrum positum erat, rem divinam faceret, oculos in effigiem conjiceret: guttis ubertim manantibus undique sudantem intuitus est. Rei novitate attonitus effigiem in propatulum adducit, ut omnium oculis exhibita, res foret illustrior. Res mira! præsentibus omnibus magis atque magis in sudorem resoluta est, adeo ut Curioni negotium in abstergendo sudore qua sudariolis qua mappis exhibuerit. De improviso cymbala festivo plausu feriuntur. rumor magis atque magis increbescit: confluunt plenis viis pestilentia laborantes, et fide obfirmata sacro inunguntur sudore. quæ pietas votis ex æquo respondit. Nam ex quo tempore hæc contigerunt, nec pestis amplius grassata est, nec ullus, licet spe deplorata, in posterum morbo cessit; duos si excipias, qui per id tempus animam jam jam efflabant. Et cum ægrotantes simul et sani ultro citroque sine religione misceentur, nulli hoc commercium nocuit. His actis decreta solemni pompa confertim ædiculam petunt, ubi grates Sebastiano habuere immortales. Hoc miraculum multorum testimonio stabilitum, litteris consignavit D. Joannes a Mello Eborensis Antistes. Ulyssiponenses tanto beneficio non ingrati ædem exædificarunt, eo in loco, in quo sacra effigies sudorem ubertim distillavit; effigiemque ea ante occluserunt, nec illi unquam conspicitur, præterquam die Sebastiano sacra, in qua solemnis pompa a curiæ Senatoribus, non sine sumptibus, instituitur. Iterum mense Augusto, cum D. Bartholomæo dies sacra observatur, cum sodalitium quodam supplicatione instituta, tanti beneficii magnitudinem in memoriam adducit.

Pag. 628, *col.* 1, *post nu.* 57, *adde* [*Porro Eberspergense monasterium,* cujus jam pridem una cum fortunis erat collapsa disciplina, Gulielmus Bavariæ Dux, a Summo Pontifice accepto diplomate, impetravit, ut Monachiensi Societatis Jesu collegio, *a quo millibus passuum viginti distat,* adjungeretur, *ut habent Annales nostri an.* 1596, *ac pridie Kalendas Novemb. Rector Monachiensis collegii in ejus possessionem immissus est. Aucta exinde nostrorum zelo et industria religio est loci, innumera divinitus effusa in omne genus hominum beneficia sunt, quæ speramus aliquando peculiari comprehensa commentario edenda in lucem. Paucula sparsim iidem commemorant Annales. Anno* 1601, plena peccatorum condonatio certis anni temporibus illud templum D. Sebastiani visentibus a Clemente VIII impetrata. *Eo anno* ægri multi votis D. Sebastiano nuncupatis convaluerunt: viginti partim feminæ partim viri a pestis vicino malo evidentissime conservati: pœne triginta in morbis diversis, corporisque et animi afflictationibus, aut partus difficultate, opem præsentissimam senserunt.

Anno 1602, *multi votis Divo facti vel pestilentiæ periculo erepti, vel aliis incommodis levati.* Inter hos feminæ cuidam vesania mentis laboranti aspectabilem se præbens D. Sebastianus spem sanitatis fecit. Alia pleuritide consauciata vehementi, nulla fuerat medicabilis arte, sed manu duntaxat ejusdem nostri tutelaris. Tertius paralysi consternatus membrorumque omnium usu captus, se iterum cepit erigere atque ad incessum promovere. Mulier item supra spem et remedium aliud omne convaluit. Alii duo

larvas

Margin notes: *et positus cereus in solitæ magnitudinis a Maximiliano I. Imp.* — *in eum carmen acrostichon.* — *S. Sebastiani reliquiæ Braccaræ,* — *Ulyssipponi statua,* — *quæ copioso sudore manavit,* — *quo pestis cessavit.* — *Indulgentiæ loco obtentæ* — *facta ibi miracula an. 1601*

[illegible] Mulieres binae uterum gestantes, cum magna difficultate partus laborarent, et altera quidem prope abesset a morte, meritis tamen D. Sebastiani [illegible] sunt.

[illegible] *nominatim anno* 1612. Bojorum oppida duo exempta [illegible] religiosis obsides obtulerant. [illegible]

[illegible] in publicis Confluentinis [illegible] servatis [illegible] beatum [illegible] Joannem [illegible] hujus conventus [illegible] extitisse, [illegible] eumdem Martyris Sebastiani [illegible] adhuc perseverat, et in [illegible] Confluentinis [illegible] venerationi [illegible]

69 [illegible] naw. [illegible] Norbis [illegible] S. Sebastiani [illegible] *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi*, ad an. 847 [illegible] Hilduinus Abbas S. Dionysii [illegible] 827, [illegible] Martyris S. [illegible] Roma [illegible]

[illegible] 1130 [illegible]

70 [illegible]

71 [illegible]

72 [illegible]

DE S. HADOINDO

CENOMANENSI EPISCOPO IN GALLIA.

[illegible]

[illegible] 652 [illegible] 648 [illegible] 652 [illegible] 647 [illegible]

AUCTORE ANONYMO, EX MS

Dominica ante Litanias; *qui character est anni* 646, *quo littera Dominicalis fuit A, Pascha 9 Aprilis, dies Ascensionis* 18 *Maii, Dominica præcedens* 14 *sive pridie Idus.*

ætas.

3 *Interfuit* Hadoindus, *ut scribit Flodoardus lib.* 2, *cap.* 5, *Concilio Remensi sub Sonnatio Archiepiscopo, quod circiter annum* 630, *esse habitum Sirmondus noster existimat. At Cabilonensi Concilio circa annum* 650, *celebrato,* Chagnoaldus Abba in vicem Chadoindi Episcopi Ecclesiæ Cenomannicæ subscripsit. *Morbo fortassis aut senio impeditus adesse ipse Chadoindus non potuit : nec videtur diu superfuisse, qui dicitur* primo tempore Clodovæi *vixisse, cum non nisi a* 644 *ad* 660, *regnarit Clodovæus, ut qui solum primo ejus tempore vixit, non debeat saltem medietatem excessisse. Sedisse eum annos* 47, *menses* 11, *dies* 24, *scribunt Demochares, Chenu, Robertus. Vita solum habet an.* 30, *menses* 11, *dies* 23. *Estque id probabilius cum* ultimo tempore Clotarii *dicatur sedisse. At si* 47 *annis sedisset, ergo ab anno* 603, *vel* 602, *sicque non ultimo solum tempore* Clotarii *sedisset, sed facile* 25 *aut* 26 *annos eo superstite exegisset in Episcopatu.*

natalis

Ex eadem Vita constat eum hoc die XIII *Kal. Februarii obiisse.*

VITA EX VETERI MS.

CAPUT I.

S. Hadoindo donata ab Alano.

Gesta Domni Haduindi Cenoman. urbis Episcopi, qui fuit ultimo tempore *a* Clotharii filii Chilperici, et tempore Dagoberti filii Clotharii, et primo tempore Clodovæi filii ejusdem Dagoberti.

Domnus Haduindus Cenomanicæ urbis Episcopus, successor B. *b* Bertichramni, natione Francus, vel Gallus, nobili ex progenie ortus, hic restauravit atque renovavit multa monasteria in parochia Cenomanica, atque eadem monasteria regulariter degere instituit.

S. Hadoindus monasteria restaurat.

Alanus vir dives,

2 Ipsius quoque tempore vir quidam, Alanus nomine, qui habebat res proprietatis suæ multas, et habebat unicum filium, quem ita diligebat ut animam suam. Quadam vero die prædicti Alani filius venationem exercens in villa patris sui, cui vocabulum Doliacus; (nam propter dolorem, quem ibi habuerunt sic deinceps nominata est, antea vero alio nomine vocabatur) qui dum in Brogilo dicti patris in jam dicto Doliaco cervum....... equo expavescente cecidit et mortuus est. Hoc autem videns suprascriptus Alanus de solario quo instabat valde dolore repletus, consolando tamen nuntiavit uxori suæ matrique ejus, prædicti juvenis mortem. Considerans quippe quod sine caussa hoc non eveniret, tunc devotissime Deum cœli exorans deprecatus est, ut taliter res suas disponere concederet, qualiter sua esset beneplacita voluntas, et qualiter ex eis regnum mereretur æternum. Cœpit ergo tunc pedes una cum uxore sua ire per monasteria et loca sancta, ac corpora Sanctorum quærere, deprecans die ac nocte intentissime Deum, ut inspiraret ei, ad quam ecclesiam secundum Creatoris sui voluntatem, tam pro prædicto suo, suas Domino offerendo res, filio, quam....... animæ suæ, traderet. Tali vero devotione pergendo et orando, eleemosynasque faciendo, visitabat limina et corpora atque ecclesias Sanctorum multorum, ut Dominus, ceu dictum, inspiraret ubi suum traderet proprium..... hæreditatem habebat, et nullum habebat filium vel filiam hæredem.

filio in venatione mortuo,

suas in pias caussas statuit erogare

varia SS. loca cum uxore visit

multis eum rogantibus ut sua illis donet,

3 Dum autem supradicto prætextu a monasterio S. Martini Turonensis reverteretur, et licet multi servi Dei eum orati essent, ut ad loca Sanctorum quibus insistebant suas res traderet, et si vellet ab eis pretium acciperet, et utrumque haberet, et eleemosynam ex eis et munera; (hoc suadebat ei Abbas de monasterio Turonensi, in quo S. Martinus corpore requiescit, similiter et Abbas qui dicitur Duogemelesis monasterii, sive alii Præpositi et Abbates et servi Dei multi) tamen ad nullum de prædictis locis ejus intentio se submisit, neque ejus devotio se inclinavit; quia forte Deus nolebat, ac propterea forte non ei hoc agere inspirabat gratiam. Devotissime in hoc Dei voluntatem quærebat. Dum enim hæc agebantur, et de monasterio S. Martini Turonensis revertens Cenomanicam prædictus vir properabat civitatem, visitaturus videlicet sanctam matrem et civitatis ecclesiam *c* sanctæ Dei genitricis Mariæ et sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii; in qua multas eorum meritis et intercessionibus Dominus operabatur virtutes. Cum vero taliter properando...... xenodochium miliario a prædicta urbe distante iter ageret, venerunt servi Dei ipsius Pontilemalensis xenodochii et Haduindi Episcopi; et suscipientes eum cum psallentio, et per orationes eum deducentes, omnia necessaria ei voluntarie et diligenter ministrabant, et cum magno honore ei serviebant, quia ad hoc opus prædictus Dominus Bertichrannus ejusdem urbis Episcopus ipsum xenodochium in *d* Pontilema in honore S. Martini fecerat, ut omnes adventantes tam divites quam et pauperes ibi receptiones haberent, et alimenta et cetera necessaria abundanter inibi acciperent.

venit Cenomanos,

benigne excipitur in xenodochio S. Bertichramni,

4 Crastina autem die a prædicto xenodochio jam dictus Alanus surgens, ad memoratam matrem ecclesiam oraturus devotissime nudis plantis properabat. Qui prædicta nocte, dum in præfato xenodochio Pontilema orationi devotissime insistebat, instinctu Dei accensum est cor ejus, ut ad memoratam matrem et civitatis ecclesiam, quæ est constructa et sacrata in honore Dei genitricis Mariæ et SS. Petri et Pauli et sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii, ad quam ipse oraturus properabat, omnes traderet res proprietatis suæ. Quod et nutu Dei factum esse, nulli dubium est. Hæc quoque peragere, ut ei inspiratum erat, cogitans, mandavit Domno Haduindo præscripto Episcopo, ut obviam ei veniret, ut cum eo considerare valeret qualiter de suis rebus agere deberet; quia notus ei erat et fidus amicus Domnus Haduindus. Fecit enim Domnus Haduindus ut ei jam dictus Alanus mandarat, et venit obviam ei, et benigne eum suscipiens, per orationes ecclesiarum jam dictæ civitatis cum summo honore et reverentia magna deduxit.

divinitus monetur ut suadet Ecclesiæ Cenoman.

benevole excipitur ab Hadoindo,

5 Dum autem ad prædictam matrem ecclesiam usque devotissime pervenissent, in eamque intrantes, et pariter orantes, cœperunt flere Alanus et uxor ejus, et cum lacrymis eorum voluntatem patefecerunt publice, et de eadem S. Mariæ et S. Petri atque sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii exire non potuerunt, antequam omnes res proprietatis suæ prædicto Domno Haduindo, suis cum Sacerdotibus et ministris, atque præfatæ majori ecclesiæ legaliter per instrumenta chartarum, sub stipulatione submissa, firmiter tradiderunt. Hoc autem facto tam hilari animo et lætitia repleti, levesque corpore sunt effecti atque ad juventutem priori virtute Dei et intercessione Sanctorum prædictorum sunt reversi, ut hoc videntes stupescerent, et talia non vidisse nec audisse cum lacrymis profiterentur : quod nutu et virtute Dei factum esse, nulli dubium est; tali enim conditione instinctu Dei tradidit memoratus vir Deo devotus Alanus jam dicto Episcopo et præfatæ Ecclesiæ matri XII villas optimas cum earum appendiciis, id est, Juliacum, Lucdunum, Ruliacum, Rupiacum, Saboloium ...... Bervum et Berricum, Tondum, et prædictum Doliacum, in qua præfixus filius mortuus fuerat, et Camariacum; et postea per translatas manus Asmarias et ceteras villulas, quarum no mi a propter fastidium

ecclesia egrediente donationem non valet,

ea facta lætus et expeditus

quæ donarit

[illegible]

CAPUT II.

Bavaulum (?) [illegible] aedificatum.

[illegible]

animo, Domino inspirante, conceptum habebat, opere

[illegible]

[illegible] Postea vero tam ejus tempore quam et [illegible] multæ res ad præfatum monasteriolum

[illegible]

CAPUT III.

Ebroinum fundatum. Hadoindi obitus.

T[illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

ordini subjugarunt, ac suis successoribus atque ci-

[illegible]

11 [illegible]

[illegible] et

Ex MSS.

et nos pervenire intercessionibus omnium Sanctorum Dei, atque una cum illis beata requie frui mereamur, tribuente illo cui nihil difficile est factu, per seculorum secula, Amen.

a Ebronium *id nunc vocant cœnobium, vulgo* Evron.
b *Colitur* S. Turibius 16 *April*
c *Hic ille videtur esse locus, quem S. Mauro destinarat qui cum per Harderadum advocarat Episcopus, ut in ejus Vita* 15 *Januarii dicitur.*
d Sarta *Alençonium inde ipsam alluit Cenomanorum urbem.*
e *Colitur* S. Victurius 1 *Septembr.*

TESTAMENTUM S. HADOINDI

e MSS. editum a Barnaba Brissonio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi et Spiritus sancti, VIII Idus Februar. in anno *a* V, regnante gloriosissimo Clodoveo Rege, ego Hadoindus acsi indignus, tametsi peccator, Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Cenomannis civitatis, sanus, Deo propitio, mente et corpore, sanoque consilio, metuens casum humanæ fragilitatis, testamentum condidi, eumque Cadulto Diacono scribendum dictavi. Quod testamentum meum, si quo casu jure civili aut Prætorio, vel alicujus novæ legis interventu, valere nequiverit, acsi ab intestato, ad vicem codicillorum valere id volo, et valeat.

S. Hadoindus an. 648.

2 Itaque si quando ego Hadoindus suprascriptus Episcopus e rebus humanis excessero, et debitum venturi temporis complevero, tunc, tu sacrosancta Ecclesia venerabilis hæres mea esto, hæredemque meam te esse constituo : ita ut ubicumque aliquid per hoc testamentum meum dedero, legavero, dareque jussero, id ut detur, fiat, præstetur, fidei tuæ hæres mea, committo. Dono tibi sancta ac venerabilis mater Ecclesia Cenomanica in honore S. Mariæ et Domni Gervasii et Protasii Martyrum, villam juris mei, cujus vocabulum appellatur Ausa, quam datis rebus propriis meis comparavi, cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis et pascuis, quantumcumque in ea loca aspicere videtur, cum colonis, et integro termino suo ad jus et dominationem vestram revocetur perpetualiter possidendum.

Hæres ejus instituit Ecclesiam Cathedralem.

3 Similiter basilica Domini Victurii, ubi ipse Dominus requiescere dinoscitur, et si meruero, mihi sepulturam habere desidero, dono tibi villam nuncupatam Acervo, quam dato pretio comparavi, cum domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis et pascuis, exceptis his quos pro animæ meæ remedio ingenuos fieri præcepi, totum et ad integrum præfata basilica post meum discessum suæ potestatis faciat revocare perpetua dominatione possidendum.

Legat Ecclesiæ S. Victurii,

4 Ea vero conditione dono sanctæ basilicæ Domini Petri et Pauli Apostolorum, quam Domnus Bertichramnus quondam Episcopus Cenomannicæ civitatis suo opere ædificavit, villam proprietatis meæ Iscomediacum, sitam in pago Belini, quam data pecunia de Ansereno et genitrice sua comparavi, ut hanc ministri ejusdem post meum transitum teneant, possideant, et futuris, facere cui voluerint, derelinquant. Similiter dono ipsi sanctæ basilicæ Domni Petri et Pauli Apostolorum villas, quibus nomina sunt Taudiniaco, Martiniaco quam Lupus quondam per beneficium nostrum tenere visus fuit. Hæc supradicta basilica post nostrum discessum cum omni integritate, quod ad ipsas villas aspicere videtur, ministri nostri jam dictæ basilicæ, de præsenti percipiant dominandum.

SS. Petri et Pauli,

5 Simili modo, dono basilicæ S. Vincentii Martyris, quam *b* Domnolus sanctæ recordationis Episcopus suo labore construxit, villam juris mei Pratellus, cum omni integritate, quantumcumque mihi Domnola visa fuit habuisse.

S. Vincentii,

6 Simili modo dono basilicæ Domnæ et S. Mariæ, Aureono vicum, quem *c* Agobertus Abbas Diablentis simul ædificavit. Et Jona villam quæ fuit Sigulfi Presbyteri, et quam fidelis noster Chaddo per nostrum beneficium habere videtur : pariter et mansionem ad prope ipsam Jona, quam Lupus quondam tenuisse visus fuit, ipsi Chaddoni volumus esse concessum : si tamen habuerit filios, in eorum permaneat potestate : et si quidem filios non habuerit, post suum transitum ad jus et dominationem Domnæ Mariæ de Aureonensi vico revertatur perpetuis temporibus dominandum. Similiter villa Lastemarico, quam ex munificentia nostra ipsi fideli nostro Chaddono Defensori nostro concessimus, voluntas mea est, ut dum advixerit, hoc usu possideat : post ejus vero discessum cum omni re meliorata, vel superposita sanctæ basilicæ Aureonensi vico revertatur. Similiter Vernicella cum omni jure et termino suo vel coloniis ad se pertinentibus, ad ipsam sanctam basilicam proficiat in perpetuum.

monasterio Aureonensi

7 Et si aliquis ex inde epistolam quasi a nobis factam protulerit, vacua et inanis permaneat. Et ita nobis convenit, ut superius, intimare, ut quicumque facta nostra de propinquis aut hæredibus nostris chartam aliquam, quamvis bonorum hominum manu roboratam, ut cupiditas suadet, protulerit, vacua et inanis permaneat : et illam maledictionem percipiat, ut superius est comprehensum. Villam Fontanas in pago Silviacinense, filius et parens nostra Bodilo, dum superstes fuerit, Locellum locum tempore vitæ suæ teneat ac possideat.

Alia legata irrita

8 In Christi nomine Hadoinus etsi peccator Episcopus hoc testamentum, quod ex devotione fieri rogavi, relegi et subscripsi. Rosindus subscripsi. Berthegiselus subscripsi. Marsus subscripsi. Auffrebertus subscripsi. Saigrannus subscripsi. Audobertus subscripsi. Cadulfus ordinante Domno Hadoindo Episcopo, hoc testamentum redditus scripsi et subscripsi.

Subscriptiones

9 *d* Magnificis in Christo et sancta Ecclesia filiis Bodilono et Andramno Hadoindus Episcopus. Rogo et supplico caritati vestræ, ut cum me Dominus et creator omnium de hoc seculo migrare præceperit, Cenomannis civitate ire faciatis, et ibi testamentum meum, cum apertum fuerit vobis prosequentibus, apudque publica gestis municipalibus faciatis allegare. Et quod unicuique per ipsum testamentum sanctis civibus vel propinquis meis visus sum delegasse, vestra dispensatione unusquisque juxta ipsam delegationem percipere valeat : et quicquid exinde egeritis, gesseritis, ratum et firmissimum debeat permanere. Quod mandatum manu nostra firmavimus, et petimus muniendum. Cenomannis civitate in Christi nomine Hadoindus etsi peccator Episcopus hoc mandatum relegi et subscripsi. Rosindus subscripsi. Marsus subscripsi. Audo subscripsi. Auffrebertus subscripsi. Defensor subscripsi. Ursinianus subscripsi. Siramnus. Cadulfus Diac. ordinante Domno Hadoindo Episcopo hoc mandatum scripsit et subscripsit.

a *Is erat Christi* 648, *ut supra diximus.*
b *Colitur* S. Domnolus 16 *Maii.*
c *Is hic est fortasse monachus ille de quo supra in Vita* [illegible] 8
d [illegible] *hanc a scriptam* [illegible] *manumissiones servorum et alia legata scripta erant*

AD XXI JANUARII.

Pag 701, col 2, post S Avitum II, Episc Claromontanum, adde, S Aptatus, sive Aptades, Episcopus Metensis in Gallia Belgica [illegible]

DE SS FELICE ET SOCIIS MM

Pag 706, col 2, nu 4, linea ultima, dele Quod in codice Laurentii [illegible] [illegible] Martyrum [illegible] MS S Hieronymi [illegible]

DE S. PATROCLO M.

Pag 711, col 2, post nu 4, adde [illegible]

[illegible]

Unica quoque Monasteriensis Ecclesia tum in recens excusis, tum in pervetusta manu exaratis Breviariis, die [illegible] titulo Patrocli Martyris celebrat In [illegible] MS [illegible] Breviario praefixum est Susati [illegible] S Patrocli in Susato Anno Christi 963, [illegible] Colonia Susatum sancti Martyris [illegible] patet ex monumento Susatensi Friderici I, Archiepiscopi Coloniensis, [illegible] anno Christi 1118 numeratur [illegible] S Patrocli 155, [illegible] [illegible]

Pag 173, post [illegible] Translationis, adde sequentia

S. PATROCLI TRIUMPHUS.

Triumphum [illegible] Martyr [illegible], quem [illegible] parti [illegible], quem Romam [illegible] [illegible]

[illegible]

contraxit; unde Comes de Sterrebergh Bohemus eadem ex regione 26,000 Bohemorum ac Hussitarum exercitum contrahens in Westphaliam fudit, habens et Marchiones Brandeburgenses et Misenenses, Ducesque, Saxoniæ; multos insuper alios Principes et Nobiles, singulis cum exercitibus belli socios; nomen autem Bohemicum a multitudine, magis autem a feritate, totus sibi usurpavit exercitus. Tanto igitur agmine circumfusus, magno belli apparatu exercitum in Westphaliam traductum Episcopus fudit, et pene sine Marte victor ad tempus evasit; Lippiensem Comitatum discerpsit : nam solo aspectu hostium incolæ attoniti torpescebant; quidam etiam solo barbarorum adventu audito, fuga salutem quæsierunt : grandis enim cunctos Bohemici nominis timor invasit, verum ubi ad probam ventum est, nihil fama nugacius fuisse compertum est. Ex eo enim quod armis diffusi nutantes urbes et oppida in itinere decurrentia tumultuoso agmine devastarunt, ecclesias, oratoria, utriusque sexus monasteria rapinis inhonestarunt, non vis modo, verum timor barbaricus incolis circumquaque incussit : accessit quod jam pridem Bohemos fidem orthodoxam deseruisse ac fideles trucidasse auditum est. In primis igitur Dusimoldiam, Blombergem, Brakel, ablatis spoliis solo æquavit : Lengo, Horne oppida dure exactionavit, et ad præstandum hominium compulit: Valckenbergum vallavit; sed animosius exceptus infecto negotio maxima jactura obsidionem solvit : Hervordia quoque Imperiale oppidum maximo auri pondo Præsulis impetum redemit.

Exercitus ... aliisque plurimis, ... a quibus mala plurima patrata

4 *Deinde narrata Lippiæ irrita obsidione, de Susato hæc subdit :* Hinc Præsul tanto agmine stipatus Susatum obstrepentibus machinis accessit, quem et cives Principis sui præsentia animati imperterriti susceperunt Erat autem juxta civitatis mœnia sanctimonialium feminarum monasterium, in quo Joannes Clivensium Dux se collocaverat, quod primo aggressu expulso Duce Præsul expugnavit; ac eo se loco recipientes uti triumphatores tripudiarunt. Post mensem itaque cum scalis muros aggredi tentant noctu, tribus in locis scalas cum exercitibus applicant tanto ululatu, ut se ultro muros accedentium vocibus obruere posse crederent. At cives non viribus suis confisi, nec humano se subsidio tueri posse scientes, frequenter ad Deum fundere preces Clerum ac Religiosos urbis suæ poscebant. Unde inter pugnandum nocte Clerus, a secunda noctis hora usque ad quintam sequentis diei, ante S. Patrocli reliquias prostrati, tanti sui patroni auxilio liberari optabant. Et (dictu mirum) inter orandum et pugnandum crepitus ingens ex arca sancti viri ab omnibus auditus est, quo se præsentem auxiliatorem significaret. Animati ab hoc cives, tantique auxilio viri roborati spe præsumpta animosius hosti resistebant : ascendebant hi scalas, ascensum illi prohibebant. Verum incassum laboratum est : fecit hoc tum scalarum brevitas, tum illorum qui intus erant animositas, qui non clamore, sed armis viribusque introitum prohibere noverant. Abire igitur coacti cedereque compulsi, magnam suorum stragem perpessi sunt. Mille enim quingenti et octo viri ante urbis mœnia de Bohemorum Hussitarum ceterorumque, qui Præsulem comitabantur, occisi sunt, octo tantummodo de civibus interemptis.

Susatum obsessum, ... sed clero orante, ... audito crepitu e S. Patrocli arca, ... ejus ope pulsi cum clade hostes

5 *Hæc Wittius. Extant plura ejus rei monumenta. Locata tum supra S. Walburgis portam (cujus nunc in urbe ea nobium est, tum foris fuit) armata* S. Patrocli *statua est : ea parte vis major incubuisse hostium videtur, Divi præsidio fracta. Visitur juxta summam templi aram affixa muro tabella in qua hymnus rhythmicus dicolos tristrophos; in eo præter alias Divi laudes, ad hanc victoriam illa spectant :*

victoriæ monumenta,

Ave tutor gratiose
Hujus loci virtuose
Tua cum potentia.

Festivus is plebi deinceps dies fuit, donec ab avitis sacris universa fere descivit; Canonici vero, qui Catholicam religionem constanter retinuere, pro occisorum expiatione sacra peragere solent, et vulgo Festum Bohemorum *appellant.*

et anniversaria memoria.

6 *Ipse ex eo tempore alia forma cultuque pingi Sanctus cœpit. Antea velut Senator toga pallioque insignis, crucem ac palmæ ramum manu præferens, ut in templi fornice et fenestris atque alibi cernere est; nunc sago ac chlamyde, ceu miles, strictum gladium vibrans exprimitur, in sigillis et Senatus et Canonicorum collegii, aliisque statuis ac tabulis, publice ac privatim. Ingens quoque tumba ex argento fabrefacta, aræ principi imposita, ejusdem cataphracti ensemque vibrantis, ac nigrum scutum aurea aquila insigne prætendendis, effigiem exhibet. Media item æde statua ejus inaurata supra columnam locata, armis, chlamyde, stricto gladio ornata, addita epigraphe :*

armatæ Sancti statuæ,

Susa Patroclus ego tibi sum Dux atque Patronus :
Prædones feriam gladio, vindex tibi fiam :
Hæc loca defendam, pravis mala facta rependam.

In ipsa quoque Curia picta S. Patrocli imago, cui priusquam pertractandæ in senatu rei cujusquam initium fieret, honorem exhibere omnes olim consueverunt. In ejusdem venerationis argumentum majores duæ campanæ S. Patroclo *dicatæ; priori id lemma insculptum :*

campanæ ei dicatæ,

Solvit in hoc dono pia plebs sua dona Patrono. *alteri :*
Solvit in hoc dono pia plebs sua dona Patroclo.

Mediam nominis Patrocli syllabam etiam extra versum producunt Susatenses, non rudes solum de plebe, sed Clerus quoque ipse, nec corripi unquam in divinis officiis sinunt qui sacris cæremoniis præsunt : reverentiæ id tribui censent. Eadem ratione Moguntini S. Aureum, Confluentini S. Castorem pronuntiant.

nominis pronuntiatio

7 *Asservatur Susati in peculiari argentea theca* S. Patrocli *caput, in tumba illa, qua de antea egimus, ossa reliqua. Has sancti Patroni reliquias vir nobilissimus Godefridus a Bucholtz Ecclesiæ Susatensis Decanus, Lippiensis Præpositus, anno* MDCXL, *cum Hessi milites, qui Lippiam præsidio tenebant, improviso Susatum occupassent, ne eas sacrilegi dissiparent, quippe qui Calviniana omnes infecti hæresi essent, ipse domesticis rebus suis neglectis atque interea direptis, in tuto reposuit. Ejus humanitati quæ de Susato hic ejusque tutelari* S. Patroclo *dicta sunt, accepta scribimus.*

ejus caput.

8 *Porro qualis olim S. Patrocli celebrari victoria a Susatensibus solet, tali Gesecam haud Susato procul distans ejusdem diœcesis oppidum, et olim* S. Cyriacus *Diaconus et Martyr, et nuper quoque defendit. Sunt in sanctimonialium basilica ejus oppidi primaria, illius reliquiæ. De eo agemus* XVI *Martii et* VIII *Augusti.*

Geseca sanctus tutela S. Cyriaci

DE S. APTADIO, SIVE APTADE,

EPISCOPO METENSI IN GALLIA BELGICA.

Sect. 110 Hæc usserenda p. 745 ante vitam S. Medardi.

Mediomatricum XXXIV *Antistes memoratur a Claudio Roberto et Joanne Chenu* Aptadius, *sive* Aptades, *aut* Aptatus, *diciturque sedisse annis* XIII, *obiisse* XII *Kalend. Februarii.*

S. Aptadius natalis

Hujus nomen reperisse se Metis in pluribus antiquis Breviariis et Necrologiis cum charactere sanctitatis, testatus nobis est Franciscus Lahierius noster. Desideratur tamen in novo Kalendario, quod Canonici Metenses

[illegible] ante annos circiter XL continuarunt. De eo MS. Florarium SS. hæc [illegible]: Apud Metim civitatem S. Apt[illegible] [illegible] Episcopi et Confessoris. Meurissius Episcopus Metensis in historia Episcoporum Metensium [illegible] anno 712 electum, sedisse annos [illegible], obiisse anno 717, 21 Januarii. At qui [illegible] anno 712 electus, sed [illegible] 21 Jan. 717, [illegible] 6 menses [illegible] Kalendis Januarii 712, ad 21 Jan. 717, non sunt nisi anni 5, dies 9. Nam [illegible] sub Anastasio Imp. obiisse, [illegible] Anastasii successor Theodosius [illegible], [illegible] Leo Isauricus. [illegible] sepulturam [illegible] S. Symphoriani, [illegible] monasterium, [illegible] reperiri.

ADDENDA AD DIEM III JANUARII.

MIRACULA S. BERTILIÆ

quæ ab Auctore Vitæ ejusdem sanctæ Virginis, teste, ut datur infra conjicere, fere oculato, conscripta, pag. 158 edi debuissent, si integrum nacti exemplar fuissemus. Ea nobis ex MS. Mareolensi sua manu descripta Atrebato transmisit* JOANNES BARTHOLOMÆUS *noster.

CAPUT I

Oculi curati, sacrilegi puniti.

D[illegible]

Auctore anonymo, ex MSS.

Guerpio.

c Guerpire, *vel* werpire *terram vel bona, est tradere, a Teutonico forte* werpen, *quod est jactare. Vide Frederici Lindenbrogii Glossarium ad Codicem Legum antiquarum.*

CAPUT II.

Variæ ægritudines curatæ.

Supra dictis etiam est jungendum, quod, cum quidam morbo, qui ficus vesicæ nuncupatur, in membro, quod natura voluit occultari, gravissime premeretur, nec posset per hominem remedium invenire, ad Divinam opem confugiens votum fecit B. Bertiliæ speciale, quod omni anno quamdiu viveret, in solemnitate ipsius ei offerret proprii corporis longitudinem in candela. Quo emisso, per intercessionem gloriosæ Virginis Bertiliæ ab omnipotenti medico confortatus diu desideratam meruit recipere sanitatem.

5 Præter supra dicta, quædam mulier juvencula morbum S. Eligii graviter patiens in mamilla, ad invocationem B. Bertiliæ penitus est curata.

6 Post hanc etiam quidam strumosus puer, ad votum matris de danda filio sanitate B. Bertiliæ factum, liberatus extitit, struma penitus subsidente.

7 Porro quoddam aliud miraculum mirabilius supra dictis nos opportet cum aliis recitare. Nam quædam mulier ad solennem translationis diem veniens, modicum de vase veteri, in quo, *a* sicut supra diximus, B. Bertilia longo tempore recubuerat, deportavit. Ipsaque ad domum propriam reversa, accidit quod cujusdam vicini sui equus per triduum neque manducans neque bibens humi prostratus quasi semimortuus recumbebat : ad quem veniens mulier supra dicta, lignum quod habebat, in aqua lavit, quam ad bibendum animali porrexit : de qua cum bibisset, surrexit, et exultans cœpit hilariter manducare, tanquam malum aliquod non sensisset. O vere Deum omnipotentem, qui non solum in rationalibus creaturis, verum etiam in animalibus brutis suam dignatur potentiam demonstrare.

8 Consequenter aliud miraculum recitatione dignum, quod B. Bertiliæ meritis et precibus non est dubium contigisse, supra dictis duximus adjungendum. Nempe quædam mulier, quæ matri suæ senectute nimia depressæ, pro filiali affectu diu fuerat obsecuta, gravi quodam et diuturno languore cœpit opprimi primum atque affligi : tandem vero universus languor ad oculos ejus ascendens in tantum prorupit, quod ipsius oculorum alterum penitus excæcavit. Cumque quadam nocte in lecto suo recubans graviter oppressa somnum non caperet, votum fecit Deo omnipotenti, quod, si sibi oculorum suorum concederet sanitatem, in crastino B. Bertiliam de Marcolo visitaret. Nec mora; cœpit habere melius, quæ primo graviter torquebatur. Et, nocte illa visa sibi solito longiore, diem subsequentem toto mentis desiderio affectabat. Mane autem facto mulier illa videns et valens iter arripuit Mareolum veniendi. Quæ cum esset ante beatæ Christi Virginis Bertiliæ reliquias constituta, rei veritatem coram omnibus recitavit, sub salutis animæ periculo protestata, quod ad votum de B. Bertiliæ visitanda emissum, oculorum suorum receperat sanitatem. Quo audito asseruerunt plures, ipsam fuisse a Domino visitatam, quia matri suæ reverentiam exhibuerat debitam atque honorem. Consideret ergo unusquisque, quam sit bonum, et quam sanctum, patrem et matrem a filiis honorari, quod non solum in futuro, verum etiam in præsenti seculo Dominus recompensat, Scriptura attestante, quæ ait : Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram.

Exod. 20, 12

9 Ad hæc etiam cuidam alii mulieri diuturna ægritudine laboranti in somnis apparuit beata virgo Christi Bertilia ita dicens : Da mihi de tuo lacte, et vade apud Marcolum ad reliquias, quæ ibidem venientibus ad indulgentiam exponuntur, et recipies sanitatem. Cui illa mulier dixit : Quænam es tu, Domina? Quæ respondit : Ego sum ancilla Christi Bertilia; non te oportet in aliquo dubitare. Die autem subsequente mulier illa, sicut erat debilis atque afflicta, Mareolum venit quantum potuit festinanter, et ante B. Bertiliæ Virginis reliquias adstans, cuidam fideli laico ad ipsarum custodiam deputato suam retulit visionem. Cui laicus dixit : Da de lacte tuo atque de aliis bonis tuis, pro amore Dei et S. Bertiliæ, Christi pauperibus, secundum quod tuæ suppetunt facultates; nostra enim Domina Christi Virgo Bertilia neque lacte, neque alio corporali indiget alimento. Tunc illa mulier recessit, et infra triduum rediens, coram pluribus est confessa se fuisse restitutam pristinæ sospitati. Nec mirum : quoniam, sicut beata Virgo Christi Bertilia, dum adhuc esset in terris posita, virtute largitatis enituit, quidquid habebat Christi pauperibus erogando; sic etiam, post hanc vitam, eamdem virtutem retinens, liberalitatis non oblita suum nescit auxilium petentibus denegare. Nam quot surdis auditum, quot cæcis visum, et quot febricitantibus, tam quartanariis, quam aliis, restituerit sanitatem, nullus posset de facili breviter enarrare.

apparens S. Bertilia et eleemosynam suadente.

10 Ea tamen brevitate, qua poterimus, est dicendum, quod quidam homo jocosus et garrulitate nimia semper plenus, graviter febricitans et laborans, ante B. Bertiliæ Virginis reliquias, sicut mos est febricitantium, immaniter tremens stetit, et in hæc verba prorumpens, jocose cœpit dicere et ridendo : S. Bertilia, nisi me curaveris, numquam ulterius in te credam. Et confestim, labiis ejus et naso per scabiem ruptis, febris exiens hunc reliquit.

11 Præterea cum cuidam puero bienni de Atrebato os quoddam a gutture mirabiliter prosiliret, guttur ipsius adaperiens atque proscindens, a matre ipsius super hoc plurimum perturbata B. Bertiliæ præsentatus extitit et oblatus. Nec mora : ad tactum reliquiarum B. Bertiliæ Virginis, os subortum recessit.

12 Post hunc etiam quædam alia mulier de Atrebato venit, quæ magnam super costas suas strumam habens graviter ægrotabat : quæ signo Crucis super locum dolentem de B. Bertiliæ reliquiis facto rediit festinanter. Ipsaque in brevi redeunte, latusque suum coram pluribus ostendente, cognoverunt apertius qui adstabant, atque eam prius viderant, fuisse plenius liberatam. Unde Deo summo omnium medico, et B. Bertiliæ laudes et gratias retulerant.

13 Postmodum visum fuit in somnis cuidam mulieri gravi oculorum passione laboranti, quod ante B. Bertiliæ reliquias orans staret, quibus oculis suis et languoribus appositis sanabatur. Demum vero sopore recedente, vigilando veraciter est experta quod prius viderat dormiendo. Nempe gravem oculorum, quam diu sustinuerat, passionem sensit penitus recessisse. Mane ergo surgens, et ad ecclesiam veniens, Deo et S. Bertiliæ super sanitate recuperata gratiarum retulit actiones.

14 Venit alius barbitonsorum quidam de Atrebato gravissimæ febris fervore nimio inflammatus, qui sub B. Bertiliæ Virginis corpore sacrosancto recubans paullisper dormiens, est curatus. A somno itaque excitatus formulam quamdam hominis ceream B. Bertiliæ præsentavit, cujus meritis atque intercessione in continenti restitutus fuerat sanitati.

a *Ex hoc loco aliisque patet, eumdem esse auctorem qui vitam et translationem S. Bertiliæ composuit.*

CAPUT III.

Aliæ curationes, beneficientia desensa.

In illo itaque tempore quo B. Bertiliæ gloriosum corpus translatum fuit, sicut superius est relatum, quoddam

[illegible]

loco, ad hoc proprio, reservasset, uxor ejus illuc [illegible]

[illegible] s. Quo facto, et [illegible]

[illegible]

17 [illegible]

[illegible] viciniis, ab illo, cui omnia sunt possibilia, visitata, a [illegible]

18 [illegible] ad terram decidens graviter laboraret, [illegible]

[illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

Auctore anonymo, ex MS.

rasse pariter et mundasse, quibusdam inventatum videtur, imo eis qui Evangelium non credunt, impossibile potius extitisse. Quorum detestabilem errorem a finibus istis Dominus desiderans extirpare, non solum subsequens miraculum, verum etiam alia multa per B. Bertiliam temporibus nostris voluit operari : quoniam cum ipse non velit mortem peccatorum, sed ut magis convertantur et vivant, hoc solum ei bene actum videtur, ut vita hominum corrigatur. Cum igitur mulier supra dicta de miraculorum multitudine, quæ B. Bertilia faciebat, famam audiens celeberrimam plurimum juvaretur, de ipsa visitanda votum emisit, si sibi per intercessionem ipsius et preces a Domino sanitas redderetur. Quo emisso recepit illico sanitatem. Nec mora : iter arripuit Mareolum veniendi, B. Bertiliæ, quod promiserat, votum solvens, nec non quoque scripturæ illi satisfaciens, quæ sic ait : Vovete, et reddite Domino Deo vestro. Et in Salomone legitur : Melius est non vovere, quam votum non persolvere. Cumque mulier illa ante B. Bertiliæ reliquias adstans de sanitate sibi reddita gratiarum redderet actiones, rei veritatem omnibus patefecit, omnesque vicini ejus, qui eam noverant, assertionis suæ sufficiens testimonium perhibebant.

Lepræ genus curatum

Ps. 75. 12
Eccl. 5. 4

21 Præcedenti miraculo aliud quoddam de quadam similiter muliere duximus adjungendum : quæ cum gravi languore in inferioribus circa secreta naturæ diutius laborasset, non audens morbum, qui latebat, præ pudore nimio et verecundia aliquibus revelare, tandem ad solemnem B. Bertiliæ transitus diem venit. Et cum ad processionem sacrosanctum B. Bertiliæ corpus de more solemniter deferretur, mulier illa vasi appropians, in quo reliquiæ recumbebant, osculum pie dedit, supplicans corde contrito et humilitato, quod Deus non despiciet, quatenus infirmitati suæ, B. Bertilia suffragante, mereretur a Domino recipere sanitatem. Et dum ita oraret, visum fuit ei, quod sursum ad pectus suum omnia ipsius viscera traherentur, et in eodem instanti, sanitatem quam a Deo postulaverat, meruit obtinere. Postmodum autem mulier illa tanti beneficii non oblita, quibusdam fide dignis totius rei seriem, atque qualiter ei acciderat, rupto pudore omnique remota verecundia, propalavit, magnificans B. Bertiliæ potentiam, Deumque collaudans, quod tam cito de tam gravi infirmitate et chronica contulerat sanitatem.

Alius morbus occultus

22 Præterea non æstimavi oblivioni tradendum, quod quædam mulier, quæ, alterius brachiorum usu amisso, per triennium et amplius impotens erat facta, ad votum de brachio cereo B. Bertiliæ dando factum, brachii sui potentiam et usum, quem amiserat, omnino recepit. Quæ cum sentiret se per intercessionem B. Bertiliæ fuisse a Domino visitatam, eidem votum solvit, Deoque non ingrata gratiarum retulit actiones.

Languor brachii

